Iuriſdictio vniuerſalis eodem tempore duob.&plurib.conceſſa à lege vel principe cumulatiue intelligitur ibid.nu.8.
Iuriſdictio ſpecalis conceſſa magiſtratui,tanquã ſuperiori iudicis vniuerſalis,priuatiue conceſſa præſumitur ibid.nu.10. 133
Iuriſdictio diſcretiue conceſſa nouo magiſtratui,priuatiuè facta præſumitur nu.12.
Iuriſdictio conceſſa taxatiue circa aliquod genus cauſarum priuatiue intelligitur nu.13.
Fallit in iuriſdictione competente ex conſuetudine nu.15.
Iuriſdictio conceſſa alteri fauore perſonarum,priuatiue conceſſa præſumitur nu.17. 134
Idque multo magis,accedente fauore perſonæ cui conceditur numero 18.
Iuriſdictio conceſſa alicui priuatiue non præſumitur, ſi lex vel ſtatutũ id declaret nu.20.
Iuriſdictio conceſſa odio certarum perſonarum,cumulatiue facta præſumitur nu.21.
Iuriſdictio conceſſa prælatis regularib.in ſuos monachos,priuatiue ad epiſcopum præſumitur nu.22.
Iuriſdictio conceſſa priuilegio alicuius perſonæ intelligitur priuatiue nu.23.
Iuriſdictio præſcriptione acquiſita,priuatiue cenſetur acquiſita numero 24.
Iuriſdictio conceſſa duob.ordinariis,cum clauſula,ambobus vel alteri eorum,cumulatiue intelligitur nu.25.
Iuriſdictio conceſſa primum vni delegato, poſtmodum alteri, ab eodem principe,priuatiue accipitur nu.31. 136
Iuriſdictio mandata duob.adiecta clauſula vel alteri veſtrum cenſetur cumulatiue mandata,& inſolidum nu.35.
Iuriſdictio legata minus quam ordinaria præſumitur lib.2.præſ.15.numero 1. 126
Eaque odioſa dicitur ibi.nu.2.
Iuriſdictio delegata,nec in perſona excelſa vel illuſtri præſumitur numero 4. 127
Iuriſdictionis nomine merũ imperium demonſtrari ſignificatione larga lib.3.præſ.97.nu.18. 383
Iuriſdictionis conceſsione generali, non conceſſum dici merum imperium,eſt opinio Baldi,Angeli,& aliorum ibi.nu.23.
Diſtinguit Felinus nu.32.
Iuriſdictioni ſolum exercitium,in caſtro ſiue ciuitate princeps concedendo,præſumitur etiam merum imperium concedere voluiſſe numero 40. 384
Iuriſdictionis in cõceſsione,concedentis auctoritas ſemper præſumitur præſeruata illæſa lib 2.præſ.18.nu.2. 132
Iuriſdictionis conceſsio facta nouo iudici,reſpectu iudicis inferioris priuatiue præſumitur ibi.nu.15. 133
Iuriſdictionis vel priuatiue vel cumulatiue conceſſæ, quis ſit effectus nu.36. 136
Iuriſdictionis conceſſæ reuocatio,à principe ſine cauſa fieri poteſt lib. 2.præſ.10.nu.14. 120
Idem in priuilegij reuocatione nu.15.
Niſi per modum contractus ſit conceſſum nu.16.
Iuriſdictionis mandatum eſt ſtrictæ interpretationis libro 2. præſ. 56. nu.2. 179
Iuriſdictionis prorogatio fieri poteſt tam à lege,quam ab homine lib. 2.præſ.16.nu.26. 130
Non tamen datur de vna re,ad aliam diuerſam ibi.nu.27.
Iuriſdictionis prorogationi quando præſumantur partes cõſenſiſſe li. 2.præſ.19.nu.5.6.7.& 11. 136
Iuriſdictionem non eſſe acceſſorium caſtro omnino cohærens libro 3. præſ.97.nu.8. 382
Iuriſdictionem ordinariam concedens princeps magiſtratui, reſpectu ſui præſumitur cumulatiue concedere li.2.præſ.18.nu.1. 132
Iuriſdictionem in homines vaſalli ſui, princeps exercere non poteſt ibid.nu.7.
Iuriſdictionem ordinariam conceſſam alteri,quando nõ apparet odio vel fauore perſonarum an facta ſit cumulatiuam præſumimus ibid.nu.26. 134
Iuriſdictionem & imperium in alios,non præſumitur habere inferior à principe li.2.præſ.14.nu.5. 126
Et quæ ſit ratio ibid.nu.6.
Iuriſdictionem ſibi à principe tributam aſſerens,id probare debet numero 7.
Iuriſdictionem ſibi conceſſam,probatur ex inueſtituris nu.9.
Item ex literis commiſsionis & mandati nu.10.
Iuriſdictionem tã ordinariam quam delegatam habens,ſi ex actis conſtet,quã voluerit vti,iudex vel ordinarius habebitur vel delegatus li.2.præſ.17.nu.1. 131
Iuriſdictionem inhabili tribuiſſe cenſetur princeps cum in literis promotionis inhabilitas expreſſa fuit libro ſecundo.præſ.20.numero 1. 137
Idem eſt,ſi adiecta fuerit clauſula ex certa ſcientia nu.2.
Cui tamen opinioni aliqui,licet male,refragantur nu.3.
Iuriſdictione ordinaria vſus eſſe præſumitur iudex,quando proceſſus, & ſententia,& ſecundum eã ſuſtineri poteſt li.2 præſ.17.nu.2. 131
Iuriſdictione delegata,quando iudicẽ vſum fuiſſe præſumatur ibid.numero 6.
Iuriſdictione cumulatiue pluribus, & vniuerſis, ſicque ſimul conceſſa alter ſine alio non cognoſcit libro ſecundo præſumption. 18. numero 38. 136

L

LABORIBVS & impendiis parcendum libro 2. præſ. 56. nume.5. 179
Lac repertum in mammis mulieris, violentam facit præſumptionem eam corruptam fuiſſe libro primo. q. 3. numero 3. 5
Aduertenda tamen ſententia ſapientiſſimi Hipprocratis, & Galeni recitata ibid.nu.4.
Laicus decimas Eccleſiæ poſsidere nequit,aut beneficiorum collationem li.3.præſ.131.nu.77. 456
Latrones adeſſe non ignorans, mercatoribus ad illum locum ducentem, viam commonſtrans torqueri poteſt libro 1.q.89.nu.114. 93
Laudemium pro locatione non ſoluitur li.3.præſ.105.nu.8. 398
Laudemium lex appellat quinquageſimam ibi.nu.9.
Laudum arbitri ex compromiſſo latũ præſumitur,ſi antiquitus eſt pronunciatum li.2.præſ.33.nu.35. 150
Laudum ab arbitro prolatum præſumitur eam ob cauſam, ob quã ferri debuit li.3.præſ.49.nu.9. 335
Laudum arbitratoris,rectum & iuſtum cur præſumatur li.2.præſ.76.n. 11.& 12. 212
Laudum iuſtum præſumitur,etiam ſuper eius nullitate dubio pendente, vel ſi in iure ſpeciali fundatum ſit ibidem. numero 18. & 19.
Laudum reductione pendente non poteſt exequi ibi.nu.25. 213
Laudum quo ad ſolennitates,& ordinem, non habet pro ſe præſumptionem nu.28.
Idque præſertim temporis breuitate accedente nu.29.
Niſi coniectura adſit,arbitratores ſatis de cauſa cognouiſse numero 30.
Laudum ab arbitratore latum non præſumitur, cum tamquam ab eo latum valere non poſſet aut ſuſtineri libro 2. præſ. 77. numero 10. 214
Laudi de rectitudine & iuſticia ſemper præſumitur lib. 2. præſ. 76. numero 3. 211
Idque maxime,ſi arbitri ſint ſummæ honeſtatis homines ibi.nu.4.
Laudi natura eſt,non vt feratur ſecundum iuſtitiam,ſed ſecũdum quod credit arbitrator,partes debere acquieſcere nu.14.
Laudi pronunciationi,ſi partes præſentes non contradicant, præſumitur de cauſa cognitum, & omnes ſolemnitates interueniſse nu.53. 213
Laudi prolati ſcripturam litigantes recipiendo nulla cum contradictione, præſumuntur laudum acceptaſse libro 3.præſ. 65. numero 4. 356
Laudi reductionem ad viri boni arbitriũ,vſque ad 30.annos peti poſse nume.5.
Laudo arbitri,ſi qui ſtare promiſerit, quomodo accipienda promiſsio li.3.præſ.38.nu.3. 322
Laudo ſtare iurans,intelligitur modo iuſte laudetur lib.2.præſ. 76. numero 7. 212
Laudo arbitri ſtatur,donec petita ſit reductio,& eius probata iniquitas nu.9.
Laudo parendum eſt ſi in compromiſso partes nullitatib.renunciarint ibid.nu.34. 213
Laudo antiquo,ob temporis diuturnitatem, cauſæ cognitio adhibita præſumitur nu.35.
Lauda dicuntur ſententiæ arbitrorum.li.2.præſ.76.nu.2. 221
Læſus in contractu cum pupillo autore tutore celebrato,aduerſus tutorem recte experitur li.3.præſ.81.nu.1. 365
Legans fundum alienum,precium illius præſumitur legaſse lib.3. præſ. 117.nu.16. 414
Legatum præſtatur ex conſuetudine loci illius cui factum eſt lib. 1. q. 28.nu.11. 41
Legatum pendente conditione non tranſmittitur lib.3.præſ.11. numero 9. 267
Legatum factum filiæ,ſub commemoratione patriæ poteſtatis patri acquiritur lib.3.præſ.26.nu.5. 292
Legatum factum prælato conſanguineo,non contemplatione Eccleſiæ ſed conſanguinitatis ratione factum præſumi lib.3.præſumpt.29. nu.47. 298
Legatum fundum alienum,poſt mortem teſtatoris ſcienter emens legatarius,legato renunciaſse non præſumitur lib.3.præſ. 117.numero 15. 414
Legatum cum dote compenſare volentis vnde colligatur mariti animus li.3.præſ.121.nu.12. 419
Legata in teſtamento minus ſolenni relicta deberi,erroneum demonſtratur li.1.q.80.nu.13. 78
Legata & donationes à pari procedunt & eorum pœnitentia, & reuocatio coniecturis probatur li.3.præſ.23.nu.6. 290
Legatorum partem hæres ſoluens ante tempus,cogi nequit,vt reliqua præſtet,antequam cedat dies li.1.q.20.nu.3. 22
Legare rei dominium quomodo tranſeat in legatarium li.3.præſ. 117. numero 6. 414
Legatam rem furto ſubtrahi poſse ab eo,qui ex teſtamento minus ſolemni conſequi non poteſt,erroneum demonſtratur lib.1.q. 80. nu.34. 80
Legatam ſibi rem viuo adhuc teſtatore emens legatarius, ius legati non



non præſumitur remiſiſſe li.3.præſ.117.nu.19. 415
Idque præſertim ſi ſub conditione legatum ſit nu.20.
Vel ante aditam hæreditatem emerit nu.21.
Legatum aut fideicõmiſſo relictam rem, legatario vel fideicommiſſario irreuocabiliter deberi li.3.præſ.117.nu.7. 414
Legatarius in re ſibi ſub cõditione legata,expadens aliquod pro eius cõſeruatione,nõ præſumitur donaſſe libr.3.præſ.32.nu.11. 311
Legatarius fideicommiſſariúsve,rem ſibi purè debitam ſcienter emens, ius ſuum præſumitur remiſiſſe li.3.præſ.117.nu.1. 413
Solo diſſentiente Bar.nu.10.
Legatarius vel fideicommiſſarius conſentiendo hæredi rem legatam alienanti,legatum præſumitur repudiare ibi.nu.2.
Legatarius emens ſcienter rẽ alienam vel hæredis ſibi purè relictã, ius ſuum præſumitur remiſiſſe nu.10. 414
Secus eſſe in fideicommiſsario, emente rem aliquam ex comprehenſis in fideicommiſſo vniuerſali.nu.11.
Id quomodo accipiendum nu.12.
Legatarius vel fideicommiſsarius emens ab hærede grauato, rem ſibi ſub conditione legatam aut reſtituendã,ius legati vel fideicommiſsi non præſumitur remiſiſſe nu.13.
Legatarius emens ab extraneo poſſeſſore,rem teſtatoris purè ſibi relictam non præſumitur ius ſuum remiſiſſe nu.17.
Quid autem ſit in re hæredis purè ſibi legata,eam ab extraneo ſcienter ſi emat nu.18.
Legatarij dignitas coniecturam & præſumptionem præbet lib.1. q.28. nu.10. 30
Legatarij dignitatem cur dilectioni,& dilectionem cur conſanguinitati prætulerit Iulianus ibi.nu.14.& 15.
Legatis donatum in dubio, ipſorummet contemplatione præſumitur datum,eiſque acquiritur li.3.præſ.27.nu.7.
Legatis Reip.Venetæ donata,non ipſis,ſed Reip.acquiri ibi.nu.8.
Legitimum dicitur illud quod a lege receptum eſt lib.1.q.38. nu. 5. 41
Legitimæ ſuæ filius creditor dicitur li.3.præſ.29.nu.104. 50
Legitimã præſtare pater ſolum poſt mortem tenetur lib.3. præſ.29. numero 105. 305
Legitimatus per ſubſequens matrimonium, dicitur verè & propriè legitimus li.1.q.35.nu.11. 36
Idem in legitimatis per reſcriptum, vel oblationem curiæ, quo ad ſucceſsionem & alimenta ibid.nu.12.
Legitimatio perſonæ in iudicio requiritur, cũ illegitima tamen ſi non opponatur tenet iudicium li.2.præſ.46.nu.17. 160
Lex ſancta & honeſta eſſe debet li.2.præſ.1.nu.5. 111
Lex quid ſit ibid.nu.6.
Lex communis ſiue municipalis iniuſta, non eſt obſeruanda ibid.numero 8.
Lex iniqua nec in foro conſcientiæ obligat ibi.nu.10.
Lex de præcepto eſſe præſumitur lib.2.præſ.4.nu.1. 113
Lex quando de conſilio eſſe dicatur ibi.nu.2.
Lex principes non dicitur ligare li.2.præſ.5.nu.1. 113
Lex lata à inuditis principis,non ligat principis filios ibidem numero 2.
Et quæ ſit ratio nu.3.
Id autem quomodo non procedat nu.4.
Lex ab ipſo principe lata quib.in caſib.nec proprios principis filios liget nu.5.
Lex condita & promulgata,non præſumitur vſu recepta fuiſſe libr. 2. præſ.1.nu.2. 111
Lex quomodo præſumatur ſemper eſſe in viridi obſeruantia ibid. numero 4.
Lex ad ea quæ frequentius fiunt adaptatur libro 3.præſumpt.12.numero 63. 275
Lex conſiderat id,quod communiter contingit libr. 3.præſ.138. numero 9. 476
Lex & natura non admittit duo pugnatia in vno ſubiecto li.1.q.97.numero 27. 103
Lex fortius annullat quam homo li.1.q.46.nu.26. 51
Lex poſitiua condita ab habente poteſtatem legis condendæ, obligat in foro conſcientiæ lib.1.q.80.nu.8. 78
Lex ciuilis de rebus Eccleſiæ ſtatuere nequit lib.3.præſump.131.numero 64. 455
Lex ſemper pro iudice præſumit lib.2.præſ.67.nu.2. 190
Lex habens fundamentum in præſumptione,quãdo ſibi in iudicio animæ locum non vendicet li.1.q.80.nu.16. 79
Lex de magiſtratu multum confidit lib.2.præſ.75.nu.16. 207
Lex prohibens & annullans actum,trahitur ad præſumptum libr.1. q. 47.nu.13. 53
Lex prohibens virum donare vxori,principem non ligat lib.3.præſ.29. nu.101. 304
Lex pro forma requirens expreſsionem,non acquieſcit ſi ſub verborũ inuolucro fiat lib.1.q.45.nu.20. 49
Lex ſubintelligens aliquid in diſpoſitione hominis,id facit quia præſumitur hominem ita voluiſſe lib.1.q.10.nu.2. 12
L.conueniri.ff.de pactis dotalib.quando procedat lib.3.præſ.65.numero 7. 354
Legis qualitas eſt, vt perpetuo vigeat libro 2. præſumpt.16. numero 15. 129
Legis ſub iuſto clypeo,homines nequidquam decipi debent li.1.q. 80. nu.10. 78
Legis cum diſpoſitione mitius quam cum hominis agitur libro 1. q.63. numero 3. 67
Legis vel ſtatuti diſpoſitionem,quoad damnum & odium tertij,nemo præſumitur ſcire lib.2.præſ.3.nu.10. 113
Legem communem iuſte & ſancte conditam præſumptio eſt li. 2. præſ. 1.nu.1. 112
Legem quomodo definiant Cicero & Demoſthenes ibid.nu.7.
Legem extrauagantẽ,quilibet præſumitur ignorare li.2.præſ.3.nu.1. 113
Legem ſuper præſumptione diſponentẽ,quando quis in foro conſciẽtiæ non teneatur obſeruare lib.1.q.80.nu.1. 77
Legem condere,meri imperij eſt lib.3.præſ.97.nu.24. 383
Legem ciuilem obſeruari, quoad legitimationem, & ſucceſsionem filiorum,eorum qui ſimul cohabitarunt libro tertio. præſ. 1. numero 78. 241
Legem poſitiuam non poſſe infirmare ius naturale,quomodo accipiẽdum li.1.q.80.nu.27. 80
Lege à principe lata, caſu quo libere ſtatuere poteſt,an filios obligari voluerit, ad coniecturas recurrimus libro 2. præſ. 5. numero 8. 113
Leges non receptæ,nec ciues præſentes nec futuros adſtringunt lib.2. præſ.2.nu.1. 112
Leges nemo præſumitur ignorare li.3.præſ.49.nu.17. 335
Leges & iura quilibet ſcire præſumitur libro 2. præſumpt. 3. numero 1. 112
Leges municipales,præſumuntur ciuibus cognitæ poſt publicationem ibid.nu.2.
Leges & iura fuiſſe bene & iuſte condita,omnes credere tenentur lib. 3.præſ.130.nu.35. 448
Legiſlatoris reſponſio,interdum interrogatione vberior li.2.præſ. 29. nu.5. 146
Libellus apte & recte præſumitur conceptus,& vt ſubſtineatur venit interpretandus li.2.præſ.40.nu.1. 154
Libellus vt ſuſtineatur,verba impropriari debent ibi nu.2.
Libellus non ſuſtinetur etiam verba impropriando, quando nil omnino conueniat negotio nu.3.
Libellus ſecundum duas præſumptionis ſpecies ſolummodo concludit li.1.q.53.nu.1. 58
Libellus ſecundum præſumptionem iuris & de iure,procedit & concludit ibi.nu.2.
Et quid ſit de præſumptione iuris ſola nu.3.
Libellus ſecundum mentem libellantis interpretari debet ibid.numero 4.
Libellus pro libellante,latiſsime intelligitur nu.6. 59
Libellus contraria continens,ipſo iure cenſetur nullus libr.2.præſ. 41. nume.3. 154
Quamuis adſit clauſula:omni meliori modo nu.4. 155
Libellus vel actoris petitio continens cõtraria,procedit tamẽ ſuſtineturq;,quando ante litem conteſtatam,vnum ex contrariis remediis eſt proſequutus ibid.nu.5.
Idem ſi remedia alternatiue propoſita ſunt nu.6.
Vel poſsit iuris interpretatione à contrarietate ſaluari numero 7.
Aut contrarietas eſt deducta ſub conditione nu.8.
Libellus continens contraria non reiicitur caſib.quib.lites terminantur,ſola facti veritate inſpecta ibi.nu.9.
Idem ſi libellans mouet remedia contraria,contra diuerſos numero 10.
Libellus contraria cõtinens ſuſtinetur ob iuſtam actoris ignorantiam numero 11.
Libellus proponens contraria non reiicitur, quando reus conuentus vnum ex contrariis acceptat nu.15.
Libellus contrarius reiicitur,ſi in verbis diſpoſitiuis ſit contrarietas, non ſi in narratiuis nu.16.
Libellus actiones contrarias proponens reiicitur,ſi cõtrariæ ſint in origine,ſecus in exercitio nu.17.
Idem eſt ſi iudex ſit incompetens, tunc enim actor alteram de vno deducere poteſt nu.18.
Idem ſi ad commodum alterius,actor contraria deducere velit numero 19.
Libellum proponens in actione perſonali,præſumitur omne ſuum ius deduxiſſe li.2.præſ.28.nu.1. 146
Et quæ ſit ea præſumptio nu.2.
Libellum ineptum iudex ex officio reiicere debet libro 2.præſ. 48. numero 22. 163
Libello permiſſum eſt liberis, & parentibus vſque ad quartum graduum,petere hereditatem diuerſis remediis libro 2.præſ. 41. numero 12. 155
Libello remedia contraria proponi poſſe,quando incertitudo ex facto aduerſarij cauſatur ibi.nu.13.
Libello actiones contrariæ proponi queunt, quando vna eſt alterius præparatoria nu.20.
Liber ſcriptus ab vno ſociorum,qui ſcribere cõſueuerat,aliorum conſenſu ſcriptus præſumitur.& probat contra ſocios lib.3. præſ. 62. nu.1.& 3. 353
Liber ab omnibus ſociis indifferenter ſcriptus,omnium voluntate præſumitur,& facit fidem inter eos ibid.nu.4.
Liber ab inſtitore ſociorum ſcriptus,mandato omnium ſcriptus præſumitur nu.5.
Liber mercatoris in aliquibus particulis probatus, & iuſtificatus præſumitur verus,etiam in non iuſtificatis libro tertio.præſ. 63. numero 1. 354
Diſſentiente Decio cum aliis nu.4.
Libri mercatoris particulam aliquam aduerſario negante, ſi vera illa eſſe probetur, reliquæ omnes veræ præſumuntur libro 3. præſ. 63.nu.

63.nume.12. 354
Libro ſcribentis ſtari pro ipſo ſcribente in connexis lib.3.præſ.63.numero 6. 354
Librum mercatoris in multis particulis approbatum, etiam in alia verum præſumi, quamuis magni momenti ſit lib.3.præſ.63.n.10. 354
Adhibito tamen prudentis iudicis arbitrio nu.11.
Libro mercatoris ſcriptum ad fauorem tertij, præſumitur ſcriptũ mercatoris conſenſu li.3.præſ.62.nu.6. 353
Libris, & actis publicis quomodo non habeatur fides lib.2.præſ.51.nu.5.6.& 7. 170
Libros pater emendo, & ſimpliciter tradendo filio, non donaſſe, ſed in peculium præſumitur conceſſiſſe li.3.præſum.30.nu.21. 307
Idem ſi nomine filij eos emiſſet, ſed non tradidiſſet nu.22.
Libros pater filio ſtudiis deſtinato emere, & tradere tenetur, quæ tamẽ tradiio donationem non infert nu.23.
Libros conferre, & communicare cum fratribus. quib. caſib. filius non teneatur ibid.nu.25.
Liberalis in neceſsitatib. nemo li.3.præſ.12.nu.12. 271
Liberorum nomen, tanquam genus diuiditur in ſpecies nomine differentes, & omnes continet deſcendentes li.3 præſ.40.nu.4. 324
Ligare ſeipſum voluiſſe, præſumitur nemo li.3.præſ.44.nu.15. 329
Licentia ſummi Pontificis in alienatione bonorum Eccleſiæ, neq; 30. anno. curſu præſumitur li.3.præſ.132.nu.71. 464
Lingua cordis eſt nuncia li.3.præſ.130.nu.49. 448
Lingua quod loquitur, lex preſumptione violentia iudicat eſſe in corde li.3.præſ.1.nu.38. 238
Linguæ lubricum ad pœnam facilè non eſt trahendum lib.1.q.89.numero 65. 91
Literas recipiens, eas approbare præſumitur, & vera eſſe in eis ſcripta li.3.præſ.65.nu.1. 355
Et ſecundum aliquos idem eſſe in recipiente mandatum nu.2.
Idque tam in perſona extranea, quam coniuncta obtinere numero 7. 356
Procedere etiamſi verba in literis ſcripta, non principaliter ſed ob aliud emiſſa ſint nu.9.
Literas recipientem præſumi iis conſentire, verum eſſe in obligatione ſponte, & voluntarie facta, non in ea, quæ inuito accideret ibid. nume 10.
Literas recipientem præſumi approbare actum in eo contentum, non tamen fateri quod ita geſtus fuerit nu.12.
Idque ſi literas etiam ſciens reciperet nu.13.
Eaſque aperuerit & legerit nu.14.
Literas recipiens, nõ præſumitur eis deſcripta approbare, ſi dati & accepti iiſdem calculus contineatur ibi.nu.15.
Literas recipientem contenta probaſſe præſumi, verum eſt ſi teſtes qui de retentione abſq; vlla contradictione deponunt ſciebant ea quæ in literis de ſcripta continebantur nu.16.
Idque demum ſi Literæ viuo mittente ad manus recipiẽtis peruenerint, aliud in eo mortuo nu.17. 357
Literas qui in pueritia neſciuit, non præſumitur hodie ignorare li.1.q.24.nu.19. 26
Literis ſibi datis negligens contradicere, præſumitur conſentire, & fateri in illis deſcripta li.1.q 15 nu.20. 19
Litigans cum aliquo tanquam minore, præſumitur eum minorem confiteri li.2.præſ.50.nu.43. 169
Litigare in iudicio eſt actio li.1.q.14.nu 160. 17
Litigantem condemnari in expenſis, cui communis Doctorum opinio repugnat li.2 præſ.71.nu.3. 198
Litigator imperitus in dubio coram iudice incompetente per errorem litigaſſe præſumitur li.2.præſ.19.nu.12. 136
Litis expenſas & alimenta præſtanda à patre, tribus concurrentib. aliqui voluerunt li.1.q.35.nu.3. 35
Quorum opinio reiicitur nu.4.
Litis expenſæ an reſtituendæ ſint cum alimentis, ſi is cui decretæ fuerunt in lite ſuccumbat ibi.nu.36. 37
Litis conteſtatio, bonæ fidei poſſeſſorẽ, in mala fine præſumit.li.2.preſ.31.nu.1. 147
Et in quib. in iudiciis procedat nu.2.
Quidque operetur ea præſumptio nu.3.
Lite ſuper filiatione pendente, verum alimenta & litis expenſas, pater ſubminiſtrare teneatur li.1.q 35.nu.2. 35
Litium de redemptoribus lex multum ſuſpicatur lib.3.præſ.129.numero 1. 442
Liuellum in dubio preſumi perpetuum, neque differre ab emphyteuſi, & cenſu li.3.præſ.109.nu.13. 402
Liuellarius non proprietatem, ſed vtile dominium vendere dicitur li.3 præſ.122.nu.66. 426
Locans operas ſuas, vt in meo prædio ſit cuſtodiæ cauſa, finito tempore ibi perſiſtendo, non præſumitur facta reconductio lib.3.præſ.85.nu.51. 370
Locator patientiam vtendi, & fruendi præſumitur præſtitiſſe li.3.præſ.86.nu.2. 371
Locator promittens non expellere conductorem, quomodo intelligatur lib.3.præſ.38.nu.2. 322
Locatio ad certũ tẽpus fieri ſolet li.3.præſump.105.nu 4. 398
Locatio dicitur quãdo pẽſio quæ præſtatur fructib. reſpondet ibi.nu.5.
Locatio & emptio eiſdem regulis cenſentur li 3.præſ.104.nu.10. 195
Locatio & conductio operarum, tacendo vltra tempus, preſumitur repetita lib.3.præſ.85.nu.16. 369
Locatio bonorũ eccleſiæ, renouata non præſumitur ibi.nu.30.
Locationis in contractu, mercedis remiſsionem fieri & qua de cauſa lib.3.præſ.104.nu.9.& 15. 398
Locationis nomine qui ſoluit, in futurum ad eiuſdem mercedis præſtationem cogi poteſt li.3.præſ.111.nu.2. 402
Locationem ad bene placitum, in dubio perpetuam præſumi li.3.præſ.109.nu.14. 402
Locationem dici vbi precium annuum, vel menſtruum conſtituitur, an verum ſit lib.3.præſ.104.nu.7. 395
Locationem prædiorum, leges cenſent, cum merces conſtituitur in ſingulos annos ibi.nu.23. 396
Locuples & opulentus pecuniam præſumitur habere in promptu lib.3.præſ.58.nu.8. 351
Locus loci, maxime in teſtamentis adſcribi debet, ob maius falſitatis periculum li.2.præſ.84.nu.3. 221
Idque etiam in teſtamentis ad pias cauſas ibid.nu.4.
Locus in inſtrumento ſi non expreſsim, ſaltem præſumptiuè, quando præſumatur adſcriptus nu.5.6.& 10.
Cum declaratione nu.7.& 9.11.12.& 14.
Loci aut temporis diuerſitas, non vitiat præſumptiones ex eis ortas li.1.q.25.nu.1. 28
Loci & temporis diuerſitas, non vitiat atteſtationes teſtium, quando locus & tempus non ſunt de ſubſtantia ibi.nu.2.
Loci qualitas, contractum ſimulatum nonnunquam arguit libr.3.præſ.122.nu.95. 429
Non tamen ſola hæc præſumptio ſufficit ad detegendum contractũ vſurarium nu.97.
Et quando illa præſumptio ceſſet nu.89.& 99.
Loqui ſecundum veritatem aliud eſt, aliud facere verba ſecundũ præſumptionem li.3 præſ.128.nu 4. 441
Lucem odit, qui male agit li.2.præſ.10.nu.59. 123
Lucrum præter animum & voluntatem accedens, vſura non eſt libr.3.præſ.123.nu.10. 431

M

MAGISTRATVS ius dicẽs in ciuitate vel prouinciis, præſumptionem pro ſe habet li.2.præſ.60.nu 70. 185
Magiſtratus quis non poſsit introducere legem contrariam iuri communi li.2.præſ.8.nu.10, 117
Magiſtratum gerentib. extra patriam, quæ, & quam ob cauſam interdicta li.2.præſ.85.nu.13. 223
Magiſtratuum creandorum poteſtas iuriſdictionis eſt lib.3. præſumpt.97.nu.30. 383
Maior præſumitur qui pro tali fuit condemnatus lib.2.præſ.50.numero 27. 167
Maiorem quemlibet, niſi probetur minor, ſecundum quoſdam præſumi li.2.præſ.50.nu.1. 165
Malus tempore præterito, præſumitur malus in futurum lib.1.q.24.numero 22. 26
Malus ſemel in eodem genere mali, ſemper præſumitur talis li.3. præſ.113.nu.103. 419
Malæfidei in quib. caſib. preſumitur, alleganda eſt vel deducenda præſumptio li.1.q.48.nu.10. 55
Malæfidei præſumptionem tolli curſu longi, vel longiſsimi temporis, ſecundum aliquos, non autem præſumi bonam li.3.præſ.130.nu.18.245.& nu.40. 448
Malæfidei præſumptione cõtrariis coniecturis receditur ibi.n.26. 447
Et quæ ſint illæ nu.27 28 30.& 32.
Maleficium qui impedire potuit & debuit, non faciendo, locum relinquit torturæ lib.1.q.89.nu.113. 94
Maleficia ruri & in agris ſicut in ciuitate gigni non ſolent libro 1.q 14.nume.54. 17
Maliciis hominum obiuiandum li.1.q 93.nu.4. 98
Mandare intelligitur qui ab alio mandari patitur libr.3. præſ.42.numero 7. 326
Mandatum non præſumitur li.2.præſ.15.nu.3. 127
Mandatum delegationis quomodo probandum ibidem numero 12.& 13.
Mandatum factum à mercatore ad negociandum, præſumitur factũ ſecundum ſolitum mandantis li.3.præſum 43.nu.8. 328
Mandatum ex ſcientia & patientia præſumi libr.3 præſump.62. numero 2. 353
Mandatum & commiſsionem iudicis non præſumi nuncio factam an verum ſit li.2.præſ.23.nu.12. 142
Mandatum etiã generale cum libera, non comprehendit facultatẽ remittendi ius ipſius principalis li.3.præſ.140.nu.14. 480
Mandatum vel ad lites vel ad negotia non præſumi, quando de mãdato recenti diſputatio li.2.præſum.33.nu.1. 148
Mandatum præſumitur in iis actib. qui citra mandatum fieri non ſolent ibi.nu.3.
Et quamuis non adſit temporis diuturnitas nu.4.
Quo tamen caſu id non procedat nu.6.
Mandatum præſumitur interueniente ſcientia & patientia principals ibid.nu.7.
Mandatum præſumitur, vbi de modico damno, vel præiudicio agitur nume.8
Mandatum præſumitur ex enunciatione notarij in actu aliquo nu.9.
Mandatum inter partes præſumitur, per enunciationem aut aſſertionem iudicis nu.10.
Mandatum inter me & illum præſumitur, qui aliquid ad meam vtilitatem ſcripſit, ſi talis ſit cuius libris credatur nu.11.
Mandatum habere præſumitur is, qui cauſas tractare conſueuit, ſi ſcripturæ



pturæ ipſi conſignatæ nu.13.
Mandatum verum ex curſu lõgi temporis præſumatur, ſunt opiniones nu.14.17.& 16. 149
Mandatum ob temporis antiquitatem præſumi, aliqua coniectura concurrente nu.19.& 27.
Mandatum etiam induci ob ſolam temporis diuturnitatem factum non præſumitur nu.20.
Idem in mandato facto exequutori nu.21.
Mandatum nec quo ad inducendam bonam fidem, ex diuturnitate temporis præſumitur nu.22.
Vide tamen ibid.nu.23.& 24.
Mandatum adfuiſſe præſumitur, quãdo in aliquo inſtrumento antiquo enunciatur ibid.nu.25.
Mandatum in Vicario Epiſcopi præſumitur, ſi non negatur, & quid ſi negetur nu.29. 150
Mandatum delegationis præſumitur in ſententia antiqua nu.33.
Mandatũ de cuſtodiendo, præſumitur ex diuturnitate præcedentis cuſtodiæ nu.36.
Mãdatum præſumitur, cũ antiquitate temporis, quaſi poſſeſsione concurrente nu.37.
Mandatum ob diuturnitatem temporis præſumitur, quando de commodo & fauore allegantis ageretur nu.38.
Mandatum iudicis factum nũcio vt aliquem citet, præſumitur ob temporis diuturnitatem nu.39.
Mandatum ſyndico factum fuiſſe, ob longinquitatem temporis præſumi nu.40.
Mandatum præſumitur, quando lapſum eſt tempus opponendi defectũ illius nu.41.
Mandati qualitas ob temporis diuturnitatem præſumitur li.2.præſ.33.nu.32. 150
Mandato procuratoris generali, quando comprehendantur etiam, quæ ſpeciale mandatum requirunt libro tertio.præſ.97.numero 36. 184
Mandato facto de interficiendo Seio, homicida in executionom illius præſumitur feciſſe lib.3.præſ.49.nu.12. 335
Maſculinum ex diſpoſitione legis fœmininũ concipit, & quando ab ea diſpoſitione recedamus li.1.q.30.nu.7. 32
Maritus bona mulieris adminiſtrare poteſt, abſq; eo quod in dotẽ ſint ſibi conceſſa li.3.præſ.6.nu.56. 254
Maritus poſt adulterium ab vxore commiſſum, eam cognoſcendo carnaliter, dicitur remiſiſſe iniuriam, criminiſq; accuſationem li.3.præſ.1.nu.20. 236
Maritus dotem vxoris penes ſe retinens, non cenſetur adiuiſſe hæreditatem nomine filiorum li.1.q.23.nu.4. 24
Maritus fundum emens nomine vxoris abſentis, ſi aſserat precium ſibi ab ea traditum, quando credatur li.3.præſ.29.nu.32. 300
Et quid in patre emente nomine filij nu.33.
Maritus vxori ſponſus ſponſæ, res aliquas tradendo, in dubio nõ præſumitur donare li.3.præſ.24.nu.1. 290
Idq; maxime in marito paupere vel ruſtico nu.2.
Maritus nobilis & diues, res vxori traditas, an præſumatur donaſſe ibi.nume.3.
Maritus plebeius & ignobilis, veſtes, iocalia & ſimilia tradendo aut mittendo mulieri nobili, præſumitur donare ibi.nu.5.
Et de quib. id veſtib. aut iocalib. intelligatur nu.6.
Maritus impenſas in re dotali factas, animo repetendi non donandi præſumitur li.3.præſ.32.nu.13. 311
Maritus promittens dotem reſtituere, caſu quo de iure reſtitui debeat, intelligitur de iure conſuetudine approbato & interpretato lib.2.præſ.6.nu.10. 114
Maritus non potens intereſſe loco dotis ſibi debitum, toto vitæ tempore, præſumitur donaſſe lib.3.præſ.25.nu.6. 291
Idque procedit etiam, vt in foro canonico ſocer liberetur numero nono.
Maritus cum confeſsione, renuncians etiam exceptioni non numeratę dotis, creditoribus tamen non præiudicat lib.3. præſ.13. numero 5. 279
Maritus ſtipulatus ſibi alimenta præſtari, etiã pro vxore ſtipulatus preſumitur lib.2.præſ.27.nu.4. 146
Maritus ad reſtitutionem dotis, vltra quam poteſt, non condemnatur lib.3.præſ.103.nu.4. 392
Idem in patre, patrono & milite nu.5.
Maritus confitens ſe recepiſſe dotem, præſumitur ſpe futura numerationis confeſsus eſſe li.3.præſ.7.nu.4. 257
Maritus ante contractum matrimonium donandi animo dotem recepiſſe confeſſus, ſibi non præiudicat libro tertio. præſump.12.numero 1. 270
Maritus poſt contractum matrimonium confeſſus recepiſſe dotem animo donandi ſibi non præiudicat, poſt mortem tamen illius cenſetur confirmata donatio ibi.nu.37.& 38. 273
Niſi tamen excedat aureos quingentos nu.39.
Maritus ære alieno grauatus, dotem recepiſſe confeſſus, à coniuncto mulieris, donandi animo confeſſus fingitur ibi.nu.82. 277
Simile eſt ſi à ſocero cui æquè atque vxori donare prohibetur numero 83.
Vel ab alio extraneo, cum quo interueniſset tractatus de dote mulieri donanda nu.84.
Vel ſi extraneus ille, ſtatim mulieri ius ſuum ceſſiſſet nu.85.
Marito donante vxori ob benemerita, accedentib. coniecturis credi lib.3.præſ 29.nu.34. 300
Maritum mulier iuſte timet & veretur libro tertio. præſumpt.6.numero 75. 255
Marito tranſeunte ad domũ vxoris, mulier ex propriis bonis, non mariti præſumitur acquirere li.3.præſ.51.nu.40. 341
Marito reperto mortuo, muliere tacente, contra ipſam extat indicium, & è conuerſo li.1.q.89.nu.91. 93
Mater bonorum filij adminiſtratrix, ex bonis filij non propriis vt ipſum aleret, præſumitur impendiſſe libro 3. præſumpt.30. numero 19. 307
Mater ſe obligans pro filio, patre ſoluendo exiſtente, animo repetendi præſumitur ſe obligaſſe li.3.præſ.38.nu.7. 322
Matris pietas & amor erga filios tantus eſt, vt præſumendum non ſit, quod bonis eos exuere, & ſecundo viro tradere voluerit lib.3.præſ.6.nu.34. 252
Matrem per expreſsam ſubſtitutionem pupillarem, excludi à legitima bonorum filij, in foro etiam conſcientiæ obtineri poſſe li.1.q.80.nume.38. 81
Materiam ſubiectam, ad agnoſcendum actum, potiſsimum præbere indicium li.3.præſ.104.nu.29. 396
Matricula eſt tanquam inſtrumentum referens aliud, cui non creditur niſi conſtet de relato li.2.præſ.78.nu.6. 215
Matrimonium inter perſonas honeſtas præcedere conſueuit feſtiuos amplexus li.2.præſ.51.nu.37. 173
Matrimonium contractum non præſumitur, ideo aſſerens id probabit li.3.præſ.1.nu.1.& 2. 235
Matrimonium contractum vel iuris, vel præſumptis probationibus demonſtratur ibi.nu.3.
Matrimonium aliud verum aliud præſumptum dici nu.4.
Matrimonium præſumptum quomodo dicatur nu.5.
Matrimonium per ſponſalia præſumitur contractum copula carnali ſubſecuta numero 6. Eaque dicitur iuris & de iure præſumptio num.7. Contra quam non admittitur contraria partis confeſsio numero 9.
Matrimonium ſine dote eſſe poteſt li.3.præſ.6.nu.19. 251
Matrimonium ex defectu conſenſus non iudicatur in foro conſcientię li.3.præſ.1.nu.30. 237
Matrimonium in foro conſcientiæ non cenſeri contractũ, etiã per verba de præſenti ſi maritus non animo contrahendi, ſed in copulam alliciendi cauſa, ſe feciſſe aſſerat ibi.nu.33.
Et quando illi credendum ſit nu.34.35.& 37.
Matrimonium ex cohabitatione viri, & mulieris, quo ad filiorum legitimationem tantum præſumitur li.3.præſ.1.nu.46. 238
Matrimonium inter cohabitantes, qua de cauſa lex Pontificia nõ præſumat li.3.præſ.1.nu.79. 241
Matrimonium contrahentes ſub conditione, copula carnali ſe commiſcentes, pure contraxiſſe præſumuntur ibi.nu.80.
Atque hæc præſumptio iuris, & de iure dicitur nu.81.
Matrimonium cõtraxiſſe præſumatur vir & mulier, inuicẽ ſeſe tanquã coniuges tractantes li.3.præſ.1.nu.82.
Eam autem præſumptionem hominis tantum eſſe nu.84.
Matrimonium præſumuntur contraxiſſe, ſeſe inuicem, nomine mariti vel vxoris, qui dignantur ibi.nu.85.
Idem ſi liberos natos filios nominent & legitimos nu 82.
Et quod denominationes hæ leuem faciant præſumptionem, niſi alię coniecturæ concurrant nu.88.
Matrimonium ex lucris inuicem datis, quib. ſe coniuges nominãt præſumitur contractum li.3.præſ.1.nu.89. 241
Matrimonium contractum ex inſtrumento dotali præſumitur, ſi in eo expreſſum ſit nu.91. 242
Procedere id autem, quo ad contrahentes ſolum, vel virum, & mulierem, non alios nu.92.
Matrimonium clam contractum, metu & timore contractum præſumitur lib 3.præſ.4.nu.14. 245
Matrimonium contractum præſumi inter ſponſos copula carnali ſequuta li.1.q.21.nu.2. 23
Matrimonium inter pares facile præſumi li.3.præſ.1.nu.72. 240
Matrimonium etiã copula carnali conſummatũ, iuſtis de cauſis à Pontifice diſſolui li.2.præſ.10.nu.38. 121
Et quæ ſint iuſtæ cauſæ nu.39.42.& 44. 122
Matrimonium præſumitur contractum, quando verba proferuntur de preſenti veluti accipio te in vxorem lib 3.pſ.3.nu.1. 243
Matrimonium an pſumatur contractum, quando verba ſonant in futurum, ſed tamen ſignificant exequutionem actus perfecti & conſummati ibi.nu.3. 244
Et quid ſi pręceſſerint verba ſignificantia ſponſalia nu.4.
Matrimonium preſumi contractum quando verba præcedentia ſunt dubia, ſequentia vero certa, matr ſignificantia nu.5.
Matrimonium contractum cenſeri his verbis; nolo habere aliam in vxorem niſi te nu.7.
Item per verba: promitto, quod non habebo aliam vxorem niſi te numero 8.
Matrimonium potius, quam ſponſalia in caſu dubio preſumitur numero nono.
Matrimonium contractum metu, plus creditur teſti vni, quam aliis contrarium aſſerentib. ſi metus coniectura exiſtat libro 3. præſ.126.nu.22. 439
Matrim. diſſoluere non eſt in coniugũ poteſtate li.3.pſ.1.nu.12. 236
Matrimonium contractum preſumitur cum ea, quam quis ex ſponſis incertis carnaliter cognouit ibi.nu.13.
Et eo vſque procedit, etſi propter coitum ſe matrimonio conſentire nolle ſit proteſtatus nu.15.
Matrimon. preſumptum eandem vim habere, quam verum libro 1.q.47.nu.

47.numero 6. 52
Matrim.præſumptum, quem habeat effectum ex concilij diſpoſitione lib.3.præſ.1.nu.102. 242
Matrim.carnali copula non ſecuta,quib.caſib. Papa diſpẽſando poteſt diſſoluere,iiſdem poſſe etiam in eo, quod copula carnalis præceſsit li.3.præſ.1.nu.45. 239
Matrimonij tanta eſt libertas,vt ſi metu contractum ſit ipſo iure reddatur nullum li.3.præſ.4.nu.1. 245
Idq; adeo verum eſt,vt cum alia deinde cõtrahens eidem obligetur, neque ad primum adſtringatur nu.2.
Matrimonij contractus, vt omnib. antiquior, ita nobilior, & aliorum veluti fons,& origo lib.3.in præferat nu.1. 234
Matrimonij prima inſtitutio,in paradiſo deliciarum cur facta ſit ibid. nume.2.
Matrimonij inſtitutio ſecunda extra paradiſum cur facta nu.3.
Matrimonij onera maritus ſubſtinens,præſumitur id ob dotem fecisse li.3.præſ.68 nu.51. 361
Matrimonij impedimentum ſciens Papa,permittendo videtur diſpenſationem concedere li.2.præſ.20.nu.16. 138
Matrimonia nõ dote, ſed affectib. contrahuntur lib.3.præſ.7.nu.2. 257
Matrimonia ſine dote eſſe poſſunt ibi.nu.3.
Matrimonia omnia præſumpta, etiam præſumptione iuris, & de iure, hodie ex diſpoſitione Concilij Tridẽtini ſublata eſſe lib.3. præſ. 1.nu.99. 242
Medicus cenſetur conductus cũ eiſdẽ qualitatib.& conditionib.quib. 1.vice conductus fuerat li.3.prſ.85.nu.18. 369
Medici operas comparari prædio ruſtico li.3.præſ.85.nu.17. 369
Mens quando pro expreſſa habeatur li.1.q.26.nu.12. 29
Mens diſponentis potius,quam verba,attenditur,vbi illa certa eſt lib. 3.præſ.104.nu.32. 396
Mens patrisfamilias diſponentis indicium præbet,& quomodo ea interpretetur ſecundum Accurſium;cuius tamen opinio reiicitur li.1.q.28.nu.9. 30
Mendacium,& variatio accuſati vel inquiſiti, quæſtionib. an præbeat indicium li.1.q.89.nu.67. 91
Referuntur tamen aliæ opiniones nu.68.69.& 70. 92
Mentione facta adoptionis,beneficij,inſtitutionis,pacti,quomodo diſponentes intelligendi ſint li.3.præſ.40.nu.10. 324
Merita quæ dicantur lib.3.præſ.29.nu.13. 298
Merces ex ſignis inſcriptis agnoſcuntur li.3.præſ.64.nu.6. 355
Mercator habẽs multas merces,quæ difficulter exportari poſſunt,ſoluendo eſſe præſumitur li.3.præſ.59.nu.1. 351
Idem ſi intricata habeat nomina debitorũ in magnis ſummis,adeoq; fugæ ceſſet ſuſpicio nu.2.
Mercator accipiens pecuniã ſub vſuris,ſoluẽdo nõ præſumitur ibi.n.3.
Idem ſi eaſdẽ merces,dilata ſolutione emptas,præſenti pecunia minori precio vendat.nu.4.
Aut merces habeat in locis periculoſis nu.5.
Vel illius bona vendantur nu.6.
Mercatoris lib.inſcripta,ipſius voluntate ſcripta præſumuntur libro 2. præſ.58.nu.2. 184
Mercatori vili,& pauperi aſſerenti ſe gemmas habuiſſe, non habẽdam fidem lib.3.præſ.58.nu.9. 184
Mercatorum libris vltra cauſam ſuarum negotiationum non creditur lib.2.præſ.67.nu.13. 190
Mercatorum libris fidem adhibendam intelligitur in pertinentibus ad mercaturam li.2.præſ.57.nu.20. 182
Metus non præſumitur,etſi quis magnum dederit pro modico libro 3. præſ.126.nu6. 438
Limitari tamen in Tiranno nu.7.
Metus illatus nec quidem à magiſtratum vel dignitatẽ obtinente,præſumitur nu.8.
Metus illatus ex præſumptionib.extantib.probatur nu.9.
Idque, præſertim in contractu, clam aut noctis tempore confecto numero 10.
Metus illatus præſumitur, præcedentib. minis illius qui conſueuerat exequi li.3.præſ.126.nu.24. 439
Metus illatus durare præſumitur,eadem metus cauſa extante ibid.numero 28. 439
Metus purgatus eſſe quibus præſumptionibus & coniecturis appareat ibi.nu.33.& ſeq.
Metus ex ſola dignitate eius,cum quo contrahitur non præſumitur illatus li.3.præſ.127.nu.2. 440
Niſi tamen aliqua metus impreſsio anteceſsit nu.3.
Metus qui in matrimonio contrahendo interuenit, quando præſumatur purgatus lib.1.q 65.nu.3. 68
Metus reuerentialis non præſumitur.etſi ante conſenſum adhibitum, vxor vel filia,clam fuerit de eo proteſtata lib.3.præſump.127.numero 9. 440
Niſi tamen id palàm facere ob maximam reuerentiam non potuerit numero 10.
Metus reuerentialis præſumitur.ſi ante conſenſum præſtitum, maritus vel pater verbera ſit interminatus libro tertio. præſ. 127. numero 11. 440
Idem ſi importunæ preces acceſſerint nu.12.
Et tanta ſit reuerentia pro perſonæ conditione, vt iudex æſtimare poſsit,metu illam conſenſiſſe nu.13.
Metus reuerentialis præſumitur, quando lex tacito ex conſenſu præiudicaret ibi.nu.15. 440
Metus qui matrimonium impediat,qualis eſſe debeat lib.3 præſump.4. numero tertio. 245
Metus regulariter non præſumitur ibi.nu.4.
Metus præſumitur illatus,quando de eo inferendo tractatus præceſsit, etſi in ipſo matrimonij actu non appareat nu.6.
Metus illatus præſumitur,quãdo inter contrahentes magna eſt imparitas nu.16.
Metus illatus,purgatus præſumitur,quando contrahens è loco potuit tuto recedere,idque non fecit nu.26. 246
Idem ſi poſt aliquod tempus petiit ſibi dotem numerari nu.27.
Metus purgatus in contrahente præſumitur,qui aliquem actum omnino voluntarium,& inſolitum fecerit nu.28.
Vel qui poſt aliquot dies viſus eſt hilaris,& tripudiare nu.29.
Metus ratione & cauſa perdurante, ipſe etiam metus perdurare præſumitur lib.3.præſ.4.nu.22. 245
Metum incutere eſt delinquere lib.3.præſ.126.nu.2. 438
Metum illatum præſumi ex communi voce & fama ibi.nu.22.
Metum illatum probari coniecturis lib.3.præſ.4.nu.5. 245
Metum illatum præſumi,ſi ad oſtium domus vbi matrimonium cõtrahitur,armati homines adhibiti ſint ibi.nu.8.
Vel ſi in ea fuerit auditus clamor nu.9.
Aut iuuenis qui contraxiſſe dicitur,exiuerit pallidus, & tremebundus.nu.10.
Metum illatum præſumi ei,qui in contractu matrimonij lacrymatur,niſi aliqua fletus cauſa iuſta adſit nu.11.
Metum ex longa cohabitatione purgatum præſumi, data recedendi facultate nu.24. 246
Quæ autem dicatur longa cohabitatio,relinqui arbitrio iudicis.numero 25.
Metum reſpectu iudicis,an pati,qui eſt in carcere,dicatur libr. 2. præſ. 67.nu 29. 191
Metu feciſſe præſumitur,qui erat in periculo inſtantis mortis libro 1.q. 14.nu.58. 17
Metu compulſus nemo contrahens præſumitur libro 3. præſ. 126. numero 1. 438
Idque præſertim,ſi in Ciuitate vel loco celebri contrahatur.ibi. numero 3.
Aut præſentibus amicis id non conceſſuris.nu.4.
Vel ab his quib.is qui metum allegat.poterat impera nu.5.
Metu feciſſe præſumitur,beneficio ſpoliatus,& deinde illi renuncians li.3.præſ.126.nu.20. 438
Metu contraxiſſe præſumitur,qui de eo proteſtatus poſtea fuerit ibid. nume.23.
Metu præſumitur contraxiſſe, qui eſt in carcere aut loco vel tempore quo libertate caret ibi.nu.26. 439
Item ſi ad oſtium domus adſint armati nu.27.
Metu conſenſiſſe præſumitur,quem veroſimile nõ erat tempore matrimonium contracturum,niſi hoc iuſta cauſa factum appereat lib. 3.præſ.4.nu.12.& 13. 245
Metu contraxiſſe præſumitur,qui poſtquam in loco tuto,& ſecuro eſt, fuerit ea de re proteſtatus ibi.nu.15.
Metu contraxiſſe cenſetur, qui in loco vt contraheret, fuit concluſus numero 17.
Idem ſi poſtquam contraxit,aufugit nu.18.
Vel qui contraxit mandante Principe, qui voluntates, & mandata ſua conſueuit exequi nu.19. 246
Metu contraxiſſe præſumitur puella per vim rapta nu.20.
Metu contractum fuiſſe matrimonium prçſumitur,ſi publica extet vox & fama nu.21.
Miles coniecturis probat,ſe non transfugam,ſed captum fuiſſe ab hoſtibus lib.1.q.58.nu.5. 61
Miles ab hoſtib.reuerſus,captus fuiſſe,non transfuga præſumitur lib.1. q.44 nu.5. 47
Miles filium ſe habere ſciens, alium inſtituendo, tacite præſumitur filium exhæredare li.2.præſ.20.nu.11. 133
Miles 20.annis minor ob iuſtam cauſam manumittere poteſt li.3. præſ. 29.nu.44. 301
Miles Reipub.cauſa abeſſe præſumitur li.2.prçſ.60.nu.6. 185
Miles in iudicio etſi alterius procurator eſſe nequeat,parte tamen non opponente iudicium tenet li.2.prçſ.46.nu.8. 160
Militiam emptam filio à patre,habente bona obligata,vtrum ex pecunia creditorũ prçſumamus emptam li.3.prçſum 50.nu.6. 337
Minç prçcedentes quçnam quib. faciunt indiciũ, & de quib. id minis accipiendum li.1.q.89.nu 59.60.61.& 62. 91
Minç factç ab eo qui non conſueuit exequi,aliis adminiculis non concurrentibus,ad torturam ne quidquam faciunt indicium ibi.numero 63.
Minç in dubio mediante iuſtitia, non propria autoritate,intelligi debent nume.66.
Minas inferre metum iuſtum,q̃ requirantur lib.3.pſ.126.nume.25. 439
Minimum quod eſt,in dubio ſequimur lib.3.præſ.106.nu.4. 398
Minima conſiderantur etiam in his.quç à iure communi permiſſa ſunt ſecus ſi ſpeciali l.2.prçſ.23.nu 5. 141
Minor prçſumitur cui tanquam minori datus eſt curator,& quomodo procedat iſta prçſumptio.li.2.prçſ.50.nu.40. 168
Minor res maiorum ſuorum diſtrahendo,enormiter cenſetur læſus li. 3.prçſ.83.nu.4. 366
Minor curatorem habens,ſine ipſius autoritate, neque expreſſè obligatur neque tacitè li.3.prçſ.56.nu.10. 346
Minor maiorem ſe confeſſus,nihilominus reſtitutionem in integrum rectè petit,li.2.prçſ 51.nu.41. 174
Minor contractum reſcindi petens,quando probare teneatur precium deperditum,aut male conſumptum lib.3.præſ.84.nu.4. 367







Minor contrahens cum fœneratore,præſumitur læſus,niſi locupletior factus probetur.lib.3.præſ.82.nu.2. 365
Minori tribuens magiſtratum Princeps,omnia eum recte gerere decernit lib.2.præſ.20.nu.8. 138
Minori pretium ſolutum,eiuſque in vtilitatem conuerſum præſumi, ſi requiſitæ in contractu ſolennitates fuerint adhibitæ libr.3.præſ. 84.nu.3. 367
Minorem quemlibet præſumi,niſi probetur maior, ex opinione alteri contraria lib.2.præſ.50.nu.2. 165
Minores,& mulieres,ob fragilitatem facile præſumuntur decipi lib.3. præſ.82.nu.1. 365
Idque certis tantum caſib.non autem regulariter ibi.nu.13. 366
Mobilia triennio,in detrimentum negligentis vſucapiuntur lib.3.præſ. 139.nu.3. 476
Molendinum vel furnũ alicuius accedens per annos aliquot,non præſumitur animo ſe obligandi feciſſe lib.1.q.20.nu.7. 23
Molendini conſtruendi conceſsio à principe facta, præſumitur etiam in præiudicium alterius molendinum habentis lib.2.præſump.9. nu.21. 118
Moleſtare non velle qui promiſit,intelligitur ſi cauſa ipſi non præbeatur lib.3.præſ.38.nu.4. 322
Monacho litiganti contra Abbatem vel monaſterium decernẽdæ ſunt litis expenſæ,ſi pro ipſo extet præſump.lib.1.q.35.nu.21. 36
Idem eſt in vaſallo contra dominum litigante.nu.22.
Et in eo cuius bona ſunt ſequeſtrata nu.23.
Monachum qui ſe aſſerit,præſumitur eſſe iuſtæ ætatis libro 3.præſ.132. nu.9. 459
Monetæ mentio facta in ſtatutis,intelligitur de currenti li.3.præſ.76. nu.3. 365
Monetæ numerus,& qualitas qua teſtator vtebatur præſumitur legata lib.3.præſ.109.nu.3. 401
Monitionem trinam pro pignoris venditione neceſſariam eſſe libr.3. præſ.139.nu.25. 401
Mora conuentionalis difficilius purgatur quam legalis libr.1.quæſtio. 46.nu.75. 51
Moræ purgatio.non niſi ſuadente æquitate permiſſa eſt lib.1.q.34.numero 5. 34
Mors non præſumitur,& eam allegans probare debet libro 2.præſ.83. nu.6. 220
Mors potius eligenda,quam peccato conſentiendum libr.3.præſum.4. nu.32. 247
Mortis mentio facta,cauſa ſolum dilationis,donatio cenſetur inter viuos.lib.3.præſ.11.nu.5. 267
Mortis mentione facta in genere tantum, donatio cenſetur inter viuos lib.3.præſ.35.nu.15. 316
Mortis filij tempus,teſtimonio patris probatur li.2.præſ.51.n.16. 171
Mortem occiſi vlciſci,permiſſum eſt omnibus ſang.coniunctis libro 2. præſ.52.nu.2. 177
Mortuus repertus ante domum alterius,inimicitia concurrente, præſumitur a domino domus occiſus lib.1.q.89.nu.92. 93
Limitatur ibi.nu.93.
Mortuum in carcerib.lex præſumit culpa cuſtodis obijſſe.lib.2.præſ.85. nu.15. 223
Mortalitas quid dicatur lib.3.præſ.158.n.11. 475
Mulier legum diſpoſitiones præſumitur ignorare li.2.præſ.3.n.9. 112
Mulier viro ſubiecta dicitur lib.3.præſ.22.n.4. 289
Mulier ſibi in dote ſua præiudicare poteſt.li.3.præſ.10.n.20. 266
Mulier triplicis generis bona habet lib.3.præſ.8.n.1. 258
Mulier tempore matrimonij vel poſt,nulla data vel promiſſa dote,ſimpliciter bona ſua promittens,dotis nomine promiſiſſe præſumitur ibi.n.8.
Mulier ante vel poſt matrimonium contractum bona ſua futuro marito tradens ſimpliciter,dotis nomine feciſſe præſumitur ibi.n.13.
Idque procedit etiam ſi bona excedant dotem congruam.nu.16. 259
Vel ſi diu poſt matrimonium contractum tradita ſint.n.17.
Mulier dote iam conſtituta,tradens viro vel ante vel poſt matrimoniũ contractum,bona,nulla expreſſa cauſa, tanquam paraphernalia cenſetur tradidiſſe ibid.n.18.
Mulier ſui natura eſt ibid.n.21.
Mulier alteri regulariter non obligatur lib.3.præſ.22.n.7. 289
Mulier de præſenti ſtuprum committens,præſumitur adulterium committere etiam marito viuo lib.1.q.24.n.28. 26
Mulier ſine dote apud maritum eſſe non debet li.1.q.43.n.13. 47
Mulier dotem promittens,vtrum dando quid minimũ ſe liberare poſſit.ibi.n.14.
Mulier inuita viro tradita,ſi patitur ſe carnaliter cognoſci,præſumitur in virum tanquam in maritum conſenſiſſe lib.3 præſ.1.nu.21. 226
Idque præſumptione iuris,& de iure.n.22.
Mulier habitu,& veſtitu honorifico vtens,quib.vti ſolent vxores ſimilium,arguit matrimonium contractum li.3.præſ.1.n.93. 242
Idem præſumitur ex geſtatione annuli.n.94.Si tamen aliquis tractatus matrimonij præceſſerit.n.95.
Mulier tamquàm minor,ſuum præſumitur ius ignorare libr.3.præſ.82. nu.6. 365
Mulier coniugata inter viuos donare, in detrimentum mariti nequit lib.3.præſ.11.nu.11. 268
Mulier conſentiens viro alienanti fundum dotalem,dicitur fideiuſſorio nomine conſenſiſſe lib.3.præſ.22.n.3. 289
Mulier intercedens pro alio, & poſt biennium confirmans obligationem,præſumitur non alterius ſed propria cauſa intercedere lib. 3.præſ.21.n.2. 288
Idque præſumptione iuris,& de iure.n.3.
Mulier intercedendo pro altero aliquid accipiens, Velleiano nõ iuuatur ibi.n.4.
Mulier adhibens ſtipulatorẽ pro ſe ſuiſque hæredib.de reddenda dote inter viuos præſumitur donaſſe lib.3.præſ.11.n.8. 267
Mulier ventris nomine miſsa in poſseſsionẽ bonorum,ſi prægnans non reperiatur,non reſtituit fructus,& alimenta,niſi calũniæ id cauſa feciſſe conuincatur.li.1.q 35.nu.37. 37
Mulier cui certa pœna promiſsa fuerat,ſi certo tempore dos nõ ſolueretur,lapſo tempore,dotem ſine proteſtatione recipiendo præſumitur pœnam remiſiſſe li.3.præſ.25.n.14. 292
Mulier dans augmentũ in reb.mobilib.non poteſt aſsumere in ſe onus probandi,rem ſe modicam dediſse li.3.præſ.12.n.33. 273
Mulier viro dotem numerãs,præſumitur ſtipulationem de reſtituẽda ea adhibuiſse,eſtque ea præſumptio iuris, & de iure libr.1.q.45. nu.2. 48
Mulier induſtria,quæ veroſimiliter ex ſuis negotiationibus acquirere potuit,non præſumitur ex bonis mariti acquiſiuiſse libr.3.præſ. 51.n.32. 340
Niſi tamen ſors ipſa principalis fuerit mariti.n.34.
Vel in contrarium extet conſuetudo,vt omnia vxores mariti acquirant nu.35.
Mulier quas operas marito præſtare teneatur nu.33.
Mulier habita pecunia à cõſanguineo,non præſumitur bona deinceps acquiſita,ex bonis mariti quæſiuiſse ibi.n.36.
Idem ſi ab amaſio,vel etiam ex turpi quæſtu,cum id donatũ,in ipſius domino permaneat nu.37.
Mulier diues nupta pauperi,ex ſua potius quam mariti pecunia acquirere præſumitur.n.38.
Mulier adminiſtratrix bonorum alicuius,ex illis potius,quam ex turpi quæſtu,præſumitur acquiſiuiſse.n.39. 341
Mulier proprietatem rei habens, cõſolidata demum cum vſufructu,ex propriis præſumitur acquirere.n.41.
Mulier quæ reperiatur poſsidere bona acquiſita, in iudicio poſseſsorio obtinet ibi.n.44.
Id tamen quomodo accipiendum.n.45.
Mulier renuncians hypothecæ ſuper donatione propter nuptias aſsignatæ,blandiciis viri inducta præſumitur li.2.præſ.127.nu.4. 440
Mulier nunquam nupta,ætate minor,non præſumitur, omnia bona ſua in dotem dediſse lib.3.præſ.6.n.1. 249
Et huius quæ ſit ratio.n.2. 250
Quamuis etiam effecta maior,pateretur maritum bona poſsidere, & adminiſtrare.n.3.
Quod tamen non procedit,ſi effecta maior, marito poſt quinquennium non contradixit,aliquibus præſertim accedentibus coniecturis.n.4.
Mulier ętate minor,ſolum habens bona mobilia, quæ ſeruando ſeruari nequeunt,prçſumitur ea in dotem dediſſe.nu.5.
Et quid ſi curatorem habeat.nu 7.
Præſumptionem iuris ſi pro ſe quis habeat, non defertur iuramentum ſuppletorium aduerſario ſuo ſemiplene probanti li.1.q.32.n.433.
Præſumptionem iuris contra ſe habens, apertiſsimis eam probationib. diluere debet ibid.nu.5.
Præſumptionem iuris lex pro veritate habet, ſi non probetur contrarium, eaque probandi onus in aduerſarium reiicit, maxime tum demum vbi vrgens eſt li.1.q.33.nu.2.& 3. 34
Præſumptionem iuris ſolam lex pro auxilio probationis habet ibi.numero 7.
Præſumptionem iuris habens pro ſe, non dicitur probare, ſed lex ipſa li.3.præſ.141.nu.21. 483
Præſumptionem contra ſe ex confeſsione ſua ductam qui habet, validiores probationes ad illam diluendam offerre debet li.1. q.38. nu.8. 41
Præſumptionem iuris, & de iure tunc demum dici, quando dictũ fuit, contrarium probari non poſſe li.3.prǽſ.121.nu.9. 48
Præſumptionem à fictione differre vel ſola vtriuſque definitio indicat li.1.q.8.nu.1. 10
Præſumptionem iuris, & de iure fictionem eſſe qui dixerunt, erroris conuincuntur li.1.q.8.nu.16. 11
Præſumptionem iuris, & de iure pro ſe habens, non poteſt cogi fateri contrarium li.1.q.62.nu.1. 67
Præſumptionem allegari tacite ſufficit li.1.q.49.nu.1. 57
Idque etiam procedit in criminalibus ibid.nu.4.
Præſumptionem iuris, & de iure in iudicio allegare, non eſt neceſſe, & quæ ſit ratio li.1.q.48.nu.1. 54
Præſumptionem iuris allegare quando non ſit neceſſe ibid.numero 33. & 34. 56
Præſumptionem iuris ex facto aduerſarij ortam, neceſſe num ſit allegare nu.35.
Præſumptione, quæ ex curſu temporis oritur, recedimus, quãdo de veritate conſtat in contrarium li.3.præſ.131.nu.75. 456
Præſumptione ceſſante, non ceſſat lex ſuper præſumptione fundata li 1.q.78.nu.1. 75
Præſumptiones, & cõiecturæ circa duo verſantur, rem ſcilicet, & animum li.1.q.12.nu.1. 14
Præſumptiones & probationes quænam ſint in iudicis poteſtate li. 1. q.44.nu.7. 47
Præſumptiones plures vna ſimul concurrere poſſunt, diuerſum in fictione li.1.q 8.nu.22.& 23. 11
Præſumptiones plures, & eodem quidem facto ortæ, quando ſimul eſſe & concurrere nequeant li.1.q.43.nu.3. 46
Præſumptiones duæ vel plures ſimul ſtare poſſunt, quando ex diuerſo facto, ad eundem finem tendentes, oriuntur ibid.nu.5.
Præſumptiones duæ concurrere non poſſunt, quando ex eodem quidem fonte proueniunt, ſed diuerſos habent effectus ibid.numero 6.
Præſumptiones, & coniecturæ, quando non habeant locum li. 1. q.45. nu.15. cum ſeq. 48
Præſumptiones non admittunt extenſionem li.3.præſ.1.nu.52. 259
Præſumptiones ex facto hominis deſumptæ, non reperiuntur à lege receptæ vel approbatæ, ideo in iudicantis arbitrio collocantur li.1.q 36.nu.10. 38
Idque declaratur ibi.nu.13.
Præſumptiones hominis duæ vel plures iungi ſimul poſſunt, ad conſtituendum probationem plenam, in cauſa ciuili non ardua lib.1.q. 40.nu.1. 43
Præſumptiones quam probationes facilius ſimul iungi ibi.nu.3.
Præſumptiones plures non coniũguntur in cauſa ciuili ardua, vel magni ponderis ibid.nu.4.
Præſumptiones duæ ad faciendam probationem plenam, in cauſa matrimonij non coniunguntur, ſi de illius ſeparatione prǽſertim ageretur nu.5.
Aliud eſſet tamen, ſi de illius confirmatione vel validitate tractaretur nu.6.
Et quid ſit in probatione filiationis nu.7.
Præſumptiones plures, quando etiam in cauſa criminali ſimul iungantur, & quando non nu 9.& 10.
Præſumptiones plures ſi concurrant, ſimul etiam tunc iunguntur, vbi agitur in cauſa criminali de pœna infligenda ibi.nu.11. 44
Præſumptiones quas facit homo, lex approbare cur non potuit li. 1. q. 5.nu.7. 7
Præſumptiones hominis in iudicis arbitrio poſitæ ſunt ibid. numero 8.& 10.
Præſumptiones hominis non violentæ, vel etiam vehementes non ſunt coniungendæ ad conſtituendam plenam probationem, quo ad pœnam ordinariam li.1.q.97.nu.18. 102
Præſumptiones duas in eodem actu concurrere à iure non conceditur li.3.præſ.132.nu.81. 463
Præſumptiones ſumi à natura, lege, & accidẽti, iuxta opinionem Coraſij improbatur li.1.q.13.nu.6. 15
Præſumptionum, coniecturarum, ſignorum, & indiciorum doctrinam è multis iudiciis partib. præcipuam eſſe li.1.in prohem.nu.1. 1
Præſumptionum hominis certam doctrinam dari non poſſe libr.1.q.5. numero

numero 9. 7
Præſumptionib.quibuſcunque conſtans,dicitur expreſſum lib.1. q. 45. nu.1.3.& 5. 48
Præſumptionib.probantur multa,quæ directò alias probari nequeunt li.1.q.58.nu 1. 61
Et quales nam debeant eſſe præſumptiones illæ nu.20. 62
Præſumptionib.trib.in aliquo actu requiſitis, duab.exiſtentibus tertia per iuramentum ſuppleri nequit il.1.q.84.nu.1. 83
Quæ ſit ratio illius ibi.nu.2.
Præſumptionib.& indiciis claris,& indubitatis,receptis, & approbatis ab ipſa lege,condemnare poteſt iudex inquiſitum abſq; alia tortura,pœna tamen arbitraria li.1.q.92.nu.1. 98
Præſumptionib.quidem claris,ſed hominis tantum extantib. reus torqueri debet ibi.nu.2.
Idque totum arbitrabitur iudex nu.3.
Prætore autore geſta,præſumuntur geſta ſolenniter lib.3.præſ.61. numero 3. 253
Præuentioni quando ſit locus li.2.præſ.18.nu.37. 136
Pignus in dubio,præſumitur idoneum,& ſufficiens li.2.præſ.93.numero 3. 228
Pignus tamquam ſortis acceſſorium,illius naturam ſequitur lib.3.præſ. 120.nu.3. 417
Pignoris venditio permiſſa debitori à creditore,non tollit ius pignoris,niſi venditione ſequuta li.3.præſ.115.nu.49. 411
Eaque permiſsio remiſsionem iuris pignoris,non principalis debiti operatur nu.50.
Pignori ſibi datam rem ſcienter ementes,præſumuntur inuicē conſentire,& pignoris ius remittere li.3.præſ.117 nu 8. 414
Pignore conuentionali non tranſit dominium,niſi pro valore,& quantitate pignoris,ſecus in pignore iudiciali aut prætorio li.2.præſ. 92.nu.3. 228
Pignora à iudice victori aſsignata,pro toto debito aſsignata præſumũtur,& quæ ſit ratio li.2.præſ.92.nu.1.& 2. 227
Pignora limitate aſsignata à iudice pro certa quantitate,nō præſumitur pro toto debito aſsignata ibi.nu.4. 228
Idem ſi creditor proteſtetur,ſe pignus nolle,niſi pro iuſto ſuo valore nu.5.
Phiſiognomia mala,aliis adiuta adminiculis,torturæ facit locum lib.1. q.89.nu.130. 95
Primipili munus quale fuerit lib.2.præſ.72.nu.25. 203
Princeps eſt ipſa lex viua li.1.q.37.nu.23. 40
Princeps non præſumitur leges a ſe conditas,non velle obſeruari li.2. præſ.6.nu.5. 114
Princeps lege poſitiua non ligatur li.3.præſ. 29.nu.100. 304
Princeps quando perſonæ priuatæ æquiparetur libro 2. præſ.10.numero 54. 123
Princeps dans vel confirmans aliquid,intelligitur ſaluo iure tertij li.2. præſ.9.nu.5. 118
Princeps aliquid faciens vel concedens,præſumitur iuſtis cũ cauſis li. 2.præſ.10.nu.1. 120
Eaque præſumptio non admittit probationem in contrarium ibid. nume.2.
Princeps loqui dicitur per os dei.nu.3.
Princeps deus dicitur inter homines nu.4.
Princeps veritate non mendacio moueri dicitur nu.5.
Princeps cognoſcens de cauſa dicitur cognoſcere tanquam deus numero 6.
Princeps talis præſumitur qualis de iure eſſe debet nu.7.
Princeps iuſtitia plenus non præſumitur velle plus quam velit lex ibi. nu.8.
Princeps ea quæ iuris poſitiui ſunt,liberè & abſque cauſa tractare poteſt nu.10.
Princeps ſine cauſa iuſta, non poteſt quæ ſunt iuris diuini, naturalis vel gentium nu.11.
Princeps in dubio præſumitur iure communi vti voluiſſe & ſecũdum id reſcribere li.2.præſ.12.nu.1. 114
Princeps nil poteſt in his,quæ ſunt iuris diuini,naturalis,vel gentium li.2.præſ.9.nu.28. 119
Princeps iuris mentionem faciens,in diſpoſitione aliqua, veluti priuilegio vel reſcripto,intelligitur de iure à ſe condito li.2. præſ. 6. nu.1. 114
Princeps vnus ſine conſenſu alterius legem condens,non obligat non conſentientem li.2.præſ.5.nu.9. 113
Princeps reſcribere ſecũdũ ius,& æquitatē præſumitur li.2.præſ.17. 117
Princeps quãdo in reſcripto voluerit præiudicare tertio etiam in reb. magnis li.2.præſ.9.nu.19. 118
Princeps non ſubdito nequit præiudicare li.2.præſ.10.nu.27. 121
Princeps contrahendo cum non ſubdito, non fruitur priuilegiis principatus nu.28.
Princeps tolerans bannitum in ciuitate, non iudicatur eum à banno abſoluiſſe li.1.q.23.nu.7. 24
Principis mens præſumitur talis,qualis lex eiuſque ratio lib.2.præſ.10. nu.9. 120
Principis ab expreſſa aſſertione recedimus,quando de veritate in contrarium conſtat li.2.præſ.10.nu.31. 121
Principis de poteſtate diſputare nefas eſſe quomodo accipiendum ibi. nu.56. 123
Principis aſſertioni creditur in antiquis,etiam quo ad ea,quę ſine cauſa iuſta facere non poſſet nu.64. 124
Principi aſſerenti de facto anteceſſoris,ſui,creditur etiam in præiudicium tertij li.2.præſ.11.nu.6. 124
Principi placere,niſi quod iuſtum eſt non præſumitur lib.2.præſ.9. nume.4. 117
Principem ſuprema poteſtate aut regia vti voluiſſe,non præſumitur li. 3.præſ.29.nu.99. 304
Principem præiudicare voluiſſe tertio quo ad ius quærendum,ſpe non approbata li.2.præſ.9.nu.20. 118
Idem ſi ſit ius quoddam contingens nec ordinarium nu.21.
Principem vno momento legis diſpoſitionem interuertere velle, non præſumitur lib.2.præſ.20.nu 4. 137
Principe allegante cauſam iuſtam & legitimam in his quæ ſine cauſa facere non poſſet,Præſumptionem eſſe pro ipſo vult Alciat.li.2. præſ.10.nu.62.fol.123.Cuius opinio refutatur nu.63.
Principe inferior mentionem faciens iuris,quo caſu de ſtatuto tantum intelligatur li 2.præſ.6.nu.6.& 7. 114
Et quo caſu intelligatur de conſuetudine ibi.nu.8.& 11.
Principe remittente delictum commiſſum,non præſumitur remiſſa pœna læſo delata lib.2.præſ.9.nu.13. 118
Principe cum ſubditis contrahente,metus illatus præſumitur li.3.præſ. 116.nu.12. 438
Id tamen quomodo accipiendum nu.13.
Principali conceſso,cenſetur tributa illi cohærentia li.3.præſ. 97. numero 11. 382
Priuilegium conceſſum non ſubdito,princeps nō reuocat li.2.præſ. 10. nu.29. 121
Priuilegium,aut conceſsio perſonæ facta,perſonalis eſt,cum ea extinguitur,nec ad hæredes tranſit li.3 præſ.103.nu.1. 392
Priuilegium conceſſum ad benemeritorum remunerationem,verũ perſonale ſit vel reale nu.12.& 13.
Priuilegium reale dicitur,ſi perſona cui conceſſum ſit, remota cauſa fuerit,proxima vero quæuis alia.nu.16.
Priuilegium conceſſum à principe reale eſse nu.31. 393
Perſonale autem inferioris à principe nu.32.
Priuilegium principis de facto aliquo perſonale eſse nu.33.
Priuilegium de iure indeterminato, perſonale, de determinato reale præſumi nu.34.
Priuilegium ſeu conceſsio rei ad hæredes non tranſitoriæ,perſonã nō egreditur nu.35.
Priuilegium in mutuo nullum conſiderari, ad transferendum dominium pecuniæ ſolutioni iam deſtinatæ libro tertio,præſ.58.numero 1. 350
Priuilegij cauſam proximam , & immediatam fuiſse perſonam ſignis probari li.3.præſ.103.nu.2. 392
Si ratio & cauſa conceſsionis ipſi ſoli perſonæ conueniat nu.3.
Si ſpeciali fauore ipſius perſonæ factum probetur nu.6.
Si ſub nomine proprio aut pronomine ſiat conceſsio nu.9.
Si perſonæ induſtria videatur electa,idque ex qualitate negocij cōmiſsi appareat nu.10.
Si id appareat ex aliqua priuilegij parte nu 11.
Priuilegia duo vbi concurrunt,illud magis ſpeciale dicitur,quod perſonæ conceditur li.2.præſ.18.nu 19. 134
Priuilegia etiam pro hæredibus acquiſita præſumuntur li. 3. præſ 47. nu.7. 333
Priuilegiatum in caſib.nō priuilegiatis,iure commune vti,in dote non procedit,quæ regulariter eſt priuilegiata libro 3. præſ 14.numero 2. 282
Priuilegiatis duob.concurrentib.is qui priuilegium potentius habet præfertur li.2.præſ.72.nu.21. 203
Pōtifex,Epiſcopus,magiſtratus,Doctor,peritus in arte, ſemper electus præſumitur idoneus li.2.præſ.86.nu. 2.3 4 5 & 6. 223
Pontifex non abrogans leges ciuiles clare,& abſolutè cēſetur eas approbaſse,maxime quoad loca Cæſari ſubiecta li.1.q.80.nu.23. 79
Pontifici maximo omnis a deo data poteſtas li.2.præſ.14.nu.2. 126
Pontificis poteſtas nulla eſt aduerſus leges ciuiles,niſi cum iniquę ſint & iniuſtæ li.1.q 80.nu.22. 79
Poſsidere aliquem cum peccato,canones non permittunt libr. 1. q.79. nu.6. 76
Poſsidere magis dicitur,qui fructus conſequitur,quam qui rem corporaliter detinet li.3.præſ.127.nu.35. 435
Poſsidere iure proprio potius,quam alieno quis præſumitur li. 3 præſ. 91.nu.4. 375
Poſsidens ſemel,adhuc poſsidere præſumitur li.1.q 48.nu.8. 55
Poſsidens titulo minus ſolemnis voluntatis, tenetur reſtituere heredib.legitimis in foro conſcientię, modo ad id conueniatur li. 1. q.80.nu.31. 80
Poſsidens tempore tali, cuius initij memoria non exiſtit, pręſumitur poſsidere titulo legitimo li.1.q.65.nu 4. 69
Poſseſsio anteceſsoris ſucceſsori in feudo prodeſt lib.3.pręſ.93.numero 11. 379
Poſseſsio vera,& propria transfertur per clauſulam conſtituti lib. 1.q. 39.nu.16. 42
Idem eſt in actu quo defertur hęreditas nu 17.
Poſseſsione ſua priuatus cenſetur ſpoliatus a iudice, qui iniuſte proceſsit li.1.q.14.nu.70. 17
Poſseſsor in dubio præſumitur dominus li.3.præſ.100.nu.5. 386
Poſseſsor titulo pręambulo poſsidere pręſumitur lib.3 pręſ.101.numero 10. 388
Poſseſsor currens titulo 30.ann.curſu in bona fide pręſumitur li.3.pręſ. 130.n.11. 446
Etiamſi poſtmodum de antiquiore alterius poſseſsione appareat numero 12.
Niſi tamen huic poſseſori ius commune reſiſtat nu.13.
Aut





Aut de ipſius mala fide conſtaret per præſumptiones nu.14.
Vel mala fides induceretur à ſtatuto,quod cōtractui celebrato repugnet nu 15.
Idem ſi de graui ageretur præiudicio nu.16.
Poſſeſſor titulo carens ſolo 10.vel 20.annorũ curſu,in bona fide præſumitur li.3.pręſ.130.nu.17. 447
Idq; multo magis in iudicio poſſeſſorio,in quo bona fides,abſq; alia tituli probatione pręſumitur nu.19.
Quamuis poſseſſor habeat cauſam lucratiuam nu.20.
Poſſeſſor titulo carens,ſi illius poſſeſsio noua ſit adhuc pręſumitur in bona fide li.3.pręſ.130.nu.21. 447
Et ſi ſtatutum bonam fidem requirat nu.22. 447
Fallit tum ſi de antiquiori poſſeſſore appareat nu.23.
Idem in incorporalib.nu.24.
Vel ſi malę fidei præſumptiones extent nu.25.
Poſſeſſor rei ſeruitia præſtans, in ſignum ſubiectionis, feudum arguit li.3.pręſ 91.nu.39. 377
Et quot annorum curſus requiratur nu.40.& 45.
Poſſeſſor quilibet malæ fidei omnes fructus, vel eorum æſtimationem reſtituere tenetur li.3.præſ.9.nu.9. 261
Poſſeſſor bonæ fidei quis dicatur ibid.nu.14. 262
Poſſeſſoris habentis verum titulum,bona fides præſumitur lib.3.præſ. 30.nu.1. 445
Idem in habente titulum putatiuum nu.2. 446
Et quidem cauſato errore etiam iniuſto nu.4.
Poſſeſſoris titulo carentis, bona fides tamen præſumitur, accedente longiſsimi tēporis curſu li.3.præſ.130.nu.7. 446
Idq; locum habere etſi poſſeſsio ſit contra ius commune nu.8.
Et in reb.quoque incorporalib.nu.10.
Poſſeſſoris habentis titulum a lege reprobatum mala fides præſumitur li.3.præſ.130.nu.33. 447
Quinimo,& dolus ibi.nu.34.
Idq; non ſolũ de iure cōmuni,ſed etiã de ſtatuto intelligēdũ nu.36.
Idem ſi poſſeſsio contra iuris præſumptionem ſit nu.38.
Etiam accedente curſu 30.anno.nu.39.
Fallit ſi iuſtum precium appareat interueniſſe nu.41.
Idem in ruſtico,& muliere nu.43.
Vel ius eſſet dubium nu.44.
Aut non reſiſteret,licet nec aſsiſteret nu.45.
Fallit præterea in ſucceſſore eius,qui longiſsimo tempore poſſedit quod contra iura mercatus eſt nu.46.
Poſſeſſoris mala fides præſumitur,ſi ex aliquo actu extrinſeco colligi poteſt li.3.præſ.130.nu.47. 448
Poſitiones cōcludere poſsũt per præſumptiones li.1.q.56.nu.1. 60
Poſitionib.quicquid deduci poteſt,id etiam probari poteſt libr.1.q.61. nu.14. 66
Poſitionib.aduerſarij varie reſpondens, præſumitur per fraudem reſpondere,& periurus cenſetur li.2.præſ.43.nu.1. 156
Poſitionib.reſpōdere cōtraria animo corrigēdi,permittitur ibi.n.2.
Poſthumi nomen tanquam generale, omnes poſthumorum ſpecies cōplectitur li.3.præſ.40.nu.5. 324
Poteſtate ceſſante de voluntate vana eſt diſputatio li.2. præſ.5.n.7. 113
Potentior ille dicitur,qui poteſt aduerſarium terrere libr. 3.præſ.129. nu.37. 444
Potentior an dicatur is,qui difficilius conueniri poteſt,iudicis arbitrio relinquitur ibi.nu.38.
Potentia naturalis quid ſit li.1.q.14.nu.30. 16
Probare qui ob lapium termini non poteſt, non poteſt etiam facere poſitiones li.1.q.62.nu.3. 67
Probatum illud eſſe dicitur,quod conſtat legi ita eſſe li.1.q.36.numero 11. 38
Probatio nulla melior,nullaq; efficacior,quam proprij oris confeſsio li.1.q.61.nu.8. 65
Probatio vera & propria illa eſt,quæ alterius patrocinio non indiget li.1.q.36.nu.12. 38
Probatio ſeu fides quæ teſtib.fit,cæteris excellit li.1.q.1.n 6. 2
Probatio per iuramentum etiam aliis reiectis,admittenda li.2.præſ.47. nu.6. 161
Probatio contraria,ſemper admittitur contra præſumptionem,niſi lex eam expreſſe reiiciat li.1.q.60.nu.2. 62
Probatio per facti euidentiam,reliquis omnib.excluſis,excluſa non dicitur li.1.q.67.nu.2. 70
Probatio aduerſus præſumptionem iuris & de iure,parte non opponente,admiſſa prodeſt li.1 q.68.nu.1. 70
Probatio veroſimilis,quam nos præſumptionem iuris dicimus,quid ſit ſecundum Quintilianum, Victorium & Maioragium li.1.q.4. numero 1. 6
Probatio coniecturalis an dicatur vera probatio lib.3.præſ.141.numero 22. 483
Probatio artificialis quæ li.1.in prohem.nu.9. 1
Probatio artificialis, quomodo differat ab inartificiali numero 10. ibid.
Probatio artificialis ſeu præſumptio trib.conſtat argumentis nempè, ſignis & exemplis li.1.q.6.nu.1. 7
Probatio artificialis quomodo diuidatur à Gandino libro 1.q.2.numero 4. 4
Probatio inartificialis quæ li.1.in prohem.nu.7. 1
Probatio etiam per indirectum,contra præſumptionem iuris & de iure admittitur.lib.1.q.65.nu.1.fol.68.Et quot ſufficiant teſtes ibid. nu.11.fol.69.Et li.3.præſ.1.nu.28. 237
Probatio contraria per iuramentum eius admittitur, contra quem extat iuris præſumptio, ſi de leui præiudicio agatur lib.1.q.77.numero 15. 75
Probatio contraria contra præſumptionem,non fictionem admittitur li.3.præſ.67.nu.5. 360
Probatio contraria vbi ſuperuenit,ceſsant præſumptiones & cōiecturæ li.1.q.31.nu.7. 33
Probatio ſemiplena,eſt præſumptione hominis potentior.libro 1.q.32. nu.6. 33
Probatio dubia nil prodeſt li.1.q.97.nu.29.fol.104. Et libr.2.præſ.51.numero 49. 174
Probatio liquidiſsima requiritur in pœnis ibid.nu.33. 73
Probatio non auget vel minuit delictum nu.35.
Probatio eſt quid extrinſecum,poſt delictum perfectè cōſummatũ ſuperueniens nu.36.
Probatio etſi contra fictionem non admittatur,attamen per indirectũ probari poteſt, nempe demonſtrando ceſſare æquitatem ſuper qua fictio fundata eſt li.1.q.8.nu.14. 11
Probatio ex conuentione partiũ,ſi non admittitur contra ſcripturam per teſtes vel ſcripturam aliam,quæ probatio poſsit admitti li.1. q.51.nu.11. 57
Probatio ex diuerſis ſpecieb.probationum reſultans,præſumpta dicitur li.1.q.39.nu.1. 42
Vide tamen nu.18. 43
Probatio compoſita,ex duab.ſpecieb.perfectis ac per ſe ſtãtib.proprie dicitur probatio ibi.nu.2. 42
Probatio compoſita ex duab.ſpecieb.imperfectis, eiuſdem tamen generis,formæ & ſubſtantiæ,probatio proprie dicitur ibid. numero 3.
Probatio propria dicitur etiam illa, quæ compoſita eſt ex vna ſpecie probationis perfecta ac plena, & alia imperfecta & ſemiplena ibid.nu.5.
Probatio præſumptiua tunc conſtituitur, cum duæ ſpecies probationis imperfectæ diuerſi generis ſimul iunguntur ibidem numero 7.
Probatio eſt actus,rei dubiæ fidem faciens ibid.nu.20. 43
Probatio plena dicitur,quæ ex duab.ſemiplenis conficitur ibi.nu. 22.
Probatio plena vt ſiat,regulariter ex præſenti non infertur ad præteritum ſecundum Bart.li.1.q.24.nu.42. 26
Probationis ſpecies duæ,artificialis & inartificialis libro 1.in prohem. nume.6. 1
Probationis inartificialis quinque ſpecies ſecundum Ariſtot.libr. 1.q.1. nu.1. 2
Probationis inartificialis plures ſpecies ſecundum Ciceronem ibi.numero 2.
Probationis inartificialis ſpecies ſex,ſecundum Quintilianum ibi. numero 3.
Quæ partitio approbatur ibi.nu.4.
Probationis artificialis duæ partitiones ſecundum Bal.lib.1.q.2.nume. 2. & 3. 4
Probationis artificialis diuiſio ſecundum Alexandrum de Ales lib.1.q. 2.nu.5. 4
Probationis appellatione in dubio de plena intelligitur lib.1.q.37.numero 18. 40
Probationis ſpecies quæ per inſtrumēta fit, priuilegiata cur ab aliquibus dicta ſit li.1.q.1.nu.13. 2
Probationem artificialem, Quintil.quomodo definiat libro 1. q. 2. numero 1. 4
Probationem contrariam lex in præſumptione iuris & de iure reiicit li.3.præſ.121.nu.8. 418
Probationem ſolã oratori neceſſariam exiſtimauit Quintil.li.1.in prohem.nu.4. 1
Probationem contra præſumptionē iuris & de iure,per duos vel tres teſtes probos & legales admitti li.1.q.64.nu.1. 68
Probatione lites & controuerſias carere non poſſe libr. 1. in prohem. nu.2. 1
Probatione in vim conditionis requiſita,præſumptio ſecundum communem ſententiam non ſufficit li.1.q.37.nu.1. 39
Probationes totæ ſunt in arbitrio iudicis poſitæ lib.1.q.11.nu.7.fol. 13. Et quæſt.79.nu.11. 75
Probationes inartificiales,vel artis expertes quare dicãtur li.1.in prohem.nu.8. 1
Probationes euidētiſsimæ adferri debent ab eo,qui facto iudicis impeditum ſe dicit,quo minus appellationem a ſe interpoſitã proſequeretur li.1.q.38.nu.9. 41
Probationes etiam in continenti factæ,quando non admittantur li. 2. præſ.47.nu.8. 161
Probationes intra certum tempus faciendæ,aduerſario non contradicente,admiſſæ valent li.2.præſ.46.nu.16. 160
Probationes contra rem iudicatam admiſſæ parte non opponente iudicatum reſcindunt li.1.q.68.nu.3. 70
Probationes aduerſus præſumptionē iuris & de iure ſolum ante ſententiam latam admitti ibid.q.69.nu.1. 70
Contraria refertur ſententia ibid.nu.2.
Probationes publicatis atteſtationib.factæ valent, aduerſario tacente li.2.præſ.46.nu.25. 160
Probationes leuiores admittuntur in his quæ clara ſunt lib.3.præ.126. nu.11. 438
Probationes multum euidentes,contra officiales requiruntur li.1.q.87. nu.2. 82
Probationes duæ imperfectæ,in cauſis ciuilib.iungũtur, ad conſtituēdam plenam,& perfectam probationem lib.1.q.98.nu.4. 105
Probationes

Probationes duæ ſemiplenæ, ad conficiendam probationem plenam iunguntur in cauſa ciuili non ardua.li.1.q.46 nu.1. 44
Probationes imperfectas in cauſis pupillorum ſimul iungi ibid. numero 2.
Probationes duæ ſemiplenæ ad conſtituendam probationem plenam non coniunguntur in cauſa criminali,ad pœnam ſanguinis irrogandam ibi.nu.8. 45
Probationes duæ ſemiplenæ coniunguntur in cauſa criminali,quando agitur ad pœnam pecuniariam ibid.nu.10.
Probationes duæ ſemiplenę non coniunguntur in cauſa ciuili,quæ tam ardua eſt vt criminali æquiparetur ibid.nu.11.
Probationes ſolas eſſe,quæ in cauſis definiendis primas obtinent lib.1. in prohem.nu.5. 1
Probationes non extare de facto,vel extare ex rei natura, quoad effectum paria ſunt li.1.q.37.nu.15. 39
Probationibus conſtans,dicitur eſſe ipſa veritas libro 1. q.31. numero 5. 33
Probationib.aliquid dicitur conſtare,quando illæ clarę ſunt & manifeſtæ lib.2.præſ.70.nu.16. 198
Proclama publicum ſe ignoraſſe iuramento aſſerentis creditur.li.1. q. q.77.nu.10. 74
Proceſſus requirit ſcripturam li.2.præſ.68.nu.2. 193
Quod tamen locum non habet in leuiorib.nu.3.
Proconſulis quāta apud Romanos poteſtas li.2.præſ.18.n.28. 135
Procurator in cauſa criminali non admittitur regulariter,ſi tamen nil obiiciatur,iudicium tenet li.2 præſ.46.nu.9. 160
Procurator ad cauſam præſumitur inſtructus libro 2. præſ. 37. numero 1. 153
Quib.autem id caſib.non procedat nu.3.4.& 5.
Procurator reuocatus non præſumitur li.2.præſ.36.nu.1. 152
Procurator reuocatus præſumitur, quando dominus auſfert ab eo, inſtrumentum & libros rationum ibi nu.3.
Idem ſi dominus ob ſolam ſuam abſentiam conſtituat,& deinde reuertatur nu.4.
Procurator vt factum domini reuocet,nunquam præſumitur conſtitutus li.3.præſ.44 nu.6. 329
Procurator conſtitutus ad agendum defendere tenetur lib. 1.q.46.numero 9. 50
Procurator conſtitutus ad ſuſcipiendum mutuum,præſumitur eo modo,quo dominus mutuo ſuſcipere conſuetus ſit libr.3.præſ.109. nu.2. 401
Procurator ad contrahendum conſtitutus, nomine conſtituentis cōtrahere præſumitur li.3.præſ.49.n.1. 334
Idque procedit etiam certo pacto adiecto ibi.n.13. 335
Vel ſi poſt aliquod tempus procuratoris contrahat nu.14.
Procurator contrahens non expreſſo nomine procuratoris, ſuo nomine contraxiſſe præſumitur ibi.n.18.
Procurator habens mandatum generale,ſimpliciter cōtrahendo prę-ſumitur nomine proprio facere nu.22. 336
Vide declarationem nu.25.
Procurator non acceptans mandatum,vtrum contrahendo præſumatur nomine mandantis facere nu.28.
Procurator exhibens inſtrumentū quib. conuenientib. mandatum habere præſumatur,& admittatur ſine cautione lib.2.præſ.34.n.1. 2.3.& 6. 151
Alia refertur opinio nu.9.
Procurator conſtitutus etiam is creditur qui in domo creditoris conuerſatur,exhibendo inſtrumenta crediti,modo bonæ ſit famæ & conditionis ibi.nu.10.
Aliud ſi de fama ipſius non conſtet nu.11.
Procurator ad iudicia,ante litem conteſtatam ſubſtituere alio nequit li.2.præſ.38.n.1. 153
Procurator cuius perſonæ electa eſt induſtria ſubſtituere nequit ibid. nu.2.
Et quando cenſeatur electa induſtria illius n.3.
Procurator qui pignori dare poteſt,quando poſsit agere pignoratitia li.3.præſ.43.n.2. 328
Procurator conſtitutus à mercatore ad mutuo accipiendū pecuniam, intelligitur etiam ad cambia & recambia n.7.
Procuratoris confeſsio,omnib.creditorib.ſolutum eſſe,non comprehendit procuratorem loquentem li.3.præſ.44.n.2. 328
Procuratorem nomine conſtituentis contraxiſſe præſumi,locum,quomodo non habeat contra teſtium li.3.præſ.49.n.16. 335
Procuratore ad lites conſtituto,an reuocetur mandatum ſi dominus litis cauſam reaſſumit,& tractare incipit libro 2.præſ.36.numero 5. 152
Procuratore nouo conſtituto,quando primus cenſeatur reuocatus ibid.n.6.
Procuratore electo tanquam perſona honeſta,mandatum præſumitur reuocatum,ſi nequam,& facinoroſus efficiatur n.8. 153
Procuratore falſum inſtrumentū mandati producente pars nō opponens,mandatum præſumitur approbare li.2.præſ.46.nu.3. 159
Procuratore reſtituente domino inſtrumentum,mandatum prę-ſumitur reuocatum li.2.præſ.34.nu.5. 151
Procuratore contrahente ſuper negocio,quod ad dominum pertinere non poteſt,cui adquiratur li.3.præſ.49.n.26. 336
Procuratorio nomine non præſumitur quis contraxiſſe, vbi delictum reſultaret li.3.præſ.49.n.27. 338
Prodere ſeipſum nemo tenetur li.1.q.80.n.6. 77
Profeſsionem religionis faciens præſumitur facere iuſta ætate libr. 2. præſ.50.n.28. 167
Profectitium eſt donatum à patre filio,eiq; per filium acquiritur lib.3. præſ.29.nu.2. 298
Progenitorum ſuorum res amittere graue eſt li.3.præſ.83.nu.5. 366
Prohibitus contrahere ſub pœna cum bannito,impune contrahit cum filio illius li.1.q.46.n.36. 52
Prohibita fieri directò,prohibentur etiam per indirectum libr. 1.q.62. nu.4. 67
Prohibitio alienationis,rerum minoris,vtrum in rem ſit vel in perſonam li.3.præſ.6.nu.9. 250
Promitto,verbum,ſtipulationem ſignificat li.1.q.43.n.8. 46
Promitto verbum in inſtrumento poſitum,quando ſolū nudum pactū ſignificet li.3.præſ.41.nu.12.13.cum ſeq. 325
Promittimus rogati,pollicemur vltro li.3.præſ.41.nu.6. 325
Promiſit verbum,in publico inſtrumento redactum,ſtipulationem importat li.3.præſ.41.n.5. 325
Promiſit verbum,etiam in ſcriptura priuata,ſtipulationem ſignificare ibi.nu.7.
Promiſit,verbum,in actis iudiciariis,intelligitur poſt ſtipulationem.numero 9.
Idque etiamſi ab ignaro fuerit prolatum nu.10.
Idem eſt,ſi in confeſsione partis reperiatur n.11.
Promittere contra ſeipſum,vt nemo,ſic neque contra ſuos prę-ſumitur li.3.præſ.44.n.22. 329
Promittens præſenti,& tacenti aliquid ipſi vtile,paciſci dicitur libr.3. præſ.42.n.4. 325
Reiecta ſententia eorū qui dicunt pollicitationem eſſe nu.13. 326
Promittens præſtare vel facere contra quemcunq; non præſutur contra ſeipſum li.3.præſ.44.n.1. 328
Etſi ſermo generalis ſit vel vniuerſalis nu.21. 329
Promittens contra quoſcunq;,continet etiam promittentis perſonam, caſu quo legis diſpoſitione is quoq; adſtringeretur nu.25.
Idem ſi in promiſsione alia quam loquentis perſona comprehendi non poſſet nu.26.
Vel id ſuadeat ſubiecta materia nu.27.
Aut eadem ſit ratio in perſona promittente,quæ eſt in alia nu.28.
Vel appareat coniecturis perſonam loquentis includi nu.30.
Idem ſi ſimus in materia fauorabili nu.31.
Promiſsio quod ſtipulationem ſignificet,vnde proueniat lib.3.prę-ſ.41. nu.17. 325
Promiſsio nuda cauſa non expreſſa,non obligat.li.3.præſ.34. nu.11. 313
Promiſsio facta ſine cauſa,valet aliquo contractu præcedente libro 3. præſ.8.nu.9. 259
Promiſsio ſine cauſa facta, declaratur ex qualitate perſonæ cui facta eſt ibid.n.10.
Promiſsio annua facta pauperi ſine cauſa,alimentorū cauſa facta præſumitur ibi.nu.11.
Promiſsio non dicitur incerta,quando poteſt certificari per relationē ad aliud li.1.q.43.n.10. 46
Promiſsio de dote reſtituenda ſatis expreſsa dicitur, ex quo maritus confeſſus eſt,ſe eam recepiſſe li.1.q.45.nu.13. 48
Promiſsionis ſpecificæ atque indiuiduę,maior virtus quam generalis li.3 præſ.115.nu.19. 407
Pronunciandum in dubio contra eum, qui agit de lucro captando, & ad commodum eius qui de damno vitando lib.2. præſ. 72. numero 7. 201
Proprium dicitur quod ſub definitione continetur libro 1.q.39.nu.9. 43
Propria res quæ dicatur li.3.præſ.115.nu.68. 412
Proprietatis verbum,rectum dominium ſignificare lib.3.præſ. 115. numero 69. 412
Propoſitum in mente retentum nil operatur li.1.q.26.n.5. 28
Proſpicere ſibi hæredibuſque quilibet præſumitur lib. 3. præſ. 94. numero 2. 480
Proteſtatio ante vel in ipſo actu fieri debet vt in alterius præiudicium proteſtantem adiuuet li.3.præſ.15.nu.21. 284
Proteſtatio contra ea,quæ à legis diſpoſitione pendent, nil operatur li.3.præſ.45.nu.32. 331
Proteſtatio facto contraria nil operatur li.3.præſ.45.nu.30. 161
Et præſ.112.nu.23. 404
Proteſtatio iuri repugnans atque non conſiſtens in poteſtate hominis nil prodeſt li.1.q.97.nu.26. 103
Proteſtationis inſtrumentū ſine contradictione recipiens præſumitur ei conſenſiſſe li.3.prę-ſ.65.n.6. 356
Proteſtationi in iudicio nōn opponens,illi videtur cōſentire li.2.præſ. 46.nu.5. 159
Proteſtationes,& præſumptiones in effectu concludere ſufficit,etſi aliqua ſit in accidentalib.diuerſitas li.1.q.25.n.3. 28
Proueniens ab antecedenti,magis debetur ſequenti,quàm econtrario li.1.q.28.nu.25. 31
Pubes proprie dicitur adoleſcens li.3.præſ.1.n.49. 239
Publicatio inſtrumenti facta à notario,includit rogitum lib.2.præſ.81. nu.9. 218
Publicationem bonorum extra territorium non trahi lib. 3.præſ.124. nu.48. 435
Pugnantia duo ſimul ſtare nequeunt libro tertio. præſ. 134. numero 41. 471
Pugnantibus duobus, ſecundum derogat primo.libro 3.præſ.134. numero 20. 469
Pupillus præſumitur doli capax,quando eſt prope pubertatem li.1. q. 14.nu.56. 17
Pupilli negocia gerens,& affectione paterna aliquid erogans donaſſe præſumitur li.3.præſ.33.nu.2. 312


Puri.




Puri,& purificati,virtus par,& effectus li.3.præſ.115.nu.6. 407
Purgatio canonica quem habeat effectum li. 1.q.100.nu.6. 107
Purgationem canonicam vel abiurationem acceptare recuſans, excōmunicatur li.1.q.100.nu.13. 107
Prudens nemo naſcitur nec literatus oritur li.1.q.24.nu.52. 27
Prudentem eſſe,& literatum eſt quoddam contingens li.1.q.24. numero 51. 27


Q


QVALITAS eſt,ſecundum quam quales eſſe dicimur li.1.q. 14.nu.17. 16
Qualitas tanquam accidens non præſumitur lib.3. præſ. 40. nu.11. 324
Qualitas,quæ naturaliter homini ineſt,ſemper adeſſe præſumitur li. 1. q.13.nu.3. 15
Qualitas extrinſeca,niſi probetur non præſumitur libro 1. q. 24.numero 53. 27
Qualitas appoſita in primo actu,non cenſetur repetita in ſecundo,qui aliquo interuallo poſt fuit confectus li.2.præſ.84.nu.12. 221
Qualitatis ſpecies quatuor li.1.q.14.nu.10. 16
Quaſi poſſeſsio repugnans ſtatui primæuo,atque rei origini,non trāſfert onus probandi in aduerſarium lib.3.præſ.89.nu.7. 372
Diſtinguit tamen Alciatus nu.8.
Idque ſi cum quaſi poſſeſsione concurrit contumacia,rem liberam eſſe aſſerentis nu.4.
Quaſi dictio eſt ſignificatiua dubitationis li.3.præſ.15.nu.4. 283
Quantitas alia continua alia diſcreta li.1.q.14.nu.9. 16
Quantitas continua quid ibid.nu.10.
Quantitas diſcreta quid nu.12.
Quantitas pecuniæ depoſita,legata,vel in obligatione poſita ex ſtipulatione præſumitur etiā hodie eſſe,niſi probetur eius argumentum vel diminutio ibid.nu.13.
Quantitas duplicato relicta præſumitur à lege,cum in teſtamento, & codicillis relicta eſt ibi.nu.14.
Quæſtus turpis in concubina facilius,quam in vxore præſumitur lib.3. præſ.51.nu.9. 338
Quæſtio facti dicitur,cum ambigitur factum aliquid ſit vel non ſit li. 1. q.11.nu.5.& 12. 13
Quæſtio facti tota eſt in poteſtate iudicis,iuris vero non ibi.nu.6.
Quæſtio iuris eſt,cùm ambigitur,an ſecundum leges rectè factum ſit, fieriuè potuerit vel non ibi.nu.13. 14


R


RAPACITATEM,& furtum lex præſumit contra numerarios ſuſceptores,& exequutores li.2.præſ.75.nu.10. 11.& 12. 213
Raptor,& rapta olim in matrimonium conſentientes raptus pœnam euitabant li.3.præſ.1.nu.101. 242
Raptæ aſſertio in articulo mortis contra raptorem facta,indicium facit ad torturam li.1.q.89 nu.82. 93
Rationē in ſola præſumptione fundatam,non reſtringere legis vel ſtatuti generalē diſpoſitionem,quomodo procedat li.1.q.78 n.2.75
Rationum in conflictu,melius eſt nocentem abſoluere,quam cōdemnare innocentem li.2.præſ.90.nu.4. 225
Ratificatio geſtorum ex aliquib.actib.præſumitur li.1.q 48.nu.23. 51
Ratificatio actus,etiā parte abſente fieri pōt li.2.q.45.nu.10. 158
Ratificatio ob tēporis diuturnitatem præſumitur li.2.præſ.33 n.30. 15
Et præcipue ſi accedat aliquis actus qui patientiam oſtendat nu. 31.
Ratihabitio ſicut nec mandatum,numquam præſumitur lib. 2 præſ.39. nu.1. 154
Ratihabitio præſumitur in eo, qui cum de commodo, & vtilitate ſua ageretur,ſciuit & tacuit ibid.nu.9.
Recedendum non eſſe à recepta Doctorum opinione, tametſi contra eam iudicatum aliquando fuerit li.1.q.1.nu.23. 3
Recipiens ſcienter in domo delinquentem nulla inter ipſos affinitate ſuadente,indicium torturæ præbet li.1.q 89.nu.108. 94
Reconductio cum eiſdem qualitatib. & conditionibus, quibus prima conductio,facta præſumitur li.3.præſ.85.nu.19. 369
Reconductio præſumitur facta,ſi diſponente hoc ſtatuto, conductor vltra tres menſes in re conducta commoratus ſit ibid. numero 23.
Quid autem ſit,ſi paciſcentes dixerint,ne cenſeatur repetita numero 25.
Reconductio vbi ſolemnis requiritur ſtipulatio,facta non præſumitur ibid.nu.33
Reconductio,facta non præſumitur,quando coniecturis apparet, aliā fuiſſe locatoris voluntatem nu.42. 370
Reconductio aut relocatio in reb.mobilib.facta non præſ.nu.48.
Adhibita tamen diſtinctione nu.49.
Reconductione non cenſetur repetita pœna,primæ locationi adiecta lib.3 præſ.85.nu 22. 369
Reconuentio coram alio iudice facta,aduerſario non abnegāte, valet lib.2.præſ.46.nu.23. 260
Reditus,& penſiones quo modo diuidunt emptores,eodem etiam diuidere præſumuntur res pignori vel hypothecæ obligatas libr.3. prę-ſ 120 nu.1. 417
Quid autem ſi tot non ſufficiant nu.2.
Reditus centum aureorum,qui ſint li.3 præſ.121.nu.50. 424
Reditus tot eſſe debent,vt 20.annis ſortem æquent ibid.51.
Reductionem ad viri boni arbitrium petens, probare debet laudi iniquitatem lib.2.præſ.76.n.6. 211
Et num.23. 213
Reductionem laudi petens,arguēdo dolum arbitratoris, prius de dolo contra ipſum agere debet, cumque ante reſciſsionem laudi probare ibid.nu.24.
Reductione ad arbitrium viri bona petita, pro laudo non præſumitur lib.2.præſ.76.n.20 21.& 22. 212
Regalia ſpecialem requirunt conceſsionem lib.3.præſ.97.nu.28. 383
Regalia iuriſdictionis conceſsione contineri,caſu quo aliqua reſeruata ſint ibid.nu.37. 384
Regalia non comprehenduntur caſtro cum iuriſdictione conceſſo.numero 41.
Regalia perſonæ principis adeo cohærent,vt auelli vix ab ea poſsint. num.42.
Regalium facta mentione in conceſsione aliqua,ſermone etiam generali,illa contineri lib.3.præſ.97.nu.29. 383
Regula:Quod actore non probante,reus abſoluatur,de qua probatione accipiatur lib.1.q.93.nu.3. 98
Regula iuris,duo ſpecialia concurre non poſſe,cur introducta lib.1.q. 47.nu.8. 53
Regula quod vnius incluſio, ſit excluſio alterius, quando non procedat lib.1.q.53.n.7. 59
Regula l.quoties.ff.de reb.dub.locum non habet, quando de notabili præiudicio alterius agitur lib.2.præſ.50.n.56. 168
Regula l.1.§.qui in perpetuum.ff.ſi ager vectig.vel emphy.pet.quomodo intelligenda lib.3.præſ.39.nu.10. 323
Regulam,generi per ſpeciem derogatur locum habere in iuriſdictionalib.fauore publico lib.2.præſ.18.n.30. 135
Regulam l. vendicantem. ff. de euictionib. locum non habere duobus in caſib.lib.3.præſ.115.nu.16. 407
Regulam cap.qui tacet de reg.iur.in 6.locum habere ſolum, vbi de tacentis commodo agitur lib.3.præſ.42.nu.11. 326
Relapſus in hæreſin,vt quis dicatur,quid requiratur lib.1.q.100.numero 12. 108
Relatiuum:Quæ,ſui natura reſtrictiuum eſt lib.3.præſ.101.n.7. 388
Relegati reſtitutio etiam ſine cauſa fieri poteſt libro 2.præſump.10.numero 12. 120
Religioſus teſtamenti exequutor ſine ſuperioris autoritate etſi nequeat eſſe,valent tamen geſta ab eo,ſi nil fuerit appoſitum lib. 2. præſ.46.nu.14. 160
Relocatio facta non præſumitur, impedimento in locatore interueniente lib.3.præſ.85.nu.44. 370
Relocatione ex ſecunda tacite facta,non infertur ad aliam tacitā priorem lib.3.præſ.85.n.41. 37
Remedium contrarium vnum eligens,alteri dicitur renunciare libr.3. præſ.112.nu.3. 403
Remedia contraria, actor in libello proponens, fraudulenter agere præſumitur lib 2.præſ.41.nu.1. 154
Rem tenens ius quod habet aut habere ſperat, intelligitur ex cauſa de præſenti ſubſiſtente libro tertio præſump.115.nu.38. 409
Renunciare iuri ſuo,nemo ſine iuſta cauſa præſumitur lib.1.q.55.numero 2. 60
Renunciaſſe iuribus ſuis mulier minorque non præſumuntur,niſi de eis certiores factos eſſe appareat.lib.3.præſ.82.nu.7. 365
Renunciatio ſemper legitime facta præſumitur lib.1.q.35.nu.30. 36
Renunciatio in contractu appoſita,tacitam habet confeſsionis conditionem lib.3.præſ.12.nu.30. 272
Renunciatio cum donatio ſit,nemo eam de iure ſuo facere prę-ſumitur lib.3.præſ.45.nu.11. 330
Renunciatio iuris renuncianti ſolum,non aliis nocet lib.3. præſ.13.numero 7. 279
Renunciatio filij expreſſa non nocet patri,aliud in tacita proueniente ex legis diſpoſitione lib.1.q.46.nu.47. 52
Repudiatio expreſſa legati conditionalis quod non valeat lib.3.præſ. 117.nu.14. 414
Reſidere verbum,eſt eſſe,& firmiter ſtare lib.3.præſ.9.n.13. 262
Res iudicata à lege pro veritate habetur lib.2.præſ.67.n.48. 192
Res quæ ante erat,extare præſumitur lib.1.q.14.nu.4. 16
Res in quo loco ſemel fuit, etiam nunc eſſe præſumitur, niſi contrarium appareat.Et quomodo id intelligendum ſit lib.1.q.14.nu.50. & 51. 17
Res ad ſuam naturam facile reuertitur lib.2.præſ.26.nu.21. 129
Res antiqua probationem coniecturalem admittit libro 1.q 50. numero 17. 62
Res quamuis mobilis extare præſumitur,niſi probetur amiſſa li.3.præſ. 9.nu.24. 263
Res vt patrimonialis petita, præſumitur talis,ſi præſumptio allegetur lib.1.q.48.nu.22. 56
Res pro annua penſione data,vel emphyteutica,vel ex innominato cōtractu conceſſa præſumitur li.3.præſ 39.nu.3. 3
Res illius præſumitur,cuius ſigillum eſt impreſſum libr. 2.præſ. 58. numero 4. 184
Res illius cuius nomen obtinet præſumitur libro 3.præſ.64.nu.2. 355
Res reddita deterior,reddita non cenſetur libr. tertio.præſ.45.numero 27. 331
Res quælibet libera,non ſeruituti obnoxia præſumitur libr.3. præſ. 89. nu.1. 372
Res quælibet libera ob primæuum ſtatum ſuum dicitur libr.3. præſ.91. nu.3. 375
Res eadem diuerſo iure cenſeri non debet ibid.nu.53. 377


†††† Res

Res ad naturam ſuam priſtinam reuerti deſiderat nu.61. 378
Res Eccleſiæ ſemel data in emphyteuſim, ſolennitate adhibita, ſi ad eā redeat, abſque noua ſolennitate, eodem pacto alienari poteſt li.3.præſ.6.nu.29. 252
Res meo nomine empta, ante traditionem mihi non acquiritur libr.3.præſ.30.nu.9. 307
Res empta abs te pecunia mea, non mea ſed tua fit, pecuniæ mihi ſolum repetitione competente li.3.præſ.51.nu.43. 341
Rei certæ, & demonſtratæ fruſtra adijcitur demonſtratio li.2.præſ.57.nu.6. 181
Rei veritas, falſa demonſtratione, & denominatione nequit immutari li.3.præſ.105.nu.12. 398
Rem præterito tempore qui habuit, non præſumitur eam amiſiſſe li.1.q.24.nu.12. 25
Rem qui ſemel habuit, adhuc præſumitur habere libr.3.præſ.58. numero 14. 351
Idque tam immobilib. quam immobilib. nu.15.
Rem pleno iure, quis habere dicatur li.2.præſ.115.nu.71. 412
Rem propriam ignoranter ementi, lex quomodo conſultat lib.3.præſ.117.nu.9. 414
Rem immobilem ſi conſtat fuiſſe ſitam aliquo in loco, adhuc ibi eſſe præſumitur li.1.q.14.nu.73. 17
Rem perituram fuiſſe eodē modo apud creditorē, quo apud moroſum debitorem, non præſumitur li.3.præſum.138.nu.6. 475
Diſtinguendo eſſe tamen duos caſus nu.7.& 10.
Rem fœneraticiam, ſicut & furtiuam, emere nō eſt permiſſum li.3.præſ.122.nu.107. 429
Rem liberam præſumi etiam extante quaſi poſſeſſione ſeruitutis lib.3.præſ.89.nu.6. 372
Rem liberam non præſumi, ſi communis ſit vox & fama, eam ſeruituti obnoxiam ibi.nu.10.
Idem ſi maior illius rei pars, ſeruituti ſubiaceat, ſeruire præſumitur, & reliquum nu.11.
Rem peremptam penes poſſeſſorem eo modo quo apud dominum peritura erat, in actionibus realib. liberatum cēſeri poſſeſſorem li.3.præſ.138.nu.2. 475
Secus in actionib. perſonalibus, prouenientib. ex delicto nu.4.
Quid autem in actionib. prouenientib. ex contractu nu.5.
Re dubia, & ſalutem animæ tangente, tutius eligendum eſt, vbi præciſa conceditur electio li.3.præſ.1.nu.31. 257
Res naturales non conſtituuntur ex argumentis li.1.q.39.nu.8. 42
Res ſuas non defendemdo, donare quis præſumitur libro 3.præſ.33.numero 1. 312
Reſcriptum iuſtitiæ potius, quam gratiæ præſumitur principem cōcedere velle li.2.præſ.16.nu.19. 129
Reſcriptum interpretationem recipit à porrectis precibus lib.2.præſ.29.nu.2. 146
Reſcriptum mandans quem non audiri, niſi mādato pareat, quomodo accipiendum li.2.præſ.9.nu.7. 118
Reſcriptum falſum præſumitur potius, quam quod princeps ius voluerit tollere ibi.nu.9.
Reſcriptum etiam verbis generalib. conceptum, intelligitur abſq; læſione iuris tertij nu.10.
Idque procedit etiam ſi ius tertij veniret in conſequentiam iuris ipſius principis nu.12.
Reſcriptum in præiudicium tertij quando valeat nu.18.
Reſcriptum principis vt aliquid operetur, præſumitur etiam in tertij præiudicium nu.23.
Idem ſi de enixa principis voluntate conſtet nu.24.
Et quando voluntas illa coniiciatur nu.25.
Reſcriptum ad poſtulationem partis, nō motu principis proprio emanatum præſumitur li.2.præſ.13.nu.1. 125
Idque procedit etiam ſi adiecta fuerit clauſula motus proprij, præcedente tamen partis poſtulatione nu.2.
Reſcriptum geminatum proprio principis motu conceſſum præſumitur ibid.nu.3.
Reſcriptum conceſſum ob præcedentia benemerita, præſumitur motu proprio factum nu.4.
Reſcriptum cōceſſum per viam legis vel ſtatuti, præſumitur motu proprio nu.5.
Reſcriptum redactum in corpore iuris vel ſtatutorum volumine motu proprio præſumitur emanaſſe nu.6.
Reſcriptum ad multorum vtilitatem conceſſum, præſumptionem habet motus proprij nu.7.
Reſcriptum reſeruationis, motu proprio conceſſum præſumitur nu.8.
Reſcripti verba debent conuenire æquitati, etiamſi verborum natura non patiatur li.2.præſump.9.nu.3. 117
Reſcripto adiecta clauſula, ex certa ſcientia non tamen præſumitur in præiudicium tertij principem reſcribere voluiſſe libro 2.præſ.9.nu.16. 118
Idque etiam in reſcripto ad pias cauſas locum habet nu.17.
Reſcripta principum dicuntur leges ſingulares li.2.præſ.9.nu.1. 117
Reſcripta principum quo ad fieri, poteſt, ad diſpoſitionem iuris cōmunis redigenda ſunt ibid.nu.6. 118
Reſcripta principum intelligenda, vt nemini faciant iniuriam nu.8.
Reſcripta, quib. iuriſdictio ordinarij alteri demandatur, ſtricte interpretari li.3.præſ.97.nu.9. 382
Reſtituere, verbum, mutuum vel pignus, non venditionem inferre li.3.præſ.122.nu.39. 433
Reſtitui petens in integrum aduerſus præſumptionem iuris, & de iure, ſi malitię & fraudis extet præſumptio, non impedit exequutionem li.1.q.72.nu.1. 71
Reſtitui petens aduerſus ſententiam principis, de malitia, & calumnia ſuſpectus eſt ibi.nu.2.
Reſtitutio in integrum minori competit, etiamſi non dolo aduerſarij, ſed veroſimili ignorantia, aut ſui facilitate læſio ſit lib.3.præſ.82.nu.15. 365
Reſtitutio minori ob intereſſe affectionis conceditur libro 3.pręſ.83.nu.3. 366
Reſtitutio minoris quando competat li.3.præſ.103.nu.18. 392
Reſtitutio in integrum, aduerſus præſumptionem iuris, & de iure conceditur li.1.q.70.nu.1. 71
Et quæ ſit huius conceſſionis ratio ibid.nu.2.
Eaque contra præſumptionem etiam iuris tantum nu.3.
Quo tamen caſu id non procedat nu.4.
Reſtitutio in integrum aduerſus præſumptionē iuris, & de iure conceditur intra quadriennium ibid.q.71.nu.1. 71
Tempus autem illud vtile dicitur, & à die ſcientiæ currit nu.2.
Probabilis tamen illius ignorantia eſſe debet nu.3.
Reſtitutio in integrum aduerſus præſumptionem iuris, & de iure, quæ petitur principaliter, fit coram iudicib. cauſarum ordinariis, vel delegatis, & quib. ibi.nu.72.nu.1. 71
Et quid ſit, ſi petatur alia reſtitutio incidenter nu.2.
Reſtitutio in integrum aduerſus præſumptionem iuris, & de iure quæ non requirat nouam inſtantiam ibi.q.73.nu.1. 72
Et quando requirat mutuum inſtantiam ibid.nu.3.
Reſtitutio magis ad mutuum quàm ad venditionem accedit lib.3.præſ.122.nu.78. 428
Reſtitutionis priuilegium an tranſeat ad hæredes minoris li.3.pręſ.103.nu.17. 392
Reſtitutionis incertitudo, nō tollit vitium fœnoris in mutuo li.3.præſ.123.nu.6. 430
Reſtitutionem in integrum petens minor, tria probare debet li.3.præſ.82.nu.14. 366
Reſpondere nolens reus interrogatus, aut aſſerens ſē non meminiſſe, indicium præbet torturæ li.1.q.89.nu.142. 96
Reſponſio ſubſequuta præſumitur lata ſecundum præcedentem interrogationem li.2.præſ.74.nu.2. 262
Reſponſio facta ſtipulationi, præſumitur conformis interrogationi lib.2.præſ.29.nu.3. 146
Reſponſio determinate facta, non intelligitur facta conformis ipſi petitioni ibi.nu.6.
Reſponſio petitioni conformis præſumitur quo ad id, ſuper quo principaliter facta eſt interrogatio, non quo ad accidentia nu.8.
Reſponſio dubia ab interrogatione declaratur quo ad extrinſeca non quo ad ſubſtantiam nu.9.
Retis iactum emens, ſi nil expiſcatum ſit, conqueri nō poteſt li.3.præſ.104.nu.14. 395
Reus in iudicium vocatus, reſpōdendo ſimpliciter præſumitur eo modo quo facta eſt interrogatio, reſpondiſſe li.2.præſ.29.nu.1. 146
Reus diu differens opponere exceptiones præſumitur fouere malam cauſam li.2.præſ.91.nu.8. 127
Idem in differente querelam falſi proponere nu.9.
Reus in exceptionib. dicitur actor li.2.præſ.73.nu.4. 204
Reus etiam qui per accidens ſit actor, ſemper in dubio pro ſe præſumptionem habet li.2.præſ.90.nu.11. 225
Reus interrogatus volens reſpondere, vel nō meminiſſe aut recordari eſſe reus, torturæ locum relinquit li.1.q.89.nu.14. 482
Reus reſpondens libello actoris, vel actor exceptioni rei, animo litem conteſtandi facere præſumitur li.2.præſ.30.nu.1. 147
Et quib. id caſibus non habeat locum nu.3.4.& 5.
Reus habens ſanguine cōiunctos vel amicos in loco iudicij præſumitur ab iis defenſus li.2.præſ.52.nu.1. 177
Reo in medio cauſę non plus quā actori fauendū li.2.præſ.90.nu.18. 226
Nec etiam in cauſis ciuilib. maiores dantur ad probandum dilationes nu.19.
Excepti tamen ſunt aliqui caſus nu.20.21.& 22.
Reo plus quam actori non fauemus, quando dubium eſt ſuper iuriſdictione iudicis ibid.nu.24.
Item quando de delicto conſtat nu.25.
Reo permiſſum eſt lege, contrariis exceptionib. li.2.præſ.42.nu.1. 156
Idque etiam in exceptione facti nu.3.
Et id ſi non prima inſtantia, ſed appellationis faciat nu.4.
Reo cur magis quàm actori faueamus ibid.nu.2. 34
Rei fauorabiliores potius, quam actores, & pro eis in dubio præſumptio ſumitur li.2.præſ.90.nu.1. 225
Rei debendi duo non conſtituuntur, niſi expreſſim ita agatur li.3.præſ.14.nu.10. 282
Reis credendi duob. vni facta ſolutione, alter excluditur li.3.præſ.124.nu.49. 436
Reis duob. ſeſe obligantibus ſi ad vnum eorum negocium pertinet, is principaliter, alter fideiuſſoris loco eſt obligatus lib.3.præſ.14.nu.6. 282
Reuocatio negationis, ante teſtium examinationem permiſſa eſt lib.2.præſ.43.nu.3. 157
Reuocatio teſtamenti facti inter liberos, verbis expreſſis à patre fieri debet li.1.q.45.nu.24. 49
Rex faciens mentionem iuris, de iure ſuo regio, non alio intelligitur li.1.q.37.nu.25. 40
Et li.2.præſ.6.nu.2. 114
Ritus quid ſit li.2.præſ.8.nu.6. 116
Ritus, ſtylus, & cōſuetudo cū ſint quid facti, non præſumuntur ibi.n.7







Rotæ Romanæ deciſionib. tantum deferendum eſſe, quātum ipſa ratio vrget li.2.præſ.71.nu.14. 199
Rumor apud Iureconſ. quis dicatur li.1.q.1.nu.43. 3
Ruſticus, & mulier, an ſic ignari, & ſimplices ſint, vt nil de ipſis mali poſſit ſuſpicari, iudex arbitrabitur libro 3.præſ.123. numero 41. 424
Ruſticus præſtans nobili per decennium aliquid ſine cauſa, non cenſetur in futurum ſe obligaſſe li.3.præſ.131.nu.80. 457


## S


SACERDOS reuelās aliquid ex cōfeſsione, vtrū id ī mādatis habuerit, præſumptiones demonſtrant li.1.q.58.n.15. 62
Salutis æternæ nemo creditur immemor li.2.præſ.60.n.2. 185
Sanguinis coniunctionem ſolam, ad præſumendum donationem non ſufficere li.3.præſ.15.nu.8. 283
Sanguinis vinculum, & officium paternum, emancipatione non tollitur ibid.nu.12.
Sedens præſumitur eſſe animo quieto li.1.q.14.nu.75. 17
Sedes & loca, è quib. coniectura, & præſumptiones ducantur, prima opinio Speculatoris eſt, eaq; reiicitur, quòd loco ſediū, & locorū, argumentorum genera recenſeat li.1.q.13.nu.1. 15
Alia eſt opinio eruditiſsimi Alciati conſtituentis tres regulas ibid.nu.2.
Sedes & loca, è quib. duci, & ad quæ referri coniecturæ omnes poſſunt ſunt perſona, cauſa, factum, dictum, non factum, non dictum, ibi.nu.8.
Sedium & locorum è quib. coniecturæ ducuntur, vt diuerſæ fuerunt partitiones ac enumerationes apud Iureconſ. ita & apud Rhetores li.1.q.13.nu.8. 15
Senatus & conſilia, cauſas ſecundum votum maioris partis conſiliariorum determinare debere li.2.præſ.71.nu.8. 199
Senatuſconſ. Velleiano mulier quando non adiuuetur li.3.præſ.21.numero 1. 288
Sententia iudicis autoritate diuina munitur li.1.q.80.nu.9. 78
Sententia in fauorē rei in dubio debet interpretari li.2.pſ.90.n.7. 225
Sententia priuſquam in iudicatum tranſeat, exequenda non eſt lib.1.q.96.nu.1. 101
Sententia ex præſumptionib. lata, exequutioni mandatur interim, dum de retractatione dubitatur ibid.nu.2.
Sententia in iudicatum tranſita, habet pro ſe præſumptionem iuris & iure li.1.q.61.nu.4. 65
Sententia aut decretum, vtrum pro ſe habeat maiorem præſumptionē li.2.præſ.75.nu.4.& 8. 205
Sententia lata à qua non appellauerunt partes, ſi actu enunciata fuerit pro ea præſumitur nu.19. 207
Sententia præcipitanter lata, nec quo ad ſolennitates, nec quo ad iuſtitiam pro ſe præſumptionem habet nu.36. 209
Teſtes atteſtantes, ſe pecuniam numerari vidiſſe, non habent neceſſe aſſerere, mutuum fuiſſe contractum li. .q.48.n.40. 54
Teſtes examinare, & probationes recipere, iudex abſentis nomine poteſt.lib.1.q.79.n.12. 76
Teſtes paucos faciẽs examinare, multis præſentib. negotio ſuſpectum ſe facit.li.2.præſ.91.n.12.f.127.Idem ſi eos qui de ſolo auditu auditus cum alij qui vel viderint vel audierint adſint.n.13.
Teſtes falſa dixiſſe, coniectura fit ex pallore, & trepidatione lib.1.q.14. nu.35. 16
Teſtes examinans ad æternam rei memoriam, & intra annum vtilem non præponens actionem fraudulenter præſumitur egiſſe.lib.1. q.65.nu.5. 69
Teſtium fides in iudicis pectore reſidet.li.1.q.44.nu.6. 47
Teſtium fides ſuſpecta redditur, quãdo poſt dictum teſtimonium corrigunt atteſtationem.lib.2.præſ 55.n.8. 179
Teſtium receptione commiſſa, non præſumitur commiſſa ipſorum examinatio lib.2.præſ.56.n.1. 179
Teſtium examinatione commiſſa, præſumitur cõmiſſa etiam receptio. ibid.nu.3.
Teſtium examinatione commiſſa, vtrum commiſſa ſit eorum reprobatio.n.4.& quod non n.7. 180
Teſtium dicta intelligenda ſunt, ne contraria appareant.lib.2.præſ.51. nu.31. 173
Teſtium productio aut examinatio ex parte actoris, non eſt licita ante lit.conteſt.li.2.præſ.54.nu.1. 178
Quibus id tamen caſibus liceat ibi.nu.2.
Teſtium examinationem faciens ad ęternam rei memoriam, intra annũ actionem proponere debet.ibi.n 3.
Teſtium examinationem ad ęternam rei memoriam pręcedere debet quędam ſummaria cognitio, nec leui de cauſa hęc facultas concedenda eſt.nu.4.
Teſtium examinationem impedientib.affinibus non pręſumitur contra agnatum.lib.2 pręſ.52.nu.7. 178
Teſtibus maſculis etſi maior fides tribuatur, quã fœminis, fallit tamen ſi illę teſtimonium pro reo dixerint.lib.2.pręſ.90.n.9. 225
Teſtibus & ſimilibus probationibus, multa ſunt, quæ nequeunt probari.lib.1.q.37.nu.11. 40
Teſtibus volens probare, quod poteſt inſtrumentis, præſumitur malam cauſam habere.lib.2.præſ.91.n.11. 227
Teſtibus duobus de metu atteſtantibus vna cum coniectura exiſtente, plus creditur quam millę deponentibus dę voluntate ſpõtanea. nu.5.





lib.3 præſ.126.nu.31. 444
Teſtimonium in re propria dicere, nemo etiam excelſæ dignitatis poteſt lib.2.præſ.51.nu.27. 172
Teſtimonium parentum concurrens cum alio adminiculo, plene circa filij ætatem probat.nu.28.
Teſtimonium quinque teſtium contra præſumptionem iuris & de iure admittitur lib.1.q.63.nu.1. 67
Contrariam tamen opinionem viſus eſt probare Bal.ibid.nu.2.
Teſtimonium ſocij criminis, concurrentib.aliis adminiculis, ad torturam facit indicium lib.1.q.89.nu.73. 92
Et quando id locum non habeat.nu.74.
Teſtimonium mandatarij, aliis adiutum adminiculis, quæſtionib.indicium præbet ibid.nu.75.Et quæ ratio ſit.nu.76.
Teſtimonium patris quando faciat fidem plenam libro 2.præſumpt.51. num.17. 171
Teſtimonium patris pro filio, parte non reclamante admittitur libr.2. præſ.46.nu.4. 159
Teſtimonium parentum circa filiorum ætatem, an coadiuuet vel adminiculum ferat aliis probationibus aut probet ſemiplene libr. 2.præſ.51.nu.12.& 14. 171
Trebellianicam non detrahit hæres, inuentario non confecto libr.3. præſ.21.nu.18. 268
Tres aut duo multi dicuntur lib.3.præſ.90.nu.14. 374
Titubatio & trepidatio animi in accuſato vel inquiſito, torturæ facit indicium aliis concurrentib.lib.1.q 89.nu.71. 92
Titulus dicitur ſatis conſtare, quando ex coniecturis colligi poteſt lib. 3.præſ.129.nu.30. 444
Titulus inualidus fauore præſtantis, per ſubſequẽtes præſtationes redditur validus libr.3.præſ.131.nu.1. fol. 449. Ita tamen ſi præſtans eius ſit conditionis, vt proprio fauori poſſit renunciare.n.2.
Titulus inualidus odio eius, cui præſtatio ſit, conualidatur ob præſtationes ſequutas.nu.3.
Idque ſi recipiens talis ſit, qui ſibi queat præiudicare.nu.4.
Titulus autoritate iuris publici inualidus, in inducenda obligatione fauorabili, quot annorum præſtatione validetur lib. 3.præſ.131. nu.5.6.& 7. 450
Id autem intelligendum de titulo inualido, ex defectu ſolennitatis, non autem inhabilitatis perſonæ.nu. 8. Vel ex defectu voluntatis eius qui actum fecit.nu. 9. Aut ſi ceſſet cauſa fauoris ipſius tituli.nu.11.Vel præſtatio ſemel tantum pro trib.annis facta ſit.nu. 12. Idem ſi titulus inualidus eſt, reſpectu ignorantiæ facientis actum.nu.14 Aut defectu falſitatis.nu.15. 451
Titulus autoritate iuris publici inualidus, in inducenda obligatione non fauorabili, decennali præſtatione non conualidatur libr.3. præſ.131 nu.21. 451
Titulus nudo pacto cauſatus, cur decennali præſtatione non confirmetur ibid.nu.21.
Titulus autoritate iuris publici inualidus, in inducenda liberatione ſolo temporis curſu, confirmatur per ſubſequentem præſtationẽ vel patientiam.lib.3.præſ.131.nu.32. 452
Titulus inualidus autoritate iuris publici, in inducenda liberatione quæ ſolo temporis curſu fieri non poteſt, quia ius reſiſtit confirmatur tamen, ſi ſubſequens præſtatio fiat ab eo, qui contra ius commune, poteſt diſpenſare.ibi.nu.34.
Secus ſi ab eo, qui contra ius commune diſpenſare non poteſt.nu.36.
Titulus ad inducendum obligationem probatur curſu tanti temporis, cuius initij memoria, non eſt in contrarium.lib.3 præſ.131.n.38. 453
Titulus & iuſtus iuſta cauſa contra patiẽtem, vel ad commodum illius, quot annorum ſpatio, præſumatur.lib.3.præſ.131.n.92. 457
Si nimirum de leui illius incommodo agatur.n.93.
Et quid ſi de præiudicio magno.nu 94.
Quibus autem id caſibus non habeat locum.n.95.
Titulus liberatorius à lucro odioſo, contra patientem de cuius magno præiudicio agitur, decennali patientia præſumitur.libro 3.præſ. 131.nu 97. 458
Et quid in titulo liberatorio à lucro fauorabili contra patientem, nu.98.
Titulus in beneficialibus ſola decennali patientia non præſumitur.lib. 3.præſ.131.nu.99. 458
Titulus de iure ſtiei quid tractet.lib.2.præſ.72 n.6. 201
Titulum autoritate iuris publici inualidum, in fauorabili obligatione inducenda, triennali præſtatione confirmari, verum eſt in veroſimilib.lib 3.præſ.131.nu.18. 451
Item vt præſtatio fiat eo modo quo legatum eſt vel relictum.n.19.
Tribunal qui magiſtratus habeant.lib.1.q 72.nu.3. 72
Tormenta ſeu quęſtiones ſunt cruciatus corporis, quibus per verberati & torti confeſſionem rei veritas eruitur.li.1.q.1.n.45. 3
Tormenta & cruciatus immodicos falſa pro veris oſtendiſſe vſu compertum eſt.ibi.n.46. 4
Tortura minus ſufficiens, omnia contra reum exiſtentia indicia non purgat.lib 1.q.83.n.6. 83
Torturæ indicium ſufficiens, oritur ex atteſtatione vnius teſtis, de viſu ipſius geſti actus & delicti commiſſi.li.1.q 89.n.5. 87
Nec quod omni exceptione maior ſit, opus eſt.ibi.nu.6.
Torturæ indicia & præſumptiones ſufficientes quæ ſint, iudex arbitrabitur.lib.1.q.89.nu.1. 86
Torturæ & quæſtionib.locum facere non ſolum pręſumptiones, ſed & indicia.nu.2.
Qualia autem illa eſſe debeant.n.3.& 4.
Totum conſtituitur ex pluribus cohærentibus quæ partes ſunt.lib.1.q. 39.nu.9. 42
Toto tranſlato cenſentur omnes ipſius partes translatæ.libr.3.præſ.97. nu.10. 382
Turpitudinem propriam detegere, iure non eſt permiſſum.libr.3.præſ. 11.nu.28. 272
Tutor datur vniuerſitati.lib.2.præſ.16.n.33. 130
Et quare non certis rebus ibid.nu.34.
Tutor contrahendo de re ad pupillum ſpectante, nomine pupilli agere præſumitur.li.3.præſ.49 n.5. 335
Tutor palam & bona fide contrahit, coram iudice bene informato.lib. 3 præſ.80.nu.8. 364
Item coram amicis & conſanguineis.n.9.
Adhibita autoritate contutoris nu.10. 365
Tutor clam dicitur contrahere, ſi tam occulte fiat, vt de cuius intereſſe agatur non appareat.n.11.
Aut non adhibeatur eorum præſentia aut autoritas, quæ neceſſaria erat.nu.12.
Vel confecta quidem ſcriptura, & teſtib.adhibitis, illis tamen vt taceant, ſi dictum ſit.nu.14.
Aut contrahat tutor per perſonam interpoſitam.n.15.
Tutor ſuſcipiens adminiſtrationem, quid promittere debeat.lib.1.q.45. nu.19. 49
Tutor pupillo dari debet, quem mater nominauit, niſi iuſta cauſa impediat.lib.2.præſ.52.nu.4. 177
Tutoris cõtractus cum pupillo bona fide factus, valet ſuſpicione fraudis ceſſante.lib.3.præſ.80.n.3. 364
Tutoris autoritas adhibenda in contractu à pupillo ineundo, nõ eſt de ipſius contractus ſubſtantia.nu.4.
Tutoris autoritas cur in contractu adhibeatur.nu.6.
Tutori cum pupillo palam contrahere permiſſum, clam vero prohibitum.lib.3.præſ.80.nu.1. 364
Ratio ad euitandas fraudes, & vt illarum ceſſet ſuſpicio.n.2.
Tutori aut curatori dicenti ob æs alienum pupilli bona vel minoris vendita, non creditur.lib.2.præſ.75.nu.47. 210
Tutorem verbis autoritatem ſuam interponere debere, in quib.actib. verum ſit.lib.3.præſ.56.nu.13. 346
Tutorem cui domicilij mutationem princeps permittit, à tutelę munere excuſatum præſumitur.lib.2.præſ.20.n.9. 138
Tutores gerentes negotium pupillorum, coram propinquis expedire debent, vt tutiores ſint.lib.3.præſ.128.n.2. 441


V


VNA & eadem in cauſa, vna vni, alia alteri placet iudici ſententia.lib.1.q.1.n.24. 3
Vnionis duarum Eccleſiarum ſolennitatẽ præſumi curſu decennali, exiſtente in poſſeſſione eo qui vnionem allegat, contra prælatum negantem, eamque ſolenniter factam.lib.3. præſ.132.nu.49. 462
Vnione in beneficiorum requiſitam ſolennitatem, curſu temporis adhibitam præſumi.li.3.præſ.132.n.76. 464
Vnione Eccleſiarum, & ordinum collatione, temporis ob diuturnitatem, ſcriptura præſumitur interueniſſe.lib.3.præſ.132.nu.89. 465
Vſusfructus vitam reſpicit vſufructuarij, & ea finita extinguitur lib.2. præſ.51.nu.68. 176
Vſusfructus ad hæredes non tranſmittitur.lib.3.præſ.47.n.12. 333
Vſufructus acquiſitio habet cauſam ſucceſſiuam.libr.3.præſ. 29. numero 95. 304
Vſumfructum bonorum aduentitiorũ filium habere permittens pater, donare velle præſumitur.lib.3.præſ.29.n.87. 303
Adhibita tamen diſtinctione.n.88.89.91.& ſeq. 304
Vſumfructum rei mulier dotis nomine tradens, ius vſusfructus marito conceſſiſſe præſumitur, quod ſol.matri.reſtituatur.lib.3.præſum. 9.nu.5. 261
Vſumfructum legans maritus vxori, & alienationem prohibens, proprietatem cur præſumatur reliquiſſe.li.3.præſ.35.n.18. 316
Vſura id omne eſt quod ſorti accedit.li.3.præſ.122.nu.53. 425
Vſura eſt rem meliorem pro deteriore accipere.ibi.n.56.
Vſura directo in mutuo, in alijs contractib. per indirectum committitur.li.3.præſ.123.nu.1. 430
Vſuræ ſortis ſunt acceſſoriæ.lib.3.præſ.120.n.4. 417
Vſuræ etiam appellantur illæ, quæ dotis nomine præſtantur in alimẽta mulieris lib.3.præſ.25.n.3. 291
Vſurarum lucrum inhoneſtum eſt, & odioſum lib.3.præſ.9.n.11. 261
Vſurarum vnica præſtatio, non ſufficit ad obligationem, pro futuro tempore inducendum.lib.3.præſ.151.n.85. 456
Vſuras dotis pacto expreſſo promiſſas an cenſeatur remiſiſſe gener ſi toto vitæ ſuæ tempore non petierit.lib.3.præſ.25.n.10. 291
Vſuras dotis gener remiſiſſe non cenſetur ſocero, ſi ob aliquam cauſam, toto vitę tempore non exegerit.nu.11. 292
Vſuras dotis ſibi debitas, cenſetur remiſiſſe gener, recipiendo ſortem abſque proteſtatione de ijs conſequendis.ibi.nu.13.
Vſurarius contractus lege diuina & humana damnatur lib.3.præſump. 122.nu.3. 420
Vſurarius contractus, quando potius, quam iuſtus præſumatur.ibi.n.5. Et quæ præſumptiones requirantur.nu.6.
Vſurarius & fœneratitius contractus cenſetur factus ab ijs quos lex animum non contrahendi habuiſſe præſumit.lib.3.præſump.122. nu.44. 414
Vſurarius præſumitur contractus ob lęſionem prouenientem ex quantitate penſionis, pendente tempore de reuendendo. ibidem. numero 49.


Vſurarius

# INDEX.


Vſurarius contractus arguitur ex læſione in pretij quantitate cum pacto de reuendendo.nu.52. 425

Vſurarius præſumitur contractus,ſi in pacto de reuendendo impenſa ad emptorem ſpectet & locatorem imponatur venditori & conductori .nu.57.

Niſi tamen quid iuſto pretio plus numeretur.nu.59.

Aut in ea regione ſit conſuetum ſic paciſci.nu.60. 421

Vſurarius præſumitur contractus,ſi cum pacto de reuendendo adiectũ ſit ab emptore,vt niſi vſque ad certium tempus nõ diſſolueretur lib.3.præſ.122.nu.69. 427

Quę tamen præſumptio aliarum indiget adminiculo.nu.70.Excepta venditione cenſuum & redituum annorum, vbi ſola ſufficeret. num.71.

Vſurarius arguitur contractus,ſi cum pacto de reuendendo adiectum ſit, vt vſque ad certum tempus, poſsit venditor redimere. numero 72.

Et quod de pacto vt poſt certum tempus liceat venditori, ſi velit redimere.nu.73.

Vſurarij contractus præſumptionẽ facit,modus ab emptionis aut venditionis contractu recedendi lib.3.præſ.122.nu.115. 430

Vſurarium & fæneratitium contractum detegendum, vna non ſufficit præſumptio lib.3.præſ.122.nu.7. 420

Imo quod nec duæ.nu.31. 422

Vſurarium inter contractum, & contractum illicitum, non tamen fæneratitium differentia eſt ibid.nu.15. 421

Vſurarium contractum arguit, ſi plus ex venditione ſecunda percipitur,quam illud ſit, quod non in pecunia, ſed alia re ſolutum ſit ibid.nu.55. 425

Vſurarium contractum arguit,res pro parte vendita, pro parte donata nulla donationis iuſta cauſa ſubſiſtente.nu.61.

Et quod nec iuramentum adhibitum aliquid operetur.nu.62.

Vſurarium contractum arguunt etiam verba in pacto de reuendendo appoſita.nu.64.

Vtendi & fruendi impedimentum præſtare,cum quid facti ſit nõ præſumitur lib.3.præſ.86.nu.3. 371

Vtilius videri debet, quod honeſtius eſt libro tertio. præſumpt.51. num.3. 337

Vxor quod acquirit,non acquirit marito de iure, quemadmodum patri filius lib.3.præſ.26.nu.14. 292

Vxor etiam putatiua de adulterio accuſari poteſt libr.3. præſumpt.51. num 6. 337

Vxor pro marito reddere teſtimonium poteſt, cum eſt perſona valde honeſta lib.2.præſ.51.nu.22. 172

Id tamen reuocatur in dubium ibid.nu.23.

Vxor præſumitur ſcire facta mariti lib.2.præſ.27.nu.3. 146

Vxor interfecta,præſumitur occiſa à marito ibid.nu.6.

Vxor in eodem inſtrumento ſe obligans cum marito,non tenetur niſi quatenus in eius vtilitatem verus eſt libro 3.præſumpt.22.numero 2. 289

Vxorem permittentem bona ſua poſsideri,& adminiſtrari à marito,nõ dotis nomine, ſed ex contractu innominato potius conceſsiſſe lib.3.præſ.39.nu.2. 323

Validior & in armis exercitatior præſumitur aduerſarium prouocaſſe, & feciſſe inſultum lib.1.q.14.nu.29. 16

Valor rei coniecturam facit,an res in portione vnius ex fratrib.vel ſociis diuidentib.contineatur lib.3.præſ.73.nu.2. 362

Vaſallus dominum contra ſe ipſum defendere non tenetur libr.3.præſ. 44.nu.7. 329

Vaſallus dominum periclitãtem in conflictu deſerens,quando excuſetur ibid.nu.8.

Vaſallus ſuſcipiens inueſtituram, & iurans fidelitatem, in exequutionem mandati à domino facti facere præſumitur lib.2.præſumpt. 49.nu.7. 335

Vaſallus impendens in re feudali,tẽpore reſtitutionis id deducit, nec donaſſe præſumitur lib.3.præſ.33.nu.9. 311

Idem eſt in emphyteuta.nu.10.

Vaſallus feudum negans,de mandacio conuictus, feudo cadit libro 3. præſ.91.nu.48. 377

Vaſalli dominus proprius dicitur inmediatus lib.3.præſumpt.102. numero 6. 390

Vaſallum in dubio ex propria induſtria,non ex bonis feudalib.acquiſiuiſſe lib.3.præſ.52.nu.9. 342

Vectigalium locatio eſt fructuum venditio libr.3.præſumpt.85.numero 39. 370

Vectigalium conductores perſiſtendo, cenſentur reconduxiſſe libr 3. præſ.85.nu.14.fol.188.Vide tamen ibid.nu.34. 368

Vectigalium in conductione, accipienda benignior interpretatio, & quæ ſit illa lib.3.præſ.104.nu.12.& 13. 395

Vectigalium exactione cõceſſa alicui certo pretio à principe, ciuitate aut vniuerſitate,non expreſſo contractus nomine,in dubio præſumitur locatio lib.3.præſ.104.nu.1. 394

Idque multo magis,ſi contrahentes verbo locationis vſi fuerint.nu. 2.Et maxime ſi vnum certum precium pro omnib.annis præſtandum fuerit conſtitutum.nu.4. 395

Et quid ſi precium in ſingulos annos ſoluendum fuerit conuentum. num.6.

Vectigalium conductor,non fructus percipiendos, ſed ſpem fructuum percipiendorum videtur conduxiſſe ibid.nu.5.

Vectigalium in conductorem,dominium vtile tranſire ibid.nu.19. 396

Vectigalium in conductione duo conſiderari.nu.20.

Vectigalium exactione certo pretio conceſſa, quod emptio ſit,alia eſt opinio.numero 25. Idque etiamſi ab initio vnicum ſit conſtitutum pretium,& diſtributio deinde facta in annos ſingulos.numero 39. 397

Vectigalium aut gabellarum contractus,emptionis facta nomine,certo precio conſtituto,vt id ſemel numeretur,emptio præſumitur ibid.nu.40.

Quod procedit, etſi poſtea ſolutionis facta diſtributio ſit in annos ſingulos.nu.41.

Idem in emptione datij,cuius emptor,commoditatem percipiendi dicitur emiſſe.nu.42.

Vectigalium facta dicitur locatio,facta ſimul venditionis & locationis mentione,præſtationis autem diſtributione in annos vel menſes facta.nu.43.

Idem etiam ſi vnica ſit pręſtatio pro toto tempore.nu.44.

Velle cuius in vno eſt,idem dicitur in eius neceſſario antecedenti lib. 3.pręſ.117.n.4. 414

Velleiani beneficio mulier quando non adiuuetur libro 1.quęſt.61.numero 2. 65

Venenum emptum ab aliquo, ſi quis eo ſtatim reperiatur interfectus, indicium ad torturam contra ementem libro 1. quæſt.89. numero 123. 95

Niſi tamen contrariæ præſumptiones adſunt ibi.n.124.

Vendere nolle,& precium inmodicum petere paria ſunt lib.3.præſ.78. nu.1. 365

Venditore rem tradente fidem de precio habere præſumi.libr.3. præſ. 79.nu.4. 364

Venditore aſſerente, ſe deceptum fuiſſe vltra dimidium iuſti pretij, quod tempus inſpici debeat lib.1.q.24.nu.6. 25

Venditore aſſerente ſe centum aureis indigere,quos ſi emptor numeret; ſe venditurum fundum cum pacto de reuendendo, eligendum ex multis ab emptore,ſimulationis eſt præſumptio libro 3. præſ.122.nu.81.fol.428.Idem ſi emptor verum precium numerare velit, venditor autem leuem tantum ſummam petat. numero 82.

Venditore in poſſeſsione rei venditæ permanẽte ſimulationis eſt pręſumptio ibid.nu.110. 429

Eamque præſumptionem iuris eſſe ſecundum Ioan.And.nu.111.

Venditio cuiuslibet rei,complectitur ſua pertinentia libr.3.pręſ.99. num.3. 385

Venditio pupillum lædens,ficta & ſimulata præſumitur libr.3.præſ.82. num.3. 365

Venditio modico tempore durans,ſimulata præſumitur & vſuraria, ſi tamen ita expreſſe actum ſit vt.modico tempore duret li.3. pręſ. 122.nu.112. 430

Venditio clam & occulte facta,cum pacto redimendi, & conceſsione locationis aut liuelli,præſumitur ſimulata & fæneraticia libr. 3. præſumpt.122.numer.90.fol. 428. Niſi iuſta de cauſa id fiat ibid. nu.93. 429

Venditiones fieri ſolent vt res perpetuo ſit penes emptorem li.3.præſ. 122.nu.113. 430

Vendicans rem alienatam minor precium reſtituere debet libr.3.præſ. 84.nu.1. 367

Quatenus tamen in vtilitatem ſuam conuerſum ſit.n.2.

Verba ſunt cordis nuncia,nec pręſumendus eſt quiſquam dicere,quod non prius mente agitauerit lib.1.q.22.nu.1. 23

Verba oris præſumptionem faciunt eorum quæ in corde ſunt libro 1. nu.39. 258

Verba in dubio ſimpliciter,& non ſecundum quod intelligenda libr.3. præſ.40.nu.2. 323

Verba in potentiori ſignificata ſumi debere, & verba proprie eſſe intelligenda.idem eſt dicere lib.3.pręſ.39.nu.9. 323

Verba intelligi debent ſecundum qualitatem & conditionem perſonæ loquentis lib.2.præſ.6.n.4. 114

Verba vbi ad litis conteſtationem apta ſunt, talis animus eſſe præſumitur lib.2.præſ.30.nu.2. 147

Verba ſententiæ vel decreti, etſi concipiantur in perſonam notarij, nomine tamen iudicis cenſentur enunciata lib.2.præſ.68.numero 14. 165

Verba notarij in inſtrumento contractus,cenſentur verba partium.ibi. num.15.

Verba enunciatiua in antiquis, non probant contra tertium, maxime in graui præiudicio ibi.nu.18.

Verba iudicis etiã impropriando,ad ius ipſum referri debẽt lib.2.pręſ. 67.n.3. 190

Verba teſtatoris,ſtatuti,& alterius diſponentis, recipiunt interpretationem à ſubiecta materia,etiam circa proprium ſignificatum li. 1.q.37.nu.13. 40

Verba in potentiori ſignificatu accipi debent ibi.n.17.

Verba obſcura, interpretationem recipiunt à conditione perſonæ loquentis.nu.24.

Verba aſſertiua principis circa factum alienum,non faciunt fidem plenam libro 2.præſumpt.11.num.1.fol.124.Præſumptionem tamen. num.2.

Et quid eã præſumptio operetur.nu.3.

Verba aſſertiua principis etiam generalia præſumptionem faciunt in facto alieno.nu.5.

Verba aſſertiua principis, præſumptionem non faciunt in his,quæ veroſimiliter is ignorat.nu.7.

Idem in his quæ non pendent à libera eius poteſtate.nu.8.

Vel ſi aſſertio illa facta fuerit ob aliud.nu.9.

Verba aſſertiua priuatorũ, prolata etiam propter aliud præſumptionẽ faciunt.nu.10.

Verba poſitiua in exequutiuis inſtrumenti,& contractus, non immutant eorum naturam lib.3.præſ.35.nu.11. 316

Verba enunciatiua alterius inſtrumenti quomodo non probent enunciatum, niſi inter ipſos contrahentes libro 2. præſumpt.33. numero 26. 150

Verba enunciatiua prolata propter aliud in iudicio, faciunt præſumptionem ad tertij fauorem.lib.2.præſ.62.n.7. 186

Verba enunciatiua alicuius inſtrumenti,mentionem facientia de dote, eam probant lib.3.præſ.7.n.10. 257

Verbis enunciatiuis papæ credi de re aliena,donec aſtruatur contrarium.lib.2.præſ.11.n.4. 124

Verbis reiectis quando attendatur coniecturata voluntas.libr.1.q.26. nu.11. 29

Verbera illata à magiſtro diſcipulo ſuo,præſumuntur ad emendationẽ illata & ob id iniuriam non inferunt,nec pœna digna ſunt,lib.1. q.17.nu.13. 20

Veritas ſemper præualet eique cedunt omnia.lib.1.q.31.n.4. 33

Veritas quo caſu cum fictione concurrat.lib.1.q.9.n.9. 12

Veritatem ſolam in foro conſcientiæ ſpectari,quomodo accipiendum, lib.1.q.79.nu.7. 76

Veriſimilitudo potentior,tollit minus potentem.lib.1.q.30.n.3. 32

Veſtes quas maritus honoris cauſa mulieri dedit,an præſumatur donaſſe.lib.3.præſ.12.n.14. 271

Veſtimentorum ſigna,perſonæ qualitatem ſignificare.li.3.præſum.64. nume 4 355

Vetuſtas vicem legis obtinet.lib.3.præſ.131.nu.39. 453

Vexilla ſeu inſignia nauibus impoſita,dominum demonſtrant. libro 3. præſ.64.nu 7. 355

Via magis,tuta & qua vtrique partium conſulitur,eligenda eſt libro 3. præſ.34.n.16. 313

Viam,& modum amplecti quilibet præſumitur illum, quo actus ſuus valeat.lib.2.præſ.17.n.7. 132

Vicarius Imperialis ex quauis generali facultate ſibi conceſſa,non poteſt auferre ius alteri quæſitum.lib.2.præſ.9.n.11. 118

Vicario vel aſſeſſori conceſſa iuriſdictio cumulatiue accipitur.libro 2. præſ.18.n.9. 133

Vicinum habere malum magnum eſt malum.lib.3.præſ.83.n.10. 367

Vicinum malum æquè ac morbum nocere voluit Cato.n.11.

Vicinum bonum habiturum, emptorem prædij ſui, proclamari iuſsit Themiſtocles.n.12.

Vicinis magis cognita eſſe,veriſimile eſt,quæ in vicino loco acta ſunt, quam remotis.lib.1.q.18.nu.14. 21

Vicinitas ſcripturarum,qualis fuerit diſponentis voluntas indicat.lib. 1 q 28 n.20. 31

Vincula duo non cenſentur,quando vnum eorum eſt vitioſum,& nullius momenti.lib.1.q.29.n.6. 42

Victum expreſſe non condemnando in expenſis,præſumitur iudex abſoluere.lib.2.præſ 89.nu 1. 224

Videtur verum præſumptionem notare.li.3.præſ.15.n.3. 283

Et præſ.32.n.6. 459

Vidua iterum nubens,ex boni patris dotata præſumitur.libr.3.præſum. 15.n.13. 283

Vidua intra annum luctus ex bonis mariti præſumitur acquiſiuiſſe.libr. 3.præſ.51.nu.14. 338

Vidua intra annum luctus,eandem quam in matrimonio caſtitatẽ præſtare debet.ibi.n.15.

Viduas difficilius,quam virgines nubere conſueuiſſe.libr.3.præſum.6. nu.13. 250

Vini vel rei ſimilis mutuo ſuſceptæ,moram in reſtituendo nectens debitor,tenetur ad intereſſe quanti plurimi.li.3.præſ.45.n.1. 330

Vinum in dolio vendens,non præſumitur vendere dolium.libr.3.præſum.77.nu 1. 363

Attendendam tamen loci conſuetudinem.nu.4.

Vino legato,dolia legata non præſumi,ſecus de vaſis & cuppis.libr.3. præſ.77.n.2. 363

Vir diues & ſenex mulierem iuuenem,& formoſam, etſi pauperẽ, ſine dote ducere voluiſſe præſumitur.lib.3.præſ.6,n.67. 255

Viro bono & edendum eſt lib.3.præſ.130.n.19. 447

Virginitatem ſponſæ cum ſponſo,non niſi per matrimonium deperditam lex præſumit.lib.3.præſ.1.n.50. 239

Vis præciſa quid ſit,& quid conditionalis ſeu cauſatiua.lib.3.præſump. 4.nu.36.& 37. 247

Viſitare iuſſus perſonaliter,non poteſt per alium id facere.libr.2.præſ. 21.nu.14. 141

Vitæ integritatem non excuſare in præiudicium tertij,quomodo intelligendum.lib.3.præſ.141.n.16. 482

Vitium patens,& viſibile,in quo differat à latenti.li.1.q.99.n.21. 107

Vocatus in iudicium non veniendo,iudicem contemnere præſumitur. lib.2.præſ.91.n.15. 227

Voci viuæ plus credi,quam mortuæ.lib.2.præſ.51.n.13. 166

Voce ſua,quod quis dilucide proteſtatus eſt, indignum eſt in eundem caſum,proprio poſſe teſtimonio infirmare.li.3.præſ.1.n.36. 237

Quod tamen in foro conſcientiæ non procedere aſſeritur.n.41. 238

Voluntas vt verbis ita.& facto declaratur.lib.3.præſ.36.n.9. 318

Voluntas hominis obſcura:non minus factis quam verbis ſignificatur. lib.1.q.28.n.6. 30

Voluntas ſine poteſtate nil operatur.lib.3.præſ.6.n.33. 252

Voluntas coacta proprie non dicitur voluntas.lib.1.q.14.n.38. 16

Voluntas præſumpta,quando præualet proprietati ſermonis.libr.1.q. 26.nu.6. 28

Voluntas diſponentis dicitur regina & domina, quia verbis, & proprietati ſermonis dominatur.ibi.n.8. 29

Voluntas vt in mente retenta,quo caſu nil operetur.

Et quando id non procedat,ibi.n.13,14.& 15.

Voluntas non ſolennis,non eſt voluntas,lege nimirum eam annullante.lib.1.q.80.n.30. 80

Voluntas patris,diuidentis bona inter filios,ſequenda eſt.lib.3.præſum. 118.nu.2. 415

Voluntas teſtatoris manifeſta dicitur illa,quæ coniecturis probatur.li. 1.q.36.nu.5. 38

Voluntatis aut opinionis certæ, qui quondam fuit, eiuſdem, & nunc præſumitur.lib.1.q.24.n.11. 25

Voluntatis continuatio potius quam mutatio præſumitur.libr.3.præſ. 57.nu.9. 350

Voluntatem magis ex facto quam verbis declarari.lib.1.q.19.n.1. 22

Voluntatem contrahentium quam verba potius ſpectari debere, quomodo accipiendum.lib.1.q 25.nu.7. 28

Voluntatem diſponentis quando iudex interpretetur.ibi.n.17. 29

Vulnera reperta ad menſuram gladij, rei inculpati,indicia ſunt ad torturam ſufficientia.lib.1.q 89.n.137. 96

Vultus aſpectuſque ſola mutatio,non facit indicium ad torturam.libr. 1.q.89.nu.71. 92

Et quæ ſit ratio.ibid.nu.71.


FINIS.

# D. IACOBI MENOCHII,

## DIVINI ATQVE HVMANI IVRIS SCIENTIA PERITISSIMI,

Et in nobiliſſimo Gymnaſio Patauino Iuris Cæſarei interpretis primarij, horis matutinis,

## *DE PRÆSVMPTIONIBVS, CONIECTVRIS, ſignis, & Indicijs.*

# LIBER PRIMVS.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſumptionum, coniecturarum, ſignorum & indiciorum doctrinam, è multis iudicij partibus præcipuam eſſe.*
2 *Probatione lites & controuerſias carere non poſſe.*
3 *Probationem ſolam oratori neceſſariam exiſtimauit Quintilianus lib.v. Inſtit. orator.*
5 *Probationes ſolas eſſe, quæ in cauſis definiendis primas obtinent.*
6 *Probationis ſpecies duæ, artifiſialis & inartificialis.*
7 *Probatio inartificialis quæ.*
8 *Probationes inartificiales, vel artis expertes, quare dicantur.*
9 *Probatio artificialis quæ.*
10 *Probatio artificialis quomodo differat ab inartificiali.*

## PRAEFATIO.

DE Præſumptionibus, coniecturis, ſignis & indiciis verba facturi, eaque quàm diligentiſſimè poterimus, pertractaturi: è re fore exiſtimauimus, prius aliqua præfari, quę cæteris viã, alioqui perobſcuram & difficilem aperire & commoſtrare poſſunt. Scimus enim è multis iudicij partibus
1 illam † eſſe, doctiſſimorum omnium * ſententia, præcipuam & maximè neceſſariam, quę in probationibus iurisq́ue pro-
2 prij confirmatione verſatur. Nulla enim lis, nulla † diſceptatio, nulla demum controuerſia probatione carere poteſt: quamuis cæteris partibus poſſit. Quæ enim in iudicium vocantur, de quibus iudici cognoſcendum ac iudicandum eſt, de illis aliter, vt volumus, ſtatuere is non poteſt, quàm ſi effectum ſit, vt de ea re illi liqueat, id eſt, quam ſi probatum ſit, ita eſſe, vt intendimus. Quocircà rectè antiquorum
3 † Rhetorum errorem reprehendit lib. j. Rhetor. Ariſtoteles, quòd probationes, quæ ſolæ ad artem ipſam, id eſt ad fidem faciendam, pertinent, prætermiſerint; additamenta verò, hoc eſt paruam quandam particulam conſcripſerint. Et Fabius libr. v. inſtit. oratoria. capit. j. exiſtimauit ſolam proba-
4 tionem † oratori neceſſariam eſſe, cum alia omnia nonnunquam ſine detrimento abeſſe poſſint. Sed & hoc apertius apud M. Tullium libr. ij. de oratore, M. Antonius affirmauit, cùm dixit: Nam hoc neceſſe eſt, vt is, qui cauſſam nobis adiudicaturus ſit, aut inclinatione voluntatis propendeat in nos, aut defenſionis argumentis adducatur, aut animi promotione cogatur. Sed quoniam illa pars, in qua rerum ipſarum explicatio ac deſcriptio poſita eſt, videtur omnem huius generis quaſi doctrinam continere, de ea primùm loquemur. Atque ita incipit de probatione verba facere. Eſt ergo quod Ariſtotelis, Ciceronis ac Fabij ſenten-
5 tia concludamus, ſolas ipſas probationes † eas eſſe, quæ in
6 cauſſis definiendis primas obtinent: Porrò † probationis duæ ſunt ſpecies: Inartificialis vna; Artificialis altera. Quod Ariſtoteles in primo Rhetor. & Cicero in Topicis, & Fabius libr. v. inſtitu. orator. capitul. j. & ex noſtris Franciſcus Duarenus lib. j. diſputat. anniuerſ. capi. xxvij. non inelegan-
7 ter annotarunt. Probatio inartificialis illa † eſt, quæ ab aliquibus directa probatio, ideſt vera & propria appellatur. Nam in hac nominatim, ſine oratoris, vel Iuriſconſulti arte, reperitur, quod intendimus. Et Ariſtoteles ipſe, huiuſmodi
8 probationes artis † expertes ob id vocat, quòd noſtra opera non oriuntur. Non enim vel ab oratore, vel à iuriſconſulto excogitantur: ſed extrinſecus aſſumuntur. Requirunt tamen & oratoris & iuriſconſulti artificium, dum in iudiciis deducuntur, & tractantur. Quare Ariſtoteles in fine libri primi Rhetor. & cum eo Cicero in partitio. orat. in Topicis, & lib. ij. de orat. ac Fabius lib. v. inſtitu. orat. c. j. accuratè docẽt, quomodo in iudiciis de legib. teſtimoniis, tabulis, quęſtionibus, iureiurãdo, & reliquis probationibus inartificialibus agẽdum ſit: quaq́ue arte ſint ea tractanda; quòd & noſtri iuriſconſulti, abundè non vno in loco præſtiterunt. Ar-
9 tificialis probatio † illa eſt, quæ tota in arte conſiſtit, & verſatur; auctores ſunt Ariſtoteles libr. j. Rhetor. c. j. & Fabius lib. v. inſtit. orator. c. viij. Nam aliquibus poſitis, inde oratoris, vel iuriſconſulti ars & prudentia eſt videre quæ inde, veluti quædam conſequentia, trahuntur. Et ſi enim vel inſtrumentis, vel teſtibus vnum contineatur: attamen inde ex eo aliud trahi poteſt ad actum vnum probandum. Vnde ar-
10 tificioſa hęc probatio ab ea inartificiali † diſtat, quod in hac

ipſa inartificiali non eſt laborandum ad eam inueniendam, cum à cauſa, atque à reis deferatur, ſolum igitur orator, vel iuriſconſultus eam artificioſè deducere & tractare habet. In illa verò artificiali non ſufficit cogitare, quomodo tractari debeat ſed etiam opus eſt eam inuenire. Id quod lib. ij. de Oratore Cicero ſcriptum reliquit. Paucis nunc enumerabimus explicabimuſq; inartificialis probationis ſpecies: mox accurate tractabimus, (vt inſtituti noſtri ratio poſtulat) de ipſa artificiali.

## QVAESTIO I.

Probationis inartificialis ſpecies quæ, & de illis ſingulis breuis, egregia tamen, explanatio.

### SVMMARIVM.

1 *Probationis inartificialis quinque ſpecies ſecundum Ariſt.*
2 *Probationis inartificialis plures ſpecies ſecundum Ciceronem.*
3 *Probationis inartificialis ſpecies ſex ſecundum Fabium Quintilianum.*
*Quæ partitio approbatur. ibid. nu. 4.*
5 *Ariſtoteles & Cicero, quomodo poßint excuſari, quod inter probationũ inartificialium ſpecies collocarint leges.*
6 *Probatio ſeu fides quæ teſtibus fit, cæteris excellit.*
7 *Teſtes ſunt perſonæ, teſtimonia ſunt dicta & atteſtationes ipſarum perſonarum.*
8 *Tabulæ quæ inſtrumenta appellantur, qua ſignificatione hoc loco capiantur.*
*Et quales illæ debeant eſſe. nu. 9.*
10 *Inſtrumẽti verbum generale eſt, ſignificans id omne quo res inſtruitur.*
11 *Inſtrumentorum appellatione continentur teſtes.*
*Minus tamen proprie teſtimonia. nu. 12.*
13 *Probationis ſpecies quæ per inſtrumenta fit, priuilegiata cur dicta ſit ab aliquibus.*
14 *Præiudicia quæ ſint.*
16 *Præiudicare quid ſit.*
16 *Præiudicium quid ſit ſecundum Aſconium.*
17 *Præiudicium in tribus verſatur ſecundum Fabium.*
18 *Præiudicium apud Rhetores & Iuriſconſul. dicitur exemplum.*
19 *Præiudicium, Veneti lingua materna quomodo vocitent.*
20 *Præiudicia inferiorum iudicum leuem faciunt probationem, & quæ ſit ratio.*
21 *Error vnius, errandi occaſionem alteri præſtare non debet.*
22 *Actum quid Romæ fuerit ſpectandum non eſt, ſed quod agi fierique debuit.*
23 *Recedendum non eſt à recepta Doctorum opinione, tametſi contra eam iudicatum aliquando fuerit.*
24 *Vna & eadem in cauſa, vna vni, alia alteri, placet iudici ſententia.*
25 *Iudicatum id eſt, de quo ſententia lata eſt, aut interpoſitum decretum.*
26 *Iudicata appellat Ariſtoteles contraria.*
27 *Præiudicia ſupremi principis, vel eorum qui principis loco iudicant, iudicaturis exemplum quod ſequantur præbent.*
28 *Præfectus prætorio ſupremam apud Principem poteſtatem obtinet.*
29 *Præfectus prætorio, in quo differat à principe ſupremo.*
30 *Præiudicium in eadem cauſa conſideratur duobus modis.*
31 *Præiudicium quod de eadem cauſa fit, quomodo ſoleat conſiderari.*
32 *Iuſiurandum quid ſit ſecundum Ciceronem.*
33 *Iuſiurandum quid ſit ſecundum Baldum.*
34 *Iuſiurandi ſpecies quatuor.*
35 *Iuramentum, an proprie ſit probatio.*
36 *Iuramentum verè & propriè probationem eſſe, communis eſt & magis recepta ſententia.*
37 *Confeßio omnium probationum maxima eſt.*
38 *Iuramentum triplex, voluntarium, iudiciale & neceſſarium.*
39 *Rumor ſeu fama quid ſit.*
40 *Fama ſecundum Barto. quid ſit.*
41 *Famam à rumore differre ſunt qui exiſtiment.*
*Quod tamen negat Fabius, Quintilianus & Valla. nu. 42.*
43 *Rumor apud Iuriſconſultos quis dicatur.*
44 *Fama à fide dignis certiſque perſonis originem habet.*
45 *Tormenta ſeu quæſtiones, ſunt cruciatus corporis, quibus per verberati & torti confeßionem, rei veritas eruitur.*
46 *Tormenta & cruciatus immodicos, falſa pro veris oſtendiſſe, vſu compertum eſt.*

QVAERO primò, quæ ſint probationis inartificialis ſpecies? Eſt hac in re varia Rhetorum enumeratio, Ariſtoteles libro primo. Rhe-
1 thor. capitul. xv. quinque eſſe ſcriptum reliquit; † nempe leges, teſtimonia, tabulas, quæſtiones, & iuſiurandum. M. Tull. libro ſecundo. de oratore. ex ſententia M. Antonij oratoris eloquentiſſimi, quem lo-
2 quentem introducit, multò plures † his verbis enumerat. Ad probandũ autẽ duplex eſt Oratori ſubiecta materies, vna rerũ earum, quæ non excogitantur ab Oratore ſed in re poſitæ, ratione tractãtur, vt tabulæ, teſtimonia, pacta, conuẽta, quæſtiones, leges, ſenatuſconſulta, res iudicatæ, decreta, reſponſa, & reliquæ, ſi quæ ſunt, quæ non ab oratore pariuntur, ſed ad Oratorẽ à cauſa, atque à reis deferuntur. Hæc Cicero.
3 Verùm Fabius lib. v. inſtit. oratoria. cap. ij. ſex † ſolum enumerat ſpecies huius inartificialis ꝓbationis: nec his admiſcet leges. Ita enim ait ille. Ex illo priore genere ſunt præiudicia, rumores, tormenta, tabulæ, iuſiurandum, teſtes, in quibus pars maxima contentionum forenſium conſiſtit. Hacte-
4 nus Quintilianus. Cuius quidem partitio & † mihi probatur, & iuri noſtro maximè conuenit. Cum enim leges non enumerat inter has probationis ſpecies Fabius, rectè viſus eſt animaduertere, leges non eſſe probationes, ſed definitiones, ſentẽtias atque ita terminationes, quibus negotium ipſum, cuius cauſa inducuntur probationes, definitur atque
5 terminatur. Excuſari † quidem poſſunt Ariſtoteles & Cicero, quòd inter ſpecies probationum inartificialium collocarint leges: cum probationes eſſe illi intellexerint quibus cauſarum patroni iudices in ſuas ducant ſententias. Contendit Milo iudices liberare ſe oportere, & ſi Clodium occiderit; cum vt ſe ipſum tueretur, eum interfecerit. Iure hoc ſe petere probat Milo, quod lex etiam ipſa naturæ concedit ſui tutelam ac defenſionem, & ſi aduerſarius inſidiator occidatur. Lex iſta Milonis petitionem legitimam eſſe probat. Hæc tamen probatio, verè probatio, & apud iuriſconſultos præcipuè, non eſt. Hac itaque omiſſa, reliquas meliore tamen ordine explicemus. Teſtes priore loco hic recenſeo inter probationis inartificialis ſpecies, quod proba-
6 tio † ſeu fides, quę teſtibus fit cęteris excellat. Eſt enim alijs
7 efficacior, cap. cum Ioannes de fide inſtru. ſunt teſtes † perſonæ ipſæ: teſtimonia verò ſunt dicta, & atteſtationes ipſarum perſonarum. l. j. & l. iij. §. idem diuus. ff. de teſtib. & l. ſolam. C. eod. & l. iſtrumenta. C. de probat. Non perſequor reliqua, cum extent integri & tituli & tractatus, quibus teſtium & atteſtationum materies abundè explicatur. Tabulę,
8 quæ à noſtris † inſtrumenta appellantur, hoc loco pro ſolennibus illis chartulis à Tabellione, qui ita ſcribendi è publico facultatẽ habet, conſcriptis ſumuntur. Quæ ſanè char-
9 tulæ ita † eſſe debent, vt rem dubiam iudici aperiant, ac claram lucidamq́ue faciant, atque cauſam inſtruant. c. forus. §. cauſa. de verb. ſignifi. Non enim eſt ignorandum, inſtrumẽ-
10 ti † verbum eſſe generale, ſignificans id omne; quo res aliqua inſtruitur. l. notionem. §. inſtrumẽtorũ. de verbo. ſignif.
11 Hinc & teſtes † hac appellatione continentur. l. j. ff. de fid.
12 inſtru. Quamquam minus propriè † teſtimonia inſtrumenta ſint: ſicuti interpretes ferè omnes in rubr. extra de proba. aduerſus Alciatum in d. §. inſtrumentorum. annotarunt. Hãc
13 autem probationis ſpeciem † priuilegiatam aliqui ob id dixerunt, quod mortuo & (vt eorum verbis vtar) pelli mortuæ fides adhibeatur. Quorum traditio ſi vera eſſet, idem eſſet dicendum de atteſtationibus illorum teſtium, qui iam in humanis eſſe deſierunt. Nam & illa ſoli chartulæ inhærent. De inſtrumentis, eorumq́ue ſolennitate & fide, integri extant tituli, quamobrem non immoror amplius.
14 Præiudicia † ſunt res ante iudicatæ. Eſt enim † præiudi-
15 carę ante iudicare, quod Fabius lib. v. inſtit. orator. capit. ſecundo, & Budæus in annota. Pandectarum ſcripſerunt. Ex
16 ex ſententia Aſconij, † eſt præiudicium res, quæ cum ſtatuta fuerit ſemel adfert iudicaturis exemplum, quod ſe-
17 quantur. Præiudicium (inquit Fabius) in tribus † verſatur vel circa parem, ſimilemque cauſam, vel circa eandem cauſam, vel de eadem cauſa. Circa parem ſimilemq́ue cauſam verſatur, cum aliàs ſimili in cauſa, lata fuit ſententia. Apud Rhetores, ac etiam apud Iureconſultos appellari
18 † ſolet exemplum. l. nemo. C. de ſenten. & interlocut. omn. iudicum.



iudicum. & egregie iuriſconſultus in l. Imperatores. ff. de
19 priuileg. Veneti lingua materna, † caſo ſeguio, appellant.
20 Præiudicia hæc, ſi inferiorum iudicum ſunt, leuem † probationem faciunt: tum quia (vt dixit Fabius) leui diſſimilitudine euitari poſſunt, tum etiam quia exemplis his non eſſe iudicandum Iuſtinianus noſter ſtatuit, in d. l. nemo. C.
21 de ſent. & interlocut. omn. iudi. Non enim vnius error † occaſionem errandi alteri debet præſtare. Nec (vt dici ſolet)
22 ſpectandum eſt, † quid actum fuerit Romæ, ſed quod agi fieriq́ue debet. l. ſed licet. ff. de officio præſid. & ſcribit Coraſius lib. ij. miſcella. iuris. cap. v. num. 3. Quocirca rectè admonuit Neuiza. lib. v. ſyluæ nuptia. num. 62. à recepta
23 Doctorum † opinione recedendum nõ eſſe, tametſi contra eam iudicatum aliquando fuerit: cùm vel dolo, vel potius imperitia quam ratione recta, ita pronuntiatum credatur.
24 Hinc videmus de eadem penè † cauſa, vnam vni, alteram alteri iudici ſententiam placere. l. nam & ſi parentibus. §. filius. ff. de inoff. teſtam. & egregie in l. denuntiaſſe. §. quæritur. ff. ad l. Iul. de adulter. Baldus conſilio trecenteſimotrigeſimo quarto. Præmittendum eſt ad euidentiam libro ſecundo, & Crauet. conſilio ccxxxij. numero 3. quorum auctoritatem ſecutus, & ipſe ex facto interrogatus reſpondi conſilio quinquageſimonono. Quod & omnium melius nos docuit auctor ad Herennium, libro ſecundo, cum ſcri-
25 bit in hæc verba. Iudicatum † eſt id, de quo ſententia lata eſt, aut decretum interpoſitum. Ea ſæpe diuerſa ſunt vt aliud alij iudici, aut prætori, aut Conſuli, aut Tribuno plebis placitum ſit: & fit, vt de eadem re ſæpe alius aliud decreuerit, aut iudicauerit. Quod genus M. Druſus prætor Vrbanus quòd cum hærede mandati ageretur, iudicium reddidit, Sextus Iulius non reddidit. Item. C. Cælius, iudex abſoluit iniuriarum eum, qui Lucillium poetam in ſcena nominatim læſerat, Pulius Mucius eum qui L. Accium poetam nominauerat, condemnauit. Ariſtoteles loco iam
26 commemorato appellat iudicata contraria, † à quibus vult argumentum ſumi, quem locum ita expoſuit M. Anton. Maioragius, contraria ſunt quæ plurimum inter ſe diſtant vt M. Marcellus in bello Syracuſis expugnatis; fana non eſſe ſpolianda, ſed potius ornanda cenſuit: C. Verres in pace ſociis atque amicis Syracuſanis è fanis ornamenta omnia ſuſtulit. Hæc tamen Ariſtotelis & Maioragij traditio non ad iuriſconſultos: ſed ad oratores pertinere exiſtimo. Præ-
27 iudicia verò ſupremi † principis, vel eorum, qui principis loco iudicant, iudicaturis exemplum quod ſequantur, præbent. Et Ariſtoteles libro ij. Rhetor. ita ſcribit, vel ſi ita illi iudicarunt, contrà quos ſtatuere nihil licet, vt qui domini ſunt, aut quibus non honeſtum eſt contradicere. Quem Ariſtotelis locum his verbis interpretatus eſt M. Antonius Maioragius. Vel quando illi ſtatuerunt, quorum iudicium ipſi iudices ſequuntur, vt ſi in priuato iudicio aliquid tractetur, de quo iam in ſenatu decretum ſit. Vel apud Prætorem agatur de illa re, qua iam princeps ſententiam tulit. Hæc ille qui & alia plura quæ huc non pertinent. De principis ſententia ita cenſent glo. in d. l. nemo. C. de ſenten. & interlocu. om. iudic. & Socin. in Tract. fallen. reg. ccxxv. fallen. j. & probat. l. vlti. C. de legib. De ſententia verò ſenatus alteriusve ſupremi magiſtratus ſcribunt Fabius libr. v. inſtit. oratoria. cap. ij. Afflict. deciſi. ccclxxxiij. num. 8. Zaſius in Rubr. ff. de exceptio. num. 6. & Plotus in l. ſi quando. num. 156. C. vnde vi. Nec repugnat præcitata. l. nemo. C. de ſent. & interlocu. omni. iudic. qua non eſt permiſſum ſequi iudi-
28 catum Præfecti prætorio, qui tamen † ſupremam apud Principem poteſtatem obtinet. l. formam. C. de offic. præfect. prætor. quam quidem nouo ſenſu illuſtrauit Alciatus lib. ij. paradox. cap. ix. Non inquam repugnat, quando quidem intelligitur, cùm à præfecto prætorio lata eſt ſententia; quæ legi refragatur. Non enim is aduerſus iam ſancita po-
29 teſtatem habet. d. l. formam. Differt in hoc à principe † Pręfectus prætorio. quòd principis iudicatum, etiamſi legi iam ſcriptæ repugnat, ſequi conuenit. Si quidem & legem antiquã abrogare, & nouã ferre facile poteſt, d. l. vlt. C. de legib.
30 Præiudicium in eadem † cauſa duobus modis conſideratur. Vno, cum ſummaria & leui cauſæ cognitione adhibita fit. Altero, cũ maturo plenoq́ue iudicio. De ſingulis exẽpla tradit eruditus Zaſius in rubri. ff. de exceptio. num. 7.
31 Præiudicium, † quod de eadem cauſa fit, ita conſiderari ſolet: vt non quid iudicatum, ſed ante iudicandum ſit. Nam ſi ante iudicabitur cauſæ iam cæptæ ſinem quendam parabit. Si patris hæreditatem petis, excipiam, te illius filium non fuiſſe, ſed ſeruum. Hic cognoſcendum eſt prius, an verè filius fueris, vel non? Si conſtabit te filium eſſe, de ipſa hæreditate deinde expectabitur ſententia: ſi verò conſtabit, te filium illius non fuiſſe impediet hoc iudicatum illud petitionis hæreditatis iudicium. l. ſi quis libertatem. ff. de petitio. hæred. Si experitur patronus aduerſus libertum, vt operas præſtet, & neget conuentus, ſe libertum; diſpiciendum prius eſt, an libertus is, vel ingenuus ſit; quoniam; ſi libertus non demonſtrabitur, ante iudicatum hoc, iudicium de præſtandis operibus impediet. l. vlt. ff. ſi liber. ingen. eſſe dicãtur. l. pen. & l. vlt. C. de ordine cognit. & §. pręiudiciales. inſtit. de actio. & doctè explicat Duarenus lib. ij. diſputa. anniuerſ. cap. ij. Hæc paulò fuſius fortè de præiudiciis ſcripſi, quam tractatio ipſa requirebat; Verùm id de induſtria feci, quod ab aliquo, quem viderim, ita dilucide hæc alioqui obſcura, explanata non fuerint.
32 Iuſiurandum † eſt, auctore M. Tullio lib. iij. de officiis, religioſa affirmatio. Vel (vt Baldus noſter in cap. j. §. item
33 ſacramenta de pace iura. firm.) eſt † iuramentum, dictum, aſſertum, promiſſum, ſacræ rei atteſtatione firmatũ. Et cùm
34 quatuor † ſint iuramenti ſpecies, promiſſorium fidelitatis, introductorium obligationis, confirmatorium contractus, & deciſorium litis ac controuerſiæ; hoc poſtremum illud eſt, quod inter probationes inartificiales cõtinetur, vti ſcriptum inter cæteros reliquit Fabius d. lib. v. inſtit. oratoria. capit. vj. Qua etiam de re plura ſcripſit Ariſtoteles libr. j. Rhetor. cap. j. ibidem illius interpres bene eruditus M. Antonius Maioragius: qui quidem docent quando & quibus de cauſis recipiendum, vel recuſandum; & nos ſuis locis dicemus. Grauis autem & controuerſa eſt apud noſtros diſputa-
35 tio, an hoc ipſum iuramentum † ſit propriè probatio. Non enim defuerunt, qui opinati ſunt, non eſſe veram & propriã probationem, ſed pręſumptiuam tantum, inter quos Dec. in rub. extr. de prob. nu. 11. Iaſ. in repe. l. admonẽdi. nu. 232. ff. de iureiur. & ibi Cacialup. nu. 136. Quib. accedunt Corſet, ſing. in verbo. mãdatum. incipit reuocatio. Marſ. in rubri. C. de proba. nu. 130. Gram. dec. lxvij. nu. 16. & Aemil. Ferret. in
* rub. ff. de proba. nu. 29. Verùm recepta * magis opinio eſt
36 iuramento † eſſe verè, & propriè probationẽ. Ita enim cõmunem ſententiam multis recenſitis atteſtatur Dec. loco iã citato. Et rectè, mea quidẽ opinione, cum ſit hæc confeſſio,
37 † quæ omnium probationum maxima eſt. Hoc iuramẽtum
38 triplex † eſſe dicitur, voluntarium, iudiciale, & neceſſarium. quod copioſe explicant omnes in l. admonendi. ff. de iureiur. de his differendi locus nunc non datur.
39 Rumor, ſeu fama † eſt ſermo ſine vllo auctore diſperſus, cui malitia initium dedit, credulitas incrementum. Ita Rumorem definit Fabius lib. v. inſtit. orato. c. iij. Cæterum ex noſtris Bar. in l. de min. §. plurimum. num. vij. ff. de q. famam
40 diffinit, † eſſe cõmunem opinionem voce manifeſtatam, ex ſuſpicione prouenientem. Quam ſanè definitionem viſus eſt probare Alciat. lib. j. parerg. iuris. cap. vj.
41 Sunt qui credunt, famam † à rumore differre; ſicuti glo. in c. ſuper eod. de eo, qui cogn. conſang. vx. ſuæ. Innoc. in c. veſtra. de cohab. cle. & mulie. Alciat. d. c. vj. & Aemilius Ferretus in l. iij. in prin. num. 10. ff. de teſtib. Verùm Fabius. d. c.
42 iij. & Valla lib. iiij. elegant. c. vij. non differre † exiſtimant. In iure noſtre credo glo. Inno. Alciatum & cæteros rectè
43 ſenſiſſe. Si quidẽ apud iuriſconſultos rumor † falſus ſermo appellatur. l. vlt. ff. de hæred. inſtit. Et qui certum nuntium atque auctorem non habet. Quod & M. Tull. lib. xij. epiſtol. famil. x. ad C. Caſſium ſcribens his ſignificat. Nos de Dolabella quæ volumus audiuimus: ſed adhuc ſine capite, ſine
44 auctore, rumore nuntio. Fama † verò à fide dignis certiſque perſonis originem habet. l. Decurionum. C. de pæn. & ſcribunt Bartol. in d. §. plurimum. num. 15. numero 23. & 31. & Felin. in c. veniens. lib. j. num. 17. de teſtib. Qui de his alia ſcitu non indigna, quæ hic recenſere ſuperſedeo, ſcripta reliquerunt.
45 Tormenta † ſeu quæſtiones eſſe dicimus corporis cruciatus, quibus per verberati & torti confeſſionem rei veri-

tas eruitur.l.item apud Labeonem.§.quęſt.ff.de iniur.& l.j.
§.quæſt.ff.ad S.C.Sillania.Nam(inquit M.Tullius in Topi-
cis ) & verberibus torti, in igne defatigati quæ dicunt, ea
videtur veritas ipſa dicere. Quamquam verè vſu compertũ
46 ſit,cruciatus † immodicos falſa pro veris oſtendiſſe: quem-
admodum lib.ij.de arbit.iudicum &c. Caſu cclxix. aliquot
exemplis demonſtrauimus. Hæc ſummatim, & ea, qua po-
tuimus breuitate,de inartificiali probatione perſtrinximus.

## QVAESTIO II.

### De artificiali probatione, quam præſumptionem appellamus multiplex multorum diuiſio.

*SVMMARIVM.*

1 *Probationem artificialem Quintil.quomodo diuidat.*
2 *Probationis artificialis partiones ſecundum Baldum.& num.3.*
4 *Probatio artificialis quomodo diuidatur à Gandino.*
5 *Probationis artificialis diuiſio ſecundum Alexandrum de Ales.*
7 *Præſumptio temeraria quæ ſit ſecundum Alex.Alenſem.*
7 *Præſumptio violenta quæ ſit.*
8 *Præſumptio leuis quæ dicatur.*
9 *Præſumptio leuis eſt,ſi vir bonæ famæ,videatur ſemel alloqui mulierem in loc ſuſpecto.*
10 *Præſumptio probabilis quæ ſit.*
11 *Præſumptio ex omnium fere ſententia.ſic diuiditur, vt vna iuris ſit,& de iure,altera iuris tantum,tertia vero hominis.*

QVAERO ſecundò, quot ſunt artificialis
probationis,ſeu præſumptionis, ſpecies? Hac
de re variæ ſunt ſcriptorũ partitiones. Fabius
enim Quintilianus lib. v. inſtit.oratoria.cap.
viij.quem ex noſtris ſecutus eſt Franc.Duare-
renus lib.j.diſputa.anniuerſa.c.ccvij.probationem hanc ar-
1 tificialem † diuidit in neceſſariam, credibilem ſeu veriſimi-
lem, & non repugnantem. Secunda fuit diuiſio Baldi in ru-
br. extra. de præſumpt. qui docuit aliam eſſe præſumptio-
2 nem † iuris & de iure; aliam iudicis, aliam poſſeſſionis,aliã
ex tempore,aliam hominis diſcreti, aliam ex conſuetudine.
Quam ſanè partitionem probare nũquam potui. Tertia fuit
diuiſio, quam ipſemet Baldus recenſet in rubr.C. de pro-
bat.nu.4.& in l.ea quidem.num.5.C.de accuſat.Cùm dixit,
3 præſumptionem † aliam eſſe legis, aliam hominis. Et præ-
ſumptionem illam legis, aliquãdo eſſe ſimpliciter iuris, ali-
quando iuris & de iure. Quam ſane diuiſionem cæteri ferè
4 omnes ſunt ſecuti.Quarta fuit partitio † Gandini in tracta.
maleficio.rubr.de præſumpt.& inditiis dubitatis. col.j. qui
dixit,præſumptionem aliam eſſe facti, aliam hominis,aliam
naturę,aliam iuris,aliam iuris & de iure.Et aliam eſſe teme-
rariam & leuem, aliam probabilem & diſcretam; & aliam
dici violentam.Quam quidem diuiſionem probauit Paulus
Girilandus in tract.de quęſt.& tortura.q.iij.num.7.Quinta
fuit diuiſio,quam fecit Alexander de Ales, Theologus præ-
ſtantiſſimus in ſumma par.iij. q. xlv. membro ſeptimo,col.
pen.& quę quidem non multum differt ab illa Gandini.Di-
5 uidit Alenſis præſumptionem † in temerariam, violentam,
leuem & probabilem.Pręſumptionem temerariam appellat
6 Alenſis illam † quæ fit quando apparet coniectura boni &
non mali: & quando omnia ſigna ſunt boni, & nulla mali;
qualis fuit illa Phariſæorũ, vt legitur Lucæ cap.vij.qui dice-
bant infra ſe. Hic ſi eſſet propheta ſciret vtique qualis eſt
mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix eſt. Præſumptione
temeraria impij illi iudicabant Chriſtum,cum tamen ſigna
omnia in eo bona,& nulla mali cognouiſſent. Et ſimilis fuit
eorundem Matthæi cap. ix. Cum Dominus dixiſſet Paraly-
tico,remittuntur tibi peccata tua;dicebãt Phariſęi, hic bla-
7 ſphemat. Præſumptio † violenta ( inquit Alenſis ) prædictæ
contraria eſt:quando ſcilicet apparet coniectura mali,& nõ
boni; cum inquam omnia ſigna ſunt mali,& nulla boni. Si-
cuti fuit illa, quam fecit Salomon, vt habetur libro iij. Re-
gum capit. iij. relatum in capit. afferte. de præſumpt. dum
adiudicauit filium illi mulieri, quæ lachrymis rogauerat,ne
puer interficeretur, iudicans illam eſſe matrem. Et econtra
mulierem illam, quæ petierat, puerum diuidi, & dicebat,
nec mihi, nec tibi,ſed diuidatur; non eſſe matrem iudicauit
Salomon violenta hac præſumptione: cum in ea omnia ſi-
gna mali,nempè aduerſus humanam & naturalem pietatem;
8 exiſterent.Præſumptio † leuis eſt ( inquit Alenſis ) in qua
parua adeſt coniectura mali, & magna boni: vt quia multa
ſigna boni ſunt, nulla verò aut parua mali; quemadmodum
fuit præſumptio illa, quam fecit idem Salomon libro ter-
tio Regum capit.ſecundo, dum iudicauit fratrem morte
dignum ob id, quod petierat Abyſag Sunnamitem. Etſi
enim Salomon ex præcedendi facto ante ſuam in regno cõ-
firmationem, quo Adonias ſibi fecerat currum & equos,
habuiſſet ſignum, quod regnare cupiebat: attamen poſt
confirmationẽ nihil feciſſe legitur,niſi quod petiit Abyſag.
Et propterea leuis fuit illa præſumptio, qua motus Salo-
mon, fratrem morti adiudicauit. Eſt & illa leuis præſum-
9 ptio, † vt ſi vir bonæ famæ, videatur ſemel alloqui mulie-
rem in loco ſuſpecto.Hoc enim debet in meliorem partem
interpretari, iuxtà capit.eſtote. extrà de regulis iuris. Præ-
10 ſumptio probabilis † eſt præcedenti contraria; & dicitur
illa, quæ ſumitur ex multis ſignis malis: & parua ac exigua
ſunt ſigna boni; qualis eſt illa, quæ ſumitur à falſis prophe-
tis;nam à fructibus eorum cognoſcimus eos,Matthæi c.vij.
Noſtra ętate planè miſeranda,probabilem pręſumptionem
ſumimus, falſos Chriſtianos illos eſſe,qui dum bona aliqua
concionantur,reliqua mala omnia ſuadent.

Cæterùm, nec duæ hæ partitiones retinendæ ſunt: cum
non ſpecies, ſed loca, ( ſicuti in ea ſecunda commemorata
fecit Baldus ) ſeu ſedes, è quibus præſumptio deducitur,re-
* cenſuerit. Rectius itaque ex noſtrorum ferè omnium * ſen-
11 tentia ſic nos diuidimus præſumptionem, † vt vna ſit iuris
& de iure, altera iuris tantùm, tertia verò hominis. Quæ
quidem diuiſio conuenire videtur,in multis ſaltem cum illa
Quintiliani,qui dixit,pręſumptionem aliam eſſe neceſſariã,
aliam credibilem,aliam non repugnantem:quemadmodum
mox explicabimus.

## QVAESTIO III.

### Præſumptio iuris & de iure, quæ, & quomodo neceſſaria dicatur, quantúmque cum ea conueniat.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſumptio neceſſaria dicitur,cũ aliquibus poſitis neceſſario efficimus, quod intendimus.*
*Appellatur autem ea violenta,vel verius violentiſſima.*
*Rhetores ſignum dicunt.ibid.*
2 *Præſumptio neceſſaria vel probatio, ducitur à naturalibus principiis, vel ab humanis.*
3 *Lac repertum in mammis mulieris, violentam facit præſumptionem eam corruptam fuiſſe.*
*Aduertenda tamen ſententia ſapientiſſimi Hipocratis & Galeni ibid. recitata.num.4.*
5 *Præſumptio violenta, à naturalibus cauſis & principiis nata, contrariam probationem non admittit.*
6 *Præſumptio violenta ſeu probatio ortum habens à cauſis & principiis naturalibus raro vſu venit, cum maior pars iudiciorum verſetur circa actiones humanas.*
7 *Actiones humanæ certum ſibi ac neceſſarium euentum præfinire nequeunt.*
8 *Præſumptio violẽta ſeu probatio ab humanis quoq; principiis oritur cũ naſcitur ab indiciis atq; coniecturis,humana lege & ratione ꝓbatis.*
9 *Præſumptio neceſſaria appellatur præſumptio iuris & de iure à Specul. Et qua de cauſa hoc fiat.num.13.*
10 *Præſumptio ortum habens ab indiciis atque cõiecturis humana lege & ratione probatis, & ſi aliter ſe habere poßit, quam re ipſa ſit, vix fieri tamen poteſt vt contrariam probationem admittat,ſed ſolum poßit extenuari.num. 11.& 12.*
14 *Certitudo fidei, vnde dicatur.*
15 *Præſumptionem iuris & de iure, quomodo deſcribat Baldus.& num.16.*
17 *Præſumptio iuris & de iure deſcripta per Alciatum.*
18 *Præſumptio iuris vnde ſit dicta.*
19 *Præſumptioni iuris & de iure admittitur probatio in contrarium ſtatuto Veneto.*
20 *Præſumptio iuris & de iure illa dicitur à multis,quæ in lege ſcripta eſt, & ita ab ea ſancitum ne contrarium poßit probari.*
21 *Præſumptio iuris & de iure quæ dicatur ſecundum Romanum.*
22 *Præſumptio violenta numquam dicitur, niſi lex ita exprimat, ex ſententia Card. Alex.Saliceti & aliorum ibi allegatorum.*
23 *Præſumptio iuris & de iure, ſemper deſumitur ex actis præteriti temporis,non autem ex futuro.*



QVAERO tertiò, quæ dicatur præſumptio
iuris & de iure, quam neceſſariam appellare
etiam poſſumus? Prius dicendum eſt,neceſſa-
1 riam dici † Præſumptionem, cum aliquibus
poſitis,neceſſariò inde efficimus, quod inten-
dimus. Et hanc violentam, vel verius violentiſſimam noſtri
appellant: Rhetores verò alio nomine ſignum, de quo ſuo
loco fuſius dicemus,vocant:ſtatutum Venetum in prologo
ſecundo nu.10.appellat,hanc pręſumptionem neceſſariam.
2 Ducitur hæc artificialis neceſſaria † probatio, ſeu præſum-
ptio vel à naturalibus principiis,vel ab humanis:à naturali-
bus principiis hoc modo naſcitur. Si probatur mulierẽ ha-
3 bere lac † in mammis inde artificialis probatio, ſeu violẽta
præſumptio orietur,mulierem hanc fuiſſe corruptam. Quo
ſanè exemplo vſi ſunt Fabius lib. v. inſti. orator. c. ix. & ex
noſtris Bald.in rubr.C.de probat.nu.6. verſi. exemplum de
primo. Natura enim ipſa, non ars, efficit, vt lac in mammis
habeat mulier,propter generationem. Eſt tamen quod ad-
4 uertatur † ſapientiſſimum Hippocratem in quinto aphoriſ-
morum.in xxxix.aphoriſ. & ibidem Galenus declarat, fieri
poſſe,vt mulier lac habeat in mammis etſi non concepit,ſi-
cuti illi, cui menſtrua non fluunt. Illos conſule. Alio etiam
exemplo vſus eſt Baldus loco iam citato,ſi probatum extitit
homini amputatum fuiſſe caput, inde deſcendet neceſſaria,
atque ita violenta præſumptio, hominem illum eſſe vita de-
functum. Eſt his ſimile exemplum,ſi dicimus fumus è domo
exiuit: ergo ibi ignis adfuit. Natura enim hoc efficit. Non
eſt diſſimile exemplum,quo vtitur Fabius dicto libro quin-
to,inſtitu. oratoria. capit. ix. & iure noſtro probatur. in l.
optimam. C. de contrahen. & committend. ſtipulat. Si ex-
hibeo inſtrumentum hic Pataui j inter me & te confectum,
die decima Septembris, inde neceſſario fiet, me ea die
decima Septembris Romæ non fuiſſe: Cum ob maximam
locorum diſtantiam fieri non poſſit, vt eadem die eſſe
potuerim vtroque in loco. Hoc etenim miraculoſe, non
autem natura effici poteſt. Quemadmodum vſu veniſſe di-
uo Ambroſio, memoriæ prodidit Baldus in dicta l. opti-
mam. Diuus enim Ambroſius ( ait ille ) mane Miſſam ce-
lebrauit Romæ, & eademmet die viſus eſt Mediolani. Et
de Beato Iſidoro idem ſcriptum reliquit Boerius quæſtio.
clxv. numero 7. Illud quoque exemplum huc ſpectat,quod
ſi affirmant teſtes, ſe noctis tempore vidiſſe maleficum
Caium occidiſſe, & ipſum homicidam de facie nouiſſe, ſi
probetur,lumen eo tempore non adfuiſſe; lunamque ea no-
cte illunem extitiſſe, & tantam fuiſſe locorum diſtantiam,
vt humanus oculus, quamquam linceus ( vt ceſſariò,
eſt in veteri prouerbio ) videre non potuerit: inde fiet ne-
teſtes illos id falsò aſſeruiſſe. Quod Athenis aliquan-
do contigiſſe ſcripſit Plutarchus in vita Alc ibiadis. Et
in iure noſtro probatus auctoritate Baldi in l. ſi cum ex-
ceptione. §. in hac. ff. quod metus cauſa. & Iaſon in l. non
minorem.numero 4. C. de tranſactio. & idem ſcripſerunt
Decius conſilio clxiij. colum. iij. Euerardus in Centuria
legali in loco à natura. numero primo. Hæc violenta præ-
5 ſumptio † à naturalibus cauſis & principiis nata, contra-
riam probationem non admittit. Nam, auctore Baldo in
rubric. C. de probatio. numero 6. verſicul. exemplum de
primo; eſt hoc argumuntum concludens à neceſſitate na-
turæ, quæ vt humana, vt aliter ſe habeat, effici non poteſt.
Qua enim ratione & medio probari poterit contrarium
eius, quod natura ipſa, quæ euidentem adfert certitudi-
nem, docet atque commonſtrat. probatio ſeu violentiſſi-
ma præſumptio rarò vſu venit,quòd maior pars iudiciorum
7 circa humanas verſatur actiones, quæ † certum ſibi neceſ-
ſarium euentum præfinire nequeunt; quemadmodum Ari-
ſtoteles libro primo Rhethor, cap. v. ſcriptum reliquit:
Et inibi annotarunt eruditiſſimi Barbarus,Victorius & Ma-
8 ioragius. Neceſſaria hæc probatio, ſeu violenta † præſum-
ptio ab humanis quoque principiis oritur: Cùm ſcilicèt
naſcitur ab indiciis atque coniecturis humana lege & ratio-
ne probatis. Quæ ſanè apparentes coniecturæ ſunt: & à
Baldo in rubr. C. de probatio. numero 6. verſicul. exem-
plum de ſecundò, appellatur neceſſitas legitima. Neceſſa-
ria etiam præſumptio à Specul. in titul. de præſumpt. §.
ſpecies. numero. 5. appellatur præſumptio iuris & de iure.
9 † Si dicimus Ayacem ab Vlyſſe occiſum, quòd poſt odia
antiqua inter eos, Vlyſſem ipſum vidimus, nudo gladio &
cruento, iuxta Ayacis cadauer conſiſtere. Quo ſanè exem-
plo vtitur M. Tullius libro primo, ad Herennium. Ita pa-
riter ſi probatur te exiuiſſe domum diſtricto gladio,cruore
madido, veſteque cruenta, & in domo repertum eſſe cada-
uer ſolum; teque fuiſſe mortui inimicum: neceſſaria hinc
orietur probatio, ducta à ratione humana, & coniecturis
ita apparentibus confirmata; vt dicendum ſit, te illum oc-
cidiſſe. Quod exemplum ad rem hanc declarandam, attulit
Fabius libro v. inſtitut. oratoria.capit.ix. Et ex noſtris pro-
barunt Baldus in l. fur eſt. numero 2. ff. de furtis. Boer.
quæſt. clxvj. numero 2. & Grammat. deciſ. xclij. numero
quarto, & ſuo loco vberius dicemus. Hæc tam efficax &
violenta præſumptio, etſi efficacior ea ſit,quæ à natura deſ-
cendit; cum hæc aliter ſe habere poſſit, quàm re ipſa ſit:
10 Attamen † vix fieri poteſt, quod contrariam probationem
admittat. Extenuari quidem aliqua ex parte poteſt; ex in-
11 tegro dilui non poteſt. Extenuabitur † ſi probetur occi-
ſum inſanum fuiſſe, & aliquando, niſi præſtò aliqui fuiſ-
ſent, ſibi manum intuliſſe: & inter occiſum illum & accu-
ſatum leuem extitiſſe inimicitiam. Qua ratione dicendum
eſt aduerſus hanc præſumptionem, directò contrarium
12 † probari minimè poſſe. Hinc obſeruandum eſt, quod
ſi lex præſumptionem aliquam, quæ à naturalibus, vel hu-
manis principiis ortum habet, approbat, atque ita ſtatuat,
vel nullam omninò contrariam probationem, vel indire-
ctam ad extenuandum tantùm ( vt diximus ) prudens iudex
13 admittet. Et † idcircò hanc neceſſariam probationem arti-
ficialem ( vt attigimus ) appellant noſtri, præſumptionem
iuris & de iure. Lex enim ita præſumit vt verum illud eſſe
ſtatuat, contrariumque probari non poſſe decernat. Nam
legis auctoritas hoc certum eſſe facit. Et ob id congruo no-
14 mine, fidei † certitudo, non ab euidentia rei, non à ratio-
ne ducta,ſed ab auctoritate credibili, appellatur. Quamob-
rem Baldus in rubr. C. de probatio. numero 4. hanc præ-
15 ſumptionem † iuris & de iure ita definit, vel deſcribit
potius, vt ſit animi legislatoris applicatio ad veriſimile,
confirmata ſanctione. Et Baldum ſecutus eſt Curtius iunior
in cõſilio iiij. num. xv.& in conſilio 50. nume. v. Verùm
plenius ac fortè melius idem Baldus in l. ea quidem num.6.
16 C. de accuſ.ita deſcribit. Præſumptio † iuris & de iure, eſt
ſtatus iure promulgatus ex indubia coniectura. Quam diffi-
nitionem ait probari in l. cum oſtendimus. §. vltimo.ff. de
fideiuſſor. tuto. Alciatus verò in tracta. de præſumptio. in
17 præludiis. parte ij. nume. 3. ita diffinit. Eſt † diſpoſitio le-
gis aliquid præſumentis, & ſuper præſumpto, tanquam ſibi
comperto, ſtatuentis. Quam ſanè diffinitionem ait probari
in cap. is qui fidem. de ſponſal. Hæc præſumptio iuris & de
18 iure inde † ſumpſit nomen. Nam præſumptio iuris dicitur,
quia à lege introducta eſt: Et de iure, quia ſuper tali præ-
ſumptione lex inducit firmum ius, & habet eam pro verita-
te. Ita declarat Baldus in l. ſiue poſſidetis.num.6. C.de pro-
bat. & Baldum ſecutus eſt Felynus in cap. quantò. nume. 3.
de præſumpt.& idem ſcripſit Alciatus in tracta. de præſum-
ptio. in præludiis. num. 3. Et ſtatutum Venetum in prolo-
19 go ſecundo. nume. 10. ſtatuit, † non admitti contrariam
probationem. Quocircà ſcriptum à multis eſt, illam dici
20 † præſumptionem iuris & de iure, quæ in lege ſcripta eſt:&
ita ab ea ſancitum, ne contrarium probari poſſit. Ita tra-
dunt Baldus in rubric. extrà de præſumpt. nume. 2. de præ-
ſumpt. Alex. in l. inter ſtipulantem. §.j. nume. 3.de verbor.
obligat. poſt Comenſem ibi. Idem docuit Romanus in l.ſi
duo.num.8.ff.de acquiren. hæred. qui egregiè ſcribit,quod
ſi ſtatutum introduceret aliquod genus probationis,& illud
vellet eſſe plenam probationem, diceretque, quod illi om-
nimoda

21 nimoda fides adhibeatur; hanc eſſe † præſumptionem iuris
& de iure, & huius ſententiæ gloſſam & Baldum recenſet.
Ita etiam docuit Cardin. Alexan. in cap. is, qui fidem. num.
22 23. de ſponſal. quod † violenta præſumptio nunquam
dicitur, niſi lex ita eam exprimat. Id quod ſcribunt & Salicetus in rubric. C. de proba. & Gulielmus Maynerius in
l. in obſcuris. nume. 7. de regulis iuris. Curtius iunior conſilio 50. nume. 5. Verùm ſcribit Felinus in dicto cap. quanto. colum. ij. verſi. & dicitur de iure. &c. non eſſe opus, quod
lex expreſſim reiiciat probationem contrariam. Et eiuſdem
opinionis recenſet Abba. ibi nume. 2. verſiculo vnde ſcias.
Quorum traditio non aduerſatur iam relatis. Cum idem
illi ſentiant, ſi rectè perpendantur. Illud quoque de hac
præſumptione iuris & de iure annotandum eſt; illam ſumi
23 ſemper ex † actis præteriti temporis, non autem ex futuro.
Ita ſenſit & rectè Euerardus in Centuria legali in loco, à
tempore ad tempus. nu. 2.

## QVAESTIO IIII.

Præſumptio iuris quæ, & quomodo ab aliis appelletur veriſimilis.

*SVMMARIVM.*

1 *Probatio veriſimilis, quam nos præſumptionem iuris dicimus, quid ſit ſecundum Quintilianum, Victorium & Maioragium.*
2 *Chirographum quo me tibi centũ debere ſum profeſſus, ſi penes te cancellatum reperiatur, oritur præſumptio iuris veriſimiliſque probatio, me tibi ſatisfeciſſe.*
3 *Præſumptionem iuris quomodo definiat Bald.*
4 *Præſumptio iuris quid ſit, ſecundum Salicetum & alios eius ſequaces.*
5 *Præſumptio iuris, ſecundum Alciatum.*
6 *Præſumptio iuris à Baldo dicitur violenta.*
7 *Præſumptio iuris quam probationem contrariam requirat.*

QVAERO quantò, quæ dicatur probatio veriſimilis artificialis, quam noſtri præſumptionem iuris appellant? Et verè illa eſſe † dicitur,
cum aliquibus poſitis veriſimiliter atque ita
probabiliter, non autem neceſſariò ſequitur,
quod intendimus. Ita Fabius lib. v. inſtitut. oratoria. cap. ix.
ſcriptum reliquit. Et hoc eſſe ſignum impropriè Rhetores
cenſent: vt quòd nomine ſigni verè careat. Et veriſimile,
vel credibile potius quam ſignum eſſe volunt. Quod copioſius explanant Victorius & Maioragius ad Ariſtotelis libros de Rhetorica. Et alio nomine probatio credibilis appellari poteſt ex Ariſtotele libr. j. Rhetor. cap. vj. qui ſcribit, credibile eſſe quod fieri ſolet: non ſimpliciter abſoluteque, ſed quod verſatur circa ea, quæ aliter ſe habere poſſunt. Res exemplis fiet clarior. Si probo Caitam Sempronij vxorem eſſe, & cum ea cohabitaſſe; probemque Caiam
Lucium peperiſſe; inde ſumam veriſimiliter atque credibiliter, Lucium Sempronij filium eſſe, ſicuti Vlpianus ait in
l. filium. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni. iuris. & copioſè
diſſerui libr. ij. de arbitrariis iudicum, &c. caſu. lxxxix. Et
hoc exemplo ad rem noſtram vſus eſt Baldus in rubric. C. de
probatio. nume. 6. verſic. exemplum ergo iſtud. Nam (ait
Baldus) eſt hæc quædam probabilitas à lege approbata.
2 Exemplum etiam poteſt adferri. Si probo † chirographum,
quo me tibi centum debere profeſſus ſum, eſſe cancellatum;
inde iuris præſumptio veriſimiliſque probatio orietur, me
tibi ſatisfeciſſe. l. ſi chirographum. ff. de probatio. Iaſon in
l. ij. numero 2. ff. de pactis. Et hoc exemplo vtitur ſtatutum
Venetum in prologo ſecundo. numero 10. ad declinandum
hanc præſumptionem iuris. Cætera exempla ſuis locis referemus: quibus quidẽ planũ fit, hæc fieri ſolere, & aliter ſe
habere poſſe. Poteſt enim eſſe quod mulier illa quæ cũ marito habitabat; ex eo filium non genuerit. vt abunde explicui d. caſu. lxxxix. Hanc præſumptionem iuris ita diffinit,
vel verius deſcribit Baldus in Rubr. C. de probatio. numero
3 4. Eſt animi † legiſlatoris ad veriſimile applicatio, onus
probandi transferens. Vel ex eodem Baldo in l. ea quidem.
numero 5. C. de accuſa. Præſumptio iuris eſt ſimilitudo
quædam ſufficiens ad rem dubiam, de qua creduntur, credenda. Quod ait probari in l. iuriſgentium. §. quod ferè. ff.
de pactis. & in l. j. C. de contrahen. & committen. ſtipula.
Salicetus in rubric. C. de probat. & cũ eo Gulielmus Maynerius in l. in obſcuris. numero 4. de regulis iur. dixit, præ-
4 ſumptionem, † eſſe animi applicationem quandam ad alteram partium. Alciatus verò in Tract. de præſumptio. in prę-
ludiis. parte tertia. numero j. ita diffinit. Præſumptio iuris
5 † eſt probabilis coniectura ex certo ſigno proueniens, quæ
alio non adducto, pro veritate habetur. Et Alciatum ſecutus eſt Simances, eruditiſſimus certè iuriſconſultus, libro
Catholicarum inſtitutionum. titu. 50. de præſumptionibus.
numero 6. Non hic contendo quarum altera ex diffinitionibus his vera ſit, ſatis ſit rem ipſam demonſtraſſe. Et Baldus
in l. ſiue poſſidetis. numero 5. C. de proba. appellat hanc
6 † iuris præſumptionem, violentam præſumptionem, & ibi
7 adfert exempla. † Hæc autem iuris præſumptio, aliquando,
vt vehemẽs requirit ſtrictiorem ſeu maiorem probationem
contrariam, aliquando verè vt minus vehemens, leuiori
contraria probatione contenta eſt, quæ potius purgatio
appellatur, quam probatio. Ita declarat Abbas in cap. iiij.
num. 2. verſi. quandoque tamen. de præſumpt.

## QVAESTIO V.

Præſumptio hominis quæ, & quomodo differat à præſumptione iuris reiecta Doctiſsimi Sarmienti noua opinione.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſumptio hominis non ſeparatur à præſumptione iuris per Rhetores.*
2 *Præſumptio hominis quæ.*
3 *Præſumptionem hominis ſtatutum Venetum probabilem dicit.*
4 *Præſumptio iuris & præſumptio hominis differunt maximè apud iuriſconſultos.*
5 *Præſumptio iuris dicitur, quod à lege approbata ſit.*
6 *Præſumptio hominis dicitur, quod nullo iure confirmata reperiatur.*
7 *Præſumptiones quas facit homo, lex approbare cur non potuit.*
8 *Præſumptiones hominis in iudicis arbitrio poſitæ ſunt, & num. 10.*
9 *Præſumptionum hominis, certam doctrinam dari non poſſe.*
11 *Præſumptio hominis ſecundum Baldum diuiditur in vehementem ſiue maiorem, & in non vehementem ſiue minorem.*
12 *Vehemens hominis præſumptio ſecundum Bald. quæ.*
13 *Præſumptio hominis non vehemens quæ.*
14 *Præſumptionis hominis vnica tantum ſpecies, & ratio.*
15 *Præſumptio hominis ſecundum Bald. quæ.*
16 *Præſumptio hominis ſecundum Abb. quæ.*
17 *Suſpicionem eſſe quid minus ipſa præſumptione.*
18 *Præſumptio & coniectura aliqua, etſi ſcripta non eſt in lege, ſi tamen magnam cum ſcripta affinitatem habet, & ſimilitudinem, de ea iudicandum eſt quo ad effectum ſicut de ſcripta ipſa.*
9 *Caſus omnes, cum à lege comprehendi minime potuerint, de ſimilibus ad ſimilia procedimus.*

QVAERO quintò, quæ dicatur præſumptio
hominis? Hæc à Rhetoribus non ſeparatur † ab
1 illa, quam ſuperiore quæſtione explicauimus.
2 Nam & in hac ex eorum ſententia, ex † aliquibus poſitis veriſimiliter & probabiliter, non autem neceſſario, ſequitur quod intendimus. Hanc præſumptionem
3 appellat probabilem † ſtatutum Venetum in prologo ſecundo. numero 10. Apud noſtros iuriſconſultos tamen
4 magna conſtituitur inter illam & hanc † differentia. Si
5 quidem illa iuris † præſumptio ita appellatur (vt diximus)
6 quod à lege approbata ſit; hęc verò hominis † dicitur, quòd
nullo iure confirmata reperiatur. Sicuti apertè docuit Baldus in rub. C. de probatio. in fine. & in rub. extra de prę-
ſumpt. numer 4. quem ſecuti ſunt Felinus in cap. quantò. colum.
ij. de præſumpt. & Berous in rubr. extr. de probatio. numero
42. & idem reſpondit Caſtren. in conſi. ccxcix. Viſa inquiſitione ſuprascripta. colum. iij. lib. ij. Non enim præſumptio-
7 nes † has, quas homo facit, potuit lex approbare, cum variæ

multipli



multipliceſque ſint, & ex variis cauſis legibus ipſis iam pro-
8 mulgatis, oriri ſoleant: & ideo dicimus † in iudicis arbitrio
eſſe poſitas. Ita Baldus & cæteri relati cenſent: & manifeſte Decius in l. j. numero 7. C. de teſtam. milit. Euerardus
in centuria legali in loco, à veriſimili. numero 18. Et propterea Abbas in cap. quam te. numero 3. de præſumpt. ſcri-
9 pſit, de hac † præſumptione, certam doctrinam dari non
10 poſſe, & ibidem colum. vlti. apertè ſcripſit, relinqui † arbi-
trio iudicis. Hanc hominis præſumptionem diuidit Baldus
11 in rubr. C. de probatio num. 4. in † vehementem, ſiue maio-
rem; & in non vehementum ſiue minorem. Primam illam
12 ita diffinit Baldus: vt ſit † vehemens applicatio animi boni
viri, ad valde veriſimile. c. vlt. de ſucceſ. ab in teſta. Secũdam
verò illam præſumptionem non vehementem diffinit Bald.
13 his verbis. Eſt † inclinatio animi boni viri ad eligendum
alterum extremorum ex intellectu, proueniens ex coniectura nobili. Et hanc Baldi partitionem ex recentioribus probauit Ioannes Bolognetus in tract. de differentiis iuris &
facti. num. 106. Et huc facit traditio eiuſdem Baldi in l. ſiue
poſſidetis. colum. vlt. verſi. quæro nunquid ſit. C. de probat.
dum conſtituit differentiam inter præſumptionem vehementem & violentam. Ego opinor vnam tantum eſſe huius
14 † præſumptionis ſpeciem. Quod enim aliquando ſit maior,
aliquando minor; diuerſas ſpecies non conſtituit. iuxta l.
vltimam. ff. de fund. inſtr. & inſtrum. legat. Et mecum ſentit
manifeſtè Abbas in d. c. quando. colum. vlti. de præſumpt.
qui dixit, hæc eſſe vocabula magiſtralia, non autem quod
inter ea ſit ſpecifica differentia. Et idemmet Baldus in l. ea
quidem. numero 4. C. de accuſa. Cum vnam ſolam hominis
præſumptionem conſtituit: & quam ita diffinit. Præſumptio
15 hominis eſt quidam † conceptus cauſatus in mente ab aliqua probabili coniectura. Quibus ſane verbis excludit Baldus præſumptionem temerariam, quę à malis hominibus ex
coniectura minus probabili oritur: vt declarat Specul. titul.
de præſumptio. §. ſpecies. num. j. Et infrà aliqua de ea dicemus. Hanc quoque hominis præſumptionem ita diffinit
Abbas in cap. quanto. numero 3. de præſumpt. præſumptio
16 † non eſt aliud quàm quædam ſuſpicio, quæ cauſatur in animo iudicis, vel cuiuſcunque ex variis coniecturis, vel argumentis ſeu indiciis. Quæ diffinitio habet dubitationem ob
17 illud verbum: ſuſpicio; cum ſuſpicio † ſit quid minus ipſa
præſumptione, qua de re ſuo loco dicemus. Illud etiam hic
addendum eſſe exiſtimaui, neminem hactenus extitiſſe, qui
hanc diſtinctionem præſumptionum iuris & hominis impugnarit vno excepto bene erudito Franciſco Sarmiento Hiſpano. lib. j. ſelecta. interpreta. cap. j. nume. 9. ait ille nullam
eſſe hominis præſumptionem, quę lege non nitatur. Sed vellem is conſideraſſet, Doctores noſtros rectè appellaſſe iuris
præſumptionem illam, quæ ſcripta eſt in lege ipſa; illam hominis quæ etſi à lege & ratione non diſcrepat, in lege tamen
expreſſim ſcripta non legitur, ſicuti clare docuit Bald. in
rub. extra. de præſump. numero 3. Crediderim tamen, quod
18 etſi † præſumptio & coniectura aliqua ſcripta non eſt in lege, ſi tamen magnam cum ſcripta affinitatem habet, & ſimilitudinem, quod contingit ob maiorem, vel eandem rationem, de ea iudicandum erit quò ad ſui effectum, quod de ip-
19 ſa ſcripta. Cum enim caſus † omnes lege comprehendi minime potuerint, de ſimilibus ad ſimilia procedimus. l. non
poſſunt. ff. de legib. quod reſponſum aliàs expoſuimus. lib.
ij. de arbitrariis iudicum. caſu lxxxiiij.

## QVAESTIO VI.

Præſumptionem cõſtare argumentis, & exemplis: & quæ illæ ſint copioſe explicatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Probatio artificialis ſeu præſumptio, tribus conſtant; argumentis nempe, ſignis & exemplis.*
2 *Argumentum eſt ratio, rei dubiæ faciens fidem, vel eſt probabile inuentum ad faciendam fidem ſecundum Ciceronem.*
3 *Argumentum ſecundum Quintil. eſt oratio per ea quæ certa ſunt fidem dubiis afferens.*
4 *Argumentum ſecundum Bald. eſt propoſitio ex aliquibus exiſtentibus reſultans, ad oſtendendum ſeu concludendum propoſitum.*
5 *Argumenti varius eſt vſus apud Dialecticos.*
6 *Argumentum eſt collatio plurium ad vnam concluſionem, & hoc modo ſumptum, à ſigno differt vt pars à toto.*
7 *Argumentum aliquando conficitur ex pluribus ſignis, aliquando ex ſolo ſigno quod neceſſarium ſit, vel maxime credibile.*
8 *Argumentum ſemper habet artificium, ſignum aliquando arte caret, aliquando non.*
9 *Argumentatio ſecũdum Ciceronem eſt inuentum ex aliquo genere, rem aliquam, aut probabiliter oſtendens, aut neceſſario demonſtrans.*
10 *Signum quod apud Rhetores, id apud Iureconſul. iudicium, coniectura, nota vel veſtigium dicitur.*
11 *Exemplum Rhetoribus. Iureconſ. eſt ſimile.*

QVAERO ſextò; quibus conſtat præſumptio,
1 ſeu artificialis probatio? Et tribus † conſtare
intelligimus ex Ariſtotele lib. j. Rhetor. ad
Alexandrum. cap. v. de probatio. & ex auctore
lib. j. ad Hierennium, & Fabio Quintiliano
lib. v. inſtitut. orator, cap. ix. nempe argumentis, ſignis &
exemplis. Eſt argumentum (inquit M. Tullius in Topica)
2 † ratio, quæ rei dubiæ facit fidem. Et idem in partitionibus
dixit, argumentum eſſe probabile inuentum ad faciendum
fidem. Fabius verò Quintilianus d. libr. v. inſtitu. oratoria.
3 cap. x. ſcriptum reliquit. Argumentum † eſſe orationem
per ea, quæ certa ſunt, fidem dubiis afferens. Baldus autem
in l. ea quidem. num. 9. C. de accuſa. ita diffinit. Eſt argumen-
4 tum † propoſitio ex aliquibus exiſtentibus reſultãs ad propoſitum oſtendendum, ſeu concludendum. Et quamquam
5 apud Dialecticos † ſit varius argumenti vſus, vt ex Syllogiſmo, Enthymemate & Epicheremate: Nos tamẽ argumẽtum eſſe intelligimus, quod ex quibuſdam prius poſitis ducitur, & inde argumentamur. Aliquando etiam multis poſitis argumentum ſumitur. l. iij. in prin. & §. j. & l. ob carmen.
§. j. ff. de teſtib. l. licet Imperator. de leg. j. l. non omnes. §. à
barbaris. ff. de re milita. l. cum res. C. de probat. & l. v. C. de
fide inſtrum. Quocirca idem Bal, vt d. l. ea quidem. numero
6 nono. C. de accuſa. dixit, argumentum † eſſe collationem
plurimam ad vnam concluſionem. Et dum argumentum ita
ſumitur, à ſigno vt pars à toto differt. Nam ex pluribus ſi-
7 gnis aliquando † argumentum conficitur. l. Procula. ff. de
probatio. Aliquando ex ſolo ſigno, quod neceſſarium ſit,
vel maxime credibile. Et ſignum aliquando arte caret; ali-
8 quando non caret. Argumentum verò † artificium ſemper
habet. Illud excipit M. Tullius in partitionibus, quòd à
teſtimoniis ſumitur & remotum appellatur. Vnde M. Tullius libro j. de inuentione ſcribit in hæc verba. Argumen-
9 tatio videtur eſſe † inuentum ex aliquo genere, rem aliquam
aut probabiliter oſtendens, aut neceſſariè demonſtrans.
Singula explicat Cicero, quæ nunc non recenſeo, cum maximè & de his ſuperioribus quæſtionibus diſſeruimus. Si-
10 gnum † Rhetoribus, à noſtris indicium, vel coniectura, vel
nota, vel veſtigium appellatur. Qua de re in ſubſequenti
quæſtione diſputabimus. Exemplum apud artis Rhetoricæ
ſcriptores eſt, quod à nobis ſimile dicitur. Et de eo accuratè agit Fabius lib. v. inſtit. oratoria. cap. xj. Et quando à
ſimili ducatur argumentum copioſè diſſerit Euerardus in
Centuria legali in loco à ſimili.

## QVAESTIO VII.

Præſumptio, indicium, coniectura, ſignum, ſuſpicio, adminiculum, quantum inter ſe differant, diligens explanatio.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſumptio, indicium, coniectura, ſignum, ſuſpicio, & adminiculum multum inter ſe differunt.*
2 *Præſumptio illa dicitur, quæ interdum oritur ex probabilib. & dicitur præſumptio iuris vel hominis, interdum à neceſſariis & dicitur iuris & de iure. & nu. 3.*
4 *Præſumptio vnde dicta ſit.*
5 *Indicium ſolum naſcitur à probabilibus.*

*6 Indicium quid ſit ſecundum Baldum.& nu.7.*
*8 Præſumptio directè tangit factum probandum,indicium verò indirectè.*
*9 Indicium eſſe maius ipſa ſimplici præſumptione,vt voluit Iulius Clarus, abſolute verum non eſt.*
*10 Indicium appellatur interdum præſumptio,cum à lege receptum probatumque fuit.*
*11 Indicium eſſe pro veritate in ciuili negotio,& in criminalib. pro ſigno, vt voluit Brunus, quomodo intelligendum.num.12.&13.*
*14 Indicium ſecundum Bald.duplex,ſemiplenum ſeu dubitatiuum,& plenum ſiue indubitatum.*
*15 Iudicij ſemipleni diffinitio autore Baldo.*
*16 Indicij pleni diffinitio ſecundum eundem.*
*17 Indicium leue eſt minus ipſa præſumptione ſecundum Iaſonem.*
*18 Indicium à ſuſpicione non differre conſuluit Corn.*
*19 Indicium ab indico,cas,argumentum veritatis habendæ.*
*20 Indicium Latina in ſignificatione ſumitur pro nota quadam & demonſtratione rei geſtæ.*
*21 Coniectura naſcitur à probabilibus,ſicut & indicia ex ſententia Baldi.*
*22 Ruſtici Papienſes indicia appellant coniecturas.*
*23 Coniectura dicuntur,quia coniunguntur origini ſuæ,& ſunt quaſi connexuræ & colligaturæ.*
*24 Coniectura & indicium ſunt duo Synonymia ſecundũ Curt.Sen.& Bal.*
*25 Coniectura ſecundum Giraldum eſt præſumptio à naturæ neceſſariis proueniens.*
*26 Coniectura proprie dicitur,quæ nõ à neceſſariis ſed à probabilibus oritur.*
*27 Coniectura eſt de re dubia, & rei latentis indicium, eſtque id quod per rationes & ſigna & tempora & huiuſmodi coniicit,id eſt cogitat & colligit.num.28.*
*29 Coniectura à coniecto coniectas frequentatiuo,vel à coniectu id eſt,directione quadam rationis ad veritatem,ſecundum Quintil.nu. 30.*
*31 Coniectura eſt acceptio ſeu reputatio veri,ex aliquo alio ſic veriſimiliter ordinato,ſecundum Bald.*
*32 Signum à Cicerone definitur, quod ſub ſenſum aliquem cadit,& quiddam ſignificat,quod ex ipſo profectum videtur,&c.*
*33 Argumenta omnia quæ à ſenſibus ducuntur ſigna vocantur,quæ vero ab intellectu,dicuntur veriſimilia.num.35.*
*34 Signum ſecundum Auguſt.lib.ij.de doctr. Chriſtiana.eſt res præter ſpeciẽ quã ingerit ſenſibus aliquid aliud,faciens ex ſe cognitionẽ venire.*
*36 Argumentum veriſimile fit ex rebus probabilibus, & quæ plerunque ita fiunt,nihilque differt à præſumptione iuris vel hominis.nu.37.*
*38 Signum neceſſarium nil differt à præſumptione iuris & de iure.*
*39 Signa non neceſſaria à præſumptione iuris vel hominis non diſtant.*
*40 Signorum quædam naturalia ſunt,quæ quaſi naturaliter aliquid ſignificant,quædam data,hoc eſt inſtituta ad aliquid ſignificandum.*
*41 Suſpicio eſt paſſio animi aliquid firmiter non eligentis, vel animi motus ad aliquid,cum vehementi titubatione ſecundum Bal.& nu.42.*
*43 Suſpicio eſt opinio mali ex leuibus indiciis procedens,ſecundũ Ciceronẽ.*
*44 Suſpicio ſecundum Bart.quid ſit.*
*45 Suſpicio ſpecies eſt quædam probationis, inducens animum iudicis ad aliquid credendum.*
*46 Suſpicio ab Alex.Alenſi diuid. in temerariam,violentam, leuem & probabilem.*
*47 Suſpicio habet tres gradus.*
*48 Suſpicionis primus gradus quis ſit.*
*49 Dubius is dicitur,qui cum duas vias habet, vtram eligat neſcit.*
*50 Suſpicio quæ dicatur temeraria.*
*51 Suſpicio ſecundum Salicet.& Maynerium quid ſit.*
*52 Suſpicionis ſecundus gradus.*
*53 Opinio eſt animi motus cũ hæſitatione aliquid eligentis ſecundũ Ripam.*
*54 Ex ſuſpicionibus multis conficitur atque cauſatur præſumptio.*
*55 Suſpicionem vehementem æquiparari præſumptioni,non eſt verum.*
*56 Suſpicionis gradus tertius quis ſit.*
*57 Adminiculum duplex ſecundum Bal.*
*58 Adminiculum vehemens quid ſit.*
*59 Adminiculum non vehemens quid.*

QVAERO ſeptimò, an inter ſe differant præ-
ſumptio, indicium, coniectura, ſignum, ſuſpi-
cio, & adminiculum? Et multum inter ſe
1 † differre ſcribunt omnes. Nam præſumptio
2 † illa eſt, quę (vt ſuis locis diximus) interdum
oritur à probabilibus, & tunc appellatur præſumptio iuris,
vel hominis, vt explicauimus ſupra quæſt. iiij. & quæſt. v.
3 Interdum oritur † à neceſſariis; & tunc appellatur præſum-
ptio iuris & de iure. De qua quidem egimus ſuprà quæſt.
4 3.Et præſumptio dicta † à dictione præ, ideſt, ante, & ſum-
ptio, hoc eſt ante ſumptio: quia ante legitimas probationes
aliquid ſumit pro vero. Ita ſcribit Simancas libro Catholi-
carum inſtitutionum. titul. 50. de præſumptionibus. nume.
5 4.indicium verò † ſolum naſcitur à probabilibus, vt ait Bal.
in l.non hoc.colum.vlt.C.vnde legit.qui ita viſus eſt diffini-
6 re.Eſt indicium coniectura † ex probabilibus & non neceſ-
ſariis orta, à quibus poteſt abeſſe veritas, ſed non veriſimi-
litudo veri, quæ quandoque mentem iudicantis ita perſtrin-
gunt, vt cogant conſcientiam iudicis iudicare ſecundum
ipſa. Cæterum mihi videtur hoc loco Baldum ſumere indi-
cium pro ipſa præſumptione iuris; quæ interdum cogit iu-
dicem ſecundum eam iudicare, & ab ea indicium differre,
ſentit idemmet Baldus in Rubr. C. de probatio. numero 4.
7 cùm dixit indicium eſſe † præſumptionem minimam homi-
nis boni, ſeu dictans argumentum à ſpecie probationis. Et
ſentit Romanus in l. excipiuntur.numer. 4.ff.ad S.C.Sylla-
nia. Et clarius idem Baldus in l.ij. in princ. ff. de excuſa. tu-
8 tor.ſcripſit, præſumptionem directè † tangere factum pro-
bandum: indicium verò indirectè. Et Baldum probauit
Curtius Senior in l.admonendi. nume. 289.ff. de iureiuran.
Quocirca abſolutè verum non eſt, quod ſcripſit Iulius Cla-
rus in practica Criminali.q. 20. pag.j.verſic. nihilominus.
9 cum dixit, indicium † eſſe maius ipſa ſimplici præſumptio-
10 ne, Indicium † autem interdum appellatur pręſumptio, cum
ſcilicet à lege receptum approbatumque fuit: ita probat.l.ſi
qui adulterij.vbi glo.C.de adulteriis.& ſcribit Franciſ.Bru-
nus in Tract.de indiciis & tortura.parte.ij.cap.viij.nume.3.
11 quo loci ſubiungit, indicium † eſſe pro veritate in ciuili ne-
gotio.l.vlt. C. famil. erciſc. quem locum de præſumptione
12 iuris intelligo. Et in † criminalibus (ait Brunus) pro ſigno.
13 Quod verum † non puto, niſi impropriè ſumatur indicium.
Nam & Baldus in l.ea quidem.num.8.C.de accuſa. ſcripſit,
14 indicium eſſe † duplex, ſemiplenum, ſeu dubitatiuũ, & ple-
15 num ſiue indubitatum. Eſt indicium † ſemiplenum (inquit
Baldus) præſumptio fortiter mouens animum ad aliquid
credendum, vel diſcredendum. l. cum probatio. Plenum
16 † verò indicium (inquit idem Baldus) eſt demonſtratio
rei per ſigna differentia, per quæ animus in aliquo tanquam
exiſtente quieſcit, & plus inueſtigare non curat. l. indicia.
C.de rei vendic. Iaſon verò in l. j. numero 8. ff. de eo per
17 quem factum erit, docuit, indicium leue † eſſe minus ipſa
præſumptione. Cuius traditionem probarunt M. Antonius
Blancus in Tract. de indiciis & tortura.nu. 252. & Iacobus
Nouellus in practica criminali.in verbo, indicia, quę pręce-
cedere, nu. 23. Imò reſpondit Corneus in conſil.cj.num.18.
18 lib.ij.indicium à ſuſpicione † non differre. Eſt dictum indi-
19 cium † ab indico, indicas, demonſtrans argumentum veri-
tatis habendæ.ita docuit Curtius Senior in l.admonẽdi.nu.
20 290.ff.de iureiurã. Et eſt indicium † nota quædã & demon-
ſtratio rei geſtæ; Quod & à Latinis in hac ſignificatione ſu-
mitur. Cicero pro Cluentio. Omnia, quæ ſolent eſſe indicia
& veſtigia veneni, in illius mortuæ corpore reperta ſunt. Et
idem in oratione 3.in Catilinam, argumenta ſceleris indicia
appellat.
21 Coniectura eſt † quæ naſcitur à probabilibus, ſicut & in-
dicium.ex ſententia Baldi.in d.l.non hoc.C.vnde legit.& in
Rubr.C.de probat.num.4. Quocirca idem Baldus in l.j.co-
lum.iij.verſicul.Vnde quæritur.C.de priuileg.dotis, ſcribit
coniecturam eſſe idem quod indicium; & ruſticos Papien-
22 ſes † appellare indicia cõiecturas. Et ſubiungit Baldus, cõ-
23 iecturas dici, † quia coniunguntur origini ſuæ, & eſſe quaſi
connexuras & colligaturas. Et clarius docuit Curtius Sen.
in l.admonendi.nume.290.ff. de iureiurando, coniecturam
24 & indicium † eſſe duo Synonymia: quod ſentit & Baldus in
l.ij.in princ.ff.de excuſa. tuto. cùm dixit, quod coniectura
æquè indirectè tangit factum probandum ac indicium. Le-
gi tamen aliquando apud bene eruditum Lilium Grego-
rium Gyraldum in commentariis ſymbolorum Pythago-
ræ, coniecturam eſſe ſignum, quod natura ipſa demonſtrat
vt lac in puerpera, fumus ex igne. Quod ſi ita res ſe habet,
25 dicendum eſt, coniecturam eſſe † præſumptionem à naturæ
neceſſariis prouenientem. Quam ſuo loco iam explicuimus.
26 Ego exiſtimo coniecturam † propriè dici, quę non à neceſ-
ſariis, ſed à probabilibus oritur. Nam ſi à neceſſariis orire-
tur,



27 tur, non dubia, ſed certa res eſſet. Cum tamen cõiectura † ſit
28 de re dubia. Eſt enim coniectura † rei (vt Speuſippus ait) la-
tentis indicium: Et eſt id quod per rationes & ſigna & tem-
pora & huiuſmodi conijcit, ideſt, cogitat & colligit. Et di-
29 cta eſt coniectura † à coniecto, coniectas frequentatiuo;
quod idem eſt quod exiſtimo, diuino. atque ita à ſcientia
differt, quod & Teren.in Eunucho his verbis ſignificat. Ne-
que ſcio quid dicam, aut quid cõiectem. Vel (vt Fabius lib.
30 iij.inſti.oratoria.cap.vij.) dicta eſt coniectura † à coniectu,
id eſt, directione quadam rationis ad veritatem. Hinc ſtatũ
coniecturalem appellat M.Tullius ad Herennium, cùm per
coniecturas quæritur, an aliquid factum ſit, vel non. Et con-
iecturam ita deſcribit Baldus in l.ea quidem.num.10.C. de
31 accuſ. Eſt acceptio, † ſeu reputatio veri ex aliquo alio ſic ve-
riſimiliter ordinato.
Signum, quod aliquando indicium, vel cõiectura, vel no-
ta, vel veſtigium, tam à Rhetoribus, nempè à Fabio lib. v.
inſtit.oratoria.cap.ix.ac Victorio, & Maioragio, vberiusin
commentarijs ad libros Ariſtotelis de Rhetorica; quam à
iureconſultis noſtris appellatur, ita à M.Tullio lib. j. de in-
32 uentione diffinitur. Signum † eſt, quod ſub ſenſum aliquem
cadit, & quiddam ſignificat. quod ex ipſo profectum vide-
tur, quod aut ante fuerit, aut in ipſo negotio, aut poſt ſit cõ-
ſecutum: & tamen indiget teſtimonijs & maioris confirma-
tionis: vt cruor, fuga, pallor, puluis, & quæ his ſunt ſimilia.
Hinc itaque fit, vt ſi videmus gladium cruentum, ſtatim ar-
gumentabimur cædem eſſe factam. Si magnum ſtrepitum
audimus in foro, ſeditionem ortam eſſe ſuſpicamur. Si vo-
cem audimus amici, cognoſcimus eum adeſſe: ſic ex guſtu
cognoſcitur mel, quia dulce eſt: ex tactu glacies, quia frigi-
33 da eſt; atque ita de cæteris. Hæc igitur omnia quia † à ſen-
ſibus ducuntur argumenta, vocantur ſigna. Id quod ſcripſit
& Diuus Auguſtinus libr.ij. de doctrina Chriſtiana relatus
in c.ſignum de conſecrat. diſtin. 2. Cum ita ſignum diffinit.
34 ſignum eſt, † res præter ſpeciem quam ingerit ſenſibus, ali-
quid aliud faciens ex ſe cognitionem venire. Quæ verò du-
35 cuntur ab intellectu, † vel opinione, veriſimilia dicuntur.
(ſicuti eruditiſſimo Maioragio in commentarijs ad Rhe-
toricam Ariſtotelis placuit.) Cùm non ignoremus eos, qui
oderunt aliquem, cupere illum perditum, dicimus veriſimi-
le eſſe, Clodium inſidias Miloni ſtruxiſſe, vt eum interfice-
ret, quem oderat. Signum quoque ab vſu ſumi ſcripſit Bal-
dus in l.à procuratore.in primo notab.C. de procurat. cùm
dixit furcas eſſe ſignum meri imperij, cum earum vſus ſit, vt
laqueo ſuſpendantur delinquentes. His etiam intelligimus,
quod inter ſe differant veriſimile & ſignum. Nullum au-
tem veriſimile tantùm, argumentum eſt neceſſarium. Fit
36 enim veriſimile † argumentum ex rebus probabilibus, &
quæ plerumque ita fiunt. Et ob id hoc veriſimile à præſum-
37 ptione † iuris, vel hominis non differt. Signum aliquando
neceſſarium eſt, vt ſi mulier lac habet, neceſſarium eſt, vt pe-
38 pererit. Et hoc ſignũ † nil differt à præſumptione iuris & de
iure, quæ & neceſſaria inartificialis probatio dicitur: vt
abundè ſuo loco diſſeruimus. Signa tamen aliqua dantur,
quæ nullam † in ſe neceſſitatem habent. Et hæc à præſum-
39 ptione vel iuris, vel hominis nõ diſtat. Quod autem M.Tul-
lius in ſigni diffinitione dicebat, ſignum eſſe, aut ante nego-
tium, aut in ipſo negotio, aut poſt negotium ipſum, ita ex
Victorij, & aliorum ſententia declarari poteſt, ante negotiũ
ſignum eſt; vt mulierem lac habere, quæ duobus poſtea die-
bus paritura eſt, in negotio ipſo eſt ſignum, vt ſi fumus eſt,
ignis eſt. Et poſt negotium ſignum eſt, vt cinerem eſſe, ſignũ
eſt, quod ante fuerit ignis. Fabius verò libr.v.inſtit. orator.
capitu.xix.ita ſcribit. Hoc genus per omnia perpendi ſolet,
nam & coiuiſſe eam cum viro quæ peperit: quod eſt præte-
riti; & fluctus eſſe, cũ magna vis vẽti in mari incubuit, quod
coniuncti: & eum mori, cuius cor vulneratum eſt, quod fu-
turi neceſſe eſt. Non hic prætermittendum duxi quod ſcri-
pſit Turrecremata in cap.ſignum.in fine. de conſecrat. diſt.
40 ij.cùm dixit; quod ſignorum † quædam ſunt naturalia; quæ
quaſi naturaliter aliquid ſignant; vt nubes naturaliter ſigni-
ficant pluuiam: & fumus ignem. Quædam ſunt data, hoc eſt
quæ ſunt inſtituta ad aliquid ſignificandum, vt circulus eſt
inſtitutus ad ſignificandum vinum vænale. Et voces ſunt, ſi-
gna eorum, quæ in animo ſunt. Quæ quidem diſtinctio cum
præcedentibus, ſi rectè conſideretur, conuenit.
41 Suſpicio † eſt paſſio animi aliquid firmiter non eligentis.
Ita diffinit Baldus in rubr.C.de probat.num.4. Vel ſuſpicio
42 † eſt animi motus ad aliquid cum vehementi titubatione; ſi-
cuti deſcribit idem Baldus in l.ea quidem.nu. 3. C. de accu-
ſat.& ſentit idem Baldus in rubr. de controuerſ. inueſtitut.
nu.7.vbi conſtituit quatuor gradus animi motus. Vel etiam
cum D.Thoma ij.ij.q.lx.arti. iij. ita poteſt ſuſpicio deſcri-
43 bi, vt ſit † opinio mali ex leuibus indicijs, procedens. Quam
ſanè deſcriptionem à M.Tullio ſumpſit, & ex recentioribus
eam probauit Iacobus Simancas in libro Catholicarum in-
ſtitutionum.tit.50.de præſumptionibus.numer. 22.& idem
in praxi contra hæreſes.tit.xlj.nume.1. Verùm omnium cla-
rius rem hanc explicauit Bart.in l.admonendi.num.21.ff.de
44 iureiuran.cùm docuit, ſuſpicionem † eſſe, quæ animum iu-
dicis aliquo leui argumento in aliquam partem inclinat, et-
ſi non omnem excludit dubitationem. Quo circa ſcriptum
reliquit Gemin.in ca.habuiſſe, in tertio notab.xxxiij.diſtin.
45 ſuſpicionem † eſſe ſpeciem quandam probationis inducen-
tem animum iudicis ad aliquid credendum, non tamen ha-
bere eum probationis gradum, quo fixe applicat iudex ille
animum ad vnam partem, ſed eum ambiguum reddere. Hãc
ſuſpicionem Alexan.Alenſis in ſumma parte 3.q. 45. mem-
bro ſeptimo, dum nullam viſus eſt facere differentiam in-
46 ter præſumptionem, & ſuſpicionem, † diuidit in temera-
riam, violentam, leuẽ & probabilem, quam quidẽ diuiſionẽ
cõmemorauimus ſupra q.ij. Rectius dicere poſſumus, quod
47 ſuſpicio † tres habet gradus ſecundum D.Tho.ij.ij.q.lx. ar-
tic.3. Primus eſt cùm homo ex leuibus indicijs dubitare in-
cipit. Cùm enim nulla adeſt ratio, nullaque cauſa; qua iudex
magis in vnam partem quam in alteram inclinet, cùm dubi-
tare dicimus. ita gloſſa in l.de ſtatu.ff. de teſta. & in rubr. ff.
49 de iuris & facti ignorã. Et dubius † is dicitur, qui cum duas
vias habet, vtram eligat, neſcit. Iudex ergo tunc dubitare di-
cetur, cum non magis animum ſuum ad actorem quam ad
reum, non magis ad abſoluendum, quàm ad condemnãdum
applicat. Quod ſi poſt dubitationem iudex leui aliquo in-
dicio, aut argumento animum ſuum in alteram partem fle-
ctit, neque tamen à ſe dubitationẽ remouet; hoc ipſum ſuſ-
picio appellatur. l. in lege Aquilia ſi deletum.ff.ad l.Aquil.
Et primo hoc in gradu ſuſpicionis obſeruandum eſt, quòd
50 ſi indicia illa leuia admodum ſunt, ſuſpicio † quæ inde cau-
ſatur, temeraria dicitur; & reijcienda omnino venit.l. j. §.ſi
ſuſpicio.ff.de incendio, ruina & naufrag.& c.tua.de ætate &
qual.ſcribit Ripa.in l.admonendi.nu.89.ff.de iureiurando.
Non enim tunc aliquem probationis gradum facit, ſicuti
nec præſumptio temeraria. vt docuit Baldus in l. ſiue poſſi-
detis.num.5.C.de probat.& hæc ſuſpicio appellatur à Sali-
ceto in rubr.C.de probat.ac à Gulielmo Maynerio in l. in
51 obſcuris.nu.3.de reg.iur.quędam animi paſſio † cum pręciſa
ignorantia; & ſubiungit Maynerius nil differre à temeraria
præſumptione. Quare ſcribit Specu.in titul.de præſump. §.
ſpecies.nu.1.à.iure non recipi, cùm à malis hominibus ma-
la mente cauſetur. Et peccatum eſſe, veniale tamen, dixit
Diuus Thom.ij.ij.q.lx.art.iij.qui ſubdit, quod imo morta-
liter peccat, qui firmiter huic temerariæ credulitati inhæ-
52 ret, vel ſecundum eã iudicat. Secundus † eſt ſuſpicionis gra-
dus, cũ iudici fortiora argumenta apparent & incipit opina-
ri & vni parti adhærere, aliquod tamẽ dubium modicum ad-
huc remanet. Et hæc opinio appellatur; ſicuti ſcribit inter
multos Coraſius in l.admonendi.parte prima.num. 105.ff.
de iureiuran. Et ibidem Ripa.nu.91. opinionem ita deſcri-
53 bit. Eſt † animi motus cum hæſitatione aliquid eligentis. Et
ſubiungit, opinionem conſtituere ſecundum gradum pro-
bationis. Hæc veriſimilis ſuſpicio vel vehemens à noſtris
aliquando appellatur: & quæ à præſumptione differt. Nam
54 ex multis ſuſpicionibus † conficitur atque cauſatur præ-
ſumptio, vt ſcribunt Baldus & Salicetus in authent. ſi quis
ei. in fine.C.de adulter. & cum eo Brunus in Tract.de in-
dicijs & tortura.parte.ij.q.viij.nu.4.& Ripa in l. admonen-
di.nu.90.ff.de iureiur. Arnaldus Albert.in Tract.de agnoſc.
aſſert.cathol.& hæret.quæſt.34.num.45. Huius ſuſpicionis
veriſimilis ſeu vehementis exemplum adfert Symancas in
praxi contra hæreſes.tit.41. numero 3. ſi quis explicitè ne-
get aliquas propoſitiões fidei, quas tenetur ex officio ſcire:
is vehe

is vehementer ſuſpectus eſt:quamuis fieri poſſit,vt talis ne-
gatio ex ignorantia vel animi leuitate ſit orta. Hanc vehe-
55 mentem†ſuſpicionem æquiparari præſumptioni iuris,ſcri-
bit Albertin.loco præallegato.numer.46.quod minimè ve-
56 rum exiſtimo. Tertius†eſt ſuſpicionis gradus,quando iudi-
ci, poſt à ſe conceptam opinionem, alia vrgentiora ita ſu-
perueniunt argumenta, vt conſtanter & ſine dubio vni par-
ti adhæreat, tunc violenta ſuſpicio appellatur & credulita-
tem fidemque cauſat.authen.ſi quis ei.C.ad l. Iul. de adult.
cap.literas,de præſumpt.Et hæc ipſa credulitas quo ad effe-
ctum hunc adhærendi,nil differt à ſcientia,& ſi diſtet in mo-
do adhærendi. Nam argumentis adhæret qui credit:at qui
ſcit, certa ratione, veroque ſenſu & corporeo adhæret.l. ij.
§. quod obſeruari. C. de iureiuran. propter calum. dan. &
annotarunt Ripa & Coraſius in l. admonendi. ff. de iureiu-
ran.ille nu.92.iſte parte prima,num.106.Quibus quidem in
locis hanc eſſe violentam ſuſpicionem affirmant, imò hanc
eſſe præſumptionem iuris, & de iure, ſcribit Arnaldus Al-
bertinus in Tract.de agnoſcendis aſſertio. Cathol.& hæret.
quæſtio. xxxiiij.num.46.quod verum non eſt,nec iure pro-
batur:cũ præſumptio iuris & de iure illa ſit,quæ à lege clarè
approbata eſt,vt diximus ſupra. Exemplum huius violentæ
ſuſpicionis adferri poteſt vnà cùm bene erudito Iacobo Si-
manca,libro catholicarum inſtitutionum. titul. 50.de præ-
ſumptionibus.num.26.& in praxi hæreſeos.tit.xlj. numero
4.Si quis propoſitiones hæreticas publicè aſſerat,vel cære-
monias impiorum faciat.Nam etſi poſſibile ſit,quod errore
ductus & ſine intellectu,aut ſine pertinacia faciat:Attamen
eccleſia quæ iudicat exteriora,violenta ſuſpicione quadam
ſuſpicatur,hunc eſſe hæreticum.Id quod auctoritate Gerſo-
nis,de proteſtatione conſideratione vltima,affirmat Siman-
57 cas. Adminiculum†eſt,ſecundum Baldum in l. ea quidem.
num.9.verſi.adminiculum.C.de accuſat.duplex, vehemens
58 & non vehemens. Vehemens eſt ſuppletio†defectus proba-
tionis per ſe ſolum non operans,ſed cum alia cooperatione
cooperans.capit.vlt.de ſucceſ.ab inteſta.quod ita intelligit
Baldus,cui accedit l. inſtrumenta domeſtica. C. de proba-
59 tio. Non vehemens adminiculum†eſt aliqualis confirmatio
rei probabilis.l.ij.§.1.ff.de excuſa.tut.

## QVAESTIO VIII.

### Præſumptio quomodo,& in quibus à fictione differat.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſumptionem à fictione differre,vel ſola vtriuſque definitio indicat.*
2 *Præſumptio ſemper verſatur circa rẽ dubiam,quæ eſſe,vel nõ eſſe poteſt.*
3 *Præſumptio verſatur circa id,quod eſt geſtum,ſed ignoratur qualiter geſtum.*
4 *Fictio eſt in re certa,eius quod eſt poſſibile,contra veritatem pro veritate,à iure ficta aſſumptio,ſecundum Bart.*
5 *Fictionis ſex definitiones recenſet Iaſon in l.ſi is qui pro emptore.ff. de vſucap.*
6 *Fictio eſt indubitatæ falſitatis pro veritate aſſumptio in caſu poſſibili,& ex iuſta cauſa cauſa ad inducendum aliquem iuris effectum,æquitati naturali non repugnantem,ſecundum Angelum.*
7 *Fictio eſt legis aduerſus veritatem in re poſſibili ex iuſta cauſa diſpoſitio,ſecundum Alciatum.*
8 *Fictionis natura & ſubſtantia eſt,vt eſſe fingatur,quod reuera non eſt.*
9 *Fictio fingit vera eſſe ea quæ vera non ſunt, præſumptio ſuper re dubia ea,quæ ita eſſe,vt non eſſe poteſt & prima eſt hæc differentia.*
10 *Fictio cum veritate nunquam conuenit.præſumptio ſæpe.*
11 *Fictio nunquam admittit probationem contra ſe,præſumptio autem ſic: eſtque hæc ſecunda differentia. num.15.*
12 *Fictio dicitur eſſe quadam legis prouiſio,& diſpoſitio ita conſtabilita.*
13 *Fictio non eſt probationis ſpecies,vt præſumptio.*
14 *Probatio etſi contra fictionem non admittatur,attamen per indirectum probari poteſt,nempe demonſtrando ceſſare æquitatem ſuper qua fictio fundata eſt.*
16 *Præſumptionem iuris & de iure fictionem eſſe qui dixerunt, erroris conuincuntur.*
17 *Præſumptio ab homine introduci poteſt,fictio vero non,eſtq; tertia hæc differentia.num.18.*
19 *Fictio dicitur diſpoſitio legis, cui renunciari non poteſt, præſumptio eſt diſpoſitio hominis,atque ideo ei recte renunciatur.*
20 *Præſumptio vna alteri poteſt aduerſari,fictio vna non poteſt eſſe contra aliam, eſtque quarta differentia.nu.21.*
22 *Præſumptiones plures vna ſimul concurrere poſſunt, diuerſum in fictione,eſtque hæc quinta differenta.numero 23.*
24 *Fictiones duæ,quia ſunt tanquam duo ſpecialia,ſimul eſſe non poſſunt, at præſumptio ſimul eſſe poteſt cum vna ſpecialitate,eſtque ſexta differentia.num.25.*
26 *Fictio denotat improprietatem,præſumptio proprietatem, eſtque differentia ſeptima.nu.27.*
28 *Statutum diſpondens ſuper caſu vero,locum habet etiam in præſumpto.*
29 *Præſumptio verſatur circa ea quæ ſunt facti,fictio circa ea quæ,iuris,& eſt differentia octaua.num.30.*
31 *Præſumptio in fictionem mutari poteſt à principe,fictio in præſumptionem verti non poteſt,eſt hæc nona differentia.num.33.*
32 *Præſumptio verſatur circa ea quæ vera eſſe poſſunt.*
34 *Præſumptio extenditur de perſona ad perſonam,fictio vero non, eſtque differentia decima.num.35.*
36 *Præſumptio allegari debet,in fictione id non eſt neceſſe, & ſic conſtituitur differentia vndecima.*
37 *Fictio eſt de re clara.*

QVAERO octauò, quomodo præſumptio & in
quibus differat à fictione? Et multum differre,
1 vel ſola ipſa vtriuſque†diffinitio ſignificat.Nam
ſupra quæſtion. iij. ex Baldo, & cæteris diximus
præſumptionem iuris & de iure eſſe ſtatum à iure promul-
gatum ex indubia coniectura. Vel diſpoſitio legis aliquid
præſumentis & ſuper præſumpto, tanquam ſibi comperto
ſtatuentis. Præſumptio vero iuris tantum eſt ſimilitudo
quædam ſufficiens ad rem dubiam, de qua creduntur cre-
denda. Vel eſt probabilis coniectura ex certo ſigno pro-
ueniens, quæ, alio non adducto, pro veritate habetur, ita
cum Baldo & Alciato diffiniui ſupra quæſtio.iiij. Præſum-
ptio verò hominis eſt ( de vehementi nunc loquor ) vehe-
mens applicatio animi boni viri ad valde veriſimile. Et
præſumptio hominis non vehemens eſt inclinatio animi
boni viri ad eligendum alterum extremorum, ex intellectu
proueniens & coniectura nobili. Ita cum Baldo diffiniui
ſupra quæſtion.v.Hæ omnes diffinitiones demonſtrant præ-
2 ſumptionem,†ſemper verſari circa rem dubiam, quæ ſcili-
cet eſſe,vel non eſſe poteſt : Et(vt ſcriptum reliquit Marius
Salomonius in l.Gallus.§.quidam recte. nume.32. ff.de li-
3 ber.& poſthum. ) verſatur præſumptio circa † id quod eſt
4 geſtum,ſed ignoratur qualiter geſtum. Fictio verò eſt † in
certa eius, quod eſt poſſibile contra veritatem, pro verita-
te à iure ficta aſſumptio. Ita fictionem definit Bartol. in l. ſi
is,qui pro emptore.numer. 21.ff. de vſucap.quem crebrius
alij ſecuti ſunt,vt aſſerit Curtius iunior in conſil. iiij. num.
5 15.Sex alias†diffinitiones fictionis recenſet Iaſon in d. l. ſi
is,qui pro emptore.nume. 168.Illa,quam conſiderauit An-
6 gelus videtur cæteris plenior,cùm dixit,fictio eſt † indubi-
tatæ falſitatis pro veritate aſſumptio in caſu poſſibili, & ex
iuſta cauſa ad inducendum aliquem iuris effectum; æquita-
ti naturali non repugnantem. Aliam adfert definitionem
Alciatus in tract.De præſumptio.in præludijs,parte prima.
7 num.2.cùm dixit, fictio eſt † legis aduerſus veritatem in re
poſſibili ex iuſta cauſa diſpoſitio. Quam ſanè diffinitionem
probauit & ipſe Alciatus libro vj.parerg.iuris. capit. j. Et
quamquam in hac fictione definienda inter ſe multum diſ-
ſentiãt Doctores,attamen in eo omnes conueniunt, fictio-
8 nis naturam†& ſubſtantiã eſſe,vt eſſe fingatur quod re vera
non eſt.Et ex hoc oritur prima & præcipua differentia in-
ter fictionem & præſumptionem.Nam( vt diximus )fictio
9 fingit† vera eſſe ea,quæ vera nõ ſunt. Præſumptio verò præ-
ſumit ſuper re dubia;quæ ſcilicet ita eſſe,vt non eſſe poteſt.
10 Vnde fictio nunquam†conuenit cum veritate:præſumptio
verò ſæpe. Ita hanc differentiam expreſſim annotauerunt
gl.in l.vnica.§.accedit.C.de rei vxo.actio.Geminia.& Tur-
recremata in capit.ferrum.50.diſtinct.Alexan.conſil.clviij.
nume.7.libro 2.Butr.& Felinus in capitu.quanto. numero
ſecundo. de præſumpt. Iaſon in l.ſi is,qui pro emptore.nu.
168.ff.de vſucap.Curtius iunior conſi.iiij.nu. 15.& Alcia-
tus in præcitatis locis.Berous in cap.at ſi clerici in princip.
nu.110.de iudic.qui dixit hanc differentiam eſſe ex natiui-
tate;



tate;& Euerar.in centuria legali in loco à fictione.num.5.
Secunda differentia inter præſumptionem & fictionẽ eſt
11 illa,quę verè fluit à pręcedẽti.Quod ſcilicet fictio†nunquã
admittit probationem contra ſe,ita ſcribunt Socinus in l.cũ
auus.nu.43.ff.de conditio.& demon. Felinus in cap. quan-
to.num.2.de præſumpt. Alciatus in Tract. de præſumptio.
in pręludijs.parte prima:num.4.& Euerardus in centuria le-
gali.in loco à fictione.num.5.in fin.ex glo.c.ij. de arbitr.in
12 vj.& ratio eſſe videtur quia fictio † dicitur eſſe quædam le-
gis prouiſio & diſpoſitio ita conſtabilita, vt ait Berous in
cap.at ſi clerici.in princip.num.110.de iudic.qui ibi ſcribit
13 fictionem † non eſſe probationis ſpeciem, vt eſt præſum-
ptio.Cæterum egregie ſcribit Socinus in d.l.cum auus. nu.
14 73.quod etſi contra fictionem non admittitur † probatio:
attamen probari per indirectum poteſt, nempe demõſtran-
do ceſſare æquitatẽ,ſuper qua fictio fundata eſt:alio etiam
modo indirecte probari contra fictionem ſcribit Socinus
iunior in l.iiij.§.Cato. nume. 136. de verborum obligatio-
15 ne.Præſumptio autem ſui natura ſemper†admittit contra-
riam probationem.De præſumptione iuris ſola, & de præ-
ſumptione hominis,res clara eſt.De præſumptione iuris &
de iure,licet regulariter non contra ſe omnem probationis
ſpeciem:attamen certum eſt,aliquam admittere vt confeſ-
ſionẽ partis aduerſæ & indirectam;de quibus ſuo loco dice-
16 mus.Qua ex re intelligimus erraſſe illos,†qui abſolutè di-
xerunt,præſumptionem iuris & de iure eſſe fictionem.Quo
in errore verſati ſunt gloſ.in l.vlt.in princip. in verbo, præ-
ſumptioni.ff.quod metus cauſ.& gloſſa in l.conficiuntur.in
princ.in verbo,creditur.ff.de iure codicil.& Curtius iunior
in conſ.iiij.num.15.verſic.& ex præmiſſis. Et ſi enim in eo
conueniant,quod ſicuti fictio contra ſe probationem non
admittat,ita nec admittat præſumptio iuris & de iure regu-
lariter:nihilominus natura ſua(vt diximus)maxime inter ſe
differunt.
Tertia eſt differentia inter præſumptionem & fictionem;
17 quod†præſumptio ab homine nẽpè à iudice introduci po-
teſt. Et ideo ſupra q. v. diximus præſumptionem aliquam
appellari hominis quòd homo, hoc eſt iudex eam excogi-
tet,& inueniat:Et quę quidem magni effectus eſt,vt ſuis lo-
18 cis demõſtrabimus. Fictio verò ab homine†nunq uã induci
poteſt.l.ſi forte. ff. de Caſtren. pecul. omnes in l. ſi quis in
fundi vocabulo.ff.de leg.1. & in l.ſi is, qui pro emptore. ff.
de vſucap. vbi Bart. numero 24. Aretinus in l.ſi ita ſtipula-
tus fuero ſi Titius. ff. de verborum obligatione. Barb. in l.
cum acutiſſimi.nume.58. C. de fideicom. Socinus in l.cum
auus.nu.72.de condit.& demon.& Alex.in conſil.clviij.nu.
9.libro ſecũdo.qui intelligit procedere quò ad alterius pręiudicium;& ſi quò ad ſui damnũ quis poſſit.Iacobus Niger
in l.j.§.ſi quis ita.nu.15.de verborum obligatione. Et hinc
19 ſequitur,quod fictio dicitur†eſſe legis diſpoſitio,cui renũ-
ciari non poteſt : Præſumptio verò eſt hominis diſpoſitio
multis in caſibus,vt declarabimus inf.q.xlij.& ideo remitti
illa poteſt vt ibi dicemus.
Quarta eſt differentia præſumptionis & fictionis, quòd
20 præſumptio vna†aduerſari alteri poteſt:& ob id potentior
minus potentẽ tollit ac perimit. l. diuus. ff. de in integrum
reſtitut. & dicemus copioſè infra in quæſtio. xxvij. Fictio
21 autẽ vna eſſe†non poteſt contra alteram.l.iij.§.è contrario.
vbi Bart.Alexand.& Iaſon.ff.de acquir.poſſ.& in ſpecie Al-
ciat.in Tract.præſumpt.in prælud.parte prima.num.5.
Quinta eſt differẽtia inter præſumptionem & fictionem,
22 qđ plures pręſumptiones†vnà ſimul eſſe & cõcurrere poſ-
ſunt,vt re ipſa videmus; & explicabimus infra q. xxxvij. At
23 diuerſum eſt in fictione,quarum vna†cum alijs pluribus eſ-
ſe & cumulari non poteſt.Ita docuit Iaſon in l.ſi is, qui pro
emptore.nu.399. de vſucap.Et in ſpecie hanc differentiam
inter præſumptionem & fictionem annotauit Bald. in Tra-
ctat.de pactis.num.54.
Sexta differentia inter præſumptionem & fictionem eſt
illa,quæ à præcedenti deſcendit.Duæ fictiones non poſſunt
24 ſimul concurrere,cum ſint duo quædam † ſpecialia, quæ ſi-
mul eſſe non poſſunt,aut debent.l.j. C. de dotis promiſſio.
25 At præſumptio ſimul†eſſe poteſt cum vna ſpecialitate. Ita
ſcriptum in ſpecie reliquit Caccial.in trac.de pact.num.47.
poſt Guliel.Cun.
Septima eſt differentia inter præſumptionem & fictio-
26 nem,quod fictio†denotat improprietatem. l. lege.Corne-
lia.ibi Baldus.ff.de teſtam.l.Gallus.§.vidẽdum. ff. de liber.
& poſthum.vbi Caſt.ſcribit,caſum fictũ non venire ex pro-
prietate ſermonis,ſed per interpretationem extenſiuam. Et
Caſtrenſem ſecutus eſt Iaſon in l.ſi is, qui pro emptore. nu.
170.ff.de vſucap.qui num.171.ſubiungit,quod ob id caſus
fictus non continetur ſub diſpoſitione ſtatutorum; cum in
illis verba proprie intelligi debeant.l.iij.§.hæc verba. ff. de
nego.geſt.cũ alijs à Iaſone relatis.Diuerſum eſt in præſum-
27 ptione,quę proprietatem ſignificat.†Nam ſtatutum diſpo-
28 nens†ſuper caſu vero,locum etiam habet in præſumpto.ita
copioſe reſpondit Curt.iunior in conſi.4.nu.16.& 17.& la-
tè differemus infra q.
29 Octaua eſt differentia,quod præſumptio verſatur † circa
30 ea,quæ ſunt facti,vt dicemus infra.At fictio verſatur † circa
ea,quæ ſunt iuris & facti ſimul Ita Iaſ.in l.ſi is,qui pro em-
ptore.num.217.ff.de vſucap.& ibi Crot.
Nona eſt differentia,quòd præſumptio mutari à principe
31 poteſt in fictionem.†ita in ſpecie ſcribit Ioan. le Cirier. in
tractat.de primogen.lib.1.q.xiij.nu.21.poſt Ludouicum de
Sardis in tracta. de legitimatione.§.ſeptimò videndum. nu.
5.ex l.in bello.§.factæ. ff.de capt.& poſtlim. reuerſ. Eſt ra-
32 tio, quia præſumptio † verſatur circa ea, quæ vera eſſe poſ-
ſunt. Atqui ea, quæ vera ſunt,fingi poſſunt à Principe non
vera;cum hoc ſit proprium fictionis. Ergo præſumptio in
33 fictionẽ verti poteſt.Diuerſum eſt in fictione,quæ†in præ-
ſumptionem mutari atque ita verti non poteſt : cum nulla
ratione effici poſſit,vt vera ſint,quæ falſa ſunt.
34 Decima eſt differentia,quòd præſumptio extenditur † de
35 perſona ad perſonam, vt dicemus infr. At verò fictio † non
extenditur,ita probat tex.l.lex Cornelia.vbi gl.ff.de vulg.&
pup.ſubſtit.cùm ait fictionem legis Corneliæ,qua annulla-
tur teſtamentum principale,non annullare tabulas pupilla-
res.Et reſpondit in ſpecie Alex.conſi.10.num.5.lib.j.
36 Vndecima eſt differentia, præſumptionem allegari†de-
bere,vt declarabimus infra,fictionem verò allegare neceſſe
non eſſe.Ita Graue.de antiq.tempo.ij.parti.iiij. partis prin.
37 nu.50.Et ratio eſt quia†fictio eſt de re clara,vt dixi ſupra.

## QVAESTIO IX.

### Præſumptio quando & quomodo cum fictione concurrere poſſit,noua,& diligens explanatio.

*SVMMARIVM.*

1 *Fictionem cum præſumptione concurrere non poſſe abſolutè,ſecundum Ripam.*
2 *Fictio & præſumptio, circa idem ſubiectum omnimodo,etiam reſpectu temporis, concurrere non poſſunt, quo caſu fictione reiecta, amplectenda eſt veritas.*
3 *Socer cum promittit dotem genero pacto legitimo,lex præſumit dotem promiſſam iuxtà quantitatem patrimonij ſoceri promittentis, & qualitatem perſonæ cui facta eſt promiſſio.*
4 *Dos in genere promiſſa nudo pacto,non debetur.& quæ ſit ratio.*
5 *Patre filio impuberi ſubſtituente per vulgarem expreſſam,dicimus contineri tacitam pupillarem,& an illa dicatur ficta vel præſumpta.*
6 *Fictio & præſumptio concurrere non poſſunt,circa idem reſpectu eiuſdem temporis,tamen quo ad contrarios effectus, quo caſu præualet fictio.num,7.*
8 *Præſumptio cum fictione concurrere poteſt circa diuerſa ſubiecta, & vtrumque amplectimur,nec vnum aliud impedit.*
9 *Veritas quo caſu concurrat cum fictione.*
10 *Patre,& filio impubere ſimul naufragium patientibus, vter prius dicatur in humanis eſſe deſijſſe.*
11 *Fictio & præſumptio concurrere, & admitti poſſunt circa idem ſubiectum,reſpectu diuerſorum temporum.*
12 *Mutatio non præſumitur.*

QVAERO nonò,an præſumptio vnà cum fictio-
ne eſſe,& cõcurre poſſit?Hæc iuris quæſtio ex
profeſſo à nemine,quod ſciã,propoſita tracta-
taq; fuit.Solum enim duob.verbis eam attigit
Ripa in l.ſi aliquã rem. nu. 27. verſi. ſed iſtud.
de

de acq.poſſeſſ. qui poſt Alex. ibi. num. 21.& Socyn.Sen.in
1 conſ.xl.nu.6.lib.iiij.ſcripſit,abſolutè†fictionē cū præſum-
ptione cōcurrere nō poſſe. Ego verò vt paucis, quantū fieri
poteſt,rē concludā,diſtinguo atq; cōſtituo aliquot caſus;ſi-
cuti in ſimili admodū ſpecie diſtinguit Bar.in l.1.§.hoc au-
tem Senatus.nu.3.ff.ad S.C.Syllania.de his,quib. vt indig.
cùm declarat, quando veritas, & fictio, poſſint eſſe & con-
currere ſimul.

Primus eſt caſus,cum ambigitur,an præſumptio, & fictio
concurrant circà idem ſubiectum omnimodo, etiam reſpe-
2 ctutemporis?Et tunc dicendum eſt, concurrere†non poſſe.
Nam præſumptio verſatur circa ea,quæ poſſunt eſſe vera(vt
diximus ſuperiore quæſtione) ſi ergo diceremus, hoc caſu
præſumptionem cum fictione poſſe concurrere, diceremus
veritatem, & fictionem poſſe vnà ſimul eſſe, quod falſum
eſt.l.filio,quē pater.ff.de libe.& poſthu.& ſcribūt Bart.in d.
l. 1. §.hoc autem Senatus.numero 3. ff. ad Sen.C.Syllania.
Iaſ.in l.ſi is,qui pro emptore.nu.166.ff. de vſuca. Et ſcribit
Bart.præcitato loco,eſſe hoc in caſu amplectendam verita-
tē,fictione reiecta.Et hunc caſum probat.l.cum poſt. §. ge-
ner.ff.de iure dot.iuncta l. 1. C. de dotis promiſſ.cum ſocer
3 †genero dotē promittit pacto legitimo,lex præſumit dotē
eſſe promiſſam iuxta quantitatē patrimonij ſoceri promit-
tentis:& qualitatē perſonæ,cui facta eſt promiſſio:ſicq; illa
eſt præſumptio.in l.j.C.de dot.promiſſ.ſcriptum eſt,dotem
4 †in genere promiſſam pacto nudo,non deberi:quia lex, etſi
fingat pactum nudū dotis fauore validum eſſe:áttamē ibi nō
valet illa promiſſio,quia concurreret illa fictio,vt.ſ.pactum
nudū fingatur validum:& illa præſumptio,de qua in d.§.ge-
ner.Et hunc caſum viſus eſt probare Corne.in l.cum acutiſ-
ſimi.in fi.C.de fideicom.poſt Salycetū ibi, qui ſimilem ca-
ſum diffiniunt.Exemplū in ſpecie noſtra adferri poteſt in ea
diſputatione quæ hæres ſolet,quando pater filio ſuo impu-
beri ſubſtituit expreſsè vulgariter,dicimus hanc expreſſam
5 vulgarem cōtinere tacitam pupillarē;Eſt hic diſputatio,†an
tacita hæc pupillaris dicatur eſſe ficta,vel pręſumpta.Aliqui
cenſent eſſe fictam,aliqui verò affirmant eſſe præſumptā, ſi-
cuti hac de re agemus inf. lib.iiij. præſump. xij. Hic vna eſt
ſola teſtatoris, vno tempore facta diſpoſitio.Ea propter di-
ſputant Doctores, an ſit ficta tantum à lege, vel ab eadem
tantū præſumatur,ſentientes vnà ſimul eſſe non poſſe, quod
ſit ficta & præſumpta.Nō eſt diſſimile quod ex l.cum auus.
ff.de cōdi.& demon,& l.cum acutiſſimi.C.de fideicom. di-
ſputat Soc.in d.l.cū auus.nu.67.& dicemus inf.lib.iiij.pręſ-
ſump. xl. an illa diſpoſitio ſit ficta, vel præſumpta, ſentiunt
enim eſſe non poſſe vnà ſimul.Ita quoq; ſimilem habent na-
turali diſputationē circa conſtitutionem.l.vnicæ.in prin.C.
de rei vxo.actio. de qua diſputabimus inf. lib.iij. præſump.
xxiiij.Similia ſunt exempla ea Soc.Sen. in d. conſ. lx. nu.6.
lib.iiij.& Ripa in d.l.ſi aliquam rem.nu.27.de acq.poſſe.

Secundus eſt caſus,cū dubitamus,an præſumptio & fictio
concurrant circa idem,reſpectu eiuſdem temporis, quò ta-
men ad contrarios effectus?Hoc etiam caſu verè dicendum
6 eſt†concurrere non poſſe:Quemadmodum de ipſa veritate
dicimus,quæ cum fictione hoc in caſu non poteſt cōcurre-
re,vt ait Bart.in d.l.1.§.hoc autem Senatus.nu.3.verſ.quan-
doq; fictio & veritas,ff.ad S.C.Syllania.ex l.retro.& in l. in
7 omnibus.ff. de capt.& poſtlim. reuerſ. Et hoc caſu † fictio
ipſa præualet ( inquit Bartol. ) & idem cenſuit Iaſ. in l. filio
quem pater.in fin.de liber. & poſthu. poſt Barto.ibi,qui ita
interpretantur.l.ſi quis poſthumos.§.1.ff.de libe.& poſthu.

Tertius eſt caſus,cùm quærimus,an præſumptio concur-
rat cum fictione circà diuerſa ſubiecta?Et hoc caſu dicen-
8 dū eſt,†cōcurrere poſſe,& vtrumq; amplectimur,nec vnum
9 aliud impedit. Sicuti hoc in caſu veritas†ipſa concurrere
poteſt cum fictione. Ita docuit Bartol. in d. l. j. §. hoc au-
tem Senatus. numer. 4. verſic. quandoque veritas, & fictio
concurrunt circa diuerſa. ff. ad Senatus Conſul. Syllania.
Adfert exemplum Bartolus. Quidam deceſſit relicto filio
nato, & ventre vxoris prægnante. Ille, qui iam egreſſus eſt
matris vterum, verè natus eſt: ille verò, quum eſt in vtero
habetur pro nato atque ita fictè. Vtrumq; autē acceptamus,
vt ambo filij nati cēſeantur.l.qui in vtero.ff.de ſtatu hom.l.
illud.ff.ſi pars hæred.peta.& l.cum quidam. §. ſuū.ff. de ac-
quiren. hæred. Exemplum autē in ſpecie noſtri caſus, poteſt
ita adferri. Habebat pater duos à ſe genitos filios,eorū vnus
verè vita defunctus eſt, patre ipſo ſuperſtite. Deinde pater
cum altero filio impubere naufragium fecerunt, ambo pe-
rierunt,ambigitur, quorum alter prius deceſſerit, præſum-
10 ptio eſt,filium†impuberem prius in humanis eſſe deſijſſe,
ita probat.l.qui duos.§.vlti.in fin.ff.de reb.dubijs & ibi an-
notauit Socyn.& fuſius explicabimus infra. Eſt itaque hoc
exemplo clarum veritatem concurrere poſſe cum fictione
circa diuerſa ſubiecta,& vtrumque poſſe ſimul ſtare.

Quartus eſt caſus,cum diſceptamus,an præſumptio,& fi-
ctio,poſſint concurrere circa idem ſubiectum, reſpectu di-
11 uerſorum temporum?Et dicendum eſt, hoc † in caſu con-
currere poſſe.Sicuti verè poteſt ipſa vt ſcribit Bartolus in
dicta l. prima. §. hoc autem Senatus. numero 3. verſicul.
quandoque veritas, &fictio concurrunt circa idem ſubie-
ctum.ff.ad S.Con.Syllania. Adfert emplū.Reuerſus eſt ali-
quis ab hoſtibus,& nūc verè eſt in ciuitate.Hæc eſt ipſa ve-
ritas.Item iſmet dum apud hoſtes fuit fictè in ciuitate ſem-
per fuiſſe dicitur.Et hæc fictio,quæ ob temporis diuerſita-
tem circa idem ſubiectum verſari,& concurrere poteſt. Et
facilè eſt exemplum adferre in præſumptione, vt is, qui ab
ab hoſtib. reuerſus eſt,& aliquot dies in Ciuitate fuit:dein-
de dubitari cæpit,an adhuc ſit, & præſumptio eſt, quod ad-
12 huc in ea ſit. Cum † mutatio non præſumatur.l.j.§.qui pro
rei qualitate.ff.qui ſatiſ.cog.& ſuo loco dicemus.

## QVAESTIO X.

Præſumptio quibus verbis ſignificetur: & quibus
fictio.

### SVMMARIVM.

*1 Præſumptio ſignificatur, cum lex ait eſſe quæſtionem voluntatis, & deinde aliquid ſtatuit.*
*2 Lex ſubintelligens aliquid in diſpoſitione hominis,id facit,quia præſumit hominem ita voluiſſe.*
*3 Præſumptionem ſignificat verbum,videtur.Interdum tamen fictionem quoque.nu.4.ſpectanda igitur ſubiecta materia.*
*5 Præſumptionem facit verbum,intelligitur,aliquando tamen etiam denotat fictionem.num.6.*
*7 Præſumptionem ſignificat verbum, creditur, ſecundum aliquos fictionem.num.8.*
*9 Præſumptionem ſignificat verbum, exiſtimo, & æſtimo, & vtrum hæc duo verba inter ſe differant.*
*10 Præſumptionem faciunt verba hæc:coniectura eſt, cōiecturam facimus.*
*11 Præſumptionem demonſtrat verbum hoc,præſumptum eſt.*
*12 Præſumptionem oſtendit verbum,arbitror.*
*13 Præſumptionem ſignificat dictio,proinde.*
*14 Præſumptionem importat dictio,fortè.*

QVAERO decimò,pręſumptio quibus verbis ſigni-
ficetur,& quibus fictio? Et dicendum eſt primò,
1 præſumptionem ſignificari,†cùm lex ait,quæſtio-
nem voluntatis,& deinde aliquid ſtatuit. Exem-
pla ſunt in caſu,l. is qui. de leg. iij. in l. ex facto. §. ſi quis
rogatus.ff.ad Trebell. in l. cum proponas. C. de hæred. in-
ſti.& in l. voluntatis. C. de fideicom. Et egregium eſt exē-
plum in l. iam hoc iure.ff.de vulga. & in l. quamuis. C. eo.
vbi pupillaris illa ſubſtitutio comprehēſa ſub expreſſa vul-
gari dicitur habere voluntatis quæſtionem. Et ſubſtitutio
hæc præſumpta à noſtris appellatur.ita Bart.in l.iij.nu.5. de
leg.j.& alij,quos referam inf.lib.iiij.præſumpt. xxvij. Cum
agemus,an illa tacita pupillaris ſit ficta vel præſumpta ſub-
2 ſtitutio.Et huc ſpectat,quod quando lex †aliquid ſubintel-
ligit in diſpoſitione hominis,id facit, quia præſumit homi-
nē ita voluiſſe. Bartolū ſecuti ſunt Angel.& Imola ibi.Soc.
Sen.in conſilio clxxxij.col.j. lib.ij.& Dec. in l.generaliter.
§.cū autem.col.vlt.C.de inſtit.& ſubſtit.Quod annotādum
eſſe exiſtimo ad interpretationem.l.vnicæ.in prin. C. de rei
vxor.actio.de qua dicemus inf.lib.iij.pręſump.xx.Diſſentit
tamen Comenſis,quē recenſet Barba.in l.cū acutiſſimi. nu.
21.in fi.C.de fideicom.Verùm de illius traditionis veritate
dicemus inf.lib.iiij.præſump.xl. cū explicabimus naturam
illius præſumptionis conſideratæ à l.cum auus. ff. de cōndi.
demon.& d.l.cum acutiſſimi.C.de fideicom.

3 Secūdò præſumptionē†ſignificat verbū,videtur, ita pro-
bant.l.ij.ff.de pactis.l.ſi chirographū.& l.qui teſtamentum.
in



in fi.ff.de proba.l.quidā teſtamento.in fi.ff.de vulg. & pup.
ſubſt. & ibi ſcribentes. Et de eius interpretatione dicemus
inf.lib.iiij. præſump.lx.Ita etiā probat l.quod ſi nolit.§.qui
mancipia.in fi.ff.de ædil.edicto.Ita etiā in l.Aurelius.§. Ti-
tius.ff.de liber.lég.& in l.qui filiabus.in prin. de leg.j. & in
l. Plautius. ff.de auro & argē.leg.in l.ſi quis locuples. in fi.
ff.de manumiſ.teſta.de cuius ſenſu dicemus inf.lib.iiij.prç-
ſumpt. lxxij.Idē probat. l.quoties. C.fam. ercìſc. & tradūt
omnes in l.ſciēdū.d e verb.oblig.ibi Iaſ.nu.7.Bologne.nu.
4 69. Verū aliqñ verbum hoc,videtur,†fictionē ſignificat. vt
probāt.l.ſi tibi.§.cum ſeruus.ff.de leg.1.& ſcribunt omnes
in l.ſi is,qui pro emptore.ff.de vſuca.ibi,Iaſon nu. 93. Soc.
in l.cum auus.nu.68.de cond.& demon.qui plura recenſet.
Quocircà ſubiectam materiam eſſe ſpectandam,admonent
Alber.in ſuo dictionario in verbo,videtur.& Bero. in capit.
Raynutius.nu.447.in fi.de teſta.

5 Tertiò præſumptionē†ſignificat verbum, intelligitur. Ita
probat.l.ſi pater familias Titiū.ff.de hære.inſti.iuncta l. cū
proponas.C.eo.de cuius interpretatiōe agemus inf.lib.iiij.
præſump.& l.hæres quandocunq;.ff.de acq.hære.de qua di-
cemus inf.lib.iiij.Accedunt & tex.l.vnicæ.in prin. C. de rei
vxo.actio.in l.qui duos.§.vlt.& l.ſi mulier.ff.de reb.dubijs.
in l.generaliter.§.cū autem.C. de inſt. & ſubſt. ibi, intelligi
euaneſcere ſubſtitutionē,iuncta l.cū auus.ff.de cōdi. & de-
mon.c.ex ſtudijs.de præſumpt. quē explicabimus inf. Et in
ſpecie verbū,intelligit,præſumptionē ſignificare ſcribunt
Aretinus in l. iam hoc iure.nu.2.ff.de vulg.& pup.ſubſt.Al-
ber.in ſuo dictionario, in verbo, videtur.qui tamen ſubiun-
git,pro materia ſubiecta eſſe ſumendum.
6 Nam & aliquando fictionem†ſignificat.l.oſſa.§.vlt.ff.de re-
lig.& ſump.fun.l.filio quem pater.ff.de libe.& poſthu.Sco.
in l.cum auus.num. 68.ff.de condi.& demon.Zuchardus in
rubr.C.de pact.nu.52.
7 Quartò præſumptionē ſignificat†verbū,creditur, ita pro-
bat.l.cōficiuntur.in prin.ff.de iure codi.& in ſpecie reſpon-
dit Curt.Iun.in conſ.iiij.nu.15.verſ.ex præmiſſis. Et de in-
terpretatione.d.l.cōficiuntur.dicemus inf.lib.iiij.pręſump.
xlv.Idē apertè probat.l.quam duos.§.vlt.in fi.ff. de reb. du-
bijs.Idē tradit Zuchardus in vlt.num. 194.C.de edicto diui
Adria.tollen.poſt Angelū,quem citat.Et idem probatur ex
c.quoſdam de præſump.vbi gl.Verū ſunt qui affirmant,ver-
8 bum†creditur,ſignificare fictionem.Ita Iaſ.in l.lecta. num.
14.ff.ſi cert.peta.poſt Bar.in l.ſi is,qui pro emptore.nu. 34.
de vſucap.
9 Quintò præſumptionē ſignificat†verbū,exiſtimo,ita pro-
bat.l.diuus.ff.de in integrū reſti.vbi gl.in verbo, exiſtimari.
& ibi Bart.nu.3.Et huic ſimile verbum æſtimo.vt probat.l.
vlt.in fi.ff.de actio.& oblig.differūt quidē inter ſe hæc duo
verba,vt explicat Lauren.Valla.lib.v.elegant.c.20.
10 Sextò præſumptionem ſignificant verba hæc,† coniectu-
ra eſt,coniecturā facimus.Ita probat.l.vnica.vbi gl.ff.ſi tab.
teſta.nullæ ex tab.l.cum auus.vbi Soc.num.70.ff. de cond.
& demon. probat.l. hæredes palam.§. ſed etſi notam. ff.de
teſta.
11 Septimò præſumptionem demonſtrant † verba hæc, præ-
ſumptum eſt.ita loquitur Vlpianus in l.quod ſi nolit. §. qui
mancipa.ff.de ædil.edicto.
12 Octauò præſumptionē oſtendit†verbum arbitror.l.ſi ho-
minem.in princ.ff.depoſ.
13 Nonò præſumptionem ſignificat†verbum,ſeu dictio pro-
inde.Ita probat tex.in §.ſi ſcriptum.in inſt.de inutil. vbi gl.
ait,contrarium probari poſſe.Ergo eſt præſumptio: quia ſi
eſſet fictio,non admitteretur probatio in contrarium,vt di-
ximus ſup.q.vij.
14 Decimò dictio,fortè,†ſignificat præſumptionem.§. ſan-
cimus,in auth. de hæred. & Falcidia. & explicabimus inf.
lib.iiij.præſump.lxxxiiij.vbi agemus an hæres amittat Tre-
bellianicam ob non confectum inuentarium.

## QVAESTIO XI.

Præſumptio an ſit quid iuris,vel facti,copioſè & ac-
curatè explicatur.

### SVMMARIVM.

*1 Præſumptio hominis eſt quid facti, & pendet ab operatione intellectus humani ſecundum Bolognetum.*
*2 Præſumptionem eſſe quid facti, verum eſt,quando homo præſumit,ſecus ſi præſumat lex.*
*3 Operationes legis quæ inuiſibiles ſunt,inter facta nō poſſūt cōnumerari.*
*4 Ius à facto ſeparatur duobus modis.*
*5 Quæſtio facti dicitur,cum ambigitur factum aliquid ſit vel non ſit. & num.12.*
*6 Quæſtio facti.tota eſt in poteſtate iudicis, iuris vero non.*
*7 Probationes tota ſunt in iudicis arbitrio poſitæ.*
*8 Coniecturæ locus eſt in his omnibus,quibus de facto ambigitur.*
*9 Coniectura eſt vel de re,vt,quid factum ſit vel de animo,vt quid cogitatum ſit.Vtraque autem verſatur circa tria tempora.num.10.*
*11 Coniectura quæ de animo eſt,voluntatis quæſtio appellatur.*
*13 Quæſtio iuris eſt,cum ambigitur an ſecundum leges rectè factum ſit,ſierive potuerit,vel non.*
*14 Quæ ex facta ſunt,incerta ſint aliquando tam apud legem,quam apud iudicem.*
*15 Facti eſſe dicimus ea,quæ vel oculis ipſis cerni, vel manu tangi, vt quid corporeum,poſſunt.*
*16 Ius eſt quid incorporale,quod nec oculis cerni,nec manu tangi poteſt.*
*17 Error Bologneti detegitur, qui præſumptionem ab intellectu hominis pendentem iudicat eſſe quid facti.*
*18 Item cum præſumptionem à lege introductam exiſtimat eſſe quid iuris, & quid intellectuale.num.18.*

QVAERO vndecimò, an præſumptio ſit quid iuris,
vel quid facti? Hanc diſputationē vnus tantū,quòd
viderim, propoſuit bene eruditus Ioannes Bolo-
gnetus,in tract.de multiplici ſignifica.& differētia
iuris & facti.nu.106.& num. 107. Qui duos caſus ita diſtin-
guit atq; conſtituit.Primus eſt,cū agitur de præſumptione
hominis,quam diffiniuimus ſup. q. v. Hāc eſſe quid facti ea
ratione ſcripſit Bolognetus, quòd pendeat ab operatione
intellectus hominis,quę ſanè operatio ſemper eſt facti.Nec
(inquit ille)obeſt,quod operatio hæc producat effectus iu-
ris,quia hoc generale eſt in omnibus factis hominū appro-
batis;Cum lex illa ſit,quæ hos effectus producit,& ſi ſuper
hominis facto illos pariat.
Secundus eſt caſus(inquit Bolognetus)cùm agitur de præ-
ſumptione iuris,vel iuris, & de iure. Quæ quales ſint & eſſe
dicātur,explanauimus ſup.q.iij.Has eſſe quid iuris ( ait Bo-
lognetus,) cum ſint operationes legis, & à iure ipſo intro-
ductæ.Nec repugnat(ſubiungit ille)quod ipſum præſume-
2 re†ſit quid facti, quia verum illud eſt,quando homo præſu-
mit.Cū enim lex præſumit,illud præſumere non eſt quid fa-
3 cti,ſed iuris,ex quo legis operationes,†quę inuiſibiles ſunt,
inter facta non poſſunt connumerari. Ego certè in alia opi-
nione ſum, quā vt clarius explicē, dicam prius eſſe hac in re
4 conſiderandum,quod ius†à facto ſeparatur duobus modis.
Primò,quia cum aliqua de re contendimus,duplex ſæpenu-
mero incidit quæſtio. Vna facti,altera iuris. Quæſtionem
5 facti†illam eſſe dicimus,cū ambigitur factum an aliquid ſit,
vel non ſit.Si contendit Caius Sēpronium occidiſſe Sęium,
& negat Sæius,facti quæſtio eſt,an ſcilicet,occiderit,vel nō
occiderit.Cū verò conſtat occidiſſe,inde inſurgit iuris quę-
ſtio,an iure occiderit,cū hoſtem illum fuiſſe forte aſſerat,
vel iuris quæſtio erit,cū occidiſſe iniuria conſtat,qua pœna
mulctādus is Sæius ſit.Quocircà,poſito facto,iuris quæſtio
exoritur,& hinc eſt quod ait Alphenus in l.ſi ex plagis. §. in
cliuio.ff.ad legem Aquil. in cauſſa ius eſſe poſitum, hoc eſt
ex facto ius pendere.Et in eo facti quæſtio, à quæſtione iu-
6 ris maximè differt, † qđ quæſtio facti eſt tota in poteſtate
iudicis, iuris verò non eſt.l. 1. §. calūniatorem. ff. ad S. C.
Turpillia.& l.ordine.ff.ad municip.Eſt enim in poteſtate iu-
dicis decernere, an factum ſit,vel non ſit, an occiderit, vel
non occiderit. Cum hæc tota quæſtio à probationibus pen-
7 deat, quæ ſanè probationes†in iudicis arbitrio poſitæ ſunt.
l.iij. §. ideoque.& l. ob carmen. ff. de teſtibus.& explicaui-
mus lib. ij. de arbitrijs iudicum. Caſu xcv. Et de præſum-
ptionibus & coniecturis abundè explicabimus inf.quæſtio.
xliiij. Probationes verò fiunt ( vt iam id prima quæſtione
ſcripſimus ) vel teſtibus vel coniecturis, vel ſignis, vel in-
dicijs. Ea propter rectè ſcriptum eſt à Fabio lib.vij. inſti-
tu.Oratoria,c. ij. In his omnibus, in quibus de facto ambi-
8 gitur,coniecturæ†locum eſſe. Hæc coniectura†eſt(eodem
9 Fabio auctore.d.lib.vij.c.iij. )vel de re,vt quid factum ſit;
vel

vel de animo,vt quid ſit cogitatũ.Et tam illa,quę eſt de ani-
10 mo,quam quæ eſt de re verſatur†circa tria tempora,nempè
præteritum,præſens,& futurũ;ſicuti vberius dicemus inf.q.
11 13.Illa cõiectura,†quę de animo eſt,ſpeciale nomen quod-
dam aſſumit,cum non vno in loco volũtatis quæſtio appel-
letur.l.iam hoc iure.ff.de vulga. & pup. ſubſt. & l. is qui de
lega.iij.cum alijs relatis ſuperiore quæſtione in principio.
12 Eſt itaq; quæſtio†facti,cùm quæritur,an factum ſit,vel non
13 ſit:an cogitatum ſit,vel non ſit.Quæſtio verò†iuris eſt,cùm
ambigitur, an ſecundum leges rectè factum ſit, fierive po-
tuerit, vel nõ quidq́ue iura ea de re ſtatuerint.Et ideò dici-
14 mus ea,quæ ex facto † ſunt, eſſe aliquãdo incerta tam apud
legem quàm apud iudicem.Ea verò, quæ ex iure ſunt, certa
apud legem ipſam ſunt. l. ornamentorum. ff. de auro & ar-
gen.lega.

Sciendum eſt etiam ſecundo loco,quod alia in ſignifica-
15 tione ſumitur ius ſeparatum à facto. Nã ea facti † eſſe dici-
mus,quæ vel oculis ipſis cerni,vel manu tangi, vt quid cor-
16 po eum,poſſunt.Ius verò aſſerimus†eſſe quid incorporale,
quod nec oculis cerni,nec manu tangi poteſt. vt in inſti. de
reb.corporal.& incorporal.Cũ itaq; quærimus ( vt propius
ad rẽ accedamus)an præſumptio ſit quid facti, vel quid iu-
ris,dubitatio poteſt eſſe duplex, vt eſt duplex iuris, & facti
ſignificatio. Si iuxta primam ſignificationem ſumimus fa-
ctum & ius,dicendũ eſt duo poſſe cõſiderari. Primum illud
quod actũ fuit.Exemplis res redditur clarior. Maritus cum
vxore habitauit,natus eſt ex illa vxore filius.Hunc totius fa-
cti euentum,ipſum factum appellamus. Ita pariter, occidit
Caius Semproniũ.Hoc factum ipſum dicimus. Secundum
quod conſideratur,eſt cõiectura ipſa,quæ ab eo facto duci-
tur,vel quæ circa factũ verſatur. Et hæc aliquando eſt iuris,
aliquando non.Eſt iuris cũ à iure ipſo diffinita,& approbata
eſt,vt puta,quod filius ille natus ex ea,quæ cum viro habita-
uit, præſumatur ab eo viro genitus atque procreatus. Hæc
præſumptio & coniectura,ab ipſo facto ducitur: & iuris ob
id dicitur,quod lex eam approbauerit.l.filium. ff.de his qui
ſunt ſui vel alieni iuris. Non iuris,eſt præſumptio, vt puta,
quod Caius occiderit Sempronium,præſumptio circa factũ
ipſum verſatur, vt quia ei extiterit inimicus, quod viſus ſit
exire domũ gladio cruẽto.Hæc præſumptio & huic ſimiles,
dici non poſſunt iuris,cũ à iure approbatæ non ſint. Si verò
ſumimus factũ & ius in ſecũda illa ſignificatione, tria etiam
ſunt cõſideranda.Primum ipſum factũ, circa quod verſatur
pręſumptio,vel à quo pręſumptio ducitur.Et hoc verè facti
eſt,vt diximus ſup.Quando enim conſtat Caiũ occidiſſe Sẽ-
pronium,facti quid illud eſt,& quid corporale,quod oculis
cerni,& manu tangi poteſt.Et de hoc non eſt diſputatio.Se-
cundũ quod conſideratur,eſt cõiectura vel præſumptio,quę
verſatur circa factũ, vel ab eo ducitur, vt putà, quod Caius
occiderit Sẽpronium,cõiectura fit ex eo,quod Sẽpronij ini-
micus fuerit,quod viſus ſit egredi domũ gladio cruẽto. Vel
quod filius ille natus ex ea,quæ cũ viro habitauit, præſuma-
tur ab eo viro procreatus.Hãc coniecturã,& præſumptionẽ
ducere,non poteſt dici quid facti,cum nec oculis corporeis
cerni,nec manu tangi poſſit.Et ideò opus eſt dicere, eſſe ius
quoddã id eſt,quid incorporale & intellectuale: quia ſolus
intellectus hominis verſatur circa huius rei cognitionem,
17 an ſcilicet ab eo occiſus ſit,an ab illo procreatus.Hinc de-
tegitur † error Ioannis Bolognetti,qui ſcripſit,præſumptio-
nem hominis eſſe quid facti, quia pendet ab operatione in-
tellectus hominis, quæ ſanè operatio ſemper(ait ille)eſt fa-
cti. Rectè quidem ait operationem ipſam hominis eſſe fa-
cti, vt & nos diximus eſſe factum ipſum; ſed perperam il-
le cenſuit pręſumptionem illam ab intellectu hominis pen-
dẽtem,eſſe quid facti,cum verè quid inuiſibile ſit;ſicuti eſt
etiam illa præſumptio à lege ducta, quã eſſe quid iuris Bo-
lognetus ipſe aſſeruit.Tertiũ,quod hac in re cõſiderari po-
teſt illud eſt,qñ præſumptio & coniectura eſt ſumpta atque
ducta vel à lege,vel ab homine;vt putà,conſtat Caiũ cũ Seia
vxore habitaſſe,& Seiã peperiſſe filiũ, lex pronuntiat, Caiũ
filium illũ procreaſſe. Hæc pronuntiatio, hæc ſumpta, & in
eſſe deducta præſumptio,dicitur eſſe quid facti: cũ ſit quid,
quod oculis cerni poteſt.Ita etiã ſi iudex cognouit Sempro-
niũ occiſum, & Caiũ ei fuiſſe inimicum, Caiumq́; ipſum è
domo,in qua Sẽpronius repertus eſt occiſus, gladio cruen-
to egreſſum,pronuntiat atq; declarat iudex, Caium hũc oc-
cidiſſe Sempronium.Hæc declaratio quid facti eſt. Et pro-
pterea errauit idem Bolognetus, dum ſcripſit, præſumptio-
18 nem†à lege introductã, eſſe quid iuris, & quid intellectua-
ctuale. Eſt enim hoc falſum, cum introducta ipſa præſum-
ptio,quid facti ſit.

## QVAESTIO XII.

### Præſumptiones circa rem, & animum quomodo verſari dicantur.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſumptiones,& coniecturæ circa duo verſantur,rem ſcilicet, & animum.*
2 *Coniectura de re conſiderat tria tempora,præſens,præteritũ & futurũ.*
3 *Coniectura de re retinet nomẽ generis,& ſemper dicitur quæſtio facti.*
4 *Coniectura de animo verſatur & ipſa,circa tria tempora.*
5 *Coniectura de animo,appellatur quæſtio voluntatis.*
6 *Tempus præteritum maxime valet in iudiciis.*
7 *Accuſat nemo,niſi quæ iam facta ſunt.*

QVAERO duodecimò,circa quę verſantur con-
iecturæ, & præſumptiones? Et verè dicendum
eſt,circa duo†tantum verſari.Nam aut ſunt de
1 re,nempè,quid factum ſit,aut de animo,id eſt,
quid cogitatum fuerit.Quando eſt coniectura
2 † de re,ſolet ambigi circa tria tẽpora, circa præteritũ, præ-
ſens,& futurum,an ſcilicet factum quid ſit, an quid fiat, an
quid futurum ſit. Hæc coniectura nomen generis retinet,
3 quia†dicitur ſemper quæſtio facti.Coniectura quæ†de ani-
4 mo eſt,verſatur pariter circa tria ipſa tempora, præteritum,
prę ſens,& futurum,vt qua mente fuerit teſtator,cùm ſuis de
rebus teſtamentum confecit. Qua mente donator nunc do-
net.Qua mente erit pater,qui filium hæredem fecit,cum in-
5 telliget,eum vita eſſe defunctum. Hæc coniectura † de ani-
mo ſpeciale quoddam nomen aſſumit,cum non vno in loco
voluntatis quæſtio appelletur,vt in l.iã hoc iure.ff. de vulg.
& pup.ſubſt.l.is qui. de leg. 3. & l.voluntatis quęſtio. C. de
fideicom.Cùm vel de facto ipſo, vel de animo quæſtio eſt,
rarò in iudicijs tempus præſens valet,rarius futurum,& for-
tè nunquam, frequentiſſimè verò præteritum, quod & Fa-
6 bius.d.c.3.admonuit. Nam(ait ille) in iudicijs † præteri-
7 tum tempus maximè valet. Nemo enim accuſat † niſi quæ
facta ſunt.

## QVAESTIO XIII.

### Præſumptiones quibus è ſedibus ducantur, variæ commemorantur opiniones.

*SVMMARIVM.*

1 *Sedes & loca è quibus coniecturæ, & præſumptiones ducantur, prima opinio Specul.eſt,eaque reÿcitur,quòd loco ſedium,& locorum,argumentorum genera recenſeat.*
*Alia eſt opinio eruditiſſimi Alciati,conſtituentis tres regulas.num.2.*
3 *Qualitas quæ naturaliter homini ineſt,ſemper adeſſe præſumitur.*
4 *Mutatio non præſumitur.*
5 *Præſumptio ſemper fit in meliorem partem.*
6 *Opinio Ioannis Corraſÿ,qui præſumptiones voluit ſumi à natura, lege, & accidenti,quæ & ipſa improbatur.*
7 *Sedium, & locorum è quibus coniecturæ ducuntur, vt diuerſæ fuerunt partitiones,ac enumerationes apud Iureconſ.ita & apud Rhetores.*
8 *Sedes & loca,à quibus duci,& ad quæ referri coniecturæ omnes poſſunt, ſunt:perſona,cauſſa,factum,dictum,non factum,non dictum.*

QVAERO decimotertiò quibus è locis ac ſedi-
bus ducãtur præſumptiones,& cõiecturæ?Hac
in re varię fuerũt ſcriptorũ partitiones enume-
1 rationesq́;. Ex noſtris†Spec.in tit. de præſum.
§.1.ſedes & loca,è quib.cõiecturæ,& præſum-
ptiones ducuntur hæc,quæ ſummatim adſcripſi, longa ſerie
enumerat.Cauſam,ſ.perſonã,locum,tempus,qualitatem,ta-
citurnitatẽ,vtilitatẽ,fletum,fugam, negligẽtiam, conſerua-
tionẽ,familiaritatem,vicinitatem,obſcuritatem,euentũ,di-
gnitatem, dilectionem, quantitatem, ſocietatem, frequen-
tatio



tationem & ætatem. Quæ ſanè partitio ac enumeratio reci-
pienda non eſt,cũ loco ſedium,& locorũ,recenſeat ſpecula-
tor argumentorum genera;imò plura ſunt,quorũ vnum ſub
altero continetur.Cũ enim ſedes à cauſa ſit ampla,lateq́;(vt
ſuo loco dicemus)pateat,ſub ſe continet cauſſas illas ex vti-
litate, fletu,fuga,& alia plura.Ex recẽtiorib.autẽ magni no-
minis Andreas Alcia.qui accuratè magis quam alter quiuis
hactenus,conſcripſit de præſumptionibus eruditiſſimos cõ-
mentarios,is inquam in eo tractatu præſumptionũ tres tan-
2 tum†regulas,vt tres præcipuas ſedes,è quib. coniecturæ,&
prę ſumptiones omnes duci poſſe videntur,ita cõſtituit.Vna
3 eſt;Quod qualitas†quę naturaliter homini ineſt, ſemper ad-
4 eſſe præſumitur.Altera eſt regula;Quod†mutatio nõ prę ſu-
5 mitur.Tertia regula eſt,quod†ſemper prę ſumptio fit in me-
liorem partẽ.Ex trib.his regulis ſuas illas omnes,quas egre-
gie explicat, præſumptiones ducit. At viderint alij, an loca
& ſedes præſumptionũ hæ dici poſſint.Probabilior videtur
6 partitio,†quã facit Io.Cora.in cõmentariis de iure ciuili in
artẽ redigẽdo. par.iij.c.viij.qui prę ſumptiones ſumi voluit
à natura, à lege,& ab accidenti.Sed veræ hæ nõ ſunt ſedes,è
quib.ducuntur prę ſumptiones ſi rectè perpendas. Et quem-
admodum varia eſt hæc partitio ac enumeratio, apud iuris
7 noſtri interpretes,†ita etiã multiplex diuiſio fuit apud Re-
thores.Nã Ariſtote.lib.ij.Rethoricorum recẽſet varia loca
è quibus coniecturæ hæ ducuntur: verum tñ vnà miſcet, &
locos,quæ huc non pertinent.Alia eſt diuiſio apud Cicero-
nem in partitionibus oratorijs,alia in Topica;Alia etiã fuit
Fabij Quintiliani.li.v.inſti.oratoria.c.x.partitio.vt ſcilicet
duæ tantum ſint ſedes, & loca,è quibus hæ prę ſumptiones,
quæ ille argumenta appellat, duci poſſunt, à perſona, & re.
Cætera omnia,vt cauſa,tempus,locus, occaſio, inſtrumen-
tum,modus,vult eſſe accidentia quædam.De his aliqua di-
8 cemus inf.q.16. Ego quidem ſedes,†& loca, è quibus du-
ci,& ad quæ referri coniecturæ omnes poſſunt,hæc eſſe exi-
ſtimarẽ, perſonam ſcilicet,cauſſam, factum,dictum,non fa-
ctum,non dictũ.Quæ ſanè ſingula loca, vt explicẽ commo-
dius,ſingulis propoſitis quæſtionibus pertractabo.

## QVAESTIO XIIII.

### Præſumptionem verſari circa decem prędicamenta, & quomodo,diligenter expoſitum eſt.

*SVMMARIVM.*

1 *Subſtantia alia corporea,alia incorporea.*
2 *Præſumptio verſatur circa ſubſtantiam corpoream.*
3 *Homo paulò ante viſus,præſumitur eſſe in humanis.*
4 *Res quæ ante erat extare præſumitur.*
5 *Aſſerens hominem vita functum,vel non extare,id probare debent.*
6 *Præſumptio verſatur etiam circa ſubſtantiam incorpoream,*
7 *Dominus vel poſſeſſor rei præſumitur,qui ante fuit.*
8 *Præſumptio verſatur circa prædicamentum quantitatis.*
9 *Quantitas alia continua,alia diſcreta.*
10 *Quantitas continua quid.*
11 *Ager præſumitur eiuſdem quantitatis,qua olim fuit.*
12 *Quantitas diſcreta quid.*
13 *Quãtitas pecuniæ depoſitæ,legata,vel in obligatione poſita ex ſtipulatione,præſumitur etiam hodie eſſe niſi probetur eius augmentum vel diminutio.*
14 *Quantitas duplicato relicta præſumitur à lege,cum in teſtamento, & codicillis relicta eſt.*
15 *Simoniæ crimen præſumitur vel non præſumitur ex quantitate pecuniæ datæ.*
16 *Præſumptio verſatur circa prædicamentum qualitatis.*
17 *Qualitas eſt ſecundum quam,quales eſſe dicimur.*
18 *Qualitatis ſpecies quatuor.*
19 *Affectio ab habitu in quo differat.*
20 *Præſumptio verſatur circa affectiones.*
21 *Iracundiæ calore affectus præſumitur inconſulte agere,& intellectu caret.nu 22.*
23 *Habitus alij animi,alij corporis.*
24 *Præſumptio verſatur circa habitus animi.*
25 *Iuſtus præſumitur,qui iuſtitiæ adminiſtrandæ præeſt.*
26 *Bonus qui fuit,& nunc bonus præſumitur.*
27 *Artem qui dicit præſumitur eam ſcire, & exercitio ipſam in eo auctam eſſe.*
28 *Præſumptio verſatur circa habitum corporis.*
29 *Validior,& in armis exercitatior præſumitur prouocaſſe aduerſarium, & inſultum feciſſe.*
30 *Potentia naturalis quid ſit.*
31 *Præſumptio verſatur circa potentiam naturalem.*
32 *Filium à viro frigido vel impubere generatum fuiſſe,lex non præſumit.*
33 *Homo circa ætatis annum 14.ſemen ferre incipit,& circa 21.generandi vim habere.*
34 *Paſsibiles qualitates cur ſic dictæ.*
35 *Teſtes falſa dixiſſe,coniectura fit ex pallore,& trepidatione.*
36 *Calore iracundiæ aliquid agens,non præſumitur dolo egiſſe,& ideo venia dignus.*
37 *Conſenſus non adhibiti coniectura fit,ex metu illato.*
38 *Voluntas coacta proprie non dicitur voluntas.*
39 *Præſumptio verſatur circa formam,& figuram.*
40 *Præſumptio verſatur circa prædicamentum relationis,ſiue ad aliquid & circa correlatiua.*
41 *Correlatiua aliqua ſunt æqualia,alia inæqualia.*
42 *Extrema duo conſiderantur in relatione,vnumq́; dicitur fundamentum,aliud terminus.*
43 *Vnum ex correlatiuis præſumitur atque iudicatur ſicut alterum.*
44 *Filia præſumitur, & iudicatur libera, ſi mater eius ante partum editum libera fuit.*
45 *Partus ſeruilis iudicatur,ſi ex ſerua matre editus eſt.*
46 *Filius præſumit ſub poteſtate patris cui ſubfuiſſe aliquando conſtat.*
47 *Filius præſumitur eius eſſe,à quo vt filius habitus eſt.*
48 *Filiusfam.olim qui fuit,hodie etiã præſumitur niſi probetur contrariũ.*
49 *Præſumptio verſatur circa prædicamentum vbi.*
50 *Res in quo loco ſemel fuit,etiam nunc eſſe præſumitur, niſi contrarium appareat.Et quomodo id intelligendum ſit.num.51.*
52 *Exiſtens in loco præſumitur ſcire quæ ibi geruntur.*
53 *Furtum præſumitur commiſſum ab eo,qui in domo conuerſabatur.*
54 *Maleficia ruri,& in agris,ſicut in Ciuitate gigni non ſolent.*
55 *Præſumptio verſatur circa prædicamentum quando.*
56 *Pupillus præſumitur doli capax,quando eſt prope pubertatem.*
57 *Occidiſſe in continenti,& ad ſui defenſionem præſumitur,qui cum inimico congrediebatur.*
58 *Metu feciſſe præſumitur,qui erat in periculo inſtantis mortis.*
59 *Præſumptio verſatur circa prædicamentum actionis.*
60 *Litigare in iudicio eſt actio.*
61 *Actionis partes ſex ſunt.*
62 *Negocia alicuius qui ſemel geſsit, non præſumitur etiam nunc gerere, cum ipſum agere non ſit quid continuum.*
63 *Accuſans aut agẽs ſemel per calumniam,præſumitur iterum calumnioſe agere velle.*
64 *Bonos mores corrumperre præſumitur,qui cum malis conuerſatur.*
65 *Patrimonium augere quæ in dies præſumitur.*
66 *Furtum eſt alienæ rei contrectatio.*
67 *Præſumptio verſatur circa prædicamentum paſsionis.*
68 *Paſsio eſt effectus actionis.*
69 *Iniuria illata ab eo qui magiſtratu fungitur, præſumitur illata tanquam à magiſtratu,non autem tanquam priuato.*
70 *Poſſeſsione ſua priuatus cenſetur ſpoliatus à iudice,qui iniuſte proceſsit.*
71 *Abſolutus ſententia iudicis præſumitur innocens.*
72 *Præſumptio verſatur circa prædicamentum ſitus.*
73 *Rem immobilem ſi conſtat fuiſſe ſitam aliquo in loco,adhuc ibi eſſe præſumitur.*
74 *Aſſerens domum eſſe deſiiſſe,id probare debet.*
75 *Sedens præſumitur quieto eſſe animo.*
76 *Iacens non pærſumitur velle congredi.*
77 *Scriptura ſita,& repoſita in aliquo loco,arguit voluntatem ſcribentis.*
78 *Præſumptio eſt circa prædicamentum habitus.*
79 *Talis quis præſumitur,qualem demonſtrat habitus.*

QVæro decimoquartò an præſumptio verſetur
circa omnia decẽ prædicamẽta?Et verſari ſcri-
pſerũt Nico.Materellus,& Bal.in l.ex perſona.
C.de proba. & attingit Alcia. in tract. de præ-
ſump.reg.iij.præſump.xxv. & vberius Euerar-
dus in centuria legali in loco à tẽpore ad tempus nu.6. Cæ-
terũ animaduerti multa ab his, viris alioqui eruditiſſimis,
minus perfectè, ac minus perfectè ſcripta fuiſſe: Quapro-
pter non grauabor meis pro viribus perfectius & verius to-
tam hanc quæſtionem hic explanare. Et primò dicamus de
prædicamento ſubſtantiæ. Quæ quidem, ſecundum Ari-
ſtotelem in prædicamentis, & cæteros Dialecticos, alia
eſt

1 eſt † corporea, alia verò incorporea. Circa ſubſtantiam
2 corpoream † verſatur præſumptio: Quando quidem præſu-
3 mitur homo † ille eſſe in humanis, qui paulò ante viſus eſt.
4 Ita etiam præſumitur res extare, † quæ ante erat: Et ideo,
5 qui aſſerit, † hominem eſſe vita defunctum, vel rem non
extare, probare id debet. l. ſi quis ex argentariis. §. an & hæ-
redi. ff. de eden. l. non ignorabit. C. ad exhib. l. teſtium. in fi.
C. de teſtib. & l. ij. C. de teſta. Et copioſè ſcribunt atque de-
clarant Bar. in d. §. an & hæredi. nu. 2. Alex. in conſi. lviij. col.
ij. lib. j. Soc. Sen. in conſi. cxc. col. iiij. verſi. ij. poſito. lib. ij.
Alcia. de preſump. reg. ij. preſump. xxv. nu. 1. & cum eo dice-
mus inf. & Crauet. in conſi. cxvij. nu. 17. Ita etiam præſum-
6 ptio † verſatur circa ſubſtantiam incorpoream: Nam preſu-
7 mitur dominus † vel poſſeſſor rei q antea dominus vel poſ-
ſeſſor fuit. l. ſiue poſſidetis. C. de proba. De vtroque exēplo
ſuis locis dicemus vberius. ¶ Secundò verſatur præſumptio
8 † circa prædicamentum quantitatis. Eſt ſanè quantitas
9 † vna continua, altera verò diſcreta, ſecundum Ariſtotelem.
10 & Dialecticos. Quantitas † continua eſt, vt punctus, linea,
ſuperficies. Dicimus enim agrum habere quātitatem con-
tinuam, vt centum, ducētum, pedum, vel iugerum. Et ſuper-
ficies domus quantitas eſt continua. Quocircà præſumptio
11 † eſt quod ager ſit eiuſdem quantitatis qua olim fuit. l. in fi.
lib. ff. finium regun. & dicemus inf. lib. 6. præſum. liiij.
12 Quantitas diſcreta † eſt, quæ diſtinctis numeris conſtat,
vt vnus, duo, tres, &c. Et circa hanc quantitatem lex præſu-
13 mit. Nam quantitas † pecuniæ depoſita, legata, vel in obli-
gatione ex ſtipulatione poſita, præſumitur etiam hodie eſſe,
niſi contrariū probetur, quod ſcilicet facta ſit eius augmen-
tum, vel diminutio vel & aliter præſumitur de ea: ſicuti in l.
iuriſgentium. §. adeò. ff. de pactis. vbi ex pacto præſumitur
receſſum à tota obligatione, cum receſſum fuit à parte. Et
apertius in l. quingenta. ff. de proba. vbi lex præſumit quan-
14 titatem duplicato † relictam, cùm in teſtamento, & codicil-
lis relicta eſt. Qua de re aliqua ſcripſi. lib. ij. de arbitrariis
iudicum, &c. Caſu ccxiij. poſt Barto, & cæteros in l. planè.
§. j. de leg. j. Ruinum in conſi. clxvij. num. 2. lib. j. Ripam lib.
iij. reſponſo. cap. xj. Craue. in conſi. clxvij. nu. 3. Grammat.
deciſi. ciij. nu. 59. & Lud. Charend. lib. j. veriſimilium iuris.
cap. vlt. Ita quoque in l. iij. §. cum Titio. ff. de adim. leg. ait
Vlpian. quantitatem relictam in teſtamento præſumi adem-
ptam ex codicillis, in quibus minus taxatiuè relictum fuit.
Ita etiam in vlt. xiiij. q. vj. & in c. & ſi quæſtiones. de ſimo.
15 vbi glo. & Docto. ex quantitate pecuniæ † data præſumitur,
vel non præſumitur ſimoniæ crimen. Et de his vberius di-
cemus infr. ſuis locis.
16 Tertiò verſatur præſumptio † circa prædicamentum qua-
17 litatis, quæ eſt, ſecundum † quam quales eſſe dicimur. Huius
18 quatuor eſſe ſpecies † ſcribunt Ariſtoteles in prædicamento
qualitatis, ac cæteri omnes Philoſophi, & Dialectici: & ex
noſtris Bart. in tract. teſtimoniorum. Affectio, & habitus,
naturalis potentia, & impotentia, Paſſio vel paſſibilis quali-
19 tas: forma, vel figura. Affectionem † ab habitu in eo differre
ſcribūt Philoſophi ac Dialectici, quod affectio facilius im-
primitur, & facilius commutatur: Sicuti quando calore, aut
frigore, aut ſanitate, alijſque huiuſmodi homo afficitur. Ha-
bitus verò eſt permanentior, & diuturnior, vt virtus, ſciētia,
20 prudentia, & ſimilia. Preſumptio † itaque verſatur circa af-
fectiones: ſicuti in l. ſi cui. §. ijſdem. ff. de accuſat. preſumitur
eum, qui affectus calumnia accuſauit, per eandem calūniam
21 iterum accuſare velle. Ita affectus † calore iracundiæ præſu-
mitur inconſultè agere. l. quidquid calore, de reg. iur. vbi
22 Decius, & cæteri. Nam intellectu eum † carere ſcripſit Bal-
dus in cap. 1. §. ſi qui verò. in fina. de pace iura. fir, & differit
vberrimè Tiraq. de pœnis legum. &c. Cauſa prima. Habitus
23 aliqui † ſunt animi, aliqui corporis; animi ſunt, vt artes ſiue
ſcientiæ, & virtutes, ſicuti iuſtitia, fortitudo, tēperantia, ſa-
pientia, prudentia, ſcientia. Habitus corporis ſunt, quæ cre-
bra exercitatione membrorum parantur, vt ars currendi,
equitandi, ferendi pondus, aut etiam robur quæſitum, na-
24 tandi, cædendi, & luctandi peritia. Præſumptio † itaque ver-
25 ſatur circa habitum animi, vt iuſtus ille † præſumatur, qui
iuſtitiæ adminiſtrandæ præeſt. l. 2. C. de off. ciuil. iud. & ſcri-
26 bit Alcia. de preſump. reg. 3. preſum. ix. Ita qui bonus † fuit,
& nunc bonus præſumitur, & econtra, l. non omnes. §. à Bar-
baris. ff. de re mili. & ca. ſemel malus. de reg. iur. in 6. Et qui
27 artem didicit † eā ſciat, imò exercitio ipſo aucta in eo ſit. l.
legatis. §. ornatricibus. de lega. iij. vbi hoc naturæ cōgruum
28 eſſe Martia. cēſuit. Ita pariter circa habitum † corporis præ
ſumptio verſatur. Nā ob corporis robur, & armorum exer-
29 citium, præſumitur quod ille, qui † validior, & exercita-
tior fuit, is prouocauerit aduerſarium, vt illum aggreſſus ſit,
vt ſcripſi lib. ij. de arbitrarijs iudicum. &c. Caſu cclxiij. nu.
6. Secunda eſt qualitatis ſpecies, quā naturalem potentiam,
30 vel impotentiam appellant. Eſt ſanè naturalis † potentia, fa-
cultas quędam homini data ad aliquid agendum: Sicuti pu-
bertas eſt facultas naturalis homini data ad procreandum:
Et econtra impotentia dicitur naturalis inhabilitas nobis
inſita à natura, ne aliqua agere valeamus: quemadmodum di-
cimus frigidos, & impuberes eſſe impotentes ad generan-
dum: & ſicuti dicimus impuberem carere iudicio. §. præte-
rea. in inſtitu. quibus non eſt perm. face. teſta. Circa hanc
31 † qualitatem verſatur plurimum præſumptio. Nam lex præ-
32 ſumit filium † non fuiſſe generatum à viro frigido. cap. 1. de
frigid. & malef. vbi Docto. Ita nec ab impubere, cum ſolùm
33 circa decimum quartum annum ſuæ ætatis ferre † ſemen ge-
nitale incipiat homo: & vim generandi habere incipiat, cir-
ca annum primum & vigeſimum, teſte Ariſtotele lib. v. de
natura animal. cap. 5. Et ob id lex Pontificia ſtatuit, pueros
matrimonio aptos non eſſe. c. ij. de frig. & malef. Tertia eſt
ſpecies qualitatis, quam paſſionem, vel paſſibilem appellāt.
34 Paſſibiles † qualitates non ex eo dictæ ſunt, quod aliquid
patiantur, ſed quod ipſis ſenſibus paſſionem aliquam inge-
rent; ſicuti pallor, trepidatio. Vel animum ipſum excru-
ciant atque commouent, quemadmodum ira, odium, tri-
ſtitia, mæror. Paſſiones verò ſunt etiam animi, & corporis
affectiones, ſed quæ leniter animum, & corpus afficiunt, &
perſtringunt: nec ita perpetuo in animo, & corpore reſi-
dent, vt faciunt qualitates paſſibiles. Paſſionum exēpla ſunt,
vt pallor, qui ex re inopinata oritur, & citò deſinit: vt eſt ira-
cundia, qua animus ſubitò concitatur: & à qua etiam ſubitò
liberatur, ſicuti etiam eſt metus, qui ex ſubita mentis trepi-
datione ob inſtans, vel futurum periculum incutitur. De his
qualitatib. aliqua ſunt apud Vlpianum in l. j. §. apud Iulian.
& in l. ob quæ vitia. ff. de ædil. edicto. Præſumptio itaque
circa hanc qualitatis ſpeciem, ſiue paſſibilem, ſiue paſſionis,
vt plurimum verſatur. Nam ex pallore, & trepidatione con-
35 iectura † fit teſtes falſa dixiſſe. l. iij. §. tu magis. ff. de teſtib. &
dicemus inf. q. lxxxj. in ſexto indicio prouenienti ex trepi-
36 datione, & pallore. Ita præſumptio eſt, eum, † quàm iracun-
diæ calore addactus aliquid egit, non dolo egiſſe, & ideò ve-
nia eſſe dignum. l. quidquid calore. de reg. iur. & ſcripſi libr.
ij. de arbitra. iudicum. & attigi ſupra in prædicamento qua-
37 litatis. Ita ex metu illato coniectura † fit, non adhibiti con-
ſenſus l. j. ff. de eo, quod metus cā. & c. j. quod metus c. Non
38 enim voluntas † coacta dicitur voluntas propriè, vt tradunt
Docto. in l. ſi mulier. §. vlt. ff. quod met. cauſa. Dec. in l. velle
nō creditur. nu. 4. de reg. iur. vbi & cęteri interpretes. Quar-
ta eſt ſpēs qualitatis, quę appellatur forma, vel figura: de qua
in l. ſi in rem. ff. de rei vend. & in l. forma. ff. de cenſib. Præ-
39 ſumptio itaque † verſatur circa hanc qualitatem. Nam dici-
mus equum præſumi eundem eſſe ob eandem formam, & fi-
guram. ſicuti tradunt omnes in l. non hoc. C. vnde legit. ibi
Iaſ. nume. 11. & dicemus inf. lib. vj. præſump. xxx. vbi diſſe-
remus, quando & quomodo pluralitas perſonarum, & re-
rum præſumatur.
40 Quartò verſatur præſumptio † circa prædicamentum re-
lationis, ſiue ad aliquid, & (vt noſtri appellant) circa correla-
tiua. Hæc correlatiua ſeu relatiua, ſecundùm Ariſtotelem,
41 & cæteros Dialecticos, aliqua ſunt † æqualia, aliqua verò in-
æqualia: Aequalia ſunt, vt emptor, venditor: maritus, vxor.
Inæqualia ſunt, vbi alterum altero ſuperius, aut inferius eſt:
ſicuti pater, filius: vt præceptor, diſcipulus. In hoc etiā præ-
42 dicamento relationis duo † extrema conſiderant Dialecti-
ci, extremū à quo, & extremum ad quod. Extremum à quo,
vt pater; ad quod, vt filius, Illud primum appellāt fundamen-
tum, ideſt principium. Secundum verò appellant terminum.
Ita emptio, & venditio ſunt relatiua. Emptio eſt fundamen-
tum à quo fluit venditio, & ſic terminus ipſe vltimus. Præ-
ſumptio itaque verſatur circa hoc prædicamentum. Nam ſi
conſtat



conſtat aliquem fuiſſe patrem, relatione facta ad filium, ita
etiam hodie præſumitur eſſe, & ecōtra. Et idem in domino,
43 & ſeruo: patrono & liberto: domino & vaſallo. Et tale † præ-
ſumitur atque iudicatur vnum ex relatiuis vt & alterum: ſi-
44 cuti in l. matrem. C. de proba. dum filia † præſumitur, & iu-
dicatur libera, ſi mater eius ante editum partum libera fuit.
45 Sicuti econtra in l. de ancilla. C. de liberali cauſa. partus † ſer
uilis iudicatur, ſi ex ſerua matre editus eſt. Ita in l. ſi filius. ff.
46 de probat. præſumitur filius † ſub poteſtate patris, cui ſub
fuiſſe aliquando conſtat. Sic in l. quidam. eo. titu. de probat.
47 præſumitur filius † eius, à quo vt filius habitus fuit. Qua de
re ſcripſi libr. ij. de arbitrariis iudicum &c. caſu lxxxix. nu.
74. Hinc dicimus, quod ille, qui olim filiusfa. fuit, ita etiam
48 hodie † præſumitur, niſi contrarium probetur. Ita cenſuit
gl. in l. ſed ſi de ſua. in prin. ff. de acquir. hære. quam ibi pro-
bauit Angelus, & ſecuti ſunt Cæpolla, cautela clxiiij. omnes
in l. ſi emancipati. C. de colla. & Alciat. de præſumpt. reg. ij.
præſum. lj. & vberius ſuo loco differemus.
49 Quintò verſatur præſumptio † circa prædicamētum, vbi,
quod nil aliud eſt, ſecundum Ariſtotelem, & Dialecticos,
quàm loco circumſcribi, vt eſſe in domo, in agro, verſari in
foro, in curia. Præſumptio itaque plurimum ſumitur in hoc
50 prædicando. Nam vbi, id eſt, eo in loco, in quo res † ſemel
fuit, etiam nunc eſſe præſumitur, niſi contrarium probetur.
l. ſi quis ex argentariis. §. penul. ff. de eden. & ſcripſi ſupra in
prædicamento ſubſtantiæ.
Hanc autem præſumptionem ſic intelligunt, & declarāt,
Alciatus in tract. de præſum. reg. iij. præſum. xxv. in fi. & co-
pioſius, Euerardus in dicto argumento à tempore ad tem-
pus, nu. 10. verſic. hoc tamen &c. vt procedat quò ad locum
51 † largè ſumptum, puta qua in Prouincia, vel Ciuitate, vel
oppido: non autem reſtringi debet ad locum loci, vt in tali
angulo: quia in rebus, quæ naturaliter mouētur eſſet falſum.
Nec etiam in fugitiuo, vel errone. l. quid ſit fugitiuus. ff. de
ædil. edict. Non etiam in naui, quæ in mari eſt locum habet
hæc præſumptio. l. Cæſar. ff. de pub. & vectiga. & ibi copio-
ſè. Bartol. & ſcribunt Alex. in conſi. vij. libr. iij. Marſil. in l. j.
§. præterea. nu. 32. ff. de quæſt. Ripa in tracta. de peſte. tit. de
priuilegiis contractuum. nu. 167. & Benuenutus Stracha in
tracta. de mercatura. tit. de nauibus, parte ſecunda. numero
26. Ita etiam circa hoc prædicamentū verſatur preſumptio,
52 qua dicimus, eum † qui in loco eſt, præſumi ſcire ea, quæ ibi
aguntur. cap. quoſdam. & ca. quanto. de præſumpt. Ita dici-
53 mus furtum † præſumi commiſſum ab eo, qui in domo con-
uerſabatur. l. dominus horreorum. in princ. ff. locati. & ſcri-
bit Bald. in l. j. nume. 1. C. locati. & ſuo loco dicemus. Ita di-
54 cimus in agro, & ruri, ſicut in Ciuitate † maleficia gigni non
ſolere. vt ait Cicero pro Sex. Roſcio Amerino his verbis.
Qua in re prætereo illud, quod mihi magno argumento ad
huius innocentiam poterat eſſe, in ruſticis moribus, in victu
arido, in hac horrida incultaque vita, iſtiuſmodi maleficia
gigni nō ſolere. In vrbe luxuries creatur: ex luxuria exiſtat
auaritia neceſſe eſt, ex auaritia erumpat audacia: inde omnia
ſcelera, & maleficia gignuntur.
55 Sextò verſatur † præſumptio circa prædicamentū, quan-
do. Quod quidem, ſecundum Ariſtotelem, & Dialecticos,
complectitur duas differentias duaſque partes. Differētias,
vt præſens, præteritum, futurum. Partes, vt eſt, annus, men-
ſis, dies. Præſumptio itaque verſatur circa hoc prædicamen-
56 tum, ſicuti dicimus pupillum † præſumi doli capacē, quan-
do eſt prope pubertatem. l. apud Celſum. §. quę in tutore. ff.
de doli mali excep.
57 Ita præſumitur quis incontinenti ad ſui defenſionē † oc-
cidiſſe, quando cum inimico cōgrediebatur. l. vt vim. de iu-
58 ſti. & iu. & ibi omnes. Ita præſumitur metu † feciſſe is, quā-
do erat in periculo inſtantis mortis. l. metum. in princ. ff. de
eo, quod me. cau. & alibi ſæpe.
59 Septimò verſatur præſumptio † circa prædicamentum a-
ctionis. Eſt ſanè actio, qua cùm quidquid agitur, ſecundum
Dialecticos, in eo, quod ſubiicitur, agere dicitur: ſicuti liti-
60 gare † in iudicio eſt actio: ex quo contra aliquem litem in-
61 tendo. Actionis † partes ſunt ſex, generare, corrumpere, au-
gere, minuere, alterare, loco mouere. Præſumptio itaq; ver-
62 ſatur circa hoc prædicamētum. Nam qui negotia † alicuius
ſemel geſſit, non præſumitur etiam nunc gerere: cum ipſum
agere, non ſit quid continuum. l. ſeruitutes. la iij. ff. de ſerui.
& l. foramen. ff. de ſerui. vrba. prædio. ſcribit Alciat. de præ-
ſump. reg. iij. præſumptio. xxv. in fin. Et probat. l. ſi cui. §. iiſ-
63 dem. ff. de accuſa. vbi qui ſemel per calumniam † egit, &
accuſauit, ita præſumitur vxorem generaſſe filium ex ma-
rito. l. miles. §. defuncto. ff. de adulte. & ſcripſi. libro ij. de ar-
bitrariis iudicum, &c. Caſu lxxxix. nume. 20. 21. & alia non-
nulla addemus infra libro vj. præſumpt. Ita præſumitur cor-
64 rumpere bonos mores, † qui cum malis conuerſatur. l. ædi-
les. §. Pædius. ff. de ædil. edict. & dicemus. ĩ. quæſt. lxxxij. in
xxviij. inditio ſufficienti ad torturam. Ita augere patrimo-
65 nium † in dies quis præſumitur. l. ſi defunctus. C. arbi. tutel.
& dicemus ĩ. lib. vj. præſum.
Ita fur præſumitur loco mouere rem furto ſubtractam,
66 cum furtum ſit ipſa rei alienæ † contrectatio. l. j. §. furtum.
ff. de furtis.
67 Octauò verſatur præſumptio † circa prædicamētum paſ-
68 ſionis. Eſt ſanè paſſio † effectus actionis, vt condemnari, vel
abſolui. Quocircà male Bald. & Euerardus referunt ad præ-
dicamentum qualitatis, pati. Et ideò prætermiſſis exemplis
ab illis conſideratis, quæ huc non pertinent, adferri poteſt
exemplum huius præſumptionis, vt cum dicimus præſumi
69 † iniuriam illatam ab eo, qui magiſtratu fungitur, fuiſſe illa-
tam tanquàm à magiſtratu, non autem tanquam à priuato. l.
ſi quis. ff. ſi quis eum, qui in ius vocat. eſt vi eximat. Ita dici-
70 mus à iudice priuatum ſua poſſeſſione † cenſeri ſpoliatum,
cùm iniuſtè is proceſſit. l. meminerint. C. vnde vi. & ſcripſi
in tracta. de recup. poſſeſſ. remedio octauo. q. j. Ita econtra
71 dicimus abſolutum † ſententia iudicis præſumi innocen-
tem: cum pro ſententia præſumatur. l. Herennius. §. Caia. ff.
de euict.
72 Nonò verſatur præſumptio circa prædicamentum † ſitus.
Eſt ſitus ſecundum Ariſtotelem, & Dialecticos corporis
ſtatus, & diſpoſitio. Et ſitus conſideratur in rebus inanima-
tis, ac etiam in animatis. In inanimatis vnus tantùm eſt ſi-
tus, vt iacet terra, ſtant montes. Et in artificialibus, ſtant tur-
res, domus, templa. In animatis verò plures ſunt ſitus. Nam
modò ſtant, modò ſedēt, modò ſunt recta, modò curua, mo-
dò ſupina. Singulis etiam partib[9] corporis ſunt ſitus, vt vul-
tus humi defixus, facies ad cœlum verſa, brachia expanſa,
&c. Præſumptio itaque verſatur circa ſitum, ſicuti circa re-
73 rum inanimatarū. Nam ſi conſtat rem † immobilem fuiſſe
ſitam aliquo in loco adhuc ibi eſſe præſumitur. l. ſi locus. ff.
74 quemad. ſer. amit. Ita qui aſſerit domum † eſſe deſiiſſe in lo-
co probare id debet. l. in finalibus. & l. eos. ff. finium regun.
& l. prima. & l. ſecunda. C. eo. & dicemus infra libro vj. præ-
ſumpt. xlv. vbi differemus, quando finium mutatio præſu-
matur, vel non.
Ita circa ſitum rerum animatarum verſatur hæc præſum-
75 ptio, ſicuti ille, qui ſedet, præſumitur quieto † eſſe animo.
ita Bald. in l. prima. columna ſecunda. C. de ſentent. ex bre-
uicul. recita. auctoritate Ariſtotelis, quem commemorat, &
ſcripſi libro primo. de arbitra. iudicum. &c. quæſtio. lxj. nu-
76 mero 3. & 4. Ita qui iacet non † præſumitur velle congredi,
vt in ea oratione pro Milone probauit Cicero, & ſcripſi. li-
bro ſecundo. de arbitrariis iudicum, &c. caſu cclxiij. nu. 5.
77 Ita dicimus, quod ſcriptura ſita † & repoſita aliquo in loco,
arguit voluntatem ſcribentis, vt reſpondi in conſilio xlij.
numero 11.
78 Decimò verſatur præſumptio † circa prædicamen-
tum habitus, vel habere, vt Ariſtoteles in prædicamentis,
& cæteri Dialectici appellant. Eſt habere, ſeu habitus, ſe-
cundum Ariſtotelem, & cæteros, vt veſtibus, aut armis, aut
ornamento aliquo cinctum eſſe. Ex quo intelligimus er-
raſſe Baldum & Euerardum, qui prædicamentum habitus
eſſe dixerunt, vt habere dominium vel poſſeſſionem prædij:
cum id aliud ſit, vt diximus ſupra. Exemplum itaque præ-
ſumptionis, quæ verſatur circa hoc prædicamentum, adfer-
ri poteſt in l. item apud Labeonem. §. ſi quis virgines. ff. de
79 iniuriis. quo dicimus, eum præſumi talem, † qualem habi-
tus demonſtrat. Qua de re copioſè tradunt Alber. Roſatus
in tractat. ſtatutorum. parte prima. quæſtio. xliiij. Decius in
conſilio ccclxxvij. numero 3. Bellonus conſilio xxj. numero
1. Grammati. deciſio. xxxiiij. nu. 61. & deciſio. lxxxj. Tiraq.
in tracta. de retractu conſang. §. j. gl. viij. nu. 21. & Didacus

lib.iij.varia.reſol.c.xiiij.nume.2.Et nos copioſius dicemus
ſuo loco.

## QVAESTIO XV.

Præſumptio, & coniectura à perſonæ qualitate,
quomodo ducatur, diligenter pertractatum.

### SVMMARIVM.

1 *Coniecturæ deſumptio à perſona, frequens eſt in iure vſus.*
2 *Coniectura cum à perſonæ qualitate ſumitur, quæ præcipuo conſiderentur.*
3 *Coniectura ſumitur ab ætate.*
4 *Coniectura ſumitur à ſexu.*
5 *Coniectura vel præſumptio ſumitur à valetudine.*
6 *Coniectura ſumitur à figura, vel hominis phyſiognomia.*
7 *Coniectura ſumitur à viribus.*
8 *Aggreſſor in rixa præſumitur, qui altero corpore fortior eſt.*
9 *Coniecturam facimus à natione.*
10 *Coniecturam à natione nimis generalem eſſe dicit Simancas.*
11 *Bona animi quæ ſint, & quòd ab ijs coniectura ducatur.*
12 *Præſumptio vel coniectura ducitur à virtutibus.*
13 *Bene agere in ſenectute præſumitur, qui benè egit in iuuentute.*
14 *Præſumptio ſumitur ab honeſtate vitæ.*
15 *Coniecturam facimus à vitijs, vt ſemel malus, in eodem genere mali ſemper ſit talis.*
16 *Coniectura fit à ſtudijs.*
17 *Coniectura ſumitur ab educatione.*
18 *Præſumptio, & coniectura fit ab artibus.*
19 *Coniecturam facimus ab inertia, & negligentia.*
20 *Negligens contradicere literis ſibi datis, præſumitur conſentire, & fateri in illis deſcripta.*
21 *Facinori conſentire præſumitur, qui ei cum poſſet, non iuit obuiam.*
22 *Bona fortunæ quæ ſint, & quòd ab ijs coniecturæ ſiant.*
23 *Coniectura ducitur à genere.*
24 *Filius præſumitur talis, qualem habuit parentem.*
25 *Presbyterorum filij qua de cauſa arceantur à ſacris.*
26 *Coniectura ducitur ab affinitate.*
27 *Coniectura ſumitur ab amicitiis, tam bonis quàm malis.*
28 *Coniectura ſumitur à patria.*
29 *Coniectura ducitur ab opibus.*
30 *Diues non præſumitur corruptus pretio ad ferendū teſtimoniū falſum.*
31 *Diuiti maior adhibetur fides.*
32 *Diues præſumitur luxurioſe viuere.*
33 *Coniectura ducitur ab honoribus.*
34 *Honoribus publicis fungens præſumitur vir bonus & ſummæ integritatis, & ea quæ agit ſumma fide agere.*
35 *Præſumptio ſemper eſt pro principe.*

QVAERO Decimoquintò, quomodo à perſona
ducatur coniectura & præſumptio? Huius à per-
1 ſona coniectura † deſumptio vſus eſt in iure no-
ſtro frequens admodum. Nam (vt ait Celſus in l.
in fundo. in princip. ff. de rei vendit.) Iudex ex cauſis & per-
ſonis ſolet variè conſtituere. Quocirca Scæuola in l. vlti.
in fi. ff. de act. & oblig. vult argumentum ac coniecturam à
perſonis ſumi, an ex datis literis exorta ſit efficax obligatio.
Et Arcadius in l. de minore §. tormenta. ff. de quæſtio. Con-
iecturam vult duci à perſona, vt ei in tormentis fides adhi-
beatur, vel non. Nā (ait ille) & ex ſermone, & ex eo, qua quis
cōſtantia, qua trepidatione quid diceret, vel cuius exiſtima-
tionis quiſque in ciuitate ſua eſt, quædam ad illuminandam
veritatem in lucem emergunt. Et Modeſtinus in l. deſerto-
rem. §. is qui. ff. de re milita. militi, quem militiam deſeruiſſe
dicitur, veniam dandam eſſe, inſpecto vitæ eius præcedentis
actu, cenſuit. Ita & Arianus in l. non omnes. §. à Barbaris. ff.
eo. de re milit. vult iudicē ſpectare debere, qualis exiſtima-
tionis antea fuerit miles deſertæ militiæ accuſatus: plurimū
ſi quidem vult ille tribui huic cōiecturæ bonæ exiſtimatio-
nis. Quinimò & in graui illo maieſtatis læſæ crimine, à per-
ſonæ qualitate argumentum ſumi oportere, cenſuit Mode-
ſtinus in l. famoſi. ff. ad leg. Iul. maieſt. an is, quis eo crimine
impetitur, moliri in principē id potuerit. Pari ratione con-
ſtituerunt Theodoſius, Arcadius & Honorius Imppp. in l.
vnica. C. ſi quis Imperat. maled. maledicentiæ in Cæſarem
accuſatum, ad Cæſarem ipſum remittendum eſſe, vt ex per-
ſonis hominū dicta penſet. & vtrum prætermitti; an exquiri
debeat ipſe cenſeat. Et Concilium Toletanum relatum in
cap. decenter. lxxxix. diſtinct. coniecturam ducit à perſonis,
quibus Pont. Max. officia conceſſit, vt cum ſanguine ei con-
iuncti ſint, affectione ſanguinis id feciſſe credatur. Et tandē
Nicolaus ſummus Pont. in capit. Lotharius. xxxj. quæſtio.
ij. præſumptione ducta à perſonæ tenuitate metum illatum
Regi non fuiſſe ſcribit. Superſedeo hic alia his ſimilia re-
cenſere, quæ ſuis locis vberius explicabimus. Cùm autem
perſonæ qualitas cōſideratur, multa in eo ſpectare ſolemus,
2 è quib. cōiectura † ducitur: ſpectamus enim vel bona corpo-
ris vel animi, vel fortunæ. Corporis bona, ſunt ętas, ſexus, va
letudo, figura, vires, natio. Præſumptio itaque ac coniectura
3 ſæpè ſumitur † ab ætate vt ſcripſit Speculator in titu. de præ-
ſum. §. ſpecies. nu. 1. Eſt enim cōiectura, q̧ ſenex citius inter
viuos eſſe deſinet quā iuuenis. l. nam & ſi parētib. ff. de inof.
teſtamē. & l. hæreditatum. ff. ad l. Falc. & ſcribit Alciatus in
tracta. præſumptio. regu. j. præſumpt. xliij. & ſuo loco dice-
mus. Ita coniecturam ab ætate ducimus, in capi. fraternita-
tis. xxxiiij. diſtinct. vt qui iam eſt maturæ ætatis in poſterum
non ſit incontinens. Sic quoque dicimus impuberem per-
tractandis negotiis minimè idoneum eſſe. l. vltima. ff. de li-
bera cauſſa. & l. vltima. ff. de oper. ſeruo. & ſcribit præcita-
to loco Alciatus præſump. xlvj. & nos ſuo loco vberius. Ca-
cialupus in l. admonendi. nume. 259. de iureiurand. Et Cice-
ro in oratione pro Sexto Roſcio Amerino, per coniecturam
ab ætate ducit delictum non eſſe commiſſum. Patrem (ait
Cicero) occidit Sextus Roſcius. Qui homo adoleſcētulus,
corruptus, & ab hominibus nequam inductus, annos natus
4 magis quadraginta. A ſexu † coniectura ſumitur, vt eſt cum
dicimus mulierem ob ſui ſexum, credi ac eſſe, viro ipſo mi-
nus conſtantem. §. mater. vbi gloſſa. in auth. de nupt. & loco
iam allegato, annotauit Alciatus præſumpt. xlvij. Cacialu-
pus in dicta l. admonendi. numero 259. & nos fuſius infra.
5 A valetudine † præſumptio ſumitur, vt eſt cū aſſerimus, eum
qui debilis eſt, non præſumi prouocaſſe, & aggreſſum fuiſſe
alterum. vt ſcripſi libro ij. de arbitr. iudicum. caſu ccclxiij.
6 numero 4. & dicam etiam paulò infra. A figura † coniectura
ducitur, ſicuti dicimus, ex mala hominis phyſionomia eum
præſumi commiſiſſe delictum. Ita Baldus in l. ij. numero 5.
C. quorum appel. non recip. Cicero in oratione pro. Q. Ro-
ſcio Comodo. Oro atque obſecro vos, qui noſtis, vitam in-
ter ſe vtriuſque conferte: qui non noſtis faciem vtriuſque
conſiderate: non ne ipſum caput & ſupercilia illa penitus
abraſa, olere malitiam, & clamitare calliditatem videntur,
nonne ab imis inguibus vſque ad verticem ſummū (ſi quam
coniecturam affert hominibus tacita corporis figura) ex
fraude, fallaciis, mendaciis quæ conſtare totus videtur: qui
idcircò capite & ſuperciliis ſemper eſt raſis, ne vllum pilum
viri boni habere dicatur. Hac etiam de re plura ſcripſit Ari-
ſtoteles in libro Phyſiognomicon: & dicemus copioſè in-
fra ſuo loco.
7 A viribus † præſumptio atque coniectura deſumitur;
quemadmodum, quando dicimus, eum prius deceſſiſſe cre-
di, qui debilior imbeciliorque erat. l. ſi mulier. ff. de rebus
dubiis. & copioſè ſcribit Alciatus in d. tractat. præſumpt.
reg. j. præſumpt. xlix. Ita dicimus quod is præſumitur ag-
8 greſſor † in rixa, qui altero corpore fortior eſt. vt ſcripſi li-
bro ſecundo. de arbitra. iudicum. caſu ccclxiij. numero 4.
9 poſt Cæpollam, Alciatum & alios plures. A natione † etiam
coniecturam facimus, vt egregiè ſcribit Vlpianus in l. quod
ſi nolit. §. qui mancipia. ff. ædil. edicto. cùm ita ſcribit. Præ-
ſumptum etenim eſt, quoſdam ſeruos bonos eſſe, quia non
ſunt nationis infamatæ, quoſdam malos videri, quia ea na-
tione ſunt, quæ magis infamis eſt. Et Plato in Dialogo
quinto de legibus ſcriptum reliquit in hæc verba. Nec il-
lud nos fugiat, magnam eſſe locorum ad ferendum melio-
res peioreſque homines, differentiam. Quippe alij varieta-
te ventorum & turbine, difficiles, & proterui ſunt: alij pro-
pter aquas, alij propter cibos, qui ex terra non ſolùm cor-
poribus commodi, aut incommodi oriuntur, verum animis
quoque non minus. Hæc Plato. Et idem ſcripſit Iſocrales
in Areopagitico. Et ex noſtris egregiè Iacobus Simancas
Catholicarum. inſtitutionum. titul. 50. de præſumptionib.
nume. 8.



10 num. 8. & ibi. nu. 9. ait eſſe præſumptionem nimis † genera-
11 lem. Qua de re ſuo loco dicemus. Bona animi, † à quibus
perſæpe etiam coniectura ducitur, hæc ſunt, virtutes, vitia,
ſtudia, educatio, artes, inertia. Ducitur itaque coniectura &
12 præſumptio † à virtutibus, ſicuti Arianus in l. non omnes. §.
à Barbaris. ff. de re milita. coniecturam facit, à virtute boni-
tatis integritatiſque cùm ait, & ſi bonus miles. &c. Quare
egregiè Cicero pro Cluentio ita ſcribit. Perinde, vt opinio
eſt, de cuiuſque moribus, ita quid ab eo factum, & non fa-
ctum ſit exiſtimari poteſt. Ita dicimus quod præſumitur is
13 bene agere † in ſenectute, qui benè egit in iuuentute. cap.
cum in iuuentute, de præſumpt. & dicemus infra lib. 6. præ-
14 ſumpt. Et ab honeſtate vitæ † ſumi præſumptionem, & il-
lam tollere contrarias ſuſpiciones multis exemplis oſtendit
Tiraquellus in tract. de pænis legum. cau. lj. nu. 46. A vitijs
15 coniecturam † facimus, vt ſemel malus, ſemper malus, in
eodem mali genere exiſtimetur. c. ſemel. de regul. iur. in vj.
Quocirca Arianus in d. l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re
mil. ſumit à vitijs coniecturam, non adhibendæ fidei, militi,
qui ad hoſtes aſſeritur transfugiſſe, quòd ſcilicet is transfu-
ga emanſor eſſet, ideſt vagabundus, vt interpretatur Mode-
ſtinus in l. iij. §. emanſor ille. tit. ff. de re milit.
16 A ſtudijs † coniectura fit, cap. ex ſtudijs. de præſump. Et
17 ſuo loco dicam. Ab educatione † coniectura & pręſumptio
ſumitur. Nam (vt Plato in dialogo iiij. de republ. inquit)
quale cuiuſque fuerit puerilis educationis initium, talia
etiam erunt quæ ſequuntur. Et, ſicut Horatius ait. Quo ſe-
mel eſt imbuta recens ſeruabit odorem teſta diu. Et alijs
permultis hanc coniecturam ſic confirmat Simancas Ca-
tholicarum inſtit. tit. 50. de præſumptionibus. numero 12.
& 13. & vberius nos ſuo loco dicemus infra libro v. præ-
18 ſumpt. vbi quod ſemel malus. &c. Ab artibus † ſumitur
præſumptio & coniectura, ſicuti dicimus præſumi illum
fuiſſe aggreſſorem, qui in arte gladiatoria eſt benè verſa-
tus. Ita ſcripſi lib. ij. de arbitr. iud. caſu. 363. Ita præſumitur
quod medicus in re medica benè verſatus ſciat, an quis de-
ceſſerit ex vulnere. vt dixi libr. ij. de arbitr. iud. caſu. 275.
num. 11.
19 Ab inertia † negligentiaque coniecturam facimus vt fa-
cit & Arianus in ſæpius allegata l. non omnes. §. à Barbaris.
ff. de re mil. ibi, ſi negligens aut ſegnis. &c. Ita in l. filiusfam.
20 ff. ad S.C. Macedo. negligens † contradicere ſibi datis lite-
ris, conſentire & fateri in illis ſcripta præſumitur. Ita ſcri-
bit Eleuterius Pont. Max. in cap. negligere. ij. q. vij. eum
21 præſumi conſentire † facinori, qui ei, cum poteſt, obuiam
non it. Et diuus Hieronymus relatus in capi. ſcribam. de
præſump. ita dixit, ſcribam eis multiplices leges meas, ex
quibus datis & neglectis apparet, quod has negligent. Et
eo loci annotarunt Abbas & Imola, præſumptionem eſſe,
quòd is, qui negligenter ſtuduit in iure Canonico, etiam
negligenter ſtudebit in iure ciuili. Et ab inertia & negli-
gentia ſumi præſumptionem probat capi. peruenit. xviij.
diſt. & tradit Specul. in tit. de præſumpt. §. ſpecies. nu. 1. Bo-
22 na fortunæ † à quibus multoties quoque coniecturas &
præſumptiones ſumimus, hæc ſunt: Genus, Affinitas, Pa-
tria, Amicitiæ, Opes, Honores. Coniectura itaque à genere
23 † ducitur, vt cum dicimus, filium præſumi talem † eſſe qua-
24 lem habuit patrem. Quo ſanè exemplo ad rem hanc re-
ctè vſus eſt Fabius lib. v. inſtitutio. orator. cap. x. Nam (ait
ille) ſimiles parentibus ac maioribus ſuis filij plerumque
creduntur, & nonnunquam ad honeſtè turpiterque viuen-
dum, inde cauſſæ fluunt. Hinc dixit Seruator noſter Mat-
thæi cap. vij. Non poteſt arbor mala, bonos fructus facere,
neque arbor bona, malos fructus facere. Et Ariſtotelis etiā
fuit ſententia libr. iij. Politico. capit. viij. conſentaneum eſt
(inquit) ex melioribus ortos eſſe meliores. Et rurſum libr.
ij. Rhetor. ita ſcribit. Nemini eſt obſcurum, qui ex bonis
clariſque parentibus nati ſunt, eos conſentaneè fieri ſuis
maioribus non diſſimiles. Et iure noſtro probatur in l. cum
vnus. in princ. ff. de alimen. & cib. leg. & docuit Cacialu-
pus in l. admonendi. num. 257. ff. de iureiurand. Et plura e-
gregia congerit Simancas Catholicarum inſtitutionum.
tit. 50. de præſumptio. nu. 10. dicam inf. lib. v. præſumpt.
25 xviij. Hinc presbyterorum filij † à ſacris arcentur, quòd
credantur luxuriæ incontinentiéque paternæ imitatores
fore cap. j. lvj. diſtinct. cap. venerabilem. vbi Abbas. colum.
iiij. de electio. Hæc tamen præſumptio eſt generalis, & ob
id non multum efficax, vt tradit Simancas in d. tit. 50. num.
11. qua de re vberius ſuo loco dicemus. & Alciat. libr. pri-
26 mo præſumpt. xxiiij. Ab affinitate ducitur præſumptio † &
coniectura, vt in caſu. l. Procula. ff. de probatio. quo loci
Scæuola coniecturam donationis factæ ab affinitate facit.
Quem ſanè locum explicaui lib. ij. de arbitrijs iudicum &c.
caſu. 88. Ita ab affinitate coniectura ducta, à parricidio, quo
accuſabatur, Roſcium Amerinum excuſabat atque defen-
27 debat Cicero. Ab amicitijs ſumitur † cōiectura tam quan-
do malæ ſunt, quam cum bonæ. Cum amicitia malorum ex-
tat, malè de eo præſumitur. capi. quorundam. xxxiiij. diſtin.
cap. ſæpe. xxviij. q. j. ca. à nobis. de cohabita. cler. & mulier.
quo loci hæc coniectura declaratur. Ita etiam ex amicitia
bonorum, bona ſumitur præſumptio: Salomon Prouerb. c.
xiij. Qui cum ſapientibus graditur, ſapiēs erit: amicus ſtul-
torum ſimilis efficitur. Et idem cap. 22. Noli eſſe amicus
homini iracundo, neque ambules cum viro furioſo, ne forte
diſcas ſemitas eius, & ſumas ſcandalum animæ tuæ. Et
Propheta Pſal. 17. cum ſancto ſanctus eris: & cum viro in-
nocente innocens eris: & cum electo electus eris; & cum
peruerſo peruerteris. Hæc & alia egregia ad rem hanc con-
gerit Simancas Catholicarum inſtitutionum. tit. 50. de
præſumptio. nu. 14. & nos plura alia ſuo loco congeremus.
28 A patria ſumitur † coniectura. l. quod ſi nolit. §. qui man-
cipia. ff. de ædil. ed. Cacialupus in l. admonendi. nu. 257. ff.
de iureiurand. Et repeti hic poſſunt quę de natione diximus
29 ſupra. Ab opibus coniecturam † facimus, vt cùm dicimus,
30 diuitem & opulentum, non præſumi † pretio corruptum.
vt falſum teſtimonium ferat, ita ſcribunt Bar. & cæteri ex il-
lo textu in l. iij. ff. de teſtib. & egregiè declarat Cacialupus
in l. admonendi. nu. 258. ff. de iureiurand. & ſuo loco dice-
31 mus, diuiti enim † maior fides adhibetur iuxta illud Eccle-
ſiaſ. cap. xiij. diues loquutus eſt, & omnes tacuerunt, & ver-
bum eius vſque ad nubes perducunt. Pauper loquutus eſt,
& dicunt, quis eſt hic? Ita è contra dicimus diuitem opulen-
32 tumque præſumi † luxurioſè viuere, iuxta illud Euripidis
in Hyppolito: vt refert Stobæus ſermone 93. diuitiæ (in-
quit Euripides) aut contumeliam, & luxuriam pariunt: aut
33 parcitatem in vita. Ab honoribus † ducitur coniectura. Nā
34 dicimus eum, qui publicis honoribus † fungitur, præſumi
virum bonum & ſummæ integritatis, vt ea quæ agit, ſumma
fide agat. l. ij. C. de officio ciuil. iud. in auth. vt defuncti ſeu
funera cor. in prin. & in auth. de iudicibus. in prin. Et qua de
re copioſius dicemus infra lib. ij. præſump. 85. poſt Alcia-
tum in tract. præſumpt. reg. iij. præſum. 9. Ita dicimus, præ-
35 ſumi † pro principe, qui ſummo eo principatus honore co-
honeſtatur. ca. ex tuarum de aucto. & vſu Pal. Alcia. copioſè
diſſerit præcitato loco præſump. xj. & ibidem præſump. xv.
alio ſimili exemplo de officiali vtitur. & dicemus infrà libr.
vj. ij. præſum. lxxxiij.

## QVAESTIO XVI.

Præſumptio ex quibus animi affectibus colligatur
atque ducatur.

### SVMMARIVM.

1 *Præſumptio ducitur ab animi affectibus.*
2 *Coniectura ducitur à fletu.*
3 *Præſumptio colligitur ex animi trepidatione, mutatione vultus & alijs, verum vel falſum teſtes dixerint.*
4 *Coniectura fit à taciturnitate.*
*Id tamen quomodo accipiendum, num. 5.*

QVAERO decimoſextò, an & à quib. animi affe-
1 ctibus ducatur præſumptio? Et ex multis † animi
affectibus duci certum eſt. Ducitur enim à fletu,
2 vt in ca. ſi verum. xxxj. q. ij. quo loci coniectura † ſumitur,
puellam liberè conſenſum non adhibuiſſe in contractu ma-
trimonij, cum flens conſenſit. Et à fletu præſumptionem
duci ſcripſit Specul. in tit. de præſumptio. §. j. nu. 1.

3 Ita dicimus ex†animi trepidatione,mutatione vultus &
ſimilibus animi affectibus, præſumptionem colligi, verum
vel falſum teſtes dixerint.l.iij.§.j.ver.tu magis.ff.de teſtib.
Sic quoque in c.afferte.de præſumpt,vbi ex commotione
viſcerum coniecturam fecit Sapientiſſi. Salomon, matrem
illam fuiſſe,quæ deprecabatur,ne filius diuideretur,ſed po-
tius alteri daretur.

4 Ita quoque taciturnitate†quæ ab animi affectu proue-
nit,ſæpiſſ.præſumptio ducitur,vt annotauit Specul.in dicto
titul.de præſumpt.§.primo.numero 1.& capitul.ſi rector.
xliij.diſtinctio,vbi gloſſa & Docto. Et alia hac de re dice-
mus infra quæſtio. xxij. in fine. Cæterùm hoc intelligitur
5 †quando alioqui is loqui poterat. Non enim natura vel ac-
cidenti impeditus, tacendo animi affectum ſignificare po-
teſt.c.cum paruulis.de conſecra.diſt.iiij.& diſſeremus infrà
lib.vj.in præſump.lxvj.

## QVAESTIO XVII.

### Præſumptio quomodo ſumatur atque ducatur à cauſa:& quæ dicatur cauſa & quotuplex.

*SVMMARIVM.*

1 *Cauſa eſt,quæ ſignificat an aliquid actum ſit,vel non ſit.*
2 *Cauſam ante omnia conſiderant Iureconſult.& interdum ipſi facto proponunt.*
3 *Cauſa tam ad defendendum,quam accuſandum conſideratur.*
4 *Cauſarum variæ ſunt ſpecies.*
5 *Coniectura ducitur ab amore & dilectione.*
6 *Coniectura ducitur ab ira.*
7 *Coniectura ſumitur ab odio.*
8 *Coniectura fit à metu.*
9 *Coniecturam facit cupiditas.*
10 *Ambiens & affectans honores & dignitates, habet contra ſe præſumptionem.*
11 *Coniectura deſumitur à ſpe.*
12 *Coniecturam facimus à correctione.*
13 *Verbera illata à magiſtro,diſcipulo ſuo,præſumuntur ad emẽdationem illata,& ob id iniuriam non inferunt,nec pœna digna ſunt.*

QVAERO Decimoſeptimò,quomodo præſum-
ptio & coniectura à cauſſa deſumatur atque
ducatur? Hic locus amplus eſt, & latiſſime pa-
1 tet.Cauſſa enim illa † eſt,quæ ſignificat,an ali-
quid actum ſit,vel non ſit.Nam(vt ſcribit Ari-
ſtoteles libro ſecundo.Rhetoricor.hac de re agens) ſimul
eſt cauſſa cum eo, cuius eſt cauſſa, & ſine cauſſa nihil eſt.
Quod cum intelligerent non ſolùm iuris noſtri conditores,
ſed & antiqui illi Oratores,hiſtorici,ac poëtæ,rerum geſta-
rum actionumque humanarum cauſſas ſumma contentione
perueſtigare ſemper tentarunt.Et (vt cæteros præteream,)
inter multos Virgilius ipſe perquirit anxiè cauſſam, qua
Aeneas tot perpeſſus ſit labores, cum in primò Aeneidos
ita ſtatim canit.

Muſa mihi cauſſas memora, quo numine læſo, quídve
dolens regina Deum tot voluere caſus inſignem pietate vi-
rum,tot adire labores Impulerit;tantæ ne animis cæleſtibus
iræ?Noſtri autem iuris conditores tanti ſolent facere cauſ-
2 ſam†vt eam ante omnia conſiderent, & interdum ipſi facto
præponant.ſicuti in l.verum.ff.de furtis in capitul.occidit.
xxiij.quæſtione octaua. & in capit.origo,xxxij. quæſtione
quarta. Et à cauſſa præſumptionem ſumi ſignificat apertè
Celſus in l.in fundo.in princip. ff. de rei vendi. & Scæuola
in l.vltima.in fine.ff.de actionibus & obligatio. Et cauſſa
3 tam † ad accuſandum,quàm defendendum conſideratur: ſi-
gnificauit hoc Ariſtoteles libro ſecundo Rhetor.dum ſcri-
pſit in hæc verba. Alius locus eſt à cauſa vt ſi cauſa extite-
rit,factum eſſe dicatur,ſi nõ extiterit non eſſe factum.Nam
ſimul cauſa eſt cum eo, cuius eſt cauſa, & ſine cauſa nihil
eſt.Hinc Cicero cùm defendit Roſcium Amerinum, conſi-
derat nullam cauſſam in Roſcio fuiſſe, quare patrem inter-
ficeret. Nam (inquit Cicero) vt illud incredibile eſt, mor-
tem oblatã eſſe patri à filio ſine plurimis & maximis cauſ-
ſis,ſic hoc veriſimile non eſt,odio fuiſſe parenti filium, ſine
cauſſis multis & magnis & neceſſariis &c. Et ob id in ea-
dem oratione ita ſcribit:ſic vita hominum eſt, vt ad malefi-
cium nemo conetur ſine ſpe atque emolumento accedere.
Et idem Cicero in oratione pro M.Cælio, in hæc verba.
Quæ fuit cauſa, quamobrem iſti mulieri venenum vellet
dare Cælius?Et Paulo poſt: credibile eſt igitur, tantum fa-
cinus nullam ob cauſam eſſe commiſſum. Cauſſarum ſpe-
4 cies†variæ ſunt ac multiplices,quas hic recenſere omnes &
difficile eſſet. aliquas igitur ſolùm ita commemorabo, vt
quodammodo exemplis illuſtretur id,de quo agimus. Sunt
hæ cauſſarum ſpecies,amor atque dilectio, ira, odium, me-
tus,cupiditas,ſpes,correctio. Inter cauſas, è quibus ducun-
tur præſumptiones, alias enumerauit, & alias eſſe voluit
Baldus in l.ſiue poſſidetis.columna vltima.C.de probatio.
Et de his dicam in ſubſequenti quæſtione. A dilectione &
5 amore † coniecturam duxit, acutiſſimi ingenij vir Papinia-
nus in l.cum auus.ff.de condi.& demonſt.Cùm dixit, auum
ita demum voluiſſe grauare nepotem hæredem, reſtituere
hæreditatem ſibi ſubſtituto,ſi ſine filiis is nepos deceſſiſſet.
Et Scæuola in l.Aurelius.§.Titius.ff.de lib.lega.ita ſcribit.
Præſumptio enim propter naturalem affectum facit omnia
patri videri legata.

6 Ab ira † coniectura ducitur, vt cum dicimus, eum præ-
ſumi occidiſſe, qui minatus eſt velle occidere. Nam ex eo
animi iracundia detegitur. Qua de re latè ſuo loco diſpu-
tabimus.

7 Ab odio†ſumitur præſumptio,ſicuti apud Ciceronem
pro Milone cauſam odij conſiderat Cicero, quo Clodius
proſequebatur Milonem.Et in iure noſtro dicimus, præſu-
mi homicidium perpetratum ab inimico,ſicque ab eo, qui
eum odio proſequebatur,vt vberrimè diſſeremus ĩ.in 4.in-
dicio ſufficienti ad torturam.

8 A metu † coniecturam & præſumptionem facimus vt
cum dicimus mulierem adoleſcentem habẽtem filium par-
uulum, non ſpontè ſed metu compulſam, votum caſtitatis
emiſiſſe.cap.j.extra quod metus cauſa. Alia ſimilia ſuis lo-
cis explicabimus.

9 A cupiditate deſumitur † coniectura & præſumptio, ſi-
cuti Cicero pro Milone, coniecturam à cupiditate Clodij,
qui dominandi incredibili exardebat deſiderio, cui reſiſte-
bat Mil. Et à cupiditate argumentantur Doctores noſtri,
10 cum dicunt præſumi † contra eum,qui affectat dignitates,
honores,vel onera,vt tutelarum,& ſimilia,vt dicemus infra
lib.ij.præſumpt.lxxvij.

11 A ſpe deſumitur†cõiectura,ſic enim,(vt pro Sexto Roſ-
cio dixit Cicero & ſupra cõmemoraui) vita hominum eſt,
vt ad maleficium nemo conetur ſine ſpe atque emolumen-
to accedere,&c.Quare idem Cicero pro Milone,ait in hæc
verba.Satis eſt quidem in illa tam audaci,tã nepharia bel-
lua docere,magnam ei cauſſam, magnam ſpem in Milonis
morte, magnas vtilitates fuiſſe. Ita etiam ad excuſandum
coniectura ducitur à non exiſtenti ſpe lucri & commodi,ſi-
cuti cùm negamus Tabellionem falſum documentum con-
ſcripſiſſe ſuadente Caio, demonſtramus cauſſam nullam,
ſeu ſpem aliquam lucri & commodi extitiſſe Caio,vt id fie-
ri ſuaderet.ita iuriſconſ.in l.diuus.ff.ad l.Corne.de falſis. &
12 copiosè & ſuo loco infra attingemus. †A correctione con-
iecturã deſumit Claudianus in l.aut facta,§.cauſſa.ff.de pæ-
13 nis.Cum dixit verbera†illata à magiſtro ſuo diſcipulo,præ-
ſumi ad correctionem & emendationem illata, & ob id in-
iuriam non inferre,nec pæna digna eſſe,qua de re ſcripſi co-
piosè lib.ij.de arbitrarijs iudicũ.caſu.ccclxiiij.& alia non-
nulla adicijemus infra lib.v.præſump.

## QVAESTIO XVIII.

### Præſumptionem ſumi ex conſuetudine, coniunctione & alijs cauſis quàm ex ſupra enumeratis, demonſtratur.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſumptio ſeu coniectura à conſuetudine & vſu colligitur.*
2 *Præſumptio vel coniectura ſumitur à coniunctione, id eſt, ex his quæ procedunt & ſequuntur id de quo agitur,& quæ inſunt.*



3 *Præmiſſum & dictum in præfationibus cenſetur repetitum in ſequenti.*
4 *Teſtatoris voluntatem conijcimus ex his quæ præcedunt, & ſequuntur.*
5 *Præſumptio ſumitur ex natura perſonæ, actus,vel rei.*
6 *Ingratus nemo præſumitur,niſi arguatur & probetur.*
7 *Furioſum & mente captum qui aſſerit,id probare debet.*
8 *Alimenta præſtita perſonæ, præſumuntur præſtita ſecundum qualitatem ipſius.*
9 *Stipulatio in fideiuſſione interueniſſe præſumitur.*
10 *Præſumptio à veriſimilitudine ducitur.*
11 *Stipulans,ſibi & hæredibus ſtipulari velle,præſumitur.*
12 *Chyrographi reſtitutio,coniecturam facit,factæ liberationis.*
13 *Iactare ſuum,nemo vir ſimiliter præſumitur.*
14 *Vicinis magis cognita eſſe,veriſimile eſt, quæ in vicino loco acta ſunt, quàm remotis.*
15 *Famam antiquam veram eſſe præſumitur.*
16 *Cauſa præſumitur vbi eff.ctus apparet.*
17 *Iudicium ſubterſugiens per inducias.habet contra ſe præſumptionem.*
18 *Præſumptio & coniectura,ducitur à forma.ſeu modo & qualitate rei.*

QVAERO Decimooctauò,an ex aliis cauſis, quã
ex enumeratis ſuperiore quæſtione duci poſſint
præſumptiones? Baldus in l.ſiue poſſidetis.col.
vlt.C.de probat.enumerat has cauſas; hoc eſt,
conſuetudinem,coniunctionem,naturam rei, vel perſonæ,
veriſimilitudinem,& formam ſeu modum.Præſumptio pri-
1 mò à conſuetudine†& vſu colligitur atque ſumitur (inquit
Baldus)tripliciter:ex loco vbi aliquid fit: ex perſona in lo-
quendo:& ex perſona in faciendo. l. vel vniuerſorum.ff.de
pigno.actio.quo loci Caius ſcribit,procuratorem poſſe pi-
gnori dare rem domini, ſi conſueuit ita ſuos procuratores
conſtituere.Quo ex reſponſo,ſumunt omnes, argumentum
valere à conſuetis.ita copiosè Soc.Sen.conſil.xliiij.colum.
penulti.libro j.Dec.conſil.ccccxlj.nume.10.Neuiz.libr.j.
Syluæ nup.nu.211.ver.à conſuetudine.Euerardus in centu-
ria legali in loco ab vſitato.Pariſ.in conſi.xlvij.nu.86.lib.j.
Benuenut.Strac.in tracta.de mercatura.tit.mandati. nu.20.
ſic in l.ſi ſeruus plurium.§.vlt.de leg.j.vbi Iulianus, cõiicit
voluntatem teſtatoris legantis ab eo,quòd facere cõſueuit.
Ita pariter in l.cum de Lanionis.§.aſinam verſic.item caca-
bos.ff.de fund.inſtr.quæ leg.cum Paulus coniecturam facit
à conſuetudine patriæ,vt intelligatur quid in legato com-
prehendatur.

Sic quoque in l.Mela.§.j.ff.de alimen.& cib.leg.vbi ali-
menta ea cẽſentur à teſtatore relicta,quæ is ſolitus erat præ-
ſtare tempore mortis ſuæ.Quæ ſane verba,quæ præſtare ſo-
litus erat,à Barto.valde obſcurè in l.j.nu.7.C.quomodo &
quando iud.interpretantur Bellonis lib.j.ſupp.iuris.c.vlt.&
Cagnolus in l.diem functo.num.135.ff.de offi.aſſ.Benuen.
Straccha in tract.de mercatura,par.prima.nu.8.Ita in l.do-
mini prædiorum.C.de agricol.& cenſib.lib.xj.cõſtituerunt
Impp.Valent.& Valens, Colonos teneri ad præſtationem
penſionis pecuniariæ,ſi conſuetudo ita ſe habet. Cæterum
vberius:hac de præſumptione ſuo loco dicemus.

Secundò ſumitur præſumptio(inquit Baldus) à coniun-
2 ctione,†hoc eſt,ex his quæ præcedunt,& quæ ſequuntur id,
de quo agitur:& quæ inſunt. Sicuti in l.item quia.§.vlt.ff.de
3 pact.Paulus ait,cenſeri†repetitum in ſubſequenti, quòd in
præfationibus dictum præmiſſumque fuit.Ita in l.fin vero
non remunerandi.§.idem Papinia.ff. manda. ſcribit Vlpia-
nus ex ſententia Papiniani, ex præcedenti donatione & li-
beralitate,præſumi & ſubſequentem:quod reſponſum egre
giè poſt alios declarat Curtius Iun.conſilio xxxiiij.num.5.
& conſil.liiij.numer.3.ſic in l.hæredes.§.ſed ſi notam.ff.de
teſta.ait idem Vlpianus,ex vicinis ſcripturis coniectionem
fieri eius,quod reliquit teſtator.& ibidem ſcribunt Bart.&
cæteri omnes.Ita in l.ſi ſeruus plurium.§.vlti.de leg.j.Iulia-
4 nus ſcribit,teſtatoris voluntatem † conijci ex his,quæ præ-
cedunt,& quæ ſequuntur.Ita in l.Titia.§.idem reſpondit.de
verborum obligatio. Et de duabus his coniecturis & præ-
ſumptionibus aliqua dicemus infra quæſtio.xxv.cum age-
mus de obſeruando ordine, in colligendis coniecturis &
præſumptionibus.

5 Tertiò ſumitur præſumptio†ex natura perſonæ actus vel
rei.Nam(inquit Baldus)præſumendum eſt, quòd quælibet
perſona & quælibet res,& quilibet actus,ſit ſecundum ſuam
naturam, & ſicuti eius requirit natura. Ita probat.l.quod ſi
nolit.§.qui mancipia.ff.de ædil. edicto. quo loci præſum-
ptio ſumitur à natione perſonæ. Qua de re diximus ſupra.
quæſtio.xiiij.Ita quoque in l.omnimodo.in princip.de C.
de inoffi.teſt.ſumitur præſumptio ex ipſa natura,vt quilibet
6 bonus eſſe præſumatur,atque ita nõ ingratus†niſi arguatur
& probetur,vt ibi declarat gloſſ.in verbo,non licebit. Go-
mes de gratiis & expectatiuis.numero 80.& dicemus infra
libro quinto.præſumpt.ſic in l.ne codicillos.C.de codicil.
ſcriptum eſt,codicillos præſumi factos ſecundum ſuam na-
turam, id eſt ab eo qui ſanæ mentis eſt. Et ideo qui aſſerit
7 aliquem eſſe furioſum†& mente captum, probare id debet:
cum ſecundum naturam quilibet præſumatur ſanæ mentis.
& declarant copiosè Pariſ.in conſilio lxxxvij.numero 3.&
4.libro tertio.Dec.& cæteri in l.furioſum. numero 20.C.
qui teſtamen.face.poſſ.& vberius ſuo loco dicemus.Ita in l.
vltima.C.de alimen.pup.præſt.reſpondit Alexander Seue-
8 rus,alimenta † præſumi præſtita perſonæ ſecundum natu-
ram & qualitatem ipſius perſonæ,quæ alioqui de vento non
præſumitur viuere.De qua quidem coniectura egregiè ſcri
bunt Alcia.in tractat.de præſumpt. reg. j. præſumpt. 50. &
alij plures,quos ſuo loco commemorabimus. Ita quoque
in §.vltimo.in inſtitut.de fideiuſſ.ſcribit Iuſtinia. præſumi
9 in fideiuſſione adhibitam†fuiſſe ſtipulationem, cum natura
ipſius actus fideiuſſionis id requirat. Qua de re dicemus v-
berius ſuo loco.

10 Quartò ſumitur præſumptio†ſecundum Baldum à veri-
ſimilitudine.Sicuti in l.ſi pactum.ff.de probatio. quo loci
11 à veriſimili coniectura ducitur, ſtipulantem † velle ſibi &
hæredibus ſuis ſtipulari.pariter in l.Labeo.in fin.ff.de pa-
12 ctis.vbi coniectura ſumitur † liberationis factæ ex pacto
de non petendo à creditore debitori ſi creditor chirogra-
phum debiti reſtituit, Cum non ſit veriſimile, quòd reſti-
tuiſſet niſi ei fuiſſet ſatisfactum.Idem eſt in l.cum de inde-
bito.in princip.ff.de probatio.qua dicimus, veriſimile non
13 eſſe quod quis † velit iactare ſuum: & propterea ſumitur
coniectura,quod quis ſoluere voluerit debitum, & hac de
coniectura plura ſcribunt Decius in conſilio cccl.columna
ſecunda.Marſil.ſingul.lvij.& Crau.in conſilio lxxvij.nume-
ro 13.in conſilio cvj.numero 11.& in conſilio cxlij.nume-
ro 26.& nos ſuo loco multo vberius dicemus. Ita etiam in
capit.quanto. de præſumpt.ait Gregorius Pontifex Max.
14 eſſe veriſimile†magis cognitum eſſe vicinis, quæ in vicino
loco acta ſunt, quàm remotis. Et ſub hac præſumptione
15 continetur (ait Baldus) quod de fama † antiqua dicitur,
quam veram eſſe præſumimus:cum veriſimile ſit quod diu
in ore hominum fuit.l.ſi arbiter.ff.de probatio. Qua de re
ſuo loco dicemus poſt Alexand.in conſilio ccviij.columna
penultima.libro ij.Crau. in tracta. de antiqu. temp.ſecun-
da particula iiij.partis princip.numer.4.& Cuiacium libro
tertio obſeruat. capitul. xxvj. Ita etiam continetur, quòd
16 præſumatur cauſa † vbi apparet effectus.l.cum de in rem
verſo.ff.de vſur.copiosè ſcribunt Barto.& cæteri,& ſuo lo-
17 co abundè nos diſputabimus.Ita quoque includitur † præ-
ſumptio contra illum, qui ſubterfugit iudicium per indu-
cias.l.diuus.ff.de cuſtod.reo.& capit. nullus.de præſumpt.
vbi ſcribentes omnes,& explicabimus infra lib.ij.præſum.
lxxxviij.Et de præſumptionibus & coniecturis quæ à veri-
ſimili colliguntur plura inter cæteros ſcribit Euerardus in
centuria legali,in loco à veriſimili.

Quintò præſumptio & coniectura (ait Baldus) ducitur
18 † à forma ſeu modo & qualitate rei:ſicuti in l.prima.C.vn-
de vi,vbi ex modo defenſionis conijcitur,an exceſſus factus
ſit in ſe defendendo.Qua de re præter Docto. ibi ac Alcia-
tum de præſumptionibus.regul.iij. præſumpt.xxxix. dice-
mus abundè infra libro quinto.præſumpt.lxiiij. Ita pariter
in l.ſi non conuitij.C.de iniuriis,ex modo & forma verbo-
rum ſumitur coniectura & præſumptio, an animo iniurian-
di, vel non, dictum id fuerit. Et de qua quidem coniectura
dicemus infra lib.v.Et ex his declarari etiam poteſt traditio
Baldi in rub.extra.de præſum.nu.3.cùm dixit, præſumptio-
nem duci à re,loco,& tempore.

## QVAESTIO XIX.

Præſumptio à facto quomodo ſumatur, & animum cognoſci ex facto.

### SVMMARIVM.

1 *Voluntatem magis ex facto quàm verbis declarari.*
2 *Factum tribus temporibus conſideratur.*
3 *Præſentia ſolent æſtimari ex præteritis.*
4 *Exitus bonus non poteſt expectari eorum, quæ malo principio ſunt inchoata.*
5 *Caſte quæ vixit, præſumitur eſſe & futura caſta.*
6 *Factum præſentis temporis coniecturam facit ad præterita & futura. & numero 7.*
8 *Incontinens in præſenti, talis præſumitur in futurum.*
9 *Factum futuri temporis coniecturam facit ad ea, quæ iam ſunt præterita, vel ad præſentia.*
10 *Factum ſequens declarat voluntatem præcedentem.*

QVAERO Decimononò, quomodo à facto ſumatur præſumptio & coniectura? Hæc prius dicam; eſſe certum ex factis geſtiſque animum mētemque agentis coniici. §. pauonum. & ibi gl. in inſti. de rerum diuiſ. Hinc in l. ſi tamen. §. ei qui. ff. de ædil. edicto. & in l. Paulus. ff. rem rat. hab. ſcriptum eſt, voluntatem ma-
1 gis † ex facto quam ex verbis declarari. Qua de re copioſè differunt Decius conſi. ccccxxj. nu. 13. Alcia. de præſumpt. reg. ij. præſum. xxvj. & reg. iij. præſum. xxxiij. & Crauet. conſil. lxxxvij. nu. 10. Cæteros ſciens prætereo, ſuis locis enim explicabimus.

2 Hoc factum † tribus temporibus conſideratur, præterito, præſenti & futuro; id quod admonuit Fabius lib. v. inſtitu. oratoria. c. ix. cùm ait, conſilia eſſe & præſentis, & præteriti & futuri temporis. Et idem apertius libr. vij. c. iij. coniectura (inquit) omnis aut de re, aut de animo eſt. Vtriuſque tria tempora, præteritum, prçſens, futurum. Ex facto præterito coniecturam ducimus ad tempus præſens. Nam dicimus eum, qui malus fuit præterito tempore, & nunc malum præſumi. l. ſi cui. §. iiſdem. ff. de accuſa. Quare Fabius iam commemoratus dicebat, ſpectanda eſſe ante acta dictaque:
5 præteritis enim æſtimari † ſolent præſentia, & alia ſcribunt Alciatus in tract. de præſump. reg. ij. præſum. xxv. & Simancas Catholicarum inſti. titu. 50. de præſumptionib. numero 16. & ſuo loco dicemus vberius. Imò etiam ex actu præterito præſumptio ſumitur ad tempus futurum. Non enim ex-
4 pectari poteſt bonus † exitus eorū, quæ malo principio ſunt inchoata. cap. miramur. §. principatus. lxj. diſtin. Et à præterito actu ad futura coniecturam ſumunt Honorius & Theodoſ. in l. eum qui. C. de epiſcopis & clericis. & ibi apertius
5 Baldus, quod illa, quæ † caſtè iam vixit, ſit ac futura ſit ſemper caſta.

Illud etiam annotandum hic eſt, quod cum factum aliquid eſſe à quoquam contendimus, vt putà ſi Caium occidiſſe accuſatur Sempronius, varia illius temporis facta, ſeu accidentia conſiderari ſolent; nempè, vbi fuerit Sempronius, vbi ſit viſus, cum quo viſus ſit, an aliquid præparauerit, an aliquem conuenerit, quos habuerit ſocios & adiutores, quo in loco præter tempus & conſuetudinem fuerit, atque ita à tempore, loco, modo, occaſione, & facultate & his ſimilibus coniectura ducitur; vt vnà cum noſtris, non indiligenter explicabimus. ĩ. q. lxxxix.

6 Factum † prçſentis temporis, id eſt, quod in re & negotio factum eſt, coniecturam facit ad præterita. l. ſi tamen. §. ei qui. ff. de ædilitio edicto, quo loci ait Pompon. quod venditor ille, qui tenet ſeruum in vinculis, præſumptionem præſtat emptori ſciendi, ſeruum præterito tempore aufugiſſe. Ita etiam probat. l. ſi vt certo. §. cuſtodiam. ff. commod. Imò
7 à facto præſentis temporis, coniectura ducitur † ad futurum, ſicuti Iuſtinia. ait in §. vlti. vbi gloſſa inſtit. de iniuriis; quod remittens de præſenti iniuriam, in futurum etiam remiſiſſe præſumitur. Ita etiam dicimus, quòd ille qui eſt de præſenti
8 incontinens, † ita etiam præſumitur quod erit in futurum. c. ſi quis Diaconus. 50. diſt.

9 Factum futuri † temporis coniecturam facit ad ea, quæ iam ſunt præterita vel ad præſentia, veluti cùm ambigitur, an illatum vulnus, ſit mortale, à futuro tempore coniecturam ducimus. Nam ſi vulneratus poſt quatriduum ſurrexit, non videtur poſtea moriens, ex illato illo vulnere deceſſiſſe. Ita gloſſ. in l. prima. C. de emend. ſeruo. & ſi hoc iudicis arbitrio relinqui ſcripſerunt plures, quos recenſui libro ſecundo. de arbitrariis iudicum. caſu cclxxv. numero 2. Ita
10 etiam in aliis diſpoſitionibus, factum ſequens † declarat voluntatem præcedentem. l. ſed & Iulianus. §. interdum. ff. ad S.C. Macedo. l. ſi concubinam. §. ſi res amotas. ff. de rerum amot. & l. cum quis. in fine. C. de natura. liber. & ſcripſit Iaſon in l. ſi ſeruus plurium. §. vlt. numer. 4. de leg. j. Alia exempla ad totam hanc quæſtionem ſumi poſſunt ex his, quæ dicemus inf. q. xxiij. cum agemus, quomodo & quando præſumptio ſumatur à tempore ad tempus.

## QVAESTIO XX.

Præſumptio ex actibus voluntariis, quomodo & quando ducatur atque ſumatur, diligens explanatio.

### SVMMARIVM.

1 *Præſumptio ex actibus voluntariјs, ſumitur tantum, quantum actus ipſe ex neceſſitate concludit.*
2 *Soluens partem debiti alterius, ad quod nullo modo tenebatur, nō præſumitur eo animo ſoluiſſe, vt etiam reſiduum ſoluere voluerit.*
3 *Hæres ſoluens partem legatorum ante tempus, cogi nequit vt reliqua præſtet antequàm dies cedat.*
4 *Fratres duo artifices, communicantes lucra & quæſita & ipſo artificio, quam ſocietatem præſumantur inire.*
5 *Negotia alterius gerens per aliquot dies aut menſes, non præſumitur animo obligandi perpetuo facere.*
6 *Præcario concedens, pro voluntate ſua, donec & placuerit conceſſiſſe creditur.*
7 *Molendinum vel furnum alicuius accedens per annos aliquot non præſumitur animo obligandi ſe feciſſe.*
8 *Edens rationes & inſtrumenta, præſumitur edere pro ea vice tantum, non vt iterum edere compellatur.*

QVAERO Vigeſimò, quomodo & quantum ſumatur præſumptio ex actibus voluntariis? Et
1 ſumi ſolummodò † quantum actus ipſe ex neceſsitate concludit, certum eſt. Ita ſcribunt Bartol. in l. Titium aut Męuium. §. altero. ff. de admi. tuto. Claudius Mermerius in repe. in l. naturaliter. §. nihil commune. numero 141. ff. de acquirend. poſſeſ. qui quidem Claudius ſcripſit, quod ſi agens rei vendicatione, dicat ſuum aduerſarium poſſidere, ſolum intelligitur atque ita præſumitur deducere naturalem poſſeſſionem quæ neceſſaria eſt ad ipſam rei vendicationem. Apertius probatur hæc traditio in l. vltima. C. ne vxor pro marito, quo loci ſcriptum eſt, quod il-
2 le, qui ſoluit † partem debiti alterius, ad quod nullo modo tenebatur, non præſumitur eo animo ſoluiſſe, vt etiam reſiduum ſoluere voluerit: & propterea pro reſiduo conueniri non poteſt. Eſt ſimile quod reſpondit Scæuola in l. Lucius. §. teſtator. de lega. ij. cum dixit hæredem, qui ante tem-
3 pus partem † legatorum ſoluit, cogi non poſſe, vt cætera legata antequam cedat dies præſtet: cum eo animo primum illud legatum præſtitiſſe non præſumatur, vt ad reliqua te-
4 neretur. Ita pariter dicimus, quòd ſi duo fratres † artifices communicant lucra & quæſita ex ipſo artificio, præſumitur contracta ſocietas, quò ad lucra illa non autem quò ad cætera bona. Sic tradunt Bartol. in l. prima. §. ſi quis hoc interdicto. in fine. ff. de itinere actuque priua. & in l. Titium. §. altero. ff. de adminiſtr. tut. Ant. Corſetus in ſuis ſingularibus in verbo, ſocietas, incipit inter fratres Alexand. in conſilio lxxviij. numero 1. libro ſecundo. & in conſilio lxxv. in fine. libro ſexto. Barbat. in conſilio xxij. columna ſecunda. libro primo. & in conſilio xxxvij. columna quarta. libro ſecundo. Pariſius in conſi. lxxxv. nume. 7. in conſi. lxxxvj. nume. 10. & in conſi. lxxxvij. nu. 7. lib. j. Hinc facit, quod ille, qui aliquot
5 dies & menſes † negotia alterius geſſit, non præſumitur ſe ex ea geſtione voluiſſe obligare, perpetuò negotia illa tractare,



ſed ſolum tamdiu obligatus dicitur, quamdiu ſibi placet. Idem manifeſtè probat. l. voluntariæ. C. de excuſa. tuto. ſimile eſt ex l. ij. §. j. & l. & habet. in princi. ff. de preca. vt is,
6 qui precario conceſſit † pro ſua voluntate cōceſſiſſe dicatur, donec ei placuerit; & non vltra: Et propterea non præſumitur concedens, ſe velle perpetuò obligare. Huc etiam pertinet quod tradit Bartol. in l. cum de in rem verſo. nu. 14. ff. de
7 vſur. quod ille, qui iuit ad molēdinum † vel furnum alicuius aliquot annos, non præſumitur ço acceſſiſſe, vt perpetuò deinde accedat. & cum Bart. idem ſentiunt cæteri, vt ſcribunt copioſè Decius in l. ſi certis annis. in primo notab. C. de pactis. & Curtius Iunior. num. 2. adducit hanc rationem, quod actus noſtri voluntarij, non extenduntur plus quam vrget ipſius actus neceſſitas. ex d. l. vltim. C. ne vxor pro marito. & Ripa in c. cum eccleſia Sutrina. nu. 42. de cauſa poſ. & prop. Eſt etiam ſimile quod tradunt Dec. in l. j. nu. 11. & ibi Ripa. & Alcia. nu. 29. C. de edend. poſt alios, quod ille, qui ex ſua
8 liberalitate ſemel edidit rationes † & inſtrumenta, præſumitur edidiſſe pro ea vice tantùm; non autem, vt iterum edere compellatur. Quibus intelligimus veram eſſe hanc traditionem, ex actibus voluntariis tantùm præſumi, quantū ipſius actus neceſſitas vrget.

## QVAESTIO XXI.

Actus ex quibus colliguntur præſumptiones perfecti an eſſe debeant.

### SVMMARIVM.

1 *Actus ex quo præſumptio ſumitur, debet eſſe omnino perfectus.*
2 *Matrimonium, contractum præſumitur inter ſponſos, copula carnali ſequuta.*
3 *Specialia duo ſimul concurrere non poſſe.*

QVAERO vigeſimoprimò, an actus ex quo præſumptio ſumitur, debeat eſſe omnino pfectus, vel ſufficiat principium: atque ita quod fuerit
1 inchoatum? Et actum perfectum eſſe † oportere, ſcripſit Abbas in c. vlt. nu. 2. de ſpōſ. & ibid. Butrius, dum ex illo canone annotarunt, quòd & ſi præſumatur contractū
2 † matrimonium inter ſponſos, ob ſubſecutam copulam carnalem, attamen præſumptio illa non inſurgit, quādo copula verè ſecuta non fuit, ſed ſolum, fuit niſus & conatus ad copulam. Quam ſententiam probarunt Ioā. Andræ. Gemin. & Francus in c. j. §. idem. de deſponſa impuberum. & communem eſſe aſſeruit Præpoſ. in d. c. vlt. Eandem probarūt Aret. in conſil. cxlij. nu. 7. Syluester Prierius in ſua ſumma in verbo, matrimonium. lib. ij. q. xvj. Alciatus in trac. de præſum. reg. 3. præſum. xxxviij. nu. 1. verſi. ſed quod ſi. & Didacus in epitome de ſponſal. parte prima. c. iiij. §. j. nu. 19. Et quo ad caſum d. c. vlt. de quo vberius ſuo loco dicemus: duplex aſſignatur ratio à Doctoribus ibi. Quarum vna huic generali quæſtioni & rationi conuenit, quod ſcilicet duo ſpecialia
3 † ſimul concurrere non poſſint. Primū eſt ſpeciale, quia conatus haberetur pro facto, quod tamen propriè non eſt factum. Secundum quod ex præſumptione cauſa iudicaretur, cum tamen regulariter iudicari debeat ſecundum veritatem ipſam.

## QVAESTIO XXII.

Præſumptio quomodo à verbis colligatur, atque ducatur.

### SVMMARIVM.

1 *Verba ſunt cordis nuncia, nec præſumendus eſt quiſquam dicere, quod non prius mente agitauerit.*
2 *Sermones ſunt ingeniorum & morum imagines.*
3 *Dicta præteriti temporis, coniecturam faciunt ad actum præſentem.*
4 *Dicta præſentis temporis, coniecturam præbent voluntatis præteritæ.*
5 *Dicta futuri temporis, præſumptionem faciunt ad iam præterita.*

QVAERO vigeſimoſecundò, quomodo præſumptio & cōiectura ducatur à dictis, atque ita à verbis? Non eſt dubium, quin coniectura & præſum-
1 ptio ducatur à verbis, cum illa ſint cordis † nuncia. Neque enim (ait iuriſconſ. in l. Labeo. §. idem tubero. ff. de ſupp. leg.) eſt præſumendus quiſquam dicere, quòd non prius mēte agitauerit. Et Ariſtoteles in Rhetor. ad Alexan-
2 drum. ca. de ſpecie laudandi. ait ſermones † eſſe ingeniorum & morum velut imagines. Et alibi idē ſcribit ſermones eſſe notas earum, quæ in anima ſunt paſſionum, ſiue animi affectionum quædam ſigna. Et hac de re ſcribit Simancas Catholicarum inſtit. tit. 50. de præſumptionibus. nu. 18. & ſuo loco dicemus. Dicta autem vel præteriti, vel præſentis tem-
3 poris, vel futuri conſiderantur. Ex dictis † præteriti temporis coniectura ſumitur ad actum præſentem. l. vtrū. ff. de petitio. hæred. & l. ſi ſeruus plurium. §. vlti. ff. de lega. j. quæ in hanc ſententiam recenſuit Afflictus dec. ccclxxv. nu. 1. & 2. qui alios recenſet. Extat exemplum apud Bald. in l. multum. nu. 2. C. ſi quis alteri, vel ſibi. cùm dixit, inſtrumentum emptionis cōfectum nomine vxoris, & ſi re vera maritus emit; præſumi ſimulatum, ex dictis ante celebratum contractum, vt ſi iam dictum fuit quod maritus erat emptor. Recenſet aliud exemplum Ruin. conſi. iiij. in fine. lib. j. Et alia ſuo loco dicemus.

4 Ex dictis præſentis † temporis, cùm negotium cōficitur, coniecturam facimus voluntatis præteritæ. l. vxor. vbi Bart. de leg. iij. & Afflictus d. dec. ccclxxv. nu. 1. ver. & ex verbis.

5 Ex dictis futuri temporis † præſumptio fit & coniectura ad iam præterita, vt ſcilicet præmeditata illa fuerint. d. l. Labeo. §. idem Tubero. de ſupp. leg. l. ſi non conuicij. C. de iniuriis. & c. 1. de prçſūm. Poteſt hic afferri exemplum ex Baldo in d. l. multum. nu. 2. C. ſi quis alteri vel ſibi; cum dixit, emptionem factam nomine vxoris, præſumi re vera factam nomine mariti ex dictis ab ipſamet muliere poſt contractū celebratum. Et illo in loco plura egregia hac de re, ſcribit ipſe Baldus & nos dicemus infra libr. iij. in præſumpt. lxxv. dum, explicabimus, præſumptiones ſimulati cōtractus facti nomine vxoris, cum tū eſſet mariti. Cæterum annotandum eſt, præſumptionē hanc quæ ducitur ex dictis vel factis, eſſe validiorem ea, quæ ſumitur ex non factis, vel non dictis, de qua ſtatim dicemus. Ita Abb. in c. veniēs. nu. 7. de filiis preſbytero. & Alciatus in reſp. cccccxxv. nu. 11. & attingemus infrà in q. xxvj. in fine.

## QVAESTIO XXIII.

Præſumptio & coniectura, quando & quomodo ſumatur ex non factis, vel ex non dictis, breuis faciliſque explanatio, multis exemplis illuſtrata.

### SVMMARIVM.

2 *Præſumptio non ſumitur ex non factis vel non dictis, declaratur num. 8. & nume. 13.*
2 *Præſumptio nulla colligitur ex his, quæ non apparent.*
3 *Actus conſiſtentes in pati, non arguunt conſenſum.*
4 *Maritus retinens penes ſe dotem vxoris, non cenſetur adiuiſſe hæreditatem nomine filiorum.*
5 *Socius finita ſocietate, dimittens ſortem penes ſocium, non videtur ſocietatem renouare.*
6 *Actus negatiuus nil infert.*
7 *Princeps tolerans bannitum in ciuitate, non iudicatur eum à banno abſoluiſſe.*
9 *Non factum conſideratur duobus temporibus.*
10 *Pater liberis ſuſceptis, donationem cauſa mortis factam non reuocans, oſtendit ab initio donationis ſe eo animo fuiſſe, vt donaturus fuiſſet, etiam ſi de liberis cogitaſſet.*
11 *Hæres iuſſus à teſtatore reficere domum, ſi non patitur deferri cementa & alia neceſſaria, præſumitur voluntati eius in futurū parcere nolle.*
12 *Tacens in multis caſibus videtur conſentire.*
14 *Pater ſubſtituendo filio extraneum, non præſumitur filios ex eo natos excludere voluiſſe.*
15 *Pater ſubſtituens filio impuberi, cenſetur ſubſtituiſſe etiam ſi in pupillari ætate deceſſerit.*
16 *Pactum factum de dote reddenda patri d. tanti vel eius fratri hæredi, ſi*

*filia deceßiſſet ſine liberis, prodeſt etiam filijs patris, poſt initum pactum ſuſceptis.*

QVAERO Vigeſimotertiò, an & quomodo conie-
ctura & præſumptio ducatur à non factis, & à non
dictis? Hac in re pro regula conſtituendum eſt;
1 præſumptionem † non ſumi ex non factis, vel non
2 dictis. Quandoquidem ex his, quę non apparent nulla † præ-
ſumptio colligitur. Ita Anch. in conſi. cccij. Materia, de qua
quæritur, & Craue. in conſi. ccij. nume. 9. & in conſi. cccxix.
numero 13. verſic. decimononò, adducti. l. quod ſeruus. ff. de
cond. ob cauſam. & l. in lege. ff. de contrahen. empt. Et aper-
tius ſcribit Marius Salomonius in l. Gallus. §. quidam re-
ctè. numero 32. ff. de liberis & poſthum. præſumptionem
tunc regnare, quando apparet, quid geſtum, qualiter autem
geſtum in obſcuro eſt. Hinc ſcripſit Innocen. in capit. olim
3 li. iij. in fine, de reſtitutio. ſpoliator. quod actus † conſiſten-
tes in pati: atque ita actus negatiui non arguunt cõſenſum.
Et Innocentium ſecuti ſunt alij, quos congeſſi in conſilio
ccxxj. numero 84. lib. ij. quo in loco numero 83. ſcripſi ex
ſententia Baldi in l. non hoc. C. vnde legitimi, & aliorum,
4 maritum † retinentem apud ſe dotem vxoris, non cenſeri ad-
iuiſſe hæreditatem nomine filiorum. Cum actus iſte reten-
tionis, ſit ſolum ſilentium, ſicque non dictum, vel non factũ.
Et ibidem ſimile ſcripſi ex Crotto in conſil. xv. numero 15.
5 ſocium dimittentem † apud ſocium ſortem ipſam, poſt fini-
tam ipſam ſocietatem, non ſignificare, quòd renouare vo-
luerit ſocietatem ipſam. Non commemoro alia, quę ad rem
hanc, illo in loco ſcripſi. Huc facit quòd docuit Abbas in c.
veniens. nume. 7. verſic. quandoque non promouet. de filiis
presbytero. cũ dixit, quod ille, qui patitur, atque ita actum
negatiuum facit, non dicitur diſpẽſare cum inhabili vel ex-
6 cõmunicato: ex quo actus † negatiuus nihil infert. Et Abba-
tem ſecuti ſunt Imola in ca. quidam conſulebat. col. iij. ver.
aut princeps. ff. de re iud. Soc. Sen. in conſi. xcix. col. iij. verſ.
ſed reſpondeo. lib. j. & Ruinus in conſi. lxxxv. col. pe. ſecun-
dus caſus eſt. lib. iiij. Quo quidem in loco Ruinus ſimile re-
7 ſpondit de principe, † qui bannitum in ciuitate tolerauit, vt
ex ea patientia nõ dicatur eum à banno abſoluiſſe. Ruinum
ſecutus ſum in conſi. cclxxv. nu. 50. libro iij. quo loci alia ad
rem congeſſi.

Declaratur primò hæc regula, vt locum nõ habeat quan-
do is, qui debet aliquid facere, vel dicere, nil facit vel dicit:
8 tunc ex † eo non facto, vel non dicto colligitur præſumptio
& coniectura. Ita docuit Bar. in l. gerit. nu. 28. ff. de acq. hær.
cum dixit, ꝙ ſi hæredi ſcripto aſſignatus fuit terminus: ad
adeundum vel repudiandum hæreditatem; ſi hic intra præſti
tutum illum terminũ nihil facit, ex hoc non facere, præſum-
ptionem aditionis infert. l. vlt. §. ſin autẽ hoc. C. de acq. hære.
& l. quandiu. ff. eo. vbi idem Bar. alia exempla mox appare-
9 bunt. Hoc non factum duobus † temporibus, nẽpè præterito
& præſenti conſiderari poteſt. A non facto pręteriti tempo-
ris ducitur coniectura ad tempus præſens, vt in l. nõ omnes.
§. à Barbaris. ff. de re mil. Qui enim vt negligẽs, nihil egit, at
que ita non facit ꝙ facere debuit, nõ excuſatur de præſenti,
quia & nunc negligenter egiſſe præſumitur. A præſenti non
facto præſumptio ſumitur, vel ratione futuri. Ex præſenti
ratione præſentis tẽporis colligitur præſumptio, vt in exem
plo ſupra commemorato ex Bar. in d. l. gerit. nu. 28. cũ dixit,
ex eo nõ facto præſenti, argui de præſenti hæreditatis repu-
diatione. Ex præſenti verò ad præteritum ducitur præſum-
ptio & coniectura, vt in exemplo illo commemorato à Bar.
in d. l. gerit. nu. 28. verſ. aliud exemplum. Si debitor in diem
ſucceſſit creditori, & non ſoluit aliis, qui ſuccedunt ipſo
repudiante. Ex hoc non facto præſumitur hunc debitorem
iam adiuiſſe hæreditatem. Quam quidem traditionẽ multis
argumentis confirmauit Bart. quem ſecuti ſunt multi, quos
commemorabimus infrà lib. iiij. præſum. cxij. cũ de aditio-
ne hæreditatis pręſumẽda agemus. Afferri & hic poteſt exẽ-
plum illud, ꝙ ſumitur ex traditione Tiraq. in l. ſi vnquam. in
verbo, donatione, nu. 257. C. de rer. don. Cum dixit, ꝙ ſi pa-
10 ter † ſuſceptis liberis, nõ reuocat donationem cauſa mortis,
quam iam fecerat, oſtendit eo ſe ſemper animo fuiſſe ab ini-
tio donationis, vt donaturus fuiſſet, etiam ſi de liberis cogi-
taſſet. Et demum ex præſenti non facto, ducitur præſumptio
11 & coniectura ad futurum: ſicuti quando hæres † iuſſus à te-
ſtatore reficere domum, ſi non patitur deferri commenta &
alia neceſſaria ad refectionem, præſumitur, ꝙ parere nolit
in futurũ voluntati teſtatoris. Ita probat. l. veteres. ff. de iti-
nere actuq; priuato. A non dicto, hoc eſt à taciturnitate prę-
12 ſumptio ſumitur. Nã dicimus, quod is qui tacet, † multis in
caſibus conſentire videtur, vt omnes tradunt in l. quæ dotis.
ff. ſol. mat. & in c. is qui tacet. de regu. iur. vj. & attigimus ſu-
prà in q. xvj. in fi. & latiſſimè explicabimus infrà lib. vj. præ-
ſump. lxxxvij.

13 Declaratur ſecundò † vt non habeat locum hæc regula,
quãdo lex ipſa præſumptionẽ colligit, ſeu imaginatur, quod
etſi nihil dictũ, vel factũ legatur, nihilominus quod dictum
& factum id fuerit. Ita ſcribunt duo bene eruditi interpre-
tes, Viglius ſcilicet in inſti. de pupillari ſubſti. in princi. nu.
17. & Vaconius in lib. iiij. declaratio. iuris. c. xxiiij. dum ex-
plicant ſenſum. l. in teſtamẽto. lib. j. C. de teſta. mil. ſcribunt
ij. legem aliquãdo ſumere coniecturã ex dictis ſeu ſcriptis,
aliqñ ex non ſcriptis ſed à ſe ipſa imaginatis. Exẽplũ ex non
ſcriptis habetur in l. cũ auus. ff. de condi. & demõ. & apertius
in l. gñaliter. §. cum autẽ. C. de inſti. & ſubſt. vbi lex cõiectu-
14 ram ſumit, quod etſi pater teſtator † ſubſtituẽdo filio extra-
neum, non adiecerit, ſi filius ipſe reliquiſſet filios, quod illi,
& non extraneus ſubſtitutus ſuccedat: attamen lex præſum-
ptionem, & coniecturam facit, quod ita diſpoſuerit, etſi ſcri
ptum id non fuerit. Qua de re latiſſimè diſſeremus ĩ. lib. iij.
præſumpt. liiij. vbi explicabimus tractationem d. l. cũ auus.
Eſt aliud exemplum in l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pupill.
ſubſti. & in l. quãuis. C. de impub. & aliis ſubſti. vbi lex præ-
15 ſumit patrem † filio impuberi ſubſtituentem cenſeri ſubſti-
tuiſſe, etiam ſi in pupillari ætate deceſſerit, tametſi ſcriptum
id nõ reliquerit. Extat & exemplum in l. Titius. §. Lucius. ff.
de libe. & poſthu. quo loci lex coniecturam facit, quod etſi
ſcriptum non legatur, auum hæredem feciſſe nepotem iam
natum: attamen lex præſumit teſtatorem illum vocaſſe. Eſt
demum exemplum in l. tale pactum. §. vlt. ff. de pact. vbi pa-
16 ctum † factum de dote reddenda ipſi patri dotanti, vel eius
fratri hæredi, ſi filia deceſſiſſet ſine filiis, prodeſt etiam filiis
patris poſt initum pactũ ſuſceptis: tametſi de illis nihil fue-
rit dictum. Lex enim cõiecturam facit, quod ſicuti pater ſti-
pulatus eſt ſibi dotem reddi, vel hæredi ſuo, quem fratrẽ eſſe
ſperabat, ex quo eo tempore illum tantum habebat, ſi credi-
diſſet ſuſcipere filios, quod nomine filiorum ante fratrem
ſtipulatus fuiſſet. Qua de re copioſius ſuo loco dicemus.

## QVAESTIO XXIIII.

Præſumptio quomodo ducatur de tempore ad tempus, diligens, & accurata admodum explanatio.

### SVMMARIVM.

1 *Tempus triplex eſt.*
2 *Præſumptio ex tempore præterito, ducitur circa præteritum & numero 7.*
3 *Conuerſus non præſumitur, qui focariam habuit, & veſte vſus eſt laicali, poßidendo propria.*
4 *Comminatus alteri, ſe eum occiſurũ, ſi q; reperiatur poſtea occiſus, præſumptio eſt homicidam eſſe eum, qui minas intulit.*
5 *Debitor redditus annui, probans ſolutionem trium annorum continuorum, proxime elapſorum, præſumitur alijs annis quoque ſoluiſſe.*
6 *Venditore aſſerente, ſe deceptum fuiſſe vltra dimidiam iuſti pretij, quod tempus inſpici debeat.*
8 *Præſumptio ex tempore præterito, ducitur etiam circa præſens.*
9 *Præſumptio aut argumẽtatio ducta à præterito ad præſens, requirit duo extrema præteritum verum, & præſens poßibile. nu. 37.*
10 *Subditus olim, & hodie præſumitur.*
11 *Voluntatis aut opinionis certæ, qui fuit quondam, eiuſdem & nunc præſumitur.*
12 *Rem præterito tempore qui habuit, non præſumitur eam amiſiſſe.*
13 *Diues olim, & hodie præſumitur talis.*
14 *Homo quod ſciuit antea, præſumitur hodie ſcire.*
15 *Furioſus qui tempore præterito fuit, ita & nunc præſumitur. Idem in agro, & infirmo. nu. 16.*

17 Præſum



17 *Præſumptio ex tempore præterito ad præſens, quando duci nequeat.*
18 *Infans olim, hodie non præſumitur.*
19 *Litteras qui in pueritia neſciuit, non præſumitur hodie ignorare.*
20 *Percutiens olim, non præſumitur hodie percutere.*
21 *Præſumptio à tempore præterito, ducitur ad futurum.*
22 *Malus tempore præterito, præſumitur malus in futurum.*
23 *Negligens qui fuit, præſumitur talis de præſenti.*
24 *Accuſare per calumniam præſumitur is velle, qui præterito tempore per calumniam accuſauit.*
25 *Periurus ſemel, in futurum talis præſumitur.*
26 *Iniuriam ſemel qui remiſit, in futurum quoque remiſiſſe præſumitur.*
27 *Iuri Canonico negligenter operam nauans, præſumitur negligens futurus in addiſcendo iure ciuili.*
28 *Mulier de præſenti committens ſtuprum, præſumitur adulterium commiſiſſe etiam marito viuo.*
29 *Præſumptio ducta à præterito ad futurum, nunquam eſt iuris & de iure, ſed iuris tantum.*
30 *Præſumptio à præterito ad præſens, non habet locum in his, quæ curſu temporis mutantur.*
31 *Præſumptio à tempore præſenti ad alia tempora, quomodo fiat.*
32 *Præſumptio de præſenti in præſens.*
33 *Criminoſus de præſenti non præſumitur bono zelo accuſare.*
34 *Confeſſo crimen ſe cum ſocijs commiſiſſe, non creditur de ſocijs.*
35 *Præſumptio de præſenti in futurum, quæ fiat.*
36 *Incontinens qui nunc eſt, in futurum talis præſumitur.*
38 *Præſumptio de præſenti ad præteritum, quomodo ducatur. num. 39. 40. & 41.*
42 *Probatio plena vt fiat, regulariter ex præſenti non infertur ad præteritum, ſecundum Bart.*
43 *Status præſens, tollit præſumptionem præteriti temporis, ſecundum Alciatum.*
44 *Tempus præſens habet connexitatem quandam cum præterito.*
45 *Diues, & ſoluendo qui non eſt de præſenti, nec tempore præterito ſoluendo fuiſſe præſumitur.*
46 *Pauper de præſenti, præſumitur etiam retro fuiſſe pauper.*
47 *Prædia nunc culta, præſumuntur in præteritum culta fuiſſe.*
48 *Hæreticus de præſenti, præſumitur ex præterito hæreticus fuiſſe.*
49 *Idioma aliquod qui nunc loquitur, præſumitur in præteritum illud loqui ſciuiſſe.*
50 *Præſumptio ex præſenti, quando non ſumatur ad præteritum, & de qua præſumptione ad intelligendum. num. 55.*
51 *Prudentem eſſe, & literatum, eſt quoddam contingens.*
52 *Prudens nemo naſcitur, nec literatus oritur.*
53 *Qualitas extrinſeca niſi probetur non præſumitur.*
54 *Feudum nunquàm præſumitur antiquum, ſed nouum.*
56 *Præſumptio à tempore futuro, quomodo fiat ad alia tempora.*

QVAERO vigeſimoquartò, quomodo præſum-
ptio ſumatur atque ducatur à tempore ad tem-
pus? Egregia eſt quæſtio, quam explicat inter
cæteros gloſſ. in c. ſcribam. & ibi Doct. de præ-
ſump. Bal. in l. ex perſona. C. de probat. Floria in l. nõ eſt ne-
ceſſe. ff. eo. & ibi Iacob. Euerard. in centuria legali in loco,
à tempore ad tempus. & Alcia. tract. de præſum. reg. ij. præ-
ſum. xxv. & xxvj. Horum traditiones in multis ſequar, pręter
eos tamen alia non contemnenda addã. Et cum tria ſint tem
1 pora † præteritum, præſens & futurum, tria etiam capita ita
conſtituo, atque diſtinguo.

Primum eſt caput quò ad tempus præteritum, quo qui-
dem in capite tres diſtinguo caſus. Et primus eſt, vt ex tem-
2 pore præterito † ducatur præſumptio circà præteritum. Ita
Euerardus in dicto loco à tempore ad tempus. nu. 3. Exem-
pla adfert ille plura. Illud eſt primum ex c. quia ſunt culpæ.
xxviij. diſt. vbi ex eo, quòd aliqua mulier incõtinenter prius
vixit, præſumitur quod non fuit vxor diaconi: & ob id ſcri-
3 bunt ibi interpretes, quod non præſumitur conuerſus, † qui
focariã habuit, & bona propria poſſedit, & veſte laicali vte-
batur: & propterea eo mortuo, non poterit Abbas eius bo-
na vendicare. Et poſt alios egregię ibi declarat Io. de Turre-
cremata. nu. 3. & 4.

Eſt ſecundum exemplum ex traditione Specu. in titu. de
4 præſump. verſi. ſed pone. &c. quod ſi quis † comminatus fue-
rit alteri, ſe eum occiſurum, & ille poſtea reperitur occiſus,
ſed ignoretur à quo: præſumptio eſt, quod ille hoc fecerit,
qui minas intulit. Speculatorem ſecuti ſunt Abb. & alij in
c. ſcribam. & in c. literas. de præſumpt. Et qua de re copioſè
diſſeremus infr. q. xcij. vbi explicabimus, quando minæ in-
dicium faciant ad torturam.

Tertium exemplum adfert Euerardus, quod ſi debitor
5 † annui redditus, probat ſolutionem trium cõtinuorum an-
norum proximè elapſorum, præſumitur facta ſolutio alio-
rum annorum præteritorũ. Ita probat text. ſingularis. l. qui-
cunque. C. de apochis publ. lib. x. qui etſi loquatur in præſta
tionibus fiſcalibus attamen locũ etiam habet in cæteris an-
nuis præſtationibus, vt eſt gl. notab. in l. ij. C. de iure emph.
quam ibi ſecuti ſunt Salic. q. ij. & q. viij. idem Salic. in l. cũ
de in rem verſo. ff. de vſur. & in l. ſolennibus. in fin. C. de rei
vend. Iaſ. in d. l. ij. nu. 75. C. de iure emph. & in l. ſi certis an-
nis. col. ij. ver. adde principaliter. C. de pact. Calca. cõſil. xlv.
col. vlt. Iacobi. in d. l. non eſt neceſſe. nu. 3. ff. de proba. Fran.
Cremen. ſing. lxxviij. & alios plures commemorat Ant. Ga-
briel in ſuis concluſionibus. lib. j. tit. de præſumpt. concluſ.
xj. & vberius dicemus inf. lib. iij. præſump. cxij.

Et in ſpecie noſtra hoc exemplum commemorat, & pro-
bat Iacobi. à S. Georg. in d. l. non eſt neceſſe. numer. 3. ff. de
proba. Quartum exemplum affert Floria in d. l. non eſt ne-
ceſſe. nu. 1. verſicu. ex quo arguit, poſt Cynum in authen. ſed
quamuis. q. vlt. C. de rei vxo. actio. Si dicit venditor, ſe fuiſ-
6 ſe † deceptum vltrà dimidiam iuſti pretij, quod conſiderari
debet ſecundum tempus cõtractus. l. ij. vbi omnes. C. de re-
ſcin. vend. ſi teſtes teſtantur rem tanti valuiſſe eo anno, ſed
ante tempus contractus, præſumptio ſumitur, quod deinde
etiam ſicque tempore contractus res tanti valuerit: atq; ita
7 ex tempore † præterito præſumitur circa præteritum.

Secundus eſt caſus huius primi capitis, quando ex præ-
8 terito † tempore præſumitur circà præſens. Quo ſanè in caſu
paſſim ſumitur hæc præſumptio, vt tradũt Bal. in d. l. ex per-
ſona. in ij. notab. C. de prob. & Euerardus in d. l. loco à tem-
pore ad tempus. nu. 4. Et vterque dixit, quod ad hoc, vt hæc
argumentatio procedat à præterito ad præſens, requiruntur
9 † duo extrema: nempè præteritum verum, & hoc eſt extre-
mũ à quo: & præſens poſſibile, & hoc eſt extremũ ad quod.
Huius præſumptionis exempla adferri adeò poſſunt multa,
vt dixerint Bal. & Euerardus, hanc præſumptionem verſari
circa decem prædicamenta: de quibus quidem abundè dixi-
mus ſup. Et quò hic caſus explicetur, duo vel tria exempla
adferam, præter illa Baldi, & Euerardi. Eſt ſanè exemplum
ex c. prætereà. li. ij. de trãſact. vbi Bal. Abb. & cæteri, quo lo-
ci ſumitur hæc præſumptio, quod qui tẽpore præterito fuit
10 † ſubditus, ita etiam nunc præſumatur. Secundũ adferri po-
teſt exemplum ex l. eum, qui voluntatem. ff. de proba. & l. cũ
hic ſtatus. in princ. ff. de dona. inter vir. & vxor. quib. in locis
colligitur præſumptio, quod is, qui fuit certæ voluntatis, &
11 opinionis, † eiuſdem quoque & nunc præſumatur. Qua de
re dicemus inf. lib. vj.

Tertium eſt exemplum, quod ſi quis rem aliquam habuit
præterito tempore, præſumitur etiam hodie habere, ſicque
12 præſumitur † quòd eam non amiſerit. l. ſi quis ex argẽtariis.
§. vlt. ff. de eden. & l. teſtamentum. in fi. C. de teſta. & ad rem
tradit Alc. in d. reg. ij. præſump. xxv. nu. 1. poſt Alex. in l. do-
mos. de leg. j. & Fel. in c. vlt. de proba. & dicemus copioſius
inf. lib. 6. præſumpt. xxj. vbi declarabimus, quando amiſſio
rei præſumatur. Qua ex re ſumitur præſumptio, quod ille,
13 qui erat † diues, ſit etiam hodie. Ita gl. in §. ſin autem fortui-
ta. in verbo, à patre. in authen. de æqualita. dotis, quam pro-
bat in ſpecie Iacobinus in dicta l. non eſt neceſſe. numer. 5.
ff. de proba.

Quartum eſt exemplum ex traditione Bartol. in l. filio. in
14 princi. ff. de adim. leg. cum dixit, quoad homo † ſcire hodie
præſumitur, quod antea ſciuit.

Quintum eſt exemplum ex c. vlt. de ſuc. ab inteſt. quo di-
15 cimus, quod ille, qui tẽpore pręterito fuit furioſus, † ita etiã
nunc talis p̃ſumitur. Et ſimile eſt ex gl. in c. cũ inter Canoni
16 cos. de elę. quod ille, qui præterito tempore æger, † & infir-
mus fuit, ita etiam nunc præſumitur. Qua de re vberius di-
cemus infr. li. vj.

17 Declaratur hic caſus, vt non † procedat, quando res ſunt
varibiles ex ipſo temporis curſu, vel ex ipſius naturæ neceſ-
ſitate, vel ex veriſimilitudine, vel ex agendi qualitate. Sicuti
18 dicimus, quod ille, qui olim fuit infans † non præſumitur
etiam

etiam hodie infans,l.cum te.C.de probat. Nam neceſſitas
naturæ repugnat.Qua de re plura dicam j̃.lib.ij.præſumpt.
vbi diſſeram,quando ætas vel maior vel minor præſumatur.
Ita quoq; ex veriſimilitudine dicimus, quod ille qui à pue-
19 ritia†neſciuit literas,non præſumitur hodie neſcire;cũ veri-
ſimile ſit hominem quotidie diſcere poſſe.l.Stichus.de leg.
iij.& c.ſi eo tempore.de reſcri.in vj.Ita ex qualitate agendi
20 dicimus,non præſumi quod ille, qui olim † percuſſit etiam
hodie percutiat.l.maritus.ff.locati.Et alia, ita declarando,
ſcribit Alcia.in dicta regu.ij.præſumpt.xxv.numero 1.ver-
ſicul.& dicta præſumpt.poſt Bald.in dicta l.ex perſona.C.
de probat.

Tertius eſt caſus huius capitis,quod præſumptio duca-
21 tur†à tempore præterito ad futurum.vt tradit Euerardus in
d.loco à tempore ad tempus.nume.1.

Exemplum adferri poteſt primum ipſo Euerardo aucto-
re,ex cap.ſemel malus.de regu.iur.in vj.qui præterito tem-
22 pore malus†fuit,præſumitur etiam quod erit malus in futu
rum.Ita in c.mandata.& cap.ſcribam.de præſump.vbi quis
23 negligens†in præteritum fuit præſumitur etiam negligens
de præſenti : & ſtatim dicam j̃.cum Abbate,& aliis, ſic in l.
ij.ff.de Senat.Ita quoque in l.ſi cui.§.iiſdem.ff.de accu.qui
24 præterito†tempore per calumniam accuſauit, ita etiã præ-
ſumitur in futurum calumniari velle. Secundum exemplum
adferri poteſt ex c.literis.in fi.de præſumpt.quo loci ſumi-
25 tur hæc præſumptio,quod,qui ſemel † periurus fuit, erit &
in futurum periurus.Et dicemus infrà lib.v.præſum.xlv.vbi
declarabimus d.regulã,ſemel malus. Tertium exẽplum po-
teſt ſumi ex §.vlt.vbi gloſ.in inſt.de iniuriis,vbi qui remiſit
26 †iniuriam,præſumitur etiam remiſiſſe in futurum. Quartũ
eſt exemplum Abbatis,& aliorum in c.ſcribam.de præſum.
27 quod ille,qui in præterito†tempore ſtuduit negligenter in
iure Canonico,etiam in futurum negligẽter ſtudebit in iu-
re Ciuili.Quintum exemplum adferri poteſt in §. vnum ſi
quidem.vbi Bar.nu.1.in auth.de reſti.& ea, quæ parit in vn-
28 decimo menſe,quo ſancitũ eſt,mulierem † de præſenti ſtu-
prum committentem præſumi adulterium cõmiſiſſe etiam
viuo marito.Qua de re dicemus j̃.libr.v.præſumpt. De his
exemplis dicemus copioſius ſuis locis. Et poſtremo hoc in
caſu illud eſt annotandum ſecũdum Euerardum, quod præ-
29 ſumptio†hæc,quæ ſumitur à præterito ad futurũ,nunquam
eſt iuris,& de iure,ſed iuris tantũ.Qua de re diximus ſupra.
30 Declaratur his caſus, vt locum non habeat in his † quæ
curſu temporis mutantur:ſicuti dixi in declaratione præce-
dentis caſus.

Secundum eſt huius quæſtionis caput, de præſumptio-
31 ne,quæ ſumitur à tempore præſenti†ad alia tempora : quo
ſanè in capite,tres quoque caſus diſtinguo.
32 Primus caſus eſt,quod à tempore † præſenti præſumatur
circa ipſum præſens.Ita gl.in d.c.ſcribam.de præſum.Eue-
rardus in dicta Centuria legali in loco,à tempore ad tẽpus.
nu.17.Exemplum eſt ex c.qui crimen.vj.q.j.& c.j.de accu-
ſat.in quib.ſumitur præſumptio,quod ſi quis de præſenti ſit
33 †criminoſus,non bono zelo accuſet.Hinc eſt,quod regula-
34 riter†non creditur confeſſo,ſe commiſiſſe aliquod crimen
vna cum Caio,& Sempronio ſociis ſuis.l.vlt.C.de accuſat.
Ea eſt ratio, quia cum conſtet ipſum confeſſum eſſe crimi-
noſum & indignum,cui fides adhibeatur, non etiam ei cre-
ditur de ſociis criminis.Qua de re vberrimè ſcripſi libro ij.
de arbitrariis iudicum &c.

Secundus eſt caſus huius ſecundi capitis, quãdo præſum-
35 ptio ſumitur † à tempore præſenti ad futurum,vt verè ſumi
tradunt gl.in d.c.ſcribam.de præſum.& ibi Doc.& Euerar-
dus in dicto loco à tempore ad tempus.nu.18.Exemplum
adfertur ex c.ſi quis diaconus. 50.diſt.quo loci habetur, qđ
ille,qui eſt de præſenti negligens,erit etiam negligẽs in fu-
turum.Adfertur quoq; exemplũ,quod ille,qui falſum com-
miſit de præſenti,ſit idem facturus in futurũ,& ob id,ei non
adhibetur fides,nec relinquitur facultas conficiendi alia in-
ſtrumenta.Ita tradunt Iaſ.in l.Barbarius.nu.58.ff.de offic.
prætor.& Marſil.in ſingul.dlxxxiij.Et dicemus j̃.lib.v.præ-
ſum.xlij.vbi declarabimus.Eſt etiam tertium exemplum ex
c.quia aliquanti.lxxxij.diſtinct.in fin.quod in hanc ſenten-
tiam annotarunt Baldus,& Feli.in cap.mandata.nume.1.de
36 præſump.vbi qui nunc eſt incontinens, †præſumitur, quod
ſic etiam erit in futurum.

Tertius eſt caſus huius ſecundi capitis, quando præſum-
ptio ducitur à tempore præſenti ad præteritũ. Qua quidem
37 in re illud prius ſciendũ eſt,quod ad hoc, vt hæc†argumen-
tatio locum habeat,requiritur extremum à quo verum, vt
eſt ſtatus præſens:Et extremum ad quod poſſibile, vt eſt ſta
tus tẽporis præteriti.Ita tradunt Bald.in d.l.ex perſona.col.
j.verſi.ſecunda materia.C.de probat.& Euerard.in d.loco à
tempore ad tempus.nu.20. Quo autem modo ſumatur hæc
38 præſumptio à præſenti†ad præteritũ, diſtinguendi ſunt vna
cum Baldo, & Euerardo præcitatis in locis, aliquot caſus.
39 Quorum primus eſt,quando verſamur†in materia neceſſa-
ria.Et tunc omninò procedit argumentum, & præſumptio.
Exemplum eſt,ſum hodie minor; Ergo non ſolùm præſum-
ptione,ſed etiam neceſſitate naturali ſequitur, quod retro
fui minor.l.minor xxv.annis ex aſpectu.ff.de minor.Secun-
dum eſt exemplum,ſum natus,ergo fui cõceptus.§.j.in au-
then.de reſti.& ea,quæ parit in vndecimo menſe. Quo ſanè
exemplo vſi ſunt Bar.in d.l.ex perſona.col.vlt.verſ.ſecundò
quando.C.de proba.& Bal.in l.ſi ij,qui.nume.4.C.ad l.Iul.
de adulter.Floria.in d.l.non eſt neceſſe.in fi.ff.de probat.&
Alciatus reg.ij.præſumpt.xxvj.nu.2.verſic.facit tertiò.Ter-
tium exemplum eſt,ſi vinea,fundúſve fructus producit, præ
ſumptio neceſſariò ſumitur,quod iam fuerit cultus.Ita Bar.
in d.l.ex perſona.col.vlt.verſi.ſecundò quando.Florian.in l.
non eſt neceſſe.in fin.ff.de proba. & Alcia.in d.præſumpt.
xxvj.nu.2.ver.idem ſi hodie.
40 Secundus eſt caſus,quando†verſamur in materia impoſ-
ſibili ſtare in eodem ſtatu ; tunc ex præſenti non præſumitur
in præteritum.Exemplum ſit ſecundum Bal. & Euerardum
præallegatos, ſi dico, hodie ſum maior vigintiquinque an-
norum,ergo retro fui maior.Non enim hæc argumentatio,
& præſumptio duci poteſt.l.ſi te minorem.& l.cum te.C.de
proba.& ſcribit Bar.in l.de ætate.nume.13.ff.de minor. vi-
gintiquinque ann.
41 Tertius eſt caſus, † quando verſamur in materia contin-
genti.Quo quidem in caſu ſolent ſubdiſtingui duo alij ca-
ſus.Primus eſt,quando præſens ſtatus,poteſt concurrere cũ
naturali veritate antecedentis,& tempus ipſum præſens,ha-
bet ſe ad præteritum, vt finis ad principium. Hoc in caſu ſi-
ne controuerſia, ex præſenti præſumitur in præteritum. Ita
Barto.in d.l.ex perſona.numer.6.verſi.j.caſu.C.de probat.
Floria.in l.non eſt neceſſe.nume.3.ff.de probat.& Alciatus
in d.præſumpt.xxvj.nu.2.ver.fallit quartò. Exemplum ad-
fertur ex l.ſed & Iulianus.§.proinde.ff.ad Sen.C.Macedon.
vbi ſi filius conuertit in rem patris pecuniam mutuo ſuſce-
ptam,præſumitur ab initio eo animo ſuſcepiſſe:atque ita lo
cus non eſt diſpoſitioni S.C.Macedoniani. Adfertur & ſe-
cundum exemplum,quod ſi quis mihi reſpondet de fructi-
bus empti prædij,præſumitur quod illud iam meo nomine
emerit.l.litibus.C.de agr.& cenſ.lib.xj.& tradunt Floria.&
Alciatus præcitatis in locis. Secundus eſt caſus huius tertij
caſus, quando præſens ſtatus concurrere poteſt cum natu-
rali veritate antecedentis ſtatus,& præſens non habet ſe, vt
finis præteriti.Hoc caſu ex præſenti præſumitur in præteri-
tum,ſecundum Bal.& Euerardum in locis iam allegatis;etſi
Bar.& Florianus, & Alciat.d.præſump.xxvj.numer.1.aliter
ſcriptum reliquerint.Exemplum eſt ex l.ſi ij,qui.C.ad legẽ
Iul.de adult.qua dicimus,quod accuſati de adulterio,& ab-
ſoluti prætextu conſanguinitatis, ſi deinde contrahunt ma-
trimonium,præſumuntur antea adulterium commiſiſſe : at-
que ita ex præſenti adulterio præſumitur præteritum. Cæ-
terùm Bar.in d.l.ex perſona.in ſecunda lectura.in fi.ait, hoc
42 eſſe præter regulam.Nam(inquit Bartol.)ex præſenti†non
infertur ad præteritum regulariter, vt faciat plenam proba-
tionem.Qua de re infra dicemus. Illud etiam eſt hic aduer-
tendum,quod ſcriptum reliquit Alciatus in d.regul.iij.præ-
ſump.xxvj.nu.2.ver.& eodem modo.Cùm dixit.in d.l.ſi ij,
qui,non ſumi præſumptionem ex præſenti ad præteritũ:ſed
43 quod præſens†ſtatus tollit præſumptionem præteriti tem-
poris.Erat enim in caſu d.l.ſi ij,qui,orta præſumptio ex al-
legata conſanguinitate, quod adulterium non cõmiſerint,
hanc deinde præſumptionem tollit præſens ſtatus, nempè
ſubſecutum matrimonium.Verum à recepta aliorum inter-
pretatione non diſſentit idem Alciatus in eodem tract.de
præſump.



præſump.reg.ij.præſumpt.ix.nu.1.& nos vberius dicemus
infra lib.v.præſump.xxv.in prima extenſione dum explica-
bimus præſumptionem illam , quod ſemel malus ſemper
malus præſumatur.Et huc pertinent tex.§.vlti.in authen.de
reſtit.& ea,quæ parit in vnd.menſe,& in cap.cum per belli-
cam.xxiiij.q.ij. quibus dicimus , quod hodie incontinens
præſumitur,quod etiam præterito tempore fuerit inconti-
44 nens. Habet enim tempus † præſens connexitatem quan-
dam cum ipſo præterito:ſicuti docuit Florianus in d.l.non
eſt neceſſe.col.vlti.ff.de probat.& ibidem Iacobinus nũ.2.
Secundum exemplum adfertur ex d.l.ex perſona.C.de pro-
ba.vbi Bar.nu.5.& Bal.in ſecũdo notab.qua dicimus, quod
45 ille, qui non eſt de præſenti†diues & ſoluendo,præſumitur
quod nec tempore præterito diues,& ſoluendo fuerit.Idem
probat.l.non eſt neceſſe.ff.eo.de probat.vbi Floria.nu.3.&
Iacobinus nu.2.in fin.& l.j.§.ſi magiſtratus.ff.de magiſtr.
conueni.quæ ſic declarat Bar.in d.l.ex perſona.col.vlt.verſ.
primo caſu.qui ſcribit,hoc contingere, quia tendit ad non
eſſe.Qui enim nunc non eſt,nec olim fuiſſe præſumitur. Id
quod ipſe Bart.declarat,niſi tendat ad non eſſe priuationis,
vt apud eum,quem ſecutus eſt etiam Florian.in d.l.non eſt
neceſſe.numero 3.verſi.quod tamen. Et prædictis accedit
Ruin.conſilio lxxvij.numer.11.lib.j.qui poſt alios reſpon-
dit,quod ille,qui hodie eſt furioſus,præſumitur quod & in
præteritum ita fuerit.Cæterùm Salicetus in dicta l.ex per-
ſona.& Alexan.in conſil.xvj.nume.3.libro v.& Bertrand.in
conſi.vij.lib.j.in nouis exiſtimarunt,id contingere,quando
vltrà actum de præſenti,concurrit aliqua præſumptio, quæ
46 infert retrò.Pauper†enim(aiunt iſti)de præſenti, præſumi-
tur etiam retrò fuiſſe pauper ; quia quilibet præſumitur in
dies ditari.l.ſi defunctus.C.arbitr.tutelæ.Vnde cum iſte nõ
reperiatur diues de præſenti, veriſimile eſt,quod etiam non
fuerit diues tẽpore præterito.Alciatus verò aliam adhibuit
interpretationem in d.præſump.xxvj.nu.2.verſi.aduerte ta-
men,ait ille,quod hoc in caſu nõ ſumitur pręſumptio à prę-
ſenti ad futurum:ſed potius quod nihil pręſumitur:& relin-
quitur onus probandi ei,qui dicit. Probabilior tamen viſa
ſemper mihi fuit Saliceti, & ſequaciũ explanatio. Tertium
exemplum eſt ex Aretino in conſi.xv.nu.3.ver.& licet, cùm
47 reſpondit,quid ſi apparet prædia†eſſe nunc culta,præſumi-
tur,quod & in præteritum culta fuerint. Cum ex præſenti
præſumatur in præteritum. Quartum eſt exemplum, ex Al-
ber.in l.cum,qui bona.ff.de iure fiſci. Cùm dixit, quod de
48 præſenti†hæreticus,præſumitur, & præterito tempore hæ-
reticus fuiſſe. Et propoſuit ille quæſtionem.Bona cuiuſdam
hæretici fuerunt publicata , & omnia in vniuerſum alicui
vendita ; creditores autem huius hæretici volunt agere ad-
uerſus hunc emptorem;quæſitum fuit,an poſſent. Alber.ita
diſtinguit.Aut eo tempore,quo contractus fuit cum credi-
toribus illis celebratus,ipſe erat hæreticus, aut non, aut eſt
dubium. Primo caſu, creditores emptorem conuenire non
poſſunt:cum tempore,quo cum eis contractum fuit,hęreti-
cus ille non habebat facultatem adminiſtrandi bona ſua,vel
contrahendi,imò eam iam amiſerat.capitul.cum ſecundum
leges.de hæret.in vj.qua tamen de re dicemus infra libro
v.Secundo caſu benè poſſunt eum conuenire. Tertio caſu,
quando eſt dubium,inquit Alber. hæreticum illum præſu-
mi fuiſſe talem etiam tempore celebrati contractus:cum de
præſenti præſumatur in præteritum.

Cæterum Euerardus in dicto loco à tempore ad tempus.
nume.19.ſcribit,tertium hunc caſum Alberici dubitatione
non carere,& rectè quidem. Nam ab eo diſſentiunt Bartol.
in l.ex perſona.in ſecunda lectura.nume.6.verſicul.& eſt in
argumentum.C.de proba.& egregiè Bald.in l.non ignora-
bit.in fi.C.de exhib.Floria.in d.l.non eſt neceſſe.nu.2.ff.de
proba.& ibi.Iacobi.nume.2.verſ.aut præſens.qui nume.4.
ſimile exemplum de fœneratore conſiderat.Ita quoque ab
Alberico diſſentiunt Iaſon in l.ſi prius.nume.45.ff.de ope.
noui nuntia.& Alciatus in d.præſump.xxvj.nu.1. Quintum
49 exemplũ adferri poteſt,quod is, qui aliquod†idioma nunc
loquitur,præſumitur quod & in præteritum illud loqui ſci-
uerit.Ita egregiè Gomeſ.in regula Cancellariæ,de Idioma-
te.q.xiij.qui refert deciſum fuiſſe à Rota Romana, quod
prouiſus de Parochiali in eccleſia Valentina Hiſpaniarum,
natus in Italia ex parte Valentino,& matre Neapolitana, &
educatus cum matre, & auia, & ſorore patris, præſumatur
tẽpore prouiſionis intellexiſſe, & loqui ſciuiſſe idioma Va-
lentinum,ex quo decem poſt annos à prouiſione loqui, &
intelligere illud ſciuit,cum ex præſenti præſumatur in præ-
teritum.

Tertius eſt caſus huius tertij caſus,materiæ ſcilicèt con-
tingentis,quando ſtatus præſens non poteſt cõcurrere cum
naturali veritate antecedentis ſtatus. Hoc ſanè caſu ex præ-
50 ſenti † non ſumitur præſumptio ad præteritum. Ita Baldus
in d.l.ex perſona.col.j.verſic.autem non poteſt concurrere,
& ibidem Barto.quem infra referam.C.de probatio. Idem
Bald.in d.l.ſi ij,qui.in fin.C.ad l.Iulia.de adulter.& Euerar-
dus in d.loco à tempore ad tempus.nu.20.verſic.aut ſtatus
præſens.Exemplum primum adferri ſolet, eſſe prudentem,
51 †& literatum eſt quoddam contingens : & iſtud non poteſt
52 contingere cum veritate primi ſtatus hominis:†quia nemo
naſcitur prudens,nemo oritur literatus:cum hi habitus ſint
habitus acquiſiti,non autem innati.l.Stichus.de lega.iij.Et
propterea ex præſenti non poteſt ſumi præſumptio ad præ-
teritum.Et hinc eſt,(vt ſcribunt Baldus, & Euerardus præ-
citatis in locis;ac etiam Alciatus in d.præſumpt.xxvj.nu.1.
verſic.ſed tu.) quod ſi Pontifex Maxi.mandat alicui proui-
deri de beneficio,ſi conſtiterit ipſum eſſe Doctorem legũ,
vel literis eruditum. Et ſi tempore quo reſcriptum præſen-
tatur appareat Doctor,vel literatus;attamen non præſumi-
tur eum retro, ſicque tempore datæ expeditionis reſcripti,
ipſum fuiſſe talem. Quocircà nil ei prodeſſe poteſt reſcri-
ptum,niſi doceat, ſe eo tẽpore expeditionis reſcripti,talem
fuiſſe;iuxta tex.c.ſi eo tempore.de reſcript.in vj.& clemen.
53 literas.eo.titul.Eſt enim hæc qualitas†extrinſeca,quæ non
præſumitur,niſi probetur.Ita ſcribunt gloſſ.in c.ſi forte.in
verbo,ſcientiæ.de elect.in vj.

Secundum eſt exemplum ex Alciato in tract.de præſum.
reg.iij.præſump.xxviij.nu.2.verſicu.& idem credo, & Cra-
uetta in tract.de antiq.tempo.in vltima parte.nu.5.cùm di-
54 xerunt,feudum non†præſumi antiquum, ſed nouum : quia
ex præſenti ſtatu non præſumitur in præteritum,ex quo na-
turalis rerum ſtatus eſt,vt non ſint feudales,ſed liberæ; Qua
de re infra ſuo loco.

Tertium exemplum poteſt adferri ex l.iiij.ff.de probat.
vbi ſeruus,qui hodie fugit,nõ præſumitur retro fugiſſe,hoc
eſt quando erat puer, vel infans. Hoc enim contingit, quia
pręſens ſtatus huius ſerui habet contrariam neceſſariam ve-
ritatem,nempè illam puerilem ætatem, quæ non infert fu-
gam.Ita declarat poſt Oldra.& antiquos,Bart.in d.l.ex per-
ſona.ſecunda lect.nu.6.verſ.exemplum.& verſi.quandoque
præſens ſtatus.C.de proba.Idem cenſuit Floria.in l.non eſt
neceſſe.nu.3.ver.quandoque præſens.ff.de proba.

Declarantur tamen prædicti omnes caſus,in quibus pręs-
ſumptio non ſumitur à præſenti ad præteritum,vt intelliga-
55 tur†quò ad veram præſumptionem,quæ trãsfert onus pro-
bandi in cõtrarium:ſecus verò, quo ad aliquã ſuſpicionem.
Ita Alciat.in d.reg.ij.præſum.xxvj.in fi.qui ait,ex qualitate
negotij illam eſſe poſſe valde probabilem.

Tertium eſt huius diſputationis caput,de pręſumptione,
56 quæ ſumitur à tempore futuro†ad alia tempora. Quo qui-
dem in capite diſtingui poſſunt aliquot caſus.

Primus eſt, vt ex futuro præſumatur ad præteritum.Ita
Bal.in l.j.nu.38.verſ.ſi vis ſaluare.C.qui admitti.& Card.in
clem.exiui.§.cum verò.de verbo.ſigni.Exemplum primum
adfertur ex traditione ipſius Baldi,ſi filius bonorum poſſeſ-
ſionem ſibi delatam diu tenuit, & poſſedit, patre ſciente &
patiente, præſumptio ducitur ad præteritum : quod ſcilicet
iam ab initio delationis, pater adhibuerit conſenſum filio
acceptandi eam.Qua de re diſſeremus inf.lib.iiij.præſump.
xcvij.vbi de bonorum poſſeſſione agemus.

Secundum exemplum adfert idem Bald.in dicta l.j.nu-
me.37.verſi.& probatur ſic.C.qui admitti.ſi fratres per de-
cennium poſſederũt bona ſeparatim, ex futuro iſto tempo-
re,præſumitur in pręteritum:quod iam ante decem illos an-
nos bona illa diuiſerint. Quam ſanè traditionem vberrimè
explicabimus j̃.lib.iij.præſump.lxxv.

Tertium eſt exemplum in caſu d.cle.exiui.§. nos autem.
verſi.cum verò.de verborum ſignific.Cum recipitur ingre-
diens religionem minoritarum, ſi recipientes etiam gratis
oblata

oblata bona acceptant, ex actu iſto futuro præſumitur, quod iam recipiẽtes iſti, animum habuerint ad ipſa bona, & quod ea de cauſa ingredientem receperint.

## QVAESTIO XXV.

### Temporis, vel loci diuerſitas, quomodo, & quando vitiet præſumptiones, ex eis ortas.

*SVMMARIVM.*

1 *Loci aut temporis diuerſitas, non vitiat præſumptiones ex eis ortas.*
2 *Loci, & temporis diuerſitas, non vitiat atteſtationes teſtium, quando locus, & tempus non ſunt de ſubſtantia.*
3 *Proteſtationes, & præſumptiones in effectu concludere ſufficit, etſi aliqua ſit in accidentalibus diuerſitas.*

QVAERO vigeſimoquintò, an diuerſitas temporis, vel loci, vitiet præſumptiones quæ ex eis ortæ ſunt, quando ſcilicet ipſum tempus, vel ipſe locus,
1 non eſt de ſubſtantia actus? Et non † vitiare reſpondit Gemin. in conſi. lix. Dubium tale eſt. columna ſecunda. verſic. ſed ex præſumptionibus quem ſecutus eſt Crauet. in tracta. de antiquita. tempor. in tertia particula, quartæ partis principalis. nume. 17. adducti ex cap. ſi præbenda. §. Cæterùm. de renuntia. in vj. Et ex ſimili, ſecundum Crauettam
2 comprobatur, quod nec temporis nec loci diuerſitas † vitiat atteſtationes teſtium, quando locus, & tempus non ſunt de ſubſtantia: ſicuti regulariter non eſt in actibus ſucceſſiuis. vt ſcribunt Barto. in l. ob carmen. §. vlt. ff. de teſtibus. Roman. conſilio xxx. numero 2. Imola in conſilio cij. col. ij. Cornel. in conſil. ccxlvij. colum. ix. verſic. dato autem ſine præiudicio veritatis. libro ij. Guido Papę. quæſtio. ccccxliiij. Rui. in conſi. ix. nume. 10. libro ſecundo. & in conſil. xxxvj. nu. 5. libr. iiij. Curtius Iun. in conſil. lxviij. nume. 31. & Crauet. in conſi. clj. colum. iij. verſic. eſt verum. Et huius ſententiæ ratio eſt, tam quò ad teſtes, quàm quò ad ipſas præſumptio-
3 nes, quia ſufficit † probationes, & præſumptiones concludere in ſuo effectu, & ſi aliqua ſit diuerſitas in accidentalibus: ſicuti dicimus in teſtibus, qui ſatis concludenter probant, ſi conueniunt in effectu, quamquàm non conueniant in cortice verborum. ita probat. l. tertia. in princip. ff. de teſtibus. & l. qui ſententiam. vbi Bald. C. de pœnis. & reſpondit Alexand. in conſilio cxviij. numero 1. libro j. qui egregium adfert exemplum.

## QVAESTIO XXVI.

### Præſumptio quando, & quibus caſibus, præualeat proprietati ſermonis.

*SVMMARIVM.*

1 *Sermonis proprietas, præualet præſumptæ menti ſecundum Bal. Alia eſt opinio Angeli. nu. 2.*
3 *Verba quando omnino attendantur, coniecturata mente poſthabita.*
4 *Verba ſunt notæ earum quæ in animo ſunt, paßionum.*
5 *Propoſitum in mente retentum, nil operatur.*
6 *Voluntas præſumpta, quando præualeat proprietati ſermonis.*
7 *Voluntatem contrahentium, quàm verba potius ſpectari debere, quomodo accipiendum.*
8 *Voluntas diſponentis dicitur regina, & domina, quia verbis & proprietati ſermonis dominatur.*
9 *Teſtator non omnis, ſcit proprie loqui, & proprijs verbis vti.*
10 *Diſputatio quando nulla fiat de mente, ſed ad verba ſolum recurratur.*
11 *Verbis reiectis, quando attendatur coniecturata voluntas.*
12 *Mens quando pro expreſſa habeatur.*
13 *Voluntas vt in mente retenta, quo caſu nil operetur, & quando id non procedat. nu. 14. & 15.*
16 *Diſpoſitio quantum vis perfecta, recipit declarationem ab ipſo ſuo conditore.*
17 *Voluntatem diſponentis, quando iudex interpretetur.*

QVAERO vigeſimoſextò an præſumptio præualeat proprietati ſermonis, vel econtra. Bald. in conſilio ccccliij. Statuto Ciuitatis Mantuæ. columna vltima. verſic. ad vltimum. libro j. reſpondit, ſermonis proprietatem præualere
1 † præſumptæ menti, quam imaginariam vocat. Angelus verò in conſilio cclxj. Punctus eſt, in anno. col. iij. verſic. ſi au-
2 tem nulla coniectura, reſpondit, † quod ad indagandam teſtatoris voluntatem primum recurrimus ad coniecturas, nempè ad teſtatoris conſuetudinem; ad conſuetudinem patriæ, ad affectionem, ſeu dilectionem: ad ſcripturarum vicinitatem, & ſimiles enumeratas in l. ſi ſeruus plurium. §. vlti. de lega. j. deinde recurrimus (ait Angelus) ad ſermonis ſignificationem. Cæterum ego hac in re, vt tota iſta diſputatio dilucidè explicetur, ſic diſtinguo: atq; conſtituo aliquot caſus, in multis ſecutus traditionem Soc. in l. in ambiguo. col. vlt. ff. de reb. dub.
3 Primus eſt caſus, quando † verba ita ſe habent, vt nec ex propria, nec ex impropria ſignificatione adaptari poſſint, coniecturatæ menti diſponentis. Hoc ſanè caſu verba ipſa omnino attenduntur. Ita loquitur. l. non aliter. de legat. iij. quam ſic interpretati ſunt Bartol. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub. & ibidem Soc. columna penultima. verſicu. prima concluſio. & apertius ſecundum probat. l. ſi alij. ff. de vſufructu lega. Et hoc in caſu loquitur Bal. in dicto conſil. ccccliij. qui ob id dixit, aduerſus hanc ſermonis proprietatem nil obeſſe mentem teſtatoris imaginariam. Et idem reſponderunt Alexand. conſil. lv. numero 8. libro tertio. & melius in conſilio cxxxix. numero 5. libro vj. & ibi nume. 6. eiuſdem opinionis recenſet & Caſtren. in conſilio ccclj. Præſens caſus. lib. primo. & in dicta l. in ambiguo, vbi etiam Soci. in quinto notab. Caſtrenſem ſequitur. Idem reſpondit Crauet. in conſilio clxj. numero 13. quos ſequutus ſum in conſi. xcvij. numer. 41. Quare voluntas illa huic proprietati repugnans, nulla & inutilis redditur. Sicuti reſpondit præcitato loco Alexander: & idem affirmarunt Socin. in l. vbi eſt, in quinto notab. ff. de condictio. & demonſtratio. & Craue. in conſil. clxxxviij. columna ſecunda. Eandem ſententiam ſecutus eſt Iaſon in l. tertia. columna ſecunda. verſic. ſecundò intellige. C. de liberis præterit. cum dixit, mentem teſtatoris attendi, ſi verba ſaltem ſecundum impropriam ſignificationem ei conuenire poſſunt. Ea eſt huius ſententiæ ratio, quia verba
4 ſunt notæ earum, † quæ ſunt in animo, paſſionum. l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de ſupp. lega. Qua de re copioſè diſſerui ſupra. Extenditur hic caſus, vt procedat etiam quando quis vellet probare aliam fuiſſe diſponentis mentem, quæ tamen ex verbis ipſis, nec ex ipſa coniecturata diſpoſitione colligi poteſt. Nam adhuc ipſi proprietati verborum ſtandum eſt, reiecta mente illa extrinſecus probata. Ita docuit Socin. in dicta l. in ambiguo. colum. vltima. verſic. octaua concluſio, ex ſententia gloſſ. in l. Labeo. in verbo, ex communi vſu. de ſupp. leg. & Bald. in capit. primo. de controuer. inueſtituræ. Ea eſt ratio, quia hæc dicitur quoddam propoſitũ in mente
5 † retentum, quod nil operatur iuxta. l. quidam cum filium. de hæredita. inſtitu. & declarat idem Socin. in dicta l. in ambiguo. in quinto notab. Declara hunc caſum ſecundum Socin. in dicta l. in ambiguo. columna vltima. verſicul. nona concluſio.
6 Secundus eſt caſus, quando † verba ex impropria ſaltem ſignificatione, adaptari poſſunt ad coniecturatam mentem diſponẽtis: Hoc caſu præſumpta hæc voluntas præualet ipſi proprietati ſermonis. Ita reſpondit Alex. in d. conſi. cxxxix. nume. 5. libr. vj. ſic etiam declarat poſt Bart. ibi Cor. in conſi. cclxiij. nu. 6. lib. iiij. Soc. in d. l. in ambiguo. col. vlti. verſi. ſecunda concluſio. ff. de reb. dub. qui eiuſdem opinionis recenſet Bald. in l. cum virum. C. de fideicom. & in c. ſecundò requiris. de appella. Idem docuit Iaſon in d. l. iij. column. ij. verſi. ſecundò intellige. C. de libe. præte. Sic intelligi, & declarari poteſt quod ſcribunt Decius, & cæteri in l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. iur. cum dicunt, eſſe magis ſpectandam voluntatem contrahentium; quàm eorum verba.
7 Hoc ſanè † intelligitur, quando impropriando verba, illi voluntati poſſunt adaptari. Ita & Hier. Gabriel in conſi. cxiiij. nu. 7. qui poſt Corneum ſupra citatũ ſcripſit, etiã ſi magna ſit impropriatio. Nam tunc impropriatis verbis, mens ipſa conie



coniecturata attenditur. Et hoc illud eſt, quod dicimus, diſponentis voluntatem eſſe ſemper ſeruandam: & magis at-
8 tendi quam ipſa verba: quia voluntas † diſponẽtis dicitur regina, & domina: dominatur enim verbis, id eſt proprietati ſermonis. l. in conditionibus primum locum. ff. de condi. & demon. & multis comprobat Iaſ. in d. l. iij. nu. 1. C. de liberis præter. & aliis multis exornant Pariſius in conſil. xc. nu. 11. & nume. 14. lib. ij. Soci. Iun. in conſi. lxxxv. nu. 7. lib. 1. & in conſi. clx. nume. 64. lib. ij. & Crauet. in conſi. ccxxj. nume. 7.
9 Cæteras ſciens prætereo. Et accedit quod non omnis † teſtator ſcit propriè loqui, & propriis verbis vti. d. l. non aliter. §. j. de leg. iij.
Tertius eſt caſus, quando ex aliquibus coniecturis, non conſtat de mente & voluntate diſponentis: & verba ipſa habent ſignificationes proprias & improprias. Hoc ſanè caſu
10 † nulla eſt diſputatio de mente ipſa, ex quo de ea non apparet ex aliquibus coniecturis, & pręſumptionib. & propterea ad ſolam verborum ſignificationem recurrimus. Ita verè loquitur Angelus in d. conſi. cclxj. col. iij. verſi. ſi autem nullæ coniecturæ. Et hoc in caſu, ipſa ſola propria verborũ ſignificatio attẽditur. Sic etiam intelligi, & declarari poteſt. l. non aliter. ff. de leg. iij. quam ſic viſi ſunt interpretari.
Quartus eſt caſus, quando verba adeò ſunt ambigua, & obſcura, vt nullus inde certus ſenſus colligi poſſit: & ex coniecturis aliis colligitur diſponentis mens, & voluntas. Hoc
11 ſanè caſu, † reiectis verbis, attendimus eam coniecturatam voluntatem. Ita ſenſit Socin. in dicta l. in ambiguo. col. vlti. verſic. quinta concluſio ſit. Cùm dixit, quod quando voluntas, & mens diſponentis non apparet per verba, ſed præſumitur: illi præſumptioni ſtatur. ex l. quoties. §. j. ff. de hære. inſtit. l. cum proponebatur. de leg. iij. & l. cum auus. ff. de condi. & dem. Et ſub hoc caſu comprehendi poteſt & illa concluſio eiuſdem Soci. in d. l. in ambiguo. col. vlt. verſic. tertia concluſio. dum ſcripſit, quod quando de mente non conſtat
12 per verba † ſed ſequitur mens ad aliud diſpoſitũ expreſſum; Illa mens pro expreſſa habetur iuxta l. iam hoc iure. de vulga. Eſt ſanè eadem concluſio hæc, cũ iam ſtatim relata: cum hoc, quod ſequitur ad expreſſam, proueniat ex coniecturata mente diſponentis.
Extenditur hic caſus, vt locum habeat etiam quando illa mens coniecturata eſſet erronea, tolerabilis tamen. Nã adhuc illi ſtatur. Ita Soc. in d. l. in ambiguo. col. vlt. ver. quarta concluſio. ex l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & poſth. & l. vlt. C. de poſthu. hære. inſtit.
Quintus eſt caſus, quando de mente, & voluntate nullo modo conſtare poteſt, nec ex verbis, nec ex cõiecturis. Hoc
13 ſanè caſu † habetur hæc voluntas, vt in mente retẽta: & ideò nil operatur. l. quidam cum filium. ff. de hære. inſtit. vbi Bal. & Imola, & declarat Socin. in dicta l. in ambiguo in quinto notab. de rebus dub. quo loci recenſet Caſtren. in conſilio clxxxv. Supraſcriptus egregius cõſultor. numer. 2. lib. ij. Ita idem Caſtren. in conſil. ccclj. Præſens caſus. libro ij. qui reſpondit, quod ſi pater ſubſtituit filio, ſi deceſſerit ſine filiis maſculis, ſi decedit ſolummodò cum fœminis, non excluditur ſubſtitutus: quandoquidem quò ad fœminas nil penitus à teſtatore diſpoſitum fuit. Et Caſtrenſem ſecutus eſt Alex. in conſi. cxxxix. nu. 6. lib. vj. Eandem ſententiam probarunt Iaſ. in l. iij. col. ij. ver. limita prædictam. C. de lib. pręte. Cur. Sen. conſi. xlvj. Sæpe reuoluta, col. xj. Pari. in conſi. lx. nu. 6. lib. ij. Cæteros de induſtria prætereo.
14 Declaratur hic caſus, vt locum non habeat † quando ex caſu ſuperuenięti colligitur præſumptio, & cõiectura, quod ſi is diſponens, de eo cogitaſſet, ita diſpoſuiſſet, talis mens coniecturata attendi debet. iuxtà tex. l. tale pactum. §. vlt. ff. de pact. Ita declarat Soc. in d. l. in ambiguo. col. vlti. verſi. vj. concluſio. & ſuo loco vberius dicam.
15 Declaratur ſecundò, vt non procedat hic caſus, † quando ipſemet diſponẽs aſſeruit, ſe omiſiſſe aliquid ſuper quo volebat diſponere. Nam his verbis dicitur probata mẽs ipſius diſponentis: & illi declarationi eſt ſtandum. Ita ſcribit Soci. in d. l. in ambiguo. col. vlt. verſi. ſeptima concluſio. ex l. cum
16 proponebatur. de lega. iij. Ea eſt ratio, q̃a † diſpoſitio quantumuis perfecta, recipit declarationem ab ipſo ſuo cõditore. l. hæredes palam. §. ſed etſi notam. ff. de teſta. & ibi notãt Barto. & cæteri.
17 Sextus & vltimus eſt caſus, quando voluntas † diſponentis fuit quidem expreſſa, ſed verbis adeò dubiis, & obſcuris, vt intelligi nequeat, quid diſponere voluerit. Hoc in caſu recurrendum eſt ad interpretationem iudicis. Ita tradit Socin. in d. l. in ambiguis. col. vlt. verſic. decima declaratio. de reb. dub. ex l. cum in teſtamento. ff. de reb. dub. & l. voluntas. C. de fideicom. Iudex autem (ait Soci.) declarabit ex illis coniecturis, quæ colliguntur ex l. ſi ſeruus plurium. §. vlti. de lega. j. de quibus diximus ſ. q. xxv.

## QVAESTIO XXVII.

### Præſumptio an dici debeat interpretatio,

*SVMMARIVM.*

1 *Præſumptio ſecundum Bal. interpretatio dicitur.*
2 *Interpretatio illa dicitur, quæ ex verbis colligitur, & voce, ad animi effectus declarandos. Idem dicendum eſt de præſumptione. nu. 3.*

QVAERO vigeſimoſeptimò, an præſumptio dici debeat interpretatio? Et interpretatio-
1 nem † dici, ſcripſit Bald. in rubr. extr. de præſumptio. numero 4. quem ſecutus eſt Camillus Gallinius, Ciuis & aliquando collega meus, quem ob ſingularem eius eruditionem, & humanitatem ſummoperè ſemper dilexi, is inquam, in doctiſſimis Commentariis de verborum ſignificatio. libro v. cap. xviij. numero 2. Et hanc quidem ſententiam probauit Bal. l. ſi ſocius pro filia. ff. pro ſocio, ibi. ſic nobis interpretantibus, vbi Papinia. mentem ſociorum in dotanda filia, appellat interpretationem: cum verè ſit coniectura, & præſumptio, qualis ſcilicet fuerit ſociorum voluntas. ſic & in l. cum pater. in princip. & in l. inter ſocerum. §. cum inter. ff. de pactis
2 dotal. Et quẽadmodum interpretatio † illa eſſe dicitur, quæ ex verbis, & voce colligitur, ad declarandos animi affectus, auctore Ariſtotele, libro primo. Peri Hermenias ſiue de in-
3 terpretatione. capitul. primo. ſic etiam † pręſumptio, & coniectura illa eſſe dicitur, quæ (vt demonſtrauimus ſupra) deſumitur ex verbis, & factis aliisque ſignis ad ſignificãdum; quid aliquis ſenſerit.

## QVAESTIO XXVIII.

### Qui in colligendis atque ducendis præſumptionibus ex hominis diſpoſitione, ordo ſeruandus ſit; ordinata, & diligens tractatio.

*SVMMARIVM.*

1 *Ordo an, & quis obſeruandus in præſumptionibus, ex hominis diſpoſitione colligendis.*
2 *Ordo ſcripturæ in dubio obſeruandus.*
3 *Conſuetudo patrisfamilias, coniecturam præbet. Et quæ dicatur illa conſuetudo ſecundum Accurſ. nu 4. reprobata eius opinione. nu. 5.*
6 *Voluntas hominis obſcura, non minus factis quam verbis ſignificatur.*
7 *Conſuetudo patriæ coniecturam facit.*
8 *Conſuetudo patrisfamilias, repugnans conſuetudini patriæ, ſpectanda magis, & præferenda.*
9 *Mens patrisfamilias diſponentis indicium præbet, & quomodo ea interpretetur ſecundum Accurſium, cuius tamen opinio reijcitur.*
10 *Dignitas legatarij, coniecturam & præſumptionem præbet.*
11 *Legatum præſtatur ex conſuetudine illius loci, cui factum eſt.*
12 *Charitas diſponentis vel dilectio, coniecturam facit.*
13 *Conſanguinitas vel ſanguinis neceſſitudo, præſumptionem præbet.*
14 *Dignitatem legatarij cur dilectioni, & dilectionem cur conſanguinitati prætulerit Iulianus. nu. 15.*
16 *Dilectio, & amor impellit magis, quàm ipſe ſanguis.*
17 *Amicitia propinquitati, & gratia neceßitudini, præterquam in filijs, præferri poteſt in bonorum ſucceßione.*
18 *Coniunctio, & beneuolentia deuincit charitate homines.*
19 *Præcedentia, & ſequentia præbent coniecturam.*
20 *Vicinitas ſcripturarum, qualis fuerit diſponentis voluntas indicat.*
21 *Coniectura ſumpta à verbis præcedentibus, diuerſa eſt ab ea, quæ ſumitur à ſubſequentibus.*
22 *Coniectura ducta à verbis præcedentibus, præfertur ei quæ ſumitur à ſubſe*

*ſubſequentibus.*
23 *Præcedentia influunt facilius in ſequentia,quàm è contrario.*
24 *Clauſula præcedens fortior eſt vt determinet ſequentia quàm è conuerſo.*
25 *Proueniens ab antecedenti magis debetur ſequenti quàm è contrario.*

QVAERO vigeſimooctauò, an in colligendis
coniecturis,& præſumptionibus ex hominis di-
ſpoſitione,obſeruandus ſit ordo aliquis? Et eſſe
1 † obſeruandum ſignificat Iulianus in l. ſi ſeruus
plurium.§.vlt.de leg.j.Cùm ad coniecturandum obſcuram
teſtatoris voluntatem,ex ordine coniecturas præſumptio-
neſque colligit.Et eo loci annotauit Accurſius ordinem il-
lum obſeruandum eſſe,quod & ſcripſit Boer.q.158.nu. xiij.
Et receptam eſſe opinionem docuit Iaſon in d. §. vlt. nu.2.
Cuius quidem ſententiæ ea eſt ratio,quòd in dubio ſcriptu-
2 ræ † ordo ſeruandus eſt.§. inordinatum.in auth.de hære. &
Falci.Quo circà errauit Caſtren.in d.§.vlt.dum ſcripſit or-
dinem illum obſeruatum à Iuliano , non ſatis iure probari,
cùm prius(ait Caſtrenſis)ſit recurrendum ad ſcripta præce-
dentia,& ſequentia , quàm ad conſuetudinem regionis , &
ipſius diſponentis.Qua de opinione dicam ſtatim. Hoc ita-
que ordine præſumptiones,& coniecturas voluntatis teſta-
3 toris colligit Iulia. Et primò , ex conſuetudine † ipſius pa-
tris familias coniectura ducitur. & idem aſſeruit Vlpianus
in l.nummis.de lega.iij.Nummis(inquit ) indiſtinctè lega-
tis,hoc receptum eſt,vt exiguiores legati videantur : ſi ne-
que ex conſuetudine patris fam.neque ex regione,vnde fue
rit,neque ex contextu teſtamenti poſſit apparere. Hanc au-
4 tem patrisfam.conſuetudinem † interpretatur Accurſius in
d.§.vlti.eſſe conſuetudinem loquendi , non autem vtendi.
Quam ſanè interpretationem minus veram opinor:Nam &
5 ab ipſa conſuetudine † vtendi,coniectura ſumitur in decla-
randa obſcura teſtatoris voluntate , vt in l. ex vſu. ff. de tri-
tico,vino & oleo legat.Ex vſu(inquit Hermogenianus)të-
ſtatoris legatum æſtimabitur,ideſt , quot annorum vino,
pro vetere vtebatur. Et Eburnius Valens in l. cum alimen-
ta.ff.de alimen.& ciba.leg.cùm de alimentis obſcurè lega-
tis ageret,reſpondit,ante omnia inſpiciendum eſſe,quæ de-
functus ſolitus fuerit ei præſtare. Et aliàs admonui obſcu-
6 ram hominis † voluntatem non minus factis quàm verbis
ſignificari.l.ſi tamen.§.ei qui.ff. de ædil.edicto. Et manife-
ſtè ad rem docuit Barto.in l.cum certum.nu.1.ff.de tritico,
vino,oleoque lega.
7 Secundò ſpectari debet † conſuetudo patriæ , inquit Iu-
lianus.Et Paulus in l.cum de lanionis.§.item cacabos. in fi-
ne.ff. de fundo inſtructo & inſtrum. lega. cum dubitaret,
quæ appellatione inſtrumentorum fundi continerentur,ex
Pedij ſententia reſpondit , eſſe prius ſpectandum , quid te-
ſtator demonſtrare voluerit:deinde in qua præſumptione
ſint,qui in quaque regione,commorantur.Præſumptionem
eo loci interpretatur Accurſius conſuetudinem , regionis
tamen ego intelligo.Hactenus rectum ordinem obſeruauit
Iulianus.Iure equidem ipſius diſponentis vſus & loquendi
conſuetudo ſpecialis,præferri debuit conſuetudini patriæ,
quæ generalis eſt:id quod probat & l. hæredes palam. §. ſi
quid poſt.ff.de teſta.& ibidem Caſtren.nu.5.& Aret.nu. 9.
ſenſit Iaſon in d.l.ſi ſeruus plurium.§.vlt.numero 2.verſicu.
& ſic vult textus.de lega.j.& apertius ſcripſit Baldus in l. ſi
certis annis.nume.9.in fine.C.de pactis.Ang. in conſi.261.
Punctus eſt in anno,col.iij.verſi.ſi autem nullæ.idem in l.ij.
in fi. C. de iure emph. Roma. ſingul. 674. & Euerardus in
centuria legali in loco ab ordine. nu. 7.verſic. Hinc etiam
eſt,idem in loco ab vſitato.in fine.qua ratione fit,vt ſi con-
8 ſuetudo patris familiàs † repugnaret conſuetudini patriæ,
illa patrisfa.conſuetudo ſpectanda magis eſſet,atque ita al-
teri erit anteferenda.Ita ſenſit Alex.in conſi.124.col.ij.lib.
v.& Decius in l.ſemper in ſtipulationib. nu.8.de reg. iuris.
9 Tertiò(ait Iulianus)ſpectanda eſt mens † ipſius patrisfa.
diſponentis.quæ ſanè verba interpretatur Accurſius pro ea
mente , quæ colligitur ex præcedentibus & ſequentibus.
quam quidem interpretationem reijciunt , & rectè cæteri
ibidem,nempè in d.l. ſi ſeruus plurium. §. vlt.vbi Iaſon.nu.
1.in fine ſcribit,aduerſus Accurſium eſſe receptam ſenten-
tiam.Non enim hæc verba,ſed & mens patrisfam. referun-
tur ad illa,item earum,quæ præcedunt &c. cum poſteriora
hæc ſpeciem vnam coniecturæ per ſe (vt mox dicemus) ſi-
gnificent.Eſt ergo dicendum verba hæc,ſed & mens patriſ-
fa.&c.eſſe verba quædam generalia,coniecturam in ſpecie
non habentia,vt ſunt & illa.l.cum delanionis. §. item caca-
bos.in fi.ff.de fundo inſtructo & inſtr. lega.ibi , ſed in pri-
mis , quid teſtator demonſtrare voluerit. Quocircà inter
ſpeciales præſumptiones & coniecturas ab Accurſio & ſe-
quacibus connumerari non meruit.
quartò(vt hunc Accurſij & aliorum ordinem ſequar)du-
10 citur coniectura † & præſumptio ex dignitate(ait Iulianus(
legatarij,ſicque illius perſonæ,in quam ipſa diſpoſitio con-
fertur. id quod etiam probat.l.ſed & ſi ſuſcepit. §. ſed & ſi
proponas.ff.de iudicijs.quo loci Vlpia. interpretatur reli-
cta fuiſſe multò plura bona quam aliàs eſſent ob perſonæ
legatarij qualitatem. quòd reſponſum declarabimus infra
lib.quarto poſt Decium conſi.290.in fin. & Crauet.de an-
tiq.temp.particula ſeptima,primæ partis principalis. nu.4.
Huc etiam pertinet tex.l.Titia.§.vlt.ff.de auro & argen. le-
ga.qui ita à noſtris paſſim allegari ſolet , fauore religionis,
cui factum fuit legatum,illud extendi. Verùm mihi magis
11 probatur ille ſenſus,legatum † præſtari debere ex conſue-
tudine illius loci , cui factum eſt.Sicuti poſt alios ſcribunt
Tiraquellus in tract. de priuilegijs piæ cauſſæ. priuilegio
xxv.& Gomes.in §.ex maleficijs.nu.53.inſt.de actio.& vbe-
rius explicabimus infra lib.4.
12 quintò ducitur ex ordine coniectura & præſumptio † à
charitate,hoc eſt à dilectione ipſius diſponentis ( vt Iulia-
nus ait).Nam hæc dilectio præſumptionem,poſt iam rela-
tas,facit.Huc pertinet quod ait Scæuola in l.Aurelius §. Ti-
tius ff. de libera lega. Præſumptio enim( inquit Scæuola)
propter naturalem affectum facit omnia patri videri con-
ceſſa. Qua de re abundè diſſeremus infrà lib.4.præſum.80.
Et à dilectione ac charitate argumentum ac coniecturam
ducunt Ang.in conſi.261.Punctus eſt,in anno.col. 3.ver. ſi
autem.& Afflictus dec.44.nu.27.
13 Sextò(ait Iulianus )neceſſitudo † ſpectanda eſt , hoc eſt
conſanguinitas. Hæc equidem coniecturam facit , vt lega-
tum certo modo debeatur.Et de neceſſitudine hac intelligi
etiam poteſt.d.l.Aurelius.§.Titius.ff.de liber.leg. Et ad rem
confert.l.Procula.ff.de proba.qua de re dixi etiam ſupra. q.
14.Sed hic mirum videri poteſt,quod Iulianus conſangui-
nitati anteponat charitatem,atque ita dilectionem,& dile-
ctioni præferat legatarij dignitatem,cum tamen ſanguinis
vinculum cæteris maius videatur.Si quidem iuriſconſ.ait in
l.iura ſanguinis.de reg.iuris.ſanguinis iura dirimi nõ poſſe.
14 Ego ea ratione † ita à Iuliano opinor ſeruatum , quòd
cùm dignitas legatarij conſideratur , in eo concurrit etiam
dilectio,tacitè ſaltẽ.iuxtà.l.nec adiecit.ff.pro ſocio.at cùm
charitatem perpendit Iulianus,dignitatis,quę tunc non ad-
eſt,rationem non habet.Nil mirum ergo ſi charitati ante-
fertur dignitas.Maius dubium habet,quod coniecturã à cõ-
ſanguinitate ductam poſtponat coniecturæ ſumptæ à dile-
15 ctione charitateque. Crediderim id factum † quod dile-
ctionis vinculum ſoli vinculo conſanguinitatis maius ſit,
16 cum dilectio † amorque is ſit,qui magis impellit quam ip-
ſe ſanguis.Hinc Plato ac etiam Solon(vt in illius vita à Plu-
tarcho memorię eſt proditum)pro cuiuſque voluntate con-
ceſſit,heredem ſibi conſtitui. Ex quo ( ait Plutarchus )viſi
17 ſunt anteferre in bonorum ſucceſſione amicitiam † propin
quitati,& gratiam neceſſitudini,pręterquam filiorum,quos
excipiunt.Et rem hanc noſtram optimè confirmant egre-
gia hæc verba M.Tullij.lib.1.officiorum.
18 Sanguinis(inquit)coniunctio†& beneuolentia deuincit
charitate homines.Magnum eſt enim eadem habere monu-
mẽta maiorum, eiſdemque vti ſacris, ſepulchra habere cõ-
munia.Sed omnium ſocietatum,nulla præſtantior eſt,nulla
firmior, quàm cũ viri boni moribus ſimiles ſunt familiari-
tate coniuncti.Et apertius idem Cicero in Lęlio ita ſcribit.
Ex propinquitate beneuolentia tolli poteſt,ex amicitia nõ
poteſt;Sublata enim beneuolentia , amicitiæ nomen tolli-
tur,propinquitatis remanet.Ergo illud , in quo neceſſariò
beneuolentia permanet,anteponendũ eſt ei,à quo beneuo-
lẽtia remoueri poteſt.Quibus quidẽ verbis manifeſtè docet
Cicero,propinquitati amicitiam anteferri. Quocirca rectè
diuus



diuus Ambroſius,libro de officiis ita ſcribit.Plerũque ( in-
quit)amici ſe potius beneuolentiæ quiſque cõmittit, quàm
fratris neceſſitudini.Rectè igitur Iulianus coniecturam ex
charitate & dilectione,prætulit coniecturę ex propinquita-
te.Hoc & alibi obſeruatum legimus amicum cognato an-
teponi ab Vlpiano,in l.ſed ſi plures.§.in arrogato.ff.de vul-
gar.& pup.ſubſtit.in illis verbis,vt putà,ſi arrogatoris ami-
cus,vel cognatus ei aliquid reliquit.Et Scæuola, in l.Theo-
pompus.ff.de do.præle.in illis verbis,amici mei & cognati.
Ita etiam Vlpia.in l.affectionis.ff.de donatio.ita reſpondit.
Affectionis gratia, neque honeſtæ neque inhoneſtæ dona-
tiones ſunt prohibitæ. Honeſtæ erga benemerentes ami-
cos,vel neceſſarios.
Septimo loco cõiecturam vult duci Iulianus in d.l.ſi ſer-
19 uus plurium.§.vlt.de leg.j.ab his,quæ†præcedunt, vel quæ
ſequuntur.Hæc enim (ſubiungit eo loci Accurſius ) vicini-
20 tas†ſcripturarum ſignificat,qualis fuerit diſponẽtis volun-
tas.Eandem ſententiam probat Vlpianus in l.hæredes pa-
lam.§.ſed & ſi notam.ff.de teſta.in illis verbis. Vtique pla-
cet coniecturam fieri eius quod reliquit,vel ex vicinis ſcri-
pturis.Eſt ſimile quod idem Vlpia.ſcribit in l.qui filiabus.
in prin.de leg.j.Cuius verba adſcripſi. Qui filiabus legauit,
ſi mentionem aliqua parte teſtamenti poſthuma fecit,vide-
tur in filiarum legato & de poſthuma ſenſiſſe.Et Papin.in l.
cum pater.§.cum imperfecto.ff.de leg.ij.ait,ex verbis ante-
cedentibus & ſubſequentibus,orationem obſcuram,ob ſui
imperfectionem declarari.Confert & l.quoties.vbi gloſſa.
C.famil.erc.Et hæc eſt ab omnibus probata ſententia, con-
iecturam ſcilicet voluntatis,fieri à ſcriptis ante vel poſt. Si-
cuti egregiè ſcripſerunt permulti, vt Afflictus deciſ.xliiij.
nume.27.& deciſ.cclxxv.nu.2.Pariſius conſil.lxiiij. nu.48.
lib.j.Soci.Iun.conſi.clxxxvj.nu.12.lib.ij.& Craue.conſilio
ccxxvj.nu.6.& declarat Iaſon in l.qui filiabus.in prin.col.j.
ij.& dicta l.ſi ſeruus plurium.§.vlti.numer.3.& 4.de lega.j.
& ſuo loco nos vberius. Cæterum Paulus Caſtren.in d.l.ſi
ſeruus plurium.§.vlt.de leg.j.exiſtimauit, hanc cõiecturam
eſſe iam relatis anteferendam.ex d.l.cum pater.§.cũ imper-
fecta.de leg.ij.qui mea quidem opinione nl vrget ; cum de
ſola hac ipſa cõiectura Papinianus loquatur, nec comparat
eam alteri.Imò ipſemet Papinia.in ea ipſa l.cũ pater.§.pen.
ſcripſit,ſcripturæ ordinem obſeruandum eſſe.Magis vrget.
l.hæredes palam.§.ſed & ſi notã.ff.de teſt.quo loci ita ſcri-
bit Vlpianus.Vtique placet coniecturam fieri eius quod re-
liquit,vel ex vicinis ſcripturis,vel ex conſuetudine patrisfa.
vel religionis.Verùm Aretinus eo loci in d.§.ſed & ſi notã.
in v.notab.ſatisfacit,quòd ſcilicet is ordo Vlpiani non ſit
ſpectandus,ſed iſte Iuliani,vt plenior. Imo ipſemet Vlpia-
nus in l.nummis.de leg.iij.cum paulò exactius coniecturas
has recenſeret,hanc ipſam ductam à præcedenti & ſequenti
ſcriptura, poſteriore loco collocauit. Quocircà aduerſus
Caſtrenſem ſenſerunt cæteri omnes, vt aſſerit Iaſon in d.l.ſi
ſeruus plurium.§.vlt.nu.2.de leg.j.
Illud autem hic præter Accurſium & cæteros cenſeo ani-
maduertendum,Iulianum in d.§.vlt.in illis verbis, Item ea-
rum,quæ præcedunt,vel quæ ſequuntur ſummarum, ſcripta
21 ſunt ſpectanda;duas†coniecturas facit.Vna eſt à verbis an-
tecedentibus;altera eſt à verbis ſubſequentibus. Quas ſanè
ſeparatas coniecturas malè noſtri vna miſcẽt & vnam ſolam
faciunt.Concedo vnam tantum eſſe poſſe coniecturã, cùm
verba ſubſequentia præcedentibus conueniunt. At quando
vel diuerſa vel pugnantia ſunt,duæ ſumi poſſunt cõiecturæ,
vna alteri repugnans.
22 Illa tamen,quæ ducitur†à verbis præcedentibus, alteri,
quæ ſumitur à ſubſequentibus,anteferri debet.Nam & hoc
Iuliani ordo ſignificat ac etiam obſeruatum eſt à Papinia-
no in l.cum pater.§.cum imperfecta.de leg.ij.Et ratio ipſa
23 ſuadet, quòd facilius præcedentia † influunt in ſequentia
quàm è contra. Quocircà dicere ſolemus , quod clauſula
24 †præcedens potentior & fortior eſt, vt ſequentia determi-
net, quàm è contra.l. quis. vbi gloſſ. de legat. iij. & ſcri-
pſi poſt Barto.& alios libro ſecundo,de arbitrariis iudicũ.
caſu lxiiij.numero 19.& ibi.numero 20.dixi cum Bartolo,
quod ab antecedenti prouenit,magis debetur ſequenti,quã
è contra.& ad rem ſcribit plura Tiraquel. de retractu con-
ſangui.§.j.gl.xiiij.nu.25.

## QVAESTIO XXIX.

Præſumptio vna validior & firmior altera quæ di-
catur,copioſè declaratur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Præſumptio legis,quando, aut quo caſu , validior ſit præſumptione hominis.*
2 *Præſumptione legis cum præſumptione hominis concurrentem, iudex vtram velit,iudicabit aut arbitrabitur potentiorem.*
3 *Præſumptio faciens conſiſtere & valere actum, creditur firmior ac cæteris potentior.*
4 *Præſumptio proueniens ex ſubſtantia,præualebit ei,quæ deſcendit à ſolennitate.*
5 *Præſumptio benignior,iudicatur potentior.*
6 *Coniectura communi iuri adhærens,firmior reputatur ea,quæ iuri ſpeciali nititur.*
7 *Præſumptio ſpecialis,generali eſt potentior.*
8 *Præſumptio magis ſpecialis alteri ſpeciali præualet.*
9 *Præſumptio accidentalis,debilior eſt naturali.*
10 *Coniectura magè veroſimilis,validior eſt.*
11 *Præſumptio pro reo firmior eſt ea,quæ pro actore fit.*
12 *Coniectura deſcendens à quaſi poſſeſſione,potentior eſt ea, quod quælibet res præſumatur libera.*
13 *Negatiua præſumptio,fortior eſt affirmatiua.*
14 *Cauſa & qualitas negatiua,affirmatiua eſt potentior.*
15 *Præſumptio in ratione naturali fundata, potentior illa dicitur, quæ in ratione ciuili.*
16 *Coniectura,qua vitantur abſurda & inæqualia,firmior eſt & validior.*
17 *Præſumptio ducta à facto,firmior eſt ea,quæ ſumitur à non facto.*
18 *Præſumptio conſulens & fauens ſaluti animæ, præualet ei qua dicimus delictum non præſumi.*
19 *Excommunicatus ſemel,adhuc præſumitur excommunicatus, ſi magis animæ ſit conſultum.*
20 *Pars pro ſalute animæ tutior amplectenda.*

QVAERO vigeſimononò, quantũ altera ex plu-
ribus diuerſis , vel contrariis præſumptioni-
bus & coniecturis, eodem in acto concurren-
tibus,validior ac potentior ſit?Hanc quæſtio-
nem retuli in commentariis de arbitrariis iu-
dicum.li.ij.caſu ccccIxxij.ibique ſatis diligẽter explanaui:
Verùm cum poſt impreſſos illos labores nonnulla occurre-
rint,non grauabor paucis iam ſcripta hic repetere & reliqua
addere.Hæc diſputatio altero de duobus modis intelligi po
teſt:Primò quando ſpecialis præſumptio à lege approbata,
repugnaret præſumptioni hominis.
1 Hoc in caſu dubium non eſt,†legis præſumptionem eſſe
validiorem:ſicuti in ſpecie reſpondit Curtius Iunior in con-
ſil.xxxv.nu.6.Secundo modo,quãdo agitur de duabus præ-
ſumptionibus vel iuris,vel hominis inter ſe.
2 Hoc caſu relinquitur†iudicis arbitrio iudicandum, quæ
ſit potentior & firmior.quemadmodum ſcripſi in dict.caſu
ccclxxij.n.1.ex ſententia Abbatis in c.cũ R.nu.5.de elect.
Nunc addo eundem Abb.in capitul.accedens.numero 4.de
crimine falſi.& Euerard.in centuria legali in loco à veriſi-
mili.num.14.Porrò hic ego commemorabo quæ à noſtris
ſoleant iudicari potentiores firmioreſque præſumptiones:
ſicuti retuli in d.caſu ccccIxxij.& illis alias adiungam.
Primò illa præſumptio & coniectura creditur cęteris fir-
3 mior & potentior,quæ†actum valere & conſiſtere facit. Ita
multorum auctoritate ſcripſi d.caſu ccccIxxij.nu.2.& co-
pioſius diſſeram ĩ.lib.vj.in præſum.ij.
Secundò illa præſumptio quæ à ſubſtantia prouenit, di-
4 citur†potentior illa,quæ deſcendit à ſolennitate. Ita ſcripſi
in d.caſũ ccccIxxij.& ſententia Hieronymi Buttigelæ;nunc
illi accedunt.Alexã.in l.non codicillum.nu.1.C.de teſta.&
Alciatus in l.j.§.ſi quis ita.nu.31.in fi.ff.de ver. obli.addu-
cti eo textu l.non codicillum,quem etiam explicabimus ĩ.
lib.iiij.in prima præſump.
Tertiò illa præſumptio & coniectura iudicatur potẽtior,
5 †quæ eſt benignior.Ita ſcripſi in d.caſu ccccIxxij.nu.7.au-
ctoritate Bar.cui nunc accedunt Caſtren.in l.j.nu.7.C.quę
teſta.facere poſ.& Cacialup.in l.omnes populi.nu.39.ff.de
iuſti.&

iuſt.& iu.& ſimili comprobaui in d.caſu 473. nu.8.& 9.
Quartò illa præſumptio & coniectura iudicatur firmior
6 & potentior, quæ † iuri communi inhæret: & illa debilior
quæ iuri ſpeciali. Ita multorum auctoritate ſcripſi in d.caſu
ccccl xxij.nume.11.
Quintò illa præſumptio & coniectura potentior & fir-
7 mior exiſtimatur quæ † eſt ſpecialis; & illa debilior quæ ge-
neralis: ſicuti copioſè poſt multos ſcripſi in d.caſu 472.nu.
14. Et illis multis auctoribus accedunt nunc Natta in conſ.
clxiiij.nu.8.lib.j.& Riminald.Iun.in l.precibus.nu.417.C.
de impub.& aliis ſubſti.
Sextò illa præſumptio & coniectura eſt potẽtior, quæ eſt
magis ſpecialis. ſi enim duæ præſumptiones in ſpecie cõcur
8 runt: ſed vna eſt altera ſpecialior, † hæc alteri præualet. Ita
ſcripſi in d.caſu ccccl xxij.nu.16.vbi ſimilib.comprobaui.
Septimò illa præſumptio & coniectura eſt firmior & po-
9 tentior † quæ eſt naturalis, & illa debilior quæ eſt accidenta-
lis. Ita auctoritate Baldi & Crauettæ ſcripſi in d.caſu.472.
nu.19. Illis nunc addo Pariſium in conſi.lxxiij.nu.62.lib.ij.
& Nattam in conſi.xlij.nu.11.lib.j. Non hic repetam decla
rationes & ſimilia, quibus hanc explicaui traditionem. in d.
caſu ccccl xxij. legi facilè illo in loco poſſunt.
Octauò illa præſumptio & coniectura eſt validior & po-
10 tentior † quæ veriſimilitudini magis conuenit. Ita ſcripſi in
d.caſu ccccl xxij.nu.22.auctoritate Franciſ.Bruni, & ſimili-
bus comprobaui.
Nonò illa præſumptio & coniectura iudicatur firmior &
11 potẽtior, quæ eſt pro † reo quàm illa, quæ eſt pro actore. Ita
auctoritate Crauettæ ſcripſi in d.caſu.472.nume.25. Nunc
eiuſdem ſententiæ addo Curtium Iuniorem in conſi.xc.nu.
2. Alc.in tract.de præſump.reg.ij.præſum.xxj.in fi.& Blan-
cum in Practica Criminali in verbo. his ſic præmiſſis.nu.5.
& fuſius diſſeremus ĩ.lib.ij.in præſum.xc.vbi explicabimus
l.fauorabiliores.ff.de reg.iur.
12 Decimò illa præſumptio & coniectura quæ deſcendit † à
quaſi poſſeſſione eſt potentior illa, quæ eſt, quod quælibet
res præſumatur libera. Ita ſcripſi in d.caſu.472.nu.16.& in
commentariis de retinenda poſſeſſione, remedio quinto.
numero 53.
Vndecimò illa præſumptio & coniectura eſt potentior
13 & firmior † quę eſt negatiua, illa quę eſt affirmatiua. Ita poſt
multos ſcripſi in d.caſu 472.in fi.vbi comprobaui eo ſimili,
quo dicimus, cauſam & qualitatem negatiuam eſſe affirma-
tiua potentiorem.
Duodecimò illa præſumptio & coniectura iudicatur po-
15 tentior & firmior, quæ eſt † fundata in ratione naturali, illa
quæ eſt fundata in ratione ciuili. Ita docuit Soci.in l.ſi mu-
lier, in tertio notab.ff.de reb.dub.
Decimotertiò illa præſumptio & coniectura exiſtimatur
16 firmior & validior † qua abſurda & inæqualia euitantur. Ita
docuit Vbertinus Zucardus in rubric.ff.ſi certum petatur.
numero 51.
Decimoquartò illa præſumptio & coniectura, quæ duci-
17 tur à facto, eſt firmior & potentior ea † quæ ſumitur à nõ fa-
cto. Ita Abb.in c.veniens.nu.7.de filiis presbyt.& Alcia.in
reſp.dxxv.nu.11.
Decimoquintò & vltimò, illa præſumptio & coniectura,
18 † quæ fauet animæ ſicque ſaluti alternæ, potẽtior & firmior
eſt illa, qua dicimus delictum non præſumi. iuxta l.merito.
ff.pro ſocio. Ita reſpondit Ancha.in cõſil.clxxix.ad fi.quem
ſecuti ſunt Dec.in c.in præſentia.in xij.not.in fin.de proba.
& Gomeſ.in tracta.de gratiis & expectatiuis.nu.90. Et ac-
cedit Salic.in l.ſiue poſſidetis.in fin.C.de proba.cum dixit,
19 quod ſemel excommunicatus † adhuc præſumitur excom-
municatus; vt animæ magis conſultum ſit. ſic & Cæpolla in
tract.de ſimulatione contractuum.nu.110.ſcripſit, in dubio
20 recipiendam eſſe partem tutiorem † pro ſalute animæ. Idem
cenſuit Alciatus in tracta.de præſumptionibus.reg.iij.præ-
ſumpt.v.nume.3.

## QVAESTIO XXX.

### Quando vna præſumptio alteram tollat, & diluat.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſumptio altera validior debiliorem perimit.*
2 *Præſumptio tollit ſuſpicionem, cum hæc, multò illa ſit debilior.*
3 *Veriſimilitudo potentior, tollit minus potentem.*
4 *Indicium vnum tollit aliud.*
5 *Præſump. plurimũ valida, perimit ac diluit plures infirmiores aut debil.*
6 *Præſumptio hominis validior, tollit præſumptionem legis debiliorem.*
7 *Maſculinum ex diſpoſitione legis fœmininum concipit, & quando ab ea diſpoſitione recedamus.*

QVAERO Trigeſimò, an vna pręſumptio alteram
tollat & diluat? Hæc iuris quæſtio, quę fluit à ſu-
periore, ab ea etiam diſſolui ſatis poteſt. De in-
duſtria tamen eã hic in ſpecie, & ſeparatim per-
tractare volui, quo res reddatur clarior. Et dicendum eſt ſi-
ne controuerſia, vnam præſumptionem altera validiorem,
1 † perimere debiliorem illam. Sicuti clarè probat.l.diuus.ff.
de in integrum reſtit.& ibi gloſſa in verbo, exiſtimari.l.non
ſolùm.ff.de ritu nupt.l.quia autem.§.non ſimpliciter.ff.ſi
quis omiſſ.cauſ.teſta. Et l.mater.C.de calumnia. Et ibi An-
gel.& Salicetus.l.j.in fi.C.qui & aduer.quos.cap.tranſmiſ-
ſa.qui filij ſint leg. Alciat.reſp. dclxxxiiij.nu.5. Curt.Iunior
in conſi.xxxv.nu.6.& ſcribunt Baldus in rubr.extrà de præ-
ſumpt.nu.1. Guido Papæ.in tract.præſum.nu.32.alios plu-
res recenſet Marſi.in l.j.§.diuus.nu.28.ff.ad l.Cornel.de Si-
car. Socinus Iunior conſi.lxxvj.nu.66.lib.j. Gramma.conſi.
xiij.nu.7.in criminalibus.& Voto iij.nu.13. Zuchardus in
rubr.ff.ſi cer.peta.nu.51.
2 Ita etiam dicimus multò fortius præſumptionem † tolle-
re ſuſpicionem, vt reſpondit Dec.cõſi.dlxxv.nu.5.ea ratio-
ne, ꝙ ſuſpicio eſt multò infirmior & debilior ipſa præſum-
ptione: id quod comprobatur ex iam dictis ſupra.
Et quod de præſumptione dictum eſt, procedit etiam in
coniecturis (ſi modo à præſumptionibus coniecturæ re ipſa
diſtant.) vt in ſpecie ſcribunt Bal.in cõſi.cccij. Proponitur.
lib.ij. Fulgoſius cõſil. clxxiij. In cauſſa.& Angelus in l.iniu-
riarum.§.ſi quis de honore.ff.de iniuriis. quos ita in hanc
ſententiam recenſet Gramma.Voto iij.numer.14.& prius
Marſil.in l.j.§.diuus.nu.30.ff.ad l.Cornel.de Sicar. ſic quo-
3 que dicimus, quod veriſimilitudo † potentior, tollit veriſi-
militudinem minus potentem. Bal.in l.ſiue poſſidetis.in fi.
C.de probat.
4 Idem de indiciis dicimus, quorum vnum † aliud tollit &
perimit. Ita in ſpecie ſcribunt Barto.in l.j.§.j.ff.de quæſtio.
Pariſi.conſi.cliij.nu.34 lib.iiij.& Gramma.d.Voto iij.nu.
13.qui alios refert. ſic & Boer.in q.clxv.
Quæ hactenus diximus, fortius locũ habent quãdo duæ,
vel plures præſumptiones ſimul vni aduerſantur. ita Bald.in
l.non ignorat.nu.5.C.qui accuſ.non poſſ.& reſponderunt
Dec.cõſ.ccccl xx.nu.10.& cõſi.dcxix.col.vlt.& Soc.Iun.in
cõſ.xxxvj.n.7.li.ij. Zuch.in rub.ff.ſi cer.pe.n.51.qui & Alc.
conſi.xxx.n.12.li.vij.recẽſet. Sic & Soc.Iun.in cõſ.xxvj.nu.
13.li.iiij. Cra.conſi.cxlix.n.17.& Natta in conſi.xxix.n.14.
li.j. alios ſciẽs omitto. Præterea & illud dicimus obſeruãdũ,
5 quod etiam, vna ſola præſumptio † multum valida & efficax,
perimit ac diluit plures, quæ infirmiores, & debiles eſſent.
Ita Par.conſ.x.n.25.cõſ.xj.n.26.& cõſ.xxix.n.84.li.ij. Rur-
ſus hæc ſñia & traditio locũ etiã ſibi vendicat in præſumpt.
hoĩs validiore ac firmiore præſumptione legis. Nam & illa
6 † hoĩs tollit, & perimit præſumptionẽ legis. Ita in ſpecie do-
cuit Soc.Sen.ĩ l.Cũ auus.n.80.ver.xij.allegabatur.ff.de cõ-
di.& de. Et ſcribit Soc.huius opin.fuiſſe Bart.in l.Gallus.§.
etiã ſi parẽte.n.5.ff.de lib.& poſth. Cũ poſt Richar.Malum-
bram ait, q̃d etſi interpretatio verbi hæredib.ſit certa & cla-
ra à lege.l.ſciendũ.ff.de ver.ſig. Attñ ab ea certa legis inter-
pretatione recedimus, propter cõiecturã incertã, & non ex-
preſſam, ne abſurdũ inde ſequatur, ſi extranei cõprehẽderẽ-
* tur. Et Bar.ſecuti ſunt cęteri, vt cõem: *teſtatur idẽ Soc.Sen.
in d.§.etiã ſi parẽte.n.8. Quibus accedũt Rui.cõſ.xxxix.nu.
10.& cõſ.xl.n.4.li.j.cõſ.clxxxviij.n.4.lib.ij.& cõſi.xv.in fi.
li.iij. Dec.cõſ.xv.nu.2.& cõſ.xxxv.n.5.& cõſ.dlxxxj.n.9.&
Soc.Iun.cõſ.lviij.n.7.li.ij. Accedit præterea, q̃d hãc ipſam,
de qua pręcipuè agimus, traditionẽ probat.l.Lucius.§.quę-
7 ſitum.de leg.iij. maſculinum legis † diſpõne concipit fœmi-
ninum: & tamen ab ea diſpoſitione receditur, ſi cõtraria te-
ſtatoris voluntas ex coniecturis apparet. Qua de re ſcribunt
multi à me commemorati in conſi.cl.nu.64.lib.ij.
Probat etiam ſuam hanc ſententiam Socinus multis aliis
in iure locis, quæ fortè de præſumptione à lege recepta,
& probata loquuntur. Cæterum ab hac Socini traditione,
diſſentit



diſſentit Riminaldus ſenior in conſ.ccxxlij.nume.49.lib.ij.
& idem reſpondit Curtius iunior in conſi. xxxv.nu.6. Quo-
rum opinio procedere poteſt, quando præſumptio illa ho-
minis non apparet validior.

## QVAESTIO XXXI.

### Præſumptio quomodo, & quando, tollatur cõtraria probatione.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſumptio iuris, & de iure, non tollitur regulariter probatione contraria.*
2 *Præſumptio iuris ſola, vel hominis, contraria perimitur probatione.*
3 *Præſumptio à temporis antiquitate orta, tollitur probatione contraria.*
4 *Veritas ſemper præualet, eique cedunt omnia.*
5 *Probationibus conſtans, dicitur eſſe ipſa veritas.*
6 *Fides à probatione proueniens magis certa eſt, & præualet.*
7 *Præſumptione ceſſant, & cõiecturæ, cõtraria vbi ſuperuenerit probatio.*
8 *Præſumptio à veroſimili admittit probationes contrarias, apparentes, & manifeſtas, & quid tunc requiratur num.9.*

QVAERO trigeſimoprimò, an pręſumptio tol-
latur contraria probatione? Hac in re duos
tantum caſus diſtinguo atque conſtituo.
Primus eſt cùm loquitur de præſumptione
1 iuris, & de iure. Et tunc regulariter illa † con-
traria probatione non tollitur. cap. is qui fidem de ſponſa.
& abundè explicabimus infra q.lx. & ibidem in ſubſequen-
tibus quæſtionibus diſſeremus.
Secundus eſt caſus, quando loquimur de præſumptione
iuris ſola, vel de ſola præſumptione hominis. Et hoc caſu di-
2 cendum eſt, dubio procul illam † tolli & perimi, contraria
probatione: Si enim (vt ſuperiore quæſtione diximus) præ-
ſumptio vna alterũ tollit & perimit, quãto fortius probatio
ipſa præſumptionem tollere atque perimere poteſt? Ab hac
ſententia nemo eſt, quantum hactenus mihi licuit videre,
qui diſſentiat. Et in ſpecie traditionẽ hãc probarunt Abbas
conſi.lxj.col.vlt.verſi.item antiquitas.lib.j. Cùm reſpondit,
3 præſumptionẽ † à temporis antiquitate exortam, contraria
probatione perimi. Et idẽ cenſuerũt Bellamera & Cæpolla,
quos refert, & probat Craue.in Tract.de antiquit.tempo.in
tertia parte principali, in principio.nu.28. Idem Crauetta in
cõſ.cclviij.nu.13. His addo Deciũ in l.j.in iij.lect.num.68.
verſ.& prædicta.ff.de reb.cred.ſi certũ peta.& in conſ.cccc.
4 nu.8. Ea eſt huius doctrinę ratio, quòd veritas † ſemper pre-
ualet, & illi omnia cedũt.l.penul.§.mulier.ff.de probatio.&
ſcribunt Baldus in l.filium.in prima lectura.num.4.ff.de his
qui ſunt ſui, vel alie.iur.& Pariſius cõſ.ccix.nu.82.lib.ij.qui
in ſpecie pręſumptionis loquitur. Cum ergo id quod proba-
5 tionibus † conſtat, ipſa veritas ſit, dicendum eſt cõiecturas,
& præſumptiones perimi atq; ita ceſſare iuxta l.ille aut ille.
§.cum in verbis.de leg.iij.& in l.continuus.§.cũ ita, de ver-
6 bo.obliga. Illud etiã accedit, quod fides, † quę à probatione
prouenit, eſt magis certa, ideò pręualet. ita Romanus in cõſ.
clvj.nu.4. Pariſius in d.conſ.ccix.nu.85.lib.ij.poſt Soc.ſen.
in conſ.lxx.col.ij.lib.ij.& conſi.lxvij.nu.ij. lib.iij. Hinc fit;
quod non vno in loco iuris noſtri ſcriptum, præſumptiones
7 † & coniecturas ceſſare, cùm contraria ſuperuenit probatio,
ſic & in l.vlt.C.ſi minor ſe maio. dixe. Ita in l.vlt. in prin.ff.
de eo, quod metus cauſa, ſcribit Vlpianus aduerſus eam ſatis
8 vrgentem præſumptionẽ, quæ à veriſimili ducitur, † admitti
contrarias probationes, modò apertiſſimæ illæ ſint. Et Mo-
deſtinus in l.ſi chirographum.& Paulus in l.cum de indebi-
to.in prin.ff. de probatio. in ſimilibus facti ſpeciebus idem
reſponderunt. Et idem reſpondit Iauolenus in l. nuptura. in
fine.ff.de iure dotium. Et probat egregiè tex.in d.cap.is qui
fidem de ſponſa. argumentando ab incluſione vnius, ad al-
terius excluſionem.
Erit tamen obſeruandum, his caſibus requiri probatio-
nes validiores, vt probat l.vlt.in prin.vbi Bar.num.j.ſi quòd
metus cauſa. Curt. Iun.in l.j. numero 28. C. qui admitti. &
in conſ.lij.num.7. Alex.in conſi.xcix.in fi.lib.iij. Lud.Moli-
nę.de Hiſpanorum primogen.lib.iij.cap.iiij.num.33. Et re-
9 quiri tres † teſtes omni exceptione maiores, ad probandum
contra hanc iuris præſumptionem ſcripſerunt Spec.in titu.
de proba.§.vlt.verſi.vlt. Alex.in l.tranſactionem. num.3. C.
de tranſact.& Iaſon in l.ſciendum.num.10.de verbo.oblig.
Galliaula in l.centurio.nu.305.ff.de vulg.

## QVAESTIO XXXII.

### Præſumptio, an ſemiplena probatione ſit firmior & potentior.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſumptio iuris & de iure, ſemiplena eſt probatione validior.*
2 *Præſumptio iuris ſola, in aliquibus ſemiplena probatione eſt fortior, & qua de cauſa.nu.3.*
4 *Præſumptione iuris ſi pro ſe quis habeat, nõ differtur iuramentum ſuppletorium, aduerſario ſuo ſemiplene probanti.*
5 *Præſumptione iuris contra ſe habens, apertiſſimis eam probationibus diluere debet.*
*Probatio ſemiplena, eſt præſumptione hominis potentior.*

QVAERO Trigeſimoſecundò, an præſumptio &
cõiectura, ſit potentior ac firmior ſemiplena pro-
batione? Hic ſunt diſtinguendi tres caſus.
Primus eſt, cùm agitur de præſumptione iuris
1 & de iure. Hoc caſu dicimus, præſumptionem † eſſe ipſa ſe-
miplena probatione validiorẽ. Id quòd dubitatione caret:
Cum iam conſtet, eſſe hanc præſumptionem firmiorem re-
gulariter ipſa probatione, ex quo ei præualet. vt diximus
ſuperiore quæſtione.
Secundus eſt caſus cum agitur de ſola iuris præſumptio-
2 ne, Hęc in aliquibus † validior eſt ipſa ſemiplena probatio-
ne. Si quidem pręſumptio iuris reiicit onus probandi in ad-
uerſarium.l.generaliter.§.ſi petitum.in fine.ff.de fideicõ.li-
berta. & dicemus infra ſubſequenti quæſtione. ſemiplena
3 † autem probatio non reiicit. Sicuti in ſpecie annotauit
Craue.in tract.de antiqui.temp.j.parte principali. particula
vndecima.nume.26. Qua ratione fit, vt ſemiplena probatio
hanc iuris præſumptionem nõ extinguat. Præterea accedit,
4 quod † ſiquis habet præſumptionem iuris pro ſe nõ defertur
iuramẽtum in ſupplementum probationum ſuo aduerſario,
qui ſemiplenè tantum probauit. Ita Crauetta loco iam cita-
to.num.29.& vberius diſſeremus infra.q.82. Rurſus accedit
5 quod ille, qui habet præſumptionem iuris contra ſe, † debet
illã apertiſſimis probationibus diluere.l.vlt.vbi gl.ff.quod
metus cauſa.& tradunt Galliaula in l.centurio.num.307.de
vulg. Non ergo ſemiplena probatio validior eſt hac præ-
ſumpt.
Tertius eſt caſus, cùm agitur de præſumptione ſola homi-
6 nis. Hoc caſu dicendum eſt, probationem ſemiplenam † eſſe
hac præſumptione firmiorem. Ita in ſpecie Craue. loco iam
relato nu.28. His facilè declarari poteſt, quod à multis quæ-
ſitũ fuit, an pſumptio differat à ſemiplena probatione? Quã
quæſtionem excitarunt Aegidius Boſſius in tract. cauſarum
criminalium.tit.de indiciis & conſiderationib.ante torturã.
nu.9.& Anto.Gomezius in tract.de delictis.cap.xiij.titu.de
probatione delictorum.num.1.verſi.aduertendum,&c.

## QVAESTIO XXXIII.

### Præſumptio quando transferat probandi onus in aduerſarium.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſumptio iuris & de iure probandi onus in aduerſarium nec reiicit, nec probationem admittit in contrarium.*
2 *Præſumptionem iuris lex pro veritate habet, ſi cõtrarium non probetur, eaque probandi onus reiicit in aduerſarium, maxime tunc demum vbi vrgens eſt.nu.3.*
4 *Quaſi poſſeſſio transfert onus probandi in aduerſarium.*
5 *Præſumptio iuris orta ex ſententia, pendente appellatione, non transfert probandi onus in aduerſarium.*
6 *Præſumptio iuris ſola, quam lex pro veritate non habet, onus probandi in aduerſarium nequidquam transfert.*

7 *Præſumptionem ſolam iuris, habet lex pro auxilio ipſius probationis.*
8 *Præſumptio iuris ſola, quem producat effectum.*
9 *Præſumptio hominis, non transfert in aduerſarium onus probandi, & quando, nu. 11.*
10 *Præſumptio hominis interdum præſumptioni legis præualet, & eam ceſſare facit.*

QVAERO Trigeſimotertiò, quando præſumptio coniecturaque, reiiciat atque ita trãsferat onus probandi in aduerſarium? Hac in re, aliquot caſus ita diſtinguo atque conſtituo.

1 Primus eſt, cùm extat præſumptio iuris † de iure. Hoc caſu non eſt diſputandum, an reiiciat onus probandi in aduerſarium, cùm is qui hanc præſumptionem pro ſe habet, plenè ſuam intentionem probaſſe dicatur, ex quo contra eam regulariter non admittitur probatio.

2 Secũdus eſt caſus, cùm extat ſola iuris præſumptio, † quã lex ipſa pro veritate habet, ſi contrarium non probetur. Hæc reiicit probandi onus in aduerſarium. ita probant. l. generaliter. §. ſi petitum. in fi. ff. de fideicommiſ. libert. l. vlt. in prin. ff. de eo, quod met. cauſa. l. nuptura. in fi. ff. de iure dotium. l. ſi Chirographum. & l. cum de indebito. in prin. ff. de proba. & in l. ſiue poſſidetis. C. de proba. in c. ex inſinuatione. de procura. & in cap. vnico. vt eccleſ. benef. Et hoc paſſim interpretes noſtri admittunt. ita inquam hoc admittũt Oldradus conſil. cclxj. In vnione Calderi. conſi. v. titul. de proba. Guido Papæ in tract. de præſump. nu. 61. Specul. in titul. de probatio. §. probare. num. 11. in fin. Bald. in l. ſiue poſſidetis. num. 6. C. de proba. & in c. bonæ. num. 2. de electio. Angelus in repe. l. ſciendum. col. vlt. verſi. vbi verò præſumptio. ff. de verb. oblig. Dec. conſi. dxl. num. 11. Brun. conſil. cix. num. 1. & Reſtaurus Caſtaldus in tract. de Imperatore. q. lj. nu. 22. qui aſſerit, hoc maximè procedere, quando præſumptio
3 † hæc vrgens eſt. Et hæc iuris præſumptio, quò ad effectum,
4 æquiparatur quaſi poſſeſſioni, quæ † & ipſa transfert onus probandi in aduerſarium. ita Gozad. conſi. 50. nume. 16. & hic caſus multo magis locum habet quando præſumptio allegatur contra tertium. vt egregriè tradunt Inno. & Ioann. Andreæs in c. ſuper his. de accuſat. & ibi. Fel. num. 16. alleg. liij. numero 3. & alleg. lxxxix. col. vlti. Extenditur vt procedat etiam ſi poſtmodum aduerſarius haberet probare negatiuam. Ita Dec. in c. nouit. in fi. de iudiciis. & Cæphal. in cõſ. cxxxviij. num. 18. lib. j.

Declaratur hic caſus, vt non procedat in ea iuris præſumptione, quæ oritur ex ſententia, pendẽte appellatione. Nam
5 illa non † transfert onus probandi in aduerſarium. Ita Imol. in præſentia. nu. de renun. & clarè Alcia. de præſump. reg. iij. præſump. ix. num. 4. verſi. ſed tu conſidera.

Tertius eſt caſus, cũ adeſt ſola iuris præſumptio, quæ tamen à lege pro vera non habetur, ſed leuis tãtum iudicatur.
6 Hæc † non transfert onus probandi in aduerſarium. Ita docuit Bal. in l. ſiue poſſidetis. nu. 6. C. de probatio. Nã habet
7 lex hoc caſu præſumptionem hanc † pro auxilio ipſius probationis: & propterea nõ operatur hunc effectũ transferẽdi onus probandi in aduerſarium. Idem ſcripſit Ang. in d. repe. l. ſciendum. col. pen. verſi. deſcendo ad præſumptionẽ iuris. de verbo. oblig. qui adfert exemplũ, vt eſt (inquit Angelus) quando fertur ſententia contra vnum ex duobus patronis, vel cum libertas iurat; ſe vnius libertum non eſſe. Nam tũc præſumitur, quod ſit alterius: ſed hæc præſumptio leuis eſt: Et non transfert onus probãdi in aduerſarium, ſed operatur,
8 † vt exiſtentib. probationib. parib. iudicetur pro eo, qui hãc præſumptionem pro ſe habet, ita egregiè cenſuit glo. in l. ſi duo patroni. in prin. ff. de iureiur. & ibi Iaſ. num. 3. in ſpecie Angel. ſecutus eſt.

Quartus eſt caſus, cùm de præſumptione hominis agitur.
9 Hæc † non transfert onus probandi in aduerſarium. Ita vno verbo ſenſit Craue, in tract. de antiq. tempo. par. j. principali. in xj. particula. num. 24. qui tamen aliqua auctoritate non vtitur. Adferre potuit auctoritatem Bald. in rubr. C. de probat. nu. 4. dum diffinit præſumptionem iuris, & de iure. idem ſcripſerunt Bal. in c. bonæ. num. 2. de elect. Riminal. conſili. ccxxiij. nu. 54. lib. ij. & Alciat. in tract. præſump. reg. iij. præſump. xxvj. nu. 1.

Cæterum hæc interpretum traditio, habet non parum du-
10 bitationis? Nam ſi præſumptio hominis † interdum præualet præſumptioni legis, & eam ceſſare facit, vt explicauimus ſup. q. xxij. à fortiori dicendum videtur, quod ſi legis præſumptio transfert probandi onus in aduerſariũm, id etiam faciat hominis præſumptio. Reſponderi forte poteſt: tunc hominis præſumptionem non transferre onus probandi in
11 aduerſarium, cùm † non eſt efficax, ſecus ſi nõ leuis eſt ponderis. Et hoc in caſu præſumptio hæc à præſumptione legis nil diſtabit. Et hæc declaratio comprobatur ex his, quæ dicemus in fi. xxxv. quæſtionis, cum vnà cum Bal. Spec. & aliis dicemus, hanc præſumptionem ſemiplenè probare. Et præterea Bal. in d. l. ſiue poſſidetis. nu. 7. C. de prob. ſentit hanc præſumptionem transferre onus probandi in aduerſarium.

## QVAESTIO XXXIIII.

Præſumptionem operari, vt æquitas rigori præferatur, breuis explanatio.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſumptio operatur, vt rigori præferatur æquitas, & quid de purgatione moræ. num. 4.*
2 *Appellatione pendente ſententia nequit mandari executioni. Id quando non procedat. num. 3.*
5 *Moræ purgatio non niſi ſuadente æquitate permiſſa eſt.*

QVAERO trigeſimoquartò, an præſumptio operetur, vt æquitas, præferatur rigori? Et operari
1 † docuit Cagno. in l. in omnibus quidem. numero 10. ff. de regul. iuris, adductus auctoritate gloſſæ in cap. ſuſcitata. de reſtit. in integrum. in gl. pen. Iuris
2 rigore ſancitum eſt, quod pendente † appellatione, vel ſup-
3 plicatione, ſententia exequi non poſſit: attamen ſi † præſumptio erit coniuncta cũ æquitate, pro ipſo petente executionem, illa fieri debet. Ita glo. illa, quam ſecuti ſunt Docto. & Præpoſ. in c. diſciplina. xlv. diſt. Fely. in c. ij. nu. 1. de re iud.

Huc facit quod docuit Gulielmus Maynerius in l. in obſcuris. nu. 6. de regu. iuris. cùm dixit, præſumptionem opera-
4 ri, † vt locus ſit purgationi moræ, quæ quidẽ purgatio † non
5 niſi ſuadente æquitate permiſſa eſt.

## QVAESTIO XXXV.

Præſumptio quãdo & quomodo operetur, vt præſtentur expenſæ litis ei pro quo ſtat ipſa præſumptio, diligens & copioſa explicatio.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſumptio efficit; vt is contra quem eſt, cogatur aduerſario pauperi ſubminiſtrare expenſas litis, & alimenta.*
2 *Lite ſuper filiatione pendente, vtrum alimenta, & litis expenſas ſubminiſtrare teneatur pater.*
3 *Litis expenſas, & alimenta præſtanda à patre, tribus concurrentibus aliqui voluerunt, quorum opinio reiicitur. nu. 4.*
5 *Exhæredato pro filio, ſemper præſumptio eſt quod iniuſte ſit exhæredatus, niſi cauſa ab hærede probetur.*
6 *Alimenta & litis expenſæ vt decernãtur filio, ſufficit ſolam pro filio extare præſumptionem, & ea, qualis requiratur, cum ampliatione ibi. num. 7. 8. 10. 13. & ſeq.*
9 *Emancipationis, & patriæ poteſtatis hodie differentia nulla eſt, quo ad ſucceſsionem & alimenta.*
11 *Legitimatus per ſubſequens matrimoniũ, dicitur verè & propriè legitimus, idem in legitimatis per reſcriptum, vel oblationem curiæ, quo ad ſucceſsionem, & alimenta. nu. 12.*
13 *Filios naturales, & ſpurios, inſpecta æquitate canonica, pater hodie alere tenetur.*
19 *Appellatum ſi fuerit à ſententia pro vxore lata, nil dicitur attentare iudex, ſi alimenta vxori decernat.*
20 *Appellatio ſuſpendit iudicatum, non tamen impedit præſumptionem iuſtitiæ vel reſtitudinis ipſius ſententiæ.*
21 *Monacho litiganti contra Abbatem vel monaſterium decernendæ ſunt litis expenſæ, ſi pro ipſo extet præſumptio.*
*Idem eſt in vaſallo, contra dominum litigante. nu. 22.*
*Et in eo, cuius bona ſunt ſequeſtrata. num. 23.*

Filii



24 *Filio adoptiuo litiganti contra patrem, non decernuntur alimenta vel litis expenſæ.*
25 *Filiorum appellatione quando non veniant adoptiui.*
26 *Pater adoptiuus non tenetur alere filium adoptatum, contra opin. Gl. Spec. Bal. & Lambertini.*
27 *Filio qui hæreditati renunciauit, nõ decernuntur alimenta, & ſumptus ex bonis paternis, lite ſuper eis pendente, etſi renuntiationem filius reſcindi petat.*
28 *Precium ſuccedit loco rei.*
29 *Iura ſua remittentibus, non datur ad illa regreſsus.*
30 *Renunciatio ſemper legitimè ſecta præſumitur.*
31 *Alimenta præterita, non habent priuilegium alimentorum.*
32 *Inopia ſola nõ eſt cã ſufficiens ad cõſequendũ alimenta, & ſumptus litis.*
33 *Filiationis quaſi poſſeſsio, ſatis probata dicitur, ſi teſtes affirment hunc reputari & tractari à patre pro filio.*
34 *Alimenta & ſumptus litis, quouſque præſtentur.*
*Et quod iudicis arbitrio taxentur. nu. 35.*
36 *Litis expenſæ an reſtituendæ ſint cum alimentis, ſi is cui decretæ fuerũt in lite ſuccumbat.*
37 *Mulier ventris nomine miſſa in bonorum poſſeſsionem, ſi prægnans non reperiatur, non reſtituit fructus & alimenta, niſi calumniis id cauſa feciſſe conuincatur.*
38 *Alimenta & ſumptus litis ſi cui decernantur, vtrum cauere is debeat.*
39 *Alimentorum aſsignatio, & impenſarum, nullum facit præiudicium cauſæ & iudicio principali.*

QVAERO trigeſimoquintò, an præſumptio alios effectus, præter hactenus cõmemoratoẽ operetur? Et operari dicimus, vt is, contra quis
1 eſt ipſa † præſumptio teneatur ſubminiſtrare litis expenſas, & alimenta certis in caſibus ſuo aduerſario, qui alioqui ob inopiam nõ habetur vnde ſe alat, & cauſam ſuam defendat: ſicuti quando præſumptio eſt pro filio, qui de filiatione, vel alimentis aduerſus patrem cõtendit. Hæc ſanè præſumptio ſufficit, vt ipſi filio aliundè non habenti decernantur à patre alimenta, & litis impenſæ. Ita ſcripſerunt Rota Romana in deciſ. ij. in tit. de iudiciis in antiquiorib. & in deciſ. j. in tit. de accuſa. in antiquis. Bellame. in concluſ. lxxxviij. Aret. in c. ſi qui teſtium. nu. 14. de teſtib. & ibi. Feli. nu. 8. Afflic. in deciſ. x. & Boer. q. cccxxiiij. nu. 4. Alciat. in tract. de præſump. reg. iij. præſum. ix. & lib. viij. parerg. iuris. c. xxiiij. & in reſp. ccccxlix. latè Craue. in conſil. clxiiij. Petr. Rebuffus in Commentariis ad conſtitutiones Galliæ, tomo primo, in tit. de ſententiis prouiſio. art. j. gl. ij. nu. 5. Io. Lupus in repe. c. per veſtras. §. xxxix. nu. 3. de donat. inter virũ & vxo. Benincaſſius in tract. de paupertate. in iiij. ſpeciali. nu. 14. Duenas in reg. ccclxv. in iiij. ampliat. dũ vult hæc cõcedi etiam in prima inſtantia, & ſic ante ſententiam. Eandem quoque traditionem apertius probarunt Didac. Couarr. lib. pract. q. c. vj. nu. 5. & communem ac veram teſtatur Decianus in conſi. lxvj. nu. 2. Affirmarunt & rectè quidẽ prædicti omnes; ſufficere ſolã ipſam præſumptionem. Quorum ſententiam probat. tex. l. ſi de inſtituta. §. ſi de inofficioſo. ff. de inoff. teſta. quam mox explicabimus. Confert etiam text. l. vlti. §. quod ſi ei. C. de ordine cognitio. quo ſancitum eſt, quod ſi ab eo, qui eſt in quaſi poſſeſſione libertatis, bona ſubrepta ſunt ab eo, qui dominum ſe eſſe contendit, is qui, aſſerit ſe dominum impenſam litis illi, ſi aliundè nõ habetur ſubminiſtrare debet ex bonis illis. Ea eſt ratio, quia illa quaſi poſſeſſio libertatis, & bonorum præſumptionem pro ipſo actore facit. l. circà. ff. de proba. Quib. intelligimus veram nõ eſſe opinionẽ eorum, qui indiſtinctè dixerunt, quod
2 pendẽte † lite ſuper filiatione debeat ali filius à patre, qui & ei expenſas litis ſubminiſtrabit. Qua quidem in opinione fuit gl. in l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parẽs. ff. de libe. agnoſcen. & in l. vlt. in gl. vlt. C. de alendis liberis. Hæc opinio ex prædictis falſa detegitur, & eam expreſſe damnarũt Pet. Iacob. de Arena, Cyn. Ang. & Alb. in d. l. vlt. & Bar. in l. ſi neget. ff. de libe. agnoſ. qui inquit, quod ſi opinio illa admitteretur abſurdum & iniquum ſequeretur, quod quilibet poſſet mouere litem & allegare, ſe eſſe filiũ, & interim aleretur. & Bar. ſecutus eſt etiã Decia. in d. conſ. lxvj. nu. 1. lib. ij. Detegitur etiam ex prædictis falſa opinio eorum, qui dixerunt, ita demum filio & ſimilib. præſtanda eſſe alimenta & litis expen-
3 ſas; † quando tria concurrunt, quorum primum eſt; quod ſit in quaſi poſſeſſione, ſecũdũ qd̃ pro eo lata ſit prima ſentẽtia. Tertium quod ſit pauper, atque ita non habeat vnde ſe alat, & litis impenſas ſuſtineat.

In hac opinione fuerunt Albericus, Ange. & Caſtren. in d. l. ſi inſtituta. §. ſi de inofficioſo. ff. de inoffic. teſta. Idem ſenſit Salice. in l. vlt. col. j. verſi. quærit gl. C. de ordine cognitio. & alios plures recenſet nouè Anto. Cordubenſis in l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. nu. 42. ff. de liber. agnoſc. & ſi multa ex his, quos ille allegat, id nõ ſcribunt. Teſtatur tamen Cordubas poſt Didacum, hanc eſſe communem opinionẽ. Hæc
4 ſanè opinion. † vera non eſt. Concedimus quidem tertium illud requiſitũ, quod ſcilicet filius iſte, vel ei ſimilis pauper eſſe debeat, & aliundè nõ habeat vnde ſe alat, & litis impenſam faciat; ſicuti manifeſtè probant. d. §. ſi de inofficioſo. & d. l. vlt. §. quod ſi ei. Non tamẽ ipſa ſola inopia ſufficit, vt ſuo loco dicemus. Porrò illud ſecũdum requiſitum, quod ſciliſet eſſe debeat in quaſi poſſeſſione filiationis, vel alterius ſui iuris, verum non eſt: cum ſufficiat præſumptio aliundè proueniens. Et diximus ſuprà illam quaſi poſſeſſionem, cuius meminit. d. l. vlt. C. de ordine cognitio. præſumptionem inducere. Ita quoque verum non eſt, tertium illud requiſitum, nempè quod neceſſaria ſit prima ſententia. Hoc equidẽ falſum eſt. Nam tex. d. §. ſi de inofficioſo, quo iſti moti ſunt, id non probat. Ibi enim neceſſaria fuit ſententia pro filio illo exhæredato, quia ei repugnabat præſumptio illa, exorta à patris exhæredatione: ob quam, ſicuti ipſi exhæredato non competebat Carboniana bonorum poſſeſſio, nec ius percipiendi, alimenta ex bonis patris. l. qui de inofficioſo. ff. de inoffi. teſta. Ita nec ei competebat vis petendi, alimenta ab aduerſario, nec litis ſumptus, donec obtineret ſententiam, ob quã pendẽte ipſa lite, & appellatione cõſequeretur ipſas expenſas. Erat enim eo tẽpore neceſſaria ſententia pro filio, cui aduerſabatur præſumptio oriens ex patris exhæredatione, quæ iuſta credebatur. l. nã & ſi is. §. j. ff. de inoffi. teſta. Ita in ſpecie doctè & acutè explicauit. d. §. ſi de inofficioſo. eruditiſſimus Didacus Couar. in dicto libro pract. q. vj. num. 5. qui ob id ſubiũgit, diuerſum hodie eſſe: cum præſumptio ſit
5 magna pro ipſo filio, quod ſcilicet iniuſtè † exhæredatus, & ob id niſi hæres probet, iuſtam fuiſſe exhæredationis cauſam ſuccumbet. l. omnimodò. C. de inoff. teſta. & §. illud quoque capitulum. in auth. vt cum de appella. cognoſ. glo. in l. vlt. in princ. ff. quod metus cauſa. & ſcribit Alcia. in tract. de præſump. reg. j. præſump. xvj. & dicemus inf. lib. iij. præſump. lxiiij. Qua ex re infertur, hodie filium hunc exhæredatum, ſi aliundè nõ habet, vnde ſe alat, & litis expenſas ſuſtineat, alimenta & litis expenſas cõſequi poſſe ab hærede ſcripto. Nã pro ipſo filio ſtat præſumptio ex quaſi poſſeſſione filiationis, quã pater ipſe fatetur, dũ eũ exhæredẽ facit. Ipſi verò filio non repugnat præſumptio ex exhæredatione. Cum hodie iniuſtè exhæredatus præſumatur. Et hanc quidem illationẽ niſi ſunt probare Cæpha. in conſ. cxxvij. nu. 12. lib. j. & Cordubenſis in d. §. ſi vel parens. nu. 44. & prius Didacus in d. c. vj. nu. 6. Et itaque vera & recepta ſentẽtia hæc, quod ad hoc vt filio decernãtur alimenta, & litis expenſæ ex bonis patris,
6 † ſufficere ſolam pro ipſo filio extare præſumptionẽ: Quæ quidẽ eſſe debet vrgens, alioqui leuis nõ ſufficit. Ita Didac. in d. cap. vj. nu. 6. verſi. nõ tamen negauerim. & Molinæ. in d. c. xvj. nu. 36. Et ideò ſubiũgit idem Didac. ibidẽ. nu. 7. verſi. qua in re oportet, qđ ſi ꝑ aduerſario extãt præſũptiones vrgentiores, decerni nõ debent hæc alimẽta, nec impẽſæ litis.

7 Extenditur primò hæc traditio, vt locũ habeat † ſiue ipſe filius agat, ſiue conueniatur, ſuper ſucceſſione bonorum patris. Ita extendit Petr. Duenas in regula. ccclxv. in prima ampl. ex d. l. ſi inſtituta. §. ſi de inofficioſo. ff. de inoffi. teſtamẽ. & ex l. j. & ibi Doct. C. de Carbo. edicto. Verùm dubito, cum iura illa ſolum de ipſo filio actore loquantur: Et ratio inopiæ ceſſare videtur in filio, qui cõuenitur: quia tunc præſupponitur, quod ipſe poſſideat bona.

8 Extenditur ſecũdò, vt † procedat in filio emancipato. Nã & is ſi inops eſt, & præſumptionem habet pro ſe, conſequi debet alimẽta, & litis expenſas, ex bonis patris. Ita in ſpecie extendũt Pet. Duenas in d. reg. ccclxv. nu. 2. Ludouicus Molinæ. in lib. ij. de Hiſpano, primogen. c. xvj. nu. 31. Ea ratione vſi ſunt, quod nulla hodie ſit differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis quò ad ſucceſſionem, & alimenta. §. ſi verò

c 2 neque

neq; fratres, in auth. de hæredi. ab inteſta. venien. Et ſcribũt
Ange. in l. nihil. ff. de vſucap. pro hærede. Alex. in l. cum qui-
dam. §. ſuum hæredem. col. vlt. ff. de acq. hæred. & Iaſ. in l. ſi
emancipati. nu. 36. C. de collatio.
10 Extenditur tertiò, vt procedat etiam in filio † legitimato
per ſubſequens matrimonium. Ita Duenas in d. regu. ccclxv.
in ſeptima ampliatio. & Molinæ. in d. c. xvj. nu. 32. Ratio eſt
11 (vt illi ſcribunt) quia legitimatus † per ſubſequens matri-
moniũ dicitur verè & propriè legitimus. l. cũ quis. C. de na-
tural. libe. & cap. tãta, qui filij ſint legitimi. Et idẽ eſſe exiſti-
12 mo, in aliis † legitimatis per reſcriptũ, vel oblationẽ curiæ.
Nam & ij dicũtur verè & propriè legitimi quòad ſucceſſio-
nem & alimenta, vt latè reſpondit Alex. in conſi. ij. lib. j.
13 Extenditur quartò, vt procedat † etiã in filiis naturalibus
& ſpuriis, quos hodie inſpecta æquitate canonica pater ale-
re tenetur. cap. cum haberet. de eo, qui duxit in matr. quam
polluit per adulter. Ita in ſpecie ſcripſerunt Deci. in d. cõſ.
lxvj. nu. 6. lib. ij. Molinæ. in d. c. xvj. nu. 32. & Duenas in d. re-
gu. ccclxv. in vj. limi. Idem ſcripſit Anto. Cordubenſis in d.
§. ſi vel parens. nu. 63. & ſi loquatur, quando hic ſpurius agit
pro legato alimentorum ei facto à patre.
14 Extẽditur quintò, etiam † in filio, qui adhuc eſt in vtero,
Nam & ventri prouidendum eſt, atque ita decernenda ſunt
alimenta. Ita in ſpecie tradunt Maſſuerius in pract. in tit. de
poſſeſſorio. nu. 26. Duenas in d. reg. ccclxv. in ampl. ix. & Lu-
doui. Molinæ. in d. c. xvj. nu. 33.
15 Extenditur ſextò, vt locum habeat † etiam in nepotibus,
pronepotib. & abnepotibus, rectæ tamen lineæ, iis equidem
decernenda ſunt alimenta, & litis expenſæ, cum pro eis ſtat
præſumptio.
Ita tradũt in ſpecie Duenas in d. reg. ccclxv. in ampl. v. Maſ-
ſuerius in practica. in tit. de poſſeſſorio. §. idem & recreden-
tia. Ludoui. Molinæ. in d. cap. xvj. nu. 34. Rebuffus in com-
mentariis ad conſtitutiones Galliæ, in tomo primo in tit. de
ſententiis prouiſio. art. j. gl. ij. Et manifeſte probat tex. in d. l.
ſi inſtituta. §. ſi de inofficioſo. ff. de inoffi. teſtã. & ſi Caſtren.
ibi. ſcripſit, intelligi nepotem pro ipſo filio.
16 Extenditur ſeptimò, vt locum † habeat etiam econuerſo
in patre, qui ordine turbato ſuccedit filio, iuxtà l. nam & ſi
parentibus. ff. de inofficio. teſta. Nam & ei inopi, exiſtente
pro eo præſumptione, decernenda ſunt alimenta, & ſumptus
litis: quando aduerſus filiũ, vel aliũ pro filij hæreditate, agit.
ſicuti in ſpecie ſcribit Duenas in d. reg. ccclxv. in vj. ampl.
17 Extenditur octauò, vt procedat etiã in fratre † & ſorore,
qui litem habet aduerſus fratrem vel ſororẽ, vt conſequatur
alimenta ei à patre relicta in teſtamẽto, vel cum iure primo-
genituræ ei pręſtare debet. Ita in ſpecie reſpõdit Alciatus in
reſp. ccccxlix. & Ludoui. Molinę in d. lib. ij. de Hiſpano. pri-
mogen. cap. xvj. nu. 35. Et idem ſenſit Didacus libro pract.
quæſt. cap. vj. nu. 5. dum poſt Rebuffum in præcitato tit. de
ſententiis prouiſio. art. j. gl. ij. ſcribit, diuerſum eſſe in fratre
agente pro hæreditate fratris. Non enim (ait Didacus) eo
caſu locus eſt diſpoſitioni. d. l. ſi inſtituta. §. ſi de inofficioſo.
Verùm hoc intelligit Didacus, niſi frater, vel ſoror petat hę-
reditatem fratris ex eius teſtamẽto nec abolito, nec cancel-
lato, iuxtà. l. vlti. C. de edicto diui Adria. tollen. Id quod ob-
ſeruatum aliquando fuiſſe in Gramatenſi conſilio teſtatur
ipſe Didacus. Et traditionem hãc probauit & Duenas in d.
reg. ccclxv. in fin. poſt Rebuffum, quem recenſet.
18 Extenditur nonò, vt locum habeat etiam in vxore, † quæ
litigat aduerſus maritũ. Nã & ei decernẽda ſunt alimenta, &
litis expenſæ à marito, ſi aliũdè non habet, & pro ea ſtat ali-
qua præſumptio. Ita in ſpecie ſcribũt Abb. & reliqui in c. ex
parte. de accuſa. Afflic. in deciſ. x. qui teſtatur ita fuiſſe deci-
ſum & idem in deci. clij. Alcia. in tract. de præſump. regu. iij.
præſump. ix. nu. 5. & Boer. in q. cccxxiiij. num. 4. & his prius
Albe. in l. vlt. num. 2. C. de ordine cogni. Socin. Sen. in conſi.
cclxxxvj. lib. ij. & Io. Lupus in c. per veſtras. in §. xxxix. nu. 5.
de donatio. inter vir. & vxo. Idẽ ſcripſit Didacus in lib. prac.
q. c. vj. nu. 5. verſ. idẽ erit. Qui quidẽ ſubiũgit, idẽ eſſe in vxo-
re, quæ mortuo marito agit ad dotẽ & donationem propter
nuptias, vt ei litis expenſæ & alimenta ab hæredibus mariti
præſtentur: ſicuti in ſpecie tradit Rebuffus præcitatis Cõmẽ-
tariis ad cõſtitutiones Galliæ, tomo primo, in tit. de ſenten.
prouiſio. art. iij. glo. j. Eandẽ ſententiã probauit etiã Anton.
Cordubenſis in d. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. nu. 64. ff.
de liber. agno. qui nu. 65. ſubiungit idem eſſe, quando pen-
det lis ſuper vinculo matrimonij. Id quod auctoritate mul-
torum comprobat. Intelligo ego quando pro ipſa vxore
extat pręſumptio. Et addit Cordubenſis ex traditione Ca-
19 ſtelli, quod ſi à lata ſententia pro vxore, † appellatum eſt, &
iudex decernat alimenta ipſi vxori, non dicitur aliquid attẽ-
tare. Et idem decidit Afflict. in deciſio. clij. num. 6. Quę ſa-
nè traditio veriſſima eſt: cum permiſſum id ſit manifeſto iu-
re, in d. l. inſtituta. §. ſi de inofficioſo. ff. de inoff. teſta. Et ra-
20 tio quidem eſt, quia etſi † appellatio ſuſpendit iudicatum.
l. j. ff. ad S. C. Turpill. attamen non impedit præſumptionem
iuſtitię, & rectitudinis ipſius ſententiæ, quæ hunc effectum
parit, ſicuti doctè & verè explicando. d. §. ſi. de inofficioſo.
ſcripſit Didacus in d. c. vj. num. 5.
21 Extẽditur decimò, vt locum etiam habeat † in monacho
litigante contra Abbatem, & monaſterium, ſi pro eo extat
pręſumptio; ſicuti quando eſt in quaſi poſſeſſione religionis.
Ita probat c. ex parte. de accuſ. vbi Docto. & ſcribunt Affli-
ctus in deciſio. x. nu. 2. Alciatus in d. tract. de pręſumpt. reg.
iij. pręſumpt. ix. nu. 5. Boerius in q. cccxxiiij. nu. 4. & Cordu-
benſis in d. §. ſi vel parens. nu. 55. qui. nu. 56. idem eſſe ait in
Clerico ſeculari. & nu. 60. idem eſſe ſcripſit in collegiato, &
in Canonico electo.
22 Extenditur vndecimò, vt habeat locum etiam in † vaſallo
litigante contra dominum, cui litis expenſæ à domino de-
cernendæ ſunt, ſi modò pro ipſo vaſallo extat præſumptio,
& aliundè non habeat vnde litem ſuſtinere poſſit. Ita in ſpe-
cie affirmarũt Boerius in q. ccciij. nu. 3. & Socin. Iun. in cõſi.
viij. num. 6 lib. iij. & idem ſenſit glo. in l. vlt. §. quod ſi ei. C.
de ordine cognit.
23 Extenditur duodecimò, vt procedat etiam in eo, † cuius
bona fuerunt ſequeſtrata. Nam & huic decernenda ſunt ali-
menta & litis expenſę, ſi cõſtat de eius poſſeſſione, vel quaſi
dictorum bonorum, vel alia pro eo extat pręſumptio, & non
habet vnde ſe alat & litis ſumptus faciat. Ita in ſpecie tradũt
Bal. in d. l. vlt. nu. 4. C. de ordine cognit. Salice. in l. ſi fideiuſ-
ſor. §. vlt. & ibi. Iaſ. nu. 30. ff. qui ſatiſd. cogã. Cur. in tract. de
ſequeſtris. nu. 20. Feli. in c. ex parte. nu. 4. de accuſa. & Ant.
Cordubẽ. in l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. nu. 45. ff. de lib.
agno.
Declaratur primo quod dictũ fuit ſup. de filio, qui pẽdẽ-
te lite aduerſus patrẽ cõſequi debet alimenta & litis expen-
24 ſas, vt locũ † nõ habeat in filio adoptiuo. Non enim is filius
adoptiuus cõſequi debet alimẽta, & litis ſumptus. Ita in ſpe-
cie tradũt Rebuffus in cõmẽtariis ad cõſtitutiones Galliæ,
tomo primo, in tit. de ſenten. prouiſio. art. j. gl. ij. nu. xxvij. &
Duenas in d. reg. ccclxv. in v. limi. Ea ratione vſi ſunt, quod
25 appellatione † filiorũ in hac materia non veniunt adoptiui.
l. fideicommiſſum. de leg. ij. & c. in præſentia. de probat. Ve-
26 rior forte ratio poteſt † afferri, quod pater ipſe adoptiuus
non teneatur alere ipſum filium: ſicuti ſcripſerunt multi cõ-
memorati à Tiraque. in l. ſi vnquam. in verbo, ſuſceperit li-
beros. nu. 8. C. de reuoc. dona. quos viſus eſt ſequi Anto.
Cordubenſis in l. ſi quis à liberis. in prin. nu. 18. ff. de liber.
agno. reiecta opinione gloſſæ. Spec. Bal. & Lambertini qui
aliter ſcripſerunt.
27 Declaratur ſecundò, vt non habeat locũ in filio † qui iam
renunciauit hæreditati; non enim alimenta & litis ſumptus
conſtitui ei debent ex bonis patris, pendente lite ſuper eis,
etiam ſi petat ipſe filius renuntiationem reſcindi. Ita decla-
rant Rebuffus in d. gl. ij. nu. 26. Molinę. in d. ca. xvj. nu. 45. &
Duenas in d. regu. ccclxv. in iiij. fallentia; qui referunt Ioã.
Gallum in areſto cxxij. atteſtãtem ita fuiſſe Pariſiis iudica-
tum. Ea ratione vſi ſunt, quod hic filius iam eſt conſecutus
pretium, quo renũtiauit hæreditati, & propterea hæreditatẽ
ipſam habere dicitur. l. quia. ff. de vſufruct. Et pretium loco
28 † rei ſuccedit. l. Labeo. la 1. de verb. ſig. & confert. l. ſi rem &
pretium. ff. de petit: hæred. Et rurſus, quia remittentibus
29 † iura ſua, non datur amplius regreſſus. l. quæritur. §. ſi ven-
ditor. ff. de ædil. edicto. Exiſtimo aliam conſiderari poſſe ra-
tionem, quòd ſcilicet hic filius non ſolum ſit extra quaſi
poſſeſſionem filiationis, quo ad ſucceſſionem, ob id quod
ei renuntiauit: ſed habeat præſumptionem contra ſe: cum
30 renuntiatio † præſumatur iure & legitimè facta. declaratur
tertiò,



tertiò, vt non procedat in alimentis, & ſumptibus pręteritis.
Nam illa non præſtantur. Ita in ſpecie declarat Duenas in
d. regu. ccclxv. in ſeptima fallent. & idem decidit Afflict. in
deciſio. x. numero 3. Et ratione motus eſt Duenas quia ali-
31 menta † præterita non habent priuilegium alimentorum.
l. de alimentis. C. de tranſact. Et ibidem alia ad rem ſcripſi.
Non hic commemorabo tres illas declarationes, quas re-
cenſet Duenas in d. reg. ccclxv. in prima, ſecunda, & tertia
fallentia; Cum ex dictis ſupra in ipſa regula explicatæ ſatis
appareant. In foro autem & praxi obſeruari illud primum
ſolet, vt dato libello hæreditate, vel filiatione, vel alimentis,
filius ipſe & illi ſimiles, de quibus ſuprà, exhibere debent
ſummariam informationẽ, qua demonſtrent, ſe eſſe in quaſi
poſſeſſione filiationis; vel aliam pro eis extare præſumptio-
nem. Non enim (vt attigimus ſupra) ſufficit allegare ino-
32 piam: cum illa ſola † non tribuat hoc commodũ conſequen-
di alimenta, & litis ſumptus; ſicuti rectè tradunt Io. Lupus
in cap. per veſtras. §. xxxix. de donatio. inter virum & vxo.
Boerius in q. ccciij. num. 4. & apertius Didacus in præcitato
libro pract. quæſtio. cap. vj. nu. 5. ex l. Imperatores. ff. de tu-
telis & ratio. diſtrah. reiecta contraria opinione Guidonis
Papæ in q. ccccclxj. Neuizani lib. v. Syluæ nuptia. nume. 32.
& Craue. in conſi. clxiiij. Hanc autem ſummariam cognitio-
nem, vno etiam teſte interrogato ſumere poterit iudex; vt in
ſpecie annotauit Lud. Molinæ. in libr. ij. de Hiſpano. primo-
gen. cap. xvj. nu. 40. poſt Didacum in d. cap. vj. in fin. quem
etiam ſecutus eſt Decianus in d. conſi. lxvj. nu. 3. lib. iij. Hic
tamen teſtis eſſe debet omni exceptione maior. Zuchardus
in l. vlt. nu. 101. C. de edicto Diui Adr. tollen. & Beneinten-
di. in deci. lxij. nu. 14. Et rurſus intelligitur, niſi aliqua repu-
gnet præſumptio. Iaſon in repe. l. admonendi. nu. 93. verſic.
vlt. d. reg. ff. de iureiurã. Afflictus in deci. cclxiiij. col. vlt. &
Gratus in cõſi. xl. nu. 26. lib. ij. & in ſpecie ſic & ego reſpõdi
in conſ. cccclxxxiiij. lib. v. quod reſponſum reddidi aduerſus
33 Decianũ in d. conſi. lxvj. Et quaſi poſſeſſio † ipſa filiationis
ſatis probata dicitur cum teſtes affirmãt, hũc reputari & tra-
ctari à patre pro filio. Ita Bart. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel
parens, & in ſpecie Verallus in deciſ. cl. & in deci. cccxxix. in
34 ſecunda parte. Et hæc quidem alimenta † & litis ſumptus
pręſtabuntur, vſque quo diffinitiuè fuerit pronuntiatũ; ſicuti
poſt alios tradit Molina in d. c. xvj. nu. 39. Eſt etiã illud an-
35 notandũ, quod hęc alimẽta & litis ſumptus, pro iudicis † ar-
bitrio taxãda ſunt. Ita Rebuffus in d. tit. de ſentent. prouiſio.
art. j. gl. ij. nu. 29. & xxx. Maſſuerius in practica. in tit. de poſ-
ſeſſorio. nu. 27. Boerius in q. cccxxiiij. ad finẽ. Didacus in d.
c. vj. n. 7. in ſi. Et Ludouicus Molinæ. in d. c. xvj. in ſi. reiecta
opinione Maſſuerij & Boerij exiſtimantiũ, aſſignari debere
quartam partem fructuum bonorum, de quib. eſt cõtentio.
Illud quoq; omittendũ non eſt, quod in dubiũ ſolet reuo-
cari, an hæ litis expenſæ & alimenta reſtitui debeant, ſi is, cui
aſſignata fuerunt, in lite ſuccumbat. Et reſtitui non debere
36 affirmarunt Afflict. in deci. clij. nu. 4. Maſſuerius in practica,
in tit. de poſſeſſorio. nu. 27. Boerius in q. cccxxiiij. num. 3. &
hanc quoque probat Molina in d. cap. xvj. numer. 42. & 43.
Quorũ ſententiã ſatis probat l. j. §. intereſſe. ff. ſi mulier ven-
37 tris nom. in poſſ. mitt. vbi ſi mulier vẽtris nomine miſſa † eſt
in poſſeſſionem; & deinde prægnans nõ reperitur; fructus &
alimenta ab ea nõ repetũtur; niſi per calumniã dixerit ſe præ
gnantẽ. Ita quoque dicimus, quod ſi filius agit ex Carbon.
edicto, dũ eſt in quaſi poſſeſſione filiationis, & ſi in lite ipſa
pendente conſequi debet alimenta quæ nõ reſtituet, & ſi in
lite deinde ſuccumbit, ſicuti tradit gl. in l. vlti. C. de Carbo.
edicto. quã in ſpecie ſic perpendit Molinæ. in d. cap. xvj. nu.
43. & eodẽ argumento vſus eſt Afflictus in d. deci. clij. nu. 4.
Et hæc quidẽ ſententia mihi magis probatur, quàm opinio
illa contraria eruditiſſi. Didaci in d. c. vj. nu. 6. verſ. quartum
ex his eſt, qui teſtatur ita obſeruari conſueuiſſe. Non tamen
affirmat Didacus hanc eſſe cõmunem opinionẽ, ſicuti eum
dixiſſe malè refert Molinæ. in d. ca. xvj. nu. 42. Et cũ Didaco
ſenſit Ant. Cordubenſis in d. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parẽs.
nu. 54. ff. de lib. agno. Horum fundamentum ſumptum ex l.
cum autem. §. cum redhibetur mancipium, ibi, quod tardius
hominem ei reſtituit. ff. de ædicto edict. ſolidum non eſt. Nã
quod emptor reſtituat venditori non ſolum fructus, ſed & ſi
quid à venditore cõſecutus eſt, ob id quod hominẽ venditũ
tardius tradiderit; factũ eſt, quia in redhibitoria ſpeciale eſt,
vt reſtituãtur etiã ea, quæ ob venditoris contumaciã ad em-
ptorẽ peruenerunt. Et ratio ſpecialitatis eſt, quia in ea con-
ſtitutũ eſt, vt omnia in priſtinũ reponantur. Ita declarat Cæ-
polla in d. §. Cũ redhibetur. nu. 2. in ſi. Hinc intelligimus eſſe
abſolutè veram eiuſdem Didaci traditionem, in d. c. vj. in ſi.
cũ dixit, quod ſi iudex decerni facit, alimẽta & litis ſumptus
filio exiſtenti in quaſi poſſeſſione filiationis, vel adhibita
cauſæ cognitione, ſumpta, ſcelicet informatione; ſi filius de-
inde ſuccumbit ea non reſtituet.
Quocircà intelligimus neceſſariã minimè eſſe cautionẽ
38 † huius, cui alimenta, & litis ſumptus decernũtur, de eis re-
ſtituendis. Quod ſi dubitat iudex, fraudem, vel calumniam
ſubeſſe, cautionem præſtari faciat ea ſub formula, qua bene
eruditus, & in foro optimè verſatus Ludoui. Molinæ. in d. c.
xvj. nu. 43. concepit his verbis: Quod ſi in cauſa iſte ſuccu-
buerit, ea reſtituat quatenus de iure ad id ipſum adſtrictum
eſſe compertum fuerit. Et illo in loco. num. 44. ſcribit idem
Molinæ. iudicis arbitrio relinqui, an loco illius cautionis,
ſufficiat iuratoria.
39 Illud etiam eſt annotandum, quod hæc aſſignatio † ali-
mentorum, & impenſarum, nullum penitus præiudicium fa-
cit cauſæ, & iudicio principali. l. pen. ff. de iis, qui ſunt ſui, vel
alie. iuris. Quo adductus, ſic in ſpecie reſpondit Decia. in
conſi. lxvj. col. iij. verſi. quæ aſſignatio. lib. ij.

## QVAESTIO XXXVI.

Præſumptio, quando & quomodo dici poſſit pro-
priè probatio, diligenter explanatum.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſumptio iuris & de iure, vera dicitur eſſe, & propriè probatio.*
2 *Præſumptio iuris, & de iure, eſt probatio neceſſaria, cum ipſa natura*
*conſentiens, & à lege ſtabilita, vt pro veritate habeatur.*
3 *Præſumptio iuris dicitur vera & propria probatio.*
4 *Verba ſtatutis proprie intelligi debent.*
5 *Voluntas teſtatoris manifeſta dicitur illa, quæ coniecturis probatur.*
6 *Frigiditas coniugum ex trienali cohabitatione præſumitur.*
7 *Donatoris voluntas apparere dicitur, cum ex coniecturis apparet.*
8 *Præſumptio iuris facit probationem euidentem, claram & manifeſtam.*
9 *Statuto requirenti probationes, ſatisfactum cenſetur, cum præſumptio-*
*nibus, & coniecturis eſt probatum.*
10 *Præſumptiones ex facto hominis deſumptæ, non reperiuntur à lege re-*
*ceptæ vel approbatæ, ideo in iudicantis arbitrio collocantur. Declara-*
*tur id num. 13.*
11 *Probatum illud eſſe dicitur quod conſtat legi ita eſſe.*
12 *Probatio vera & propria illa eſt, quæ alterius petrocinio non indiget.*
14 *Præſumptio hominis alio adiuta adminiculo, ſemiplenam facit proba-*
*tionem.*

QVAERO trigeſimoſextò, an præſumptio dici poſ-
ſit propriè probatio? Eſt hæc ſatis controuerſa
apud noſtros diſceptatio, quemadmodum ſcribũt
Dec. & cæteri in Rubr. ext. de probatio. Quò au-
tem omnis quieſcat diſputatio, aliquot caſus ego ita diſtin-
guo, atque conſtituo.
Primus eſt caſus, cũ loquimur de præſumptione iuris, &
1 de iure. Hæc dicitur † eſſe vera & propriè probatio. ita ſenſit
Bal. in c. bonæ. nu. 2. de electio. cum ait, præſumptionem hãc
iuris, & de iure, eſſe probationem, & releuationem ab onere
phobandi. Idem paulò apertius docuit Bero. in rub. ext. de
probat. nu. 52. & nu. 55. verſ. quædam verò eſt iuris. Et idem
ſenſerunt à fortiori illi qui dixerunt, præſumptionẽ ſimpli-
cem, quam iuris ſolum appellamus, eſſe verè & propriè pro-
bationem; vt infr. dicemus. Et huius caſus ratio eſt manife-
ſta, quod hæc præſumptio iuris & de iure, eſt probatio ne-
2 ceſſaria, quæ vel cum ipſa natura cõſentit, † vel ita à lege eſt
conſtabilita, vt pro ipſa veritate habeatur. ſicuti diximus ſu-
pra. q. iij.
Secũdus eſt caſus; cùm loquimur de præſumptione iuris.
3 Hæc pariter dicitur eſſe vera, † & propria probatio. Ita
ſcriptũ reliquit Aret. in Rub. ext. de probatio. nu. 7. verſi. de
ſecũda ſpecie, dũ in hanc ſententiã perpendit. c. laudabilem.

de frigid.& maleficia.nu.8.Cũ,declarãdo ea,quæ paulò ſup. dixerat.nu.6.ſcribit præſumptionẽ illã, quam lex ex aliquo hominis facto inducit,eſſe propriè probationem.Idem ſenſit Abbas in c.veniens.lib.ij.nu.6.de ſponſa.Et apertius hãc traditionem probarunt Dec.in d.Rub.ext.de proba.nu.13. verſ.hæc vera ſunt.Et Bero.nu.55.verſ.quædã verò eſt iuris. Quib.accedunt.Bal.in l.j.nu.18.C.de fideic.idẽ in l.Ciues. nu.1. C.de app.cùm ait, præſumptionem non eſſe apertam veritatem, niſi lex ita ſtatuat. loquitur Bal. de iuris præſumptione, & citando l. licet Imperator. de leg.j.& illi ſimilia, ſentit præſumptionẽ iuris eſſe manifeſtã veritatẽ.Idem affirmarunt Iaſ.in l.licet Imperator.nu.13.de laga.j.in cõſi.xxv. nu.2.in fi.lib.j.Bru.in tract.de conſtitutio.par.iij. in verbo, probatio.§.xxj.& xcj.Grat.cõſ.liiij. n.52.lib.j.Pariſ.conſi. lxxx.nu.15.& conſi.xcvij.nu.6.lib.j.Crau. conſil.vj.nu.42. Tiraq.l.ſi vnquam.in verbo,donatione.nu.158.C.de reuoc. dona. Ferar.caut.v.nu.3.& caut.xvj.nu.6.& copioſè Rolã.à Valle in tract.de lucro dotis.q.lxxv.nu.22.23.24.& Aſinius in Commentariis ad ſtatuta Florentiæ.§.cix.c.ij. Qui ob id ſcribũt locũ habere in ſtatutis, in quib. verba propriè intel-
4 ligi † debent. vt inf.attingemus. Et verè hæc ſententia iure optimo probatur. Nam lex verè & propriè probatum eſſe exiſtimat Caium eſſe Sempronij filium, cum probatum extitit,Caium illum natum eſſe in domo Sempronij, ſcientib. vicinis,ac melius ſecuto tractatu.Sicuti egregiè ait iuriſcõſ. in l.filium.ff.de his,qui ſunt ſui,vel alie.iuris.Qua de re ſcripſi lib.ij.de arbitrariis iudicũ.&c.caſu.lxxxix.Non diſſimili ratione credidit Iulianus in l.quidam teſtamento.ff. de vulga.& pup.ſubſtit.euidentem voluntatem teſtatoris, præponentis coniunctum ſubſtituto, cum conſtat præſumptione illa & coniectura.De qua quidẽ ſpecie dicemus inf. lib.iiij. Ita etiam Vlpianus in l.licet Imperator. de legat.j. cenſuit, euidentem eſſe probationẽ,quòd legata repetita cenſeantur à ſubſtituto,quando id coniecturis conſtat,quemadmodum vberius diſſeremus infra libro quarto. Et Papinianus in l. cum proponebatur. de legat.ſecundo, ſcripſit, manifeſtam
5 eſſe illam teſtatoris † voluntatem,quæ cõiecturis probatur. Hinc etiam Caius in l.ſiquis locuples.in fi. ff. de manumiſſ. teſta.exiſtimauit, apertiſſimè cõſtare de manumittentis voluntate,quod in fraudem creditorum non manumittat,cum cõiecturis,ac præſumptionibus id probatur; ſicuti dicemus de illius loci interpretatione lib.iiij. præſumpt. Ita etiam egregiè,& apertius probat.l.iij.C.de apoch.publ.lib.x.quo loci,ſi probatio requiritur, illi ſatisfit per præſumptionem ſolutionis trium præteritorum annorũ. Qua de re dicemus infra lib. v. præſumpt. Hæc ſententia iure pontificio etiam probatur ex ca.laudabilem. iuncto c.j.de frigidis & maleficia.Requirit hoc cap.j.verum indicium,hoc eſt,veram pro-
6 bationem ad probandum frigiditatem † coniugum, vt matrimonium ſeparetur:& tamen huic vero indicio eſt ſatisfactum per præſumptionẽ ex triennali cohabitatione. d. cap. laudabilem.Ita etiam hanc ſentẽtiã probat cap.ad noſtram: de emp.& vend.quo loci ait Inno.iij.illud patere,quod prǫſumptionib.demõſtratur;gloſſa ibi in verbo,patet,exponit. Ita pariter in cap.ij.§.j.de cogna.ſpiritu.libr.vj.dicitur euidenter,aliquid ex lege, & diſpoſitione colligi, quod coniec-
7 cturis colligitur. Ita vehementer de donatoris † voluntate apparere creditur,cum ex coniecturis apparet.cap. cum dilecti. de dona. de qua dicemus infra libr. iij .præſumpt. xlv. Accedit quod cum hæc iuris præſumptio ſit à lege approbata, ac recepta, eſt lex ipſa, quæ probare dicitur. Et ideo non amplius poteſt, aut debet connumerari inter probationes artificiales, inter quas aliæ coniecturæ, & præſumptiones ſolent recenſeri, ſed inter probationes inartificiales: ſicuti leges connumerantur ab Ariſtotele, & aliis pluribus, quorum memini ſupra.q. j. Et propterea rectè interpretes
8 noſtri vno ore ſcribunt, præſumptionem iuris † facere probationem euidentem, claram & manifeſtam. Ita multos recenſent Iaſon in l. licet Imperator.numero 13.de leg.j.Didacus lib.ij.varia.reſol. capit.vj.nume.1. Et Aſinius in præcitato cap.ij. in fin. His conſtat ( vt etiam vno verbo ſupra admonui ) rectè ſenſiſſe relatos interpretes, cenſeri ſatisfa-
9 ctum ſtatuto † requirenti probationes, cùm præſumptionibus & coniecturis eſt probatum ex quo ſunt hæc verè & propriè probationes. Et idem in ſpecie ſenſit Roma. in l.j, numero 7.C.de teſta.mil.Quamobrem errarunt ab hac ſententia diſſentientes, ſicuti Iaſon in §. præiudiciales.nu. 71. inſtitu. de actio.Curtius Sen.conſi.lxxix. Domina Franceſchina.col. vij. verſicul. Confirmatur præcedens. Alex. in l. licet Imperator.numero 7.de leg.j.& Ruinus conſil.clj. nu. 3.lib.v.Hi malè ſcripſerunt,ſtatutum requirẽs probationes, non habere locum in prǫſumptionibus iuris.Non enim horum interpretum opinatio, vel iure, vel ratione probatur. Ita quoque malè ſenſit Ruin. in conſilio xiij. numero 12. lib.ij.formam datam à ſtatuto non poſſe hac præſumptione impleri.

Tertius eſt caſus,cũ loquimur de præſumptionibus, quæ
10 ex facto hominis ſumuntur; † quæ quidem non reperiuntur à lege receptæ,& approbatæ. Et quæ coniecturæ & præſumptiones in iudicis arbitrio poſitæ ſunt; ſicuti docuit Beroius in Rubr. extra de probatio.numero 42.verſi. tertio modo.& nume. 55.verſi.vltimò quædam.Et ante eum idem docuit Bal.in Rubr.C.de probatio.ad finem.& Rol. à Valle in tract.de lucro dotis.q.lxxv.num.21. ac Aſinius in commentariis ad ſtatuta Florentiæ.§.xviiij.cap.ij.nume. 5. & ſcripſi ſupra.q.iiij.& lib.ij.de arbitra.iudicum,&c.Caſu.cxij. Hæc itaque præſumptio nõ eſt vera & propria probatio.Ita apertè ſcribunt Rom.in l.j.nu.7.C.de teſta.mil.Beroius, Rolan. & Aſinius,& verè idem ſcripſit Bald.in cap.bonæ.num.2.de electio.Cum dixit,prǫſumptionem hanc non eſſe probationem,nec ab onere probandi releuare.idem Bal.in l. ciues in prin.C.de appella.dum loquitur de coniectura.Cur.Se.cõſ. lxxvij.col.vij.in fin.Et idem ſenſerunt Aretinus in Rub. extra.de probatio.nu.9.verſ.de tertia ſpecie.& ibi Dec.nu.13. Idem ſcripſit Aſinius Florentinus in commentariis ad ſtatuta Florent.§.xix.c.ij.Atque ita interpretor Barba.in conſil. xxix.col.iij.lib.j.Cùm reſpondit,probationẽ, quæ præſumptionib.fit, non eſſe propriè probationem. Eam huius ſen-
11 tentiæ rationem eſſe exiſtimo, quòd probatum † illud eſſe dicitur, quod conſtat legi ita eſſe; id quod non contingit in hac præſumptione, cui lex non acquieſcit. Quocirca rectè Bal.in cap.j.§.ſacramentum.nu.10.de conſuetu.recti feudi,
12 docuit probationem illam dici veram † & propriam, quæ alterius patrocinio non indiget.Cũ itaque hæc præſumptio hominis,egeat alterius patrocinio,nempe legis, dicendum eſt non eſſe propriè probationem. Cuius contrarium eſt in iuris præſumptione,quæ(vt diximus)cum ſit à lege recepta, proprium probationis nomen meretur.

Hunc caſum tñ declarat Beroius in d.Rubr.extra de probatio.nu.42.verſi.hanc tamen,procedere ſolum in præſum-
13 ptione hominis † tenui atque minori. Quæ quidem minor præſumptio à Bal.in Rub.C.de probatio.num.4.appellatur inclinatio animi viri boni, ad eligendum alterum extremorum, ex intellectu proueniens, coniectura nobili.Et de qua diximus ſupra q.iiij.Secus eſt ( inquit Beroius ) in præſumptione hominis vehementi & maiori.Quæ quidem ab eodẽ Baldo præcitato loco appellatur, applicatio animini boni viri ad valdè veriſimile. Nam & hæc ſecundum Beroium eſt propriè probatio : quam & in cauſſis capitalibus exiſtimat ſufficere,ex l.vlt.C.de probatio.Et in hunc ſenſum intelligit Beroius.l.licet Imperator.de leg.j.Et ante Beroium ita etiã intellexit idem Baldus in additionibus ad Specu. in titu. de præſumpt.§.ſpecies.in verbo,an præſumatur,verſi.præſumptio eſt talis. Ego dubiam eſſe opinor hanc Baldi & Beroij traditionem:Quandoquidem probatio verè dici nõ poteſt. cum lex eam non approbauerit. Et, ſi eſt in iudicis arbitrio poſita, dici non poteſt verè probatio:cum eam iudex poſſit reiicere,vt dicemus infra. quod alias facere non poſſet.Nec Baldi & Boerij aſſertionem probat.l.licet Imperator de leg. j.cum de iuris præſumptio.loquatur.Nec etiam.l.vlt.C. de probatio.quæ non exprimit quæ coniecturæ illæ ſint, quib. de crimine conuinci aliquis poteſt. Credo tamẽ hanc ipſam
14 hominis † præſumptionem,ſi alio adiuuetur adminiculo ſemiplenã probationẽ facere. Ita Spec.in tit. de præſumptio. §.ſpecies.nu. 2, quem ita in ſpecie ſecutus eſt Io. de Graſſis in tract.de iuriſdictione in verbo, Tertiadecima ſemiplena. Et apertius hoc idẽ docuit Baldus in annota.ad Specu.in d. tit.de præſumpt.in fin.in verbo,præſumptio eſt.Qua ex doctrina cõfirmatur id quod dixi q.xxx.in fin.nempè præſumptionem hominis efficacem ita reiicere onus probandi in aduerſarium,vt reiicit præſumptio iuris.



Illud eſt etiam annotandum, quod quando agitur de prǫiudicio tertij,ſola præſumptio non ſufficit.gl,in ca,ſicut. de ſen.exco.Barb.in cap,cum in iure peritus.de offic.deleg.& Affflictus in deciſio.cccxlv.nu.6.

## QVAESTIO XXXVII.

Præſumptio , an dicatur vera & propria probatio, quando probatio requiritur in vim conditionis , diligens admodum,& accurata explanatio.

### SVMMARIVM.

1 *Probatione in vim conditionis requiſita, præſumptio ſecundum ſententiam communem non ſufficit.*
2 *Præſumptio iuris & de iure, dicitur vera, & eo caſu ſufficit.*
3 *Præſumptio hominis propriè non dicitur probatio, cum probatio conditionaliter requiritur.*
4 *Dictum Doctoris intelligitur ſecundum iura ab eo allegata.*
5 *Præſumptio iuris tantum, an dicatur probatio, cum in vim conditionis probatio requirit,vbi aliquot caſus diſtinguuntur.numero 6. 14. 16. & 20.*
7 *Probatio filiationis ſolum coniecturis fieri poteſt.*
8 *Teſtator diſponens, & conditionem adiiciens, præſumitur voluntatem ſuam iuri communi conformem eſſe voluiſſe.*
9 *Præſumptionem iuris pro vera probatione ius commune habet, etiam in diſpoſitione conditionali.*
10 *Diſponens non præſumitur diſponere de impoßibili.*
11 *Teſtibus,& ſimilibus pr bationib.multa ſunt quæ nequeunt probari.*
12 *Diſponens non præſumitur reſtringere diſpoſitionem ſuam, ad eum caſum,quo redderetur inutilis.*
13 *Verba teſtatoris,ſtatuti,& alterius diſponentis,recipiunt interpretationem à ſubiecta materia,etiam circa proprium ſignificatum.*
15 *Probationes non extare de facto, vel non extare ex rei natura, quo ad effectum paria ſunt.*
17 *Verba in potentiori ſignificatu accipi debent.*
18 *Probationis appellatione in dubio de plena intelligitur.*
19 *Teſtator legans vt detegatur homicida, indicat animum vindictæ cupidum.*
21 *Tranſitus facilior eſt,in habentibus ſymbolum.*
22 *Statutum interpretationem ab alio ſtatuto recipit facilius,quam à iure communi.*
23 *Princeps eſt ipſa lex viua.*
25 *Verba obſcura , interpretationem recipiunt à conditione perſonæ loquentis.*
25 *Rex faciens mentionem iuris,de iure Regio,non alio intelligitur.*

QVAERO trigeſimoſeptimò,an præſumptio dicatur vera probatio,cùm probatio in vim conditionis requiritur?Hǫc diſputatio eſt egregia, ſed non parum difficilis & perplexa. Et quo reddatur clarior, aliquot huius rei exempla recenſebo, tam in diſpoſitione teſtatoris, quàm ſtatuti,& reſcripti. Exemplum primum in diſpoſitione teſtatoris eſt ex Baldo in l.id quod pauperib.nu.24.C. de Epiſcop. & cle. ſi teſtator ita diſponit, mando ſolui omnibus meis creditoribus,ſi probabunt,debere recipere. Ecce quod hic probatio in vim cõditionis,ob illam dictionem,ſi,requiritur. Exemplum ſecundum in diſpoſitione ſtatuti eſt, ſi ſtatuto ſit cautum,quod incolæ loci,in quo mercatoribus à latronis merces ſunt ſurreptæ, ſatisfaciant ipſis mercatoribus, ſi probatum ab eis fuerit perpeſſum furtum. Quo ſanè ſimili exemplo vſus eſt Bald.in cap,j.§.conuenticulas.numero 8.de pace iura.firma. in vſibus feudorum. Exemplum tertium in reſcripto eſt,ſi Princeps ita reſcribit,ſi cõſtiterit,ſiue ſi probatum fuerit, Caium eſſe natum de legitimo matrimonio, ei de præbenda prouideas.Quod ſanè exemplum deſumptũ eſt ex c. Michael. de filiis presbyter. & ex Baldo in l. bonæ fidei.nume.8.C.de reb.crẽ.& iureiurando.Quartum adferri poteſt exemplum in probatione minoris ætatis,ſi conditionaliter probari requiritur, vt tradit in ſpecie Sapia in l. de ætate.nume. 25.ff. de mino.xxv. ann. Hac itaque in recepta
1 magis eſt ſententia † præſumptionem nõ ſufficere:cùm hoc in caſu præſumptio non habeatur pro vera,& propria probatione. Ita communem ſententiam eſſe aſſeruit Felinus in rubric. extrà de probatio. numero ſexto, & ibidem Deci. colum. decimaſeptima, numero decimotertio, verſicul.retenta prædicta concluſione, & numero decimoquarto, qui huius opinionis recenſet Bartol.Baldum,& alios nonnullos; Quibus accedunt Roma.in rubri.ff.de recep.arbitr.colum. ſeptima.Alex.in l.licet Imperator. numero ſeptimo.de leg. primo.& in l.prima.nu.6.C.de teſtament.milit.

Cæterùm ab hac opinione diſſentiunt Felin. Decius & Berous in d.Rub,extrà de probatio.qui quibuſdam rationibus, & argumentis vtuntur. Ego verò in aliquibus eorum traditiones ſecutus,ita tres caſus conſtituo atque diſtinguo.

Primus eſt caſus, cùm præſumptio eſt iuris, & de iure.
2 Hoc caſu dubium non eſt, † quin hæc præſumptio ſit vera propriaque probatio,id quod ex dictis ſuperiore quæſtione planum fit. Et hoc comprobatur à fortiori ex his,quæ dicemus infra de ſola iuris præſumptione, quam in ſpecie hac, demonſtrabimus eſſe verè & propriè probationem. Hoc itaque in caſu procedere poteſt ſine controuerſia opinio Decij,& aliorum, qui aduerſus cæteros exiſtimarunt, præſumptionem, etiam quãdo conditionaliter probatio requiritur, eſſe propriè probationem. Et hoc admittit in ſpecie Berous in d.rub.extra de probatio.nu.46.& apertius nu.52.

Secundus eſt caſus, quando præſumptio eſt hominis tantummodo.Hic caſus habet quoque parum dubitationis.Nã ſine dubio hæc non dicitur propriè probatio, cum probatio conditionaliter requiritur. ſi enim hæc præſumptio non eſt propriè probatio, quando ſimpliciter probationis ſit mentio,vt dixi ſuperiore quǫſtione,multo minus dicendum eſt,hoc in caſu,eſſe propriè probationem. Et in ſpecie hanc ſententiam probauit Baldus in l.filium in ij.lectura. in fine. ff.de his,qui ſunt ſui vel alie.iuris. Nec repugnat quod ſcribit Aretinus in rub.extra de probatio.num.9.verſi.de tertia ſpecie,cum ait, contrarium & melius ſcripſiſſe eundem Baldum in l.id quod pauperibus.q.xj.nu.24. C. de epiſcop. & cler.Non inquam hoc repugnat,cum Baldus eo loci de prǫſumptione iuris,non autem hominis loquatur.Eſt enim vul-
4 gatum illud, quod dictum Doctoris † intelligitur ſecundũ iura ab eo allegata; vt ait Bar.in l.non ſolùm.§.liberationis. nu.10.ff.de libera.leg.& alij alibi ſæpe.

Tertius eſt caſus, quando præſumptio eſt iuris tantùm. Hic caſus is eſt, qui dubitationem habet. Et verè magis re-
5 cepta Doctorum ſententia eſt; quòd hæc præſumptio † non ſit in ſpecie hac, vera, & propria probatio.Cæterùm à recepta opinione in ſpecie diſſentit Baldus in d. l. id quod pauperibus.nu.24.C.de epiſcop.& cler.vt ſupra eum declaraui. & clarius Decius in rub.extra de probatio. col.xvij. nu. 13. verſi.retenta tamen. Et idem in l.qui accuſare,in fine. C. de edendo. is tamen duos caſus viſus eſt ſubdiſtinguere: Ego alios ita conſtituo atque declaro. Primus eſt caſus, quando
6 loquimur in diſpoſitione † hominis nempè teſtatoris, vel ſimilis;& actus probandus probari non poteſt ſui natura,niſi cõiecturis vt eſt in eo exmplo.Si teſtator legat Caio, ſi probauerit ſe filium Sempronij. Hæc filiationis probatio ſo-
7 lùm † coniecturis fieri poteſt. l. filium. ff. de his, qui ſunt ſui,vel alien.iuris. Hoc itaque caſu ( ait Decius & ante eum Baldus ) præſumptio iuris, eſt vera & propria probatio.Ea ratione prima vſus eſt Decius, quòd teſtator diſponens &
8 conditionem † adiiciens præſumitur, voluiſſe ſuam voluntatem eſſe deberi iuri communi conformẽ. l. hæredes mei. §.cum ita.vbi copioſè Ripa.nu.75.ff.ad S.C.Trebel.Atqui
9 ius commune,habet præſumptionem † iuris pro vera probatione,etiam in diſpoſitione conditionali.Ergo in hac etiam cõditionali diſpoſitione teſtatoris,vel ſtatuti, vel principis, hæc præſumptio cõtinetur ſub nomine veræ & propriǫ probationis. Illa minor propoſitio multiplici iure fulcitur, nẽpè.tex.l.j. C. quorũ bono, iuxtà communẽ ſenſum apertius tex. cap. Michael. de filiis presbyter. Ibi ſi tibi conſtiterit, Martinum eſſe filium Antonij. Requiritur ibi probatio cõditionaliter:& tamen ſufficit probare præſumptiuè. Nam ſi præſumptiua probatio non ſufficeret, inutilis eſſet illa conceſſio,ob probationis impoſſibilitatem,vel ſaltem ſummam difficultatem.iuxta l.Lucius.ff. de cond.& demonſtra. iuxtà communem ſenſum,qua tamen de re dicemus ſuo loco. Ita

 pariter

pariter declaratur tex. in cap.ex tua.eo.titu.de filiis presby-
tero. Ita etiam probat cap. cùm in diocæſi. de vſuris.in illis
verbis, ſi tibi conſtiterit. Requirit ille canon probationem
conditionalem:cui quidem(vt ipſemet Pontifex ait)ſatisfit
argumentis.

Secundò ea ratione & argumento probatur aſſertio hæc;
10 quòd diſponens † non præſumitur diſponere de impoſſibi-
li. cap. à nobis. vbi Abbas. de ſenten. excom. & Baldus in
l.vlt.§. in computatione. in fine. C.de iure deliberã. Atqui,
ſi diſpoſitio conditionalis reiiceret iuris præſumptionem,
& aliam magis concludentem probationem, vt per teſtes
& ſimiles, requireret, impoſſibilis redderetur, cum multa
11 ſint, quæ teſtibus † & ſimilibus probationibus probari non
poſſunt, ſicuti filiatio, adulteriũ & plura alia, de quibus ſuo
loco.Ergo ſatis eſt,quod adſit iuris præſumptio.

Tertiò accedit ſecundum Decium ratio illa, quod diſ-
12 ponens † non præſumitur reſtringere ſuam diſpoſitionem
ad eum caſum, quo diſpoſitio reddi poteſt inutilis.l. iij. ff.
de teſta. milit. cum illi ſimilibus. Atqui, ſi de hac probatio-
ne ex legis præſumptione non intelligeretur diſpoſitio hęc,
inutilis redderetur ob ſummam difficultatem probandi,alia
magis concludenti probatione. Ergo de hac ſatis intelligi
poteſt.

Quartò ita hanc ſententiam confirmo.

13 Verba teſtatoris † ſtatuti & alterius diſponentis recipiũt
interpretationem à ſubiecta materia, etiam circa proprium
ſignificatum.l.hæredibus. §.vlti.ff.ad S.C.Trebell.& l.qui-
bus diebus.§.dominus.ff.de condit. & demonſtr. & ibi So-
cinus. nume. 4. Atqui ſubiecta materia hic ſignificat, præ-
ſumptionem iuris eſſe veram & propriã probationem, cum
aliter probari non poſſit.vt iam diximus.Ergo de ea hęc diſ-
poſitio intelligi debet. Nec huic ſententia obſtat.l.Lucius.
ff.de cond.& demonſtr.quia reſpondetur,vt iam eam decla-
raui libro ij. de arbitrariis iudicum &c. caſu lxxxix. nume-
ro 10.

Secundus eſt caſus huius tertij caſus, quando in diſpoſi-
14 tione hominis aliæ † probationes haberi poſſunt quàm præ-
ſumptiuæ ex ipſius rei natura, ſed ex facto impediuntur: &
teſtator, qui ſciuit non poſſe probari concludentibus pro-
bationibus ita cauit: lego centum Caio, ſi ab eo probabi-
tur, Sempronium occidiſſe patrem meum. Euenit modò,
quòd directò teſtibus probari hoc non poteſt: & id ſciuit
teſtator,ſed hoc demonſtrari poteſt validis coniecturis à le-
ge receptis.Ego crederem hoc in caſu eſſe factum conditio-
ni.Nam ex quo ſciuit non extare probationes,ſed coniectu-
ras & præſumptiones tantum, de eis intellexit. Ea adfertur
ratio,quam & ſuperiore caſu cõmemoraui,quòd aliàs inuti-
liter diſpoſuiſſet;quod dicendum non eſt.Præterea cum lex
habeat illum pro homicida,credendum eſt, etiam teſtatorẽ
habere voluiſſe, ex quo ſuam voluntatem legi corformem
eſſe voluit:ſicuti iã ſupra diximus. Accedit quod paria ſunt,
15 † quò ad effectũ,probationes non extare de facto, vt quan-
do teſtes non adfuerunt & non extare ex natura rei. At cùm
non extant ex natura rei, ſufficit probatio ex præſumptio-
nibus, vt iam diximus, Ergo idem eſt dicendum in caſu
noſtro.

Tertius eſt caſus huius tertij principalis caſus, quando
16 verſamur in diſpoſitione hominis † & is diſponens ſciuit
vtroque modo poſſe probari. Hoc caſu crederem, teſtatorẽ
intellexiſſe de aliis probationibus, quàm ex præſumptioni-
17 bus. Ea eſt prima ratio, quòd † verba in potentiori ſignifi-
catu debent intelligi.l.j.§.qui in perpetuum.ff.ſi ager vecti-
gal.vel emphyte.peta. Et propterea Baldus in l. peremptio-
rias.col.vlt.C.ſenten.reſcindi non poſſe.& cum eo Iaſon in
repe.l.admonendi.nu.233.verſic.imò fortius. ff. de iureiur.
18 ſcripſerunt, in dubio appellatione † probationis, intelligi de
plena.Accedit & altera ratio, quæ ad hunc caſum ſingularis
19 eſt,quòd teſtator dum legat † vt detegatur homicida, ſigni-
ficat animum vindictæ contra ipſum homicidam, quem, vt
talem grauiter puniri exoptat: & ideo ſentit de probationi-
bus non præſumptiuis.Nam ob præſumptiuas probationes,
is homicida grauiter puniri non poſſet,vt ſcribunt omnes in
cap.afferte.de præſump.& vberius dicemus infra q.lxxxviij.
Et hoc in caſu rectè procedit opinio Decij, loco iam cita-
to,aſſerẽtis,diſpoſitionem hominis intelligi debere de pro-
bationibus his,quæ extant ex natura rei.Cæteris verò in ca-
ſibus iam relatis malè ille docuit.

Quartus eſt caſus huius tertij caſus principalis, quando
20 † in diſpoſitione legis municipalis, vel principis reſcripto,
& illis ſimilibus, probatio conditionaliter requiritur. Hoc
in caſu,ſatis intelligitur de probatione ex hac iuris præſum-
ptione.Ita ſenſit in ſpecie & rectè Beroius in d.rub.extra de
probatio.numero 46.verſic.quinimò.&c. dum ita interpre-
tatur capitul. non ſolùm. de regula. in vj. & deinde nume-
ro 47. ſubiungit rationem: Quòd ſcilicet in habentibus
21 † Symbolum facilior ſit tranſitus.l.in rẽ.§.itẽ quæcumque.
ff.de rei vend.cap.quod in dubiis. vbi gloſſa, de conſec.ec-
cleſ.vel alta. Huc ſpectat quod reſpondit Anchar.in conſil.
22 ccccxxij. ad finem, quòd ſtatutum † facilius interpretatio-
nem recipit ab alio ſtatuto quàm à iure communi, cum in
habentibus Symbolum facilior ſit tranſitus. Et Anchara-
num ſecuti ſunt Decius in l.j.numero 20.C.de ſecund.nup.
Gozad.con.xvj.numero 20. & Ripa in l. centurio. numero
31. ff. de vulg. & pupil. ſubſt. cæteros ſciens prætereo. Ita
ergo in caſu noſtro dicendum eſt, legem ipſam municipa-
23 lem, vel principem † qui eſt ipſa lex viua,voluiſſe intellige-
re de iuris præſumptione, quæ ipſi legi probatio eſt. Adferri
24 melior ratio poteſt, quod ſcilicet verba obſcura † interpre-
tationem recipiunt à conditione perſonæ loquentis.l. ſi mi-
les: ff. de teſta. milit. & ob id ſcribit Baldus in cap. cum ve-
niſſent, de eo qui mitt. in poſſeſſ. quod ſi Rex mentionem
25 † faciat iuris, intelligitur de iure regio, non autem de alio.
Et Baldum eſt ſecutus Decius in l. & militibus. numero 4.
C. de mil. teſta. Cum ergo ſtatutum vel princeps mentio-
nem probationis facit, intelligi debet probatio iuxtà legis
diſpoſitionem, quæ in præſumptione ab ea approbata veri-
ficatur.Quam quidem ſententiam veram eſſe intelligo, niſi
lex illa municipalis aliàs reiiciat probationes pręſumptiuas.
Exemplum ſit, ſtatutum approbat dotem confeſſatam con-
ſtante matrimonio, atque ita reiicere dicitur eam præſum-
ptionem fraudis, quæ ſolet conſiderari à Doctorib.in l.j.ff.
ſol. matr. deinde ſubiungit ſtatutum. niſi probatum ſit eam
confeſſionem eſſe fictam & ſimulatam. Hoc caſu, dum ſta-
tutum requirit hanc probationem, de vera & concludenti
intelligitur. Eſt aperta ratio,quia aliàs contineret pugnãtia,
quod dicendum non eſt.Ita aliquando interrogatus reſpon-
di, & declaraui ſtatutum Mutinæ, de dote confeſſata. rubr.
cxxxvj.Ex pręd ictis declaratur traditio illorum,qui ſcripſe-
runt,præſumptionem cenſeri veram probationem, quando
probatio requiritur pro forma, vt tradunt Aret. in conſi. lj.
colum.j.Alex.in conſi.lxxx.nu.10.lib.ij.Iaſon in l.non hoc.
nu.15. C. vnde leg. & Ripa in cap.cum eccleſia Sutrina.nu.
23.verſi.iij.ampliari.de cauſa poſſ.& propr.

## QVAESTIO XXXVII.

Præſumptio, an dicatur verè & propriè probatio,
quando ſit mentio probationis, cum aliquo ad-
iuncto

*SVMMARIVM.*

*1 Præſumptio iuris & de iure vera eſt probatio,ſi probationis mentio ſiat cum adiuncto aliquo, vel qualitate. Secus eſt in præſumptione hominis num.2.Et quid ſit de præſumptione iuris nu.3.*

*4 Præſumptio iuris quando dicatur legitima & euidens probatio,&.nu. 6.7.& 12.*

*5 Legitimum dicitur illud,quod à lege receptum eſt.*

*8 Præſumptionem contra ſe ex confeſſione ſua ductã qui habet,validiores probationes ad diluendam illam afferre debet.*

*9 Probationes euidentiſſimæ adferri debent ab eo, qui facto iudicis impeditum ſe aſſerit, quò minus appellationem à ſe interpoſitam proſequeretur.*

*10 Delicta vel teſtibus, vel documentis aut indiciis indubitatis, probantur.*

*11 Delinquere nemo præſumitur.*

*13 Coniecturæ quænam faciant rem euidentiſſimam.*

QVAE



QVAERO Trigeſimooctauò, an præſumptio di-
catur verè & propriè probatio, cum ſit mentio
probationis cum aliquo adiũcto, aliquáve qua-
litate, vt puta quando requiritur legitima pro-
batio,euidens,vel aperta probatio? Ego adhuc tres caſus ita
diſtinguo.

Primus eſt caſus, cum de præſumptione iuris & de iure
1 loquimur.Hoc caſu præſumptio iſta † dicitur vera & legiti-
ma probatio.Ita probat c.is qui fidem.de ſponſa. Et hac in
re nemo ambigitur.

Secundus eſt caſus,cùm loquimur de præſumptione ho-
2 minis.Hæc nõ dicitur † probatio legitima,nec euidens:cum
eam lex non approbauerit. Expectat enim futurum iudi-
cium iudicis; qui quidem iudex, ita reijcere, quemadmo-
dum approbare poſſet. Et probatur à fortiori ex traditis ſu-
pra.q.26.in fine.cùm diximus,hanc præſumptionem nõ re-
tinere nomen ſimplicis probationis. Et in ſpecie præſum-
ptionem hominis non eſſe euidentẽ probationem, reſpon-
dit Riminal.in conſil.ccxxiij.nu.52.& 55.lib.ij. ex ſenten-
tia Baldi in l.ſiue poſſidetis.num.7.C.de probatio. & Felin.
in cap.quanto.num.12.de præſump.

Tertius eſt principalis caſus,cùm agimus de pręſumptio-
ne iuris tantùm. Hoc in caſu eſt dubitatio non mediocris.
3 Multi enim in ea ſunt opinione,quòd hæc non † dicatur nec
euidens, nec legitima probatio. Alij etiam non pauci diſ-
ſentiunt. Nos in aliquibus conſueuimus ſequi diſtinctio-
nem Decij,in rubr.extra de probatio.col.pen.verſi.pro de-
claratione:& ob id ita hos caſus ſubdiſtinguimus.

Primus eſt caſus, quando ex natura rei alię probationes,
quàm hæ ex præſumptionibus haberi non poſſunt.

4 Hoc in caſu iuris præſumptio legitima † & euidens pro-
batio dicitur,ſicuti in probanda filiatione euidens & legiti-
tima probatio eſt illa, quæ à coniecturis & præſumptio-
nibus à lege probatis, ducitur. iuxtà l. filium. ff. de his, qui
ſunt ſui,vel alien.iuris.Id quod ex aliquorũ interpretatione
probat.l.pen.§.pe.ff.de probat.Cũ ait locũ fore veritati in
probatione filiationis.Si itaq; veritas eſſe dicitur, quæ naſ-
citur à probatione filiationis,quam coniecturis ſolùm con-
tingit probari,ſequitur dicendum,legitimam hanc & euidẽ-
tem probationẽ appellari poſſe. Ita etiam probat.l. j.§.de-
bebit.ff.de liber.agnoſ.& cap.conſuetudo.de probatio.Eſt
ratio quam & ſuperiore quæſtione retuli,quod à lege ſit hęc
5 recepta & approbata.Et legitimũ illud eſſe dicitur † quod à
lege receptum eſt. l. legitima. ff. de pactis & eo loci ſcri-
bentes.Et in ſpecie hanc eſſe probationem legitimam aſſe-
ruit(vt dixi) Decius loco iam citato.& Beroius in d.c. con-
ſuetudo.num.18.de probatio. Et hoc in caſu malè ſcripſe-
runt ij,qui dixerunt hanc præſumptionem non eſſe legiti-
mam probationem,

6 Secundus eſt caſus principalis,cùm aliæ † probationes ex
natura rei haberi poſſunt. & nulla alia repugnat præſum-
ptio legis. Exemplum adfert Decius, ſi cauetur ſtatuto,
quod in cauſſa mutui procedatur ſummariè, adhibitis legi-
timis probationib⁹. Hoc in caſu(ait Decius)legitimę pro-
bationes intelliguntur ſecundum ſubiectam materiã, & ſſe-
cundum ius commune: Sicuti & plena probatio, vt ſcribit
Bart.in extrauag.ad reprimendum.in verbo, ſummariè. nu.
8.& 9.ſecundũ ſubiectam materiam ſumitur.Et hoc in caſu
poſſunt intelligi illa iura, quæ affirmant iuris præſumptionẽ
eſſe euidentem probationẽ,vt tex.l.licet Imperator de leg.
j.tex.l.quidam teſtamento.ff.de vulg.& pupil.ſubſt.& illi ſi-
milia retuli ſupra q.xxvj.in ſecundo caſu interpretari poteſt
cap.peruenit.de fideiuſſo.cùm requirit,legitimas probatio-
nes in illa facti ſpecie, fieri oportere, legitima erit proba-
tio,quæ ex his præſumptionibus orietur.

Tertius eſt caſus,quando ex natura rei aliæ probationes
haberi poſſunt: & iuris præſumptio, altera, vel ob perſonæ
conditionem,vel ob actum repugnat. Hoc in caſu † iuris
7 præſumptio ſola, non dicitur vera, euidens & legitima
probatio.Ita poſſumus intelligere multa iura,quæ euidẽn-
tiſſimas,claras & legitimas probationes requirũt.Ita loqui-
tur.l.cũ de indebito.§.vlt.ff.de probatio.Nã ibi euidentiſſi-
mæ probationes requirũtur ob negotij qualitatẽ,ſi quidem
is,qui contra ſe † præſumptionem ex ſua confeſſione ductam
8 habet, vt eam diluat, neceſſe habet, validiores adferre pro-
bationes. Et cum inter validiores non ſit eo in caſu, ſola
iuris præſumptio, mirum non eſt, ſi ipſa iuris præſumptio
euidentiſſima probatio non dicitur. Ita etiam declaratur l.
vltim.§.illud.C.de tempo.appella.dum Iuſtin.requirit, eui-
9 dentiſſimas probationes † adferri debere ab eo, qui aſſerit,
ſe iudicis facto fuiſſe impeditum, quin appellationem à ſe
interpoſitam proſequeretur. Ea enim ratione euidentiſſi-
mæ probationes requiruntur, quod præſumptio iuris, quæ
eſt pro ipſo iudice, iuxta l. ij. C. de officio ciuilium iudi-
cum, afficit ipſum appellantem duriori onere probationis.
Et ideo eo in caſu, non ſufficit altera iuris præſumptio: &
conſequenter præſumptio iuris ſola non eſt euidens proba-
tio.Et hac ratione ſcribit Decius in capitul. ex ratione, nu-
mero decimoquarto de appela.in caſu.d.§.illud, non etiam
ſufficere iuramentum.Ita etiam, declaratur l. vlt. C. de pro-
10 batio.Cùm ait,perpetrata delicta † probari vel teſtibus, vel
documentis, vel indubitatis indicijs. Eo caſu non ſufficit
ſola iuris præſumptio: cum alia repugnet, nempè; quod
11 nemo † delinquere præſumatur.l. meritò. ff. pro ſocio. Ita
etiam intelligitur c.conſultationi.de ſponſa. Eo enim loci,
legitimæ probationes ex teſtib. requiruntur, nec ſufficiunt
iuris præſumptiones,ex quo iã aderat cõtraria præſumptio,
ducta ab aſſertione mulieris dicentis,ſe non conſenſiſſe. Ita
etiam loquitur.cap.iij. de hæret. in vj. Verè enim ibi repu-
gnat præſumptio iuris,& ideo dũ legitima probatio requi-
ritur, non poteſt dici legitima illa, quæ ex altera ſola iuris
præſumptione deſcendit. Ita pariter declaratur gloſſa. l.
vlt.in prin.ff. quod metus cauſ. Cùm ait, eo in caſu requiri
probationes apertas imò & apertiores. Id enim cõtingit ob
repugnantem præſumptionem iuris: ſicuti manifeſtè ex illo
reſponſo colligitur.

Quartus caſus huius tertij caſus principalis,poteſt conſi-
12 derari, quando † legitima, vel euidens probatio requiritur,
inſpecta cõditione perſonæ.Exemplum adfert Decius in d.
rub.extra de probat.col.pen.verſ. tertius caſus. Si ſtatutum
diſponit,quod aduerſus ſcolares ſolũ admittantur apertæ &
legitimæ probationes, Hoc in caſu ſola † iuris præſumptio,
dici non poteſt euidens & legitima probatio. Ita Decius &
rectè loco prætallegato.Nã ſtatutũ fauere voluit ipſi perſo-
næ:Cui quidẽ nil ſpeciale eſſet conceſſum,ſi locus eſſet prę-
ſumptionib.& coniecturis,vt aduerſus cæteras perſonas. Vt
ei igitur quid plus,quàm cæteris tributum cenſeatur,dicen-
dum eſt,præſumptionem iuris non ſufficere.

Ex prædictis diffinitur illud de quo cõtendũt Iaſon & Za-
ſius in l.ſi pluribus.de legat.j.Cum diſputant,an coniecturę
13 faciant rem euidentiſſimam.Eſt enim dicendum, † quòd aut
cõiectura eſt iuris & de iure,vel etiam iuris tantum:Et tunc
euidentiſſima eſt probatio. Aut eſt coniectura generis, &
tunc non.

## QVAESTIO XXXIX.

Præſumptio vel vera probatio an illa eſſe dicatur,
quæ ex diuerſis ſpeciebus probationum,ſeu ex mul-
tis præſumptionibus oritur,copioſè explicatur.

*SVMMARIVM.*

*1 Probatio ex diuerſis ſpeciebus probationum reſultans, præſumpta dicitur.Vide tamen ibi.nume.18.*

*2 Probatio compoſita ex duabus ſpeciebus perfectis ac per ſe ſtantibus,propriè dicitur probatio.*

*3 Probatio compoſita ex duabus ſpeciebus imperfectis,eiuſdem tamen generis,formæ,& ſubſtantiæ.probatio propriè dicitur.*

*4 Imperfecta duo eiuſdem generis,efficiunt vnum perfectum,etiam in diuiduis & ſubſtantialibus.*

*5 probatio propria dicitur etiam illa,quæ compoſita eſt ex vna ſpecie probationis perfecta ac plena,& alia imperfecta ac ſemiplena.*

*6 Vincula duo non cenſentur,quando vnum eorum eſt vitioſum,& nullius momenti.*

*7 Probatio præſumptiua tunc conſtituitur, cum duæ ſpecies probationis imperfectæ,diuerſi generis ſimul iunguntur.*

*7 Res naturales non conſtituuntur ex argumentis.*

*9 Totum ex pluribus cohærentibus quæ partes ſunt,conſtituitur.*

10 Sepa

10 *Separata & non cohærentia non conſtituunt vnum totum.*
11 *Præſumptio ex pluribus differentibus argumentis, ad eundem finem tẽdentibus conſtituitur.*
12 *Cauſatum ſequitur naturam ſuæ cauſæ. id tamen quandoque fallit. numero 13.*
14 *Teſtes duo ſimul iuncti, vere & perfectè probant.*
15 *Dominium verum & proprium, cauſatur à traditione ficta & impropria.*
16 *Poſſeſſio vera & propria transfertur per clauſulam conſtituti.*
*Idem eſt in actu quo defertur hæreditas. num. 17.*
19 *Proprium dicitur, quod ſub definitione continetur.*
20 *Probatio eſt actus, rei dubiæ faciens fidem.*
21 *Species propriè continetur ſub ſuo genere.*
22 *Probatio plena dicitur, quæ ex duabus ſemiplenis conficitur.*

QVAERO Trigeſimonono, an præſumpta, vel vera probatio eſſe dicatur illa, quæ ex diuerſis ſpeciebus probationum, ſeu ex multis præſumptio-
1 nibus reſultat? Et † præſumptam eſſe docuit Baldus in rub. extra de præſumpt. numero 3. in fin. in capitu. j. §. cum autem. numero 8. de controuerſ. inueſtit. quem ſecuti ſunt Fel. & cæteri in rubr. extr. de prob. Verum eo loci Beroius numero 16. & numero 17. quò hanc iuris quæſtionem apertius explicaret, tres caſus diſtinxit atque conſtituit. Ego verò quatuor, ex eiuſdem tamen Beroij ſententia, diſtinguam.

Primus eſt caſus, quando probatio eſt compoſita ex duabus ſpeciebus perfectis ac per ſe ſtantibus. Hoc caſu (ait Be-
2 roius) dubium non eſt, quin hæc propriè † probatio eſſe dicatur. Quam quidem aſſertionem inquit Beroius probari à gloſſa in l. cenſus. ff. de probatio. quæ non ſatis hoc mihi explicitè dicit. Nec etiam probant capitu. ſeries. de teſtibus & atteſta. in l. illis verbis: tam teſtes quàm inſtrumenta: & text. capitul. forus. in verbo, probatio. de verbo. ſign. ſicuti opinatur Beroius. Nam & ſi vterque locus probet illam eſſe probationem, quæ vel à teſtibus, vel ab inſtrumentis deſcendit: non tamen aſſerunt verè & propriè probationem naſci à duabus ex his ſimul coniunctis, conſiderata ſcilicet mixtura. Credo tamen aſſertionem ipſam eſſe veram ob id, quod ſi ſingulæ ipſæ ſpecies conſtituunt veram & propriã probationem (vt diximus) multò fortius cum ambę ſpecies ſimul iungũtur. Et ſi propriè probatio dicitur illa, quæ ex duabus probationibus imperfectis eiuſdem ſpeciei conſtituitur, ſicuti in ſubſequenti caſu dicemus, quartò fortius hic, vbi duæ perfectæ copulantur.

Secundus eſt caſus, quando probatio eſt compoſita ex duabus ſpeciebus imperfectis, quæ tamen eiuſdem generis,
3 formæ, & ſubſtãtię ſunt. Hoc in caſu adhuc iſta † dicitur propriè probatio. Ita Beroius in dicta rubr. de probatio. numero 16. verſicul. idem eſſet. Qui quidem ſcribit ita ſenſiſſe Baldum ibidem. numero 3. verſicul. porrò. Ea eſt ſen-
4 tentiæ ratio, quòd duo imperfecta † eiuſdem generis efficiunt vnum perfectum etiam in indiuiduis, & ſubſtantialibus: vti probat text. l. j. C. qui num. tutel. & melius text. in capitul. nihil. vij. quæſt. j. quo loci ſtatuit Concilium Toletanum, ſacrificium miſſæ, quæ vnitatis eſſe dicitur, ſi ab vno eſt cæpta, & ob ſuperuenientem infirmitatem relicta imperfecta, poteſt ab altero ſacerdote perfici. Quòd intelligit Cardinalis de Turre Cremata ibidem. numero 1. eſſe verum ex ſentia D. Thomæ in iij. parte ſummæ. quæſt. lxxxiij. articul. vj. quando is primus ſacerdos defecit poſt conſecrationem corporis Seruatoris noſtri, ante conſecrationem ſanguinis. Nam tunc ſecundus Sacerdos conſecrationem ſanguinis facere poterit. Ea eſt ratio, quia licet plures diuerſæque ſint hæ Sacerdotum perſonæ, ob fidei vnitatem vna ſola cenſetur. Et hac eadem conſtitutione adductus idem cenſuit ipſe Beroius in capitul. ſicut. numero 19. de probat. Quo loci ait, etiam in conditionalibus & indiuiduis, hanc probationem dici propriè probationem.

Tertius eſt caſus, quando probatio eſt compoſita ex vna ſpecie probationis perfecta ac plena, & ex alia imperfecta ac ſemiplena, quæ ſanè ſpecies ſunt diuerſi generis. Hoc ca-
5 ſu adhuc dicitur propriè † probatio, non autem præſumptiuè. Ita docuit Beroius in dicta rubr. extra. de probatio. numero 16. verſicul. tertius caſus. Ea ratione vtitur, quòd ſola probatio illa perfecta & plena, eſt in conſideratione: illa vero imperfecta & ſemiplena eſt ſuperuacanea. Quam ſententiam (ait Beroius) probat capitul. ſicut. de probatio. Huc pertinet illud ſimile ex doctrina Baldi in l. j. numero 2.
6 C. de legit. hæred. cùm ait duo † vincula non cenſeri, quando vnum eorum eſt vitioſum, & nullius momenti: quia vt ſuperuacaneum conſiderari non debet. Et Baldum ſecuti ſunt multi alij.

Quartus eſt caſus, cum duæ ſpecies probationis imperfectæ diuerſi generis, ſeu duæ præſumptiones, (eſt enim idem hic dicere, duæ præſumptiones, quod duæ ſemiplenæ probationes; cum probatio ſemiplena præſumptionem pariat, vt diximus ſupra quæſt. vij. in fine) ſimul iunguntur, vt puta, ſi confeſſio extraiudicialis iungatur cum teſte. iuxtà capitul. cum dilectus. de ſucceſſ. ab inteſta. Vel ſi iuramentum teſti annectatur, iuxtà exemplum propoſitum à Baldo in rubr. C. de probatio. in princ. Vel teſtis & fama copulentur iuxta exemplum Baldi in capit. j. §. cum autem. nu. 8. in fine. de controuerſ. inueſtit. Hoc itaque in caſu, non cõ-
7 ſtituitur vna vera & propria probatio, † ſed ſolùm præſumptiua. Ita cenſuit Baldus in dicto capitul. j. §. cum autem. nu. 8. de controuerſ. inueſtit. idem ſenſit ipſemet Baldus in capitul. j. §. conuenticulam. numero 8. de pace iura. firma. & in rubr. C. de probat. in princip. Et cum Baldo idem ſcripſerunt permulti in rubric. extra de probatio. vbi Felinus. numero 4. & Beroius. numero 16. in fine, atteſtantur, hanc
* eſſe * receptam opinionem. Quam quidem probauit & Iaſon in repe. l. admonendi. nume. 219. ff. de iureiur.

8 Primò ea ratione motus eſt Baldus, quòd res † naturales non conſtituuntur ex argumentis. Nam cum argumenta inuicem non cohæreant, non poſſunt vnum totum conſti-
9 tuere: cum vnum † totum ex pluribus cohærentibus; quæ partes ſunt conſtituatur. Exemplum adferri poteſt in humani corporis compagine, quæ ex ſolis cohærentibus connexiſque membris conſtituitur. Cum ergo ex ſeparatis
10 † & non cohærentibus non conſtituatur vnum totum, ſequitur dicendum ſolùm præſumptionem, non autem probationem confici. Siquidem præſumptio (auctore eodem
11 Baldo, ſuis locis relato) ex pluribus † differentibus argumentis ad eundem finem tendentibus conſtituitur. Verùm hanc Baldi conſiderationem reijcit Beroius in dicta rubr. extrà de probatio. numero 22. tum quia Baldus nil ad ſuæ aſſertionis confirmationem adfert: tum quod falſum eſſe exiſtimat Beroius argumenta probationem non facere. Qua de re ſuo loco.

Secundò ea ratione vſus eſt Decius in rubr. extrà de pro-
12 batio. ad finem, cauſſatum † ſequitur naturam ſuæ cauſſæ. l. vlt. C. de natura. liber. & cap. principatus. j. q. j. Atqui probatio hæc mixta fit ex ſemiplenis probationibus, quæ non ſunt probationes per ſe, ſed argumenta, & præſumptiones. Ergo ſimul iunctæ non probationem verè & propriè, ſed præſumptionem faciunt. Cæterùm hæc argumentatio triplici ratione cõfutatur à Beroio in d. rubr. extra de proba-
13 tio. nu. 20. Vna quod in ſpecie hac, † cauſſatum non ſequitur naturam ſuæ cauſſæ. Nam hic videmus, quod & ſi ſemiplenę probatio nil opituletur: attamẽ duæ ſemiplenę ſimul iunctæ proſunt. l. admonendi. vbi Docto. ff. de iureiur. & capit. vlt. de iureiuran. Ita enim (ſi vera eſſet Decij ratiocinatio,) ſequeretur duos teſtes non efficere veram & propriam probationem, ex quo ſeparatim conſiderati, vix ſemiplenã probationem conſtituunt: Et tamẽ vera eſt hæc ſententia, quod
14 duo teſtes † ſimul iuncti vere & perfectè probant. Præterea (vt ait idem Beroius) nil impedit quominus propriè ſit probatio, & ſi modi, quib. illa conficitur, improprij ſunt. Ita
15 enim videmus dominium † verum & proprium cauſſari à traditione ficta & impropria, vt ſcribunt Bar. in l. ex hoc iure de iuſt. & de iure, Alex. in conſ. lxxxvij. lib. v. ita etiã videmus clauſulã cõſtituti, qua poſſeſſio trãsfertur. l. quod meo. vbi Doct. ff. de acq. poſſeſſ. eſſe actum fictum tranſlationis
16 & tñ vera † & propria poſſeſſio transfertur. l. certo. §. j. ff. de preca. & ſcribũt omnes in l. ab emptione. ff. de preca. & ſcribunt omnes in l. ab emptione. ff. de pactis. & copioſè Tiraquellus in tract. de conſtituto. parte ij. ampl. j. Ita etiam di-
17 cimus, quod & ſi actus, quo hæreditas † defertur, actus fictus ſit: attamen delata ipſa hæreditas eſt vera, & ob id ſub ſtatuto mentionem de hæreditate faciente continetur.



tur. ita reſpondit Butrius in conſ. xx. æquitas ſuggerit, quem ſecuti ſunt Soc. Sen. in conſi. cxlvij. colum. j. & Bellonus lib. iiij. ſupp. iuris. cap. xvij. num. 14. quo loci alia ſimilia adfert. His itaque receptæ ſentẽtiæ confutatis argumentis, contra-
18 ria opinio videtur verior, quod ſcilicet hæc ſit vera † & propria probatio, non autem præſumptiua. Quam ſanè opinionem probarunt Aretinus in capit. cum cauſſam. numero 34. & ibidem Felinus numero 10. de probatio. Eiuſdem ſententiæ fuit & Beroius in dicta rubr. extra de probatio. numero 18.

19 Primò ea ratione adducti ſunt, quod illud dicitur † proprium, quod ſub diffinitione continetur, vt declarat Barto. in l. omnes populi. numero 53. de iuſtit. & de iure, omnes in l. j. ff. de teſtam. & in rubr. inſtitut. eod. titu. Atqui hæc probatio ex multis imperfectis compoſita, ſub diffinitione cõtinetur. Ergo eſt propriè probatio. Illa minor probatur,
20 quia probatio eſt † actus fidem rei dubiæ faciens, vt ſcribunt omnes in rubr. de proba. ſed hæc probatio fidem facit. Ergo &c. Cæterum, ni ego fallor, nil concludit hæc argumentatio: quandoquidem etiam ſola iuris præſumptio, ſi modo nil ei repugnat, fidẽ facit, & tamen ex communi ſententia non eſt propriè probatio.

21 Secundò ita argumentatur Beroius, ſpecies propriè † continetur ſub ſuo genere. l. hoc legatum. §. inter emptum. de lega. iij. & ſcribunt Baldus in l. ij. C. de iure aureo annul. & Decius in rubr. ff. de iuriſd. om. iudicum. numero 2. Atqui hæc probatio, quæ ex ſemiplenis imperfectiſque probationibus conſtituitur, eſt ſpecies probationis. l. iij. §. eiuſdem, vbi gloſſa. ff. de teſtibus. Ergo eſt propriè probatio. verùm reſponderi poteſt, negando illam minorem propoſitionem, quæ pro conſtanti non eſt præſupponenda, cum de ea nunc diſputari contingat.

22 Tertiò mouetur & rectius Beroius, ea dicitur eſſe † plena probatio, quæ ex duabus ſemiplenis conficitur. l. admonendi vbi Doctor. ff. de iureiurand. c. vlt. eo. tit. ſed plena probatio, eſt propriè probatio, vt re ipſa conſtat. Ergo & hæ ſimul iunctæ ſemiplenæ atque de ſe imperfectæ.

## QVAESTIO XL.

### Præſumptiones plures, quando & quomodo iungi ſimul poſſint, ad faciendum plenam & perfectam probationem.

SVMMARIVM.

1 *Præſumptiones hominis duæ vel plures iungi ſimul poſſunt, ad conſtituendum plenam probationem in cauſa ciuili non ardua.*
2 *Cauſa ciuilis ardua, criminali æquiparatur, ob præiudicij grauitatem. num. 8.*
3 *Præſumptiones quàm probationes facilius ſimul iungi.*
4 *Præſumptiones plures non coniunguntur in cauſa ciuili ardua vel magni ponderis.*
5 *Præſumptiones duæ ad faciendam plenam probationem, non coniunguntur in cauſa matrimonij, vbi præſertim de illius ſeparatione ageretur.*
*Aliud eſſet ſi de confirmatione illius vel validitate tractaretur. nume. 6.*
*Et quid ſit in probatione filiationis, num. 7.*
9 *Præſumptiones plures, quando etiam in cauſa criminali ſimul iungantur & quando non. nu. 10.*
11 *Præſumptiones plures ſi concurrant, ſimul etiam tunc iunguntur. vbi agitur in cauſa criminali de pœna infligenda.*
12 *Delictum ex concurſu præſumptionum præſumitur.*
13 *Falſi crimen ex pluribus præſumptionibus probari.*

QVAERO nunc quadrageſimò, an & quando præſumptiones plures iungi ſimul poſſint, ad faciendum plenam & perfectam probationem? Hæc iuris quæſtio perplexa eſt, & malè à noſtris explicata. Quò autem à me facilius pleniuſq; explanetur, aliquot caſus cõſtituendi ſunt. ſed prius illud dicam, diſputationem hanc eſſe de præſumptione hominis: nam illa legis eſt per ſe probatio, ſicuti ſupra ſuo loco diximus. Caſus itaque huius quæſtionis ita diſtinguo atque conſtituo.

Primus eſt caſus, quando agitur de cauſſa ciuili quæ ardua non eſt.

1 Hoc caſu duæ † vel plures præſumptiones ſimul iungi poſſunt, ad conſtituendam plenam probationem. Ita cenſuit gloſſ. in l. ij. in princip. in verbo, legitimis. ff. de excuſa. tut. in l. inſtrumenta. C. de probat. in capit. cum cauſſam in gloſ. vlt. de prob. capitu. accedens. lib. ij. in verbo. Oriundis, vt lite non. Ita etiam intelligo Baldum in l. ſi quis ex argentarijs. §. j. in iiij. notab. ff. de eden. cũ ait, in ciuili duas præſumptiones ſimul iungi, ad faciendum plenam probationem,
2 intelligo in ciuili cauſſa non ardua. Nam ſi ardua † eſt, criminali æquiparatur vt infra ſuo loco dicemus. Ita etiam interpretor Baldum in conſilio iij. caſus taliſ eſt. Quidam Petrucius in fine lib. iij. cùm reſpõdit plura inditia ſimul iungi ad plenè probandum. Idem ſcripſerunt Angelus in l. non eſt veriſimile. in fine. ff. quod metus cauſſa. Aretinus in conſil. lxv. columna ij. in fine. Romanus in conſil. liiij. in fine. Ioann. de Anna. in conſi. xlix. columna j. Barba. in rubr. extra de probatio. columna iiij. verſicul. quod probatur. & in capitul. vlt. de ſucceſſ. ab inteſta. Calca. in conſilio lxxvj. columna j. Soc. Sen. in conſil. lxxxix. nume. 2. lib. j. Curt. Sen. in l. admonendi. nume. 201. in fine. ff. de iureiuran. & Crau. in conſil. lxxiij. numero 19. & clarè in conſil. clviij. numero 11. Viſus tamen eſt Craue. in d. conſil. lxxiij. numero 19. loqui de præſumptione iuris, de qua dubitandum non eſſet, vt ſuprà admonui. Horum interpretum aſſertio, comprobatur ex doctrina Butrij, & Calderini in capitul. veniens. libr. j. de teſtibus. ac Oldradi & Nicolai de Neapol. in l. ij. ff. de excuſa. tut. quos recenſet Iaſon in repe. l. admonendi. numero 213. verſicul. alia & tertia. ff. de iureiurand. Cùm dixe-
3 runt, præſumptiones facilius ſimul iungi † quàm probationes, de quibus quidem probationibus ſimul iungendis dicemus infrà in ſequenti quæſtione. Ea eſt huius ſententiæ ratio, quod omnes hæ præſumptiones ad eundem finem tendunt, nempe vt iudex, ad rei cognitionem, & fidem adducatur iuxtà l. quinquaginta. ff. de probat. ad quem ſanè finem eſt probatio plena & perfecta, ſimul ergo debent iungi præſumptiones plures.

4 Secundus eſt caſus, cùm agitur de cauſſa ciuili ardua † ſeu magni ponderis, vt puta de toto alicuius patrimonio. Nam tunc hæ præſumptiones non coniunguntur. Ita ſenſit Bald. in l. vltim. numero 8. verſicul. quædam eſt probatio. C. de proba. & in cap. veniens. numero 7. ext. de teſtibus. & apertius docuit Cacialu. in l. admonendi. numero 208. ff. de iureiurand. Hinc dicimus, quod in cauſſa matrimoniali, cum
5 agitur de illius ſeparatione duæ † præſumptiones, vel plures non coniunguntur ad faciendum plenam probationem. ita reſpondit Alexand. in conſil. cxliij. numero 4. libr. ij. quem ſecuti ſunt Dec. in conſilio cxxxiij. numero iij. & in conſil. cccx. columna 1. & Gratus in conſil. xxxviij. numero 32. lib. ij. cum dicunt, in cauſa diſſolutionis matrimonij, non coniungi probationem ex vno teſte cũ fama, quæ duæ præſumptiones ſunt. Cùm verò agitur de matrimonij confirmatio-
6 ne, † & validitate, plures præſumptiones connecti poſſunt ad conſtituendum plenam probationem. ita reſpondit Barba. in conſ. 6. columna j. lib. j. Ita pariter dicimus plures præ-
7 ſumptiones poſſe coniungi ad probandum aliquem † eſſe filium, vt ſcripſi. lib. ij. de arbitra. iudicum. caſu. lxxxix. nume. 65. Quæ ſanè plures præſumptiones non poſſent coniungi ad probandum quem non eſſe filium. Ea eſt huius caſus ra-
8 tio, quòd cauſa ciuilis ardua criminali † æquiparatur, ob præiudicij grauitatem vt probat text. in §. item propter litem. in inſti. de excuſ. tuto. & ibidem Doct.

Tertius eſt caſus, cùm agitur de cauſſa criminali, vt tamen ſolùm accuſatus inquiratur, vel vt quæſtionibus ſubijciatur,
9 Hoc ſanè caſu † plures præſumptiones ſimul iunguntur. Ita de inquiſitione docuit Felinus in c. veniens. lib. j. numer. 15. de teſtibus. Et quod locus ſit torturæ quæſtionibuſq;, ſcripſerunt Alex. in conſil. lxv. in fin. lib. 1. & in conſil. xlj. in fin. lib. ij. Franc. Brunus in tracta. de indicijs & tortura. colum. ij. Soc. Sen. in conſil. liiij. col. j. lib. iij. Cæpolla in cõſi. xxxij. num. 16. in criminal. & Gramma. in conſi. iij. nume. 6. in criminalibus.

Quartus eſt caſus, cũ agitur de cauſſa criminali, vt delin-
10 quẽs puniatur. Hoc in caſu † regulariter duæ præſumptiones non

non coniungũtur ad conficiendum plenã probationem. Ita
docuit Bal. in d. l. ſi quis ex argẽtarijs. §. j. nu. 4. ff. de edẽ. quo
loci ſcripſit, quod in his cauſſis non ſufficit vnus teſtis de ve-
ritate, & duo de fama: ſed etiã duo alij requirũtur de inditio.
Ita etiam ipſe Baldus in l. iij. §. eiuſdem. ff. de teſtibus. idem
viſus eſt ſentire, cum dixit famam in his non facere pro-
bationem ſemiplenam, & cum altera non coniungi, idem
reſpondit Oldra. in conſi. cxcij. numer. 2. Quę ſanè traditio
comprobari poteſt ex his, quæ dicemus quæſtione ab hinc
ſecunda.

11 Declaratur, vt non procedat hic caſus, quando † plures
præſumptiones concurrunt. Ita ſenſit ipſe Bald. in dicta l. ſi
quis ex argentarijs. §. j. numero 4. ff. de eden. & clarius Are-
tin. in capitul. veniens. lib. j. columna vij. numero 27. de te-
ſtibus. & in conſilio xiij. columna 5. numero 9. Cacialup. in
l. admonendi. numero 153. & ibi. Curt. Sen. numero 291. ff.
de pactis iuran. Grat. in conſil. lviij. in fin. lib. ij. Et hoc in
caſu intelligi, & declarari poſſunt traditiones eorum, quos
recenſet Craue. in conſi. lxxiij. numer. 19. nempe Baldi re-
ſponſum in conſil. ccclxiiij. Quia quæſtio colum. ij. ver-
ſicul. probatio mitiganda lib. iij. cùm dixit, ex concurſu
12 † præſumptionum præſumi delictum. Ita etiam declara-
tur. Ioan. de Anna. in conſil. xlix. numero 3. qui dixit, falſi
13 crimen † probari ex pluribus præſumptionibus. Quæ ſa-
nè ſententia multò magis procedit in illis delictis, quæ dif-
ficilis probationis ſunt, vt poſt alios reſpondit Crauetta
in locis ſupra allegatis. Nam tunc ſemper præſumptiones
iunguntur vt reſpondit Alexander in conſilio xxiiij. nume-
ro 42. lib. ij. In caſu tamen huius declarationis non impo-
nitur pæna ſanguinis, ſed ſola pecuniaria; vt infra quæſtio.
lxxxviij. explicabimus, cum tractabimus ad quam pænam
damnari quis poſſit ex ſolis præſumptionibus.

## QVAESTIO XLI.

### Probationes duæ imperfectæ, quæ præſumptionem tantum faciunt, iungi an ſimul poſſint, ad conſtituendum plenam, & perfectam probationem, explicatur diligenter, & exemplis declaratur.

*SVMMARIVM.*

1 *Probationes duæ ſemiplenæ, ad conficiendam probationem plenam iunguntur in cauſa ciuili non ardua.*
2 *Probationes imperfectas in cauſis pupillorum, ſimul iungi.*
3 *Confeſſio vnico teſte prolata, quando non ſufficiat vt duæ probationes coniungantur.*
4 *Teſte vno de veritate deponente & duobus de fama, infertur ſemiplena probatio in negotio principali.*
*Idque procedit etiam quando duo tantum extarent teſtes, quorum vnus de veritate, & ſimul etiam de fama diſponeret. numero 5.*
6 *Confeſſiones duæ extra iudicium factæ ſemiplenè probant, ideoque ſimul iunctæ perfectam conſtituunt probationem.*
*Quod quando non procedat declaratur. num. 7.*
8 *Probationes duæ ſemiplenæ, ad conſtituendam probationem plenam non coniunguntur, in cauſa criminali ad pœnam ſanguinis irrogandam.*
9 *Teſtis vnus in cauſis capitalibus, non iungitur cum fama ad conſtituendam plenam probationem.*
10 *Probationes duæ ſemplenæ coniunguntur in cauſa criminali, quando agitur ad pœnam pecuniariam.*
11 *Probationes duæ ſemiplenæ non coniunguntur in cauſa ciuili quæ tam ardua eſt, vt criminali æquiparetur.*

QVAERO quadrageſimoprimò, an duæ ſemi-
plenæ, ſeu imperfectæ probationes, quæ verè
præſumptiones tantùm conſtituunt, iungi vnà
poſſint ad conſtituendum plenam & perfe-
ctam probationem? Hæc iuris quæſtio tantum differt ab
illa, quam ſecundo ab hinc loco ſup. explicauimus, quan-
tum differt præſumptio à ſemiplena probatione, qua de re
egimus ſup. Ea etiam ratione differt, quod difficilius vi-
dentur coniungi plures probationes imperfectæ, quàm plu-
res præſumptiones. vt docuit Butrius in cap. veniens. lib. j.
column. vlti. de teſtibus. Quò autem hæc quæſtio apertius
à me tractetur, ita aliquot caſus diſtinguo atque conſtituo.

Primus eſt, quando cauſſa, eſt ciuilis non ardua magni-
1 ſque ponderis. Hoc in caſu duæ probationes † ſemiplenæ
coniunguntur ad conficiendum plenam probationem. Ita
ſenſit gloſſ. in l. ij. in princip. ff. de excuſa. tuto. in verbo,
legitimis, cùm à fortiori cenſuit, duas præſumptiones con-
necti hoc in caſu poſſe, vt explicauimus in quæſtione ab
hinc ſecunda. Ita etiam gloſſ. in cap. veniens. lib. j. in ver-
bo illorum. de teſtibus. cùm dixit, famam iuncto teſte ple-
nè probare. Idem ſenſit Bartol. in dicta l. ij. in princip. nu-
mero 2. eod. titul. de excuſ. tuto. & in l. admonendi. nume-
ro 48. ff. de iureiuran. quo loci Iaſ. in repe. numero 213. ver-
ſicul. quid tenendum, &c. aſſerit, hanc eſſe receptam opi-
nionem. Et eo loci in hanc ſententiam commemorat Spec.
Butrium, Fulgoſium, Caſtrenſem, Salicetum, Abbatem &
Alexandrum. Et his accedit Imola in conſ. cxxxviij. numero
3. in fine. Anchar. in conſi. cclxxvj. num. 4. qui reſpondit in
2 cauſis † pupillorum, vt adminiſtratæ tutelæ, & ſimilium, has
imperfectas probationes ſimul iungi. Idem docuit Albe. in
l. inſtrumenta. in fin. C. de proba. & reſpondit Alex. in conſi.
xxiiij. num. 41. lib. ij.

Exemplum primum adferri poteſt, ſi extat vnus teſtis,
qui de veritate facti atteſtatur: & duo, qui de cõfeſſione ex-
traiudiciali eius, qui ſe mutuo accepiſſe aſſeruit, teſtifican-
tur. Ille vnus ſemiplenè probat ſeu præſumptiuè. cap. ex in-
ſinuatione. de procurat. & cap. vlti. de ſucceſſ. ab inteſta. &
ita affirmant Barto. in l. admonendi. num. 48. & ff. de iureiu-
ran. quo loci Coraſius. n. 30. alia ſcribit, & ſi ipſe diſſentiat.
Ita etiam duo illi teſtes atteſtãtes de partis confeſſione ex-
traiudiciali efficiunt, vt confeſſio illa ſemiplenam probatio-
nem tantùm inducat. ita Bartol. in dicta l. admonendi. num.
181. qui multos caſus, ad huius rei explanationem, quę nunc
huc non pertinet, diſtinguit. Hæ igitur duæ præſumptiones,
ſeu duæ ſemiplenæ probationes iunguntur, & perfectam
plenamque probationem faciunt. ſicuti ſcribunt Bartol. in
dicta l. admonendi. numero 48. & ibidem Cacialupus nu-
mero 201. & numero 616. Curt. Iun. numero 190. Ripa. nu-
mero 206.

Et illis accedunt Caſtren. in conſilio ccclxxxj. Iudex eſt.
numer. 2. lib. 1. Alex. in conſi. cxliij. lib. ij. in conſi. lxxvj. nu.
4. lib. vj. Soc. Sen. in conſil. lxxxix. num. 15. verſi. ſed ad hoc.
lib. j. Cæpolla in conſil. iij. nu. 10. in ciuilibus. Afflictus de-
ciſ. xij. in fi. Decius in c. licet cauſam. nu. 7. & in c. cum cau-
ſam. numero 11. de proba. cùm ait, confeſſionem vnico teſte
3 † probatam non ſufficere, vt hæ probationes coniungantur.
Quod ſanè exemplum intelligitur, quando teſtis ille, qui de
mutuo teſtimonium tulit, de mutuo re ipſa facto, non autẽ
de ſola promiſſione atteſtatus eſt. Ita declarat Bald. in l. ſi ex
cautione. q. xij. C. de non num. pecu. & in l. ſi Publia. §. vlt. ff.
depoſ. quem ſecuti ſunt Iaſon in repet. d. l. admonendi. num.
216. Corneus in conſ. xiij. in fin. libr. j. in cõſ. 100. colum. ij.
lib. ij. & in conſ. xli j. cliij. col. vllit. b. 4. Plura alia, quæ hac
re ſcribit Emanuel Coſta. in dicta l. ſi ex cautione. q. xij. hic,
quia locus non poſtulat, non refero.

Secundum exemplum adferri poteſt, cum vnus teſtis de-
ponit de veritate, qui quidem (vt dixi) ſemiplenè atque ita
4 præſumptiuè probat. Et duo teſtes deponunt de fama. Hæc
enim fama † duobus teſtib. probata, infert in negotio prin-
cipali ſemiplenam probationem, vt docuit Cacialupus in
l. admonendi. nu. 174. de iureiuran. Hæ itaque duæ ſemiple-
næ probationes ſeu præſumptiones, ſimul iunguntur ad cõ-
ſtituendam plenam, & perfectam probationem. Ita glo. in c.
veniens. lib. j. in verbo, illorum. de teſtibus. & ibi Abbas. gl.
in cap. j. in verbo, famam. de appell. & ibi Baldus & Decius
col. vlt. Idem ſcripſerunt Bart. in dicta l. admonendi. numer.
48. & ibidem Salicet. num. 13. & Cacialupus num. 174. Ca-
ſtren. in conſi. cxliij. Viſo proceſſu, & atteſtationibus. lib. ij.
Cardi. in conſil. viij. col. v. Felinus in cap. cum cauſam. col.
vlt. de prob. Ripa in d. l. admonendi. nume. 208. & Bouerius
5 ſing. vij. Quod ſanè exemplum procedit etiam † quando duo
tantùm extarent teſtes, quorum vnus deponeret de verita-
te, ac etiamſimul de fama. Alter verò teſtis ſolum deponeret
de fama. Nam quò ad probationem veritatis, extat ſolùm
vnius teſtimonium, quò verò ad famam duo ſunt teſtes.
Cum itaque teſtis ille reſpectu veritatis ſemiplenè pro-
bet



bet: & illa etiam fama duorum teſtimonio confirmata
aliam ſemiplenam probationem faciat, facilè cõiunguntur
ad faciendum plenam & perfectam probationem. Ita egre-
giè docuit Bald. in l. Gallus. §. ille caſus. columna ij. verſ.
& eſt argumentum. ff. de liber. & poſthum. & ibidem Soc.
Sent. in ſecundò notab. & Iaſon columna ij. verſicul. &
ſubdit. Idem reſponderunt Ruinus in conſil. xlvj. columna
6. nume. 11. lib. iiij. & in conſi. lxxxj. numero 8. lib. v. Marſil.
in ſing. dlxxv. Pariſius in conſi. lvij. nu. 23. lib. j. & Soc. Iun.
in conſ. xcix. nu. 24. libr. ij. Diſſentit tamen ab hac opinione
Alexan. in d. l. Gallus. §. ille caſus. num. 14. de libe. & poſthu.
& in conſ. clij. in fi. lib. iij. ſed malè quidam, & illum ſecutus
eſt Gramma. deciſ. xxviij. num. 4.

6 Tertium exemplum adferri poteſt, cùm duæ extant † con-
feſſiones partis extra iudiciũ. Singulæ enim (vt diximus ſu-
prà) ſemiplenè probant, & ob id ſimul iungi poſſunt, vt ple-
nã, & perfectã probationem conſtituant. Ita Caſtren. in cõ-
ſi. xcij. in fin. & in conſi. ccclxxxj. Iudex. in fin. lib. j. & in cõ-
ſi. cxliij. Viſo proceſſu, & atteſtationibus. num. 3. lib. ij. Are-
ti. in conſil. lxv. col. ij. verſ. ſecundò, quod Alexan. in conſil.
liij. col. vlt. nume. 1. lib. j. Curtius Senior in l. admonẽdi. nu.
193. de iureiuran. Decius in conſi. dcl. nu. 10. Curtius Iunior
in conſi. clxviij. num. 23. Pariſius in conſil. lvij. col. pen. lib.
j. & Crauet. in tract. de antiq. tempo. quarta parte principali,
in tertia particula. num. 18. qui nu. 25. poſt Alexan. in conſi.
7 180. colum. ij. verſ. rurſus poſito. lib. ij. declarat, non † pro-
cedere quando duo teſtes deponerent de duabus confeſſio-
nibus factis parte abſente, diuerſis in locis, & diuerſis tem-
poribus. Hoc autem in primo caſu ita exemplis explicato
dicendum eſt, probationem hanc ita factam, eſſe veram, &
propriam probationem: ſicuti & diximus ſuperiore quæ-
ſtione in caſu vlti. eſſe illam, quæ ex duabus præſumptio-
nibus conſtituitur.

Secundus eſt caſus huius quæſtionis, quãdo cauſa eſt cri-
8 minalis: & agitur ad pænã ſanguinis. Hoc ſanè in caſu † duæ
probationes ſemiplenæ non coniunguntur ad faciendũ ple-
nam probationem. Ita gloſſ. in cap. veniens. lib. j. in verbo,
illorum. de teſtibus. Gandinus in tracta. de maleficijs. ſub
rub. de præſumptionib. & indicijs indubitatis, ex quib. con-
demnatio poſſet ſequi. colum. ij. verſicu. primæ. quia Baldus
in l. ſi quis ex argentarijs. §. j. ff. de eden. & in l. iij. §. ij. ff. de
teſtibus. Cacialupus in l. admonendi. numero 207. ff. de iu-
reiuran. & ibidem Iaſon in repe. num. 213. Dec. in cap. cum
cauſam. colum. vlti. verſi. ſecundò limitatur. de probat. Gra-
tus in conſilio xlvij. & in conſi. 50. num. 18. lib. ij. Marſilius
in conſil. x. nu. 48. & in Practica criminali. §. expedita. num.
77. Pariſius in conſil. 152. col. v. numer. libr. 4. Quibus con-
* ſtat, hanc eſſe magis * receptam opinionem, etſi ab ea diſſen-
tiant glo. in cap. cum in diocęſi. de vſuris. Bartol. in l. j. §. idẽ
Cornelio, num. 3. ff. dę quæſt. Alex. in conſilio xxiiij. numer.
41. lib. ij. Ita quoque videmus, quod in his cauſis capitali-
9 bus, † vnus teſtis non iungitur cũ fama ad conſtituendũ ple-
nã probationem, vt ſcribunt Butrius, Imola, & Felinus in d.
cap. veniens. lib. j. de teſtibus. & ibidem Decius. colum. pe-
nult. verſic. ſecunda concluſio. Alexan. in conſilio cxliij. nu-
mero 4. libro ſecundo. Iaſon in conſilio clxvij. colum. vlt.
libro quarto. Decius in conſil. cxxxiij. numero tertio, in
conſilio cccx. numero primo, & in conſilio cccxcix. nume-
ro nono. & Marſilius in l. de minore. §. plurimum. numero
88. ff. de quæſtio. Quibus declaratur traditio Franciſci Bru-
ni in tracta. de indicijs, & tortura. parte prima. quæſtione
quarta. numero tertio. Cum dixit, hæc indicia poſſe ſimul
coniungi ad faciendum plenam probationem: intelligi in-
quam debet, ad condemnandum ad pænam pecuniariam vt
in caſu ſequenti: non autem quò ad pœnam corporalem.

Tertius eſt caſus, quando cauſa eſt criminalis, & agitur
10 ad pœnam pecuniariam. Hoc ſanè in caſu duæ † ſemiplenę
probationes ſimul iunguntur ad conſtituendam plenam
probationem. Quam ſententiam probarunt Hoſtienſ. &
Ioann. Andreæ quos ſecutus eſt Decius in capitu. veniens.
libr. j. numero 14. columna penult. verſiculo. Et prædicta
concluſio. de teſtibus. & probatur à fortiori ex his, quæ
diximus ſuperiore quæſtione, in vltima declaratione vlti-
mi caſus, cum diximus in cauſis capitalibus, iungi quidem
ſimul plures præſumptiones, ſed tamen pænam pecunia-
riam indici tantum poſſe.

Quartus eſt caſus, cùm agitur de cauſa ciuili, ſed tamen
adeo ardua, vt criminali æquiparetur, ſicuti eſt cauſa matri-
monij, cùm ſcilicet de diſſoluendo matrimonio agitur, vt
reſponderunt Decius in conſilio cccxj. column. j. Pariſius
in conſilio xv. numero 13. libro ſecundo. Socynus Iunior in
conſilio xxxvj. nu. 6. libro ij. & Crauetta in conſilio cclxxxj.
11 colum. iij. verſicul. reſpondeo. Hoc ſane in caſu † duæ ſemi-
plenę probationes non coniunguntur, ad conſtituendum
plenam probationem. Ita affirmarunt Alexand. in conſilio
143. numero 4. libro ij. Decius in conſilio cxxxiij. colum.
j. & in capitul. veniens. lib. j. colum. penul. verſicul. ſecundò
ampliatur. de teſtibus. Zaſius in conſilio iij. colum. vltim.
lib. ij. Ioann. de Selua in tracta. de iureiurando, parte tertia
princip. quæſtio. vlti. numero 3. & Capella Toloſa. quęſt.
clxij. Ripa in l. admonendi. numero 209. verſ. quartò fallit.
de iureiuran.

## QVAESTIO XLII.

### Pręſumptio, quomodo & quando adiuuare poſſit probationem dubiam.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſumptio quo caſu adiuuet probationem dubiam.*
2 *Adminiculum vehemens, adiuuat ſemiplenam probationem.*
3 *Præſumptio iuris, coadiuuat probationem dubiam, & non cõcludentem.*

QVAERO quadrageſimoſecundò, an præſumptio
poſſit adiuuare probationem dubiam? Quo fa-
cilius explicetur hęc iuris quęſtio, duos caſus
ita diſtinguo.

Primus eſt caſus, quando verſamur in his, quę adeò dif-
ficilis ſunt probationis, vt vera, & ſpecialis probatio fieri
poſſit, ſicuti eſt in filiatione. Hoc ſanè caſu præſumptio
1 † coadiuuat dubiam probationem. Ita docuit Beroius in
cap. in præſentia. num. 140. de probat. poſt Decium ibidem
nu. 26. Hoc etiam ſenſit Baldus in conſilio tertio. Caſus ta-
lis. Quidam Petrus. in fin. libro tertio. cùm reſpondit, vehe-
2 mens adminiculum † adiuuare ſemiplenam probationem.
Barbatius in conſil. xxix. colum. prima, verſicul. ſtat ergo. li-
bro primo. & Socinus Sen. in conſil. lxxxix. nu. 14. lib. j. ſe-
cutus eſt Baldum in d. conſ. iij.

Secundus eſt caſus, quando verſamur in his, quæ facilè,
& regulariter probari poſſunt. Hoc ſanè in caſu eſt aliqua
dubitatio. Decius enim in l. prima, in tertia lectura. nume-
ro 66. ff. ſi certum peta. & apertius in d. capitu. in præſentia.
3 nume. 26. de proba. ſcripſit, præſumptionem † iuris coadiu-
uare probationem dubiam, & non concludentem. Idem
ſenſit Baldus in l. ſiue poſſidetis. numero ſexto, in fine. C. dę
probat. & in l. non hoc. colum. vlt. C. vnde legitimi. Et hanc
ſententiam probauit, & Crauetta in conſilio xxxv. numero
ſexto, prope medium. ſenſit etiam Gratus in conſilio lviij. in
fi. lib. ij. Cæterùm de huius traditionis veritate, ambigit Be-
roius in capitul. in præſentia. numero 145. de probatio. dum
ſingula Decij argumenta confutauit. Ego certè à recepta
opinione non recederem: & quæ à Beroio conſiderantur le-
uia ſatis, rectè conſideranti ſunt.

## QVAESTIO XLIII.

### Præſumptiones plures, quando ex eodem facto inter ſe conuenientes, & ad eundem effectum, vel diuerſæ, colligi poſſint.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſumptio vna, quando venit in conſequentiam alterius, ambæ ſimul concurrere poſſunt.*
2 *Specialia duo ex eodem factò prouenire, & ſtare poſſe, quando vnum venit in conſequentiam alterius.*
3 *Præſumptiones plures ex eodem quidem facto ortæ, quando ſimul eſſe & concurrere nequeant.*

4 Bapti

4 *Baptizari cupiens graui morbo affectus, vtrum diuino amore, vel mortis timore baptizari voluiſſe præſumatur.*
5 *Præſumptiones duæ vel plures ſimul ſtare poſſunt, quando ex diuerſo facto, ad eundem finem tendentes oriuntur.*
6 *Præſumptiones duæ concurrere non poſſunt, quando ex eodem quidem fonte proueniunt, ſed diuerſos habent effectus.*
7 *Actionem oriri ex pacto nudo de donando, quomodo intelligendum.*
8 *Verbum promitto, ſtipulationem ſignificat.*
9 *Pater vel alius qui dotare tenetur, dotem promittens, arbitrio boni viri promiſiſſe cenſetur.*
10 *Promiſſio non dicitur incerta, quando poteſt certificari per relationem ad aliud.*
11 *Dotem quando pater promittit, habetur ratio legitimæ, quam dos repræſentat.*
12 *Dotem congruam habere mulieris intereſt.*
13 *Mulier ſine dote apud maritum eſſe non debet.*
14 *Mulier dotem promittens, vtrum dando quid minimum ſe liberare poſſit.*

QVAERO quadrageſimotertiò, an plures præ-
ſumptiones ex eodem facto colligi poſſint?
Crediderim hac in re diſtinguendos eſſe ali-
quot caſus, quemadmodum de fictione, quæ
in hoc differre non videtur à præſumptione, ſi-
cuti manifeſtè ſcripſerunt Alex. in l. ſi aliquam rem, numero
vigeſimoprimo. ff. de acquiren. poſſeſſio. & Ruinus in con-
ſilio clj. numer. 16. libro quarto, nec aliter ſenſerunt Barto.
in l. ſi is, qui pro emptore. ff. de vſucap. & alij, quos ſtatim
referam.

Primus eſt caſus, quando vna præſumptio venit in conſe-
1 quentiam alterius. Hoc ſanè caſu ambas ſimul† eſſe; & con-
currere poſſe certum eſt; ſicuti vna fictio poteſt ex eodem
facto prouenire in conſequentiam alterius. Ita tradunt Bar-
tol. d. l. ſi is, qui pro emptore. numer. 71. & ibidem Alciatus
numero 180. & idem affirmant Baldus in l. prima, in fin. C.
quando liceat ab empt. diſced. Aretinus in l. ſi quis poſthu-
mos. ff. de liberis & poſth. Latè explicat Alexan. in d. l. ſi ali-
quã rem. nu. 21. verſic. Non obſtat, quod quando. ff. de acq.
poſſeſſio. Decius in l. ſingularia. in quarto notabi. ff. ſi certũ
peta. & Purpuratus in l. prima. nu. 625. verſi. vndecimò. ff. de
officio eius, cui mãd. eſt iuriſd. qui & illud affirmarunt, duo
2 †ſpecialia ex eodem facto prouenire, & ſtare poſſe, quando
vnum venit in conſequentiam alterius: ſic intelligentes d. l.
ſingularia. Idem itaque eſt dicendum in præſumptionibus.

Secundus eſt caſus, quando ex eo facto, quod habet aliud
factum poſt ſe, oriuntur plures præſumptiones æquè inter
ſe incompatibiles. Hoc ſanè caſu, plures quidem præſum-
3 ptiones oriri poſſunt, ſed vna cum altera eſſe † & concurre-
re non poteſt, ſed potius vna alterã tollit, & elidit. Ita intel-
ligo gloſſ. in capitul. cum R. in verbo, Epiſcopus. de ele-
ctio. & ibidem Abbas numero quinto, & Spec. in tit. de pre-
ſumptio. §. ſpecies. in fi. Exemplũ afferri poteſt in caſu, l. Di-
uus. ff. de in integrum reſtitu. quo loci Marcellus duplicem,
diuerſam ſeu contrariã tamen coniecturã facit de eo, qui ad
iudicium vocatus nil reſpõdit; ſed paulò poſt ad iudicẽ iuit,
Vna eſt præſumptio ducta ab illo actu taciturnitatis, quod
ſcilicet præſumatur contumax. Altera eſt ducta ab eo actu,
dum iuit ad iudicem, quod contumax non præſumatur cum
duæ hæ præſumptiones ſint inter ſe incompatibiles, ſecun-
da vt potentior elidit illam primam; ſicuti declaraui ſuprà
quæſtione trigeſima. Ita quoque in capit. ſi quis in ægri-
tudine. quinquageſimaſeptima diſtinctio. duæ colliguntur
præſumptiones diuerſæ, ſeu contrariæ ex vno facto, quod
aliud poſt ſe habet. Cum enim (vt ibi habetur) quis gra-
4 ui affectus † morbo baptizari vult, præſumptio inde col-
ligitur, non diuino amore, ſed mortis timore baptizari
voluiſſe; attamen ſi curſu temporis vitæ bonæ exemplo, ſe
virum probum ſignificauerit, præſumptio altera à prima
contraria colligitur, quod ſcilicet amore Chriſtianæ reli-
gionis baptizari voluerit. Et propterea ad Sacros ordines
promoueri poterit. Similis eſt caſus in d. c. cum R. de elect.
& in cap. literas. de præſumpt. Et alij plures poſſunt haberi
ex his, quæ ſcripſimus ſuprà in d. q. xxx.

Tertius eſt caſus, quãdo ex diuerſo facto, duæ diuerſæ pre-
ſumptiones ad eundem finem tendentes oriuntur. Hoc ſanè
5 caſu, & oriri † & ſimul ſtare poſſunt: ſicuti de duabus fictio-
nibus ex diuerſo fonte prouenientibus, ſcripſerunt Barto.
in d. l. ſi is, qui pro emptore. nume. 71. ff. de vſucap. idem in
l. gerit. num. 35. ff. de acq. hæredi. & in l. ſub conditione. nu.
3. ff. de ſolutio. Alex. in d. l. ſi aliquam rem. nu. 21. ff. de acq.
poſſ. Crottus in dict. l. ſi is, qui pro emptore. nu. 188. & ibi-
dem Alcia. nu. 180. qui ſic ſunt interpretati l. ſingularia. ff. ſi
certũ peta. Idem ergo de præſumptionibus proculdubio di-
cendum eſt: Et nos ſuprà. q. 41. demonſtrauimus, duas pre-
ſumptiones coniungi poſſe ſimul, ad conſtituendam perfe-
ctam probationem.

Quartus eſt caſus, quando duæ preſumptiones proueniũt
ex eodem fonte, & facto: & diuerſos habent effectus. Hoc
6 ſanè caſu † concurrere nõ poſſunt. Ita in ſpecie duarum pre-
ſumptionum reſpondit Ruinus in d. conſ. clj. num. 15. libr.
iiij. Cum dixit, quod ex diuturna penſionis præſtatione ſu-
mi non poſſunt duæ hæ præſumptiones, nẽpe quod locatio
præſumeretur facta in perpetuũ, & quod ſolẽnitas extrinſe-
ca fuerit obſeruata, atq; ita quod Prælati licentia proceſſe-
rit. Quã ſententiam cõfirmat Ruinus ſimili traditione. Bart.
in l. iuriſgentium. §. quinimò. & in l. ſi tibi, in prin. ff. de pa-
ctis, qui ſcriptum reliquit, quod licet ex pacto nudo de do-
7 nando, † hodie oriatur actio. l. ſi quis argentum. C. de donat.
Cum is ſic promittẽs, præſumatur verè voluiſſe donare: At-
tamen illud verum eſt, quando pactum fuit expreſſum; ſecus
verò ſi tacitũ: quia concurrerent duo ſpecialia ſeu duæ præ-
ſumptiones. Vna, quia donatio præſumeretur, contra regu-
lam. l. cũ de indebito. ff. de proba. Altera quod pactum nudũ
produceret actionem, ex præſumpta mente promittentis,
contra l. iuriſgentium. §. igitur nuda. ff. de pactis. Et Bart. ſe-
cuti ſunt Alex. & alij congeſti à Decio in rubr. C. de pactis.
nume. 4. & in conſ. ccxlvj. in fin. & à Purpurato in l. rogaſti.
§. ſi tibi. num. 64. ff. ſi certum peta.

Adferri etiam ſolet exemplum in l. primæ. C. de dotis
promiſſ. quam recenſeat ad rem noſtram Alex. in d. l. ſi ali-
quam rem. numero vigeſimoprimo, de acquirend. poſſeſſio.
& Ruin. in d. conſilio clj. numero decimoquinto. Illa enim
promiſſio dotis, de qua in dict. l. prima. ob id non valet: quia
duo ſpecialia, ideſt duæ preſumptiones concurrerent: Vna
quod ex eo inſtrumento, in quo dos fuerat promiſſa, præſu-
metur ſtipulatio: ſicuti quando exprimitur in inſtrumento
8 verbum, promitto, † quod ſignificat ſtipulationem. l. prima.
C. de vſuris, & §. ſi ſcriptum. in inſtit. de inutil. ſtip. Altera
præſumptio eſt, quod voluerit is promittens dotem incertã
præſtari. Ceterum ſemper exiſtimaui. d. l. prima. C. de dotis
promiſſ. non probare communem hanc aſſertionem, duo
ſpecialia ſimul concurrere non poſſe, Non enim ibi concur-
runt duo ſpecialia, vt rectè animaduertunt Alexander in l.
ſciendũ. nu. 2. de verborũ obligation. & alijs quos ſtatim re-
feram. Nam ibi dos non fuerat promiſſa, pacto nudo, ſed ſti-
pulationẽ, vt ſignificat verbum illud, promitto, quod ſui na-
tura importat ſtipulationem. dicta §. ſi ſcriptum. Alexan-
der in dicta l. ſciendum. numero ſecundo, & ibidem Iaſon
numero 5.

Dos itaq; illa non fuit debita, quia quantitas incerta fue-
rat promiſſa, ab ipſa muliere, quæ nupſerat. Ita interpretati
ſunt Socinus Senior in l. prima, numero quinquageſimoſe-
cundo, & Alciatus nume. 114. ff. ſoluto matrimon. Duaren.
libro primo diſputa. anniuerſ. capitu. quinquageſimoſexto,
& Conna. libro octauo commenta. iuris, capit. octauo. nu-
mero quinto. Nec repugnat textus. l. cum poſt. §. gener. ff.
de iure dotium. quia ibi dos fuerat promiſſa à patre ipſius
mulieris. Ratio differentiæ eſt, quia quando pater, vel alter,
9 qui dotare † tenetur, dotem incertam promittit, cenſetur fa-
cta promiſſio arbitrio boni viri: qui quidem vir bonus de-
clarabit dotis quantitatẽ, inſpectis viribus patrimonij, qua-
litate mariti ac vxoris, vt dicitur in d. §. gener. Ita etiam in-
telliguntur. l. quæro. ff. de iure dotium, & l. ſi filiæ. ff. de lega.
tertio, Et hæc dotis promiſſio dici non poteſt incerta: Cum
ſatis certa reddatur per relationem ad aliud, nempè ad
quantitatem patrimonij, & qualitatem perſonarum viri &
mulieris. Id quod commune eſt & alijs cõtractibus, in qui-
10 bus dici non poteſt † facta promiſſio incerta, quando poteſt
certificari per relationẽ ad aliud, l. triticum. vbi Doctor. de
verborum obligation. Diuerſum eſt in caſu. d. l. prima. C. de
dotis promiſſ. quando ſcilicet ipſamet mulier nubit, & do-
tem



tem incertam promittit. Hoc caſu (dicunt præcitati Do-
ctores) promiſſio non valet: quia mulier poſſet ſe, vt vellet,
dotare: atque ita dando rem minimam ſe ab obligatione
liberaret. Horum interpretationem, conciliationemq; op-
timè probat egregius locus Conſtantini Harmenopuli in
iuris promptuario, libro quarto. titul. octauo. De dotis præ-
rogatiua, cuius verba hæc ſunt. Si ſpoponderit mulier do-
tem dare, non adiecta quantitate, vel re certa expreſſa, quæ
in dotem detur, inutilis eſt eiuſmodi dotis promiſſio, vt po-
tè cum poſſit mulier, vel villiſſimum quidpiam dotis no-
mine exhibere. Alia eſt cauſa patris dotem pro filia pol-
licentis, qui & ſi quantitatem dotis non præfinierit, rata tñ
eſt & valida promiſſio. Hoc enim cũ dicit pater; nõ ſe quan-
tumlibet dotem, ſed quæ facultatibus par ſit, daturum indi-
11 cat, Hactenus Harmenopulus. Et accedit, quõd quãdo † pa-
ter dotem promittit, ratio legitimæ, quam dos repræſentat,
habetur, atque ita quodammodo certa eſt. Eſt diuerſum in
muliere promittente. Et rurſus, quando (vt præcitato in lo-
co dicebat Connanus) mulier promittit, ſua intereſt pro-
mittere quàm minimũ. Diuerſum eſt in patre, vel alio pro-
12 mittente. Nam tunc mulieris † intereſt habere dotem con-
gruam. Eſt & altera ratio ſecundum Alciatum, quia etſi hæc
incerta promiſſio non valet, poterit ipſe maritus compelle-
re mulierẽ ad conſtituendũ ſibi dotem congruam: cũ apud
13 ipſum maritum eſſe † non debeat ſine dote, vt docuit Baldus
in vlt. C. de ſent. quæ ſine certa quan. Quod ſecutus eſſet, ſi
nil de dote prorſus fuiſſet dictũ. l. quod ſi nulla. ff. de relig. &
ſumpt. fun. & ne mulier in caſu reſtitutionis dotis inopia la-
boret. §. quoniã. in auth. quib. mod. natura efficiã. legitimi.
Hæc interpretatio, & conciliatio eſt quidẽ cæteris probabi-
lior, ſed tñ dubitationes habet: cum ratio illa conſiderata in
caſu. d. §. gener. cõueniat etiã d. l. j. C. de dotis promiſſ. quã-
do ſcilicet ipſamet mulier dotem incertam promiſit. Nam
verè illa certificari poteſt ex qualitate perſonarũ, & faculta-
tib. ipſius mulieris promittẽtis, vt in caſu d. §. gener. Et pro-
14 pterea dici non poteſt, quod mulier † poſſit, dando quid mi-
nimũ, ſe liberare: cum promiſſio præſumatur facta ſecundũ
qualitatem perſonæ cui fit; & quãtitatem patrimonij ipſius
promittentis. Et in caſu, d. l. j. C. de dotis promiſſ. eadem eſt
ratio in muliere, ſe ipſam nubente, & dotem conſtituente, vt
ſcilicet dotem congruã conſtituat, quæ ſufficere poſſit one-
ribus matrimonij, iuxta l. pro onerib. ff. de iure dotium. Et
præterea repugnat tex. d. l. quæro. ff. de iure dotiũ, vbi ipſa-
met mulier, conſenſu tñ curatoris, dotem ſibi conſtituerat:
& dos fuit debita: quia certificari potuit ex qualitate perſo-
narum, & quantitate patrimonij. Erit itaque cogitandũ, an
explanationes, & conciliationes aliorum, nempe Ludouici
Charondæ lib. j. veriſimilium iuris. c. xvij. in fin. & Torniel-
li in rubr. ff. de verb. obliga. numer. 59. nodum hunc poſſint
diſſoluere.

## QVAESTIO XLIIII.

### Præſumptio, an à iudicis arbitrio pendeat.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudicis voluntas nulla eſt, nullum arbitrium circa præſumptionem iuris, & de iure.*
2 *Arbitrarium non eſt, quod à lege expreſſe ſancitum eſt.*
3 *Præſumptio iuris tantum, non pendet à iudicis voluntate.*
4 *Et quid ſit de probationibus medijs, quæ potius facta dicuntur. num. 4.*
5 *Miles ab hoſtibus reuerſus, captus fuiſſe, non transfuga præſumitur.*
6 *Teſtium fides in iudicis pectore reſidet.*
7 *Præſumptiones, & probationes, quænam ſint in iudicis poteſtate.*
8 *Præſumptio hominis verè pendet ab arbitrio, & voluntate iudicis.*
9 *Indicia quibus accuſatus de crimine vel inquiri poteſt, vel torturæ ſubijci, arbitraria ſunt.*

QVAERO quadrageſimo, quartò an preſumptio, ſi-
cuti & probatio, a iudicis voluntate pẽdeat? Hac
in re diſtinguẽdi ſunt tres caſus, quemadmodum,
& tres ſpecies præſumptionis ſunt.

Primus eſt caſus, cùm agitur de præſumptione iuris, & de
1 iure. Hoc quidem in caſu, nulla † eſt iudicis volũtas, nullum
eius arbitrium circà eam; quando quidem à lege ipſa ſit fir-
mata eſt præſumptio iſta, vt recedi ab ea nullo modo poſſit.
2 Non enim eſſe † arbitrarium, quod à lege expreſsè ſancitum
eſt, iam ſcripſimus. libro j. de arbitrarijs iudicum. &c. quæ-
ſtio. xiiij.

Secundus eſt caſus, cùm agitur de præſumptione iuris
3 tantùm. Hæc quoque non pendet † à iudicis voluntate: cum
& ipſa iam ſit à lege firmata, & conſtabilita. Erit tamen
4 animaduertendum, quod probationes illæ mediæ, † quæ po-
tius facta appellantur, quibus ad has præſumptiones iuris,
& de iure, ac etiam iuris tantum deuenitur, à iudicis volun-
tate pendere. Adferri poteſt exemplum in l. non omnes. §.
5 à Barbaris. ff. de re milita. miles; † qui ab hoſtibus reuerſus
eſt, præſumitur captus, non autẽ transfugiſſe, ſi probauerit,
ſe antea militem bonum exiſtimatum fuiſſe. Hæc iuris præ-
ſumptio eſt. At illæ probationes, quod bonus miles antea
fuerit in iudicis poteſtate ſunt, cum illæ teſtibus fiant; teſtiũ
6 † autem fidem in iudicis pectore reſidere ait iuriſconſul. in
l. tertia. § tu magis. ff. de teſtibus. & ſcripſi libro ſecundo de
arbitrarijs iudicum. &c. Caſu xc. numero primo. Illæ igitur
7 † præſumptiones, & probationes, quibus adducitur iudex ad
preſumptionem iuris, in ſua poteſtate ſunt, cum lege diffini-
tæ non ſint, nec diffiniri potuerint, illa verò iuris præſum-
ptio, ad quam adductus eſt in ſua poteſtate (vt diximus) po-
ſita non eſt.

Tertius eſt caſus, cùm agitur de præſumptione hominis.
8 Hæc ſanè verè † pendet à iudicis voluntate, & arbitrio, ſicuti
9 inditia † quib. accuſatus de crimine, vel inquiri, vel quæſtio-
nib. ſubijci poteſt, in iudicis arbitrio eſſe poſita, ſcripſi lib.
ij. de arbitrarijs iudicũ. &c. caſu cclxx. Ita & de his ſimilib.
docuit Abbas in cap. quanto. colum. penul. in fin. verſicu. ex
quibus conclude. de præſumpt. Et docuit Baldus in l. mili-
tes. num. 1. C. de quæſt. iudicem ex varijs circumſtantijs has
præſumptiones, & inditia colligere.

## QVAESTIO XLV.

### Expreſſum an illud eſſe dicatur quod ex præſum- ptionibus conſtat, diligenter explicatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſumptionibus conſtans quibuſcunque dicitur expreſſum. & num. 3. & 5.*
2 *Mulier viro dotem numerans, præſumitur ſtipulationem de reſtituenda ea, adhibuiſſe, eſtque ea præſumptio iuris, & de iure.*
4 *Euidens dicitur, quod conſtat coniecturis.*
6 *Nouatio expreſſe fieri debet.*
7 *Hæredis de perſona ſi contingat dubitatio, facienda eſt probatio apertiſſima.*
8 *Expreſſum dicitur, quod coniecturis colligitur, & ſignis. nume. 9.*
10 *Feudum antiquum, & auitum expreſſe conſtitutum dicitur, ſi coniecturis id colligi poteſt ex inueſtituris.*
11 *Appellatione facta ab interloquutoria, cauſa grauaminis nominatim debet exprimi.*
12 *Iuramentum ſtrictè interpretatur.*
13 *Promiſſio de dote reſtituenda ſatis expreſſa dicitur, ex quo maritus confeſſus eſt, ſe eam recepiſſe.*
14 *Stipulatio eſt ſtricti iuris.*
15 *Præſumptiones, & coniecturæ quando non habeant locum. & nume. 16. 21. 23. 25. 26. 27. & 28.*
17 *Scriptum non dicitur literis, quod colligitur coniecturis.*
18 *Hæredis inſtitutio non fit coniecturis, cum ſcriptus in teſtamento is eſſe debeat.*
19 *Tutor ſuſcipiens adminiſtrationem, quid promittere debeat.*
20 *Lex pro forma requirens expreſſionem, non acquieſcit ſi ſub verborum inuolucro fiat.*
22 *Sententiam nullam dici ob iuris errorem expreſſum, non ſufficit quod error colligatur ex coniecturis.*
24 *Reuocatio teſtamenti facti inter liberos, verbis expreſſis à patre fieri debet.*
29 *Statutum tribuens exequutionem paratam expreſſis in inſtrumento, non dicitur deciſſe his, quæ ex coniecturis ex mente elicitis colliguntur.*

QVAE

QVAERO quadrageſimoquintò, an expreſſum
illud eſſe dicatur, quod ex præſumptionibus
conſtat? Et dicendum eſt, illud cẽſeri expreſ-
ſum ſiue dicamus eſſe præſumptionẽ iuris, &
de iure, ſiue ſolã iuris, ſiue ſolã hominis. Et cũ
de pręſumptione iuris, & de iure agitur, clarũ eſt, expreſſum
illud omninò dici, ita ꝓbat. l. vnica. §. j. C. de rei vxor. actio.
2 cũ mulier † dotẽ viro numerauit, præſumitur ſtipulationem
de ea reſtituenda adhibuiſſe. quam ſanè præſumptionem iu-
ris, & de iure eſſe, ſcripſerunt multi, in l. j. in princ. de verbo-
rum obliga. ibi. Ripa. nume. 13. ſic & Bartol. in l. j. in princi.
ff. de ijs, quæ in teſta. dele. & ſi alij contendant, illam nõ eſſe
præſumptionem, ſed legis fictionem, qua de re dicemus in-
fra lib. iij. Si ergo à ſtatuto conceſſa eſt parata executio in-
ſtrumentis, cenſebitur quoque permiſſa executio inſtrumẽ-
to dotis, quò ad tacitam illam ſtipulationem à lege pręſum-
ptam, cum ſtipulatio illa expreſſa cenſeatur. ita docuit Bar-
to. in d. l. ij. in prin. ff. de ijs, quæ in teſta. delen. Et Barto. tra-
ditionem probarunt permulti, quos commemoraui in tra-
cta. de adiſpicenda poſſeſſione, remedio quarto. num. 125. &
nu. 126. Et illis accedunt Alex. in conſilio cxxvj. libro vj.
Soc. Sen. in conſilio ccxc. in fin. lib. ij. poſt Bald. Nouellum
in tracta. de dote. parte ſexta, priuilegio primo, columna iij.
& priuile. vij. colum. j. Iaſonem in l. certi condictio, in prin-
cip. nume. 21. vbi plura ſimilia recenſet. ff. ſi certum peta. &
in §. fuerat. nu. 58. inſtit. de actio. & alios congeſſit Crauet.
in tracta. de antiq. tempor. tertia part. primæ partis prin. nu.
40. qui affirmat hoc locum habere non ſolùm in fauorabili-
bus: ſed & in odioſis, in quibus diſtricta ſumitur interpreta-
tio. Ita pariter cũ de ſola iuris præſumptione agitur, expreſ-
3 ſum illud † eſſe dicitur, quod conſtat coniecturis, & pręſum-
ptionibus iſtis. Ita ſenſit Bar. in l. Prætor ait, in prin. num. 1.
ff. de operis noui nuntia. & eum ſic explicat Iaſ. ibi & in l. li-
cet. numero 8. 10. de leg. j. Et ſcribit Angel. in §. ſi verò ex-
preſſum. in authent. de hæred. & Falcid. quod ſi lex mandat
aliquid fieri expreſsè, tunc ſatis expreſsè fieri dicitur, quod
conſtat coniecturis fuiſſe factum. Et Angelum ſecutus eſt
Afflictus deciſ. xliiij. numero 15. Et multis ſimilib. com-
probauit Crauet. in conſilio dcccclviij. num. 22. His decla-
ratur ſtatutum Patauinũ, ſub rubr. de inquilinis. verſi. quan-
docunque de certo, &c. dum ſtatuit, quod ſi de certo termi-
no ſoluendi affictus domorum, nulla expreſſa conuentio fa-
cta ſit inter locatorem, quod locator teneatur ſoluere dimi-
diam fictus ad feſtum Paſchatis, &c. Hoc ſanè ſtatutum non
habet locum, quando conductor ſoluit per aliquot annos
ante illud tempus, ex conuentione facta, deinde tacitè recõ-
ducendo ex præſumptione. l. item quæritur. §. quam imple-
to. ff. locati. dicitur expreſſe conueniſſe de ſoluendo etiam
ante feſtum Paſcha. Cæterum repugnare videtur quod ſcri-
pſit Iaſ. in d. l. certi condictio, in prin. nu. 21. poſt Bal. in l. le-
gem. C. loca. Hanc tamen ſententiam probat. l. quidam te-
ſtamento. ad fi. ff. de vulg. in illis verbis, idque apparere eui-
denter &c. coniecturam facit lex, teſtatorem ex diſtributio-
ne partium voluiſſe coniunctum præferri ſubſtituto. Idem
probat. l. licet Imperator. de legat. primo, vbi à lege conie-
ctura & præſumptio fit, teſtatorem noluiſſe legatum ab in-
ſtituto relictum eſſe à ſubſtituto præſtandum, vt ſi cauſa le-
gandi, quæ erat in inſtituto ceſſat in ſubſtituto, vel & alijs
coniecturis ibi commemoratis: & ibi Iuriſcõſultus ait, hoc
4 quod ex coniecturis † conſtat, euidens eſſe. & l. ſi quis locu-
ples. in fine. ff. de manumiſſ. teſta. quo loci Caius inquit,
apertiſſimè conſtare ex hac coniectura, manumittentem ſer-
uum ſub cõditione, ſi creditoribus erit ſatisfactum, noluiſ-
ſe fraudare creditores. Eſt quoque idem dicendum cùm de
ſola hominis præſumptione agitur. Nam & tunc expreſſum
5 † illud eſſe dicitur, quod conſtat his coniecturis & præſum-
ptionibus. Ita ſenſit Iaſon in dict. l. licet Imperator. num. 5.
de legat. j. dum ſimpliciter & abſolutè loquitur. Idem ſenſit
Afflictus in deciſ. xliiij. num. 15. dum ſcribit, quod etſi no-
6 uatio † expreſsè fieri debeat, l. vlt. C. de nouat. Attamen ſi cõ-
iecturis conſtat partes voluiſſe nouationem facere, ſatis ex-
preſsè facta dicitur. Ita Cynus in d. l. vlti. C. de nouat. Imo-
la in l. delegare. ff. eo. Alexan. in conſilio decimo, columna
vltima, in conſilio xiij. & in conſilio lxxiij. libro ſecundo.
Corneus in conſilio xxxiij. numero 14. libro ſecundo. Cùm
dixit, ſatis dici factam nouationem, cum teſtibus probatum
fuit, fuiſſe aliquid ſolutum pro reſiduo & cenſeri factam no-
uationem, intercedente noua perſona.

Cæterùm ab hac traditione diſſentiunt Barbat. in conſilio
25. numero 28. & in conſil. xxxvij. colum. decima, verſic. &
eſt accuratè. libro primo, qui reſpondit, non ſufficere conie-
cturas ad inducendam nouationem. Et loquitur de cõiectu-
ris & præſumptionibus hominis. De veritate nunc non di-
ſputo, quòd vberius tractationem hanc ſim explicaturus, in-
fra lib. iij.

Hunc ipſum caſum noſtrum, confirmat doctrina Baldi in
tempus. in fine. ff. de hæred. inſtit. Cùm docuit, quod quan-
7 do dubitatur de † perſona hæredis, debet fieri probatio
apertiſſima. Quæ ſane apertiſſima probatio, ſatisfieri dici-
tur, cùm fit coniecturis & præſumptionibus, ex d. l. licet Im-
perator. de legat. primo. & l. qui habebat. ff. de reb. dub. Et
Baldum ſecutus eſt Afflictus in d. deciſ. xliiij. nu. 16.

Huc pertinet quod reſpondit Romanus in conſil. cclxxj.
in fine. Cùm dixit, quod ſicuti euidens dicitur id, quod cõie
8 cturis declaratur. Ita etiam expreſſum † dicitur, quod cõie-
cturis colligitur, & de coniecturis hominis loquitur Ro-
manus. Ita quoque reſpondit Barbat. in cõſ. lxxxix. colum.
iiij. libr. iiij. expreſſum dici quod cõiecturis & præſumptio-
nib. hominis cõſtat, ibique loquitur Barbatia de coniectu-
ris; quib. teſtatorẽ à prima ſua diſpoſitione recedere voluiſ-
ſe creditur. Ita etiã Baldus in conſilio tertio. Factum tale
eſt. Quidã nomine Paulutius, libro v. reſpondit, expreſſum
dici, quod cõiectura deprehẽditur. Et ait, expreſſam ſubſti-
tionẽ pupillarem dici, quæ ex coniecturis & præſumptio-
nibus colligitur. Et ſcribit idem Baldus in l. item quia.
9 ff. de pactis, expreſſum id dici, quod ex ſignis † colligitur. Il-
lum ſecutus eſt Curtius Senior in conſilio 50. Memoriæ re-
colendæ Dux, colum. xliij. verſ. octauò reſpondemus, quo
10 loci reſpondit, feudum antiquum † & auitum dici expreſsè
conſtitutum, ſi coniecturis colligi id poteſt ex inueſtituris.

Extenditur primò hæc traditio, vt procedat etiam, quan-
do lex requirit aliquid nominatim exprimi. Nam & tunc il-
li legi eſt ſatisfactum, cum ex coniecturis id colligitur. Ita
Angelus, Romanus & Iaſon in l. Prætor ait. in princip. ff. de
operis noui nunciat. Cùm dixerunt, quod etſi in appellatio-
11 ne † ab interlocutoria, nominatim exprimi debet cauſa gra-
uaminis, Clement. appellanti, de appellat. attamen ſatis no-
minatim dicitur expreſſa, cum coniecturis colligi illa po-
teſt. Idem affirmarunt Alexand. in conſilio lxxx. numero 9.
libro primo. & in conſilio cxxvj. nume. 11. libro 6. Soc. Sen.
in conſilio cxij. numero 8. verſic. aliquando & tertiò. libro
primo. Felinus in cap. tranſlato de conſtit. dum affirmãt ſuf-
ficere expreſſionem per relationem ad acta. Et apertius Cra-
uet. in conſi. dcccclviij. num. 24.

Cæterùm ab hoc exemplo & caſu diſſentiunt permulti, ſi-
cuti Baldus in l. terminato, numero vndecimo, in fine. C. de
fructibus & lit. expenſ. Angel. in l. j. verſ. & per hoc audi. ff.
de lib. & poſthu. ſenſit & Francus in c. vt debitus. col. 5. verſ.
duodecimò quæritur. de appell.

Diſtinguere poſſumus ex ſententia Baldi in l. minoribus.
numero quinto. C. de his, quibus vt indig. quod aut conſtat
de grauamine ex præſumptione iuris: Et tunc ſufficit, vt di-
catur expreſſum grauamen. Et hoc in caſu procedit opinio
illa Angeli, Roma. & aliorum in d. l. Prætor ait. Aut conſtat
ſolùm ex præſumptione hominis, vt tunc procedat opinio
poſterior Baldi & ſequacium.

Extenditur ſecundò, vt procedat etiam, quando requiri-
tur, quod probatio debeat fieri publica ſcriptura. Nam ad-
huc iuris præſumptio ſufficit. Bald. in l. prima, numero deci-
mooctauo, C. de fideicom. late Crauet. in conſi. dcccclviij.
numero 22.

Extenditur tertiò, vt hæc ſententia procedat etiam in his,
quę ſtrictam tantùm admittunt interpretationem. Exemplũ
12 ſit in iuramento, † quod diſtrictæ interpretationis eſt. capi.
penult. de iureiuran. ſi enim quis iurauit, ſe habuiſſe fundum
in dotem à Caia, dicitur etiam iuraſſe, ſe illum reſtitutum: &
agi poteſt ex eo iuramento, & ſi ſuper reſtitutione iuratum
nõ ſit. Ita probat. l. ſi duo patroni. §. Marcellus. ff. de iureiur.
Et illius reſponſi ea eſt ratio, quia ſatis dicitur expreſſa pro-
13 miſſio de † dote reſtituendũ, ex quo maritus confeſſus eſt, ſe
eam



eam recepiſſe. Ita in ſpecie declarat Crauet. in tract. de anti-
quit. tempo. in tertia particula primæ partis princip. nume.
39. Adfertur etiam exemplum in caſu. l. emptor. §. ancillam.
ff. de rei vendi. quo loci teſtator quidam filiam exhæreda-
uit contemplatione peculij, eo quod conceſſiſſet peculium
filiæ. Et peculium ſatis dicitur expreſsè conceſſum, ex quo
coniecturis colligebatur. Ita etiam intelligit Crauet. loco
iam citato. numero 39. qui aliis confirmat. Eſt etiam exem-
plum in caſu. l. triticum. de verbor. obligat. vbi certum fru-
menti genus expreſſum in ſtipulatione dicitur, cùm de ipſo
14 genere ex coniecturis conſtat. Et tamen ſtricti iuris † eſt ſti-
pulatio. l. quidquid aſtringendę. de verb. oblig.

Declaratur primo, vt non habeat locum hæc ſententia,
15 quando lex requirit aliquid fieri † expreſsè ob id, quod fa-
ctum ſimpliciter eſt contra diſpoſitionem iuris communis.
Nam tunc non ſufficiunt coniecturæ & præſumptiones: ſed
requiritur expreſſio verbis ſpecialibus. Ita docuit Angelus
in §. ſi verò expreſſum. in authen. de hæredib. & Falcid. quem
ſecuti ſunt Barbat. in cõſi. xxv. nu. 28. lib. j. & Afflictus deciſ.
xliiij. num. 14. in fine. alios recenſet Tiraquell. de legib. con-
nub. in gl. nu. 99. & nu. 168. Et exemplum ſecundum Ange-
lum, ſi teſtator dicat, lego decem, quæ integra præſtari volo;
nõ dicitur teſtator expreſsè prohibuiſſe Falcidiæ detractio-
nem, ex quo prohibitio ſimplex repugnat iuri communi, ſi
vt allegas. C. ad l. Falcid.

Declaratur ſecundò, vt non procedat, quando expreſſio
16 † pro forma requiritur. Nam tunc nõ ſufficit expreſſio facta
ſignis, & coniecturis etiam indubitatis. ita docuit Angelus
in l. quoties. §. ſi quis nomen. ff. de hæred. inſtit. quem ita in-
tellexit Tiraquellus in tractat. de legibus connub. in gloſſa
quinta. numero 156. Verùm mihi ſemper eſt viſum, Ange-
17 lum loqui, vt dici non poſſit ſcriptum literis, † quod conie-
cturis colligitur. Et non leuis videtur differentia, quod quid
dicatur expreſſum, ab eo, quod dicitur ſcriptum. Quam ſanè
conſiderationem manifeſtè probat. l. prima. ff. ſi tab. teſtam.
18 extab. Et eo textu dicimus, hæredis inſtitutionem † conie-
cturis non fieri, cùm ſcriptus in teſtamento is eſſe debeat.
tradunt Iaſon in l. prima, numero duodecimo. C. de pactis.
& plures recenſui in conſil. lxxxv. numero 58. & infra libro
iiij. in præſumpt. xxxv. explicabimus. Hanc tamen declara-
tionem probauit & Iaſon in l. Prætor ait. in princip. nume-
ro 9. & numero 10. ff. de operis noui nunciat. Eſt exemplum
in caſu l. vlt. §. omnem. C. de adminiſtra. tuto. requirit lex,
19 quod quando tutor ſuſcipit † tutelæ adminiſtrationem, de-
bet expreſsè promittere, ſe vtilia nomine pupilli facturum,
& inutilia prætermiſſurum: ac etiam quod ſine mora eius
defenſionem ſuſcipiet: Et propterea non ſatis erit, ſi expri-
mat ſe facturum vtilia, & prætermiſſurum inutilia: quamquã
colligatur ex his verbis, quod etiam ſuſcipiet defenſionem.
Ita declarat Bartolus in d. l. vlti. §. omnem. quem ſecuti ſunt
Baldus, Angelus, Comenſ. & Romanus, Mattheſ. notab.
cviij. & Alex. in conſilio cxxxix. colum. ſecunda, libro pri-
mo, quos commemorat Iaſon loco iam citato. Diſſentiunt
tamen ab hac opinione Baldus in cap. ex parte M. colum. ix.
de appel. & alij nonnulli, qua de re ſuo diſſeremus loco. Cõ-
probatur quoquæ hæc declaratio ex doctrina Felini in cap.
ad aures. col. ij. verſic. nihilominus ſequenda eſt. de reſcript.
20 quod ſi lex requirit expreſſionem pro forma, † non ſufficit
expreſſio ſub verborum inuolucro. l. ſed etſi quis. §. quæſitũ.
ff. ſi quis cautio. Et Felinum ſecutus eſt Tiraquellus in tract.
de legib. connub. gloſſa quinta. num. 98.

Declaratur tertiò, vt locum non habeat hæc ſententia,
21 quando † requiritur euidens, vel patens expreſſio. ita de
euidenti expreſſione docuit gloſſ. in l. qui plures. vbi gloſſa
vltima. ff. de vulga. & pupillar. ſubſti. & ibidem Aretinus in
vltimo notab. & Iaſon in fine. Idem Aretinus in l. quidam
teſtamento, in tertio notab. ff. eo. & Iaſon in l. licet Impera-
tor. numero 14. de legat. j. quos ſecutus eſt Tiraquellus in
tractat. de legib. connub. in gloſſ. quinta, numero 163. qui
numero 164. ſubiungit, idem eſſe, cum lex requirit, patenter
expreſſum: ſicuti in caſu capit. ſecundo. pòſt princip. de ſen-
tent. excommu. in vj. ibi errorem patenter expreſſum, & in
cap. venerabilibus. §. vlt. eod. titu. Et illis in locis annotauit
22 Geminianus, quod ad hoc, vt ſententia † dicatur nulla, ob
iuris errorem patenter expreſſum, non ſufficit, quod error
colligatur ex coniecturis. Id quod affirmarunt Innocentius,
Hoſtien. & Abbas in capit. P. & G. de officio delegat. Baldus
in cap. quod tranſlationem. eodem titu. & plures alios com-
memorat Tiraquellus in tractat. de legib. connub. in gloſſ.
quinta. numero 58.

23 Declaratur quartò, vt non procedat hæc ſententia † quã-
do requiritur expreſſio verbis facta. Nam tunc non ſufficit,
quod colligatur ex præſumptionibus, cum id non dicatur
fieri verbis expreſſis. l. tertia, in princip. vbi Bartolus. ff. de
legit. tutela, & manifeſtè ita docuit Aretinus in l. cum quid.
numero 3. ff. ſi certum petat. Hos ſecutus eſt Tiraquellus de
legib. connub. gloſſa quinta. nume. 165. Quibus addo Iaſo-
nem in l. Prætor ait. in princip. numero 6. ff. de operis noui
nuncia. Cùm dixit ex ſententia Bar. ibi, quod quando requi-
ritur aliquid fieri verbis expreſſis non ſufficit, ſi colligatur.
Et ibidem refert Butrium in cap. tranſlato. de conſtit. dicen-
tem, quod ſi ſtatutum diſponit, quod poſitionibus reſpon-
detur verbis expreſſis, non ſufficiet reſponſio, quæ coniectu-
ris colligi poteſt. Et huc pertinet quod egregiè ſcripſit M.
Anton. Natta in auth. hoc inter liberos. num. 21. C. de teſta.
poſt Baldum ibi, cùm dixit, quod cum reuocatio teſtamen-
24 ti cõfecti † à patre inter liberos, fieri debeat verbis expreſſis,
non ſufficiunt coniecturæ & præſumptiones.

25 Declaratur quintò, vt non procedat, quando † coniectu-
ra non colligitur ex ſcriptura, ſed ſolum ex mente tacita. Nã
tunc non dicitur expreſſum. Ita Bald. in l. vnica. numero. 10.
C. de iis, qui ante apertas tabul. cum dixit, quod illud dici-
tur omninò omiſſum, cum nihil penitus expreſſum eſt: aliàs
ſecus. Idẽ reſpondit Dec. in conſi. xv. nu. 6. in conſi. ccclxix.
num. j. & in conſi. cccxcvij. colum. j. Tiraq. in tract. de legib.
connub. in glo. v. nu. 167. & Crau. in tract. de antiq. tempo.
in tertia particula primæ partis. numero 38. qui quidem
manifeſtè dixit, expreſſum tunc ex coniecturis dici, cum il-
lud ex aliis expreſſis, & ſcriptis colligitur.

26 Declaratur ſextò, vt non procedat hæc ſententia † quan-
do requiritur expreſſio reſpectu certę perſonę conſtitutę in
magna dignitate. Nam tunc non ſufficit expreſſio, quæ ex
coniecturis reſultat. ita ſcribunt glo. in cap. inquiſitores. in
verbo, expreſsè. de hæret. in vj. Iaſ. in l. Prætor ait. in prin.
nu. 6. verſ. ſecundò fallit. ff. de operis noui nuntia. & copioſè
Tiraq. de ligib. connub. in glo. v. nu. 91. Et licet hi loquan-
tur in eo genere expreſſi, quod generale appellatur, attamen
& idem eſt hic, cum expreſſio à coniecturis proueniens ge-
neralis dicatur, vt mox ſubiiciemus.

27 Declaratur ſeptimò, vt non procedat hæc traditio † quan-
do lex & diſpoſitio requirit ſpecialem expreſſionem. Nam
tunc non ſufficit hæc, quę prouenit à coniecturis, & pręſum-
ptionibus. Quandoquidem hæc non dicitur expreſſio ſpe-
cialis. Ita ſcripſit Tiraquel. in tract. de legib. connub. in glo.
quinta. num. 169. ex ſententia Bar. in l. Lucius. ff. de vulg. &
pup. ſubſt. & in l. precibus. C. de impube. & aliis ſubſt. cùm
docuit ſubſtitutionem contentam in breuiloqua, cenſeri ex-
preſſam expreſſione generali non autem ſpeciali: cum ſpe-
cialis expreſſio non oriatur ex coniecturis. Idem ſcripſerunt
alij commemorati à Tiraquello de legib. connub. in glo. v.
nu. 169. qui in ſpecie noſtra ita declarat.

Declaratur octauò & vltimò, vt locum non habeat hæc
28 ſententia, † quãdo requireretur propria expreſſio; nam tunc
non ſufficeret expreſſio his cõiecturis facta; cum impropria
hæc dicatur. Ita declarat Tiraq. in dicto tract. de legib. con-
nub. in glo. v. numero 170. ex ſententia Decij in l. cum quid
in prima lectura. in tertio notab. ff. ſi certũ peta. & prius So-
cinus ibi, quos ſecutus eſt etiã ibidem Purpura. nu. 20. verſi.
declarant. Quocirca (inquit Decius) ſi ſtatutum tribuit exe-
cutionem paratã expreſſis in inſtrumento, nõ dicitur dediſſe
his, quæ ex coniecturis ex mente elicitis colliguntur: cum
expreſſa propriè illa non eſſe dicantur. Quod intelligit eſſe
verum Purpu. in d. l. cum quid. nu. 21. in eo ſtatuto, quod eſt
correctorium iuris communis: ſecus in cæteris, quæ vel iuri
communi conueniunt: vel præter ius commune ſunt.

## QVAESTIO XLVI.

Præſumptio iuris an dici debeat hominis, vel legis
diſpoſitio; egregia & vtilis admodum diſputatio.

## *SVMMARIVM.*

*1 Diſpoſitio legis dicitur quando lex præſumit aliquid actum à partibus, cui partes renunciare non poſſunt.*
*2 Ius accreſcendi dicitur eſſe legis diſpoſitio, & quæ ſit ratio.*
*3 Ius accreſcendi eſſe diſpoſitionem teſtatoris.*
*4 Dies in actione tutelæ, à lege non ab homine cenſetur appoſitus.*
*5 Obligatio à lege deſcendens, quænam dicatur.*
*6 Partes voluntatem ſuam, ſecundum leges accommodaſſe præſumuntur, & quomodo id intelligendum. num. 7.*
*8 Falcidia contra teſtatoris voluntatem detrahitur.*
*9 Procurator conſtitutus ad agendum, defendere tenetur.*
*10 Tempus quod datur iudicatis, etiam ſi ſit in ſententia expreſſum, dicitur tamen terminus legis non hominis, & quæ ſit ratio.*
*11 Clauſula doli mali in contractu depoſiti, ex ipſa legis diſpoſitione ineſt.*
*12 Diſpoſitio hominis quando dicatur.*
*13 Electio in alternatiuis vtrum ſemper ſit debitoris.*
*14 Conditiones vnde proueniant.*
*15 Diſpoſitio legis dicitur, quando lex non habito reſpectu ad voluntatem præſumptam partium, aliquid inducit, & vide num. 19. & 22.*
*16 Intereſſe dicitur pœna legalis.*
*17 Tempus 4. menſium conceſſum damnato ad ſoluendũ eſt diſpoſitio legis.*
*18 Emptor vnus ex pluribus, rem deteriorans, ſolus tenetur inſolidum.*
*20 Succeſſiones ab inteſtato, à lege ſunt introductæ, ex tacita morientium voluntate.*
*21 Succeſſionis ab inteſtato cauſa immediata & proxima, eſt ipſa lex, eam deferens.*
*23 Diſpoſitio legis, & hominis plurimum inter ſe differunt.*
*24 Durius agitur cum homine, quàm cum lege.*
*25 Mora conuentionalis difficilius purgatur, quàm legalis.*
*26 Lex annullat fortius, quam homo.*
*27 Citatio facta ab homine, an conſtituat citatum in mora, & quid de citatione legis.*
*28 Diſpoſitio hominis ſemel tantũ verificatur, aliud in diſpoſitione legali.*
*29 Dotem conſtituere filiæ tenetur pater toties quoties erit opus.*
*30 Diſpoſitio legis generalis comprehendit omnes & quoſcunque caſus, ſecus in hominis diſpoſitione.*
*31 Indefinita æquipollet vniuerſali in diſpoſitione legis, nõ autem hominis.*
*32 Filiorum nomine continentur nepotes in diſpoſitione legis, non hominis.*
*33 Sermo generalis in diſpoſitione legali recipit reſtrictionem de habilitate, aliud in hominis diſpoſitione.*
*34 Dominium transfertur in diſpoſitione legis, abſque vlla traditione, non item in diſpoſitione hominis.*
*35 Perſona inter media conſideratur in diſpoſitione legis, non hominis.*
*36 Prohibitus contrahere ſub pœna cum bannito, impunè contrahit cum filio illius.*
*37 Compenſatio facta à lege, etiam contra debitum iuratum, admittitur in diſpoſitione legis, non hominis.*
*38 Alimenta debita legis diſpoſitione, debentur etiam de præterito.*
*39 Adminiſtrationem cum libera habens à lege, tranſigere poteſt, non qui ab homine.*
*40 Cauſa iuſta excuſat à pœna legali, non conuentionali.*
*41 Præſcriptio legalis non currit contra militem, aliud ſtatuitur in cõuentionali.*
*42 Diſpoſitio tacita, & ficta legis dicitur, non hominis.*
*43 Obligatio ex diſpoſitione legis proueniens fortior eſt ea, quæ ex hominis prouiſione.*
*44 Solutio debiti contracti conuentione partium, quomodo probanda, & quomodo ea quæ ex diſpoſitione legis.*
*45 Filius quando ingrediatur locum patris, & concurrat cum patruo.*
*46 Interpretatio & extenſio difficilius admittitur in diſpoſitione hominis, quàm legis.*
*47 Renunciatio filij expreſſa non nocet patri, aliud in tacita proueniente ex legis diſpoſitione.*

QVAERO quadrageſimoſextò, an quando lex aliquid præſumit, dici debeat diſpoſitio illa legis, vel hominis? Hanc quæſtionem ſatis egregiam explicant Ripa in l. ſi inſulã. nu. 60. ff. de verbo. oblig. & apertius Alciat. in repe. l. iiij. §. Cato. nu. 104. ff. eod. titu. Diſtinguunt ij tres caſus, quibus duos adiungam.

Primus eſt, quando lex præſumit aliquid actũ à partibus,
cui partes ipſæ renunciare nõ poſſunt. hæc dicitur diſpoſitio
1 † legis, nõ hominis. Id quod vel ex eo primò probatur, ſecũ-
dum Ripam & Alciatum in iure accreſcendi; quod etſi à le-
ge ſit introductum, concurrente tacita voluntate teſtatoris.
l. ſi in teſtamento. ff. de vulga. & pupil. ſubſtitu. attamen quia
teſtator non poteſt prohibere ipſum ius accreſcendi, dicitur
2 † eſſe legis diſpoſitio. Hoc exemplum poſt Ripam, & Alcia-
tum præcitatis in locis probauit, & Cæphalus in conſil. lix.
numero 24. libr. j. Cæterùm exemplum hoc verum non eſt,
3 cum probabilius ſit, ius † accreſcendi eſſe diſpoſitionẽ teſta-
toris: ſicuti demonſtrabimus infra lib. iij. præſumpt. lxxxvj.
vbi explicabimus, an ius accreſcendi ſit ex præſumpta vo-
luntate teſtatoris.

Secundò motus eſt Alciatus in d. §. Cato. num. 104. verſi.
ſecundò probatur, ex doctrina Bar. in l. ita ſtipulatus magna,
in prima quæſtione nu. 33. de verbo. oblig. Cùm dixit, quod
dies in actione tutelę, & in promiſſione fructuum naſcituro-
4 rum dicitur appoſitus † à lege immediatè, non ab homine.
Ea eſt ratio, quia etiam ſi partes vellent, quod in tutela
oriatur actio ante diem, non poſſent. l. ordinem. ff. de operis
liberto. Idem in fructib. naſcituris. l. j. ff. de condi. & demon-
ſtr. & l. interdum. de verbo. obliga.

Tertiò in hanc ſententiam adduxit Alciat. traditionem
Barto. in l. ſtipulationes non diuiduntur. q. viij. nu. 37. verſi.
quid ergo dicemus. de verborũ oblig. cùm dixit, illam cen-
5 ſeri obligationem † à lege deſcendentem, quando quis obli-
gatur præter voluntatem præſumptam cõtrahentium: ſecus
ſi ex volũtate præſumpta: quia tunc dicitur obligatio homi-
nis. Nec repugnat (inquit Alcia.) quod ſi lex aliquid indu-
cit, præſumitur id etiam eſſe ex voluntate partium, quæ præ-
6 ſumuntur voluiſſe † accommodare voluntatem ſuam ſecun-
dum leges. l. hęredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. Nam re-
7 ſpondet Alciatus, regulam. d. §. cum ita. procedere † tantum-
modò in his, in quibus partes liberam habent facultatem, ita
quod poſſunt renunciare: ſecus ſi non poſſunt. Ita probant. l.
Titia. ff. ad l. Falcid. & c. Raynaldus. de teſta. vbi Falcidia
8 † dicitur deduci contra volũtatem teſtatoris. Ratio eſt, quia
etiam ſi vellet, non poſſet eam prohibere. Et declarationem
hanc ad §. cum ita, probauit idem Alcia. in libro 5. Paradox.
c. xix. qui comprobat ex l. iiij. ff. de reg. iuris. Et Alciatum
refert Zanchus in d. §. cum ita. in ix. parte. nu. 45. quẽ decla-
rat. ¶ Quartò allegauit Alciatus doctrinam Bar. in l. non ſo-
lùm. numero 6. ff. de procurat. cùm dixit, quod procurator
9 † ad agendum tenetur defendere, & illa diſpoſitio quod de-
fendat, legalis dicitur. Ratio eſt, quia is defendit neceſſitate
legis. l. ſeruum quoque. §. ait prætor. ff. de procura. ¶ Quintò
facit ſecundum Alciatum, quod ſcribunt gl. & Doct. in l. iiij.
10 §. condemnatum. ff. de re iud. vbi tempus † quod datur iudi-
catis, etiam ſi ſit expreſſum in ſententia: attamen dicitur ter-
minus legalis, non hominis. Ratio eſt quia tempus illud non
eſt in mera poteſtate iudicis. l. ij. ff. eod. tit.

Sextò confert quod ſcribunt Caſtren. & Areti. in l. iuriſ-
gentium. §. penul. ff. de pactis, cùm dicunt, clauſulam doli
11 mali † ineſſe in contractu depoſiti diſpoſitione legis: cum
partes ipſi dolo de futuro renuntiare non poſſint. d. §. penul.
Quam quidem traditionem probauit etiam Alciat. in d. §.
Cato. nu. 105. in fin. & Soc. Iun. num. 134.

Septimò huc facit, quod docuit Riminal. Sen. in l. ſi quis
maior. numero 7. C. de tranſact. cùm aduerſus Salicetum, &
Alexandrum ibidem ſcripſit, quod ſtante ſtatuto cogente
affines ad compromittendum, ſi reperiatur factum compro-
mittendum inter duos affines, præſumitur factum ob diſpo-
ſitionem ſtatuti: atque ita eſſe compromiſſum neceſſarium,
& non voluntarium. Cum non ſit in facultate vnius eorum
recedere ab ea diſpoſitione. Et Riminaldum ſecuti ſunt Al-
ciatus in d. §. Cato. nu. 105. in d. l. ſi quis maior. & lib. j. Pa-
radox. c. xx. in fin. & lib. v. cap. xix. in fin. Cagno. in d. l. ſi quis
maior. num. 67.

Et ſecundum hanc opinionem reſponderunt Ancha. in
conſi. clviij. & Dec. conſi. xxij. col. ij. Diſtinctionẽ adhibent
Ruinus & Torniellus in l. iij. ille nume. 46. iſte nume. 71. de
leg. j. quæ verè non ſatisfacit in caſu dubio, cũ ſcilicet igno-
ratur quando fuit factum compromiſſum.

Secundus eſt caſus, quando lex præſumit aliquid, quod
partes poſſunt prohibere, illique renunciare. Hoc in caſu di-
12 citur † diſpoſitio hominis, non autẽ legis. Ita Ripa in d. l. ſi
inſulam. num. 60. & Alciat. in d. §. Cato. nume. 104. & libr. j.
Paradox. c. xx. ſic intelligẽtes. l. cum quid. ff. ſi certum petat.
vbi



vbi etiam Dec. nume. 4. idem affirmauit, & ipſemet Decius
in l. ſemper in ſtipulationibus. nu. 6. & ibidem Cagnolus.
nu. 3. ff. de regu. iur. Qua de re plura dicemus infrà libro iij.
præſump. lxxx. dum explicabimus d. l. cum quid. Idem pro-
bat. l. non vtique. ff. de eo, quod certo loco. vbi Iaſon. nu. 2.
13 ſcribit, electionem in alternatiuis † non eſſe ſemper debito-
ris: cùm illa ſit ex diſpoſitione legis.

Huc pertinet doctrina egregia Bart. in l. cõditiones, quæ
extrinſecus. nu. 1. ff. de condi. & demõ. Cùm ſcripſit, quaſdã
14 eſſe conditiones † quæ veniunt ex legis diſpoſitione, & ſic
legales, quaſdam verò, quæ veniunt ex natura rei, & demum
quaſdam quæ veniunt ex præſumpta atque coniecturata
mente teſtatoris. ſenſit ergo manifeſtè Bart. has poſtremas
conditiones prouenientes ex præſumpta mente teſtatoris,
non eſſe legales, ſicque ex diſpoſitione legis.

Tertius eſt caſus, quando lex non habito reſpectu ad vo-
luntatem præſumptam partium, aliquid inducit. Hoc caſu
15 dicitur † diſpoſitio legis, & non hominis. Ita Ripa in d. l. ſi
inſulam. nu. 59. & Alciat. in d. §. Cato. nu. 106. qui adducti
ſunt auctoritate Bar. in l. ſtipulationes nõ diuiduntur. quæſt.
viij. de verbo. oblig. cùm dixit, illam cenſeri obligationem
deſcẽdentem à diſpoſitione legis: cum lex eam inducit non
habita ratione voluntatis hominis. Et Barto. ſecuti ſunt alij,
quos commemoraui ſuprà in primo caſu. Confert etiam
quod docuit idem Barto. in l. cum ſtipulatus ſim à Proculo.
16 nu. 4. de verbo. obliga. Cùm dixit intereſſe † pœnam eſſe le-
galem. Ea eſt ratio, quia lex non habita ratione præſumptæ
voluntatis partium, illud inducit in obligationibus facti, vt
debitor liberetur, ſoluendo illud, & idem illo in loco ſcri-
pſit Iaſ. colum. iiij.

Huc etiam facit quod docuit idem Bar. in l. iij. nume. 7.
ver. & hoc placet. ff. de leg. j. cum dixit tẽpus quatuor men-
17 ſium conceſſum condemnato ad ſoluendum † eſſe diſpoſi-
tionem legis, quæ ſua indulgentia illud permiſit, nõ habito
reſpectu ad perſonam iudicis, quod ſcilicet præſumatur ſic
voluiſſe tempus illud concedere. & Bar. ſecuti ſunt Alexan.
Confert tex. l. quod ſi nolit. §. Pomponius. ff. de ædil. edict.
18 vbi ſi vnus ex pluribus emptoribus, † deteriorat rem, ſolus
inſolidum tenetur. Eſt ratio, quia hoc debitum deteriora-
tionis non ex contractu ſeu vi ſtipulationis, ſed diſpoſitione
legali, ex ædilitio edicto cauſatum dicitur.

Quartus eſt caſus, quando lex aliquid præſumit ex actu
19 omninò tacito partium. Hoc in caſu † dicitur etiam diſpoſi-
tio legis, non autem hominis: ſicuti videmus in ſucceſſioni-
20 bus ab inteſtato † quæ à lege introductæ ſunt ex tacita qua-
dam voluntate morientium. l. ſi quis cum teſtamentum nul-
lum. & l. conficiuntur. in prin. ff. de iure codic. de quibus di-
cemus j. lib. iiij. præſum. lxviij.

Hæc enim dicitur diſpoſitio legis, vt tradunt Bald. in l. ſi
emancipati. in viij. oppo. C. de colla. & Ruinus in rub. ff. ſol.
mat. nu. 216. & alios cõmemorabimus in d. præſump. lxviij.
Eſſe autem legis diſpoſitionem manifeſtè patet, quia appel
latur legitima ſucceſſio. l. lege obuenire. ff. de verborum ſi-
gnificat. vbi Alciat. & l. iij. §. de illo. ff. pro ſocio. Et lex illa
21 eſt, quæ immediatè eam defert: atque ita † cauſa proxima &
immediata eſt ipſa lex, vt declarat Bart. in d. §. de illo. quem
ſecutus eſt Ruin. in d. rubr. ff. ſoluto matrimo. nu. 216. quo
loci ſimile ſcripſit de dote minoris, quæ cenſetur repetita in
ſecundo matrimonio, cum illa proueniat ex diſpoſitione le-
gis immediatè, non autem hominis. Et ſi aliter reſponderit
Corneus in conſi. ccliiij. libr. j. qua de re ſuo loco dicemus.
Non hic omittendum eſt quod acutè docuit Torniellus in
l. iij. nu. 70. de leg. j. dum ad declarationem. d. l. cõficiuntur
ſcripſit, hæreditatẽ illam ab inteſtato deferri à lege ex præ-
ſumpta mente morientis: cuius tacita voluntas cum efficax
non ſit ad transferendam hæreditatem directò, ideò à lege
ipſa coadiuuatur. Illa tamen voluntas tacita decedentis (in-
quit Torniellus) efficax eſt, vt ſucceſſor ille tanquam à mo-
riente honoratus grauari poſſit. d. l. conficiuntur. & l. ſi quis
cum nullum. ff. de iure codicillo.

Quintus eſt caſus, quando lex inducit præſumptionem
22 iuris, & de iure. Hoc in † caſu dicitur diſpoſitio legis, & non
hominis. Ita Alciatus in d. l. iiij. §. Cato. nume. 103. in fi. de
verbo. oblig. Eſt ratio, quia lex ipſa, non habito reſpectu ad
voluntatem partiũ, eã ita ſtatuit, vt nec ei renuntiare poſſint
partes ipſæ, nec cõtrarium probare: ſicuti ſuo loco diximus.

Huius diſputationis vtilitas non mediocris eſt. Magni
etenim refert ſcire, an diſpoſitio ſit legis, vel hominis. Pluri-
23 mum enim † inter ſe differunt.

24 Prima eſt differentia, quia dicimus durius † agi cum ho-
minis diſpoſitione quàm cũ illa legis. l. Celſus. ff. de recept.
arbitr. vbi glo. & ſcribunt Bart. in l. ſi inſulam. in viij. oppo.
nu. 9. & ibidem Iaſon. nu. 27. & Ripa. nu. 56. Latè Gomez. in
§. item ſi quis in fraudẽ. nu. 4. in inſtit. de actio. & Neuizan.
in conſi. ij. num. 39. qui propterea dicunt, difficilius purgari
25 moram † conuentionalem, quàm legalem.

Secunda eſt differentia, quando agitur de annullatione
26 actus, lex fortius annullat † quam homo. Ita Bartolus in d.
l. ſi inſulam. vbi Ripa nume. 58. qui eiuſdem ſententiæ alios
recenſet.

Et hæc quidem differentia declarat atque limitat præce-
dentem.

27 Tertia eſt differentia, quod citatio facta ab homine † non
conſtituit citatum in mora, niſi facta ſit præciſè, & perem-
ptoriè ad audiendum ſententiam. glo. in clem. ſæpe. in ver-
bo, ad id. de verbo. ſignifi. ſecus eſt in citatione legis. l. ſæ-
pe. ff. de appella. Ita docuit poſt alios Ripa in d. l. ſi inſulam.
num. 59.

Quarta eſt differentia, diſpoſitio hominis verificatur in
28 prima vice, † non autem diſpoſitio legis, cuius differentiæ
ratio eſt, quia legis natura eſt, vt nõ pro vno actu tantùm, ſed
quoties opus erit prouideat: ſecus eſt in diſpoſitione homi-
nis. Si enim quis tenetur diſpoſitione legis dotem conſti-
tuere mulieri, vt pater filiæ, iuxta l. qui liberos. ff. de ritu
nupt. non ſufficit, quòd eam ſemel dotauerit: ſed tenetur
29 † toties quoties opus erit. l. vlti. C. de dotis promiſſ. Diuer-
ſum eſt, quando tenetur diſpoſitione hominis, vt in ſocio,
qui conuentione ſocietatis tenetur dotare filiã ſocij, ſufficit
enim tunc quod ſemel dotauerit. l. ſi ſocius pro filia. ff. pro
ſocio. Ita declarant Baldus, Angelus, Imola, & Alex. in l. ſi
cum dotem. §. j. ff. pro ſocio. & alios refert Tiraquellus in l.
boues. §. hoc ſermone. limit. ix. num. 4. de verbo. ſignifi. vbi
plura alia exempla commemorat.

Quinta eſt differentia, quod generalis diſpoſitio legis,
30 † comprehendit omnes, & quoſcunque caſus. Non ita diſ-
poſitio hominis. Ita declarant Angel. in l. ſed & ſi quis. §.
quæſitum. in fi. ff. ſi quis cautio. & Iaſon in l. actione. num. ix.
in fin. C. de tranſact. Cùm dixerunt quod vbi in diſpoſitione
hominis requiritur ſpecialis mentio alicuius actus, non ſuf-
ficit quod fiat verbis generalibus: ſicuti in clauſulis renun-
tiationum, derogationum, & ſimilibus, ſecus eſt, quando eſt
diſpoſitio legis.

31 Sexta eſt differentia, quod in diſpoſitione legis † indefini-
ta æquipollet vniuerſali: non ita in indefinita hominis; ſicu-
ti ſcribunt Decius in l. j. nu. 12. & ibidem Cagnolus. nume.
ix. & manifeſtius doctiſſi. Alciatus in lib. iij. Paradoxo, cap.
xiiij. Verũ diſſentiunt alij multi, quos cõgerit eruditiſſimus
Didacus in lib. j. varia. reſolutio. cap. xiij. num. 9.

32 Septima eſt differentia, quòd in diſpoſitione legis † ſub
nomine filiorum continentur nepotes: non ita in diſpoſitio-
ne hominis. Alciatus in d. capitu. xiiij.

33 Octaua eſt differentia, quod in diſpoſitione legis, † gene-
ralis ſermo recipit reſtrictionẽ de habilitate. l. vt gradatim.
§. j. ff. de muner. & hono.

Non ita in diſpoſitione hominis: quemadmodum decla-
rant Bal. in l. j. colum. j. C. ſine cenſ. & reliq. Alex in l. ſi pa-
troni. nume. 15. ff. ad Trebell. Iaſon in præludiis feudorum.
num. 49. & in l. j. §. nuntiatio. de operis noui nuntia. Curtius
Iun. in conſi. j. nu. 3. & Tiraq. in tract. de retractu conſang. §.
j. gl. vij. num. 29.

34 Nona eſt differentia, quod in diſpoſitione legis † domi-
nium ſine aliqua traditione transfertur: non ita in diſpoſi-
tione hominis: ſicuti declarant Barto. in l. traditionibus. in
prima lectura in fin. C. de pactis. & ibidem Alex. in fin. Bald.
Abbas, & reliqui in rub. extra de conſuetud. & Alex. in con-
ſilio j. col. ij. lib. v.

Decima eſt differentia, quod in diſpoſitione legis conſi-
35 deratur † perſona intermedia: Non ſic in diſpoſitione homi-
nis: vt docuit Bartol. in l. iij. §. j. ff. de lega. præſta. quem ſe-
cuti ſunt multi relati. Petra Sancta ĩ ſingulari lxiiij. qui ſcri-
d 2 pſerunt,

36 pſerunt, prohibitũ ſub pæna† contrahere cũ bannito, impu-
nè cõtrahere cum filio banniti, qui eſt perſona intermedia.
Vndecima eſt differentia, quod in legis diſpoſitione, ad-
37 mittitur† compenſatio ipſa à lege facta, etiam contra de-
bitum iuratum: non ita in compenſatione hominis: ſicuti
declarat Socyn. in l. Iulianus. colum penult. verſi. confirma-
tur hoc. ff. de condi. & demonſt.
38 Duodecima eſt differentia, quod† alimenta diſpoſitione
legis debita peti poſſunt etiam de præterito: ſecus alimenta
debita diſpoſitione hominis: ſicuti explicat Decius in l. de
alimentis. num. 5. in fin. C. de tranſactio.
39 Tertiadecima eſt differẽtia, quòd habens† adminiſtratio-
nem cum libera poteſtate à lege, poteſt tranſigere. Non ita
habens diſpoſitione hominis. Sic declarat Barto. in l. j. in ſe-
cunda lectura. in iij. oppoſi. ff. de officio Procura. Cæſaris.
Diſſentit tamen Iaſ. in l. ſi præſes. num. 11. C. de tranſact.
40 Decimaquarta eſt differentia, quod iuſta† cauſa, putà ab-
ſentiæ, litigandi, & ſimiles, excuſant à pæna legali, non ita à
pæna cõuẽtionali. l. vlt. C. de in integr. reſti. Corſetus in ſin-
gulari, in verbo, pæna, incipit licet, & Iaſ. in l. ſi quis id
quod. nu. 34. ff. de iuriſd. omn. iudi.
41 Decimaquinta eſt differentia, quòd præſcriptio† legalis
non currit contra militem, ſecus verò conuentionalis. Cor-
ſetus in ſingulari. in verbo, præſcriptio. incipit licet.
Decimaſexta eſt differẽtia, quod diſpoſitio tacita, & ficta
42 dicitur† legis: non autem hominis. Decius in l. cum quid.
nu. 4. ff. ſi certum petatur, & in l. ſemper in ſtipulationibus.
nu. 5. ff. de regul. iuris.
43 Decimaſeptima eſt differentia, quod obligatio† proue-
niens ex diſpoſitione legis, eſt fortior illa, quę deſcẽdit à diſ-
poſitione hominis. Ita Bald. in l. frater à fratre. in fin. ff. de
cond. indebi. & alij congeſti à Craue. in conſi. cxj. nume-
ro 24.
Decimaoctaua eſt differentia, quod ſi debitum contra-
ctum eſt in ſcriptis partium conuentione: atque ita diſpoſi-
44 tione hominis, ſolutio† probari debet in ſcriptis, vel quin-
que teſtibus. l. teſtium. C. de teſtib. ſecus verò quando debi-
tum eſt diſpoſitione legis: quia tunc fieri põteſt probatio
ſolutionis, teſtimonio duorum teſtium. Ita poſt Bar. in l. ge-
neraliter. C. de non. nu. pecu. declarat Afflictus in deciſione
xiij. nu. 25. in fin. & nu. 26.
Decimanona eſt differentia, quod in diſpoſitione legis,
45 quæ ſucceſſionem defert agnatis proximioribus, filius† in-
greditur locum patris, vt cõcurrat cum patruo, ſicuti quan-
do ſtatutũ admittit proximiores: ſecus verò eſt in ſucceſſio-
ne delata diſpoſitione hominis: vt in fideicommiſſo relicto
proximiorib. Ita poſt Alex. & alios docuit Decius in l. j. nu.
19. C. de ſecundis nupt.
46 Vigeſima eſt differentia, quod difficilius admittitur† in-
terpretatio, & extenſio in diſpoſitione hominis, quàm in diſ-
poſitione legis, Dec. in l. j. nu. 1. in fin. C. de tranſact. & Cra-
uet. in conſi. cxviij. nu. 22.
47 Vigeſimaprima differentia eſt, quod† expreſſa renuntia-
tio filij, non nocet patri. l. vlt. in princ. C. de bonis, quæ libe-
ris. Renuntiatio tamen tacita proueniens ex diſpoſitione le-
gis patri præiudicat. Barto. in l. j. in fin. C. qui admitti. & ibi-
dem Dec. in iij. lectura. nu. 47. & Tiraq. de legib. Cõnubial.
in glo. v. num. 49. & 50.

## QVAESTIO XLVII.

### Diſpoſitum in caſu vero, quando & quomodo locum habeat in caſu præſumpto, diligenter explicatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Diſpoſitio in caſu vero, locum habet in præſumpto, præſumptione iuris & de iure. Idem in præſumptione iuris ſola. nu. 4.*
2 *Mutuum verum dicitur per confeſſionem, lapſo biennio.*
3 *Præſumptio iuris & de iure, eſt certiſſima, & indubitata probatio.*
5 *Præſumptio iuris procedit ſecundum veritatem.*
6 *Matrimonium præſumptum eandem vim habere, quam verum.*
7 *Donare qui promiſit etiam nudo pacto obligatur.*
8 *Regula iuris: duo ſpecialia concurrere non poſſe cur introducta.*
9 *Specialia duo quando concurrere poßint. & nu. 11.*
10 *Fictiones duæ quando concurrere poßint.*
12 *Iuramentum in litem an ob dolum præſumptum poßit deferri.*
13 *Lex prohibens, & annullans actum, trahitur ad præſumptum.*
14 *Diſpoſitum in caſu vero, quando non habeat locum in præſumpto. num. 15. 16. & 17.*
18 *Diſpoſitio loquens in caſu vero, locum non habet in præſumpto, hominis præſumptione.*

QVAERO quadrageſimoſeptimò, an diſpoſitum
in caſu vero, locum habeat in caſu præſumpto?
Hac in quæſtione diſtinguendi ſunt tres caſus,
quemadmodum, & tres ſunt præſumptionis ſpe-
cies.
Primus eſt caſus, quando præſumptio eſt iuris & de iure.
Hoc ſanè in caſu dubium non eſt, quin diſpoſitio facta in
1 † caſu vero, locum habeat, & in hoc ita præſumpto. Ita in
ſpecie docuit Beroius in cap. etſi clerici. in princ. num. 110.
de iudiciis. Cum aduerſus Abbatem, & Decium ſcripſit, ſta-
tutum puniens eum, qui confeſſus, & conuictus eſt de male-
ficio, locum habere etiam contra eum, qui defecit in purga-
tione canonica: ex quo is præſumptione iuris, & de iure pro
confeſſo, & conuicto habetur. Qua quidem de re ſuo loco
vberius dicemus. Huc pertinet quod ſcripſerunt Bald. in l.
vnica. in princ. C. de rei vxo. act. & in l. pecuniæ. C. de ſolut.
& Iaſon in §. fuerat. num. 56. inſtitu. de actio. quod ſi actum
eſt in iudicio pro mutuo vero, ſufficit probare mutuum per
2 confeſſionem, elapſo biennio: quia dicitur, † ob præſum-
ptionem iuris, & de iure, mutuum verum. Huc etiam facit
doctrina Abbatis in cap. per tuas, in primo notab. de cond.
appoſ. quod deducens matrimonium verũ, & probans Præ-
ſumptum, præſumptione iuris & de iure, obtinet. Et huius
3 caſus ratio eſt manifeſta quia præſumptio iuris, † & de iure,
eſt certiſſima, & indubitata probatio, ita lege ipſa diſponen-
te. Et hic caſus magis, & magis ex ſubſequenti confirmatur.
Secundus eſt caſus, quando eſt ſola iuris præſumptio. Et
4 idem † eſt quando ſuperiore caſu, vt ſcilicet diſpoſitio lo-
quens de caſu vero, locum habeat in caſu hoc præſumpto.
Ita affirmarunt Abb. in cap. veniens. lib. ij. nu. 6. & in cap. is,
qui fidem. num. 2. de ſponſal. Baldus in l. cum citrà. C. de iu-
re dotium. Comens. in conſil. cix. colum. ij. Curt. Iunior in
conſi. iiij. num. 17. & alij plures, quos inf. commemorabo.
5 Et huius ſententiæ ea eſt ratio, quia præſumptio † iuris pro-
cedit ſecundum veritatem. l. vlt. ff. de eo, quod metus cauſa.
& l. ſiue poſſideris. C. de proba. & diximus ſup. q. viij. dũ ex-
plicauimus differẽtiam inter fictionem, & præſumptionem.
Et prætereà manifeſtè, & liquidè apparere dicitur, quod ap-
paret præſumptione iuris. l. ſi quis locuples. C. de manumiſſ.
teſta. & diximus ſuperiore quæſtione. Si ergo præſumptio
eſt ipſa veritas, cùm ſcilicet nil ei obſtat, qui ſit, quin con-
cludere debeamus, diſpoſitionem in caſu vero locum habe-
re etiam in præſumpto? Quocircà rectè docuit Abbas in d.
cap. veniens. & in d. cap. is, qui fidem. nume. 2. de ſponſal.
6 matrimoniũ præſumptum † eandẽ vim habere, quàm habet
matrimonium verum.
Hinc diffiniri poteſt controuerſa illa diſputatio, an diſ-
poſitio. l. ſi quis argentum. §. penul. C. de donat. locum ſibi
vendicet, etiam in donatione præſumpta.
Eſt ſanè (vt hoc prius dicam) ea conſtitutione ſancitum,
7 quod is, qui donare promiſit † etiam pacto nudo, teneatur
omninò ſuam ipſam promiſſionem implere, atque ita dona-
re. Dubitant autem noſtri, an & illa diſpoſitio locum ha-
beat, etiam in pacto præſumpto? Et locũ habere ſcripſerunt
glo. in l. ſi tibi. in prin. ff. de pactis. & in l. hactenus. §. j. ff. de
conſtit. pecu. quam ſecuti ſunt ibi Bartol. & Caſtren. Idem
affirmarunt Marti. Lauden. in l. iuriſgentium. §. ſed cum nul-
la. ff. de pactis. Fulgoſius in d. l. iuriſgẽtium. §. quinimò. col.
iiij. & ibidem Fortunius Garzia. col. xxxiiij. nu. 77. verſ. ter-
tium dictum. Idem ſenſerunt Iacob. Butrig. & Bar. in l. rece-
ptitias. C. de conſtit. pecu. vbi expreſsè idem voluit Guido
Papæ. Franc. Aret. in l. ij. col. ij. verſi. ad tertiũ. de leg. j. Ang.
Aret. in §. in perſonam. col. antepen. verſi. quartò principali-
ter. inſtit. de actio. Et hos recenſet ac probat Tiraquell. in l.
ſi vnquam. in verbo, donatione largitus. nu. 168. C. de reuo-
can. donat. Quibus accedunt Andreas ab Exca in rubr. de
pactis. nume. 68. & Zuchardus nu. 77. & Purpur. in l. rogaſti.
§. ſi tibi



§. ſi tibi. num. 64. ff. ſi cert. pet. Et horum ſententia vera eſt,
quando donatio illa præſumpta, eſt à lege ita præſumpta, ex
rationibus ſupra commemoratis. Quibus conſtat malè ſen-
ſiſſe multos illos Doctores, qui negarunt diſpoſitionem d. l.
ſi quis argentum. §. pen. locũ habere in donatione præſum-
pta. Quos ſanè Doctores longa ſerie recenſet Tiraq. in d. l.
vnquam. in verbo, donatione. num. 152. Et idem affirmarunt
Franc. Aret. ſibi parum conſtans in l. licet. in fine. & in l. ſi
creditori. C. de pactis. Alex. conſi. cxxix. in fin. lib. vij. Cor-
neus in cõſil. xxiij. colum. iij. ver. & per hanc rationem. lib. j.
& in conſ. cxxix. col. ij. lib. iij. Crottus in rub. de verb. oblig.
nu. 3. & ibidem Torniellus nu. 64. & Leonius num. 90. Et ij,
quidem ea prima & præcipua ratione moti ſunt, quoniam
concurreret circà idem duplex ſpecialitas, nempè quia præ-
ſumeretur donatio, contra. l. cum de indebito. ff. de probat.
Item quod ex nudo pacto oriretur actio, contra. l. legem. C.
de pactis. cum ſimilibus. Quæ ſanè duplex ſpecialitas con-
currere non poteſt circà idem. l. j. C. de dotis promiſſ. & tra-
dit Barto. in l. ſi is, qui pro emptore. col. pen. vbi cæteri om-
nes. ff. de vſucap. Verum multis modis reſponderi poteſt. Et
primò, illa iuris regula, quæ habet, duo ſpecialia concurre-
8 re non poſſe, ea ratione & cauſa † introducta eſt, vt reſtrin-
gatur & quantum fieri poteſt minuatur id, quod contra ius
commune ſancitum fuit. Specialia enim ſunt aduerſus ius
ipſum commune: & ob id fit reſtrictio inquantum poteſt, vt
minus recedatur à iure ipſo communi. Atqui noſtro in caſu
ceſſat hæc ratio: quia etiam ſi ſpeciale ſit, quod pactum nu-
dum actionem pariat: attamen non eſt contra æquitatem:
imò eſt ſecundum eam, poſtea quam iure canonico ita ſan-
citum eſt cap. j. de pactis. conuenit etiam cum æquitate prę-
toria. l. iuriſgentium. §. Prætor ait. ff. de pactis. imò conuenit
& cum ipſo iure naturali. l. j. in princ. ff. de pactis. Ergo di-
cendum eſt, non eſſe hæc reſtringenda, cum ſint ſecundum
æquitatem. iuxtà l. bona fides. vbi Caſtren. ff. depoſiti. Ita in
ſpecie reſpondit Fortunius Garzia in d. §. quinimò. num. 76.
Secundò reſpondet Garzia præcitato in loco. num. 77. eſſe
falſum quod à præcitatis Doctoribus traditum eſt, nempè
ſpeciale eſſe, quod donatio præſumatur. Nam etſi regula-
riter non præſumatur omnibus in caſibus: attamen in illis
caſibus, in quibus præſumitur non eſt quid ſpeciale, ſed re-
gulare: ſicuti maximè eſt, quando quis ſcienter promittit
indebitum. Eſt enim tunc regulare. l. j. de cond. indebiti. d. l.
cum de indebito. in princip. ff. de probat. l. Campanus. ff. de
oper. liber. ibi, ſed cum ſciret. & l. ſi diuortio. ff. de verbor.
obliga. & dicemus infrà lib. iij. præſump. Reſpondetur ter-
9 tio quod duo ſpecialia poſſunt ſimul concurrere † quando
vnum eſt conſecutiuum alterius. ita Bart. in l. ſub conditio-
ne. in ſecunda oppoſ. ff. de ſolutio. & Purpur. in l. j. nu. 625.
verſic. vndecimo. ff. de offic. eius. Et hinc Barto. in l. ſi is, qui
pro emptore. colum. vltim. ff. de vſucap. ſcripſit, duas fi-
10 ctiones † poſſe ſimul concurrere, quando vna eſt conſecuti-
ua alterius.
Atqui hoc in caſu vnum ſpeciale eſt conſecutiuum alte-
rius: Nam principale illud eſt, quod promiſſio facta ſine
cauſa ab eo, qui ſcit ſe non debere, valeat vt donatio: ex quo
deinde ſequitur quod etiam ſi fiat pacto nudo valeat. ex d. l.
ſi quis argentum. §. pen. C. de donat. Prætereà & quartò reſ-
pondetur, quod duplex ſpecialitas concurrere poteſt circa
11 idem, quando † ambæ à diuerſo fonte proueniunt. Ita Rui-
nus in l. j. nume. 107. ff. ſol. matr. & in conſi. clj. col. ij. libr. v.
ex l. ſingularia. ff. ſi certũ pet. At hîc à diuerſo fonte hæ pro-
ueniunt. Nam vna eſt lex, imò plures, quæ ſtatuunt donatio-
nem præſumi factam ab eo, qui ſciẽter promittit, quod pro-
mittere non tenebatur. Alia autem eſt diſpoſitio. d. l. ſi quis
argentum, quod pacto nudo promiſſa vim donationis obti-
neant. Alia reſponſione vſus eſt Zuchardus in rubr. C. de pa-
ctis. nu. 77. verſi. ad ſecundum.
Hinc etiam infertur veram eſſe eorum traditionem, qui
ſcripſerunt, diſpoſitionem. l. vlti. C. de ſacroſan. eccle. quæ
transfert rei donatæ dominium ex ſolo titulo, ſine traditio-
ne, fauore eccleſiæ; locum habere etiam in donatione præ-
ſumpta. Ita ſane affirmarũt Specul. in titul. de locato. §. nunc
aliqua. verſicu. lij. Bart. in l. ſi aliquam rem. num. 9. de acqui.
poſſeſſ. & ibidem apertius Alex & Ripa. num. 36. idem Bart.
in l. cum falſa. nu. 3. C. de iuris & facti ignor. Butrius in cap.
ex parte. col. 7. de confeſſ. Bald. in l. ad probationem. col. vlt.
verſic. quæro, quid ſi animo. C. locati. Angelus in l. qui rem.
eod. titu. & in §. euphyteuſin. in fine. in auth. de non alienan.
aut permut. re. eccle. Caſtren. in conſi. xj. Super primo quæ-
ſito, in quantũ. col. j. lib. ij. quos ſecutus eſt Tiraq. in l. ſi vn-
quam in verbo, donatione. num. 169. C. de reuoc. donat. Et
his accedunt Ruin. in conſilio clj. colũ. ij, libro v. & Rolan-
dus in trac. de lucro dotis. q. lxxv. & ſi idem in trac. de legib.
connub. in glo. iij. num. 53. parum animaduertẽs, cõtrariam
opinionem ſequatur. & quam quidem probauit & Rug-
gerius de Mota in repet. l. traditionibus. numero 62. C. de
donat.
Huc etiam pertinet quod diſpoſitio. l. ſi vnquam. C. de re-
uoc. donat. qua ſancitum eſt, donationem cẽſeri reuocatam
ob filiorum ſuperuenientiam, locum habere etiam in dona-
tione præſumpta. Ita Bal. in d. l. ſi vnquam. prima lect. in fin.
& ibidem Tiraq. in verbo, donatione. nu. 155.
Huc quoque facit, quod diſpoſitio in l. in actionibus. ff.
de in litem iurando. qua datur facultas in actionibus bonæ
fidei iurandi in litem, ſuper dolo aduerſarij; habet locum ſu-
per dolo præſumpto. Ita Baldus in d. l. in actionibus. col. vlt.
verſic. oppo. quod idem ſcripſit Tiraq. in l. ſi vnquam. in ver-
bo, donatione. numero 163. C. de reuoc. donat. Et his acce-
dunt Bald. in conſi. cxix. ſtatuto. lib. ij. Soc. Sen. conſi. ccxiij.
lib. ij. Curtius Iunior in d. l. in actionibus. nume. 28. ff. de in
litem iura. & Pariſ. in conſi. lxxv. nu. 31. lib. ij. Nec repugnat,
quod Bar. in l. tutor, qui repertorium. col. pen. nu. 21. verſic.
venio ad iij. ff. de adm. tut. Corn. conſi. lxxxj. col. iij. nume. 1.
lib. iiij. Iaſ. conſi. cxiiij. col. vlt. lib. ij. Decius in d. l. in actio-
nibus. nu. 28. & Catelia. Cotta in ſuis memora. in verbo, iu-
ramentum, ſcripſerint, ob dolum præſumptum non poſſe
12 deferri † iuramentum in litem. Nam ij loquuntur de dolo
præſumpto ex præſumptionibus hominis. Vel cum leuis eſt
præſumptio iuris. Et qui ſit dolus verus & qui præſumptus,
dicemus infra lib. v. præſumpt. iij. Confert pariter quod lex
13 † prohibens & annullans actum, trahitur etiam ad præſum-
ptum. l. qui ad certum. ff. locati. vbi ſicuti locatio vera, quæ
fieri à furioſo prohibetur, ita etiam prohibetur præſumpta
quæ inducitur ex continuatione. Et dicemus infra libr. iij.
præſump. Hinc etiã dicimus, quod lex annullans & irritans
donationes inter virum & vxorem, locum habet etiam in
donationibus præſumptis. Ita gloſſ. in l. ſi donationis. C. de
contrah. empt. & ibidem Salicetus, Socin. Sen. in conſi. lxvj.
colum. j. libr. j. quos ſecutus eſt Tiraquel. in d. l. ſi vnquam,
in verbo, donatione. num. 164. C. de reuoc. donat.
Hinc quoque dicimus, leges requirentes inſinuationem
in donationibus, eas alioqui irritantes, habere etiam in do-
nationibus præſumptis. Ita Bart. in l. j. in vlti. oppoſit. ff. de
donat. & in l. vlti. in prin. C. de iure dotium. ex illo textu Bal.
in conſil. ccxxxj. Præſuppoſito ſtatuto. libr. j. Ang. in conſil.
xciiij. Cum lis & quæſtio. col. antepen. verſic. hoc igitur ar-
ticulo. Fulgoſius. conſi. lxxij. col. vlt. verſic. nec nocet. Pract.
Papienſ. in forma libelli, quo agitur pro donatione, in ver-
bo, ſolenniter. nu. 7. Anton. de Canario in tract. inſinuatio-
num. q. xliiij. & Tiraq. in d. l. ſi vnquam. in verbo, donatione.
nume. 164.
His etiam accedit, quod ſtatutum prohibẽs donationem
ſine præſentia iudicis, locum habet & in donatione præſum-
pta. Ita ſcripſit Tiraquel. præcitato in loco num. 164. in fin.
poſt Corneum in conſi. clxxxv. col. iiij. nu. 5. verſi. his tamen
non obſtantibus. lib. ij.
Huc etiam ſpectat, quod dicemus, ſtatutum ex quo mari-
tus lucratur certam partem dotis, procedit etiam in dote
præſumpta, Ita ſcribunt Bar. in ſua q. vij. Mulier habens am-
plum. Baldus in l. cum citrà. & in l. nulla. colum. j. C. de iure
dotium. Caſtren. in conſi. lx. Viſis ſtatutis communis Vicen-
tiæ. in ij. dubio. libr. ij. Comenſ. in conſi. cix. in j. dubio. Ab-
bas in conſil. xlvj. in ij. dubio. libr. j. Alex. in conſi. cxxij. col.
ij. lib. vij. Socin. Sen. conſil. lxxx. colum. vlti. lib. iiij. Curtius
Iunior in conſi. iiij. nu. 17. quos quidem ſecutus eſt Tiraq. in
d. l. ſi vnquam. in verbo, donatione. nu. 170. C. de reuoc. do-
nat. & in tract. de legib. connub. in gl. iij. nu. 55. Et his acce-
dunt Baldus in conſi. cij. Mulierem maritus. lib. ij. & q. ſtatu-
to. verſi. dos. q. j. Caſtrenſ. in conſ. cclxxiij. col. j. & vlt. lib. j.
Roman. in conſi. cccxiiij. num. 7. Corn. in conſi. cclij. nu. iij.

libro j.& in conſi.cxxvij.nu.5.lib.iiij.Ruinus in rub.ff.ſol.matrim.num. 224.ſecundum nouiſſimam impreſſionem. in conſi.ccxxiiij.col.ij.lib.j.in conſi.lxj.col.vj.nu.12.libr. iij.& in conſi.clj.col.j.libr.v.Pariſius conſi. xxxiiij.col.prima.lib.iij.Curtius Iun.in cōſi.cliiij.in fi.Soc.Iun.in cōſi.cxxix.col.vlt.lib.j.& in conſi.viij.col.j.lib.ij. Feronus in Conſue.Burdegal.tit.de dote.§.vj.Crau.de antiq. tēp.in prima part.iiij.partis principal.num.43. Rolandus à Valle in tract. de lucro dotis.q.lxxv.nu.15.& Phanucius in tract.de lucro dotis in gl.x.nu.7.

Diſſentiunt tamen ab hac opinione Alex. in conſi. cxxij.nu.8.& 9.lib.vij.Corn.in conſi.ccliiij.col.iij.verſi.ſed dare.& vlti.lib.j.Curtius Sen.in conſi.lxxix. Domina Franciſca.Iaſō in auth.prætérea.nu.25.C.vnde vir & vxor.in §.fuerat.nu.127.inſt.de actio.qui tamē dubitatiuè loquitur. & idem apertius in conſi.50.lib.j.Io. Bapt. Caſtilleonus in annota.ad Mattheſil.notab.lxxiiij.Ruinus in conſilio ccxxiij.num.5.lib.j.Brunus in tract.quod ſtantibus maſculis,fœminæ nō ſuccedant.art.vj.q.vij.col.iij.verſi.nam ſecus.q.xxvij. colu.vj.verſicu.& pro hac ſententia.Campegius in tract.de dote.part.vlt.q.ix.Pariſius in conſi.lxij.nu.24.lib.iiij.Horum autem opinio reiicienda eſt, cum quod receptæ magis ſententiæ refregatur:tum quod infirmis admodum argumentis munitur; quibus ſatisfaciunt Soc. Sen.in d.conſi.lxxx. libr.iiij. & Craue.de antiquit. tempor. in prima parte. iiij.partis principal.nu.46.& 47.

Recepta tamen hæc ſententia locum non habet primò,
14 quando † verſaremur in diſpoſitione iuris communis correctoria: ſicuti ſi ſtatutū diceret, quòd maritus lucretur dotem,non obſtante diſpoſitione. l.hac edictali.C. de ſecund.nupt. Nam tunc ſtatutum intelligitur de dote re vera data, non autē de præſumpta.Ita reſpōdit Curtius Sen.in d.conſi.lxxiiij.Domina Franciſca.colum.iij. verſicu. ſed præmiſſis, quem viſus eſt ſequi Craueta præcitato loco.nu. 48. Prætereà & ſecundò cōmunis hęc opinio non habet locū,†quan-
15 do extat aliud ſtatutum , quod illius loci ſtatuta intelligātur ad literam.Nam tunc ſtatutum deferens lucrum dotis marito , intelligitur de dote verè conſtituta , non autem de præſumpta. Ita reſpondit Iaſon in d.conſi.50.lib.j.quem ſecuti ſunt Oſaſchus deciſ.xxj.nu.14. apertius Phanucius in tract.de lucro dotis.in gl.x.nu.11.

Rurſus & tertio non habet locū hæc communis doctrina
16 & traditio † quando ſtatutum loqueretur de dote data , vel conſtituta lucranda. Nam tunc intelligitur de dote verè data,& conſtituta,non autem de præſumpta.Ita ſcribunt Ang.Caſtren.& Alexan.in l.ſi donaturus.ff.de condi. ob cauſam.Iaſon in rub.ff.ſolut.matrimo.num.23.& 24.Socin. Senior in l.de diuiſione.colum.ij.ff.ſolu.matrimo.Ruinus in conſi.ccxxiij.nu.6.libro j.Brunus in tracta.de conſtit.decretis , & conſuetud.in verbo,Lucrum.colum.v. Campegius in tract.de dote,parte vlt.q.xiiij.quos quidem ita recenſet,& probat Oſaſchus deciſio.xxj.num.10.& num.16. Et apertius idem docuit Ruinus in rub.ff.ſol.matrimo.nu.225.Cæterùm ab hac declaratione manifeſtè diſſentiunt Ruinus in conſi. xc.nume.4.lib.iiij.Soc.Iun.in conſi.viij.lib.ij. & Phanucius in tract.de lucro dotis.in gl.x.nu.11.

17 Quarto declaratur hęc traditio,vt non procedat†quando ſtatutum loqueretur de dote promiſſa; Nam tunc non haberet locum in dote præſumpta. Ita Ruinus in conſi. lxj. colu.v. libr.iij.& in conſi.clj.colum.j.& ij.lib.v.Rolandus in tracta.de lucro dotis. q. lxxvj. & Phanucius in tracta. de lucro dotis in gl.x.nu.12.

Ex prædictis diffiniri etiā poteſt illa diſputatio, an regula cancellariæ de triennali poſſeſſore locū habeat in poſſeſſore præſumpto? Et locum habere ex iam traditis crediderim, tametſi dubitauerit Quintilia. Mādoſius in annotationibus ad Lapum alleg. lxxx.in q. vlti. Nec quæ ab eo adducuntur quidquam vrgent,preſertim Alcia.in tract.de pręſump.reg. ij.præſump.xxj. in ſecunda limitatione;imò potius ei refragatur.

Tertius eſt caſus huius propoſitæ quęſtionis,quando ſcilicet agitur de præſumptione hominis. Hoc ſanè caſu diſpo-
18 ſitio†loquens de actu,& caſu vero,nō habet locum in hoc præſumpto. Quandoquidem ceſſant hic rationes duorum caſuum,quos ſupra proximè retulimus.

# De Præſumpt.

## QVAESTIO XLVIII.

Præſumptio iuris,& de iure , vel iuris tantùm , vel hominis,allegari an ſemper debeat, nouè ac copioſè admodum,dilucidéque explicatum.

### SVMMARIVM.

1 *Præſumptionem iuris, & de iure in iudicio allegare neceſſe non eſt, & quæ ſit ratio.*
2 *Præſumptio iuris quando allegari debeat.*
3 *Error,& ignorantia, etſi multis in caſibus præſumatur , attamen ipſa præſumptio allegando eſt.num 4.*
5 *Dominus olim,vt hodie præſumatur dominus,præſumptio allegando eſt.*
6 *Dominium ex poſſeßione præſumitur,ſi id allegetur.Vide diſtinctionem.num.7.*
8 *Poßidens ſemel,poßidere adhuc præſumitur.*
9 *Bona fides in ſucceſſore præſumitur.*
10 *Mala fides in quibus caſibus præſumitur,præſumptio eſt deducenda.*
11 *Debitor qui creditori ſub hypotheca rem tradidit,non poteſt in dubium refricare dominij quæſtionem.*
12 *Dolus in quibus caſibus præſumitur,allegando eſt præſumptio.*
13 *Deceptio in caſibus quibuſdam præſumatur , vt tamen à iuramento ſequatur abſolutio,præſumptio illa eſt allegando.*
14 *Hæreditatem per filium iuſſu patris aditam præſumptio eſt,*
15 *Grauamen re ipſa illatum in recuſatione iudicis ſufficit allegare.*
16 *Aditio hæreditatis,ex actibus præſumitur.*
17 *Præſumptio quæ oritur ex facto,pro eo quod eſt fundamentum intentionis allegari debet.*
18 *Solemnitas etſi certis in caſibus præſumatur, allegando tamē eſt ea præſumptio.*
19 *Identitas rei præſumitur,ſi allegetur præſumptio.*
20 *Præſtatio decennalis,præſumit cauſam præſtationis.*
21 *Filium qui ſeparatim à patre diu vxit , ius præſumit ſui iuris effectum.*
22 *Res vt patrimonialis petita,præſumitur talis ſi præſumptio allegetur.*
23 *Ratificatio geſtorum ex aliquibus actibus præſumitur.*
24 *Prædia caſtro adiacentia , præſumuntur eſſe ſub caſtro.*
25 *Clandeſtinitas certis in caſibus præſumitur.*
26 *Inſtrumentum antiquitus ſumptum, & exemplatum,habet pro ſe præſumptionem.*
27 *Præſumptio iuris ex facto proprio orta,allegando eſt.*
28 *Beneficium legis indultum alicui,intelligitur ſi eo velit vti.*
29 *Iudex non requiſitus,non ſupplet in his,quæ commodum priuatum concernunt.*
30 *Excipiens etiam , præſumptionem iuris pro ſe habens, eam allegare debet.*
*Idque extenditur etiam procedere in cauſis criminalibus.num.31.*
32 *Præſumptio iuris etiam notoria,allegando tamen eſt.*
33 *Præſumptionem iuris allegare,quando non ſit neceſſe.& num. 34.*
35 *Præſumptionē iuris ex facto aduerſarij ortam,neceſſe num ſit allegare.*
36 *Agens contra periurum,cumque in pœnam incidiſſe aſſerens,nō tenetur allegare præſumptionem doli ipſius aduerſarij.*
37 *Homo ad centum annos viuere præſumitur.*
38 *Præſumptio ignorantiæ cauſata ex facto aduerſarij , non eſt allegando.*
39 *Prælato eccleſiæ mutuans.an teneatur allegare præſumptionem,in vtilitatem eccleſiæ conuerſum eſſe.*
40 *Teſtes atteſtantes, ſe pecuniam numerari vidiſſe , non habent neceſſe aſſerere mutuum fuiſſe contractum.*
41 *Præſumptio orta ex facto,tam rei quàm actoris,non eſt allegando.*
42 *Præſumptio orta ex facto nullius,vtrum allegando.*
43 *Præſumptio à mero iure proueniens,vtrum allegando.*
44 *Præſumptio ſolius hominis,allegari debet,& quæ ſit ratio.nu.45.*

QVAERO Quadrageſimo octauò , an præſumptio allegari debeat in iudicio,vt proſit ei,pro quo extat? Hæc egregia iuris quæſtio à noſtris ipaſim & valdè perplexè explicata eſt. Ego tria ipſius quæſtionis capita conſtituo , quemadmodum etiam ſunt tres præſumptionis ſpecies ; hoc eſt iuris & de iure,iuris tantum, & ſolius hominis. Quò ad primum caput,nempè præſumptionis iuris & de iure, dicēdum eſt ex ſententia Baldi in l.vlti. col.vlt. verſicul.item præſumptionem ff. quod metus cauſa.ac Butrij.in cap.ij. colum.v.
1 verſicul. ſufficeret ergo , de libelli oblat. non eſſe † neceſſe quod allegetur. Ea videtur eſſe ratio , quia lex habet hanc pro



pro ipſa veritate,quā iudex, velit nolit,cogitur ſequi. Quocirca non adhibetur diſtinctio, ex cuius facto illa oriatur,ſicuti hæc diſtinctio fit in præſumptionibus iuris , de quibus nunc dicemus.

Secundum eſt caput huius quæſtionis , quod eſt de præſumptione iuris tantum : in qua quidem, explicando varias doctorum traditiones,dicimus aliquando iuris pręſumptionem naſci ex facto proprio ; aliquando ex facto aduerſarij: aliquando ex facto vtriuſque : aliquando verò ex facto nullius. Et proptereà iuxta hanc traditionem diſtinguo atque conſtituo quatuor caſus.

Primus eſt caſus,quando pręſumptio oritur ex facto proprio,vel circa factum proprium verſatur.Hoc ſanè caſu pręſumptio † allegari debet. Sic ſentiunt omnes penè. Ita Bar.
2 in l. ſi adulterium cum inceſtu.nu. 14. ff.ad l.Iul.de adulter. Cùm dixit, ex illo textu,in §.idem Pollioni.quod & ſi error
3 †præſumatur:attamen non ſufficit apparere de præſumptione,ad ipſius erroris probationem,niſi ipſa præſumptio allegetur.Idem docuit Baldus in l.alia.numero 1.C.de iis,quib. vt in dig. & Aret.in conſil. cxij. in fine. & late Didacus in cap. Raynutius.§.xj. numero 1.verſicul.illud vero,de teſta. Cæterùm Bellonus lib.ij.ſupputa.iuris.cap.vj.ex Angeli & Comens. ſententia ſcribit d. l. ſi adulterium cum inceſtu.§.idem Pollioni.non probare communem hanc aſſertionem: quia dum dicit vtique ſi error allegetur,voluit dicere,id eſt, ſi error fuit. Et interpretationem hanc , viſus eſt etiam probare Iaſon in l.cum quid in ij.lectura.nu.25.verſi.adde etiā.ff.ſi certū peta.qui & alium ſenſum , ſatis leuem tamen conſiderauit.

4 Secundò idem de ignorantia dicimus † quæ & ſi multis in caſibus præſumatur : attamen allegari debet. Ita Baldus in l.quicunque.col.j.C.de ſeruis fug.Iaſon in d.repe.l. cum quid.nu.26.& ibidem Purpura. nu. 142. & Alciatus nu. 39.verſi.ſic,qui ignorantiam.ff.ſi certum peta.Et ij alios interpretes,quos nunc nō commemoro,recenſent.His accedunt Didacus in cap. Raynutius.§.xj.nume.1.verſi.eadem ratione. de teſta.Crauet.in conſi.ccj.nu.36.qui idem ait,de præſumptione,quæ allegando eſt.

Tertio,ſic dicimus,quod & ſi qui olim fuit dominus,prę-
5 ſumatur etiam hodie dominus : † attamen præſumptio hæc allegari debet. Ita glo.in d.l.certum.§.j.in verbo,confeſſus.ff.de confeſſ.& ibidem Barto.num.ij.Baldus in l.j.num. 23.C.eod.de confeſſ.Alexan.in conſi.xlvij.colum.v.nume. 12.lib.j.Felinus in cap.cum ordinem.num.20.de reſcrip.Iaſon in repe.d.l.cum quid.nume. 30. ff.ſi certum peta. & ibidem Purpur.nu.143.Alciatus num.39.verſic.ſic,qui dicit.& Bologn.num.66.Quæ ſanè traditio procedit,etiam ſi reus conuentus fateretur actorem ipſum olim fuiſſe dominum:Nam adhuc hoc non ſufficit, quin & tunc teneatur ipſe actor allegare præſumptionem,quod ſcilicet de præſenti præſumatur dominus. Ita Felinus in cap.afferte.num.3. de præſumpt.ex ſententia glo.in d. l. certum.§. j. quam eſſe communiter receptam aſſerit , reiecta contraria opinione Baldi , quem ſecutus fuit & Ant. Burgos in cap. peruenit. num.6. de empt.& vend.

Quartò,ita dicimus,quod etſi ex poſſeſſione præſumatur
6 †dominium:Nihilominus allegari id debet:ſicuti ſcribunt Barto.in l.rem alienam.colum.ij.num.1.ff.de pigno. actio. Baldus in l.etiam.ff.de re iud.& in l.non ignorat.colum.iiij.C.qui accuſ.non poſſ.Feli. in c.cum ordinem.nu.20.verſic.& dicit Baldus.de reſcrip.Alex.in l.à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.colum.v.de re iud.idem in conſi.xciiij.colum.iij.nu.1.lib.ij.in conſi.lxix.num.12.lib.iiij.in conſi.xxxv.num. 7. & in conſi.xcij.nu.3.lib.v.Iaſon in repe.l.cum quid.nu. 28. ff.ſi certum petat.& ibidem Purpur.num.141.Decius in l.non hoc in ij.notab.C. vnde legit. Ripa in l. rem quæ nobis.nu.54.ff.de acq.poſſeſſ.Craue.in conſ.cxxxiiij,num.15.in fine.Verùm Ant.Burgos in cap.peruenit. nu.6.de empt.& vend.diſſentit,Cùm vult ſufficere quod allegetur poſſeſſio ipſa. Ego ita,conciliando has opiniones , diſtinguerem. Aut eſt
7 contentio de ſolo dominio:Et tunc†poſſeſſio deducta ſufficit:quia infert dominium. Hoc in caſu procedit opinio Antonij de Burgos:Aut eſt cōtentio de poſſeſſione & dominio:& tunc non ſufficit deducta poſſeſſio ad inferendum dominium, ex quo non concludit neceſſario. Et hoc in caſu procedit communis illa Bartol.& ſequacium ſententia.

Quintò , ſic dicimus , quod etſi ille , qui ſemel poſſedit
8 † adhuc poſſidere præſumatur; attamen illa præſumptio allegari debet.Ita Alciatus in l.cum quid.num.39.ff.ſi certum peta.& aliqua dicemus infra lib.ij.præſump,vbi agemus,an olim poſſeſſor,præſumatur & nunc poſſidere.

9 Sextò ita dicimus , quod & ſi bona fides † præſumitur in poſſeſſore:attamen præſumptio hæc debet allegari. Ita docuit Baldus in l.ſi ſuper longi.num.11.C.de præſcrip. longi temp. quo loci admonet aduocatos,vt ſint cauti , vt ſemper deducant & allegent bonam fidem.Idem ſcripſerunt Ang.in l.eum qui.§.vlti.in fine.ff.de publicia. in rem actio. Alex.in conſi.lxxix.num.11.libr.iij.in conſil.xciiij.colum.pen.libr.iiij.& in connſi.xcij.num.2.lib.j.Cæpolla in tract.de ſeruit.vrba,præd.c.xx.colu.ij.Felyn.in cap.afferte.num.3. de præſump.& in c.vlt.col.v.verſi.inquantum Abbas. de præſcrip.Decius in l. non hoc. in ſecundo notab.C.vnde legit.Iaſ. in repe.l.cum quid.nume.27.ff.ſi certum petat.& ibidem Purpura.nu.140.Alciatus nu.39.verſi.ſed nunquid.& Belogne.nu.66.Afflictus deciſio.clxxviij.num.14.Franc. Balbus in l.Celſus.col.xxxiij.nu.97.de vſucap.declarat Craue.in conſi.ccj.nu.30.& in conſi.cclviij.in fi. Dicacus in c.Raynutius.§.xj.nu.1.verſi.hinc ſanè fit.de teſta. Ita etiam econtra dici-
10 mus,quod illis in caſibus,in quibus†mala fides præſumitur, præſumptio ipſa eſt deducenda,& allegando,vt docuit Bald.in l.j.in fin.C.de præſcrip.xxx.vel lx.anno.

11 Septimò ſic dicimus , quod licet † debitor,qui hypothecauit rem creditori,non poſſit in dubium refricare quæſtionem dominij,ex quo præſumptio eſt contra ipſum:attamen creditor eam præſumptionem allegare debet. Ita ſcriptum reliquit Neguſanus in tract.de pignoribus,parte ſeptima in iij.membro.nu.6.

12 Octauò huc facit, quod illis in caſibus, in quibus † dolus præſumitur,allegari præſumptio illa debet. Ita Alex.in cōſ.xxxv.num.6.lib.v.& Purpur.in l.cum quid.nu.145.ff.ſi certum peta.

13 Nonò ad rem pertinet,quod & ſi certis in caſibus † deceptio præſumatur, vt locus ſit abſolutioni à iuramento ſuper contractu præſtito:attamen præſumptio illa allegari debet. Ita Fely.in c.cum ordinem.colu.penul.verſi.& dicit Paulus.de reſcrip.

Decimò accedit doctrina Ancha.in cōſi.ccclxxxviij.nu.6. quem probauit Felin. in c.cum ordinem.col.pen.verſi.& dicit Petrus.de reſcri.quod is,qui vult practicare.c.ij.de renunt.in vj.debet allegare præſumptionem, quod ille renuntians ſit mortuus ex ea infirmitate.

Vndecimò ſuffragatur,quod licet præſumptio ſit, filium
14 † adiuiſſe hæreditatē iuſſu patris:attamen hæc præſumptio debet allegari.Ita Barto.in l.qui in aliena.in prin.& ibidem Alex.& Iaſ.ff.de acqui.hær.& Fel.in d.ca.cum ordinem.col.pen.in fi.de reſcrip.

Duodecimò hinc dicimus,quod licet ad obtinendum in
15 cauſa recuſationis iudicis, ſufficiat allegare † grauamen re ipſa illatum,etiam ſi non probetur,quod fuerit de mente iudicis,ex quo læſiones præſumuntur fieri malo animo:Nihilominus pręſumptio hæc allegari debet.Ita ſcripſerunt Abbas,Imola,& Francus in c.ad hæc.il j.de appel.& Fel.in d.c.cum ordinem.col.vlt.in prin.de reſcri.

Decimotertiò accedit quod dicimus, quod & ſi ex ali-
16 quot†actibus præſumatur aditio hæreditatis:l.pro hærede.& l.gerit.ff.de acqui.hære.Attamen illa præſumptio allegari debet.Ita Alex.in conſi.xciiij.nu.9.lib.ij.& Purpu.in l.cū quid.nu.146.ff.ſi cer.peta.

Decimoquartò confert,quod etſi ex ipſo facto præſum-
17 ptio†oriatur pro eo,quod eſt fundamentum meæ intentionis:attamen allegari præſumptio illa debet.Ita tradunt Cardi.cle.appellanti.q.v.de appel.Felin.in c.accedens.il j.col.iij.vt lite non conteſta.& Purpura in l.cum quid.nu.146.ff.ſi certum peta.

18 Decimoquintò huc pertinet,quod licet ſolennitas† certis in caſibus præſumatur:attamē allegari illa debet.Ita ſcribunt Butr.in c.peruenit.nu.7.de emp.& vendi.Alexan.in l.ſciendum.col.iiij.de ver.obli.& Purpu.in d.l.cum quid.nu.147.ff.ſi cer.peta.

19 Decimoſextò accedit,quod etſi rei idenditas † præſuma-

tur: attamen allegari debet præſumptio illa. Ita reſpondit
Soci. Sen. in conſil.cxlix.col.iiij.libro j.& docuit Purpura.
in d.l.cum quid.numero cxlvij. verſicul.& tandem.ff. ſi cer-
tum peta.

Decimoſeptimò ſuffragatur, quod licet ex decennali
20 † præſtatione præſumatur cauſa ipſius, præſumptio tamen
hæc deduci atq; allegari debet. Ita Iaſon in l.ſi certis annis.
col.vlt.verſ.iiij.limita.C.de pactis poſt Baldum ibi.Purpu-
ra in d.l.cum quid.nu.147.verſ.& quod ad limitationem.ff.
ſi certum peta.& Didacus in c.Raynutius.§.xj.num.3.verſi.
illud ſanè.de teſta.Hac tamen de traditione dubitarunt Fe-
linus in c.de quarta.col. pen. de præſcrip. & Anton.Burgos
in c.peruenit.num.6.in fine.de empt.& vendi. Quandoqui-
dem allegando ipſam præſtationem, ſicque ipſum factum,
ſatis ex eo reſultat allegatio ipſius præſumptionis. Verum
rectè, & doctè reſpondet Didacus præcitato in loco, quod
licet cauſa præſumatur à iure: attamen eſt præſumptio in
genere,& ideo eſt neceſſaria allegatio ad certitudinē cauſæ.

Decimooctauò ad rem facit, quod & ſi præſumptio iuris
21 ſit,filium,† qui diu à patre ſeparatim vixit, effectum fuiſſe
ſui iuris attamen prę̃ſumptio ipſa allegari debet.Ita reſpon-
dit Alcia.in reſpon.cxxxij.col.vlt.verſi.ſecundò reſpondeo.

Decimononò huc facit quod etſi præſumptio ſit,rem, vt
22 † patrimonialem petitam, talem eſſe, ſicuti reſpondit Si-
gnorol. in conſi. lxxxj. Verùmtamen præſumptio iſta alle-
gari debet.Ita ſcripſit Tiraq.in tract.de retractu conſang.§.
xxxij.gloſſa.j.nu.98.

Vigeſimò accedit, quod etſi ex aliquibus actib.reſultet
23 præſumptio † ratificationis geſtorum, nihilominus præ-
ſumptio illa allegari debet.Ita reſpōdit Corn.in conſi.xxix.
nu.8.lib.iiij.

24 Vigeſimoprimò confert, quod etſi prædia† Caſtro adia-
centia præſumantur eſſe ſub Caſtro; attamen præſumptio
illa allegari debet. Ita cenſuit Socinus Iunior in conſilio
ſeptimo.numero 9.libro primo.

Vigeſimoſecundò ſuffragatur, quod etſi certis caſibus
25 clandeſtinitas† præſumatur:attamen illa præſumptio debet
allegari. Ita reſpondit Alex.in conſi.lxxxviij.nu.12.lib.v.&
Crauet.in conſi.cclviij.in fi.quos refert, & probat Thobias
Nonius in conſi.xxiiij.nu.20.

Vigeſimotertiò accedit, quod licet præſumptio ſit pro
26 inſtrumento,† antiquitus ſumpto atque exemplato:attamē
prę̃ſumptio hęc deduci,& allegari debet.Ita decidit Afflict.
deciſ.ccclxv.nu.7.

His conſtat receptam eſſe apud omnes fere hanc iuris
27 traditionem,† præſumptionē iuris ex facto proprio ortam,
eſſe allegandam.Et huius receptæ opinionis ratio eſt,ſecun-
dum Alciatum in l.cum quid.nu.39.ff. ſi certum peta. quod
cum præſumptio ſit de re dubia,ille,in cuius fauorem indu-
citur, eam adiuuare debet, quantum poteſt:& oſtendere ſe
beneficio legis velle vti:alioqui ei obſtarent duæ iuris regu-
28 læ.Prima, quia † beneficium legis alicui indultum, intelli-
29 gitur, ſi ipſe eo velit vti. Secunda;quia in his † priuatum re-
ſpiciunt commodum, iudex irrequiſitus non ſupplet.l.iiij.§.
hoc autem iudicium.ff.de damno infecto.

Et hinc intelligimus erraſſe illos,qui ſcripſerunt prę̃ſum-
ptionem hanc nō eſſe allegandam.Qua quidem in opinione
fuerunt Decius in l.cum quid.in ſecunda lectu.num.26.ff.ſi
certum peta.vbi & Curt.Iun.nu.21.& Bellonus lib.ij. ſupp.
iuris.c.vj. quo loci eiuſdem opinionis commemorat Ange-
lum,& Comenſem. Ea ratione ij moti ſunt, quo ſatis colli-
gitur præſumptio ex ipſa iuris diſpoſitione, quæ omnibus
cognita eſſe debet;colligitur etiam ex ipſis actis.Et propte-
reà neceſſe minimè videtur,quod allegari debeat à parte ip-
ſa.Verùm reſpondetur,quod etſi ex actis,vel ex ipſa iuris di-
ſpoſitione colligi poſſit præſumptio hæc: attamen neceſſe
non habet iudex in ea fundamentum conſtituere,niſi à parte
ipſa allegetur: quia ſemper dicere poſſet, ex quo præſum-
ptionem hāc allegare neglexiſti,exiſtimaui ea vti nolle.Sed
hac de re inf.in prima declaratione dicemus.

Extenditur primò communis illa ſententia, vt procedat
30 etiam in excipiente,† qui ſi habet præſumptionem iuris pro
ſe,eam allegare debet.Ita Barto.in l.j.q.ij.ff.de exceptio. &
ibidem Soc.num.12.Dec.in l.cum quid.in ſecunda lectura.
nu.27.ff.ſi certū peta.& ibi.Purpura.nu.147.verſ.amplietis.
Quam quidem traditionem veram eſſe intelligit Soci. præ-
citato in loco, niſi ex facti narratione colligi poſſit iuris
præſumptionis allegatio.

Extenditur ſecundo,vt procedat etiā in cauſis criminalib.
31 Nam & tunc † præſumptio eſt allegãda ab excipiente. Ita
docuit Purpura.in l.cum quid.nu. 147.verſi.ij. amplietis.ff.
ſi certum peta. Quo loci admonent eum,qui aſſerit, ſe occi-
diſſe ad ſui defenſionem,vt eam præſumptionem deducat,&
alleget.

Extēditur tertiò, vt procedat etiam ſi hæc iuris præſum-
32 ptio † eſſet notoria.Ita reſpondit Craue.conſ.cclviij. num.
22.in fin.

Declaratur primò,vt locum non habeat recepta illa opi-
33 nio, † quando hæc iuris præſumptio colligi poſſet ex actis
probatoriis. Nam tunc non eſt neceſſaria alia allegatio. Ita
docuit Feli. in cap.ſi clericus laicum. col. pen.verſic.limita
primò.de foro compet.in c.afferte.nu.5.de præſump.& in c.
ad hæc.libr.j.de appella.& Purpurat.in l.cum quid.nu. 150.
ff.ſi certum peta. Qui quidem ſubiungit,non ſufficere, ſi ex
libello colligi poſſit præſumptio hæc. Nec obſtat conſide-
ratio Decij,& Socini in d.l.cum quid,quod cum libellus ſit
de actis,ſufficit,ſi ex libello ipſo colligatur. Nam reſponde-
tur,qđ etſi libellus eſt de actis:attamē hoc caſu nil operatur:
Cum præſumptio hæc,loco probationis ſit. At probationes
deduci debent non tempore dati libelli, ſed in termino ipſo
probatorio,vt tradunt congeſti à Marſilio in ſing.clxx. Cùm
dicunt,quod exhibens inſtrumentum vna cum libello, non
ſatisfacit oneri ſuo,probandi ſcilicet ſuam intentionem,niſi
illud reproducat in termino probatorio.Verè igitur hæc de-
claratio procedit, quando præſumptio reſultat ex actis pro-
batoriis. Et his declaratur quod docuit Bald.in l.vlt.in fine.
ff.quod metus cauſa ſufficere, ſi allegetur factū ex quo præ-
ſumptio ipſa colligi poſſit. Hæc ſanè Bald. traditio intelligi
debet, quando factum illud allegatur in termino proba-
torio.

Declaratur ſecundò, vt non procedat relata communis
34 opinio,in cauſis † ſummariis, & quæ ſine figura iudicij tra-
ctentur. Ita tradunt Decius in l. cum quid. in ſecunda lect.
num.25.ff.ſi certum peta.& ibidem Purpura.nu.151.& Al-
ciatus.nu.42.verſi.qua ratione.Ita etiam non procedit,quā-
do in libello eſt appoſita clauſula, peto ius,& iuſtitiam fieri
omni meliori modo.Ita docuit Io.Bologne. in d.l.cū quid.
num.67.verſi.iſtæ tamen difficultates.Quæ traditio egregia
eſt,ſi vera eſt: De eius enim veritate ego dubito.

Secundus eſt caſus,huius ſecundi capitis,quæſtionis no-
35 ſtræ, † quando præſumptio oritur ex facto aduerſarij, vel
circa eius factum verſatur.Hoc ſanè caſu non videtur neceſ-
ſaria allegatio. Ita tradunt Abbas in c.afferte. nu. & ibidem
Feli. nu.4.de præſump.Bar.in l.cum quid.num.12.ff.ſi cer-
tum peta.& ibi.Soci. nu.38.verſi.aliquando actor.Purpura.
num.148. & Alcia.nu.42.verſi.ſed & quoties, qui eiuſdem
opinionis recenſet Picum ibidem, & communem teſtatur
Didacus in c.Raynutius.§.xj.nu.1.ver.ſed quoties.de teſta.
Quocircà Picus & Alciatus egregiè ſcripſerunt, quod ille,
36 † qui agit contra periurum,& aſſerit,eum incidiſſe in pœnā.
l.ſi quis maior.C.de tranſact.nō habet neceſſe allegare præ-
ſumptionem doli ipſius aduerſarij. Id quod in ſpecie penè
docuit Alexand. in l.qui iuraſſe. in fine principij. ff.de iure-
iuran.reiecta opinione Caſtren.ibi.Qui quidem aiunt idem
eſſe in cæteris accuſationibus criminis falſi: ex ſententia
Cini in l. nec exemplum. C. de falſis. Ita etiam reſpondit
Alexander in conſilio j.numero quadrageſimoſecundo, lib.
37 quinto,quod etſi præſumptio ſit, hominem † viuere vſque
ad centum annos,iuxta opinionem gloſſæ in l.vlti. C. de ſa-
croſanct. eccle. de cuius veritate diſputabimus infrà lib. vj.
præſump.lxxiiij. Attamen nō eſt neceſſe allegare hanc præ-
ſumptionem,quando illa deducitur ex facto patris.Et idem
quod Alexand. ſenſit Iaſon in repe.l.cum quid.num.31.ff.ſi
certum peta. eum tamen declarando, ſecundum ipſius Ale-
xandri traditionem. Nam & alio modo poſſet intelligi, vt
dicemus infra quarto in caſu. Ita etiam reſpondit Aretin. in
38 conſi.cx.num.4.præſumptionem ignorantiæ,† cauſatam ex
facto aduerſarij non eſſe allegandam. Eſt ſimile quod tradit
Alex.in l.j.num.29.in fi.ff.de eden.Cùm quis aſſerit, ſe mu-
39 tuo dediſſe prælato † eccleſiæ,non habet neceſſe is creditor
allegare



allegare præſumptionem, quod ſit verſum in eccleſiæ vtili-
tatem,ex quo prę̃ſumptio illa verſatur circà factum prælati.
Qua de re dicemus infra.q.

Hic caſus probatur ſecundum Doctores iam relatos in l.
omnes.§.Lucius.ff.de his,quę in fraud.cred.Verū Bologne.
in d.l.cum quid.nu.67.verſ.nec obſtat.ſcribit,quod etſi ne-
ceſſe non fuerit eo in caſu allegare præſumptionem illam in
libello: attamen non negat iuriſcon. quin altera in iudicij
parte neceſſaria ſit ipſa allegatio.

Adfertur quoque hæc ratio,quod nil imputari poteſt ei,
pro quo eſt hæc præſumptio,ſi eam non allegat, ex quo pē-
det à facto partis,cuius mentem & animum non habet co-
gnitum.argu.l.vlt.ff.pro ſuo.& l.qui in alterius.de reg. iur.
Hinc docuit Bart.in d.l.cum quid.nu.11.ff.ſi certum petat.
40 teſtes† atteſtantes,ſe vidiſſe numerare pecuniam,non habe-
re neceſſe aſſerere mutuum fuiſſe contractum, quandoqui-
dem præſumptio iuris,quod ſcilicet ex ea numeratione fue-
rit cauſatum mutuū, verſatur circa factum alterius, nempè
eius,qui numerauit, iura ergo ignorant teſtes illius nume-
rantis animum,& conſequenter de eo teſtimonium dicere
non poſſunt.

Tertius eſt caſus, quando præſumptio oritur ex facto
41 † vtriuſque partis,hoc eſt,actoris,& rei conuenti. Hoc ſanè
caſu allegandam non eſſe præſumptionem ſcripſerunt Ab-
bas,& Felin.in c.afferte.nu.4.de prę̃ſump.& ſenſit Socin.in
d.l.cum quid.nu.38.verſ.ex iſta reſpōſione. Qui quidem in-
terpretes ita intelligunt.d.cap.afferte. vbi præſumptio illa,
quod filius viduæ,quæ recuſabat filium diuidi,ob id allega-
ta non fuit,quia oriebatur ex facto vtriuſque mulieris, tam
ſcilicet requirentis filium diuidi, quàm alterius recuſantis.

Cæterùm Purpura in d.l.cum quid.numero 148.verſicu.
extendite ſecundum. &c. dubitat ob id, quod variæ ſint in-
terpretationes ad dictum capit. afferte. Ego quoque dubi-
to, cum hîc ceſſet illa ratio, ob quam ſuperiore caſu dixi-
mus,excuſari non allegantem præſumptionem prouenien-
tem ex facto partis.Prætereà Doctiſſimus Didacus in capi-
tul.Raynu.§.xj.numero 1.verſicul.ſed quoties.de teſta.acu-
tè oſtendit. dicto capitul. afferte. non probare traditionem
hanc.

42 Quartus eſt caſus, qn̄ hæc iuris præſumptio oritur † ex
nullius facto.Hoc in caſu ſunt opiniones. Nam Bal.in c. ex
tenore.de teſtib.aſſeruit,eſſe allegandam,dum dixit allegā-
dā eſſe præſumptionē illam,cuius,etiam ſuprà meminimus,
hominē.ſ.præſumi viuere vſq; ad centum annos,quæ quidē
præſumptio ex nullius facto naſcitur. Et Baldum ſecuti ſunt
Iaſ.in d.l.vlt.C.de ſacroſanct.eccle.Purpura.in d.l. cū quid.
nu.144. & ibidem Bologne.nu.66.ff.ſi certū peta. Et com-
probatur vera hæc ſententia,quia ita videmus, notoriū eſſe
allegandū,etſi à nullius facto oriri dicatur.clem.appellanti.
de proba.Felin.in cap.cum ordinem.numer.11.de reſcri.

Verùm diſſentit ſibi parū cōſtans Iaſ.in repe.d.l.cū quid.
nu.31.Et aduerſus Baldi traditionem facit,quod ſcribit idē
Iaſ.in d.l.cū quid.in repe.nu.35.poſt Bar.in l.neceſſarijs. ff.
43 de acquiren. hæredi. præſumptionem † à mero iure proue-
nientē non eſſe allegandam:ſicuti eſt illa,quod filius præſu-
matur adiuiſſe hæreditatem patris.Et reſpondit Soc.Iun.in
conſi.xxij.nu.19.lib.j. præſumptionē ex ſolo tēporis curſu
deſcendentē,allegandā non eſſe.Ita etiā docuit Bal.in l. mi-
noribus.C.de ijs quib.vt indig.& cum eo Barb.in conſ.lvij.
col.vj.lib.iij.notoriū prouenjens à ſolo iure non eſſe neceſ-
ſariò allegandum.Declarat egregiè Didac.in capit.Raynu-
tius.§.xj.nume. 3.verſ. ex promiſſis omnibus de teſta. Non
hic repeto,quæ doctè à celebri illo viro ſcripta ſunt.

Tertium eſt caput huius diſputationis,quod verſatur cir-
44 cà præſumptionem ſolius hominis. Hæc † allegari omninò
debet.Ita cenſuit Feli. in c. ſcribebam.in fin. de præſumpt.
Nam hoc in caſu à fortiori locum habent rationes illę,quas
cum Alciato retulimus ſup.in primo caſu præcedentis capi-
45 tis.Et accedit quod prę̃ſumptio hęc† incognita omninò eſt
iudici:& ob id allegari coram eo debet,vt eam ſequi valeat.

## QVAESTIO XLIX.

Expreſsè an tacitè allegari debeat præſumptio,
breuis,dilucida tamen explanatio.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſumptionem allegari tacitè,ſufficit,Idque etiam procedit in crimi-nalibus.num.4.*
2 *Taciti.& expreſſi par eſt virtus.*
3 *Præſcriptio includit bonam fidem.*
5 *Falſum ſine dolo non committitur.*

QVAERO quadrageſimononò, an præſumptio al-
legari debeat expreſsè,vel etiam ſufficiat tacitè?
1 Et tacitā allegationē† ſufficere affirmarunt pænè
omnes in d.l.cum quid.ff.ſi cert. peta.ibi Roma.
Alexan. & Dec.in ij.lectu.nume.25.& Purpur.nu.149.ff.ſi
certū peta.idem ſcripſerūt Roma.in conſ.lxxvij.nu.1.Alex.
in l.j.nu.29.ff.de eden.Dec.in l.non hoc.nu.4.in fi.C. vnde
legit.& in conſ.cxlvj.in primo dubio.in fi. & Didacus in c.
Raynutius.§.xj.nu.2.verſ.ſed quia.de teſtam.Et his accedit
Bal.in l.vlt.in fine.ff.quod metus cauſa.Cùm dixit, ſufficere
allegare factū,ex quo præſumptio colligi poteſt. Ea eſt hu-
2 ius ſentētiæ ratio,quod † par eſt virtus taciti,& expreſſi. d.l.
cū quid.vbi omnes.ff.ſi certum petat.& l.qui ad certum.ff.
locati.Hinc rectè ſcripſit Abbas in c.vlt.nu.34.de præſcrip.
ſatis cenſeri, allegatam bonam fidem ab eo, qui allegauit
3 præſcriptionem:cum præſcriptio † bonam fidem includat,
& Abbatem ſecuti ſunt Decius in l. non hoc. numer. 3.C.
vnde legit.Balbus in l.Celſus.parte 3. numero de vſucap.&
Didacus in d.c.Raynutius.§.11.nu.2.de teſta.

4 Extenditur hæc ſentētia,vt procedat etiam in cauſis† cri-
minalibus,in quibus ſufficit tacita hæc præſumptionis alle-
gatio.Ita Purpurat.in d.l.cum quid.nu.149.ff.ſi certum pe-
ta.ex traditione Bart.in l.nec exemplum.num.1.C.de falſis.
5 Cum dixit,quod etſi falſum† non committatur ſine dolo:&
ob id doli allegatio requiratur:attamen ſufficit, ſi dicatur,
quod ſcienter falſum dixerit: quia inde ſequitur dolo fuiſſe
commiſſum.Idem etiam Alex.in l.nam & poſtea.§. ſi dam-
netur.ff.de iureiu.ſcriptum reliquit.Et verè eadem eſt ratio
in cauſa criminali,quàm in ciuili, vt tacita ipſa allegatio ſuf
ficiat.idem ergo ius ſtatuendum eſt.l. illud in princip. ff. ad
l.Aquil.cum cæteris ſimilibus.

## QVAESTIO L.

Quo tempore allegãda ſit præſumptio,quæ alle-
gari in iudicio debet.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſumptio quouis tempore in iudicio poteſt allegari,*
*Idque tempore quo libellus offertur.num.2.*
*Tempore quo dantur poſitiones.num.3.*
*Item poſt concluſum in cauſa.num.4.*
*Et tempore quo fiunt aliæ allegationes.num.5.*
6 *Exceptis non num.pecuniæ,etiam poſt concluſionē in cauſa poteſt obijci.*

QVAERO Quinquageſimò, quo tempore præ-
ſumptio in iudicio alleganda, allegari poſſit, &
1 debeat? Et quouis tempore allegari† poſſe, ma-
nifeſtè docuit Purpura in dicta l.cum quid. nu.
151.verſ.vltimò declaretis.ff.ſi certum peta.Quocircà alle-
2 gari poteſt tēpore † quo offertur libellus,declarando tū, vt
diximus ſupra quæſtione ab hac ſecunda,in ſecūda declara-
3 tione.Poteſt etiā allegari tēpore† quo poſitiones dātur. Ita
Purpurat.in d.l.cū quid.nu.152.poſt Bar. in l.rem alienam.
col.ij.nume.ff.de pignor.actio.& Alexander in conſi.lxiiij.
nu.7.lib.iij.qui tamen vix hoc ſenſit. Poteſt etiam allegari
4 poſt† concluſum in cauſa,vt tradunt Abbas in c. dudum. de
elect.in l.vnica.nu.5. C.vt quæ deſunt aduoca. Decius in l.
cum quid. in ſecunda lectura. numero 25. ff. ſi certum pe-
tat.& in l.non hoc,in ſecundo notabi. C. vnde legit. Clau-
dius Seyſellius in l.Celſus.nume.42.ff. de vſucap. Purpura
in d.l.cum quid.num.153.& Alciat.in tract.de prę̃ſumptio.
5 reg.ij.præſump.xxj.nu.2.Poteſt etiam allegari† tēpore quo
aliæ allegationes fiunt. Ita Butr.in c.peruenit.nu.7.de emp.
& vēditio.Afflictus deciſ.clxxviij.nu.15. poſt Alexandrum,
quem citat Alciatus in d.l.cum quid.nu.42.& ibidem Bolo-
gne.nu.66.in fin.Idem reſpondit Thobias Nonius in conſi.
xxiiij.nu.

xxiiij.num.18. in fin. Hinc egregiè ſcripſit Bald. in tract. de
6 pactis.nu.11.debitorem poſt concluſionem in cauſa obij-
cere poſſe†non numeratæ pecuniæ exceptionẽ:cũ exceptio
hæc, ipſo iure probetur ante biennium:& debitor per legem
dicitur hanc ipſam exceptionem probare:quam quidem eo
ipſo probat, quod non probatur contrarium, atque ita iuris
præſumptione.l.ij.C.de non nume. pecu. & l. ſuper ſeruis.
C.qui milit. non poſſ. Cæterùm à Baldo diſſentiunt Ema-
nuel Coſta in repe.l.ſi ex cautione.in verbo, exceptione op-
poſita.num.6.C.de non nume.pecu. Ea ratione, & argumẽ-
to adductus, quod aut debitor eſt confeſſus, ſe mutui cauſa
pecuniam debere. Et tunc (ait ille) lex non præſumit, quod
ei non fuerit numeratum:imò interim credit veram eſſe cõ-
feſſionem illam. Aut debitor opponit exceptionem, qua op-
poſita lex incipit præſumere, non fuiſſe factam numeratio-
nem. Et tunc eſt videndum, quo tempore exceptio iſta poſ-
ſit opponi: Et dicendum eſt, opponi debere tẽpore proba-
tionũ:cum ſit ad fundandã ipſius partis intentionẽ:non autẽ
ad coadiuuandam. Hæc conſideratio comprobari poteſt ex
his, quæ diximus ſupra quæſtione ab hac ſecunda, in prima
declaratione, quod iuris præſumptio allegari non poſſit in
libello, niſi repetatur in termino probatorio. Confirmatur
quoq; ex traditione Bar. in l.cũ qui.§.qui ita.n.4.ff.de verb.
oblig. quam communem ibi appellat Alex.num.6. & Iaſon
num.12.quærit Bart. an exceptio, quæ oppoſita nõ fuit, poſ-
ſit allegari tẽpore allegationum iuris? Et diſtinguendo Bar,
tandem dixit, quod opponi debuit, intelligo ego in termi-
no probatorio.

## QVAESTIO LI.

Præſumptiones, coniecturæ, & indicia, ſiue facta, & dicta, ex quibus illæ oriuntur, quomodo, & quot teſtibus probari debeant.

### SVMMARIVM.

1 *Actus omnis regulariter duobus teſtibus probatur.*
2 *Mutuum duobus teſtibus probari.*
3 *Diuiſio patris facta inter filios, duobus teſtibus probatur.*
4 *Homicidium teſtimonio duorum, directò, & immediate probari.*
5 *Actus ad ſui probationem directam, principalem, & immediatam, requirunt maiorem teſtium numerum.*
6 *Teſtamentum vel confectum, vel reuocatum, ſeptem teſtibus probari debet. num.7.*
8 *Codicilli aut confici, aut confecti reuocari coram quinque teſtibus debent.*
9 *Subſtitutio expreſſa pupillaris, quando non contineat tacitam vulgarem.*
10 *Teſtatorem animo compenſandi creditori ſuo legaſſe, quomodo probetur.*
11 *Probatio ex conuentione partium ſi non admittitur contra ſcripturam, per teſtes vel ſcripturam aliam, quæ probatio poſſit admitti.*

QVAERO quinquageſimoprimò quomodo, &
quot teſtibus probentur præſumptiones, conie-
cturæ, & indicia, ſiue facta & dicta, ex quibus il-
læ oriuntur? Hac de re varia, diuerſa ac non pa-
rum perplexa, Doctores noſtri ſcripſerunt. Crediderim ego
diſtinguendos eſſe duos caſus tantum.
Primus eſt, quando verſamur in illis actibus, qui ad ſui
probationem directam, principalem, & immediatam, requi-
rũt neceſſariò duos teſtes tantũ: Id qđ regulare eſt in omni-
1 bus†actibus:cũ in ore duorum, vel triũ ſtet omne verbum;
Matthæi c.xviij.relatum in cap.nouit.de iudicijs. Acta ita-
que inter contrahentes, litigantes, delicta perpetrantes, vel
patres diſponentes inter filios, & ſimiles duorum teſtimo-
nio, directò, principaliter ac immediatè poſſunt probari: ſi-
cuti manifeſtum eſt. Hoc ſanè caſu, ſi agatur de probãdo ali-
quo actu indirecto, & mediato, ex quo eliciatur coniectura,
præſumptio, & indicium, quo actus ipſe principalis probe-
tur, duo etiam teſtes ſufficiunt. Primũ ſit exemplum ex Bar.
in l.admonendi.numer.40.ff.de iureiuran. Eſt certum quod
2 mutuum† probatur teſtimonio duorum, modò ſi teſtibus
iam conſtaret mutuo datam eſſe pecuniam: ſed de quanti-
tate non apparet: cum teſtes ignorarent quæ ſumma fuerit
numerata. Illa quãtitas poterit cõiecturis, & indicijs proba-
ri, nempe probando, quod is debitor iam petierat decem ſi-
bi mutuo dari. Hæc petitio, & actus, ex quo oritur cõiectu-
ra, quod deinde creditor decem numerauerit, probari poteſt
& debet teſtimonio duorum. Ita Bar. in d.l.admonendi. nu.
40. quem ſecuti ſunt Alex. in conſil.v.nu.4.lib. j. Decius in
conſi.ccccccxxxvj.nume.12.qui alios recenſet.
3 Secundum exemplum eſt in diuiſione, †quam facit pater
inter filios in teſtamẽto. Illa enim probari ſatis poteſt, duo-
bus teſtibus directo, & immediate. Natta l.hac conſultiſſi-
ma.§.ex imperfecto.num.151.C.de teſta. Si ergo dubitatur,
an pater eam diuiſionem ſeu teſtamẽtum habuerit pro per-
fecto, atq; ita quod ſic voluerit diſponere, indicijs, & conie-
cturis, ſiue factis, & dictis, ex quib. cõiecturæ, & indicia ſuæ
voluntatis oriuntur. Hęc facta & dicta, ſiue indicia, & conie-
cturæ, duobus teſtibus probari ſatis poſſunt. Ita cenſuit
gloſſ.notab. in l.vlt. in verbo, indicijs.C. famil. erciſc. & ibi
eam ſecuti ſunt Bart.nu.2. Bald. nume.3. Et idem Bal. in l.
ij. in prin. verſ. extrà quæro.ff.de excuſa.tutor. adductus au-
ctoritate.d.gl.l.vlt. ſcripſit, indicia, & coniecturas tãgere fa-
ctum indirectè, & ob id debere probari duorũ teſtimonio.
Et gloſſam illã vt notabilem, & ſingularem ſecuti ſunt Ang.
in l.vlt. in fin. principij.ff.quod metus cauſa. Alex. in conſ.v.
numero 4. & in conſil. xiij. numero 18. libr. j. Petra in ſing.
viij. in fin.
3 Tertium exemplum in delictis, vt puta in † homicidio,
4 †quod quidem teſtimonio duorum directò, & immediatè
probari poteſt, vt ſi duo affirment, vidiſſe Caium occidere
Semproniũ. Modò ſi directò homicida probari non poteſt,
vt quia nulli aderant teſtes: ſed agatur de probando aliquo
actu, ex quo colligi poſſit indiciũ, & coniectura, quod Caius
occiderit, vt puta, Cai fuga, vel grauis inimicitia, vel ſimi-
le aliud indicium. Hoc ſanè indicium teſtimonio duorum
probari poterit. Ita in ſpecie Angelus in dicta l.vlti. in fin.
princip.ff.quod metus cauſa. & alij multi, quos referam in
quæſt.xcj. in ſecundo caſu. conſ.xiij.numero 18. & in conſ.
xviij.col.vlt.lib.j.
5 Secundus eſt caſus, quando verſamur in illis actibus, †qui
ad ſui probationem directam, principalem, & immediatam
requirunt neceſſariò maiorem numerũ teſtium, quàm duo-
rum: ſicuti contingit in teſtamentis, & codicillis. In teſtamẽ-
tis enim ad probandũ diſpoſitionem ipſam directam, & im-
mediatã teſtatoris, ſeptem teſtes neceſſariò requiruntur: ſi-
cuti ſcribũt omnes, vt Bar. in l.hæredes palàm.§.ſi quis poſt.
nu.4.ff.de teſta. & ibidem Caſtren.nu.13. Aretin. in gl.j. Idẽ
egregiè reſpondit Oldradus in conſi.ccxcvij.nu.7. Qui qui-
dem vno ore affirmant, quod ſi quis vult probare Caium cõ-
6 feciſſe teſtamẽtum, & in eo hæredem feciſſe† Sempronium,
hoc teſtimonio ſeptem teſtium probare debet: cum tot re-
quirantur ad ipſius teſtamenti confectionẽ. l. hac conſultiſ-
ſima.C.de teſta. & in inſtitu.de teſta. in principio.
Ita è contra, ſi quis vult probare Caium teſtatorẽ expreſ-
7 ſim reuocaſſe teſtamentum † à ſe confectum, probare hoc
debet ſeptem teſtibus: ſicuti in ſpecie tradunt Doct. in d.§.ſi
quis poſt.
Nam non minus quàm coram ſeptem teſtibus poteſt te-
ſtator iam à ſe confectum teſtamentum reuocare.§.ex eodẽ.
in inſtit. quibus mod. teſta. infir. & ibidem Doct. & in auth.
hoc inter liberos.C.de teſta. ibi poſt alios Natta nume.9.&
8 10. Idem eſt dicendum de codicillis, †qui non poſſunt cõfi-
ci, vel confecti reuocari expreſſim, niſi coram quinque teſti-
bus.l.vlti.C.de codicillis. & in ſpecie tradunt Aretinus in d.
§.ſi quis poſt.col.iiij.verſ.ad primum dictum adde, & Natta
in conſi.cclxiij.num.16.
Hoc itaque in caſu, ſi de reuocatione tacita teſtamenti,
vel codicillorum ageretur, iuxt.l.iiij.ff.de adim.lega. vbi ob
ſuperuenientẽ inimicitiam inter teſtatorẽ, & hæredem, vel
legatarium, præſumitur teſtatorẽ pænituiſſe ſuæ diſpoſitio-
nis, atq; ita reuocare ſeu adimere voluiſſe legatum & fidei-
cõmiſſum. ſi itaq; ageretur de probanda illa inimicitia & ſic
illo actu, ex quo oritur coniectura mutatæ volũtatis, is inquã
actus probari poterit teſtimonio duorum. Ita ſcripſerunt
Aretin. in d.l.hæredes palàm.§.ſi quis poſt. in gloſſ.j.
Eſt ſimile quod docuit Barto. in l.ij.nu. 39. ff. de vulg.pup.
ſubſt. cùm dixit, quod aliquando ex coniecturata volun-
tate



tate teſtatoris ſubſtitutio certa pupillaris comprehenſa in
expreſſa vulgari excludit matrem; Et inter alias coniecturas
hæc eſt, vt ſi teſtator aliquid dixit extra teſtamẽtum, ex quo
dicto poſſit colligi voluiſſe, quod mater excluderetur. Et
hæc quidem verba extra teſtamentum prolata, probari poſ-
ſunt teſtimonio duorum teſtium. Ita in ſpecie reſpõdit Cor-
ne. in conſilio ccxxxix. columna penulti. libro ij. quem ſe-
cutus eſt Pariſ. in conſil.xxxiiij.numero 36. libro ij. & di-
cemus infra lib. iiij. præſump. lviij. vbi explicabimus, quan-
do mater excludatur ex tacita pupillari ſubſtitutione. Eſt &
alia coniectura, vt quando teſtator odio habuit matrem il-
lam: ſicuti Bart. ibidem. numero 43. docuit, & quem ſecuti
ſunt multi, quos congeram in dict. præſumpt. lviij. in quinta
coniectura. Hæc autem coniectura, ſeu hic odij actus, pro-
bari poterit duobus teſtibus quemadmodum affirmarunt
Bartol. in l.fideicommiſſ.C.de fideicomm. & apertius Are-
tin. in dicta l.hæredes palam.§.ſi quis poſt. in gloſſa.j. ff. de
teſta. & Alexand. in conſilio 100. numero 12. libro iiij. qui
ſecutus Barto. in dicta l.ij.numero 40. & 43. ff. vulg. reſpon-
dit ſimili in caſu, nempè coniecturam, qua colligitur teſta-
torem voluiſſe quendam ſubſtituere, poſſe probari teſtimo-
nio duorum. Et inter alios recenſet Alexander eiuſdem opi-
nionis Oldradum in conſil. ccxcix. in ſecundo dubio, qui
numer. 7. reſpondit, quod quando agitur de probanda con-
iectura, qua teſtatoris voluntas declaratur, duo teſtes ſuffi-
ciunt. Eſt ſimile quod ſcribunt Baldus, & Salice. in l.quam-
uis.C.de impub. & alijs ſubſt. ille nume.1. iſte. columna vlt.
9 verſicul. quæro extra gloſſam. Cùm dixerunt † ſubſtitutio-
nem expreſſam pupillarem, continere tacitam vulgarem;
Cùm repugnat coniectura voluntatis teſtatoris. Quæ qui-
dem coniectura ſecundum Baldum, Salycetum, & Alexan-
drum duobus teſtibus probari poteſt. Hic enim agitur ſo-
lùm de probanda coniecturata continentiæ quam alias lex
facit: quod vulgaris expreſſa contineat pupillarem tacitam.
Non autem agitur de probando directo contra voluntatem
teſtatoris, quo in caſu loquitur gloſſ. l. cum proponeretur.
de leg. ij. Qua de re diſſeremus etiam infra libro iiij. præ-
ſumpt. lviij. vbi explicabimus, quando & quibus in caſibus,
ſubſtitutio vulgaris expreſſa contineat tacitam pupillarem,
in prima declaratio.
Eſt penè ſimile quod ſcripſerunt Bald. Caſtrenſ. & Ale-
xand. in l.ij.C.de bonor.poſſ.ſecund.tabu. & ibi. Iaſ. nume-
ro 13. & Dec. numero 7. Cum dixerunt, quod ſi non fuit ex-
preſſum in teſtamento, patrem reliquiſſe filio legitimam ti-
tulo inſtitutionis, & agatur de probanda coniectura, quod
pater titulo inſtitutionis relinquere, voluerit hæc conie-
ctura duobus teſtibus probari poterit. Et hanc ſententiam
probauit etiam Ruin. in conſi.j.num.8.lib.ij.
Eſt quoque ſimile quod docuit Alberic. in l.filia legato-
torum.C.de lega. cum dixit, coniectura probari, teſtatorem
10 †legaſſe ſuo creditori animo compenſandi. Et coniecturam
illam poſſe duorum teſtimonio probari. Et Albericum ſe-
cutus eſt Afflict. in deciſ.xliiij.num.16.
Et huius quidem caſus, ac traditionum commemorata-
rum ratio eſt: quia hic agitur de declaranda teſtatoris vo-
luntate, an ſcilicet eius voluntas, & animus talis fuerit, vel
non. Quæ ſanè ratio cum verſetur circà teſtamentum, vel
codicillos iure validos, probari ſatis poteſt duob. teſtibus
vt ſcripſit Barto. in dicta l.hæredes palàm.§.ſi quid poſt.nu.
4.ff.de teſtã. quem ſecuti ſunt Caſtren. ibidem numero 13.
& Areti. in gloſſ.j. Idem Aretin. in l.ideoque. in fi.ff.de libe.
& poſthu. Imo. in l.cum proponebatur. columna j. verſicul.
ſed aduerte.ff.de leg.ij. Alexand. in conſil.liiij.numero 5.li-
bro iij. & in conſil.100. numero 12. libro iiij. qui eiuſdem
ſententiæ recenſet Oldrad. in conſil.ccxcvij.numer.7. Idem
reſponderunt Corne. in conſ.clxxiiij. in fin. libr. ij. Pariſ. in
conſil.xciij.nume.46.lib.ij. & idem in conſ.13.numero 14.
libro iij.
Prædictis addi etiam illud poteſt, quod ex Baldo & alijs,
ſcripſit Afflict. in deciſ. xiij. numero 26. quod contra ſcri-
pturam ex partium conuentione non admittitur contraria
11 probatio†per aliam ſcripturam; vel teſtes: attamen admit-
titur probatio indirecta, quæ quidem duobus teſtibus fie-
ri poteſt. Quod etiam attingemus infra. in quæſtio. lxv.
in fine.

## QVAESTIO LII.

Præſumptionis allegationem, quam alioqui actor, vel reus prætermiſit, ſuo ex officio iudex ſupplere an poſſit, & debeat.

### SVMMARIVM.

1 *Iudex præſumptionem à parte allegari prætermiſſam, ſupplere poteſt.*
2 *Iudex ea quæ notoria ſunt, ſupplet.*
3 *Iudex præſumptionis allegationem omiſſam, quando non tenetur ſupplere.*
*Et quando ſic. num.4.*
5 *Iudex ea quæ iuris ſunt tenetur ſupplere. Et quæ à ſtatutis ſancita, numero 6.*
*Idem in conſuetudine notoria.*

QVAERO quinquageſimoſecundò, ſi præſumptio
illa iuris, quæ à parte ipſa allegari debet, non al-
legatur, an eam ſupplere poſſit, & debeat iudex?
Hæc quæſtio duo habet. Vnum, an iudex ſup-
plere poſſit? alterum an debeat? Quo ad primum opinor,
1 nullum eſſe dubium† quin poſſit: Ita ſcripſerunt Abb. in c.
peruenit.numero 6. de empt. & venditio. & ibidem Anton.
Burgos. numero 6. & apertius idem concedunt Decius in l.
cum quid. in ſecunda lectura.numer.26.ff.ſi certum peta. &
ibidem Purpura.numero 150. ex ſimili traditione Angeli in
l.vltim. columna vltim. verſicul. nam poteſt. ff. de petitio.
2 hæred. Cùm dixit, iudicem† poſſe ſupplere ea, quæ notoria
ſunt. Et idem quod Angelus docuit clarius Alexand. in l.
eum, qui.§.qui ita.numero 6. verſicul. & tenendo. ff. de ver-
borum obliga. Quibus accedit Ripa in l. iiij. §. hoc autem
iudicium.ff.de damno infecto. Quorcircà malè cenſuit Af-
flictus in deciſion. cccxlv. numero 7. Cùm dixit, iudicem
non poſſe allegare hanc præſumptionem. Ita etiam malè
viſus eſt ſentire Felinus in cap. afferte.nu.4. de præſumptio-
nib. dum voluit, ſolùm duobus in caſibus iudicem poſſe ſe-
qui præſumptionem à parte non allegatam, nempè quando
præſumptio reſultat aliunde quam ex facto eius, de cuius fa-
uore agitur. Et quãdo ipſa præſumptio reſultat ex actis, quæ
reddunt rem notoriam. Imola verò in dicto capit. peruenit.
nume.9. in fin. verſic. tu potes dicere. ſcripſit, iudicem poſſe
ſupplere hanc præſumptionem, quando quis locupletaretur
cum aliena iactura.
Quò vero ad ſecundum, an iudex teneatur ſupplere hanc
omiſſam allegationem præſumptionis iuris, dubitatio eſt
non mediocris. Nam quòd ſupplere non teneatur manifeſtè
ſenſit Pupura in d.l.cum quid.num.150.ff.ſi certum petat.
Ego verò diſtinguo duos caſus.
3 Primus eſt, †quando pars nullum factum deduxit in iudi-
cio, ex quo hæc iuris præſumptio colligi poſſit. Hoc ſanè
caſu iudex non ſolùm non debet, ſed nec etiam poteſt ſup-
plere hanc iuris præſumptionem, cum eam, etiamſi vellet,
colligere non poſſet. Et prætereà, cum pars non deduxit fa-
ctum, videtur quodammodo ei renuntiaſſe, ſicuti & aliàs ſu-
pra diximus,
4 Secundus eſt caſus, †quando pars iam deduxit in iudicio
factum, ex quo reſultat iuris præſumptio. Hoc in caſu, opi-
nor iudicem teneri ſupplere allegationem ipſam præſum-
ptionis, Si quidem hæc præſumptio dicitur eſſe quid iuris,
5 non autẽ quid facti, vt declaraui ſup.q. xj. Atqui iudex † te-
netur ſupplere hanc præſumptionem. Illa minor probatur
ex l.vnica.C.vt quæ deſunt aduoca. &c. Et ad rem propius
tradit poſt alios Ripa in l.iiij.§.hoc autem iudicium. nu.31.
ff.de damno infecto. quo loci, num.32. ſcripſit, iudicem te-
6 neri ſupplere eã, quæ† ſunt à ſtatutis ſancita. & nu. 34. idem
7 eſſe dixit, quò ad conſuetudinem † notoriam. Et ibi reijcit
contrariam Alexandri traditionem, quãm pro ſe Purpur. lo-
co prærallegato adduxit. Et huc pertinent exempla, quibus
vtitur Anto. Burgos in c.peruenit.nu.6.de empt. & vend. Et
primò dum ait, quod cum ex poſſeſſione de præterito præ-
ſumatur poſſeſſio de præſenti, vt diximus infr. libro vj. præ-
ſumpt. lviij. ſufficit allegare poſſeſſionem præteritam; quia
inde colligitur præſumptio iuris, quod poſſideat de præ-
ſenti. Ita etiam & ſecundò ſcribit Anton. Burgos, cum ex
diutina

diutina præſtatione inſurgat præſumptio, quod adfuerit cauſa ita præſtandi, ſufficit allegare ipſam præſtationem: inde reſultat præſumptio, quam ſic ſupplere iudex debet.

## QVAESTIO LIII.

Egregiè hic explanatur, an prçſumptio ſufficiat, vt ſecundum eam libellus actoris concludat.

### *SVMMARIVM.*

1 *Libellus ſecundum duas præſumptionis ſpecies, ſolummodo concludit.*
2 *Libellus ſecundum præſumptionem iuris, & de iure, procedit & concludit.*
*Et quid ſit de præſumptione iuris ſola. num. 3.*
4 *Libellus ſecundum mentem libellantis interpretari debet.*
5 *Parte non opponente, multa admittuntur, quæ aliàs reijcerentur.*
6 *Libellus pro libellante latiſſime intelligitur.*
7 *Regula: quod vnius incluſio, ſit excluſio alterius, quando non procedat.*

QVAERO quinquageſimotertiò, an præſumptio ſufficiat, vt libellus actoris ſecundum eam concludat? Hæc dubia iuris quæſtio explicatur à Bart. & cæteris in l. cum quid. ff. ſi certum peta. & in l. certum. §. j. ff. de confeſſ. & ab omnibus in cap. ij. de libelli oblat. & vberius ab Alciato in tracta. de præſumpt. reg. ij. præſumpt. xij.

Ego verò aliter ac illi faciant rem hanc explicabo. Et cū
1 libellus† ſecundum duas præſumptionis ſpecies ſolummodò concludere poſſit, nempè ſecundum præſumptionem iuris, & de iure: & ſecundum ſolam iuris præſumptionem; de præſumptione hominis non eſt agendum.

2 Quo itaq; ad præſumptionē iuris, & de iure, libellus† ſatis ſuperq; ſecundum eam procedit, & concludit. Ita in ſpecie docuit Butr. in cap. ij. col. v. verſ. ſufficeret ergo dicere, de libelli oblat. qui exēplum ita attulit. Peto te in vxorem, quia ſponſalia tecū contraxi, & te cognoui. Nā inde reſultat prçſumptio iuris, & de iure, quod matrimoniū fuerit inter nos celebratum. cap. is, qui fidem. de ſponſa. Et ait Butr. huius opinionis fuiſſe Rotam Romanam.

3 Nunc dicamus de ſola præſumptione iuris. In qua † quidem aliquot caſus, præter aliorum ordinem diſtinguo.

Primus eſt caſus, quando libellus propoſitus in actione perſonali pro mutuo, ita conceptus eſt. Peto, vt mihi reſtituas centum, quæ tibi mutuo dedi. Hic caſus non habet probabilē dubitationē, quin libellus cōcludat, ex quo prçſumptio eſt, quod ſi tibi mutuaui, ſis adhuc obligatus reſtituere, atque ita non habent hæc verba incluſam aliquam negatiuam. Ita docuit Bar. in d. l. certum. §. j. in fi. ff. de confeſſ. quē ſecuti ſunt Butr. in cap. ij. col. v. ver. communis opinio. de libelli oblat. & ibidem Imola. colum. 3. verſi. ſed an ſufficiat. Sequitur ergo dicendum libellum procedere, cum ſufficiat, quod præſumptiuè concludat præſumptione iuris, l. omnes. §. Lucius. ff. de his, quæ in fraudem cred.

Secundus eſt caſus, quando libellus propoſitus in actione perſonali pro mutuo ita conceptus fuit. Peto vt mihi reſtituas centum quæ tibi mutuo dedi: & ad quæ fuiſti obligatus. Hic caſus videtur habere maiorem dubitationem, ob illa verba, ad quæ fuiſti obligatus. Quæ quidem hunc ſenſum habere videntur, ſecundum Cynum relatum à Barto. in d. §. j, vt incluſam habeant negatiuam, ac ſi dixiſſet, ad quæ fuiſti obligatus, ſi nunc non ſit obligatus. Nam (ait Bartol.) cum de vno tempore pono, de alio videor negare. l. ſtatu liber. §. j. de leg. ij.

Cæterùm, reiecto hoc ſenſu Bartoli, & ſequacium, rectius dicere poſſumus, ſenſum horū verborum, ad quæ fuiſti obligatus, eſſe, ac ſi dixiſſet, ad quæ centum mutuo data, fuiſti obligatus eo tempore dati mutuis, vt deinde illa reſtitueres. Atque ita referuntur hæc verba ad factum, nō autem ad ius. Vel ſi ad ius referuntur, intelligi poſſunt ad ius tacitè, vt ſcilicet, mutuo ſuſcepto, ius obligationem introduxerit, vt teneaeris ſuo tempore reſtituere. Et hic ſenſus ſuadetur,
4 quia in dubio libellus † interpretari debet ſecundum mentem libellantis. l. ſi quis intentione. ff. de iud. Mens autem libellantis creditur illa, ne ſuus libellus ſit à ſe fruſtrà porrectus: ſed quod valeat iuxtà regulā. l. quoties. ff. de reb. dub. Prætereà, ſi actor petit centum ſibi reſtitui, manifeſtè ſignificat, ſe intelligere, quod ille reus cōuentus, ſit & nunc obligatus. Alias rationes recenſebo infrà in tertio caſu. Quocircà in ſpecie huius caſus libellum hunc concludere, & de iure procedere, ſcripſerūt aduerſus Bartolum Butrius in d. c. ij. colum. v. verſi. pro hoc videtur. de libell. oblat. & ibidem Imola col. iij. verſ. ſed ſi dicerem. & Alciat. in tract. de præſumpt. reg. ij. præſum. xij. nu. 2. adeò veram eſſe ſenſit opinionem hanc, vt eam pro regula admiſerit.

Tertius eſt caſus in eadem actione reali pro mutuo, quando actor ita libellum proponit, dico, quod ego dixi Caio, tolle iſtam pecuniam, & ipſe recepit, quam negat mihi reſtituere: ideò peto ipſum mihi condemnari. Hic caſus habet pariter non leuem dubitationem, an libellus iſte procedat, & concludat, ob id quod præſumptio ſit, ex illis verbis cauſatum fuiſſe mutuum, non autem donationem. opinio fuit Bart. in l. cum quid. nu. 13. ff. ſi cert. pet. hunc libellum non concludere, nec procedere. Et cum eo ſenſerunt Alexand. ibi Purpura. num. 138. Curtius Iun. & communem eſſe aſſeruit ibidem Bolognet. numero 66. Idem reſpondit Alex. in conſ. j. nu. 14. de renun. Ea ratione motus eſt Barto. quod hoc dicitur eſſe factū ipſius partis, ex quo reſultat ipſa præſumptio facti mutui, quæ præſumptio tāquam à facto ipſius proueniens, allegari debuit: vt multis exemplis diximus ſuprà. q. 37. Verius dicere poſſumus ex ſententia Imolæ præcitato loco, ac etiam Iaſonis in repe. d. l. cum quid. num. 26. hoc eſſe factum quoddam ambiguum, quod erat à libellante declarandum.

Cæterùm ab hac opinione diſſentiunt Roma. in d. l. cum quid. & ibidem Decius in ij. lect. num. 26. & Decium viſus eſt ſequi Bello. lib. ij. ſupp. iuris. cap. vj.

Primo adducti ſunt auctoritate eiuſdem Bart. in l. Aurelius. §. Sticho. ff. de libera leg. quo loci dixit Barto. ſufficere, quod in libello dictum ſit, quod res amouit, quare petit, cōdemnari de furto. Nā intelligitur, quod res amouit per furtum. Huic tñ cōſiderationi ſatisfacit Alex. in d. l. cum quod. dū inquit, diuerſos eſſe terminos traditionis Bart. in d. l. cum quid, ab illis in d. §. Sticho. Nam in d. §. Sticho concluſio libelli declarat, quod ibi agebatur actione furti. Sed in caſu noſtro ex Bartol. in d. l. cum quid. nec ex expreſſione cauſæ, nec ex libelli concluſione colligi poterat, an contractum fuerit mutuum. Atque ita etiam declarat Fulgoſ. in l. ſi quis nec cauſam. §. j, in fin. ff. ſi certum peta.

Secundò mouetur Decius, ex traditione eiuſdem Bart. in d. l. cum quid. num. 11. Cùm dixit, ſufficere, quòd teſtes dicant, ſe vidiſſe numerare pecuniam: quia etiam ſi nil dicant de mutuo: attamen inſurgit præſumptio iuris, quod contractum fuerit mutuum.

Ergo idem eſt dicendum in libello actoris, cum vniformiter factum ſe habeat.

Cæterùm reſponderi poteſt, illud factum à teſtibus narratum, ſuppleri à lege, ex quo nulla adſcribi poteſt culpa parti non declaranti: ſed diuerſum eſt in libello, qui ab actore ipſo declarari potuit: vt ſup. quçſtio. ab hac ſecunda explicauimus.

Tertiò adducitur Decius auctoritate eiuſdem Bartol. in d, l. certum. §. j. ff. de confeſſ. Cùm dixit, libellum procedere, in quo actor dixit, ſe mutuaſſe, etſi nil de obligatione dixerit: quia ex iuris præſumptione illa inſurgit. Verum facilè poteſt reſponderi in caſu Bartol. in d. l. certum. §. j. actus ille mutui narratus in libello, nil aliud quam ipſam obligationem ad reſtituendum tacitè ſubintellectam à lege, & eam quidem continuam inferre non potuiſſe: ſed diuerſum in caſu noſtro, vbi ex illis verbis, tolle hanc pecuniam, aliud quā mutuum potuit cauſari. Ex qua reſponſione ceſſat quod dicebat Dec. præſumptionem mutui, & obligationis colligi ex ipſo libello. Nam negari hoc facilè poteſt ex prædictis. Et hac de dubitatione, quando ſcilicet aliquis dixit, tolle hanc pecuniam, an mutuo dare, vel donare præſumatur? diſſeremus inf. lib. iij. præſumpt. liiij.

Hunc caſum declarat Fulgoſ. in d. l. cum quid. col. vlti. in prin. ff. ſi certum petat. & cum eo ibi. Iaſ. in repe. num. 32. & Purpura. numero 148. verſicul. ſecundò limitant. vt intelligatur, quando pars opponit. At ſecus ea nō opponente, quia

5 tunc libellus procedit. Ita dicimus multa† admitti parte non opponente, quæ aliàs reijcerentur, vt tradūt Dec. in l. in ambiguis. §. non eſt nouum. nu. 9. ff. de regul. iuris. & in conſil. ccccl xxxix. in fine, Ruinus in conſ. iij. num. 10. lib. iij. & plura ſimilia congerit Cra. in conſi. cl. nume. 2. & in conſi. ccxx. num. 5. & 6.

Quartus eſt caſus in actione reali, vt in actione rei vendicationis, quando actor dixit in libello, ſe fuiſſe dominum fundi, quem ſibi reſtitui petit. Hoc in caſu non procedere hunc libellum ſcripſit Bart. in d. l. certum. §. j. nume. 2. verſi. Cynus reſpondit. ff. de confeſſ. & cum eo ſenſerūt Angel. in l. ſi rem. ff. de rei vend. Comenſ. in conſi. lxxj. Viſo proceſſu. Felin. in capi. afferte. numer. 3. propè medium. de præſump. Mouentur ij interpretes ex tex. l. certum. §. j. ff. de confeſſ. vbi ille, qui fatetur ſe in præteritum fuiſſe obligatum, negare dicitur ſe eſſe de præſenti obligatum. Ea etiam ratione adducuntur, quod hæc verba habeant incluſam negatiuam, ideſt nunc dominum non eſſe. Cum enim (ait Bart.) de vno tempore pono, de alio videor negare. l. ſtatu liberum. §. j. de leg. ij. Et confert regula. l. cum prætor. in prin. ff. de iud. & c. nonne de præſumpt. quod incluſio vnius, eſt excluſio alterius: qui ergo includit ſe de præterito fuiſſe dominum, excludere dicitur, ſe eſſe dominum de præſenti.

Verùm ab hac opinione diſſentiunt Spec. in tit. de actione ſeu petitione. §. ſequitur. numero 30. Butrius in capit. ij. col. v. verſ. vnde domini. de libelli oblat. qui quidem præter Specul. & Ioan. Andreæ recenſent Rotam in concluſ. xxxij. quæ hodie eſt in deciſ. vlt. tit. de libelli oblat. in nouis. Quæ ſanè Rota cenſuit, procedere libellum ita formatum; dico fundum ad me pertinuiſſe, vel pertinere conſueuiſſe, ideo mihi eum reſtitui peto. Idem ſenſit Ancharan. in capit. cum venerabilis. in vj. notab. de exceptio. Cùm dixit, idem eſſe quādo reus ita aſſerit in ſua exceptione, cum ſufficiat ſi prçſumptiuè concludit. Et ſpeculatoris traditionem expreſſius probarunt Imola in d. cap. ij. colum. iij. verſ. ſed ſi dicerem. Barba. nu. 99. qui multa effudit verba, Maria. Soc. Sen. col. xxix. verſicu. ſed quando deducitur. de libelli oblat. Felinus in capit. ſcribebam, in fine. de præſumpt. & Alciatus in dict. præſumpt. xij. numero 2. Ea eſt huius ſententiæ ratio, quia dum iſte aſſeruit, ſe fuiſſe dominum, ex iuris præſumptione concludit, etiam nunc ſe eſſe dominum, iuxtà l. ſiue poſſidetis. C. de probat. cum ſimilibus. Atqui (vt iam diximus) ſufficit, quod libellus concludat præſumptiuè dicta. l. omnes. §. Lucius. ff. de his, quæ in fraudem cred. ergo &c. Præterea accedit (vt etiam ſuperiore caſu dicebam) cum petat actor iſte rem hanc ſibi reſtitui, ſignificat adhuc ſe eſſe dominum, ne fruſtra libellum porrexiſſe dicatur. Et rurſus ſi diceremus illa verba, ſe fuiſſe dominum, eſſe negatiua præſentis temporis, in eodem libello & actu, loqueretur contraria & repugnantia, quod euitari, quantum fieri poteſt, debet: vt ſcribunt omnes in capitul. inter dilectos. de fide inſtrum. & alibi ſæpe. Nec obſtant conſiderationes Cyni & Bartol. in dicta l. certum. §. j. Nam is §. j. loquitur in confeſſione, quæ ex præſumptione vltra verba non extenditur contra confitentem, ſed pro eo interpretatur. l. inter ſtipulantem. §. j. de verb. oblig. c. cum eccleſia Sutrina. de cauſa poſſeſſ. & proprie. & in cap. contra eum. de reg. iuris in vj. Diuerſum eſt in
6 libello† qui pro libellante latiſſimè intelligitur. l. ſolemus. & l. ſi quis intentione. ff. de iud. Ita reſpondet & declarat Butrius in d. capit. ij. column. v. in fine. verſi. ad l. certum. poſt Rotam in dicta deciſ. vltim. titu. de libelli oblatio. in nouis. & ſequitur Imola in eodem cap. ij. nume. 8. in fine. Nec obſtat quod ſcripſit Alciatus in tract. de præſumpt. reg. ij. præſump. xij. in fine. quod imò nulla ſit differentia inter libellum & confeſſionem: cum vtraque interpretetur ad fauorem confitentis & libellantis. Nam reſpondetur, nec nos hoc negare; dicimus tamen diuerſimode id fieri. Libellus enim interpretatur, vt proſit: illa verò confeſſio, ne noceat plus quàm de præterito. Non etiam obſtat regula. l. ſtatuliberum. §. j. de legat. ij. quia reſpondetur ex ſententia eiuſdem Butrij in dicto capitul. ij. columna v. verſiculo non obſtat, quod verbum. de libelli oblat. quod illa procedere poteſt, quò ad ipſum verbum expreſſe poſitum de præterito, non autē quo ad id, quod ſequitur ex præterito, vel ex illo concluditur; quia illud non ponitur in præterito, ſed venit & intelligitur de præſenti ob iuris præſumptionē, quæ eſt, quod olim dominus, præſumatur etiā hodie dominus. Nec etiam vrget regula. l. cum prætor. ff. de iudic. quod vnius incluſio.
7 Nam illa † non procedit, quando conſtat de contraria voluntate diſponentis. Ita declarat Iaſon in l. j. §. adipiſcimur. num. 4. ff. de acq. poſſ. Imò nec locum habet ex ſola mente veriſimili diſponentis, vt declarat Soc. Iun. in conſilio cxxj. num. 22. lib. j. & Gratus in conſi. v. num. 84. lib. ij. & hos ſequutus ſum in conſi. cvj. nume. 232. lib. ij. Hic autem manifeſtè conſtat, non ſolùm de veriſimili; ſed etiam de vera ipſa voluntate libellātis, quod ſcilicet dicere voluerit, ſe de præſenti eſſe dominum. Præterea regula. l. cum prçtor non procedit, qñ in inducta ad vnū effectum, operarētur cōtrarium. Ita declarat Craue. in conſi. ccxcvij. col. vlt. verſi. octauò reſpondeo, poſt Baldum & Iaſonem, quos recenſet. Noſtro in caſu, ſi diceremus, hunc libellantem, aſſerendo ſe fuiſſe dominum, negare voluiſſe, ſe de præſenti eſſe dominum, libellus inductus ad effectum recuperandi petitum fundum, operaretur contrarium. Ceſſat ergo illa regula.

Declarari poteſt hic caſus, vt locum ſibi non vendicet, qñ verba huius libelli ita eſſent concepta, vt inferrent omnino negationem de prçſenti. Ita declarat Maria. Soc. Sen. in d. c. ij. col. xxix. verſ. aut abnegatiuè, de libelli oblat. qui adfert exemplum vt ſi dicatur, dico ſemel me fuiſſe dominum à tali anno retro; vel (ait Soc.) ſi aliqua verba taxatiua appoſita ſunt. Et ſecundum hanc declarationem, intelligi & declarari ſic poſſunt verba Alciati in d. præſumpt. xij. numer. 2. verſicul. quam limita primò. Ita etiam poteſt intelligi reſponſum Comenſ. in conſ. lxxj. dum reſpondit contra eum, qui in libello dixit, ſe olim fuiſſe officialem Camerlengariæ: intelligit Comenſis illam dictionem olim, eſſe quodammodo taxatiuè appoſitam.

His intelligimus, prædictis omnibus in caſibus, procedere libellum ita præſumptiuè concludentem. Quæ ſane ſententia adeo vera eſt; vt nec requiratur, quod deinde illa præſumptio allegetur. Nam ſufficit quod ex ipſo libello colligitur. Ita tradunt Maria. Soc. Sen. in d. cap. ij. colum. xxix. ver. etſi diceretur. de libelli oblat. Rota deciſ. vlt. in fine. tit. de libelli oblat. in nouis. Hoc tamen intelligo quò ad ipſius libelli validitatē. Sed quò ad effectū probationis, opinor neceſſariā fore allegationē in termino probatorio. Ita intelligo & declaro Alciatum in d. præſumpt. xij. num. 2. verſi. ſecundò limitatur, qui poſt Caſtren. in l. ſi minorem. nu. 5. C. de in integrum reſtitut. minor. requirit allegationem huius præſumptionis. Verè enim Caſtrenſis ita loquitur.

## QVAESTIO LIIII.

Præſumptio libello repugnans, an libellum impediat, breuis, ſed clara explicatio.

### *SVMMARIVM.*

1 *Præſumptio libello repugnans, libellum non impedit.*
*Et quæ ſit ratio. num. 2.*

QVAERO Quinquageſimoquintò, quod ſi præſumptio repugnat libello, an illa ita potens ſit, vt eum impediat? Exemplum ſit in eo, qui aſſerit, ſe mutuo dediſſe pecuniam eccleſiæ, & petit eam ſibi reſtitui: nec dicit in ipſo libello pecuniam illam fuiſſe verſam in eccleſiæ vtilitatem. Huic ſane libello aduerſatur iuris præſumptio, cum non præſumatur à iure, quòd pecunia ſit verſa in eccleſiæ vtilitatem. Hoc in caſu dubitatur, an hæc præſumptio impedire poſ-
1 ſit hunc libellum. † Et non impedire ſcripſerunt Innoc. in capitul. dilecti. de libelli obla. Abbas in capitu. ſuper hoc. num. 18. & ibidem Imola. num. 11. in fin. & numero 14. de renunt. Quorum quidem commentarij ad dictū capit. ſuper hoc. habent adeo eadem verba, vt facilè ſit cognoſcere, vel Abbatem ab Imola, vel vt credibilius eſt, Imolā ab Abbate ea habuiſſe, vel errore impreſſorum fuiſſe excuſa inter commentarios Imolæ, ſed ad rem. Huius traditionis ratio illa
2 †quia etſi præſumptio repugnet libello: attamen facile fieri poteſt, quod actor eam præſumptionem diluat, probando dein

do deinde, pecuniam illam fuiſſe verſam in eccleſiæ vtili-
tatem.

## QVÆSTIO LV.

Exceptionem an impediat repugnans prçſumptio
paucis exponitur.

### SVMMARIVM.

*1 Exceptionem non impedit præſumptio.*
*2 Renunnciare iuri ſuo, nemo ſine iuſta cauſa præſumitur.*
*3 Exceptio rei conuenti fauorabilior eſt, quam actoris petitio.*

QVAERO Quinquageſimoquintò, an præſum-
1 ptio impediat exceptionem. Et non † impedi-
re ſcribunt Abbas in capitul. ſuper hoc, nume-
ro 18. de renunt. & ibidem Imola numero 11.
12. & 13. ex illo textu, vbi exceptio ſpontaneæ renuntia-
tionis beneficij, non impeditur à iuris præſumptione, quæ
eſt, neminem præſumi ſine iuſta cauſa renuntiare iuri ſuo.
2 † Et ſi enim repugnet præſumptio, attamen (vt etiam ſupe-
riore quæſtione diximus) facilè fieri poteſt, quod eam di-
luat excipiens iſte, contrarijs probationibus. Et præterea ſi
libellus, cui repugnat præſumptio, non impeditur (vt ſupe-
riore quęſtione explicauimus) multò minus impediri debet
3 exceptio: cum fauorabilor ſit exceptio † rei conuenti, quam
actoris petitio, iuxtà l. Arianus. ff. de act. & oblig. & l. fauo-
rabiliores. de reg. iur. Et rationem hanc conſiderarunt Ab-
bas & Imola in dicto cap. ſuper hac, ille nu 16. iſte num. 11.
Extenditur hæc ſententia, vt procedat etiam ſi excipien-
tis aduerſarius petat, cauſam exprimi, vt illa præſumptio
tollatur: Nā adhuc exceptio procedit: nec tenetur excipiens
eam cauſam exprimere. Ita Abbas & Imola in d. capi. ſuper
hoc, ille num. 16. iſte nu. 11. verſic. ſed vbi, ſi quidem poterit
ſemper dicere excipiens iſte, ex proceſſu litis & eius meritis
manifeſtè demonſtrabo, præſumptionem aliquam meæ non
repugnare exceptioni. Et confert tex. cap. in noſtra, de pro-
cura. vbi gloſſ. in verbo, inutilem, vbi ſimile de exceptione
falſi procuratoris.
Cæterùm ſcripſerunt Abbas & Imola in d. c. ſuper hoc,
de renun. ille num. 16. iſte num. 11. ver. ſaluo niſi, praxim, qua
iudex inquirere poteſt de cauſa actionis & exceptionis, cui
repugnat præſumptio.

## QVAESTIO LVI.

Poſitiones concludere an poſſint per præſumptio-
nes, breuis & clara explanatio.

### SVMMARIVM.

*1 Poſitiones concludere poſſunt per præſumptiones.*
*2 Continua præſumuntur ea, quæ niſi certa forma obſeruata, nequeunt remoueri.*

QVAERO Quinquageſimoſextò, an poſitio poſ-
ſit concludere per præſumptionem? Baldus in l.
ſiue poſſidetis, numero 7. verſicul. ſed reuoco in
dubium. C. de probat. ſcribit ex Petri ſententia,
1 ſatis † concludere. Quando quidem ſufficit, quod poſi-
tio adminiculum præbeat probationibus ponentis: etſi
non omnino concludat. Quocircà aiunt Petrus & Baldus,
malè fuiſſe Romæ iudicatum, quod non eſſet reſponden-
dum poſitioni, in qua fuerat poſitum, aliquem fuiſſe ali-
quando excommunicatum. Non enim reijcienda erat poſi-
tio illa: quia etſi ſemel excommunicatus non credatur verè
& propriè adhuc excommunicatus: attamen præſumptio
aliqua eſt, eum adhuc eſſe excommunicatum, cum ea, quæ
2 remoueri † non poſſunt, niſi certa obſeruata forma, præſu-
mantur continua, niſi aliud appareat. Sicuti ex dicta l. ſiue
poſſidetis. & l. ſi quis. in §. differentia. ff. de acq. poſſ. prob.
Baldus, ex ipſo rei dominio, quod non niſi certis modis in
alium transfertur: & ob id, illis modis non probatis, conti-
nuatum præſumitur.

## QVAESTIO LVII.

Præſumptio extendi quando poſſit, diligenter &
accurate explicatur.

### SVMMARIVM.

*1 Præſumptionis extenſio fit de caſu ad caſum, ſi partes ſunt, eandémque habent rationem.*
*2 Præſumptionis extenſio ceſſat in caſibus diuerſis, & diuerſam habentibus rationem.*
*3 Præſumptio de perſona ad perſonam non extenditur.*
*4 Extenſio præſumptionis permittitur de tempore ad tempus. Et de quo id tempore, accipiendum. num. 5.*

QVAERO Quinquageſimoſeptimò, an præſum-
ptiones & coniecturæ extenſionem admittant?
Quo hęc iuris quæſtio explicetur, aliquot caſus
ſunt diſtinguendi.
Primus eſt cùm agitur de extenſione caſus ad caſum: &
caſus ipſi pares ſunt, habentque eandem rationem. Tunc di-
1 cendum eſt, admitti hanc extenſionem † præſumptionis in-
ductæ in vno caſu ad alium caſum. Hoc colligo ex traditio-
nibus omnium in l. cum de in rem verſo. ff. de vſuris & in l.
ſi certis annis. C. de pactis. ibi inter cæteros Iaſon numer. 7.
& multis ſubſequentibus: cum ait diſpoſitionem dict. l. cum
de in rem verſo. quòd ſcilicet ex præſtatione decennali, al-
legando legitimum titulum, is titulus verus præſumitur, ait
Iaſon poſt alios, diſpoſitionem hanc in ſola præſumptio-
ne fundatam, extendi ad alios ſimiles caſus, ab eo enumera-
tos, & alios commemorat copioſè Franciſc. Baldus in tract.
de præſcriptionibus in prima particula tertiæ partis princi-
palis. q. xx. nu. 34. vſque ad finē; & nos ſuo loco vberius ex-
plicabimus. Ita dicimus quod conſtitutio auth. ſed cum te-
ſtator. C. ad l. Falci. qua ſancitum fuit, hæredē amittere Fal-
cidiam, ſi inuentariū non confecit: cū ſit fundata in præſum-
ptione fraudis, quod ſcilicet ipſe bona hæreditaria ſurripue-
rit, extenditur inquam hæc diſpoſitio, etiam ad Trebelliani-
cam: in qua quidem militat eadē præſumptio fraudis & ſur-
reptionis bonorum. Qua quidem in opinione fuerunt duo
& ſexaginta Doctor. commemorati ab Oſaſco deciſ. cxlvij.
nume. 8. ipſo auctore addito.
Secundus eſt caſus, quando agitur de extendenda præ-
ſumptione ad caſum diuerſum, & diuerſam rationem habē-
2 tem. Et tunc dicendum eſt omnino † ceſſare hanc extenſio-
nem. Ita intelligo Abbatem in c. vlt. num. 3. de ſponſal. cùm
dixit, præſumptionem illius canonis, quæ eſt, quod ob co-
pulam carnalem ſubſecutam, ſponſalia per verba de futuro,
præſumptione iuris & de iure, tranſeunt in matrimonium:
Hanc inquam præſumptionem nō extendi ad caſum, quan-
do copula carnalis non eſt ſecuta, ſed ſolummodò conatus
ad eam. Extenſio hæc non conceditur; cum caſus copulæ
verè ſubſecutæ ſit admodum diuerſus à caſu tentatæ copu-
læ: Eſt etiam diuerſa ratio, ſicuti conſiderat ibi Abbas, &
cum eo cęteri, & Areti. in conſil. cxlij. num. 7. Et nos attigi-
mus ſup. quæſt. xxij. ac etiam infra lib. ij. præſump. j. Quibus
intelligimus malè argumentum ab ea Abbatis traditione,
ſumpſiſſe Ruinum, in conſi. cxij. num. 16. libr. ij. & illos, qui
eum ſecuti ſunt, vt Rolandum in conſi. xxvij. nu. 22. libr. j. &
Phanuciū in tract. de inuentario, parte ſeptima. nu. 35. Malè
ſanè argumentatus eſt Ruinus cum dixit, d. authen. ſed cum
teſtator fundatam in præſumptione fraudis hæredis non
conficientis inuentiarium, non extendi ad caſum Falcidiæ,
ex illa traditione Abbatis. Nam manifeſtè conſtat, pares nō
eſſe terminos vnius & alterius caſus. His infertur ad id, quod
reſponderunt Iaſon in conſil. 50. libr. iij. & Curtius Sen. in
conſi. lxxviij. num. 8. & Curtius Iun. in auth. præterea. nume.
16. C. vnde vir & vxor. quod apertius explicat Phanucius in
tract. de lucro dotis, in glo. x. nu. 33. verſi. & hoc non habet,
quod illa præſumptio, qua dicimus, mulierem ſecundo nu-
bētem præſumi dediſſe in dotem bona iam data primò, non
habere locum quando extant filij ex ſecundo matrimonio,
tametſi ſtatutum permittat ei dare dotem ad ſui libitū. Nam
hæc præſumptio non extenditur ob diuerſam rationem, vt
dicemus etiam inf. lib. iij. præſump. in tertio caſu.
Tertius eſt caſus, quando agitur de extendenda præ-
ſumptio



ſumptione, ab vna perſona ad aliam perſonā. Hoc caſu nō
admittitur extenſio, cum præſumptio cohæreat ipſi perſo-
næ, è qua colligitur. quod à ſpeciali probat: l. cum de in rem
verſo. j. reſponſo. ff. de vſuris. vbi legitur, præſumptionem
illam ortam à decennali præſtatione illius ſoluentis, tranſire
in ipſius ſoluētis filium atque ita ad eum extendi, ea ſpeciali
ratione: quia pater & filius cenſentur vna & eadem perſona,
l. vlt. C. de impub. & alijs ſubſt. Ergo ſecus eſt in alijs, ſic in
ſpecie docuit Baldus in l. ſi certis annis. num. 9. C. de pactis.
Quam quidem traditionem intelligo niſi in caſibus. l. cum
auus. l. generaliter. §. cùm autem. C. de inſtit. & ſubſt. & l. cū
acutiſſimi. C. de fideicom. vbi lex extendit præſumptionem
illam de perſona ad perſonam. Qua de re infra libr. iiij. præ-
ſumpt. lxiiij. vbi explicabimus præſumptionem illam ex d.
l. cum auus.
Quartus eſt caſus, quando agitur de extendenda præſum-
ptione de tempore ad tempus. Hoc ſanè caſu dicimus, ex-
4 tenſionem † eſſe permiſſam; vt ſcribunt omnes in l. ex perſo-
na. C. de probatio. & diximus ſupra q. xxiij. Et hinc docuit
Baldus in l. non nudis. ver. ſed dubitatur. C. de probat præ-
ſumptionem filiationis extendi poſt mortem patris, vel fi-
lij. Hic tamen caſus declaratur, vt non procedat, quo ad tē-
5 pus † infinitum, ad quod præſumptio non extenditur. Ita
ſcriptum reliquit Bertach. in repertorio, in verbo, Præſum-
ptio, & ſententia Caſtrenſ. in conſil. clvij. Viſis & pondera-
tis omnibus. & ex l. fluminum. §. j. ff. de damno infecto. lo-
cum tamen Caſtrenſis à me diligentius perquiſitum, hacte-
nus non inueni.

## QVAESTIO LVIII.

Præſumptionibus multa poſſe probari quæ teſti-
bus, vel documentis probari non poſſunt; multis
exemplis declaratur.

### SVMMARIVM.

*1 Præſumptionibus probantur multa quæ directò probari aliàs nequeūt. Et quales nam debeant eſſe præſumptiones illæ. num. 20.*
*2 Delictū omne, certis, claris, & manifeſtis præſumptionib. apparere debet.*
*3 Adulterij crimen ſolis præſumptionibus & indicijs probari poteſt.*
*4 Simonia quia occulte committitur, coniecturis ſatis probatur.*
*5 Miles coniecturis probat, ſe non transfugam, ſed captum fuiſſe ab hoſtibus.*
*6 Hæreſis crimen ſolis probatur præſumptionibus.*
*7 Partum ſuppoſitum, coniecturis probatur.*
*8 Falſi crimen præſumptionibus & coniecturis apparet.*
*9 Contractus ſimulatus & fictus, oſtenditur coniecturis.*
*10 Dolus probari poteſt præſumptionibus.*
*11 Delicta quæ domi noctu &c. committuntur, ſatis eſt ſi præſumptionibus conſtent.*
*12 Filiatio coniecturis ſolis probatur.*
*13 Affinitatem antiquam præſumptionibus apparere ſufficit.*
*14 Expenſæ minutæ, factæ ab aliquo adminiſtratore, præſumptionibus declarantur.*
*15 Sacerdos reuelans aliquid ex confeſſione, vtrum id in mandatis habuerit, præſumptiones demonſtrant.*
*16 Aetas minor coniecturis probatur.*
*17 Res antiqua, probationem coniecturalem admittit.*
*18 Præſumptio etiā vehemens ad condemnationem de delicto non ſufficit. Et de qua condemnatione id accipiendum. nu. 19.*
*21 Coniecturæ quibus dolus detegitur, iudicantis ſunt in arbitrio.*
*22 Arbitria dici nequeunt, quæ à lege determinata ſunt.*

QVAERO Quinquageſimooctauò, an præſum-
ptionibus aliqua probari poſſint, quæ non poſ-
1 ſunt directò, vt teſtibus, & documentis probari.
Et verè plura † probari poſſe, ſcripſerunt in ſpe-
cie Guido Papæ in tract. de præſumptio. numero 86. Lapus
allegat. xciiij. numero 3. & alij plures, quos ſtatim comme-
morabo. Imò ſcriptum reliquit Petrus Folerius in practica
criminali. parte ſecunda. ſub rub. capiat informationē. nu. 9.
2 quod etſi delictum in genere probari † debeat, certis, claris
& manifeſtis probationibus: attamen cum ob difficultatem
directarum probationum, probari non poteſt, præſumptio-
nibus & coniecturis detegi & probari poſſe. Recenſebo hic
aliquot caſus, qui ſolis præſumptionibus poſſunt probari,
reliquos obſeruabit diligens atq; ſtudioſus lector.
3 Primus itaque caſus eſt in crimine adulterij, † quod ſolis
præſumptionibus & indicijs probari poteſt: cū alioqui oc-
cultè & ſecretò committi ſoleat. Ita probant cap. præterea.
de teſtibus. cap. literis. & cap. tertio loco. de probat. & ſcri-
bunt Bar. in l. ij. §. vlt. in fine. ff. ad l. Iul. de adult. & in l. 1. ff.
de extraordin. cognit. Franc. Brunus in tract. de indicijs &
tortur. parte prima. q. iiij. nu. 7. ver. item adde quo loci idem
eſſe ait de ſodomia, Et plura de his diſſeremus infra libro v.
præſump.
4 Secundus eſt caſus in crimine † ſimoniæ, quod quidem ſo-
let occultè committi, & propterea coniecturis & præſum-
ptionibus ſatis probatur. Ita probat. cap. per tuas. & cap. ſi-
cut. vbi Abbas de ſimo. Fran. Brunus loco præallegato. Go-
mezius in commentarijs ad regulam cancellariæ, de trien-
nali poſſeſſore. q. xviij. Bernardus Diaz. in practica canoni-
ca criminali cap. lxxxv. Redoanus in tract. de ſimonia, part.
iiij. cap. vj. nu. 21.
5 Tertius eſt caſus in milite † qui aſſerit ſe non transfugiſſe
ad hoſtes, ſed captū ab illis fuiſſe, & deinde euaſiſſe, vt pro-
batur in l. nō omnes. §. à Barbaris. ff. de re milit. qui locus al-
legari ſolet ad aſtruendā ſententiam hanc, quod ea, quæ ſunt
difficilis probationis coniecturis & præſumptionibus poſ-
ſunt probari. Sicuti multos hos caſus difficiles probationi-
bus enumeraui in lib. ij. de arbitrar. iudicum. caſu cxv.
6 Quartus eſt caſus in crimine † hæreſi, quod quidem ſolis
præſumptionibus & coniecturis probari poteſt. capit. cum
contumacia. de hæret. in vj. vbi Io. de Anna. & tradunt gl. in
in c. j. de teſtibus in vj. Redoanus in d. tract. de ſimonia. par.
iiij. cap. vj. num. 22. & 23.
7 Quintus eſt caſus in crimine † partus ſuppoſiti, quod cum
directo non poſſit probari, coniecturis & prçſumptionibus
probabitur, vt in ſpecie ſcripſit Aegidius Boſſius in tract.
cauſſarum criminalium, in tit. de partu ſuppoſito. nume. 13.
ex c. afferte. de præſump.
8 Sextus eſt caſus in crimine † falſi, quod cōiecturis & præ-
ſumptionibus probatur, vt tradunt Bartol. in l. ſi quis ex ar-
gentarijs. §. an & hæredi. ff. de eden. & ibidē Iaſon. Decius in
c. porrecta. col. j. de cōfir. vtili vel inutili. & in conſ. clxxxix.
colum. j. alias commemorabo infra lib. v. præſumpt.
9 Septimus eſt caſus in contractu ſimulato † & ficto, qui
directò non poteſt probari, quippè qui occultè ſolet confi-
ci. Ita ſcribut Bar. & cæteri in l. poſt contractū. ff. de donat.
Iaſon in l. ſi quis ex argentarijs. §. prætor. nu. 26. ff. de eden.
& in l. cum ea. col. ij. C. de tranſact. Aegidius Boſſius in trac.
cauſarum criminalium. titu. de partu. ſuppoſi. nu. 14. & alios
commemorabo infra lib. iij. præſumpt. lxv. vbi multas ex-
plicabimus præſumptiones, quibus contractus ſimulati &
ficti detegi poſſunt.
10 Octauus eſt caſus in dolo † qui coniecturis & præſumptio-
nibus probari poteſt. l. dolum. C. de dolo. & ſcribunt Cur-
tius Sen. in conſi. xliiij. col. x. verſ. dolus. Pariſius in conſilio
lxvij. num. 15. & in conſi. lxxxiij. num. 47. lib. iij. Soc. Iunior
in conſi. lxxxiij. nu. 47. lib. iij. & Craue. in conſi. lviij. nu. 1. &
dicemus infra lib. v. præſump. iij.
11 Nonus eſt caſus in delictis † quæ in domo, noctis tempo-
re, vel ſimili committūtur, vt in furto, homicidio, verberi-
bus & his ſimilibus. Hæc ſanè coniecturis & præſumptioni-
bus probari poſſunt. l. conſenſu. §. ſuper plagis. C. de repud.
Baldus in l. ſi quis ex argentarijs. § pen. ff. de eden. & ibidem
Iaſon & reliqui. Alex. in conſi. xxiiij. numer. 6. lib. ij. Cor. in
conſi. cxiij. Iaſon in conſ. liiij. lib. iij. col. ij. lib. j. & Giam. in
conſi. j. nu. 11. in criminal.
12 Decimus eſt caſus in filiatione, quæ cum directis certiſ-
que probationibus probari minime poſſit, ſatis probatur
coniecturis & præſumptionibus. l. filium. ff. de ijs, qui ſunt
ſui, vel alie. iur. & tradunt Feder. de Senis in conſi. clxxx. La-
pus alleg. xciiij. nu. 3. Alex. in conſi. xxiiij. nu. 6. lib. ij. & co-
pioſè diſſerui in lib. ij. de arbitra. iudicum. caſu lxxxix.
13 Vndecimus eſt caſus in † affinitate antiqua probāda. Nam
hæc cum directo & concludenter probari non poſſit, ſatis
erit eam probare indicijs & præſumptionibus. cap. licet ex
quadam de teſtibus, vbi Docto. & tradit Lapus in d. allegat.
nume. 3.

14 Duo

14 Duodecimus eſt caſus,in†expenſis minutis factis ab ali-
quo adminiſtratore.Hæ enim coniecturis & præſumptioni-
bus probari poſſunt:cum difficile admodum ſit in his adhi-
bere ſemper teſtes.Ita ſcripſit Lapus in d. obligatio.xciiij.
numer.4.

15 Decimustertius caſus eſt,quando ſacerdos † qui audiuit
confeſſionem ſacramentalem alicuius:& deinde aliquid ex
ea cõfeſſione reuelat,aſſerens ſe ita in mandatis habuiſſe ab
illo confeſſo.Hoc autem an habuerit in mandatis,ſatis pro-
batur ex coniecturis & præſumptionibus, ductis à bonitate
vitæ ipſius ſacerdotis & his ſimilibus. Ita egregiè ſcripſit
Lapus in d.allegat.xciiij.nume.3.&4.

16 Decimus quartus caſus eſt in probatione minoris † æta-
tis,quæ cum difficilis ſit probationis,cõiecturis & præſum-
ptionibus probari poteſt.Ita Bart.in l.de ætate.num.6.& 7.
ff.de minor.& ibidem Sebaſtian.Sapia.num.24.& dicemus
infra lib.ij.de præſump.xxxv.

17 Decimus quintus caſus eſt in probatione rei † antiquæ,
quæ cum difficilem habeat probationem, admittit proba-
tionem coniecturalem.l.cenſus.& l.monumenta.ff.de pro-
batio. & ſcripſi poſt alios in commentarijs de arbitrarijs
iudicum.lib.ij.caſu,cxv.nu.2. & 3.

Illud autem eſt hic annotandum,quod ſcriptum reliquit
Boſſius in tract.cauſarum criminalium.tit.de conuictis. nu.
18 41.in occultis non ſufficere † præſumptionem etiam vehe-
mentem ad condemnandum de ipſo delicto : & huius ſen-
tentiæ recenſet Decium in capit. porrecta.colum.j.de con-
firm.vtili vel inutili.& in conſi.clxxxix. colum. j.& apertius
hoc ſcripſit Præpoſ.in cap.is,qui fidem.nume.4.de ſponſal.
Quæ tamen traditio intelligi debet,quò ad indicendam pæ-
19 nam †ordinariam : ſecus quo ad arbitrariam : Et præterea
Decius loquitur de ſuſpicionibus, quæ ex eius opinione
non ſufficiunt ad imponendum aliquam pænam, qua de re
diſſeremus inf.q.xcvij.

Cæterùm dubitari hic poteſt, an hæ præſumptiones eſſe
20 debeant†præſumptiones iuris,atque ita à lege approbatæ:
vel etiam ſufficiant præſumptiones hominis?Aegidius Boſ-
ſius in tract.cauſarum criminalium.tit. de partu ſuppoſito.
numer.33. Qui quidem affirmauit, ſufficere quod ſint præ-
ſumptiones hominis. Ita enim videmus, dolum qui cũ dif-
ficilis ſit probationis, coniecturis probari, vt diximus ſu-
pra,illæ coniecturæ non legis ſed hominis tantùm eſſe poſ-
ſunt. Ita gloſſ. in d.l.dolum.C.de dolo.Ita etiam ſenſerunt
Corn.in conſil.clxxviij.nume.22.lib.ij.& Soc.Sen. in con-
ſi.xcij.num.12.libr. iiij. dum ad detegendum dolum vtun-
tur multis coniecturis,quę non reperiuntur expreſſe appro-
batæ à lege. Et expreſſius Alexan. in conſi.lvj. in fine libr.
21 ij.ait,†coniecturas, quibus dolus detegitur, relinqui in ar-
bitrio iudicis.Loquitur ergo Alexan. de coniecturis homi-
nis,quia ſi eſſent approbatæ à lege,nõ relinquerentur in ar-
22 bitrio iudicis:cum ea quę iam lege terminata†ſunt,arbitra-
ria dici non poſſint, vt ſcripſi libr.j.de arbitrarijs iudicum.
&c.q.xiiij.num.2. Et coniecturas præſumptioneſque iudi-
cum non eſſe in lege ſcriptas dixit Bal.in rub. de præſumpt.
nu.3.Eandem Boſſij ſententiam comprobat quod dicimus
de coniecturis in crimine falſi : quæ ſiquidem multæ conſi-
derantur ab homine,vltra illas à lege probatas:quemadmo-
dum infra libr.v.præſumpt.lxiiij.explicabimus.

## QVAESTIO LIX.

Præſumptio indeterminatæ perſonæ, an aliquid
operetur.

*SVMMRIVM.*

*1 Præſumptio perſonæ indeterminatæ,circa condemnationẽ nil operatur.*
*2 Perſona quæ damnari debet certa ſit oportet.*
*3 Incendium culpa inhabitantium præſumitur commiſſum.*

QVAERO Quinquageſimononò,an præſumptio
indeterminatæ perſonæ aliquid operetur?Et nil
1 operari†circa condemnationem clarum eſt.Nã
2 certa eſſe debet perſona, † quæ damnari debet.
Poteſt afferri exemplum ex Baldo in l. ſi creditor. ff. de pi-
gno.actio.in conſil.ccccxlj.Quidam in fine lib.j. cùm ſcri-
3 pſit, quod etſi incendium † præſumitur commiſſum culpa
inhabitantium.l.iij.§.j.ff.de officio præfecti vigilum : attã-
men qñ multi habitant in eadem domo,eorum nullus con-
dẽnari poteſt,vt emendetur damnũ domino domus, ex quo
verè incerta eſt perſona illius,qui incendiũ commiſit. Idem
cum Baldo affirmarunt Io.de Anna.in conſi.lxxj.nu. 2. Cæ-
polla in conſi.lxx.Iaſon in conſil.cxvj.nume.3.libr.j. Affli-
ctus in deciſ.lvij.nume.4.& 5.& alij,quos congeſſi in com-
mentarijs de arbitrarijs iudicum.lib.ij.caſu ccxc.nu.4. &
nu.11.quo in loco plura de incendiarijs ſcripſi.

## QVAESTIO LX.

Præſumptionem iuris & de iure,non admittere
probationem in contrarium.

*SVMMARIVM.*

*1 Præſumptio iuris & de iure,non admittit probationem in contrarium.*
*2 Probatio contraria ſemper admittitur contra præſumptionem, niſi lex eam expreſſe reijciat.*

QVAERO Sexageſimò; an præſumptio iuris & de
de iure,admittat probationem in contrarium?Et
1 dicendum eſt,regulariter†non admittere. Ita gl.
in l.vlt.in prin.in verbo, præſumptioni. ff. quod
metus cauſa.in capit.ferrum.50.diſtinct. in cap. fraternita-
tem.liiij.diſtinct. in gloſſa vlt.quæ ait,quod ſemper contra
2 præſumptionem admittitur contraria†probatio,niſi lex ex-
preſſim eam reijciat : quia tunc non admittitur, ex quo eſt
præſumptio iuris & de iure.Idem ſtatuit ſtatutum Venetum
in prologo ſecundo num.10. verſic. neceſſaria præſumptio.
& in capitu.ſubſequenti.num.1.Idem affirmant interpretes
omnes in cap.is,qui fidem.de ſponſ.ibi Præpos.nu.8.Alex.
in l.inter ſtipulantem.§.j.nume. 3. de verbo.oblig.qui poſt
Comenſem docuit,opus eſſe,quod lex expreſſim reijciat,vt
(ſicuti etiam annotauimus ſupra. q.iij.in fine ) dicatur præ-
ſumptio iuris & de iure, & ob id quod nulla contra eam ad-
mittatur probatio.His accedunt Roman.in l.ſi duo.num.7.
ff.de acq.hæred.Salicet.in rubr.C.de probat. Guliel. May-
nerius in l.in obſcuris.num.8.de regu.iuris.Iaſon in l.Titia.
num.39.ff. de verb. oblig. Cæpolla in tract. de ſimulatione
contractuum.num.17.Curtius Iun.in conſi.50.nu.5. & Al-
ciat.in trac.de præſumptionibus in ſecunda parte præludio-
rum.num.3.Et manifeſtè hoc probatur in l.à diuo Pio. §. ſi
pignora.ff.de re iud.& ibi gloſſa explicat, de qua ſanè præ-
ſumptione dicemus infra lib.ij.præſump.lix.Ita etiam pro-
bat.l.antiquę.C.ad S.C.Velleia.de qua agemus infra lib.iij.
præſump.lxxxviij.Idem ſcriptum eſt in l.vlt. C.ad S.C.Ma-
cedo.de qua tractabimus infra lib.iij.peæſump.lxxxv.com-
probatur ex l.vltim.C.arbitrium tutelæ, de qua inf.lib.iiij.
pręſump.xcv.His accedit & tex.in cap.ad id:& in c.is,qui fi-
dem.de ſponſ.quas explicabimus infra lib.iij.præſump.j.

## QVAESTIO LXI.

Præſumptionem iuris & de iure,admittere proba-
tionem contrariam, confeſſione eius, cui fauet ipſa
præſumptio,diligenter explicatum.

*SVMMARIVM.*

*1 Præſumptio iuris & de iure admittit probationem contrariam,ex confeſſione iudicialiter facta,& quando numero 5. & 9. Et quæ ſit ratio.num.7.*
*2 Mulier quando non adiuuetur beneficio S.C.Velleia.*
*3 Confitens ſe pecuniam recepiſſe,& intra biennium excep.non numeratæ pecuniæ non obijciens,habet contra ſe præſumptionem iuris & de iure.*
*Contra eam tamen admitti probationem in contrarium, de creditoris confeſſione etiam extraiudiciali.num.16.*
*4 Sententia in iudicatum tranſita,habet pro ſe præſumptionem iuris & de iure.*
*6 Confeſſio non eſt probatio,ſed releuatio ab onere probandi.*
*8 Probatio nulla melior,nullaque efficacior quam proprij oris confeſſio.*

10 Con-



*10 Confeſſio ficta à lege recepta,tantum operatur,quantum vera.*
*11 Confeſſio quando non diluat præſumptionem iuris & de iure.*
*12 Confeſſio extraiudicialis,non diluit præſumptionem iuris & de iure.*
*13 Errorem non præſumi.*
*14 Poſitionibus quidquid poteſt deduci,probari etiam poteſt.*
*15 Confeſſio ab inuito quando nec poſſit nec debeat extorqueri.*

QVAERO Sexageſimoprimò,an cõtra præſum-
ptionem iuris & de iure , admittatur directa
probatio,cõfeſſione eius, pro quo eſt ipſa præ-
ſumptio ? Hac in re aliquot caſus ſunt diſtin-
guendi,atque conſtituendi.

1 Primus eſt,cùm loquimur de vera confeſſione†iudiciali-
ter facta ſuper his,quæ à confitentis poteſtate pendent,ſicu-
ti in caſu.l.antiquæ.C.ad S.C. Velleia.qua ſancitũ eſt,quod
ſi mulier, accepto pretio , alterius nomine interceſſit, præ-
ſumptio iuris & de iure inſurgit , non fragilitate ſexus illam
interceſſiſſe,ſed illius pretij cauſa,& ea propter non iuuatur
2 † eo beneficio S.C.Velleiani.ſi itaque eo in caſu ſtipulator,
cuius commodi grãtia mulier interceſſit , iudicialiter fatea-
tur,mulierem non ſpe præmij,ſed ſua ipſa ſponte interceſſiſ-
ſe, recipitur hæc probatio,& mulier eo beneficio S.C. iu-
uatur,cum ab illius ſtipulatoris voluntate & poteſtate,pen-
deat,an ob interceſſionem pretium dederit vel non. Poteſt
etiam adferri exemplum in caſu.l.vltim.C.arbit.tutelæ. Eſt
præſumptio iuris & de iure , aduerſus tutorem , quod ab eo
deſcripta bona in inuentario verè fuerint in bonis defuncti.
Contra hanc præſumptionem admittitur contraria proba-
tio ex confeſſione pupilli effecti maioris, qui coram iudice
fateatur , deſcripta illa bona errore deſcripta fuiſſe. Et hanc
eſſe pręſumptionem iuris & de iure,declarauit ſtatutum Ve-
netum in prologo in capitulo , de præſumptionibus. nume.
2. & dicemus infra libr. iij. præſumpt.xlix.Ita etiàm adferri
poteſt exemplum in caſu.l.in cõtractibus. in prin.C. de non
numerat. pecunia. Præſumptio iuris eſt & de iure, aduerſus
3 eum,qui confeſſus eſt † ſe recepiſſe pecuniam,& inter bien-
nium,non obiecit exceptionem non numeratæ pecuniæ. Et
tamen contra præſumptionem illam admittitur probatio
contraria ex confeſſione creditoris. Sic declarat gloſ. in d.
l.in contractibus , in prin.in verbo, nullo modo. & Felinus
in cap.ſi cautio.num.66.de fide inſtr.Poteſt quoque adferri
4 exemplum in ſententia † quæ lapſa eſt in iudicatum. Nam
etſi pro ea eſt præſumptio iuris & de iure. l. res iudicata. ff.
de re. iuris. & dicemus infra lib. ij. præſump. liiij. Attamen
aduerſus eam admittitur probatio ex confeſſione eius , qui
ſententiam pro ſe obtinuit.vt ſcribunt Guido Papæ in tract.
de præſump.num.84. Felinus in cap. quoniam contra.colu.
xij.verſi.fallit ergo quintò.de probat.& ibidem Decius nu.
39.idem Decius in cap.nouit.num.6. verſi. ſecundò princi-
paliter.de iudiciis. Iaſon in repe.l. admonendi. numero 46.
de iureiuran. & ibidem Curtius Iunior numero 17. & idem
Curtius Iunior in conſi.ciiij.num.4.Qua de re vberius dice-
mus in dicta præſumpt.liiij. Et in vniuerſum,quod aduerſus
præſumptionem hanc iuris & de iure , admittatur probatio
5 † in contrarium ex confeſſione eius , pro quo ſtat ipſa præ-
ſumptio,modò ſit de facto quod in ſua poteſtate ſit; tradunt
gloſſ.in l.vlt.ff.quod metus cauſa & in auth.ſed iam neceſſe.
C.de donat.ante nupt. & in §.aliud. in auth.de æqual. dotis
Abbas in capit.is,qui fidem. num.5.de ſponſal.Alexand. in
l.à diuo Pio.§.ſi pignora.nume.iij.de re iud. Cremenſ. ſing.
clvj. Idem ſenſit Euerardus in centuria legali in loco à veri-
ſimili.num.20.verſi. ſecunda limitatio.Dida.in epitome de
ſponſal.parte prima, ca. iiij.§.j.nu.4.Felinus in rub.de præ-
ſump.nu.11.& in cap.quanto. nu.3.ver.ſed fallit primo.eo.
titul.Corn.in l.generaliter.§.cum autem. nu.8.C.de inſt. &
ſubſtit.Soc.in l.cum auus.nu.72.de cond.& demo.Alciatus
in tract. de præſumpt.in præludiis.parte ſecunda.nu.4.Cra-
uet.in tract.de antiq.temp.in quarta particula,quartæ partis
princ.nu.13.

Ea eſt ( inquit Alciatus præcitato in loco ) huius ſenten-
6 tiæ ratio , quod confeſſio † non eſt probatio , ſed releuatio
ab onere probandi.l.eum,qui, in princ.ff.de iureiuran.Ego
verius exiſtimo rationẽ illam eſſe,quam & ipſemet Alciatus
7 ibidem numero 6.ſenſit, quod † etſi præſumptio iuris & de
iure, à lege habeatur pro ipſa veritate : attamen verè & pro-
priè non eſt ipſa veritas : cum & ipſa verſetur circa id , quod
eſt dubium;vt ſcribit Baldus in l.non ignorat.nu.4.C.de iis,
qui accuſ.non poſs.ibi aliàs præſumptio iuris & de iure, vbi
factum eſt dubium. Idem cenſuit Alciatus in dicta ſecunda
parte præludiorum,nu.9.verſi. & eſt ratio. Confeſſio autem
illius,pro quo eſt præſumptio , veritatem ipſam detegit : &
& ideo dicimus , quod nulla eſt melior , nullaque efficacior
8 † probatio quam proprij oris confeſſio.l.vlt.C.de non. nu.
pecunia.& copioſè ſcripſi in tracta. de recuperanda poſſeſ.
remedio primo. nu.217.Et hoc in caſu declaratur ſtatutum
Venetum,de quo diximus ſupra.

Declaratur primo hic caſus,vt locum non habeat , quan-
do vltra ius commune ſtatuto eſſet cautum , quod aduerſus
præſumptionem iuris & de iure , non admittatur probatio
contraria. Nam vt ſtatutum aliquid operetur vltra ius com-
mune,intelligitur prohibuiſſe hanc probationem ex confeſ-
ſione partis. Ita declarat Decius in rubr. extra de probat.
num.11.

Secundus eſt caſus cum agitur de confeſſione ficta in iu-
dicio facta,de his tamen, quæ à poteſtate cõfitentis pendẽt.
9 Hoc etiam in caſu † admittitur probatio aduerſus præſum-
ptionem hanc iuris & de iure. Ita in ſpecie Baldus in l.ſi qui
adulterij.C.ad l.Iul.de adulter.Are.in c.propoſuiſti.nu.22.
de probat.Alexan.in l.à diuo Pio.§.ſi pignora.nu.3. in fine,
de re iud.& ibidem Iaſon num.5.Felinus in cap.quanto.nu.
3.verſic.& habet locum.de præſumpt. & Alciatus in tracta.
de præſump.in præludiis. parte ſecunda. nu.4. Qui quidem
moti ſunt auctoritate Bart.in l. abſentem.nu.4.ff. de pænis.
Extant duo ſtatuta ( inquit Barto. ) vnum quod contumax
habeatur pro confeſſo : alterum quod teſtes examinati con-
tra magnates , argui non poſſint de falſo. Contingit , quod
aduerſus teſtes examinatos contra hunc potentem , obiectũ
fuit falſi crimen:& teſtes iſti fuerunt contumaces,an banniri
& de falſo condemnari ij poſſint. Inquit Bartol. quod etſi ſit
præſumptio iuris & de iure , quod teſtes iſti falſum non di-
xerint : ex quo ſtatutum prohibet aliquid obiici : Attamen
præſumptio hæc diluitur per cõtrariam hanc confeſſionem
fictam , à contumacia ipſorum teſtium exortam. Et illam
Bart.traditionem probauit Ruinus in conſi. lxviij.nume. 6.
libr.v. Et accedit ratio , quod tantũ operatur ficta confeſſio
10 † à lege recepta , quantum vera. Ita Baldus in l. pen. C. de
interd. mat. & multis comprobat Marſilius in Practica cri-
minali.§.poſtquam.nu.33. Ita etiã hoc caſu declaratur præ-
dictum ſtatutum Venetum.

Tertius eſt caſus , cum loquimur de vera confeſſione vel
de ficta iudiciali ſuper his , quæ non pendent à voluntate &
11 poteſtate confitentis. Hoc ſanè caſu confeſſio † non diluit
pręſumptionem iuris & de iure.Ita Butrius & Abbas in cap.
is,qui fidem,de ſponſal.ille.nu.4.iſte.nu.5.verſi.ſed aduerte.
& ibidem Præpoſ. nu.7.Roman.in l.ſi duo.nu.10.ff.de acq.
hæred.Felin.in cap.quanto.num.3.verſ.ſed hanc fallentiam
de præſum.Euerardus in centuria legali in loco à veriſimili.
numero 20.verſi.hoc tamen intellige. Alciatus in tracta. de
præſumpt. in præludiis.parte ſecunda.num.8.verſic.intelli-
gitur etiam. Poteſt adferri exemplum illud ex Abbate in d.
cap.is qui fidem.nu.5.Eſt præſumptio iuris & de iure, quod
is,qui contraxit ſponſalia , & cognouit carnaliter ſponſam,
contraxerit matrimonium. d. cap. is , qui fidem. Aduerſus
hanc præſumptionem non admittitur probatio per confeſ-
ſionem vtriuſque contrahentium , qui dicerent ſe non con-
traxiſſe matrimonium. Ea eſt ratio,quia ab eorum volunta-
te & poteſtate , non pendet contractus & diſtractus matri-
monij.cap.ſuper eo de eo, qui cogno.conſan.vxo.ſuæ. Qua
tamen de re , vberius dicemus infra libr.iij.præſump.prima
vbi agemus de præſumptionibus matrimonij. Hoc etiam in
caſu intelligi & declarari poteſt quod ſcripſit Io. Baptiſta à
Sancto Blaſio in tract. de priuilegiis dotalibus.centuria ter-
tia. numero 27. cùm dixit , aduerſus illam præſumptionem
iuris & de iure,ex l.vnica.in princ. C. de rei vxo. actio. non
admitti probationem ex confeſſione mulieris, quæ dicat, in
numeratione dotis nullam fuiſſe adhibitam ſtipulationem
de eius reſtitutione. Hoc forte videtur factum , quia à ſola
mulieris voluntate non pendet dotem remittere , & perde-
re,cogita.

Quartus eſt caſus, cum agitur de confeſſione extraiudi-
c ciali,

ciali quæ poſtmodum in iudiciũ deducitur, vt teſtibus pro-
betur. Exempli gratia: eſt confeſſus aduerſarius meus, extra
iudicium ſententiam pro ſe latam, & in iudicatum lapſam,
eſſe falſam. Confeſſionem hanc in iudicium deduco: & te-
ſtibus eam probare volo ad proſternendam pręſumptionem
illam, ortam ex re iudicata. Hoc in caſu, an hæc probatio ad-
12 mittatur, dubitant Doctores. Et non eſſe † admittendam
probationem hanc manifeſtè cenſuit Alciatus in tracta. de
præſumpt. in præludiis. parte ſecunda. num. 5. quo loci eiuſ-
dem opinionis commemorat Butrium in cap. is, qui fidem.
num. 15. de ſponſal. cùm ait, aduerſus præſumptionem iuris
& de iure, non admitti probationem extrinſecam. Extrinſe-
cam probationem dixit Butrius pro ea, quæ teſtibus fit. Idẽ
( ait Alciatus ) apertius docuit Cardinal. Alexand. in d. cap.
is, qui fidem. colum. iij. verſi. aut quærimus.

Verùm obſcura admodum ſunt Butrij & Cardinalis ver-
ba, & forte melius intelligi poſſunt de probatione extrinſe-
ca, quę aliunde prouenit quàm à confeſſione. Eo argumen-
to primo motus eſt Alciatus, quia ratio, qua cõtra præſum-
ptionem iuris & de iure, admittitur contraria probatio, per
confeſſionem, eſt, quia ( vt dixi ſupra ) confeſſio habet ma-
iorem certitudinem. Atqui hæc ratio ceſſat, quando con-
feſſio probanda eſt teſtibus: ex quo illa eſt minus certa cæ-
teris probationibus, quibus lata eſt ſententia. Potuit enim
eſſe cõfeſſio hæc erronea, vel per iocum facta. Ergo &c. Hæc
argumentatio parum vrget: quandoquidem quod per erro-
rem fuerit facta, ab ipſo confeſſo probandum, alioqui illi
13 ſtandum erit: cum error † non præſumatur. l. error. C. de iu-
ris & facti igno. vbi latè Docto. & dicemus infra lib. vj. præ-
ſumpt. lxxvj.

Quod vero per iocum, ex teſtium teſtimonio facilè erit
cognoſcere: & hoc circumſpectioni iudicis relinqui debet,
vt diligenter hac de re teſtes interroget.

Secundò ſuffragatur ( inquit Alciatus ) doctrina Ancha.
in conſi. cccl. in quæſtione prædicta, qui reſpondit, quod
etſi ſtatutum prohibens admitti probationes, non intelliga-
tur de confeſſione: attamen hoc non procedit quando con-
feſſio probaretur ex teſtib. quia tunc militat ratio ſtatuti; cui
hac via facilè eſſet fraudem facere. Et Ancharanum ſecutus
eſt Decius in l. certi condictio. §. quoniam. num. 7. verſic. ſed
contra. ff. ſi certum peta. in l. vlt. num. 39. in fine. C. de edicto
diui Adria. tollen. idem in rubr. extra de probat. colum. xij.
verſi. ſecundò declaratur. & in cap. ij. in fine. eo. tit. Cæterùm
euitari facile poteſt hoc argumentum, quandoquidem An-
chara. reſpondit eo in caſu, quando ſtatutum expreſsè pro-
hibuit probationem cõfeſſionis per teſtes, ex parte debito-
ris, qui vellet probare ſolutionem debiti, aſſerendo ita con-
feſſum fuiſſe debitorem. Nam ( inquit Anchara. & rectè ) ſi
debitor expreſſim prohibetur probare liberationem ex con-
feſſione creditoris probata teſtibus, multò magis prohibi-
tus cenſetur creditor, probare obligationem erga ſe factam
ex confeſſione debitoris teſtibus probata. Si enim in caſu
Ancharani ſtatuto ita eſſet cautum, quod ſolutio debiti pro-
bari non poſſit, niſi per confeſſionem creditoris: tunc dubi-
tari contigiſſet, an illa confeſſio poſſet teſtibus probari. Hic
ſanè caſus noſtro conueniret. Sed non loquitur Ancha. iſto
in caſu; vt iam dixi.

Tertiò mouetur Alciatus ex doctrina Baldi in lege, filium
quem habentem. numero 37. verſic. ego breuiter. C. famil.
erciſcund. qui ſcribit, quod is, contra quem ſtat hæc præ-
ſumptio iuris, & de iure, non poteſt facere poſitiones. Ergo
nec ad probandum admittitur per hos teſtes: quia quidquid
14 in poſitionibus † poteſt deduci, probari etiam poteſt. l. ſed
etſi reſtituatur. §. primo. & ibi Angel. ff. de iud. & l. ſecunda.
§. quod obſeruari. & ibi Curtius. numero 55. poſt Baldum.
numero 49. C. de iureiuran. propter calumn. dan. Verùm reſ-
pondetur, non eſſe verum, quod poſitiones hòc in caſu non
15 admittantur regulariter; quia ab inuito confeſſio † non po-
teſt, nec debet extorqueri: qua quidem de re dicemus infra,
diuerſum eſt in caſu noſtro, in quo eſt diſputatio de confeſ-
ſione voluntariè facta. Quartò ſuam illam opinionem pro-
bare nixus eſt Alciatus ea ratione, quod hæc non eſt ſimplex
confeſſio; ſed probatio ex teſtibus, & confeſſione, iuxta ea,
quæ ſcribunt Baldus in l. prima. C. quibus ex cauſ. ſerui pro
præmio liber. accip. & Decius in l. certi condictio. §. quo-
niam. numero octauo, & ibidem Iaſon. numero nono. ff. ſi
certum peta. Verùm dicemus, Baldum nil ſcribere quod ad
rem faciat. Iaſon autem, & Decius, quos forte citare voluit
Iaſon, loquuntur, quãdo debitum principale probatum fuit
per inſtrumenta, vt requirebat ſtatutum: quantitas verò
probatur teſtibus: id quod caſui noſtro non conuenit. Et
rurſus appellant Iaſon, & cæteri, illam probationem mix-
tam, nempè factam partim ex inſtrumentis, partim ex te-
ſtibus, & latiſſimè declarat Aſinius in commentarijs, ad
ſtatuta Florentiæ. §. xix. capitul. quinto. limi. iij. ſed in ca-
ſu noſtro tota eſt ex confeſſione: etſi confeſſio teſtibus pro-
betur.

Contrariam itaque opinionem, & rectius probauit Bal-
dus in l. in contractibus in prin. numero ſeptimo. C. de non
numerat. pecun. qui dixit, contra illam præſumptionem iu-
ris, & de iure, quæ naſcitur ex inſtrumento mutui, quando
infra biennium non fuit oppoſita exceptio non numeratæ
16 pecuniæ, admitti † probationem per confeſſionem etiam
extraiudicialem creditoris. Idem apertius docuit Salicetus
in dicta l. in contractibus in prin. columna ſecunda. verſic. ſi
autem confeſſio eſt. Idem placuit Angelo in l. ij. C. de non
numer. pecun. cùm dixit, opus eſſe, quod hæc confeſſio fa-
cta ſit coram ipſo debitore, non autem eo abſente; ſentiens
ſufficere confeſſionem extraiudicialem. Eiuſdem opinionis
fuerunt, & Angelus, Aretinus in §. idem iuris. numero quin-
quageſimonono. inſtitutio. de exception. & vberius Ema-
nuel Coſta in repe. l. ſi ex cautione, in vltima fallentia. verſi.
ſed cum placeat. numero primo. C. de non. nume. pecun. qui
ob id ait, Felinum in capitul. ſi cautio. numero ſexageſimo-
ſexto. de fide inſtr. in diſtinctè loqui, atque ita non diſtin-
guere confeſſionem iudicialem ab extraiudiciali: ſicuti nec
diſtinguit. gloſſ. in d. l. in contractibus. in prin. Hæc itaque
confeſſio, modò rectè teſtibus fuerit comprobata, ſufficit:
Ita etiam videmus, quod etſi ſtatutum reiiciat cæteras om-
nes probationes: non tamen dicitur reiicere hanc proue-
nientem ex confeſſione, etiam extraiudiciali, vt ſcribunt
multi, quos commemoraui in Tract. de recuperanda poſſeſ-
ſione. remedio primo.

Declaratur hic caſus ex ſententia Ioa. Baptiſtæ de ſancto
Blaſio, poſt Ioan. de Prato, quem commemorat, in Tracta.
de dote. in centuria tertia. numero 27. non procedere fauo-
re dotis, vt non amittatur hæc probatio per confeſſionem
contra Præſumptionem hanc iuris, & de iure. Verùm exiſti-
mo hos minus rectè ſentire, cum text. l. vnicæ in princ. C. de
rei vxo. action. quem illi citant, non de præſumptione,
ſed de fictione loquatur, vt dicemus infra libro tertio, præ-
ſump. ij.

## QVAESTIO LXII.

Confeſſio, quæ admittitur aduerſus præſumptio-
nem iuris, & de iure, quando teſtibus probari poſſit.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſumptionem iuris, & de iure, pro ſe habens, non poteſt cogi, contra-
rium fateri.*
2 *Iurare quo caſu quis teneatur.*
3 *Probare qui non poteſt ob lapſum termini, non poteſt etiam facere poſi-
tiones.*
4 *Prohibita fieri directò, prohibentur etiam per indirectum.*
5 *Interrogare permiſſum eſt iudici; ſolum ex officio ſuo.*
6 *Interrogare iudex etiam ex officio ſuo, non poteſt, poſt concluſum in
cauſa.*

QVAERO ſexageſimoſecundò, an ex quo di-
ximus aduerſus præſumptionem iuris, & de iu-
re, admitti probationem contrariam per con-
feſſionem partis; an inquam confeſſio hęc poſ-
ſit extorqueri mediantibus poſitionibus, quæ
in iudicio fieri ſolent. Exempli cauſa: Præſumptio iuris, &
de iure, eſt contra tutorem, quod bona omnia deſcripta in
inuentario fuerint in bonis defuncti: modo tutor facit poſi-
tiones aduerſus pupillum, & petit ſuo iuramento reſponde-
ri; quod immo illa, & illa bona deſcripta, errore fuerint de-
ſcripta;



ſcripta; & nunquam extiterint in bonis defuncti; an cogi
poterit pupillus reſpondere. ſuo cum iuramento his poſi-
tionibus. Hanc iuris quæſtionem diffinit Baldus in repet.
l. ij. columna x. verſicul. hinc eſt, quod ſi lex. ff. de iure-
iuran. cum docuit quod vbi pro aliquo ſtat præſumptio iu-
1 ris, & de iure † cogi non poterit confiteri contrarium. Et
apertius hoc ſcripſit Cremen. in ſingul. clvj. contra &c.
qui in ſpecie poſitionum ita cenſuit. Et his accedunt Imo-
la in capitul. ſi cautio. numero decimoquarto, & ibidem
Felinus numero 60. de fide inſtrum. Thomas Feratius in
cautela xvj. numero quinto. Et mouentur ex notabili tex.
l. in contractibus. §. illo. C. de non numera. pecu. quo pro-
batur, quod is, qui ob lapſum tẽporis, non poteſt obiicere
exceptionem non numeratæ pecuniæ: atque ita, qui habet
contra ſe præſumptionem iuris & de iure, non poteſt de-
ferre, quo iuret non fuiſſe numeratum. Et hoc idem anno-
tauit ibidem Caſtren. Comprobatur horum ſententia ex
capitul. ſecundo, extrà de probat. quo ſancitum eſt, quod
poſttea quàm quis plenè probauit intentionem ſuam, vel
2 eius aduerſarius nil probauit: atque ita in caſu † victoriæ,
iurare non cogitur. Et eo textu tradunt vno ore interpretes,
3 quod is, qui non poteſt † probare ob lapſum termini, non
etiam poteſt facere poſitiones. Ita Specul. in titul. de poſi-
tionibus. §. qualiter. verſicul. ſed ſi ante. & in titul. de dila-
tionibus. §. vltim. Butrius in capitul. licet cauſa. numero
decimotertio. de probat. Angel. in l. ſed etſi reſtituatur. §.
primo. ff. de iud. Caſtren. in rubric. C. de probatio. in fine.
Ita etiam dicimus, quod, vbi ex iam factis probationibus
eſt fundata intentio, aduerſarius non poteſt poſitiones de-
ducere. Ita Curtius Senior in tract. de poſitionibus. breuilo-
quio xvij. Purpura. in l. manifeſtè. numero vigeſimoprimo
& 22. ff. de iureiurando. vbi idem & de iuramento oblato
docuit. Idem ſcripſit Emanuel Coſta in repe. l. ſi ex cautio-
ne. vltima fallentia, verſicul. ſed cum placeat. numero pri-
mo. C. de non numerata pecu. Et hæc iuris ſententia ea ra-
4 tione fulcitur, quod ea, quæ † directo fieri prohibentur, re-
gulariter etiam prohibentur per indirectum. l. ſed etſi lege.
§. item ſi res. ff. de petit. hæred. l. ſcire oportet. §. primo. ff.
de tuto. & cura. datis ab his. & l. vltim. C. de vſuris rei iud.
Cum ergo hoc in caſu permiſſum non ſit directè probari,
dicendum eſt, nec debere admitti per indirectum. Hanc
ſententiam declarant Angel. in lege ſed etſi reſtituatur. §.
primo. ff. de iud. Feli. in rubric. extrà de probatio. columna
vltima, verſi. ſed iſtud dictum. & Neuizan. in conſilio quin-
to. numero 25. vt non procedat, quando iudex ex officio ob
æquitatẽ vellet reſponderi his poſitionibus. Eſt enim (aiunt
iſti ) permiſſum iudici, ita ſuadente æquitate, quocunque
tempore interrogare. l. vbicunque. ff. de interrog. action.
& ſcripſi libro ſecundo, de arbitrariis iudicum. caſu lj. Ve-
rùm dubito, ne falſa ſit horum aſſertio: quandoquidem iam
hic conſtat propoſitis poſitionibus ab aduerſario, atque ita
eo inſtante, iudicem petiiſſe reſponderi: Et tamen ſolùm
5 permiſſum eſt iudici interrogare † ex ſuo officio; vt declarat
Alexand. in lege quarta. §. hoc autem iudicium. numero 4.
ff. de damno infecto. Præterea & ſecundò ex eo vera non
videtur hæc traditio, quia magis recepta eſt Doctorum opi-
6 nio, quod iudex † ex ſuo officio etiam non poſſit poſt con-
cluſionem in cauſa interrogare. Ita receptam opinionem
eſſe teſtantur Ripa. in capitul. primo. in quarto notab. de
iud. Marſilius in ſingu. clv. Doctrina; & Bellonus in conſi-
lio lix. numero 6. & ſcripſi in dicto caſu lj. numero 18. Er-
go à fortiori dicendum eſt, hoc in caſu, in quo lex per ſuam
præſumptionem iuris, & de iure, excludit contrariam pro-
bationem. Tanta tamen eſſe poſſet æquitas, quod iudici hoc
facere liceret; ſicuti de interrogatoriis, & teſtibus poſt pu-
blicationem examinandis ſcripſit Socinus in Tract. fallen.
regul. ccccij. fallent. xxxv. & copioſè reſpondit Barba. in
in conſilio nono. columna quinta. libro ſecundo. Illud quo-
que hic non præteribo, quod ſi propoſitis poſitionibus
ſua ipſa ſponte reſpondeat iſte, qui præſumptionem iu-
ris, & de iure habet, ſua illa confeſſio ei præiudicium ad-
ferret. Ita intelligo Marſil. in rubric. C. de probatio.
numero octuageſimo octauo in fine. & ſingul. cx. poſt
Baldum in capit. vltra tertiam. de teſtibus, & alios ibi con-
geſtos.

## QVAESTIO LXIII.

Præſumptio iuris, & de iure, an admittat contra-
riam probationem teſtimonio quinque teſtium.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtimonium quinque teſtium admittitur contra præſumptionem iu-
ris, & de iure.*
*Contrariam opinionem viſus eſt probare Baldus num. 2.*
3 *Mitius agitur cum legis, quam hominis diſpoſitione.*
4 *Contrarius quando non ſit audiendus.*

QVAERO Sexageſimotertiò, an aduerſus præſum-
ptionem iuris, & de iure, admittatur probatio in
in contrarium, teſtimonio quinque teſtium? Et
1 admitti † dicendum eſt. Exemplum eſt: quod
præſumptio iuris, & de iure eſt, quod is, qui eſt confeſſus in
ſcriptis, ſummam aliquam recepiſſe ex cauſa mutui, vel alia,
ita receperit: & contrarium probari non poteſt per aliam
ſcripturam. Ita cõſtitutum eſt in lege generaliter. C. de non
numera. pecun. Attamen loco ſcripturæ quinque teſtes ſuf-
ficiunt. lege teſtium. C. de teſtibus. Et ideò quinque teſti-
bus probatur contra præſumptionem illam, dicta lege ge-
neraliter. vt ibi declarat Bartol. numero nono. verſicul. ſed
ſi vellet, Decius in capitul. ſecundo, numero decimoquar-
to. verſicul. ſecundò limitatur, de probatio. qui poſt Abba-
tem ibi in fine, & Felinum numero vigeſimo, & ibidem Be-
roius numero 70. verſicu. communis tamen, idem docuit.
ſcribit ex d. l. teſtium. quod ſi ſtatutum reiicit probationes,
niſi fiant per inſtrumenta, loco inſtrumenti quinque teſtes
ſufficiunt. Idem affirmarunt Soci. Sen. in l. certi condictio. §.
quoniam. nu. 24. ff. ſi certum pet. Marſilius in rub. C. de pro-
bat. num. 38. & copioſè Aſinius in commentariis ad ſtatuta
Florentiæ. §. xix. cap. ij. in ſecunda limitat.

Verùm contrariam opinionem in ſpecie huius quæſtio-
2 nis viſus eſt † probare Baldus in d. l. teſtium. nume. 2. dum
ſcribit in hæc verba. Dubitatur hìc de quibuſdam ſcriptu-
ris, quæ non ſunt neceſſariæ ex neceſſitate conuentionis par-
tium: ſed ex neceſſitate iuris, vtrum contra tales ſcripturas,
poſſit probari per teſtes. Exemplum in inuentariis, & ſentẽ-
tia diffinitiua. Item infra ad Velleia. l. antiquæ. Item infra
de iure emphyt. l. j. ſuper hoc cõſenſus. D. Richardus de Sa-
liceto dicit, non poſſe probari ſolutionem, niſi per ſcriptu-
ram. Et hoc conſuluit in inuentario tutoris, quod de rebus
deſcriptis in inuentario non poſſet probare, ſe reſtituiſſe
adulto, niſi per inſtrumentum publicum, & hoc per l. vltim.
C. arbitr. tutelæ. Hæc Baldus. Qui quidem dum adfert qua-
tuor exempla, in quibus regulatiter ſcriptura requiritur, ex
illis tria enumerat de præſumptione iuris, & de iure; ſicuti
in caſu inuentarij tutoris: in ſententia in iudicatum lapſa: &
in caſu. l. antiquæ. C. ad Velleia. in quibus quidem caſibus,
regulariter non admittitur probatio per teſtes. Adfert &
quartum exemplum Baldus, quod non eſt in caſu præſum-
ptionis iuris, & de iure, nempè in l. j. C. de iure emph. in quo
ad probationem contractus emphyteutici, ex legis diſpoſi-
tione ſcriptura requiritur. His exemplis propoſitis, in caſu
inuentarij apertè Baldus cenſuit, probari id non poſſe teſti-
bus, iuxta diſpoſitionem. d. l. teſtium. Et ita ait reſpondiſſe
Ricardum de Saliceto. In aliis duobus exemplis nempè rei
iudicatæ, & Velleiani, idem ſenſit ipſe Baldus, hoc eſt, teſti-
bus probari non poſſe. Quartò verò in exemplo, ideſt, con-
tractus emphyteutici dixit Baldus, teſtes ſufficere. Et diffe-
rentiæ rationem attulit Baldus, quia in caſu. d. l. j. C. de iure
emph. non agitur de probando aduerſus propriam confeſ-
ſionem, vt ſit ipſi contrarius. In caſu verò dictæ l. vltim. C.
arbitr. tutelæ, ac ſimilibus, eſſet ſibi contrarius, ideo proba-
tio non admittitur per teſtes. Eandem opinionem probauit
ipſemet Baldus in dicta l. vlt. numero ſecundo. C. arbi. tute-
læ. dum diſtinguit illo in caſu, quod aut agitur de probando
directò, bona in inuentario tutoris deſcripta non fuiſſe in
bonis defuncti: & hoc probari non poteſt teſtibus; cùm ſit
cõtra confeſſionem ipſius tutoris, atque ita contra præſum-
ptionem iuris, & de iure. Eſſet enim ſibi contrarius tutor.
Aut agitur de probanda ſolutione, & reſtitutione illorum

bonorum.Et hoc in caſu ſenſit Baldus,teſtibus probari poſ-
ſe, & ſi Baldus referat Richardum de Saliceto affirmaſſe,
etiam hoc in caſu teſtes non admitti: id quod fortius eſt.Et
Richardi traditionem probauit Bartholomæus Salicetus in
dict i lege, teſtium. columna tertia, verſicu. item dicit ipſe.
C.de teſtibus.Qua de re dicemus infra,Illam verò Baldi do-
ctrinam in dicta lege vltima. numero ſecundo. C.arbitr.tu-
telæ.probauit Afflictus deciſio.decimatertia.numero vige-
ſimoſexto qui clarè dixit, directò teſtibus probari non poſ-
ſe contra diſpoſitionem dictæ legis vltimæ. Ego verò non
recederem ab illa opinione Bartoli, & ſequacium;quod ſci-
licet quinque teſtibus probari poſſit aduerſus præſumptio-
nem hanc iuris, & de iure. Nam ſi in caſu dictæ legis teſtiũ.
vbi ſcriptura ex partium conuentione eſt neceſſaria,ſufficiũt
quinque teſtes loco ſcripturæ,à fortiori,dicẽdum eſt, quan-
do diſpoſitione legis ſcriptura requiritur: cùm agi ſoleat
3 mitius cum legis diſpoſitione † quam cum diſpoſitione ho-
minis,ſicuti diximus ſupra.q.xlvj.in fine.

Et quod ait Baldus, quod ita probans eſt ſibi contrarius;
nil vrget; cum & idem ſit, quando ſcriptura probat contra
illam confeſſionem. Et præterea quod dicitur, contrarium
4 † non eſſe audiendum. l.j. C. de furtis,intelligitur, quando
contrarietas eſt in ſui origine; ſecus verò ſi in exercitio. Ita
Marian.Socin.Senio.in capitu.vlt.nu.37.de libelli obla .&
dicemus infra libro ſecundo. præſumpt. xix. declaratione
xiij. Porrò in caſu noſtro, hæc contrarietas naſcitur tantum
modò ex exercitio non autem in origine.

## QVAESTIO LXIIII.

Præſumptio iuris & de iure,an admittat probatio-
nem contrariam,teſtimonio duorum teſtium ſummæ
fidei.

*SVMMARIVM.*

1 *Probationem per duos vel tres teſtes, legales & probos, admitti contra
præſumptionem iuris & de iure.*
2 *Honeſtas perſonæ facit admitti probationem contra præſumptionem
iuris, & de iure.*

QVAERO Sexageſimoquartò, an cõtra præſum-
ptionem iuris, & de iure, admittatur probatio
per duos,vel tres teſtes multum legales,& pro-
1 bos? Et eſſe admittendam † opinor. Siquidem
cùm ex iuris communis diſpoſitione,immo ex
diſpoſitione ſtatuti, reijcitur omnis probatio, excepta illa,
quæ ex ſcriptura, & inſtrumento deſcendit: attamen teſtes
multum legales admittuntur. Ita ſcribunt Butrius in.capit.
ſecundo in fine. de probatio. & ibi Abbas numero vndeci-
mo. Felinus numero vigeſimoprimo, & Decius numero
decimoquarto verſicul. quintò ſtatutum. Socin. Senio. in
lege certi condictio.§. quoniam. numero 23. & ibidem Ri-
minal. numero quarto.ff.ſi certum petat.poſt Aret.ibidem.
numero 18. Alexan.in auth.iubemus.numero 13.& ibidem
Iaſ.numero 7.verſi.limita notanter.C.de iud.idem Iaſon in
repet.l.admonendi. num. 188. verſi. limita multum ſingula-
riter.ff.de iurejuran.Marſilius in l.j.§. ſi quis vltrò.num. 11.
verſi.& fa. it,quod voluit.ff.de quæſtio. & in rub.C. de pro-
bat.num.40.idem in conſi.j.nume. 78. Folerius in Praxi de
cenſibus.in verbo,Et quæ quidem execucio.num.68.Tiraq.
in Tracta.de pænis legum.&c.cauſa lj. numero 117. Quàm
ſanè ſententiam probare videntur.l. ſi quis ex argentariis.§.
cogentur.ff.de eden.l.diui.ff.de liber.cauſa. & l.vltim. ff.de
action. & oblig. Et his accedit text. notab. in §. & licet, in
2 authen.de teſtibus.Et in ſpecie quod ob honeſtatem † perſo-
næ admittatur probatio contra hanc præſumptionem iuris
& de iure, tradunt Butrius in capitul. vidua. in fin. de regu-
la.Dec. in cap.poſtremũ. numero 7. de appellat.& in conſi.
cccccl xxv. colum.ij.& Craue.de antiq.tempo.ſeptima par.
partis prin.numero 16. qui tamen intelligunt quando con-
currit alia coniectura. Cæterùm Baldus in cap. iurauit.nu-
mero 8. de probat. docuit,in probationibus ob viri legali-
tatem non recedi à regulis iuris:negat enim eo loci Baldus,
poſt didici ita teſtificata eſſe recipiendum teſtimonium eius,
qui vir ſummæ integritatis creditur. Quam tamen traditio-
nem ita interptetatur Decius in capitul. ij. de probat.vt re-
cipiendus non ſit teſtis iſte, parte requirente; ipſum tamen
iudicem facere id poſſe. Et hoc etiam caſu declaratur ſtatu-
tum Venetum in prologo in capitulo,de præſumptionibus.
nu.2.dum aduerſus præſumptionem iuris,& de iure,non ad-
mittit probationem.

## QVAESTIO LXV.

Præſumptionem iuris,& de iure admittere proba-
tionem contrariam per indirectũ,explicatur,& multis
exemplis declaratur.

*SVMMARIVM.*

1 *Probatio etiam per indirectum,admittitur contra præſumptionem iu-
ris & de iure.*
2 *Inſtrumento publico quid poſſit opponi. Et quot teſtes ſufficiant. nu-
mero 11.*
3 *Metus qui in matrimonio contrahendo interuenit, quando purgatus
præſumatur.*
4 *Poſſidens tempore tali,cuius initij memoria non exiſtit, præſumitur
poſſidere titulo legitimo.*
5 *Teſtes ad æternam rei memoriam examinans, & intra annum vtilem
non proponens actionem,fraudulenter egiſſe præſumit.*
6 *Tutor deſcribens aliqua in inuentario de bonis ſuis, illa pupilli præſu-
muntur.*
7 *Inimicus exiens de domo occiſi gladio diſtricto cruentoque, homicida
præſumitur.*
8 *Inſtrumentum publicum,dicitur probatio clara & probata.*
9 *Multa per indirectum conceduntur,quæ per directum denegantur.*
10 *Dolo futuro directò nequit renuntiari,per indirectum tamen.*

QVAERO Sexageſimoquintò,an aduerſus præſum-
ptionem iuris, & de iure, indiſtinctè admittatur
1 probatio per indirectum. Et paſſim † admitti di-
cendum eſt. Ita affirmarunt gloſſ.in clem.j.in ver-
bo, feciſſe. de probat. Alexan. in l.à diuo Pio.§.ſi pignora.
numero 4.ff.de re iud.Butrius in c.vlt.num. 21.de ſucceſſ.ab
inteſta.& in ca.vidua in fine.de regula.Imola & Card. Alex.
in cap.ad id.de ſponſa.Abbas in cap.is,qui fidem.num. 5. in
fine. de ſponſa. & Præpoſ.num.8.Roma.in l ſi duo.num. 12.
ff.de acq.hæred.Felin.in c.quanto.num.4.de præſump.Soc.
in l.cum anus.num.73.in fine.de cond.& demon.Soc.ſen.in
conſi.cxcj.col.ij.verſi.quæ ratio ceſſat:& in cõſi.ccxlij. col.
ij.verſi.quoniam ad hoc.lib.ij.Euerardus in centuria legali,
in loco à veriſimili.nu. 20.Didacus in epitome de ſponſal.
parte prima cap.iiij.§.j.nu.7.Simancas catholicha. inſtitu.
tit. v. num. 13.Guielmus Maynerius in l.in obſcuris. nu. 9.
de reg.iuris.Boſſius in Tract. cauſarum Criminalium. in tit.
de vectigalium conductione.num. 7. Alciatus in Tracta. de
præſumpt.in præludiis,parte ſecunda.num. 11. & Craue. in
Tract.de antiq.temp.in quarta particula,quartæ partis prin-
cipalis.nume. 14. Ea eſt huius ſententiæ ratio, quia cum lex
requirat certas qualitates ad conſtituendum hanc præſum-
ptionem,ſemper admittuntur probationes,quod non ſimus
in tali caſu; vel non concurrat aliqua ex requiſitis qualitati-
bus: ſicuti ſcribit Bartol. in l. prima.§. & parui.numero ſe-
cundo.ff.quod vi aut clàm. cùm dixit, quod etſi contra pu-
blicum inſtrumentum nil opponi poſſit: attamen negari
2 † poteſt illa qualitas, quod ſit publicum; & quod verè fa-
ctum:ſed potius fictè & ſimulatè.Et idem Bartol.in l.diuus.
ff.de teſtam. mil. docuit, quod teſtamentum militis eſt qui-
dem priuilegiatum: ſed conſtare prius debet fuiſſe condi-
tum à milite. Et plura his ſimilia congeſſi in conſilio cccj.
Et hoc etiam in caſu procedit, & declaratur ſtatutum præ-
dictum Venetum, in prologo in capitulo de præſumptioni-
bus. numero ſecundo. Exemplis res hæc explicari poteſt
clarius: quorum primum eſt: extat præſumptio iuris, & de
iure, mulierem, contracto matrimonio per metum, ſi diu
3 † cum viro moram trahat, in virum conſenſiſſe, & moram
purgaſſe. capitul. ad id. de ſponſa. Attamen aduerſus hanc
præſumptionem iuris, & de iure,admittitur indirecta proba-
tio, nempè etiam illam cohabitationem fuiſſe violentam:
qua



qua quidem violenta cohabitatione probata, tollitur illa
præſumptio purgationis metus. Ita ſcribunt Imola & Car-
din. Alexand.in dicto cap.ad id. & Abbas, in capitul.is,qui
fidem, numero quinto, in fine, de ſponſal, Decius in conſi-
lio ſexageſimoquarto, columna tertia, verſicul. cum ergo
Alciatus in Tractat. de præſumption. in præludiis. parte ſe-
cunda.numero 11.verſi,& per hoc, Secundũ adfertur exem-
plum; Præſumptio iuris,& de iure eſt,quod legitimo titulo
4 is poſſederit,† qui tanto tempore,cuius initij memoria non
eſt apud homines,poſſedit,capit.cum nobis.de præſcriptio.
Qua quidem de præſumptione, dicemus infra libro tertio.
præſumptio.octuageſimanona.Hæc tamen præſumptio per
indirectum cõuellitur; vt puta probando hunc poſſeſſorem
tamdiu non poſſediſſe: immo extare memoriam initij ſuæ
vitioſæ poſſeſſionis, ita Felinus in dicto cap.cum nobis.nu.
18.de præſcrip.& Alc.loco ſupra citato.num.12.Per indire-
ctum etiam poterit probari, probando poſſeſſorem illum
ſemper fuiſſe in mala fide. ita ſcribit Craue. in Tractat. de
antiq.tempo.quarta particula,quartæ partis principalis,nu.
5 14. Tertium exemplum eſt: ſi quis examinauerit teſtes † ad
æternam rei memoriam, & intra annum vtilem non propo-
ſuerit actionem, fraude id egiſſe. præſumitur ita gloſſ. in c.
quoniam frequenter. in princ. vt lite non conteſta. vbi Bal.
Felin.& vberius dicemus inf.lib.ij.præſumpt.lxxvij. Verum
tamen aduerſus hanc præſumptionem admittitur probatio
contraria per indirectum; vt puta, elapſum non eſſe annum
ab ea die,qua potuit experiri. Ita gloſſ. Bal. & cæteri in d.c.
quoniam frequenter. Alciatus in Tract. de præſump.in præ-
ludiis.parte,ij.nu. 13.Quartum eſt exemplum. Præſumptio
6 iuris, & de iure eſt, quod ſi tutor † deſcripſit aliqua ex ſuis
bonis in inuentario bonorum pupilli, illa bona præſumun-
tur pupilli.l.vlt.C.arbitr.tutel.Quam quidem præſumptio-
nem explicabimus infra libr. iiij. præſump.lxviij. Aduerſus
autem hanc præſumptionem,admittitur contraria probatio
per indirectum, nempè probando bona fuiſſe reſtituta. Ita
Bald.in d.l.vlt.num, 2.C,arbitr.tut.quem vno verbo ſecutus
eſt Alciatus loco ſupra citato.nu. 13.in fin.& apertius Affli-
ctus deciſ.viij.num. 26.qui.num. 27.ſenſit, eam indirectam
probationem,præſumptionibus fieri poſſe.Quintum exem-
plum eſt,ſi conſtat Caium odio capitali fuiſſe proſecutum
Sempronium: Deinde conſtat Sempronium occiſum fuiſſe
7 in aliqua domo† è quavisus eſt egredi Caius diſtricto cruen-
toque gladio; violenta præſumptio,quæ iuris & de iure dici
poteſt, inſurgit, Caium homicidam fuiſſe: Ita poſt Barto,
Baldum,Boerium,& Gramma,ſcripſi ſup.q.ij. Nihilominus
contra hanc præſumptionem admittitur probatio per indi-
rectum,nempè probando ipſum Sempronium fuiſſe mente
captum; & ſæpius ſibi manus intuliſſe;vel probando Caium
reconciliatum fuiſſe Sempronio,& eum aliàs potuiſſe occi-
dere,ſi ei placuiſſet. Qua de re ſcripſi in d.q. ij. & alia expli-
cabimus infra libro v. præſumptio. lviij. Sextum eſt exem-
8 plum, Inſtrumentum † publicum dicitur eſſe probatio cla-
ra,& probata, vt ſcribunt Bald.& alij plures, quos comme-
morat Iaſ. in l.j.in princ.nu.10.ff.de oper.noui nunt. Et ob
id habet inſtrumentum præſumptionem iuris,& de iure pro
ſe in caſu.l.antiquæ.in prin.C.ad S.C.Vellei.de qua quidem
dicemus infra lib.iij. præſum.lxxxiiij. Attamen aduerſus in-
ſtrumẽtum admittitur probatio,per indirecta,vt puta,quod
illud non eſt inſtrumentum publicum, ſed quid fictum & ſi-
mulatum.Ita declarat Bart.in l.j.§.& partui.nu.2. verſi. ego
in iſta.ff.quod vi aut clam. Et Barto. ſecuti ſunt Corſetus in
ſing.in verbo, exceptio incipit.ſi ſtatutũ apertius. Comenſ.
in conſi.clv.Antognolus.col.ij.Iaſ.in l.cum ea,quæ.num.3.
C.de tranſact.Felin.in c.ex parte.lib.ij.nu.6.verſ.ij.fallit.de
off.deleg.egregiè reſpõdit in terminis Ruin.in cõſi.lxxviij.
nu.10.lib.iiij.Dec.in conſi.ccclvj.nu.iiij.Chaſſane.in conſ.
j.in quarto prẽſupp.nu.24.Craue.in conſi.ccxj.nu.5.Tiraq.
in Tract.de retractu conſang.§.j. gloſſ.ij. num.12. Vantius
in Tracta.de nullitatibus. tit. quis poſſit dicere de nullitate.
num.33.& in ſpecie Aſinius in commentariis ad ſtatuta Flo-
rentiæ.§.xix.cap. 5.limit. vij. Septimum eſt exemplũ ex tra-
ditione Boſſij in Tract.cauſarum criminaliũ in titu.de vecti-
galium conductione.nu.5. & 7.Extat decretum Mediolani:
Quod nullus familiaris principis,vel frater & domeſticus il-
lius familiaris,poſſit conducere vectigalia:alioqui preſuma-
tur, quod is frater, vel domeſticus conduxerit tanquam ſo-
cius, vel interpoſita perſona ipſius familiaris: Et hæc præ-
ſumptio (inquit Boſſius) eſt iuris & de iure:attamen per in-
directum admittitur probatio contraria,vt puta probãdum,
fratrem,vel domeſticum eſſe inimicũ ipſius familiaris prin-
cipis.Prætereo hîc alia plura exempla, quæ adferri poſſent.
Illud vnum tantùm dicam,quod in caſu huius noſtræ diſpu-
tationis, procedit illa iuris ſententia, qua dicimus, multa
9 † concedi per indirectum, quæ directo non concederentur:
cuius ſanè traditionis meminit egregie Felinus in c. ex par-
te.nu.7.de officio deleg.qui Ancha.in conſi.cclxx.in primo
dubio, dixit, quod ſi ſtatuto cautum ſit; bona decoctorum
debere adiudicari creditoribus: etſi decoctor infra quadri-
meſtre non ſoluat, ſint pleno iure ipſorum creditorum; non
impeditur tertius,qui aſſerit bona iſta ſua eſſe,quin illa ven-
dicet & conſequatur, Atque ita illi creditores per indirectũ
impediuntur, cùm directò impediri non poſſent. Eſt ſimile
quod dicimus quod licet renuntiari non poſſit futuro dolo
10 † directò: attamen poteſt indirectum. Alex. in conſi. liiij.
lib.ij.Iaſon in l.actione.in fine,C.de tranſact.& Chaſſeneus
in d.conſi.j.in iiij.præſuppoſito,nu.24.

Erit prætereà animaduertendum hanc indirectam proba-
11 tionem, ſeu dicta factaque,ex quibus illa colligitur, † pro-
bari poſſe duorum teſtimonio. Ita Baldus in l.teſtium.num.
2.C.de teſtibus.in l,generaliter.C. de non numerat. pecun.
& in l.vlt.nume.2.C.arbitrium tutelæ.& Afflictus in deciſi.
xiij.num,26.ſimile diximus ſupra, in q.lj.de probationibus
dictorum ex quib.oriuntur præſumptiones,vt dicta illa, vel
illa facta,poſſint probari duorum teſtimonio.

## QVAESTIO LXVI.

Scripturã, qua probari poterat aduerſus præſum-
ptionem iuris,& de iure ſi deperdita eſt,probari poſſe
teſtibus.

*SVMMARIVM.*

1 *Scriptura deperdita,teſtibus probatur contra præſumptionem iuris, &
de iure,& quæ hoc caſu requirantur,num.2.*

QVAERO ſaxageſimoſextò, an in huis præſum-
ptionis iuris & de iure,ſi ſcriptura, qua probari
poterat contra ipſum præſumptionem eſt amiſ-
ſa, probari poſſit teſtib, illa amiſſio, & tenor,vt
poſſit deinde euelli præſumptio iſta? Qua in re dicendum eſt
1 † poſſe, Ita enim dicimus, quod quando aliquid probari
omnino debet per ſcripturam, ſi ſcriptura caſu eſt deperdi-
ta, poteſt illa probari & eius tenor; & eo modo ſatisfactum
eſt legi. Ita ſcribunt relati à Decio in c.ij.num.14.verſi.iij.
ſi inſtrumentum.de probat.Et illis accedunt Alex.in l.ij.nu.
8.C.de bono. poſſeſſ.ſecund.tab.& in l. ſi vnus. nu. ij. C. de
teſta.& Marſilius in ſing.clvj. Et hæc traditio probatur in l.
teſtium in fi.C.de teſtib.in l.emancipatione.C de fide inſtr.
in l.iubemus.C.de emancip. libero,& in c. cum olim.lib. j.
2 de priuileg. Requiruntur tamen† plura,vt locus ſit huic do-
ctrinæ. Nam requiritur primò,quod cõſtet,illud inſtrumen-
tum illamque ſcripturam aliquando extitiſſe. ſecundò de
illius tenore atteſtari ij debent.Requiritur tertiò,quod caſu
ſit deperdita.ita Bald.in d.l.teſtium.C.de teſtibus. Requiri-
tur quartò, quod teſtes hac de re atteſtantes, ſint legales &
integri. Quæ ſanè qualitas deduci, & probari debet. ſicuti
in ſpecie docuit Bero.in d.c.ij.nu.73.de prob.Et ſimilib. in
caſib.idem affirmarunt Corſetus ſuo ſingulari, in verbo, in-
teger.Alex. in conſil.lxxxij,col.iiij.nu. 12.lib.j. Gramm. in
conſi.xxxv.nu.38.in criminalibus.

## QVAESTIO LXVII.

Notorium admtti contra præſumptionem iuris &
de iure.

*SVMMARIVM.*

1 *Notorium contra præſumptionem iuris & de iure admittitur, Et de*

*quo notorio intelligendum nu.3.*
2 *Probatio per facti euidentiam, reliquis omnibus excluſis, excluſa non dicitur.*
4 *Notorium facti permanentis, admittitur aduerſus rem iudicatam.*
5 *Notorium etſi non probatione, indiget tamen allegatione.*

QVAERO Sexageſimoſeptimò, an aduerſus præſumptionem iuris & de iure, admittatur probatio
1 in contrarium ex notorio? Et admitti † ſcirpſerunt Rom. in l. ſi duo. nu. 13. ff. de acq. hæred. & in conſi. cccl. Fel. in c. quanto. nu. 5. de præſumpt. Præpoſ. in c. is, qui fidem. nu. 8. de ſponſ. Curt. ſen. in l. admonẽdi. nu. 24. ff. de iureiur. & apertius Alc. in Tract. de præſump. in par. ij. nu. 14. Pariſ. in conſi. xij. nu. 53. lib. ij. Euerardus in centuria legali in loco, à veriſimili. nu. 20. verſi. ſi tamen de facto. Ea
2 eſt ratio, quòd probatio † quæ fit per facti euidentiã, vt quid clarum & manifeſtum, numquam cenſeatur excluſa, & ſi cæteræ omnes excluſæ ſint; vt ſcribunt Bal. in l. contra negantem. in fi. C. ad l. Aqu. & in rub. C. de prob. & ibid. Caſtr. nu. 2. Marſil. in l. j. §. ſi ſerui quaſi. ff. de quæſt. Aſinius in cõmentariis ad ſtatuta Florentiæ. §. xix. c. v. in nona limit.
3 Declaratur primò hęc ſententia, vt procedat † in notorio permanente, non autem in tranſeunte. Ita Alc. in d. ij. par. nu. 15. poſt Rom. in d. conſ. cccl. Nam cum allegatur notorium facti tranſeuntis, neceſſe eſt probare illud per teſtes, iuxta c. veſtra. de cohab. cler. & mul. Quæ ſanè probatio reiicitur ab ipſa præſumptione iuris & de iure. Ita etiam dicimus aduer-
4 ſus rem iudicatam admitti † notoriũ facti permanentis, non autem tranſeuntis, vt loco iam relato ſcripſit Alc. poſt Fel. in c. quoniam contra. in iiij. fallen. de probat.
Declaratur ſecundò, vt locum habeat hæc ſentẽtia, ſi modo hoc notorium permanens allegetur. Ita Alc. in d. parte ij.
5 nu. 10. in fi. Idem affirmant omnes, qui dicũt, quod etſi † notorium non indiget probatione, indiget tamen allegatione. Ita tradunt Alex. in l. j. nu. 4. C. vt quæ deſunt aduoc. Barb. in conſi. lxij. col. ij. lib. j. & in conſi. xxxv. col. iiij. lib. ij. & Ripa in l. iiij. §. hoc autem iudicium. nu. 35. ff. de dam. infecto, vbi declarat.

## QVAESTIO LXVIII.

Probatio admiſſa aduerſus præſumptionem iuris & de iure, parte non opponente, an proſit.

*SVMMARIVM.*

1 *Probatio aduerſus præſumptionem iuris, & de iure, parte nõ opponente, admiſſa prodeſt.*
2 *Aduerſarius non opponens, cõſentire videtur, & fauori ſuo renuntiare.*
3 *Probationes admiſſæ contra rem iudicatam, parte non opponente, reſcindunt iudicatum.*

QVAERO Sexageſimooctauò, an aduerſus pręſumptionem iuris, & de iure, admiſſa probatio parte nõ
1 opponente, proſit? Et prodeſſe † ad eam præſumptionem cõfutandam affirmarunt Bald. in l. filium. ff. de iis, qui ſunt ſui, vel alie. iuris. Abb. in c. cum contingat. col. iij. de offi. deleg. Rom. in l. duo. nu. 14. ff. de acquir. hær. & idem in conſi. cccl. nu. 7. Alex. in l. à diuo Pio. §. ſi pignora. nu. 4. ff. de re iud. Cur. Sen. in l. admonendi. num. 24. ff. de iureiur. Præpoſ. in c. is qui fidem. num. 8. de ſponſa. Fel. in c. quando. nu. 4. de præſump. Euerardus in centuria legali, in loco à veriſimili. nu. 20. verſi. ſi tamẽ de facto. Alc. in Tract. de præſumpt. in præludiis, parte ij. num. 9. verſi. ij. limitatur. Pariſ. in conſi. x. num. 85. lib. ij. Ea eſt huius ſententiæ ratio,
2 (inquit Alciatus,) quia † aduerſarius, qui nõ oppoſuit, videtur tacite conſentire atque ita renuntiare fauori ſuo. Ita docuit Alex. in l. iudex poſteaquam. nu. 12. ff. de re iud. Et comprobantur prædicta ex eo, quod dicimus, probationes † admiſſas, parte non opponente contra rem iudicatam, pro qua dicitur eſſe præſumptio iuris & de iure, efficere, vt retractari illud iudicatum poſſit. Ita poſt alios docuit Dec. in c. quoniam contra. nu. 38. de proba. & dicemus infra ſubſequenti lib. ij. præſump. xxx.
Cæterum obſtare videtur, (ait Alciatus,) quod cum probatio admittatur contra hanc præſumptionem, & hic ſit articulus iuris & conſequenter notorius. l. cũ quidam. §. ſuum. ff. de acq. hæred. ſequitur quod etiam parte non opponente proceſſus ſit nullus ex traditione Baldi in l. non dubium. in fi. C. de legib. & vberius in ſua diſputatione, ſtatuto cauetur, quod fænerator. Anch. in c. ea, quæ de regu. iur. in vj. & Are. in c. fraternitatis. de teſtib. Huic difficultati ſatisfacit Alciatus; & ait, quod hoc locum haberet, quando eſſemus in caſu, qui non penderet à voluntate partium: prout ſunt cauſæ criminales, de quibus per Bar. in l. j. §. j. ff. ad Treb. ſecus eſt hoc in caſu, in quo pars poteſt renuntiare fauori ſuo; & ideo non opponendo dicitur ius ſuũ remittere, quo ſtante, nõ eſt aliquod notoriũ quod à iudice ſuppleri poſſit. Præterea reſpõdetur; quod hæc eſt tacita renuntiatio: & ideo admittitur: ſicuti admitti ſolet etiam in cauſis criminalibus. Dec. in l. j. in tertia lect. nu. 49. C. qui adm. Iaſ. in l. pen. nu. 18. C. de pactis, & Gramm. in voto ſeptimo. num. 6.

## QVAESTIO LXIX.

Probationes, aduerſus præſumptionem iuris & de iure, quo tempore admitti debeant.

*SVMMARIVM.*

1 *Probationes aduerſus præſumptionẽ iuris, & de iure, ſolum ante ſententiam datam admitti.*
*Contraria tamen refertur ſententia num. 2.*

QVAERO Sexageſimo nonò, quo tempore admitti poſſint hæ contrariæ probationes, aduerſus hanc præſumptionem iuris & de iure? Et ſo-
1 lùm † ante latam ſententiã admitti docuit Feli. in c. quanto. col. iij. verſic. fallit quartò. de præſumpt. auctoritate gloſſæ in c. ordinarij. §. j. in verbo, liberè. de off. ordin. in vj. & ibidẽ Geminia. in fi. vbi Imola & Francus idem ſcripſerunt. Idem ſcriptum reliquit Euerardus in centuria legali in loco à veriſimili. nu. 20. verſ. & poteſt dari.
2 Verùm ab hac opinione † diſſentit Alc. in Tract. de præſump. in præludiis par. ij. nu. 17. & rectè: quando quidem repugnat hæc Geminiani, Felini & ſequacium traditio, generalib. conſtitutionib. vt l. vlt. C. arbitr. tutelæ. & l. antiquę. C. ad Velleia. ac ſimilium, quib. abſolutè reiicitur probatio cõtra hanc præſumptionem iuris & de iure. Nec aliqua adhibetur diſtinctio quod pronuntiatum, & declaratum ſit ſuper hac præſumptione. Ea eſt ratio, quia hæc præſumptio habetur ac ſi res iudicata eſſet: quæ quidem non admitteret probationem contrariam aliquot tempore: ſicuti aliàs ſup. demonſtrauimus. Nec obſtat illud c. ordinarij. quia reſpondet Alc. quod ibi illa non erat præſumptio iuris, & de iure, ſed iuris tantum, quæ inducitur ex eo, quod non oſtenditur diſpenſatio in termino præſtituto. Et illã eſſe ſolam iuris præſumptionem intellexit ibi Geminia. in prima ſolut. Nõ etiã obſtat illud ſimile, quo vſi ſunt Imola, Francus & apertius Euerardus, de inſtrumento, contra quod obiici poſſunt exceptiones etiam elapſo termino, quia reſpondetur, ex illis inſtrumentis non induci præſumptionem iuris & de iure: ſed tantum, ex quo lex, vel ſtatutum non excludit præciſe & omnino ipſam contrariam probationem: Quam quidem ſi excluderet, vere nullo modo poſſet admitti. Ita decidit Rota deci. ij. in tit. de prob. in antiquis & ſi eam aliter & male intellexerit Euerardus.

## QVAESTIO LXX.

Reſtitutione in integrum, aduerſus præſumptionẽ iuris & de iure, admitti.

*SVMMARIVM.*

1 *Reſtitutio in integrum aduerſus præſumptionem iuris & de iure conceditur. Et qua de cauſa. nu. 2.*
*Item contra præſumptionem iuris tantum nu. 3.*
*Et quo caſu id non procedat, num. 3.*
4 *Argumentum à ſenſu contrario, quo caſu non procedat.*

QVAERO



QVAERO ſeptuageſimò, an aduerſus pſumptionẽ iuris & de iure, concedatur reſtitutio in integrũ?
1 Et concedi † affirmarunt in ſpecie Alex. in l. inter ſtipulantem. §. j. col. j. ff. de verb. obl. & in l. ſi infanti. nu. ix. C. de iur. delib. Rui. in conſi. lxviij. nu. 20. libr. j. Soci. Iun. in conſi. ciiij. nume. 18. lib. iij. & Alcia. in Tract. de Præſumpt. in prælud. par. ij. num. 18. & Hier. Gabr. in conſi. xxxvj. nu. 53. qui & ſi ſecutus ſit Ruin. ſupra allegatum: attamen ſolum loquitur de præſumptione iuris. Quam ſane ſententiam probat. l. ſi mater in prin. ff. de except. rei iud. vbi ex eo textu docuit Bar. reſtitutionem in integrum, concedi aduerſus rem iudicatam, cum tamen contra eam non concedãtur cõtrariæ probationes. Et idẽ docuit ipſe Bar. in l. j. C. de ſent. aduerſus fiſcum latis. Iaſ. in l. admonendi in j. lect. nu.
2 45. & ibidem Cur. Iun. nu. 8. Et hęc quidem reſtitutio † conceditur ex illa clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, &c. Ita docuit. Alex. in d. l. ſi infanti. nu. 9. C. de iur. delib. Quib. conſtat Ang. in l. inter ſtipulantem. §. ſi ſtichum. col. j. verſi. tu dic. ff. de verb. obl. & Goz. in conſi. viij. col. vlt. verſi. præterea & tertiò, male à recepta illa opinione diſſentire. Hæc
3 reſtitutio in integrum multò magis, conceditur † aduerſus præſumptionẽ iuris tantum, ſicuti in ſpecie affirmarunt Abbas in c. conſtitutus. nu. 8. de in integrum reſt. & Rui. in cõſi. lxviij. nu. 20. lib. j. Recepta tamen illa opinio declaratur ſe-
4 cundum Alcia. loco iam citato, vt non procedat † quando ſpecialis præſumptio iuris & de iure, eſſet petentem ſe reſtitui, non eſſe læſum. Ita intelligit Alciatus doctrinam Abba. in d. cap. conſtitutus. nu. 8. de in integrũ reſtit. Niſi dicamus
5 Alciatum ſumpſiſſe argumentum à ſenſu † contrario in ea doctrina Abbatis, quod genus argumenti paſſim non admittitur, cùm repugnant iura.

## QVAESTIO LXXI.

Reſtitutio in integrum, quæ aduerſus præſumptionem iuris & de iure ad ittitur, infra quod tempus concedatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Reſtitutio in integrum, aduerſus præſumptionem iuris & de iure, conceditur intra quadriennium.*
*Et tempus illud vtile dicitur, & à die ſcientiæ currit. num. 2.*
*Ignorantia tamen illius, probabilis eſſe debet. nu. 3.*

QVAERO Septuageſimoprimò cum aduerſus præſumptionem iuris & de iure, concedatur reſtitutio in integrum, intra quod tempus detur? Et noua quæſtio, quàm à nemine, quod ſciam propoſi-
1 tam video. In qua quidem dicendum † eſt, concedi intra quadriennium iuxta generalẽ conſtitutionem. l. vlt. C. de temp. in integrum reſtit. peten. Qua prouiſum eſt non ſolùm minoribus læſis, ſed & maioribus, qui iuſtam habent cauſam petendi eam reſtitutionem in integrum cõcedi quadriẽniũ, ſicuti in fine illius conſtitutionis ſcriptum eſt. & tradit Bal. ibi in vltimo notab. cum dixit, hoc caſu maiores eſſe ſimiles minoribus. Ita & Iacobinus à Sancto Georgio ibi. nu. 5. ait, quod tam maioribus quàm minoribus & eccleſiæ, conceditur tempus quadriennij ad petendum & finiendum reſtitutionis cauſam. Quocircà quemadmodum maior læſus ex re iudicata, pro qua ſtat præſumptio iuris & de iure, obtinet reſtitutionem in integrum ex clauſula illa, ſi qua mihi iuſta cauſa, (vt dixi ſuperiore quæſtione) ita etiam hic dicendum eſt. Et ideo hæc reſtitutio peti debet intra illud quadriẽniũ. Ita etiam ſimili in caſu docuit Curtius Iun. in l. admonendi num. 9. ff. de iureiuran. cùm dixit, reſtitutionem illam in integrum, quæ conceditur ei, qui noua iura & inſtrumenta inuenit, quibus vtatur contra delatum iuramentum, illam inquam reſtitutionem peti & concedi ſolùm, intra quadriennium ex d. l. vltim.
Illud autem hac in re annotandũ eſt, quod hoc quadriennium conceſſum fuit, non ſolum ad petendum reſtitutionẽ ipſam, ſed etiam ad diffiniẽdam totam reſtitutionis cauſam. Ita Ruinus in conſil. xxxvj. in fi. lib. v. Et præterea quia hoc
2 tempus quadriennij † vtile eſſe dicitur, ob id ſolùm incipit currere à die ſcientiæ, ſicuti ſcribũt Soc. Sen. in cõſil. cxciiij. nu. 5. lib. ij. Decius in cõſ. xxxvj. col. vlt. & in cõſ. ccccxxxvj. nu. 9. Ruinus in conſi. xxxv. nu. 34. in cõſi. lxviij. in fine. & in conſi. cx. in fine. lib. j. in conſi. cxxxix. nu. 16. lib. ij. in conſi. xiij. nu. 6. & in conſi. cxliij. nu. 15. lib. iiij. Bellonus in conſi. xviij. nu. 12. Rubeus in conſi. xcviij. nu. 3. & Tiraqu. in tract. de retractu conſang. §. xxxv. gl. iiij. nu. 44. qui & alios eiuſdẽ opinionis doctores commemorat. Et hinc fit, vt ignorans reſtitui poſſit ad quadraginta annos vſque, cum ei vtile hoc tempus non currat. Ita tradunt permulti quos recenſent, & communem teſtantur Boerius. q. xxxix. nu. 6. & Tiraquellus in d. glo. iiij. num. 44. Immo ſunt, qui aſſerunt vſque ad centum annos hunc ignorantem reſtitui. Qua in opinione fuerũt Baldus, Caſtr. Alex. Abbas, Ang. Martin. Lauden. Barba. Iaſon, Soc Sen. Petraſancta, Iacobinus & Marſilius, quos recenſet Boer. in d. q. xxxix. nu. 4. Illis addo Deciũ in conſi. xxxvj. col. vlt. & in conſi. ccciij. nu. 5. verſic. non obſtat quod Soc. Iun. in conſi. lxx. nu. 30. in conſi. lxxvj. nu. 32. & in cõſi. cxxviij. nume. 169. lib. j. Verùm ab ea opinione receſſerunt Baldus, Anch. Comenſ. Ang. Alex. Iacobus Rebuffus, Curt. Sen. Io. à Platea, Barb. Aretinus, Felinus & Decius, quos recenſet & ſequitur Boer. in d. q. xxxix. nu. 5. & nu. 6.
3 Hęc autem ignorantia † probabilis eſſe debet, ſicuti reſponderunt Ruinus in conſi. xiij. nu. 16. lib. iiij. Decius in conſi. xxxvj. col. vlt. in conſi. ccclxxiiij. in fine. & in conſi. dlxiiij. in fine. Boer. in d. q. xxxix. col. pen. verſi. quod debet intelligi. & Soc. Iun. in conſi. cxv. nu. 42. lib. ij.

## QVAESTIO LXXII.

Reſtitutio in integrum, quæ aduerſus pręſumptionem iuris & de iure admittitur, coram quo iudice peti debeat.

*SVMMARIVM.*

1 *Reſtitutio in integrum aduerſus præſumptionem iuris & de iure, quando petitur principaliter, fit coram iudicibus cauſarum ordinariis, vel delegatis, & quibus, &c.*
*Et quid ſit, quando reſtitutio illa incidenter petitur. nu. 2.*
3 *Tribunal qui magiſtratus habeant.*

QVAERO Septuageſimoſecundò, coram quo peti debeat reſtitutio in integium, aduerſus præſumptionem iuris, vel iuris & de iure? Eſt etiam noua hæc quæſtio; quam diſtinguendo duos caſus, ita clarè poſſumus diffinire.
Primus eſt quando reſtitutio iſta principaliter petitur:
1 † tunc peti poteſt coram iudicibus illis enumeratis in conſtitutione Iuſtiniani in l. vlti. C. vbi & apud quem in integ. reſt. agit: ſit, hoc eſt coram iudicibus cauſarum ordinariis: vel delegatis ad vniuerſitatẽ cauſarum: vel delegatis ſpecialiter à principe, vel coram ciuitatum adminiſtratoribus. Et ſubiungit Iuſtinian. Coram arbitris ex cõpromiſſo peti non poſſe. Id quod poſt Fran. Accurſium & Iacobum Butriga. in d. l. vlt. declarat Signorol. in cõſi. xlv. procedere, quò ad actũ ipſum reſtitutionis, non autem quò ad ipſam declarationẽ, & pronuntiationem de reſtituendo, à qua quidem interpretatione diſſentit Baldus in d. vlt. in fine.
2 Secundus eſt caſus, quãdo reſtitutio petitur † incidenter. Hoc in caſu ſunt opiniones. Nam Bart. in l. nam & poſtea. §. ſi minor. colum. ij. verſic. puto etiam. ff. de iureiuran. docuit, petendam eſſe coram iudice illo, coram quo reſtitutio ipſa principaliter peteretur. ſicque coram ordinariis, vel delegatis, vt ſuperiore caſu: & propterea negare videtur Bart. quod peti poſſit coram iudice cauſæ principalis. Hoc apertius affirmarunt Iaſon in d. §. ſi minor. nume. 12. Socin. nume. 4. & Zaſius. nu. 7. ex quo infert Bar. ibi, quod ſi cauſa tractaretur coram iudice pedaneo, qui nõ poſſet reſtituere in integrum principaliter, ſicuti quando iudex maior in illo actu cauſæ principalis ſuam interponit auctoritatem, non poſſet inferior reſtituere. iuxtà l. minor autem magiſtratus. ff. de minor. xxv. annis.
Altera fuit opinio Signoroli in d. l. nam & poſtea. §. ſi minor. nume. 8. & Curtij Iunio. ibi. num. 4. verſicul. ego tamen,

qui ſcripſerunt, hanc cauſam reſtitutionis in integrum incidenter propoſitam, tractari poſſe coram iudice illo inferiore, coram quo cauſa rei principalis diſcutitur. Et primò motus eſt Curtius ex d.l.vlt, C. vbi & apud quem &c. iuncta l. quoties.C.de iudiciis. Nam ex d.l.vlti. iuxtà interpretationem Barto.ibi, permiſſum eſt omnibus iudicibus, etiam minoribus cognoſcere de cauſa reſtitutionis in integrum. Et tamen de cauſa ſtatus ſolùm hodie cognoſcunt maiores magiſtratus.d.l.quoties.niſi (vt ibi dicitur) incidenter illa tractaretur. Ergo multò magis cauſa reſtitutionis in integrum, quæ ab inferioribus cognoſci poteſt, ſi incidenter proponatur, coram iudice non ſuo, qui tamen de cauſa principali cognoſcat, tractari poterit. Cæterùm dubia mihi videtur argumentatio hæc, quãdoquidem ex mente Bar.in d.l.vlt.falſum videtur, quod coram quocumque iudice minore, cauſa hæc reſtitutionis poſſit tractari: cum coram illis tantum agi valeat, qui tribunal habent vt ſignificant verba illa, non ſolùm apud iudices pro tribunali &c. Dum enim loquitur de iudicibus ordinariis, preſupponit eos habere tribunal. Tribunal
3 † autem non habebant niſi maiores magiſtratus, vt prætores & illis ſimiles.

Secundo mouetur, & rectius Curtius ipſe verbis d.l.vlt. in fine.ibi, Vel in aliis ſpeciebus inciderit quædam quæſtio reſtitutionis. Sanciuit itaque Iuſtinian.reſtitutionem in integrum poſſe peti incidenter, coram eo iudice cauſæ principalis, qui aliàs de ipſa reſtitutione in integrũ nõ cognoſcit. Quare Bart.in d.l.vlti.nu.4.verſi. quandoque delegatur &c. ſcribit, quod ſi cauſa principalis tantum eſt delegata, coram eodem iudice incidenter poterit cauſa reſtitutionis in integrum agi.

Tertiò confert penè in ſpecie noſtræ tractationis doctrina Odofredi in l. admonendi.ff.de iureiuran. quam ibi probant Cacialupus nume.8.& Curtius Iunior.nume.10. quod reſtitutio in integrum, aduerſus ſententiam latam ex iuramento, ob noua inſtrumenta reperta, peti poſt coram eodẽ iudice cauſæ principalis. Idem ergo dicendum eſt noſtro in caſu.

Quartò accedit reg.d.l.quoties.C.de iudiciis quæ correcta non reperitur iſto in caſu. Eſt ſanè in illa regula, quod incidenter cauſa cognoſci poſſit coram eo iudice, qui aliàs de ea nõ poſſet principaliter cognoſcere: ſicuti multis exemplis explicant ibi Baldus, Caſtren. Iaſon & reliqui, & maximè Iaſon ibi.nu.6.

## QVAESTIO LXXIII.

Reſtitutio in integrum aduerſus præſumptionem iuris & de iure, quando petitur, noua inſtantia iudicij an requiratur.

*SVMMARIVM.*

1 *Inſtantia noua quando non eſt opus in petitione reſtitutionis in integrum.aduerſus præſumptionem iuris & de iure.*
2 *Inſtantia noua incipit à litis conteſtatione.*
3 *Reſtitutio in integrum, quando requirat nouam inſtantiam.*

QVAERO Septuageſimotertiò, quando petitur reſtitutio in integrum aduerſus præſumptionẽ iuris, vel iuris & de iure, ſit opus noua inſtantia? Eſt & hæc noua iuris quæſtio in hac tractatione: In qua quidẽ ſunt diſtinguẽdi aliquot caſus.

1 Primus eſt, quando is, † qui videt coram eſſe præſumptionem iuris & de iure, antequam lata ſit ſententia, petit ſe reſtitui in integrum iuxtà ſupra dicta. Hoc caſu non eſt opus noua inſtantia, ex quo poteſt cum eademmet inſtantia cauſæ principalis tractari. Nam incidenter petita dicitur hæc reſtitutio. Et hoc cõprobat traditio Bart.in l.nam & poſtea. §.ſi minor.colum.ij.verſic.& in hoc ſecundo modo.ff.de iureiuran.cum dixit, quod quando reſtitutio in integrum proponitur incidenter, lis non conteſtatur. Et cum Bart. cæteri ibi tranſeunt & Cremen.ſingu.cxxv. ſi poſt litem. Non ergo
2 noua erit inſtantia, † quæ ſolet à litis conteſtatione incipere.l.j.vbi gloſſ.& latè Angel.& l.properandum.in princ.vbi Caſtr.num.5.Alex.num.2.C.de iud. & idem Alex. in conſi. xxiij.num.2.lib.iij.Cur.Iun.in rub.C.de in ius vocando.nu.5.& Aſinius in commentariis ad ſtatuta Florentiæ. §. j. c. j. nu.1.& cap.v.qui declarat, non procedere in ſtatutis diſponentibus, quod à citatione incipiat.

Secundus eſt caſus, quando virtute huius præſumptionis
3 iam lata eſt ſententia. Hoc caſu reſtitutio † in integrum requirit nouam inſtantiam: cum prima iam ſit perempta. Ita in ſimili probatur ex traditionibus doctorum in l.ſi diuerſa. C.de tranſact.ibi Alex. poſt Bart. cum dixit, quod quando petitur reſtitutio aduerſus tranſactionem, opus eſt noua inſtantia. Ita etiam alio ſimili in caſu dicimus de reſtitutione in integrum, petita contra ſentiam reſcindendam, ob inſtrumenta de nouo reperta, ſicuti tradit Curtius Iun.in l. admonendi.nu.11.ff.de iureiuran.& ibi Cacialupus.nu.9. qui copioſè diſſerit.

## QVAESTIO LXXIIII.

Præſumptionem fraudis, petentis ſe in integrum reſtitui, aduerſus preſumptionem iuris & de iure, non impedire executionem.

*SVMMARIVM.*

1 *Exequutio non ſuſpenditur, quando extat præſumptio fraudis & malitiæ aduerſus petentem ſe in integrum reſtitui.*
2 *Malitiæ & calumniæ præſumptio eſt, aduerſus petentem ſe reſtitui, contra ſententiam principis.*

QVAERO Septuageſimoquartò, cum præſumptio fraudis & malitiæ extat aduerſus petentem ſe in integrum reſtitui, aduerſus preſumptionem iuris, vel iuris & de iure, intèrim ſuſpendit debeat exe-
1 cutio, vel potius exequi? Hac in re dicendum eſt, † differendam non eſſe executionem. Ita ſanè probat cap.ſuſcitata. de in integr.reſtit.ibi. Ne verò per excogitatam malitiam (ſicut ex præſumptionibus pluribus videbatur) effectum ſententiæ. &c. Et notant ibidem Abbas.column. iij.verſicul.quod & reliqui omnes. & idem affirmarunt Ruin.in conſi.lxj. colum.pen.libr.v. Petrus Beneintendi.in deciſ.lxxxv.num.13. Boerius in q.ij.nume.27.Pariſ. in conſi. cx. nume.3. libr. j. Cephalus in conſil.cxvj.nu.11.lib.j.& Bello.in conſi. xviij. num.22.

2 Hinc dicimus, quod cum † aduerſus petentem ſe reſtitui contra ſententiam principis, ſit præſumptio malitiæ & calumniæ ſententiam ipſam eſſe prius exequendam. Ita ſcripſerunt Abbas in capit. ſuſcitata.num.5. de in integrum reſtit. Baldus in l.ſi cauſa cognita.in iij.notab. C. de tranſact. Reſtaurus in tract.de Imperatore.q.cx.verſic.ducenteſimonono. Et his addo Baldum in ſua Margarita, hoc eſt in repertorio ad Innocentium in verbo, præſumptio contra petentem.quo loci ait, hoc non procedere, quãdo eſt nuda hominis præſumptio.

## QVAESTIO LXXV.

Proteſtationis contrariæ probatio, an admittatur aduerſus præſumptionem iuris, ac etiam iuris & de iure.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſumptio iuris admitti probationem contrariam ex proteſtatione.*
*Quod quando procedat.nu.2.*
3 *Præſumptio iuris & de iure, ex proteſtatione contrariam probationẽ admittit.*
*Fallit id, ſi ex ea proteſtatione induceretur peccatum.nu.4.*
*Idem in proteſtatione generali à lege reprobata.*
5 *Sponſalia tracta per verba de futuro, copula carnali ſubſequuta, tranſeunt in matrimoninm præſumptione iuris & de iure.*

QVAERO Septuageſimoquintò, an aduerſus præſumptionem iuris tantùm, ac etiam iuris & de iure, admittatur probatio contrariæ proteſtationis? Duos caſus hic diſtinguo, quemadmodum etiam duæ ſunt præſumptiones.



Primus eſt caſus in ſola præſumptione iuris: Hæc quidem
1 † admittit contrariam probationem ex proteſtatione. Ita Baldus in l. vlt. C. ne de ſtatu defuncti. & cum eo. Alex. in conſi.cxc.in fine.lib.ij. & Baldus in tract. præſcriptionum. parte tertia principali.q. 10. nu. 21. cùm dixerunt aduerſus illam præſumptionem iuris ex diſpoſitione.l.cum de in rem verſo.ff.de vſur.quod ille, qui diu ſoluit, præſumitur ſoluiſſe animo ſe obligandi, admittitur probatio ex cõtraria proteſtatione. Huc ſpectat quod dicimus, admitti probationẽ ex proteſtatione, ad excludendam præſumptionem & ſuſpicionem pertinaciæ & malitiæ in eo, qui alioqui hæreticus præſumeretur. Ita Alber.in rub.C.de hæret.ad finem. Ioan. Gerſon in tractat. de proteſtatione, conſideratione. Alphonſus de Caſt.lib.1.de iuſta.hæret.punit.capit.11. Albertinus in tracta. de agnoſcendis aſſertionibus catholicis. q. xij.nume.4.& Simancas in commentarijs catholicarum inſti.tit.lv.nume.11.quo ſanè loci declarat, quomodo & quãdo proteſtatio hæc proſit, vel non, ei qui alioqui hæreticus cenſeretur.

2 Declaratur primo vt non procedat † quando fraus fieri poteſt legi, vt in ea proteſtatione quam facit emptor, dum emit rem furtiuam.cuius meminit Alciat.reg. iij. præſump. xxix.nu.1.ver.j.eſt. Et dicemus inf.lib.v.præſumpt.liiij. vbi declarabimus l.in ciuilem.C.de furtis.

Secundus eſt caſus in præſumptione iuris & de iure. Hæc
3 quoque † admittit contrariam probationem ex proteſtatione. Ita cenſuit gloſſ.in cap.vidua de regula: vbi præſumptio iuris & de iure eſt, quod Nouitia, quæ aſſumit habitum profeſſarum, vel ſe ingerit in actibus ad ea pertinentibus, ſit profeſſa (vt copioſius dicemus libr. iij. præſumpt. xij.) niſi proteſtatio præceſſerit. Quam traditionem probarunt Butrius in cap.is, qui fidem.colum.ij.verſi. poteſt ſecundò ſurgere.& ibidem Præpoſ.nu.8.verſi.fallit.iiij. de ſponſal. qui dicunt, proteſtationem illã obtinuiſſe; ob id quod iuſta cauſa erat veſtita. Illam quoque probarunt idem Butrius in c. vlt.nu.30.verſ.item admittit.de ſucceſſ.ab inteſta. Rom.in in l.ſi duo.nu.11.ff.de acq.hæred.& Alciatus in trac.de preſump.in præludijs.patte ij.in fine.

4 Declaratur primo hic caſus, vt non † procedat quando ex ea proteſtatione induceretur peccatum. Ita glo.in capit.per tuas.de cond.appoſ.quam ibi annotarunt Io.Andreę & Prę-
5 poſ.cum dixerunt, quod ſi duo contraxerunt † ſponſalia per verba de futuro, ſecuta copula carnali, ſponſalia tranſeunt in matrimonium præſumptum, præſumptione iuris & de iure, cap.is, qui fidem.de ſponſa. Et ſi ergo ij ſponſi futuri proteſtentur, quod quamuis ſequatur copula, non intendunt, ſpõſalia debere tranſire in matrimonium, nec illud velle contrahere: attamen huiuſmodi proteſtatio nil prodeſt, nec eam præſumptionem iuris & de iure, tollit. Ea eſt ratio, quia ex ea proteſtatione peccatum fornicationis inducitur. Ita in ſpecie declarant præcitati Doctores, & Abbas in capitu. per tuas.de cond. appoſ. Butrius in capitul. veniens.il ij. de ſponſal. Nicolaus Arelatanus in annota. ad Alciatum in tract. de præſumpt. in præludijs, parte ſecunda. in fine. Iaſon in l.non ſolum. §. morte.numero 14.in fine. ff. de oper. noui nunt. & alios plures commemorat Didacus in epitome de ſponſal.parte prima.cap.iiij.§.j.nu.18.& dicemus infra lib.iij.præſump. j. in tertia extenſione primæ coniecturæ, vbi declarabimus.

Declaratur ſecundò hic caſus, vt non procedat in prote-
6 ſtatione † generali à lege reprobata, vt in caſu Barto.in l.j.§. item ſolent.in fine.ff.de off.præfecti vrbis: cùm dixit, quod ſi tutor, conficiendo inuentarium, proteſtatur, quod ſi bona aliqua eo in inuentario deſcripſit, quæ deſcribenda non erant, vult habere pro non deſcriptis; & è contra. Hæc proteſtatio, inquit Bartol. non adiuuat tutorem, cum lex reijciat generalem hanc proteſtationem, ex quo lex in tutoris inuentario reſpicit illud quod eſt ſpecialiter expreſſum. Idem docuit ipſe Bartol.in l.tutor, qui repertorium. numero 53. ff. de adm. tuto. quem ſecuti ſunt Baldus in l. vltim.numero 1.verſicul.ſed quid ſi tutor. C. arbitrium tutelæ.& Alciatus de præſump.in præludijs, parte ſecunda in fine. Quibus intelligimus minus rectè ſenſiſſe Angelum in l. j. §. hæc ſtipulatio. columm. vltim.ver.vt tamen omnium conſeruetur.ff.ſi cui plus, quàm per legem falcid.

## QVAESTIO LXXVI.

Præſumptionem iuris & de iure, impedire appellationem.

*SVMMARIVM.*

1 *Appellatio impeditur per præſumptionem iuris & de iure.*
2 *Conuictus non appellat.*
3 *Appellatio per ſolam iuris præſumptionem non impeditur.*

QVAERO Septuageſimoſextò, an præſumptio iuris vel iuris & de iure, impediat appellationẽ? Et quo ad præſumptionem iuris & de iure dicendum eſt, impedire appellationem. Ita Bald. in l.ſi qui.numero 2.C.ad l.Iul.de adulter.Franciſc. Brunus in trac.de indicijs & tortura, parte prima.q.iiij.in fine. Marſilius in rub.C.de probat.nu.264.& in ſing.cxvj.& Euerardus in centuria legali in argumento, à veriſimili.nu.18. Quã quidem traditionem probat dict.l.ſi qui.qua ſancitum fuit, eum contra quem eſt præſumptio iuris & de iure, pro con-
2 uicto habendum eſſe: Conuictus † autem non appellat. l. ij. C.quorum appella. non recip. Non ergo iſte, cui repugnat hæc præſumptio, remedio appellationis iuuabitur. Quò ve-
3 ro ad ſolam præſumptionem iuris, dicendum eſt, illam † non impedire appellationem: quandoquidem non habetur is, cui hæc repugnat præſumptio, pro conuicto & confeſſo, ſed poteſt contrarium probare vt diximus ſupra.

## QVAESTIO LXXVII.

Præſumptio quæ tollatur iuramento eius, cui preſumptio aduerſa ur.

*SVMMARIVM.*

1 *Iuramentum eius, contra quem extat præſumptio iuris & de iure, non admittitur in contrarium,*
2 *Fidem adhiberi viro bono, vitæque honeſtæ, quomodo procedat.*
3 *Iuramentum in contrarium non admitti, etiam eius, contra quem ſola iuris præſumptio extat. Contraria adducitur opinio.nume.6.*
4 *Iuramento procuratoris aſſerentis nomine proprio emiſſe non domini, non creditur, ſi iam habuerit mandatum à domino.*
5 *Iuramentum non defert iudex ei, contra quem extat præſumptio iuris.*
7 *Aſſertioni eius creditur, qui carnaliter à ſe cognitam, fuiſſe vxoris ſuæ conſanguineam affirmat ignoraſſe.*
8 *Coniunctus præſumitur ſcire facta coniuncti.*
9 *Iuramento aſſerentis ſe non animo occidendi verberaſſe virũ credatur.*
10 *Iuramentum aſſerentis ſe proclama publicum ignoraſſe admittitur.*
12 *Citationem ad ſui notitiam non perueniſſe, iuranti creditur.*
11 *Sententia lata per iuramentum iudiciale, habet pro ſe legis præſumptionem,*
13 *Iuramento denunciantis creditur in denunciatione euangelica.*
14 *Iuramento creditur in his, quæ in animo conſiſtunt.*
15 *Probatio contraria per iuramentum eius admittitur, contra quem extat iuris præſumptio, ſi de leui præiudicio agatur.*
16 *Iuramento aſſerentis aliquid aduerſus præſumptionem, creditur in foro conſcientiæ.*
17 *Aſſertioni iuratæ aduerſus legis præſumptionem creditur, quando alia æque potens præſumptio eſt pro ipſo.*
*Idem eſt ſi leuis contra ipſum extat præſumptio.nu.18.*
19 *Iuramentum tollit præſumptionem hominis contra ſe extantem.*

QVAERO ſeptuageſimoſeptimò, an præſumptio tollatur contrario iuramento eius, contra quem illa extat? Hac in quæſtione diſtinguendi ſunt tres caſus, ſicuti & tres ſunt præſumptionis ſpecies.

Primus eſt caſus, quando præſumptio eſt iuris & de iure.
1 Hoc in caſu † non admittitur contrarium iuramentum eius, contra quem illa extat. Ita in ſpecie ſcripſerunt Butrius in in cap.vidua.num.5.de ragula: Paulus Leazarius & Gemin. in capitul.eo in verbo, ſcienter.de temp.ord. in 6. Felinus in cap.ij.nu.13.de conſt.& ibidem Bero.columna vltim.verſi. niſi declarationem. Alciatus in cap.nouit nùmer. 11.de iud. & Oſaſcus

& Oſaſcus deciſ.lxxj.nu.27. His accedit auctoritas eorum,
qui fortius negarunt admitti iuramentum eius, cui ſola iu-
ris præſumptio aduerſatur,vt huius opinionis multos infra
commemorabo: Et rationes,quas ibi conſiderabimus,hanc
magis confirmabunt. Cæterum hanc traditionem intellexit
Butrius in d.c.vidua.in fine, niſi is, contra quem extat præ-
ſumptio hæc iuris & de iure,ſit honeſta perſona. Nam tunc
eius iuramentum recipitur aduerſus præſumptionem illam.
& Butrium ſecuti ſunt Dec.in conſi.clxxv.nu.6.Marſilius in
practica criminali in §.principium.nu.11.& Alba.in conſil.
xcv.nu.9.Verior tamen videtur contraria traditio Præpoſ.
in cap.vlt.nume.3.qui matr.accuſ.poſſ. & Oſaſchi in d. de-
ciſ.lxxj. numero 27. ſcribit Præpoſ. non admitti hoc iura-
mentum:& loquitur Præpoſ.in terminis.d.capit.vlt.in quo
agitur de hoc iuramento,vt infra dicemus. Quod enim viro
2 bono†vitæque honeſtæ fides adhibeatur, procedit quando
repugnat ſola præſumptio iuris:non autem quando obſtat
præſumptio iuris & de iure, quæ pro veritate habetur. Et
præterea Butrius mouetur actoritate glo.vlt.d.capit. vidua.
quæ tamen præter perſonæ honeſtatem, vult cum ipſo iura-
mento adeſſe alias contrarias probationes, ſiue (vt exponit
ipſe Butrius) coniecturas.

Secundus eſt caſus, quando extat ſola iuris præſumptio.
Hoc in caſu variæ ſunt Doctorum opiniones.

3 Prima eſt,& magis quidem recepta,quod†nõ recipiatur
fidéſve adhibeatur huic iuramẽto.Ita Bar.in l.inter omnes.
§.rectè.nu.3.verſi.nec obſtat.ff.de iniurijs,qui exemplũ re-
cenſet in eo,qui equum commodato ſuſcepit, vt ad certum
locum iret, & vltra illum perduxerit, aſſerens, ſe crediſſe
dominum conſenſurum.non creditur (ait Bar.) eius iuramẽ-
to,cũ ei repugnet iuris præſumptio.& Bar.ſecuti ſunt Rom.
in conſi.ccccIxxxj.nu.10.Aret.in l.interdũ.§.quod ex nau-
fragio.col.j.verſ.in gloſſa in verbo,poteſt.ff.de acq. poſſeſ.
egregiè Rota deciſ.vlt.numer.3.in tit.de dolo & contuma.
in nouis.Alex.in l.j.§.per procuratorem,nume.4.& ibidem
Claudius Seiſſellius.nu.2.ff. de acq. poſſeſſ. dixit Alex. non
4 credi iuramento † procuratoris, qui aſſeruit ſe emiſſe pro-
prio nomine,non autem nomine domini,à quo iam habue-
rat mandatum de emendo:cum aduerſus procuratorẽ ipſum
ſit iuris præſumptio.Idem Alex.in conſil. lxxj.numero 2. &
in conſil.cxviij.nume.11.lib.ij.Iaſon in §.ſed iſte.nu.92.in-
ſtit.de actio.Felinus in capit.ſignificaſti.nu.3. de homicid.
Claudius Seiſſellius in l.Celſus.nu.21.ff.de vſucap.Decius
in capit.ij.in prima lectura.columna vlt.verſic.& ad hoc fa-
cit.de conſtit.& in capit.nouit.columna vlt.de iud.in c. pa-
ſtoralis.colum.iij.verſ.& quod dicitur de except.& in con-
ſi.clx.col.pen.verſ.non obſtat. Marſilius in l. qui ignorans.
nu.95.& in l.qui falſum.nu.100.ff.ad l.Corne.de falſis.& in
conſi.xxvj.nu.2.Ruinus in conſ.xiij.in fine.lib.v.Iacobinus
de Sancto Georgio,in l.verius.num.4.& in l.cũ indebito.in
fine.ff.de probat.Neuiz.lib.iij.Siluę nup.n.52.Nat.in con-
ſi.ccxxx.nu.6.li.j.Crau,in conſ.ccxxv.n.9.& in cõſ. cclxxj.
col.vlt.Ant.Baue.in trac.de virtute iuramẽti.n.83.Alciat.in
tract.de præſum.reg.iij.præſum.xvj.Bero.in c.ij.col.vlt. de
conſtit.& Tiraq.in tract.de retractu conſang.§.ix.in gl.ij.n.
41.Quę ſanè ſentẽtia probari videtur ex l.pręſenti.§.ſic vbi.
C.de ijs,qui ad eccleſ.cõfug.& ex auth.ſed nouo iure.C. de
pæna iud.qui malè iud. vbi non admittitur iuramentum ad
purgandum ſiniſtram ſuſpicionem. Et præterea accedit ra-
tio,quod hoc genus iuramenti deferri debet à iudice. At iu-
5 dex†non defert iuramentum illi,contra quẽ extat præſum-
ptio iuris vt inquit gloſſa.in l.j.C.qui & aduerſus quos. &c.
Ergo &c.

6 Secunda fuit opinio,quod†admittatur hoc iuramentum.
Ita gloſſa in gloſſ.in cap.vlt.in verbo,iuramẽtum. qui matr.
accuſ.poſſ.cùm dixit,aduerſus præſumptionem ſcientiæ eo-
rum, quæ publicè fiunt, reſultantem contra eum, qui præ-
ſens fuit, admitti probationem per eius iuramentum. Et
gloſſæ traditionem probarunt ibi Calder.& Præpoſ. nume-
ro 3.Baldus in l.ij.§.pen.in fi.ff.ſi quis cautio.Alber.in l.di-
uus.in fine.ff.de in integrum reſtit. Alciatus in c. nouit. nu.
10.in fine. de iud. & Oſaſcus in deciſion. lxxj. numero 28.
qui quidem eiuſdem opinionis recenſet Curtium Senio. in
conſilio lxxij. Princeps. columna ix. verſicul. Verùm vt
nihil. Hanc quoque opinionem viſus eſt probare Lapus al-
7 leg. xciiij. numero quinto, dum ſcripſit, credi † aſſertioni
eius, qui dixit, ſe ignoraſſe illam à ſe carnaliter cognitam,
8 fuiſſe vxoris ſuæ conſanguineam:Cũ tamen cõiunctus†prę-
ſumatur ſcire facta coniuncti.l. octaui.ff. vnde cognat. His
accedit gloſſa in l. j. in verbo, animo.C.ad l. Corn.de ſicar.
9 Cùm dixit, credi iuramento † aſſerentis, ſe vulneraſſe non
occidendi animo;cum tamen ei repugnet iuris præſumptio,
ex quo dabat operã rei illicitę,vt ſuo loco dicemus.Et gloſ-
ſam illam ſecuti ſunt relati à Iaſone in §.ſed iſte.numer. 90.
inſt.de actio.vbi numero 92. & ipſe hanc opinionem ſecu-
tus eſt. Et ad affirmandam hanc opinionem multa adferri
ſolent.

Primò tex.in dicto capi. vltimo, qui matrim.accuſ.poſſ.
vbi quando fit publicè denuntiatio ſeu proclama, præſum-
10 ptio iuris eſt,quod ſciat:& tamen admittitur†iuramentum
eius,qui aſſerit,ſe ignoraſſe. Et propterea Baldus in dicta l.
ſecunda.§.pe.in fine.ff.ſi quis caut.ſcripſit, ſtari iuramento
11 eius,qui dixit,†citationẽ de ſe factã ad ſui notitiã non per-
ueniſſe. Cæterùm reſpondet Alciatus in Tract. de præſum-
ptio.regul.tertia præſumpt.xvj.numero tertio,verſic.ſed tñ
ſaluando &c. d.capit.vltimo loqui,quando præſumptio illa
oriens ex publico proclamate,& ſimilibus, eſt debilior ea,
quæ oritur ex iuramẽto.Quæ ſanè interpretatio probari vi-
detur ex cap.nulli.de elect.in ſexto,vbi electores admittun-
tur ad opponendum contra electum,ſi iurant,quod ea, quæ
obijciuntur,nouè intellexerunt.Id quod ea, quæ obijciun-
tur,nouè intellexerunt. Id quod contingere ob id videtur,
quia contraria illa præſumptio leuis erat;Ita ſenſit Abbas in
dicto capitul.nume.9.Altera etiam fuit interpretatio ad di-
ctũ capitul.vlti.Butrij in capi.cognoſcentes.de conſtit.Ro-
mani in conſil.ccccIxxxj.nu.vndecimo.& Decij in c. nouit.
colum.vltim.verſi.ſecundò,dictum Bartol.de iudicijs.quod
in caſu, dicto capitul. vltimo, vltrà iuramentum aderant
aliæ coniecturæ, quibus ignorantia præſumebatur.Quæ ta-
men explanatio,repugnare mihi videtur verbis illius conſti-
tutionis. Quocircà tertiò reſponderi poteſt ex interpreta-
tione Felini in c.ſignificaſti.nume.tertio,de homicid.quod
in dicto capitul.vlt.iuramentum non eſt ſuper eo, quod illa
conſtitutio vellet præſumi notitiam edicti,ſed eſt ſuper no-
titia impedimenti,quam ſane notitiam text.ille non præſu-
mit;vt ibidem annotauit Butrius. Verũ repugnat hæc inter-
pretatio manifeſtis verbis dicti cap.vlt.§.alioquin.Reſpon-
det,& quarto Berous in c.ij.in fine.de conſtit.& ait,d.c.vlt.
loqui quando agitur de leui præiudicio. Quæ tamen inter-
pretatio dubia eſt.Reſponderi quinto loco poteſt,legem eo
in caſu vlterius proceſſiſſe:diſponendo ob peccati cauſam,
ne coniuncti in matrimonio prohibito in eo perſiſtant.

Secundò adfertur hæc argumentatio ab Alciato in dicta
præſumpt.xvj.numero ſecundo,verſicul.ſecundò in contra-
12 rium.Lex præſumit†pro ſententia lata per iuramentum iu-
diciale, & conſequenter quod victus non habeat aliqua in-
ſtrumenta, quibus tueatur ius ſuum;Et tamen aduerſus prę-
ſumptionem illam, ad reſciſſionem ſententiæ, admittitur
probatio per iuramentum, quod inſtrumenta de nouo ſu-
peruenerunt; vt tradunt Bartol. & reliqui in l. admonendi.
ff.de iureiurand. & confert capitul. paſtoralis. de exceptio.
Verùm reſpondetur, præter Alciatum, qui intellexit vt ſu-
pra, quod lex ipſa ſtatuit,ſententiam non tranſire hoc caſu
in iudicatum, & iuramentum non adhibetur directò con-
tra ſententiam; ſed ſuper illa qualitate, quæ de nouo fuerit
reperta,licet forte in conſequentiam reſcindatur veritas. Et
prætereà eo caſu de veritate manifeſtè cõſtat ex ipſis inſtru-
mentis, & ſi quò ad ipſam qualitatem, quod ſcilicet fue-
rint de nouo inuenta,credatur iuramento illius id aſſerentis.

Tertiò vrgere videtur communis illa traditio Doctorum
in capitu.nouit.de iudicijs.Cùm dixerunt in denuntiatione
13 euangelica,credi iuramento†denuntiantis,etiam nõ cõcur-
rente alia ſuſpicione, quod ſolus ſolo denuntiauerit; vt is
denuntiatus ſe abſtineret à crimine; Et tamen aduerſus de-
nuntiationem illam, extat iuris præſumptio; quod denun-
tiatus ille ſit innocens; ex quo quilibet præſumitur bonus.
Cæterùm reſponderi poteſt,ibi agi de leui præiudicio quò
ad illum actum, quod ſolus ſolo denuntiauerit. Nam ex
eo actu non infertur graue præiudicium; Et propterea
eius iuramento ſtatur. Prætereà hæc duo ſunt ſeparata,
quod



quod denũtiatus præſumatur bonus;reſpicit enim hoc cau-
ſam ipſam principalẽ ſicque ſubſtantiã negotij; Illud verò
quod denuntians denuntiauerit ſolus ſolò,reſpicit qualita-
tem tantum,pro qua creditur denuntianti.

Quarto argumentatur Alciatus præcitata in præſumpt.
xvj.numero ſecundo.verſic.quartò facit. &c. quod admiſſa
illa recepta opinione,numquam admitteretur probatio per
iuramentum. Nam aut lex præſumit pro actore;& tunc non
eſt opus quod iuret, ex quo habet præſumptionem iuris,
quæ transfert onus probandi in aduerſarium.l.ſiue poſſide-
tis.C.de probat.& l.generaliter.§.ſi petitum.in fine.ff.de fi-
deicom.liber. Aut præſumit pro reo;& tunc actor iurare nõ
poteſt,& actore non probante reus abſoluitur;cũ lex pro eo
præſumat.l.Arianus.ff.de act.& oblig.& l. qui accuſare. C.
de eden. Verùm reſpondetur præſumptionem illam,quæ eſt
pro reo,actore non probante,eſſe præſumptionem quandã
generalem,vt ſenſit Specul.in titu.de probat.§.probare.nu.
11.Cùm dixit,præſumptionem iuris hanc tollere,& in reum
ipſum reijcere probãdi onus.Et idem ſenſit ipſemet Alcia-
tus in d.l.qui accuſare.nu.18.verſic.ſed & plerumque.C.de
eden.quo loci idẽ Alciatus ſcriptum reliquit, hac præſum-
14 ptione,quæ pro reo eſt,non obſtante, credi iuramento † de
his,quæ animo conſiſtunt.

Tertia fuit opinio eorum, qui ſcripſerunt, hoc relinqui
arbitrio iudicis,vt is conſideret qualitatem præſumptionis
& conditionem perſonæ,quæ iurare vult.Ita ſcripſerũt Ab-
bas in d.c.vlt.nu.9.qui matr.accuſ. poſſ. Dec. in c. paſtora-
lis.nu.7.de except.& ibid.Pariſ.nu.13. ad fi. Quæ ſane ſen-
tentia probabilior mihi videtur.

Declaratur primò hic caſus,vt non procedat quando agi-
tur de leui aliquo præiudicio. Nam tunc aduerſus iuris præ-
15 ſumptionem admittitur†contraria probatio per iuramen-
tum eius,contra quem præſumptio ipſa extat. Ita in ſpecie
tradunt,& declarant Paulus Leazarius in clem. conſtitutio-
nem.de elect.Gemin.in c.quoſdam.nu.3.de præſump.Dec.
in c.ij.in j.lectur.col.vlt.verſic.& hoc intelligitur.de conſt.
& ibid.Fel.verſi.fallit tertiò.Claudius Seiſſellius in l. Cel-
ſus.nu.22.ff.de vſuca.Marſilius in ſing.dclv. memoriæ. Alc.
in c.nouit.nu.10.de iud.Bero.in c.ij.in fi.de conſtit. & ſcri-
pſi lib.ij.de arbitrarijs iudicum.caſu clxxxvj.nu.9.

Declaratur ſecundò, vt non procedat in foro conſcien-
16 tiæ,†in quo creditur aſſertioni, & iuramento aſſerentis ali-
quid aduerſus præſumptionẽ iuris.Ita gl.in Clem. j. in ver-
bo,commode.de pænis.Lapus alleg.xciiij.nu.5.Alex.in l.j.
§.per procuratorem.nu.4.ff.de acq.poſ.Felin.in c.ſignifica-
ſti.nu.4.de homicid.Decius in c.nouit.col.vlt.verſic.primò
dictũ.de iud.Claudius Seiſſellius in l.Celſus.nu.21.verſ. ſe-
cundo fallit.ff.de vſucap.Pariſius in c. paſtoralis. nu. 13. de
excep.& Neuizanus lib.iij.Syluæ nup. nu. 52. Hanc tamen
declarationem intelligit Decius præcitato in loco,vt creda-
tur iuramento aſſerentis,quò ad ſuũ præiudicium, non autẽ
quò ad detrimẽtum alterius,quæ ſane interpretatio nec ve-
ra eſt nec conuenit menti aliorum interpretum.

Declaratur tertiò,vt locum non habeat,quando alia prę-
ſumptio æque potens eſt pro eo,qui aſſerit. Nam tunc eius
17 †aſſertioni iuratæ creditur aduerſus legis præſumptionem.
Ita declarat Claudius Seiſſellius in d.l.Celſus.nu.21.verſic.
fallit primo;qui multis probat.

18 Declaratur quartò,vt non procedat,quando † iuris præ-
ſumptio leuis eſt; ſicuti tradit Claudius præcitato in loco.
nu.21.verſi.1.fallit.

Tertius eſt caſus,qñ repugnat ſola hominis præſumptio.
Hoc ſanè caſu exiſtimo illã tolli iuramento huius aſſerẽtis,
& contra quem illa repugnat. Quando quidẽ leuis eſt;& ob
id iuramẽto tollitur:ſicuti de leuĩ iuris præſumptione tradit
Claud.Seiſſellius in d.l.Celſ.n.21.ver.ij.fallit.& dixi.ſup.

## QVAESTIO LXXVIII.

Præſumptione ceſſante,ceſſare legem ſuper qua
fundata eſt ipſa præſumptio.

### SVMMARIVM.

1 *Præſumptione ceſſante non ceſſat lex,ſuper præſumptione fundata.*
2 *Rationem fundatam in ſola præſumptione,non reſtringere legis vel ſta-
tuti generalem diſpoſitionem quomodo procedat.*

QVAERO Septuageſimooctauò,an lex fundata in
ſola præſumptione ceſſet, ceſſante præſumptio-
1 ne illa? Et non†ceſſare ſcripſit Tiraq.in Tracta.
quod ceſſante cauſa ceſſet effectus parte j. nu-
mero 150.& numero 177.& parte ij. limit. xxix. poſt Bald.
in conſil. ccl. In quæſtione.D.Milani.ad fi. libro j. dum re-
2 ſpondit,rationem†fundatam in ſola præſumptione, non re-
ſtringere generalem legis, vel ſtatuti diſpoſitionem. Quæ
quidem traditio non habet locum,quando vnus ſentiret dã-
num;alter verò lucrum.Ita Ang.in conſil. cclxxvj. colum. j.
Dec in c. ſuggeſtum. in ij. notab. de appellat. & Crau. in
conſi.iij.nume.3. qui ita declarant regulam, l. cum pater.§.
dulciſſimis.de leg.ij.

## QVAESTIO LXXIX.

Denuntiatio euangelica,quando aduerſum præ-
ſumptionem admittatur.

### SVMMARIVM.

1 *Denuntiatio Euangelica,quo caſu poſſit fieri,& num.2.*
3 *Sententia irrita dicitur,& nulla,quando de iniuſtitia notoriè conſtat.*
4 *Sententia notoriè iniuſta,non tranſit vere in iudicatum.*
5 *Renuntiatio Euangelica quando fieri nequeat.*
6 *Canones cum peccato poſſidere non permittunt.*
7 *Veritatem ſolam in foro conſcientiæ ſpectari,quomodo accipiendum.*
8 *Conceſſum per rem iudicatam,in foro conſcientiæ retineri poteſt.
Et quando à re iudicata diſcedatur.nu.9.*
10 *Retractationi ſententiæ,quando ſit locus.*
11 *Probationes omnes iudicis ſunt in arbitrio.*
12 *Teſtes examinare,& probationes recipere,iudex abſentis nomine poteſt.*

QVAERO ſeptuageſimononò,an contra præſum-
ptionem iuris,& de iure,poſſit fieri denuntiatio
euãgelica? Quò facilius hæc iuris quæſtio expli-
cetur,exẽplũ ita adfertur. Extat præſumptio iu-
ris,& de iure,pro ſentẽtia lapſa in iudicatũ, an aduerſus hãc
ſententiã ſicq; aduerſus præſumptionẽ illam iuris, & de iu-
re, fieri poſſit denuntiatio Euangelica? Hac in re diſtingui
poſſunt tres caſus,vna cum Abbate in c. nouit.nu. 7. & ibi.
Dec.nu.10.verſi.ſed difficultas.ext.de iudicijs.

Primus eſt caſus,cùm iniquitas ſñiæ ſicq; præſumptionis
huius,probatur per cõfeſſionẽ illius,qui eam obtinuit. Hoc
1 ſanè in caſu certum eſt, fieri poſſe † euangelicam denuntia-
tionẽ. Ita affirmarunt Abb.& Dec.præcitatis in locis. Ea eſt
rõ,quia etiã de iure cõi,retractari poteſt res hæc iudicata;vt
ſcribunt Inn.in c.quia pleriq;.de immunit.eccleſ.Butr.in c.
is,qui fidẽ.de ſponſ.Bal.in auth.ad hæc.nu.14.verſ.itẽ dubi-
tatur.C.de vſuris.Felin.in c.qualiter.il j.nume.18.de accuſ.
& Curtius Iunior in conſil. ciiij. numero 4. & ſcripſi ſupra
quæſt. lxj.

Secundus eſt caſus,cùm aliter quàm per confeſſionẽ no-
torium eſt, rem iudicatam atque ita præſumptionem hanc
iuris & de iure,eſſe iniuſtam. Hoc etiam in caſu admittitur
2 †denuntiatio euãgelica,ita Abbas & Decius vbi ſupra:nec
alij,quos infra commemorabo,diſſentiũt. Ea eſt ratio, quia
3 vbi de†iniuſtitia conſtat notorie,ſententia dici poteſt irrita
& nulla.Ita Inno.in c.fraternitatis.de frig.& malef.

4 Et præterea ſententia†notoriè iniuſta,non tranſit verè in
iudicatum:ſicuti ſcribunt Butrius in capitul.ſuam.in penul-
ti.notab. de pænis. Felinus & cæteri in capitul. inter cæte-
ras. de re iudic.Et ſcripſi ſupra.q.lxvij.probationem ex no-
torio admitti contra præſumptionem iuris & de iure.

Tertius eſt caſus, quando non conſtat de iniuſtitia iudi-
cati,ſicq; præſumptionis iuris & de iure,ſed teſtibus,vel ali-
ter probanda eſt. Hoc ſanè in caſu, recepta magis Doctorũ
5 opinio eſt,locum non eſſe huic†denuntiationi euangelicæ.
Hanc probarunt Bart.in extrauag.ad reprimendum.in ver-
bo,per denuntiationem.nu. 15. Baldus in authen. clericus.
C.de epiſ.& cler.& in auth.ad hæc. nu. 15. de iudicijs. Ab-
bas in conſ.lx.nu.3.in fine,lib.ij.Alex.in conſ.lxxxiij.nu.9.
lib.v.

lib.v.Barba.in cap.nouit.nu.64. de iudicijs.& ibidem Decius.numer.10.Ea ratione prima,fulcitur horum ſententia, quod rei iudicatæ exceptio, ſicque præſumptionis iuris & de iure,eſt à lege ipſa pōtificia approbata.c.cum inter,de re iud.c.vlt.de except.in vj.Non ergo peccat qui ea exceptione tutus poſſidet;& conſequenter denuntiationi euangelicę locus non eſt. Nec hic repugnat conſideratio Felini, in capitul.nouit.cùm ait, exceptionem hanc nil prodeſſe quando de peccato agitur.cap.vlt.de except.in vj. Nam reſponderi facilè poteſt,præter Decium,hic dici non poſſe agi de peccato poſteaquam de eo non conſtat: & lex tutum facit eum,pro quo ſtat præſumptio ipſa iuris & de iure. Secundò firmatur hæc opinio ea ratione, quia ſi hæc res iudicata, atque ita ſi hæc præſumptio eſt à lege pontificia approbata, vt diximus ſupra,eſt etiam in foro conſcientiæ recepta:quia
6 non permitterent canones † cum peccato aliquem poſſidere.capitul.de viduis.xxvij. quæſtio.j.Nec huic argumentationi obſtat reſponſio Felin.in d.cap.nouit.de iud. cum illi replicet Decius. Non etiam obſtat reſponſio ipſius Decij,
7 cùm dixit,in foro conſcientiæ ſolam veritatem † ſpectari,vt ait Inno.in c.quia pleriq;,de immuni.eccleſ.quem alij multi ſecuti ſunt, vt in ſubſequenti quæſtione referam. Non inquam obſtat hæc conſideratio, quandoquidem id procedit, quando ex parte eius pro quo ſtat præſumptio, cognita eſt veritas:atque ita qñ eius conſcientia eſt læſa, ſed noſtro in caſu,hoc non contingit:cum præſupponamus pro conſtanti,hunc credere ſe iure obtinuiſſe;& iure ſe fulcitum ea pręſumptione iuris & de iure.Et infra in ſubſequenti quæſtione fuſius explicabimus.Tertiò accedit,quod ita videmus in præſcriptione, vbi bona fide iam præſcripta, rectè & ſalua conſcientia retinemus,etſi poſtmodum ſuperuenit mala fides.Ita Inn.in c.cura,de iure patro. Baldus in auth. ad hæc. nu.8.C.de vſuris.& ſcripſi libr. j. de arbitrarijs iudicum.q.
8 xlix.nu.6.Ita pariter dicendum eſt in foro † conſcientiæ retineri poſſe;quæ per rem iudicatam data fuerunt:atq; ita ea, quæ præſumptione hac iuris & de iure conceſſa ſunt. Nec hic repugnat conſideratio Decij in d.cap.nouit. cùm dixit, hoc argumentū à ſimili non procedere hoc in caſu, vbi adeſt non leuis differentia, inter præſcriptionem & rem iudicatam.Nam præſcriptio ( inquit Decius ) eſt iuſtus modus acquirendi dominium. l.j.ff.de vſuca. Ea propter, præſcriptione perfecta,retineri res poteſt, ſalua conſcientia:ſed nō ita(ait Decius)eſt in re iudicata,quæ ordinata nō eſt ad acquiſitionē,ſed ad iuſtitiam;quæ tribuit vnicuique quod ſuū eſt:& licet res iudicata exceptionem pariat,id contingit ob præſumptionem,quæ inſurgit,quod veritas ita ſe habeat:& non quod titulus ſit ad acquiſitionem inuentus. Non inquam repugnat hæc conſideratio,quandoquidem non differt in hoc præſcriptio à re iudicata. Nam præſcriptio præſupponit titulum,ſine quo alioqui non currit.Ita etiam ſententia fertur de re,quæ titulum antecedentem habet;& declarat illum eſſe dominum. Quocircà præſumptio iuris & de iure,quæ ſtat pro aliquo, habet fundamentum aliquod, cui is innititur.

Contrariam itaque opinionem,quod ſcilicet locus ſit denuntiationi euangelicæ,iſto in caſu, malè defendunt Abbas & Felinus in d.c.nouit.de iud. Et cum eis ſenſit Alciatus in tract.de præſumptionibus in præludijs parte ſecunda.num. 8.verſ.benè credo.Primò moti ſunt ex capitul. 2.de purgat.
9 vulg.quo loci ait Inno.quod à re iudicata † recedimus,cum de rei veritate in contrarium apparet. Cæterùm in rectè ſatisfacit Decius.dict.capit.ij.procedere ob vim notorij:nos autem loquimur cùm probationes faciendæ ſunt teſtibus; vel alio ſimili modo.Secundò vſi ſunt eo argumento, quod
10 ſicuti quando victor fatetur iniquitatem ſententiæ, † locus retractationi,atque ita denuntiationi, vt ſupra dictum fuit: Ergo idem hoc in caſu, ſi de veritate apparet alia via. Verùm rectè reſpondet Decius in dict.capitu.nouit.argumentum procedere in confeſſione, quæ multa habet ſpecialia, alijs probationibus nō conceſſa.capitu.cum Ioannes, de fide inſtr.& c.j.de confeſſ.in vj.& ſcribunt omnes in rubr.extra.de probat.Quorcirca diximus ſupra in primo caſu huius quæſtionis eſſe quodāmodo ſpeciale in confeſſione, vt illa admittatur contra præſumptionem iuris & de iure: atq; ita loquitur Inno.in d.c.quia plerique de immunit.eccleſ.

Concludit tamen Decius,opinionem Abbatis veriorem eſſe,vbi peccato ſufficienter conſtet.Duo viſus eſt conſiderare Decius.Primum quod,vbi de peccato conſtat,locus eſt huic denuntiationi, etiam contra rem iudicatam: atque ita contra præſumptionem iuris & de iure. Et hoc in caſu vera eſt opinio Abbatis:nec aliter dici poteſt: cum denuntiatio ipſa euangelica,ob peccati cauſam inuenta ſit:Quæ ſanè ratio militat etiam aduerſus eum, qui per rem iudicatam aliquid obtinet.Secundum eſt,quibus probationibns detegi poſſit hoc peccatum:Et ait Decius,probationibus ſufficiētibus quales ante hę ſint,non eſt à lege determinatum,& ob id(ait Decius)iudicis arbitrio relinquitur:quemadmodū &
11 † probationes omnes iudicis arbitrio commiſſæ ſunt, vt ſcripſi lib.ij. de arbitrarijs iudicum. &c. caſu xc. Hac in re forte dici poteſt,iudicem ipſum eccleſiaſticum,ad quē pertinet concedere hanc euangelicam denuntiationem, ex ſe ipſo ſumere poſſe informationes & cognoſcere, an is, pro quo ſtat præſumptio iuris & de iure, iniquè poſſideat:atque ita ſi cognoſcet iniquè illum poſſidere,denuntiationem hāc concedat:ſicuti in ſimili ſcribit Baldus in l.ampliorem. §. j. C.de appell.cùm ait,iudicem poſſe abſentis nomine exami-
12 nare † teſtes,& probationes recipere,atque ita iuſtitiam adminiſtrare.Qua de re ſcribunt Alex.& alij in l.iiij.§.hoc autem iudicium.ff.de damno infecto.& ibidem Ripa.n.74. & Iaſon in l.vbi pactum.nu.14.C.de tranſact.

## QVAESTIO LXXX.

Præſumptio, quando & quomodo in foro conſcientiiæ obſeruari debeat, copioſa & diligens diſputatio.

### *SVMMARIVM.*

1 *Legem ſuper præſumptione diſponentem,quando quis in foro conſcientiæ non teneatur obſeruare.*
2 *Facere nemo debet,quod alteri peccati cauſa ſit.*
3 *Iudicatum iniuſte accipiens peccat.*
4 *Hæres inſtitutus in teſtamento minus ſolemni,in foro conſcientiæ non tenetur reſtituere hæreditatem,venientibus ab inteſtato.*
5 *Conditio adiecta hæredi inſtituto,ſi deceſſerit ſine liberis,an per religionis ingreſſum reijciatur.*
6 *Prodere ſe ipſum nemo tenetur.*
7 *Condemnatus per ſententiam,quo caſu parere teneatur, etſi verè ſciat veritatem pro ſe exiſtere.*
8 *Lex poſitiua condita ab habente poteſtatem legis condendæ, obligat in foro conſcientiæ.*
9 *Sententia iudicis auctoritate diuina munitur.*
10 *Decipi homines ſub iuſto legis clypeo,nec quidquam debent.*
11 *Actus omnis tribus adhibitis conficitur.*
12 *Teſtamentum in veritate conditum non ſufficit, niſi ſolemniter id factum appareat.*
13 *Legata in teſtamento minus ſolēni relicta,deberi,erroneū demōſtratur.*
14 *Solemnitas iuris ciuilis,cur in teſtamentis adhibeatur.*
15 *Forum conſcientiæ,ſolum attendit veritatem.*
16 *Lex habens fundamentum præſumptionis in iudicio animæ, quando ſibi locum non vendicet.*
17 *Obligatio naturalis oritur ex teſtamento minus ſolemni.*
18 *Debitum naturaliter,in foro conſcientiæ præſtari debet.*
19 *Oligatio naturalis duplex eſt.*
20 *Donatarius erga donantem naturaliter obligatur.*
21 *Obligatio naturalis,ex honeſtate profecta,quem habeat effectum.*
22 *Pontifici poteſtas nulla eſt aduerſus leges ciuiles, niſi cum iniquæ ſunt & iniuſtæ.*
23 *Pontifex non abrogans leges ciuiles clare & abſolutè,cenſetur eas approbaſſe,maximè quoad loca Cæſari ſubiecta.*
24 *Cardinalem accuſatum damnari poſſe,quot requirantur teſtes.*
25 *Electio iuri naturæ conſona,tenet etiam ſine iuris ſolemnitatibus.*
26 *Iure ciuili aliquid ſtatuente contra ius naturale, ſtandum potius iuri naturali.*
27 *Legem poſitiuam non poſſe infirmare ius naturale,quomodo accipiendum.*
28 *Teſtamentum nullum de iure ciuili,ob ſolemnitates non obſeruatas,non etiam obſeruari in foro animæ.*
29 *Faciens contra conſcientiam ædificat ad gehennam.*

*30 Volun*



30 *Voluntas non ſolemnis non eſt voluntas,lege nimirum eā annullante.*
31 *Poſſidens titulo minus ſolemnis voluntatis,tenetur reſtituere hæredibus legitimis,in foro conſcientiæ,modo ad id conueniatur.*
32 *Obligatio naturalis ex æquitate orta,quando demū effectum ſortiatur.*
33 *Hæredem in teſtamento minus ſolemni ſcriptū,tutum eſſe in foro ſciētiæ ſi hæreditatem poſſideat & retineat,falſum eſſe conuincitur.*
34 *Rem legatam furto ſubtrahi poſſe ab eo, qui ex teſtam. minus ſolemni conſequi non poteſt.erroneum demonſtratur.*
35 *Furto rem ſuam conſequi poſſe, quando liceat.*
36 *Denuntiatione Euangelica vti poſſe legatarium aduerſus hæredes, cui in teſtamento minus ſolemni quidquam relictum ſit,falſum demonſtratur.*
37 *Mulierem vel minorem qui contraxerunt abſque ſolennitatibus requiſitis à ſtatuto,teneri in conſcientiæ foro,falſum eſt.*
38 *Matrem per expreſſam ſubſtitutionem pupillarem excludi à legitima bonorum filij,in foro etiam conſcientiæ obtineri poſſe.*

QVAERO Octuageſimò, an præſumptio iuris vel etiam iuris & de iure ſeruanda ſit in foro con-
1 ſcientiæ?Hac in re duos caſus ita diſtinguo.

Primus eſt, quando is † contra quem eſt præſumptio iuris, vel etiam iuris & de iure, vere ſcit veritatem eſſe pro ſe, & in iudicio non conuenitur, vel contra alium non agit,ſed tantum apud ſe rem ipſam retinet. Hoc in caſu,non tenetur iſte obſeruare legem,ſuper illa præſumptione diſponentem. Ita verè ſcriptum reliquit Inno. in capitul.quia plerique.nu. 3.de immunita.eccleſ.cuius verba de induſtria nolui adſcribere.Idem eſt etiā in eo, qui condemnatus eſt iniuſtè,quamuis enim,ſi conuenіatur,vel alias executioni mandetur ſententia, parere debet:non tamen iniuſtè condemnatus tenetur dare ſpontè.Hæc Innoc.qui & ra-
2 tionem ſubiungit,quia nunquam quis facere † debet, quod alteri eſſet cauſa peccati,peccat autem ſemper is,qui iniuſtè
3 † iudicatum accipit:& præſertim ſi victor fatetur, ſe iniuſtè obtinuiſſe.capitul.negligere. ij. quæſt.vij. Eſt itaque ex his clarum, Innocentij ſententiam eſſe, eum qui veritatem rei habet pro ſe,quamquam ei aduerſetur præſumptio iuris & de iure,non teneri in foro conſcientiæ, ſua ſponte dare vel reſtituere rem illam victori;ſi tamen hic condemnatus præcepto executioneque iudicis compellitur dare,obedire tenetur. Cum Innocentio ſenſit ibidem Abbas numero 5.& idem Abbas in capitul. is, qui fidem.numero 4. de ſponſal. poſt Ioan.Andreæ ibidem:Cùm dicunt,præſumptionem illius canonis capitu.is,qui fidem.non habere locum in foro conſcientiæ,quando ſcilicet ſponſus aſſeruit, ſe cognouiſſe carnaliter ſponſam,non affectu maritali,ſed fornicario,qua de re dicemus infra lib.iij.præſumt.prima.Extat ſimile exēplum ex eodem Inno.in dicto capitul.quia plerique.numero 2.in fine.ſi quis fatetur recepiſſe pecuniarum ſummam, ſub ſpe futuræ numerationis, & deinde nil ei numeretur; & ſi lapſo iam bienniuo præſumptio iuris & de iure, ſtet contra eum:attamen ex quo ſcit,nil verè ſibi fuiſſe numeratum, non tenetur illi creditori aliquid reſtituere. Hanc Innocentij traditionem,intelligo ſicuti & præcedentem, quod ſcilicet debitor iſte non teneatur ſua ipſa ſponte ſoluere,quod ſi à iudice eſſet coactus, parere teneretur, etiam in foro conſcientiæ. Ita ſanè ille ſenſit, cum paulò poſt referat exemplum ſupra commemoratum.Innocentium ſecuti ſunt Angelus Clauaſius in ſumma in verbo, lex.iiij. Silueſter Prierius in ſumma in verbo,lex.ix.quæſt.numero 13.verſicu. ſecundò,quando. Felinus in capit.ſicut.in fine.de homicid. & Decius in c.j.in prima lectur,col.viij.nume.18. verſi. quarta concluſio.de conſtit.Eſt & ſimile exemplum, ſi quis verè electus ſit ad aliquod munus, etiam ſi obſeruata non fuerit eligendi forma;attamen in foro cōſcientię electus iſte tutus eſt:atq; ita ſua ſponte nō tenetur renuntiare electioni.Quādoquidem illa eligendi forma,non aliam ob cauſam fuit ordinata,quam ob præſumptas fraudes,quæ ſolent committi: cum ergo de ipſa veritate conſtet, reijcienda eſt illa præſumptio.Hæc fuit ſententia Inno.in capit.quia propter.nu. 9.verſi.alij verò.de elect.Abbas.in cap.quod ſicut.n.16, eo. tit.& in cap.j.in fine.de in integ.reſtit.& verè ita ſenſit Abbas.quod ſcilicet ſua ſpōte non teneatur electus renuntiare electioni; etſi Abbatem aliter loquentem recenſeat Iaſon cōſ.lxvij.col.v.lib.iij.Dominicus Soto lib.iiij.de iuſtitia & iure.q.v.ar.iij.col.v.verſi.Verùm tamē.&c.Hanc ipſam opinionem probarunt etiam Decius in cap.j.prima lectura.numer.19.verſic.ex iſta concluſione.de conſtit.Boer. q. j. nu. 71.Alciatus in reſp.ccccij.Grauem.nu.5.ver.quintò adduco.& Silueſter Prierius in ſumma in verbo, Huc etiā pertinet,quod etſi hæres non confecerit inuentariū,& ob id præſumatur occultaſſe bona:attamen ſi re vera nil occultauit,& quantum habuit,ſoluit,non tenetur ſua ipſa ſponte, ſicq; in foro conſcientiæ ſoluere vltrà vires hæreditarias. Hæc traditio,quantum attinet ad legatarios,expedita eſt, vt ſcilicet eis, nullo modo hæres iſte teneatur in foro conſcientiæ legata præſtare.Id qđ admittunt omnes,qui à fortiori de creditoribus(vt mox dicemus) hoc affirmant. Et de legatarijs in ſpecie Aretin.in rubr. ff, de acquiren.hæred.columna ſecunda. & Didacus in capitul. primo,numer.16.ver.verum, iſthæc ratio.de teſta.Quò vero ad creditores recepta magis opinio eſt,hunc hæredem non teneri in foro conſcientiæ eis ſoluere,vltrà vires hæreditatis. Ita ſcripſerunt Io. Andræ in capitul.quamquam.de vſuris in vj.Bart.in rubr. ff. de acqu. hæred.nume.4.& ibidem Alexan.nume.7.Iaſon numer.23. Idem Bart.in l.prima.nu.45.C.de ſacroſ.eccleſ.Baldus in l. filium,quem habentem.col.pen.C.famil.erciſ. Abbas in c. vlt.in fine.de ſepul.vbi Henricus Boic.& in cap.j. de ſolut. idem Abbas in conſi.lxxiij.colum.pen.lib.ij.Anc.in conſi. ccccij.& in conſ.ccccxj.Ruinus in conſ.xx.col.pen.lib. iiij. Gratus in conſ.xcj.nu.41.lib.j.Alciatus in cap.nouit.nu.12. de iud.& in reſp.ccccij.nu.5.verſic. tertiò adduco.Boer.q. liij.nu.4.Decianus in conſ.xlix.nu.60.libr.ij. Phanucius in trac.de inuentario,parte ſeptima.nu.274. qui & alios recēſet.Ea eſt ratio,quod legis diſpoſitio,qua cautum eſt,hæredem teneri etiam vltrà vires hæreditarias,ſi non confecit inuentariū;eſt fundata in ſola præſumptione; cū ergo de veritate apud ipſum hæredem conſtet,non tenetur in foro interiori,ſua ipſa ſponte ſoluere. Et quamquam Aret. Caſtr. & Imola in d.rub.de acqu.hæred.Federicus de Senis in conſi. xxj.& Didacus in d.c.primo.nu.16.verſ.rurſus de teſta. diſſentire videantur:Verùm tamen eorū traditio intelligi poteſt,qñ creditores ij in iudicio & foro exteriori exprimuntur;in quo ſi hæres ille cōdemnatur,parere tenetur etiam in foro cōſcientiæ,ſicuti dicemus infra ſecundo caſu.Huc etiā pertinet,quod etſi quis poſſidet beneficiū,nō leuatis bullis, ſed cum ſimplici ſignatura,præſumatur intruſus:attamen in foro conſcientiæ rectè & iuſtè poſſidet,atque ita ſua ſponte non tenetur renuntiare illud beneficiū. Ita ſcriptū reliquit Gomeſ.in regula cancellariæ.De non iudicando iuxtà formā ſupplicationis.q.xiiij.Confer & illud,quod cum lex ſtatuens bona minorū,eccleſiarū vel mulierū, alienari nō poſſe ſine certa ſolēnitate;fundata ſit in præſumptione,ne.ſ.aliqua fraus cōmittatur,ſi iuſto pčio bona hæc emat aliquis,nō obſeruata ſolēnitate illa, non tenetur ſua ſponte reſtituere, ſed tut⁹ eſt in foro cōſciētiæ,ex quo illo in foro veritas ſpectatur,reiecta iuris præſumptione.Ita affirmarunt.But. in c. q.a pleriq;.n.28.de immunita.eccl.& ibidē Abb.n.31.& idē Abb. in c.1.nu.7.de in integ.reſt.Iaſ.in l.ſi nō fortē.in prin. n.4.de condic.indeb.Dec.in c.j.in j.lect.nu.19.verſi.ex iſta concluſione, de conſtit.Beroius in capitul. quæ in eccleſiarum.nume.43.poſt Decium ibidem, eod. titul.de conſtitu. Rubeus in conſi.clij.nu.3.& Tiraq.in tracta.de legibus cōnubial.in gloſſa.ij.nu.15.Eiuſdem opinionis fuerunt, & ex Theologis Adrianus,quodlibeto ſexto.art.primo.Silueſter Prierius in ſumma in verbo,alienatio.§.xij.& Dom.Sot. libro quarto de iuſtitia & iure.q.v.art.iij.col.iiij.verſi.crediderim ego. Diſſentit tamen in ſpecie Innoc. in d.cap. quia pleriq;.col.ij.verſic.ſed quid dices.Verùm eius traditio intelligi poteſt,cùm is emptor ſciens emit à minore.atque ita cum aliquam admiſit fraudem. Huc etiam pertinet, quod
4 dicimus,hæredem † inſtitutum in teſtamento minus ſolemni,in foro conſcientiæ non teneri ſua ipſa ſponte reſtituere hæreditatem venientibus ab inteſtato,ſi ſcit talem fuiſſe teſtatoris volūtatem; quando quidem lex, quæ ſolennitatem hanc in teſtamentis introduxit,fundata eſt in præſumptione:ne ſcilicet fraudes committantur.Hanc ſententiam probarunt Baldus in l.j.colum.ij.& ibidem Iaſ. nu. 7. C. de teſta.Idē Iaſon in l.nemo poteſt,in prima lect. n. 71. & ibidē Ripa.nu.97.& n.99.qui communem eſſe aſſeruit, de leg. j.

Tiraq.

Tiraq.de legib.cōnub.in gloſſ.ij.num. 21. Alcia.in l. quin-
que pedum. numero 54. C.finium regund. Silueſter Prie-
rius in ſumma in verbo,teſtamentum.il j.§.v.& Dom.Soto
d.q.iij.col.iiij. ver. crediderim ergo. alios quamplures re-
cenſet,& probat Marcus Solon de Pace,Hiſpanus iuriſcon.
eruditiſſ. in commentarijs ad leges Taurinas Hiſpaniarum
in quinta parte legis tertiæ.numer. 1480. Verum diſſentire
videtur Didacus in d.cap.cum eſſes.nu.10.verſicu. ſecundò
infertur.de teſta.& in cap.peccatum.parte ſecunda.§. iij. ad
finē.de reg.iur.in vj.Sed forte Didacus intelligit,cum hęres
iſte inſtitutus,fuit ad reſtitutionem requiſitus à venientib.
ab inteſtato.Qua de re dicemus ſubſequenti in caſu.

Huc etiam facit quod reſpondit Alcia. reſpon. ccccciij.
num.5.& in reſpon.dcxxxiij.ſecundum primam impreſſio-
nem Lugdunenſem,quod diſpoſitio. §. ſed & hoc præſenti.
in auth.niſi rogati.C.ad Trebell.qua quidem cōſtitutū eſt,
5 †conditionem adiectam hæredi inſtituto, ſi deceſſerit ſine
liberis, reijci, ſi hæres religionem ingrediatur : Reſpondit
ſanè Alciatus,non habere locum hanc diſpoſitionem in fo-
ro conſcientiæ,cum fundata ſit in ſola præſumptione legis,
contra voluntatem teſtatoris.Verùm hac de re aliqua diſſe-
mus infra lib.iiij.præſump.lviij.dum explicabimus d.§. ſed
& hoc præſenti.Exiſtimo enim Alciatum minus rectè re-
ſpondiſſe.

6 Huius caſus ratio ea eſt, quod † nemo tenetur ſe ipſum
prodere:ſicuti dicimus in hæretico occulto, qui etſi bona
ſua ob hæreſim ſtatim amiſerit,non tamen tenetur ſua ſpon-
te illa deferre fiſco; vt ſcribunt innumeri propè,tam ſacræ
Theologię,quā iuris Pontificij,& Cęſarei interpretes,quos
recenſent Alphonſus de Caſtro lib.ij.de poteſtate legis pę-
nalis.c.vj.& Simancas libro Catholicarum inſtitutio.tit.ix.
nu.249. qui quidem Simancas ibi à nu.157. vſque ad d.nu.
249.diligentiſſime,& validiſſime hanc ſententiam aduerſus
Alphonſum ipſum de Caſtro à cęteris diſſentientem tuetur,
& defendit.

Secundus eſt huius diſputationis caſus, quando ille, ad-
uerſus quē eſt præſumptio iſta iuris,vel iuris & de iure, verè
7 ſcit†veritatem eſſe pro ſe,& in iudicio vel agit,vel conueni-
tur,vt rem illam conſequatur,vel reſtituat.Hoc ſanè in caſu,
ſi iſte condemnatur,parere tenetur ſentēti,nec poteſt recu-
ſare vel rei reſtitutionē,vel à iudicio deſiſtere ſub prætextu
quod veritas ſit in contrarium. Exempli gratia, teſtator le-
gauit in teſtamento minus ſolenni:ſciunt hæredes & lega-
tarius eā verè fuiſſe teſtatoris mentem,& voluntatē,& lega-
tarius in iudicium cōuenit hæredem, vt legatum præſtet; ſi
liberatur hæres à præſtatiōe legati,quippè quod relictū fue-
rit in teſtamento minus ſolenni; hoc ſanè caſu, non poterit
is legatarius contendere,ſibi in foro conſcientiæ deberi le-
gatum ob id, quod veritas ſit pro ſe. Ex quo enim de cauſa
agitur in foro exteriori,ſeruari debet iudicatum. ob id non
poterit hic legatarius aſſequi rem legatam,per denuntiatio-
nem euangelicā,vt ſcribunt Bal.in l.cum quis.col.v.nu. 14.
C.de iuris,& facti igno.& Didacus in c.cum eſſes.cap.vj. &
nu.10.ver.viij.conſtat.de teſta.Dom.Soto.de iuſtitia & iu-
re lib.iiij.q.v.art.iij.col.ij.verſ.Eodē mō & Marcus Solon.
Hiſp.in præcitatis cōmentarijs ad leges Taurinas, in quarta
parte legis tertiæ.n.1474.& apertius.n.1493.aduerſus opi-
nionē Abbatis,Iaſonis,Ripæ & Alciati, q aliter ſcripſerūt.

Poteſt etiam adferri aliud exēplum in extraneo hærede,
ſcripto in teſtamēto minus ſolenni,cū venientes ab inteſta-
to verè ſciunt eā fuiſſe voluntatē illius teſtatoris;ſi tñ illi ve-
niētes ab inteſtato in iudicium conuenti, abſoluti ſint, non
poterit ille hæres ſcriptus in foro cōſcientiæ petere ſibi de-
beri hæreditatem,ob id, quod illi ſucceſſores ab inteſtato;
ſciant eā fuiſſe teſtatoris voluntatē.Ita affirmarunt Didacus
in d.c.cum eſſes.nu.6.& apertius Dom.Soto. de iuſt.& iure
lib.iiij.q.v.art.iij.col.ij.verſi.exponitur concluſio, & alios
quamplures recenſet Marcus Solon Hiſp.in pręcitatis com-
mentarijs ad leges Taurinas,in v.part.legis tertiæ.nu.1458.
vbi nu.1460.& ipſe hanc ſententiam probat.& nu.1493.

Quæ ſane vera ſententia,ea ratione prima fulcitur,qd lex
8 †poſitiua condita ab habēte poteſtatē legis cōdendæ, obli-
gat in foro conſcientiæ, atq; ita in eo foro obſeruari debet.
c.quo iure.viij.diſt.diuus Paulus ad Roma.c.xiij. Salomon
Prouerb.ca.8. & diuus Thomas.j.ij.q.xcvj.art.iiij.latiſſime
Dom.Soto.lib.j.de iuſtitia,& iure.q.vj.ar.iiij.& ex noſtris
ſcripſerunt gl.in c.quæ in eccleſiarum.de conſtit.Abbas &
Feli.in c.j.eo.tit.de conſt.& ibidem Decius nu. 8. & Iaſon
in l.nemo poteſt.in ſecunda lect.nu.106.de leg.j.& Alciatus
in l.quinq; pedum.nu.51. C. finium regund.& Marcus So-
lon præcitato in loco.numero 1427.qui latiſſime compro-
bat.Cum ergo ſecūdum legem poſitiuā ſicq; Cæſaream,vel
pontificiam nō debeatur hoc legatum vel hæreditas, ex eo
minus ſolenni teſtamento,ſequitur dicendū,nec legatū,nec
hæreditatē deberi legatario, & hæredi ſcripto, præſertim ſi
aduerſus eos iā lata fuit ſententia à iudice. Et in ſpecie, hac
ratione vſus eſt Didacus in d. c. cum eſſes.nu.6.de teſta. Id
quod ſecundum eum comprobatur alia ratione,quod iudi-
9 cis†ſententia auctoritate diuina munita eſt. ſicuti ex Salo-
mo.d.c.viij.prouerb.& ex diuo Paulo ad Rom. c. xiij. legi-
tur.& confert c. ij.de maio.& obed.& in c.omnis anima.de
cenſib.Eſt igitur illi ſententiæ obediendū.Et ſi iudex ſecu-
tus legis poſitiuæ auctoritatem,rem illam legatario non de-
beri,vel extraneo hæredi inſtituto non eſſe præſtādam,reli-
ctam hæreditatem,iudicauit; tutus etiam eſſe debet is, pro
quo fuit pronuntiatum:alioqui ſequeretur,homines decipi
10 †ſub iuſto legis clypeo,contra tex.l.vlt.C. de ijs, qui ven.
æta.impetr.& leges ipſæ poſitiuæ eſſent incertæ quo ad ani-
11 marum tutelam.Accedit tertiò,quod omnis actus † confi-
citur tribus adhibitis.ca.cum ſuper.de off.deleg. Baldus in
l.cum teſtamentum.C.de iuris,& facti igno.Afflictus in de-
ciſ.cccv.nume.7.& Soci.Iunior in conſi.lxxij.nu.12.libr.j.
& in conſ.clxxxiij.numer.8.libr.ij. Cum ergo tria hæc non
concurrunt, actus non conſequitur nomen ipſius actus, &
perinde eſt,ac ſi nil actum fuerit, vt probat.l. hac conſultiſ-
ſima.C.de teſtam.facc.poſſ.& §.ex eo. in inſtit. quib. mod.
teſta.infir.Non enim ſufficit veritas ſine ſolennitate.l. ſi ve-
ritas.C.de fideicom.Quemadmodum ergo,ſi nullum teſta-
mentum fuiſſet confectum,is legatarius, vel ille hæres ex-
traneus nil penitus conſequerentur, etiam inſpecto foro
conſcientiæ:ita pariter nil conſequi poſſunt,quando confe-
ctum teſtamentū declaratur nullum.Hanc rationem perpē-
dit & Didacus, etſi paulo aliter præcitato in loco, hoc eſt
in d.cap.cum eſſes.nu.7.verſi.tertiò his accedit. Et eandem
conſiderauit Soto in d.art.iij.col.iij.& iiij.qui quidem pau-
lo vberius,& obſcurius loquitur:Vnam enim hanc rationē
in plures partitur. Et horum argumentatio comprobatur
traditione Baldi in l.alia.colum.ij.verſi.ſed pone. C. de ijs,
quibus vt indig.cùm dixit,non ſufficere,quod teſtamentum
12 †in veritate ſit conditum, niſi etiam ſolenniter conditum
ſit.& Baldum ſecuti ſunt Felinus in c.cum venerabilis. col.
viij.verſic. vij.concluſ.de except.& ibidem Decius colum.
xvj.verſi.ſeptima concluſio.& Afflictus deciſio.xxv.in fi.Et
reſpondit Corneus conſi. xviij. columna ij. libro ſecundo,
quod ille, qui fatetur codicillos fuiſse confectos, ſibi non
præiudicat,ſi carent ſolēnitate à lege requiſita. Quartò ſuf-
fragatur ratio perpenſa à Dom.Soto.dicto libro quarto de
iuſtitia,& iure.q.v,artic.iij.col.pen.verſi.ſexto denique.&c.
quòd niſi hæ leges in conſcientia obligarent,non ſatis eſset
prouiſum illi fini,ob quem fuerunt inſtitutæ. Prouidit lex,
ne quis ſua bona vel alienet,vel relinquat ſine aliqua ſolen-
nitate.Si ergo in foro conſcientiæ, diſpoſitio minus ſolen-
nis & aduerſus leges eſset obſeruanda,ſequeretur fruſtrà ita
à lege cautum fuiſse.Quod dicendum nullo modo eſt.

13 His conſtat erraſse eos, qui ſcripſerunt, legata relicta in
minus ſolenni teſtamento, omnino deberi. Vel hæredita-
tem deberi inſtituto hæredi in teſtamento non ſolenni.
Qua quidem in opinione fuerunt Inn.in cap.quod ſicut. de
elect.Abbas in ca.in fine.de in integr.reſt.in cap.cum eſses.
nu.10.& 15.de teſtam.& in cap.quia plerique. colum. pen.
de immunit.eccleſ.Barto.in Tract.minorita.capit.iij.Iaſon
in l.ſi non ſortem.in prin.ff. de cond.indeb. Brunus in Tra-
ctat.de forma.tit.de potentia, & effectu formæ, pag. lvij. &
pag.lx.ſenſit Alciatus in l.quinque pedum.nu.54.C.finium
regund.in reſp.ccccciij.Grauem.nume.5.verſi.quartò addu-
co.& Tiraq.in Tract.de legib.connubial.in gl.ij.nu.21.Er-
rarunt etiā ex Theologis Hadrianus in quodlibeto.iiij. cō-
cluſ.ſecunda,illatio.ſecunda.Florētinus,quē refert,& ſequi-
tur Sylueſter Prierius in ſua ſumma,in verbo,hæreditas.iij.
§.vij.& in verbo,teſtamentum.ſecunda.quęſt.5.& in verbo,
alie-



alienatio.§.xiij.Fumeus in ſumma Armilla,in verbo, hære-
ditas.nu.14.& Ioan.Medina in Tract.de reſtitutio. q. xxiij.
col.vlt.& alios refert Marcus Solon in præcitatis commen-
tarijs ad leges Taurinas,in quarta parte legis tertiæ. numer.
1457.Horum opinio munita videbatur his argumentis.

14 Primò,quod ſolemnitas†iuris ciuilis ideò in teſtamentis
requiritur,vt euitentur fraudes,quæ in eis cōmitti ſolebant.
l.vlt.C.fideicom.& §.j. inſt.de teſta. Atqui ſi de teſtatoris
voluntate conſtat,abſq; aliqua ſuſpicione fraudis,ceſſat hęc
ratio:Ergo & iuris ciuilis deciſio.c.cum ceſſante.de appell.
cum vulgatis ſimilibus.Verùm reſpōdetur ex ſententia Di-
daci in d.c.cum eſſes.nume.9.de teſta.& prius Dom. Soto.
in d.lib.iiij.de iuſtitia,& iure.q.v.art.iij.col.iij. verſ. exēpla
ſunt.&c.non ſufficere,qd ratio legis ceſſet in actu particula-
ri.ad hoc vt ceſſet ipſa lex, quæ data non eſt ad aliquem finē
ſingularem:cum eius ratio continua ſit,& nō momentanea.
Eſt enim neceſſe ceſſare legē in cōmuni, & non vniuerſali-
ter.c.& ſi Chriſtus.de iureiu.& Clem. ad noſtram. de hære-
ticis.& ſcribunt Fortunius Garzia in Tract.de vlt.fi.illatio.
xv.& xvj.& Io.à Medina in tract.de contractibus.Et his ac-
cedit quod docuit Aret.in l.ij.col.v. ver. tu autē aduerte. ff.
de vul.& & pup.ſubſt.quē ſequitur Tiraq.in trac.Quod ceſ-
ſante cauſa,ceſſet effectus,par.j.n.137.& par.ij.limita.xxxij.
cum dixit,quod etſi ceſſat ratio formæ,non tñ debet ceſſare
ipſius formæ obſeruatio. Cū itaq; noſtro in caſu non ceſſet
vniuerſaliter ratio,nō etiā ceſſat legis virtus,& diſpō. Secū-
dò adfertur hoc argumentū,qd lex ciuilis habet fundamen-
tum à pæſumptione falſitatis.d.l.vlt. C. de fideicom. Atqui
15 in foro conſcientiæ,†ſola veritas attenditur;& ideò lex fun-
data in ſola præſumptione reijcitur.c.tua nos.& c.is, qui fi-
dem.de ſpōſal. multis ſupra fuit cōprobatū. Ergo prædicta
lex ciuilis non erit in foro animæ obſeruanda. Cæterùm re-
ſpondetur ex ſententia Didaci in d.c.cum eſſes.nu.9.verſic.
16 ſecunda ratio.&c.quod†lex habens fundamentū à præſum-
ptione,in animæ iudicio locū ſibi non vendicat tunc, quā-
do lex illa præſumit propter defectū probationis legitimę.
Nam cum tunc detur certitudo legitima ipſius actus, ceſsat
legis ciuilis diſpoſitio.ita loquitur tex.d.c.is, qui fidem. de
ſpōſal.ſicuti declarat ipſe Didacus præcitato loco,& in epi-
tome de ſponſa.c.iiij.§.j.nu.5.& 6.Diuerſum eſt quādo lex
præſumit fraudē ex defectu ſolemnitatis;quia etiam ſi tunc
conſtet de ipſa veritate : attamen actus ille minus ſolemnis
non debet obſeruari,etiam in foro animæ:Cum lex ipſa po-
ſitiua habeat actum illum pro nō confecto;ſicuti iam decla-
rauimus ſuprà.Et comprobatur eo exemplo, cùm dicimus,
quod etſi lex ſtatuit,obſeruari debere certas ſolennitates in
alienationibus bonorum eccleſiæ,vel pupillorum & mino-
rum;& id quidem ob ſuſpicionem deceptionis,& doli,atta-
men etiam ſi conſtat nullum dolum,nullamq; deceptionem
interceſſiſſe,non tamen alienatio facta ſolennitate non ſer-
uata,in foro conſcientiæ valida erit.cap.ij. de reb.eccl. non
aliena.in vj.& in ſpecie Bar.& reliqui in l.cum ij.§.eam trā-
ſactionem.ff.de tranſ.& Felin.in c.cauſam.nume.6.de iudi-
cijs.& alios retulimus ſupra.

Tertiò adducitur hæc ratio, quod ex teſtamento minus
17 ſolenni,oritur†naturalis obligatio.l.in teſtamento.ff.de fi-
deicom.liber.l.fideicomm.C.de condict.indeb. & l.vlt.vbi
Baldus.C.ad l. Falcid. & hanc eſſe communem ſententiam
teſtatur Iaſon in l. cum quis. numero 13. C. de iuris & facti
18 igno. Atqui,qd naturaliter†debetur, in foro animæ omni-
nò præſtari debet:vt tradunt Bar.in extrauagan.ad reprimē-
dum,in verbo,denuntiationem.nu.7.Abbas in ca.quia ple-
rique.col.penulti.de immunita.eccle.Ancha.in cap. poſſeſ-
ſor. quæſtio. j. de reg.iuris in vj. Ergo. &c. Verùm reſpon-
detur, vt ſatisfacit Didacus in d. capit. cum eſſes. numero
19 nono.verſ.tertium,quod.&c.obligationem†naturalem eſ-
ſe duplicem.Vna eſt,quæ ex legis vinculo oritur, vt ait Bal-
dus in l.j.nu.55.C.de ſacroſ.eccleſ.Hæc nullo modo oritur
ex teſtamento minus ſolenni.Ita tradunt Baldus in d. l. cum
quis numero 14.C.de iuris & facti igno. Cin. & Fulgoſius,
quos ſequitur Iaſ.in l.j.nu.16.ff.de condict. indeb. Idem in
l.ſi veritas.C.de fideicomm.& Petrus Loriotus,de iuris ar-
te. tract.xj. capitu.xxij. His accedit Ripa in l.nemo poteſt.
numero 102.de leg.j.qui de hæreditate loquitur; quæ qui-
dem hac in parte à legato nil differt;vt infra dicemus. Altera
eſt obligatio naturalis, quæ oritur ex honeſtate, & debito
morali,vt declarat Bald.in d.l.j.nu.55.C.de ſacroſ.eccl.Eſt
20 exemplum in donatario,†qui erga donantem tenetur obli-
gatione quadam naturali,vt ſi vnquā dabitur occaſio, repē-
dat acceptum beneficiū.l.ſed & ſi lege.§.conſuluit.ff.de pet.
hæred.vbi hæc ſanè obligatio à ratione, & honeſtate natu-
rali,verè prouenit,ſicuti doctè ſcripſit Fortunius Garzia in
l.j.§.ius naturale.illatio.x.ff. de iuſt. & iure.& idē ſenſit di-
21 uus Thomas.ij.ij.q.cvj.art.iiij.v.& vj. Hæc naturalis†obli-
gatio,ex honeſtate profecta hunc ſolū parit effectū,vt repe-
titionem ſoluti impediat:Exceptionem verò, vel retentio-
nē non operatur,quemadmodū operatur illa vera naturalis
obligatio prouemens à legis vinculo.Ita docuit Fortunius
præcitato in loco.Quòcirca inſtitutus hæres in teſtamento
minus ſolenni,vel legatarius,cui ſimili in teſtamento factū
fuit legatū,retinere vel hæreditatē vel legatum poſſunt,ſi ab
hærede ab inteſtato venienti requiſiti ſunt, vt reſtituant : &
multò minus ſcriptus ille hæres,vel ille legatarius,actionem
habent aduerſus hæredem ab inteſtato venientem.

Quartò vrgere videtur tex.c.cùm eſſes.de teſta. quo loci
Alex.iij.interrogatus de conſuetudine Hoſtienſi, quæ nul-
lū admittebat teſtamentū, niſi in eo adſcripti fuiſſent ſeptē
teſtes, vel ſaltem quinq; ſecundū legis ciuilis diſpoſitionē.
Reſpondit leges illas repugnare legi diuinæ,& ſanctorū pa-
trū inſtitutis;à quib.dictū ſancitumq; eſt,in ore duorum vel
trium ſtare omne verbū.Et propterea huic iuri naturali ſtā-
dum eſſe,reiectis illis iuris ciuilis legib.Ecce ergo ab Alex.
Pontifice fuiſse ſancitum, ius ipſum naturale eſse ſpectan-
dum,rigore iuris ciuilis reiecto. Quod intelligendum eſt in
foro animæ:cum & ipſe Alex.de eo(vt mox ſubijciam )lo-
qui credatur.Cæterum reſponderi poteſt declarando prius
illius canonis ſenſum,& intellectum:quem quidem eſse in-
telligit glo.ibi & in c.j.ij.q.iiij.vt loquatur de his teſtamen-
tis,quæ pietatis cauſa fiūt. Quæ tamen interpretatio reijci-
tur à cæteris;quippe quod teſtamēta ad pias cauſas, aliā ha-
bent formā præſtitutam à c.relatū.il.j.eo.ti. de teſt. Secunda
eſt interpretatio,vt Alex.id ſtatuerit, ſolummodò quò ad ea
loca,quæ ſub ſua ſunt ditione, & imperio. Illud enim Ale-
xandri reſcriptū datum fuit Hoſt.epiſcopo, ob conſuetudi-
nē,quæ vigebat ea in vrbe Pont.Max.ſubiecta; Potuit ergo
Pontifex ita in ſuos ſtatuere.Non autem ex toto abrogauit
22 Pōt.leges ciuiles,cum†nulla ſit eius poteſtas aduerſus eas,
niſi cū iniquæ iniuſtæq; ſunt,c.duo ſunt.& c.cum ad verum.
23 xcvj.diſt.Imò ex quo eas non abrogauit†clare & abſolutè,
quò ad omnes, cenſetur approbaſse quo ad alia loca etiam
præſertim Cæſari ſubiecta.c.ſi clericus laicum.vbi Abb. de
foro cōpe.& tradit Curt.in tract.de conſuet.nu.237.Quod
verò ait Alex.eſse alienū à lege diuina, quod non valeat te-
ſtamentū conditum ſine numero quinq; vel ſeptem teſtium;
Ego intelligo eſse alienū, non quod omninò aduerſetur,ſed
eſse remotū,hoc eſt eſse vltrà ius diuinū, id quod ita expli-
co.Lex diuina dixit,quod in ore duorum, vel triū ſtat omne
verbum.Non negat diuina hæc lex, quin veritas multò ma-
gis ſit in ore quatuor,quinq;,ſex & ſeptem,quā in ore duorū
vel trium.Illud quidem negat, veritatem eſse in ore vnius
tantum.Et hoc illud eſt,quod dicere voluit text. c. quod in
vniuerſis,de teſtib.dicens, Quòd licet quædam ſint cauſæ,
quæ plures quàm duos teſtes exigant,nulla tamen eſt cauſa,
quæ vnius teſtimonio terminetur.Teſtimonium ergo vnius
non ſufficit;Duorum verò regulariter ſufficit, & hoc quidē
ſecundum legem ipſam diuinā,quæ ſynceritatē hominū ad-
eſse præſupponit,At vbi fraudis & malitiæ ſuſpicio eſse po-
teſt,non prohibet lex diuina, quin legum latores ſancire va-
leāt maiorem teſtium numerum adhiberi oportere, pro rei
& negotij qualitate.Alioqui ſequeretur,malè fuiſse conſti-
tutum à Silueſtro in c.præſul.ij.q.v.ingentem illum nume-
rum ſeptuaginta duorum,vel ſexaginta quatuor, vel viginti
24 ſeptem teſtium,requiri†in damnando accuſato Cardinali.
Id quod conſtitutum eſt ob ſummam Cardinalatus digni-
tatem.Et huius rei triplicē rationē cōſiderauit Diuus Tho-
mas.ij.ij.q.lxx.ar.ij.in fine.Illud etiā ſequeretur, quod ma-
lè ab eodem Alex.eſſet ſancitum,in illo ipſo cap.cum eſſes.
quod in teſtamentis adhibeantur duo teſtes,ac etiam paro-
chus. Nam duo ſufficerent, vel ſi tres, neceſsaria non eſset
qualitas illa,quod ille tertius ſit parochus.Ita cōſiderant in
ſpecie,

ſpecies,Fortunius in trac.de vltimo fine,illatione xv.& Didacus in d.c.cum eſſes.nu.3.Qui quidem ita hanc conſtitutionem Alexandri interpretantur,ſicuti & eam ſic intellexit Dom.Soto lib.4.de iuſtitia & iure.q.v.ar.iij. col.vlti.Non tamen(vt dicam ingenuè quod ſentio pace ſapientiſſimi illius viri,)multum mihi probatur,quod ſcripſit præcitato in loco Didacus.Non reprobare Pontificem illum, iuris ciuilis conſuetudinem ex eo,quod contraria ſit legi diuinæ:Sed quod repugnet conſuetudini eccleſiaſticæ,quæ iuxtà legem diuinam ita ſtatuit,vt teſtamentum confici valeat,tribus teſtibus tantum adhibitis.Nam verius mihi videtur, aſſeruiſſe Alexandrum legem ſeu conſuetudinem illam Hoſtienſium,eſſe alienam à diuina lege:alienam etiam à patrum inſtitutis: ac denique tertio eſſe alienam à conſuetudine generali eccleſiæ;qua permiſſum eſt teſtamenta poſſe confici duobus teſtibus tantũ & parocho adhibitis. Eſt ergo vt dicamus(vt iam admonui)alienã eſſe legem ciuilem à lege diuina,ideſt remotam,& quodãmodo extraneam ac vltra illã. Et id quidẽ inſpecta hominum ſinceritate:quam quidẽ ſinreritatem cum ad fraudem & malitiam verſam viderent Imperatores,iure potuerũt ſtatuere,teſtamento adhibẽdos eſſe quinq; vel ſeptem teſtes.Nec has Imperatorum leges abrogauit Alexander,ſua hac cõſtitutione,qua ſuis tantum prouidere voluit.

Quinto huic ſententiæ ſuffragari videtur tex.ca. quod ſi-
25 cut.de electio.quo loci Inno.ſtatuit, electionem† quæ iuri naturæ conſentit, licet non ſeruentur iuris ſolennitates, tenere.Ita ergo valet teſtamentum,& ſimilis actus ſecundum ius naturæ: etſi ſolennitates obſeruatæ non fuerint. Cæterum facile reſpondetur, vt rectè animaduertit Dom. Soto lib.iiij.de iuſt.& iure.q.v.art.iij.col.pen.Innocentium non loqui,quãdo electio nulla eſt iure poſitiuo,ſed vbi eſt infirmanda,ſi in iudicium deferretur.Exemplum ibi adfert, vt ſi aliquis electorum ex contemptu non fuiſſet vocatus. Nam tunc ſi electio fit à maiori parte,illo connumerato,tenet iure tam humano quam naturali;Et ſi ille elector contemptus agere poſſit ad infirmandam electionem. Hoc ſane in caſu electus ille tutus eſt in conſcientia,donec electio illa infringatur ac annulletur.Quamuis ergo electio illa iure naturali inſpecto valeat,infringi tñ à iure poſitiuo,humanoque pót. Nec quidẽ vrget quod dicebat Abba.in d.c.quod ſicut. qđ
26 quando ius† ciuile aliquid diſponit contra ius naturale,ſtãdum eſt iuri naturali.Nõ inquã hoc vrget, cũ diſpoſitio hęc non ſit contra ius naturæ,ſed eius moderatio ex iuſtis cauſis,ne.ſ.fraudes & falſitates committantur.Et quod dicimus
27 legem † poſitiuam non poſſe infirmare ius naturale,procedit quo ad ipſum ius naturale, inſpectis primis ipſis ſuis principijs:non autem cõcluſiones ab eis deductas,vt declarant diuus Thomas.j.ij.q.xciiij.arti.v.Cardin. de Turrecremata.in c.ius ciuile.n.4.diſt.j.quos ſecutus ſum in cõſ.100. nu.99.Non hic referã aliqua argumenta,quæ ſcio eſſe permulta,relata & confutata à præcitato Marco Solone in dicta v.parte.legis tertiæ.à nu.1461.vſq; ad 1473.

28 His conſtat verã eſſe hanc ſententiã, teſtamentum† quod eſt nullum de iure ciuili,ob ſolennitates non obſeruatas,nõ etiã obſeruari oportere in foro animæ & de iure naturali:& propterea inſtitutũ hæredẽ,vel legatariũ non poſſe retinere, vel conſequi legatũ aut hæreditatẽ aduerſus ſucceſſores ab inteſtato,eis ſcilicet repugnantib. & contradicentibus. Ex quib.multa poſſunt inferri vna cũ Did.in d.c.cũ eſſes.n.10. de teſt.Et primò erraſſe Abb.in d.c.cum eſſes.in ix. not. cũ dixit,agentẽ contra teſtamentũ ea ſola ratione, quod careat ſolẽnitate iuris ciuilis,mortaliter peccare. Errauit ſanè Abbas cum ex prædictis conſtet eſſe verius,agentem hunc non peccare, nec quidem venialiter. ſicuti aduerſus Abbatem ſcripſit Iaſon in repe.d.l.nemo poteſt.nu.102.de leg.j.& in conſ.lxvij.col.pen.lib.iij.& Didacus præcitato in loco qui idem eſſe cenſuit etiam quando agens certè ſcit, eam fuiſſe voluntatem teſtatoris,reiecta opinione Ripæ in d. l. nemo poteſt. nu. 101. Nec mea quidẽ opinione,vrget conſideratio Ripæ cũ dixit,quod ille, qui venit contra voluntatẽ teſtatoris,mortaliter peccat,vt ait Abbas in c. cũ omnes. col.
29 iiij.de teſt.Et quia tũc cõſcientia eſt læſa:Et qui† facit contra conſcientiam, ædificat ad gehennam. Ita gloſſ.in capit. inter hæc.xxxiij.quæſtio.ij. Nam facile reſpondetur, quod ille,qui non obtemperat voluntati teſtatoris minus ſolenni,
30 non peccat:cum† illa non ſit voluntas, ex quo lex eam habet pro non voluntate,dum eam annullat. Ex quo ſequitur falſum eſſe, quod ille, qui ſcit talem fuiſſe teſtatoris voluntem,habet conſcientiam læſam.Non enim habet læſam cõſcientiam,ſi iure exiſtimat, ſe non teneri : Et ſi dubitaret & propterea haberet cõſcientiam ſcrupuloſam, eam deponere poteſt.cap.per tuas.de ſimo.

31 Infertur ſecundo,quod ille,qui † poſſidet bona teſtatoris titulo minus ſolennis voluntatis, tenetur ( ſi modò ad id conuentus fuerit,)reſtituere in foro & iudicio animæ, legitimis hæredibus:quamuis non dubitet de libera & ſpontanea teſtantis voluntate.Ita intelligo Didacum in dicto capitul.cum eſſes.numero 10.verſicul.ſecundò infertur.Cuius vera traditio conciliari poteſt cum illa Alexand. Ripæ & aliorum, vt ſcilicet loquatur Didacus ( vt dixi quando ille poſſeſſor fuit requiſitus,vel conuentus,vt reſtituat. Alexander verò & ſequaces loquantur,quando is poſſeſſor non fuit requiſitus reſtituere:cum ſua ipſa ſpontè reſtituere non teneatur.Infertur tertio, poſſidentem rem legatam in minus ſolemni teſtamento, non ſolùm in iudicio animæ, & ſic in foro conſcientiæ,ſed nec in iudicio temporali, vti poſſe iure retentionis aduerſus hęredes ab inteſtato veniẽtes.Quòd intelligo legitimis ipſis hæredibus rem legatam debere reſtitui.In foro conſcientiæ ſeruari id oportere, ex iam dictis manifeſtum eſt. In foro temporali hac retentione vti non poſſe,probat.l.ſi creditoris.C.de fideicommiſſ. ex illo verbo, ſolenniter, ducto argumento à ſenſu contrario. Sicuti interpretari voluit Didacus in d.capitul.cum eſſes. numero 10.verſicul.tertiò ex hoc.Nec obſtãt conſiderationes Bartol.Imolæ, Alexan.& Iaſonis in dicta l.nemo poteſt.de leg. j.ibi ſane Iaſon in prima lectura.numero 70. & in ſecunda. numer. 94.& idem Iaſon in dicta l.ſi creditoris.numero 10. qui dixerunt, imò poſſidentem poſſe vti retentione, atque exceptione in foro ipſo exteriori.Nam quod dicũt ex æquitate quadam natam eſse naturalem obligationem, quæ exceptionem & retentionem operatur, eſt falſum, quando-
32 quidem tunc demum† æquitas operatur ſuos effectus, quãdo eſt à lege approbata.vt tradunt Iaſon in l.placuit.numer. 3.C.de iud.Barb.in conſi.xvj.nume.4.lib.j.

Et ſuprà demonſtrauimus ex teſtamento minus ſolenni, non oriri naturalem obligationem.Cum verè teſtamentum dicatur nullum. & perinde ſit, ac ſi nunquam fuiſſet confectum.l.vlt.C.fam.erciſ.& l.hac conſultiſſima.§. ex imperfecto.C.de teſta.Nec repugnat quod dicebat Iaſon in dicta l. nemo poteſt,prima lectura.nume.70.in fine.magnam extare differentiam,quod actus ſit verè nullus,vel habeatur pro nullo.Nam reſpondetur,quod quò ad iuris diſpoſitionem, nulla eſt differentia,ſicuti ipſemet Bart.in l.ſi maritus. §. legis.ff.ad l.Iul. de adul. à Iaſone allegatus docuit. Et idem Bartol.in l.ſi is,qui pro emptore.numero 30.ff.de vſucap.& reſponderunt. Soc.Sen.in conſil. lxij. nu. 16.lib.iij.& Curtius Iun.in conſi.lv.nume.11.

Infertur quartò hæredes ſcriptos in teſtamento minus ſolenni, non poſſe vti iure retentionis : ſicuti nec legatarium vti poſſe diximus,repugnante hærede ab inteſtato veniente. Ita ſanè de hæreditate cenſuerunt Baldus, Angelus & Alex. quos commemorat,& communem dicit Iaſon in d.l. nemo poteſt.in prima lect.nu.75.& ibidem Ripa.num. 102.Cùm
* dixit communem * eſſe opinionem,quod naturaliter debita non ſit,ſicuti ſupra diximus.Et hanc communem probauit Didac.in d.cap.cum eſſes.nu.10.verſ.quintò multo minus, reiecta opinione Iaſonis diſſentiẽtis.Et hoc etiam ſequitur eſſe falſum(vt rectè & prudenter aduertit Didacus præcitato loco verſ.ſextò non poſſum)quod ſcripſerunt Alexan. in d.l.nemo poteſt.nu.23.Ripa.nu.99.& Tir.de legibus.con-
33 nub.in gloſſ.ij.numero 24.hæredem ſcriptum† in teſtamento minus ſolenni , tutum eſse in foro conſcientiæ ſi hæreditatem poſſideat & retineat.Eſt ſane hoc falſum, & dictis ſupra repugnat;quia ſi nulla ex eo teſtamento orta eſt naturalis obligatio,quo fieri poteſt modo, vt locus ſit retentioni. Eo tamen caſu,defendi poteſt Alex. & ſequacium opinio, cum legatarius retinet non contradicente hærede , vel eo non petente.
34 Infertur quintò erraſse eos,† qui ſcripſerunt, legatarium,





qui rem legatam in minus ſolemni teſtamẽto conſequi non poteſt, iuſte poſſe eã furto ſubtrahere. Qua quidem in opinione fuerunt Baldus in l.j. col.ij. C. de teſta. & ibidem Iaſon nu.7.& idem Iaſon in l.cum quis.num.14.C. de iuris & facti igno.

Errarunt ſanè ij interpretes, ſicuti rectè animaduertit Didac.in d.c.cum eſſem.nu.10.verſ.ſeptimò ex his. & Marcus Solon in ſæpius allegatis cõmentariis ad leges Taurinas in v.part.legis tertiæ.nu.1496.Nam falſum eſt illorum fundamentũ,cum dixerunt hunc legatarium furto poſſe ſubtrahere, quia res iſta legata ſibi debebatur naturali ex obligatione.Eſt ſanè falſum hoc,quod res iſta legata ſit ſibi debita naturaliter.Si enim debita eſſet, vtique procederet traditio Baldi & Iaſonis, ſicuti permiſſum eſt vero rei domino, rem
35 ſuam † furto conſequi, quando alia via obtinere eam non poteſt, quemadmodum tradunt multi commemorati à Didaco libr.j.varia reſol.cap.ij.nu. 15.Quo autem in caſu permiſſum ſit,rem ſibi debitam furto ſubtrahere,declarat Marcus Solon præcitato in loco.

Infertur ſexto falſum eſſe, quod ſcripſerunt Iaſon in d.l. cum quis.num.15.C.de iuris & facti igno.Ripa in d.l.nemo poteſt.nu.98.de leg.j.& Alcia.in c.nouit.nu.47.de iud.poſt
36 Abbatem in c.cum eſſes.col.iiij.de teſt.legatarium † cui in teſtamento minus ſolemni,factum eſt legatũ,poſſe aduerſus hęredes ab inteſtato ſuccedentes,vti denuntiatione euangelica.Quo in errore fuerũt etiã Cor.in cõſ.cxix.nu.36.lib.ij. & Alcia.in ſi.reſp.dccxxiiij.Eſt ſanè falſa traditio hęc,ſicuti optimè poſt Bal.in d.l.cũ quis.C.de iuris & facti igno. ſcripſit Didac.in c.cũ eſſes.nu.10.ver.octauo cõſtat.Nam cũ verè nil illi legatario debeatur, vt nec quidẽ naturalis obligatio fuerit cauſata, ſequitur etiam non eſſe locum denuntiationi euangelicæ.

Infertur ſeptimò falſam quoque eſſe opinionem eorum,
37 qui ſcripſerunt,mulierem vel minorem,† qui contraxerunt nõ adhibitis ſolemnitatib.à ſtatuto requiſitis, teneri in foro conſcientię ad ipſius cõtractus obſeruationem. Quam quidem opinionẽ probarunt multi congeſti à Tiraquello de legib.connub. in gloſſa.ij.nu.20. & illis addo Boer.q.j. num. 13. Eſt ſanè falſa horum opinio,vt rectè ſcripſit. Didacus in cap.peccatum.part.ſecunda.§.iij.in fin.de reg.iur.in vj.

Infertur octauò,veram eſſe ſententiam illorum , qui affirmarunt , in foro conſcientiæ obſeruari poſſe opinionem il-
38 lam,quod per † expreſſam ſubſtitutionem pupillarem, mater excludatur etiam à legitima bonorum filij , vt tradunt multi commemorati à Didaco in cap. cum eſſes. nume. 11. de teſtam. & illis accedit Riminal. Iunior.in l.precibus.nu. 131.& nu.142.C.de impub.& aliis ſubſtit.

## QVAESTIO LXXXI.

Præſumptio quæ & quando efficiat,vt deferri poſſit iuramentum litis deciſiuum.

### SVMMARIVM.

1 *Iuramentũ iudiciale,deciſiuũ litis, à parte deferri.præſumptio ſufficit.*
2 *Iuramentum iudiciale reus iuſte recuſare poteſt,vel illud referre.*
3 *Iuramẽtũ iudiciale deferre poteſt actor,ſolã iuris pſũptionẽ p ſe habens.*
4 *Præſumptio iuris vbi adeſt,dicitur adeſſe liquidiſſima probatio.*

QVAERO octuageſimoprimò, an præſumptio ſufficiat, vt deferri poſſit iuramentum à parte parti, ad litis deciſionem, quod iudiciale appellamus? Et
1 ſufficere † exiſtimarunt Specul. & alij, quos infra commemorabimus. Verùm quo facilius hæc quæſtio explicetur, illud prius ſciendum eſt, difficilem admodum & dubiam eſſe illam Doctorum diſputationem, an reus recuſare poſſit,ſuſcipere iuramẽtum ſibi delatum ab actore, vel illud referre, ſi actor nil probauit. Qua quidem in diſputatione
2 recepta magis opinio eſt, quod reus † poſſit iuſtè recuſare iuramentum , vel illud referre. Ita Specul. in titul. de iuramenti delatione.Baldus in l.ij.ff.de iureiuran.Abbas in cap. vlt.in prin.nu.6.& §.j.nu.j.de iureiuran.Caſtren. in l. vltim. col.j.C.de fideicom. Cacialup.in l.manifeſtæ turpitudinis. de iureiur.Socin.Sen.in conſ.clxxxiiij.lib.ij.vbi ait, idẽ ſenſiſſe Io.And.& Franc.de Albergotis.Idem ſcripſerũt Marſilius in l.de minore.§.tormenta.nu.4.ff.de quæſt.& in ſingu. lxxxiij.Ioan.de Selua in Tracta.de iureiurando par. iij. q.ij. Crau.in conſi.ccvij.nu.4.& Natta in conſ.xxxv.nu.3.libr.j.
* Et hæc videtur magis * recepta opinio , & ſi ab ea diſſentiãt Iaco. de Arena in l.bonæ fidei. C. de reb. cred.& iureiuran. Alber.Caſtren.Alex.& Iaſon in d.l. manifeſte. & ibidẽ Purpur.nu.11.in fin.qui ſcripſit,hanc eſſe veriorẽ & tutiorẽ.& ſi eo loci Curtius Iun.nu.6.ambigat.Eandẽ affirmarũt Decius in c.ij.iiij.notab.de probat.& ibidẽ recẽtiores in annota.Et hãc obſeruaſſe cõſiliũ Burdegalẽſe aſſeruit Boe.q.xcv.nu.6.

Dubitatio modò hic verſatur , an actor ille ſatis dicatur de iure ſuo probaſſe , ſi ſolam iuris præſumptionem habet
3 pro ſe , † vt deferre poſſit hoc iuramentũ ? Et ſufficere hanc pręſumptionem iuris,ſenſerunt Spec.in tit.de iuramenti delatione.nu.4.verſic.ſi ante actor,ibi,niſi aliquid ſit probatũ, vel præſumptum.Et apertius Abbas in d.c.vlt.§.vlt.nu.8.de iureiu.Soc.Sen.in conſi.clxxxiiij.col.j.lib.ij.Io.de Selua in tract.de iureiur.p.iij.q.ij.num.3.& num.4.& Mar.in d.ſing. lxxxiij.Quæ ſanè ſententia probatur primò in d.c.vlt. §. vlt. de iureiur.ibi , præſumptione verò faciente pro illo,&c. Secundò accedit ratio,quia ceſſat hoc in caſu illa iuris regula; quæ impedit hanc iuramenti delationẽ, nempe quòd actore non probãte reus debeat abſolui,iuxta l.qui accuſare. C. de eden. Nã cum pro actore extat præſumptio iuris , ceſſat regula illa,vt tradunt gl.in c.j.in verbo,actore,vt eccleſ.bene. ſine diminu.confert Baldus.in d.l.qui accuſare,col.ij. verſi. ſecundo fallit,& ibidem Iaſ.col.vlt.verſi.& inter cæteras. & Purpu.nu.20.Preterea & tertiò accedit,quòd vbi adeſt iuris
4 † pſumptio,ibi dicitur adeſſe liquidiſſima probatio. l. licet Imperator. de leg. j. & ſcripſimus ſupra. Satis ergo dicitur actor probaſſe ſuam intentionẽ;vt locus ſit huic iuramento.

## QVAESTIO LXXXII.

Præſumptio quæ ſufficiat, vt deferri poſſit iuramentum in ſupplementum probationis.

### SVMMARIVM.

1 *Iuramentum ſuppletorium,ſola præſumptione iuris extante,pro maiori firmitate poteſt deferri.*
2 *Teſtis reddens rationem teſtimonij, quia vicinus, præſumptione iuris probat.*
3 *Iuramentum ſuppletorium non defertur,vbi præſumptio iuris leuis eſt.*
4 *Iuramentum ſuppletorium deferri actori ob præſumptionem,de qua id intelligendum.*
5 *Teſti quem iuraſſe,non conſtat,quando fides tamen adhibeatur.*
6 *Iuramentum ſuppletorium deferri ob præſumptionem hominis vehementem.*

QVAERO octuageſimoſecundò , quæ præſumptio ſufficiat vt deferri poſſit iuramẽtum in ſupplementum probationum? Hic diſputandum non eſt de illa præſumptione , quàm iuris & de iure appellamus. Quandoquidem ſuppletione illa aliqua non indiget; cum ſit probatio probata , ac omnino liquida; vt iam ſuis locis ſcripſimus. Dubitari quidem probabiliter poteſt de præſumptione, quæ iuris ſolum dicitur. Verum quando eam lex pro probatione habet,vt quia non leuis eſt, dicendum pariter eſt,non eſſe omnino neceſſarium iuramẽ-
1 tum hoc ſuppletiuum, † poterit tamen pro maiori firmitate & cautela deferri. Quo circa rectè docuit Decius in l. prima,in prima lectura, numero decimonono.in fine.& in tertia.numero 70.ff. de rebus cred. ſi certum petatur. quod ſi
2 teſtis † reddit rationem ſui teſtimonij, quo dixit, ſe ſcire, quia vicinus,præſumptiuè probat præſumptione ſcilicet iuris, & ideo deferri poteſt iuramentum actori in ſupplementum probationis: & eo loci idem ſcripſit Iacobus Niger. numero 50. & Purpur. numero 114. Quorum traditiones intelligo procedere ad maiorem cautelam, aliàs neceſſarium non eſt hoc iuramentum ſi ipſa iuris præſumptio ſtat ſolida & inconcuſſa, Si verò iuris præſumptio leuis eſt,tunc
3 non defertur † iuramentum in ſupplementum , cum non ſit ſemiplenè probatum.Ita ſcribunt gloſſ.in l.iij.§.j.in verbo,

leuior.ff.de minor.& ibi Angelus.& Albertus in l.ſi duo patroni. in prin.& ibidem Iaſon nu.5.ff.de iureiuran. Caccialupus in l.admonendi.num.158.& ibidem Roma.num. 87. qui ita explicat.& ibi Iaſon in repe.num.83.Curtius Senior nu.256.ff.de iureiuran.Gratus conſi.cx.nu.19.libr.ij. Curt. Sen.conſi.lxxviij.Domina Franceſchina.colum.iiij.verſi.& benefacit. Marſi.ſing. lxxxiij. Et clare idem ſcripſit Craue. in tract.de antiq.tempo.xj.particula primæ partis principalis.num.28.qui ita de tenui iuris pręſumptione,quam aliqui qualē qualem appellant,loquitur. Quocirca quòd reſpōdit Rom.in conſi. xcj. nu. 20. ſemiplenam illam probationem ob quam defertur hoc iuramentum ſuppletiuum, nō ſufficere ſi præſumptiuè tantum fuit probata:hoc ſanè intelligitur quando eſt leuis præſumptio. ſic etiam declarari poteſt doctrina Bar.in l.admonendi.nu.57.verſic.his præmiſſis. ff. de iureiur. Cùm docuit, iuramentum hoc ſuppletiuum deferri
4 actori,pro quo eſt præſumptio:intelligi † debet de præſumptione vehementi,non autem de leui. Nam & ipſemet Bar. ibi,negat,ſuſpicionem ſufficere,vt hoc iuramentum deferatur,quę ſanè ſuſpicio non differt à leui præſumptione.

Declaratur hic caſus,vt non procedat, quando iam præſumptio hæc tenuis, antiqua eſſet; Nam tunc tanti eſt effectus,vt deferri poſſit iuramentum in ſupplemētum. Ita ſcripſit Bart.in l.admonendi.nu.43.ff.de iureiuran. Cum dixit,
5 quod etſi nulla fides adhibeatur teſti, † quē iuraſſe non conſtat, attamen quando antiquitas examinationis concurrit, ſemiplenè probat,& ob id defertur iuramentum in ſupplementum.Bartolum ſecuti ſunt Butrius, Abbas, & Angelus, quos recenſet Iaſon in d.l.ſi duo patroni in prin.nu. 5. ff.de iureiur.Idem Iaſ.in repe.d.l.admonendi.nu.200.

Declaratur ſecundò hic caſus, vt non procedat, quando duæ præſumptiones & ſi tenues concurrerēt. Nam tunc deferri poteſt iuramentum in ſupplementum probationum, cum ſemiplenè probent, ita declarat Iaſon in d.l.ſi duo patroni.in prin.nu.5.in fine.ff.de iureiur.ex ſententia gl.in l.ij. §.ætas. ff. de excuſa. tut. quam Baldus & alij relati à Iaſone commendant,& alios infra recenſebo.

6 Tertius eſt caſus,cum agitur de pręſumptione † hominis, ſi vehemens eſt, deferri poterit iuramentum in ſupplementum: cum magna alioqui ſit eius vis; vt dictum fuit ſupra quæſtio. lxxvij. & hoc in caſu intelligi poteſt Angel.in §. ſi quis igitur in fine,in auth.de inſtr.cau.& fide,cum dixit coniecturam facere ſemiplenam probationem,& ideo iuramentum in ſupplementum poſſe deferri. Errauit quidem in eo Angelus dum dixit, quod omnis coniectura etiam ſemiplena probat,vt errorem hunc etiam notauit Curtius Senior in l.admonend.nu.289.ff. de iureiur. Non tamen errauit,cùm ſenſit iuramentum deferri,cùm ea extat coniectura, quæ ſemiplenam probationem facit.Idem ſenſit Baldus in rubrica de controuerſia inueſtituræ. numero primo.Idem ſenſit idē Bald. in auth. ſed nouo iure. numero ſecundo. C. ſi certum petatur. Roman. in d. l. admonendi.numero 87.ex capitul. tam literis,de teſtibus.Et declarat Romanus vbi ſupra, non procedere in cauſa ciuili criminaliter mota.ibidem Iaſon in repe.numero octuageſimoſecundo. Idem conſi.cxxix.in fine.libro primo. Si vero hæc præſumptio tenuis eſt,non defertur.Ita intelligi & declarari poteſt Bald.in l.in bonęfidei. columna ſecunda,verſic.ſecundo modo.C.de rebus cred.& iureiurando. cùm dixit,quòd quando iudex coniecturam de re aliqua fecit,ideſt cæpit dubitare & iudicium habere, non defertur iuramentnm.recte loquitur Baldus, quia hæc leuis præſumptio, quam coniecturam & indicium ille appellat, non facit ſemiplenam probationem. Ita etiam de ſola vna coniectura, & ſolo indicio (inter hæc enim non conſtituit ille differentiam) docuit Curtius Senior in d.l.admonendi. numero 188. ff. de iureiurando.atque ita intelligi & declarari poteſt Angelus in §.ſi verò vſufructus in fine. in authen. de nupt. cum ſcripſit,iuramentum in ſupplementum non deferri,niſi vbi ſemiplenè eſt probatū. & ideo indicium, quod (ait ille) eſt minus quàm ſemiplena probatio, non ſufficit, loquitur Angel. de indicio propriè,ideſt tenui præſumptione.Ita à repugnantia poteſt defendi Angelus.

Declaratur hic caſus,vt non procedat quando plures extant coniecturæ ſimul. ita loquitur Baldus in l.ſi fundum. in fine. C. de rei vendic. cum ſcribit, quod ſi quis vult probare, quot fructus ex prædio percipere potuit: probando quod ager fuit cultus, & quod communiter tot fructus ex ſimilibus agris percipi ſolent;cum concurrant hæ coniecturæ, iuramentum in ſupplementum poteſt deferri. idem ſcripſit Curtius Senior in dicta l. admonendi.numero ducenteſimononageſimo.in fine.de iureiurando.ex ſententia gloſſæ in l. ſecunda. §. ætas. ff. de excuſa. tuto. in l. inſtrumenta. C. de probat.& in cap.tertio loco, extra eodem de probatio. & in capitu. vltimo. de ſucceſſ. ab inteſtat. Et ſi ex pluribus coniecturis ferri poteſt pro aliquo ſententia, vt dicemus infra quæſtion. nonageſimaquarta: multò magis deferri poteſt hoc iuramentum, in ſupplementum probationum.

## QVAESTIO LXXXIII.

Præſumptio, quæ & quando impediat deferri iuramentum ſuppletorium aduerſario,qui plenè vel ſemiplenè probauit.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſumptione iuris ſola vel hominis ſuperueniente contra eum qui ſemiplenè probauit, non poteſt deferri iuramentum ſuppletorium.*
2 *Probationes multum euidentes requiri contra officiales.*
3 *Dolum alicuius probare volenti,non defertur iur. ſuppletorium.*
4 *Notario atteſtanti de errore, non defertur iuramentum ſuppletorium.*
5 *Inſtrumentum debiti repertum penes debitorem, facit præſumi debitū ſolutum, non tamen defertur iuramentum ſuppletorium.*
6 *Tortura minus ſufficiens non purgat omnia indicia, exiſtentia contra reum.*

QVAERO Octuageſimotertiò, è conuerſo ad præcedentem quæſtionem, an præſumptio impediat deferri iuramentum aduerſario, qui vel plenè, vel ſemiplene ita probauit,vt deferri alias ei potuerit? Hac in re dicendum eſt, quod quando quis ſemiplene probauit, & ei contraria ſuperuenit præſumptio (intelligo hìc de præſumptione vel iuris, vel hominis: illa enim iuris, & de iure omninò excluderet.) non poteſt ei deferri iuramentum in ſupplemētum probationum. ita ſcribunt gloſſ.in l.vlt.in verbo,pręſumptioni.& ibi Bar.col.vlt. dicit ſingularem.ff.quod metus cauſa.idem Bal.in l.j. nu. 5. & vj.C.qui & aduerſus quos.& in l.in bonæfidei.col.j.in iij. oppo.C.de reb.cred.& iureiuran.Caccialupus in l.admonēdi.nu.139.& nume.143.& ibidem Ptolomeus nu.39. ff. de iureiuran. Abba.in c.vlti.§.j.nu.9.de iureiur.Roman.conſi. xcj.nu.10.& cōſi.cccclxxxj.in fi.Marſil.in l.maritus.nu.49. de quæſt.in Rubr.C.de prob.nu.111.& in praxi crimina.§. diligenter.nu.3.& ſing.cxcvij.& conſi.lxv.nu. 37. Maranta. in praxi iudiciorum.in ix.actu,qui in iudicio emergit. verſi. v.& Boer.q.xcv.nu.7.

Hinc egregie docuit Angel.in l.vlt. C. vbi de crimin.agi oportet.quod quando agitur contra magiſtratum, tempore Syndicatus, & contra eū ſemiplena probatio facta eſt, non defertur iuramentum in ſupplementum. Angelum ſecutus eſt Ptolomeus in l.admonendi.nu.48.verſi.xxxvij.fallit.&c.

Ea ratione iam relata mouētur, quod præſumptio ſit pro ipſo officiali,vt probat.l.ij. C. de offic.ciuil.iud. & dicemus infra ſubſequenti libro,in præſumpt.lxviij.Mouentur etiam textu.d.l.vlt.C.vbi de crim.agi oportet.vbi, ſufficiēs inſtructio requiritur contra officiales.Huc pertinet quod egregie docuit Bal.in l.obſeruare.§.proficiſci.quęſt.x.ff.de off.pro-
2 conſ.& lega.cum dixit,quod contra † officiales requirantur probationes multum euidentes.Bald. ſecutus eſt Gramma. in conſi.xxxv.num. 36. in criminalibus, qui & Paridem Putheum recenſuit; Idē Gramma. in conſi. liiij.nu.5.& Aegidius Boſſius in Tracta. cauſarum criminal. in tit.de official. corruptis pecunia.nume. 14. Verùm ab Angelo diſſentiunt Maria.Soc.Sen.in c.vlt.nu.27.de iureiuran.& alij nonnulli, quos recenſet Caccialup.in l.admonēdi.nu.139. ff. de iureiur.Scribūt ij deferri poſſe iuramentū,modo cætera requiſita concurrant. Nec vrget relata ratio præſumptionis, cum verum non ſit pro eo eſſe ſemper præſumptionem:& d.l.vlt. C.vbi de crimine agi oper.probat,cum ſolū dicat,quādo in loco



loco adminiſtrationis,facilius inuenitur ſufficiēs inſtructio, Has opiniones recte conciliat Cacialupus in d.l.admonendi.num.140.Aut agitur contra magiſtratum, & officialem, ob aliquod factum,pro quo eſt præſumptio,iux.d.l.ij.C.de offi.ciuil.iud.& tunc non eſt locus ipſi iuramento.ita procedat opinio Angeli,& ſequacium. Aut agitur ob aliquid factum,quod præſumptionem non habet.& tunc ſi cætera requiſita concurrant, locus eſt huic iuramento. ita procedat opinio Socini,& aliorum.Alia etiam conciliatio ſumi poteſt ex traditione Boſſij loco ſupracitato, quod aut criminaliter agitur:& tunc non ſufficiunt præſumptiones, & conſequenter, nec iuramentum ſuppletiuum deferri poteſt; aut ciuiliter:& tunc cum præſumptiones ſufficiant,ita & iuramento locus eſſe poterit.Illa tamen Cacialupi cōciliatio mihi magis probatur.Hinc etiam docuit Bal.in l.j.C.qui &
3 aduerſus quos.quod vbi agitur de probādo dolo † alicuius, non defertur iuramentum in ſupplementum probationum, cum dolus non præſumatur.Bald.ſecuti ſunt Ptolomeus in d.l.admonendi.nu.48.ver.xlj.fallit.de iureiurā.& ibidē Iaſ. in repe.numer.295.verſi.iij.fallentia.& reſpondit Craue.in conſi.cclxxxvij.col.vj.ver.& licet.

Hinc etiam ſcribit idem Iaſo.in d.repe.l.admonendi.nu. 295.verſic.iiij. fallentia. quod quando agitur de probando errore notarij,& notarius atteſtatur de ipſo errore, non defertur iuramentum in ſupplementum: quia repugnat præſumptio ſcripturæ,quæ legitur ſine errore ſcripta.ita Bal.in l.Imperator.ff.de ſtatu hom.& dicemus j.lib.v.in præſum. lvj.vbi diſſeremus de pręſumptione falſi.Hinc etiam ſcribit idem Iaſ.d.nu.295.verſi.v.fallentia.quod quando reperitur
5 † inſtrumentum debiti penes debitorem, præſumitur debitum ſolutum, non tamen defertur iuramentum in ſupplemētum:quia illa præſumptio eſt ſine cauſa. Qua de re attingemus etiam j.lib.iij.in præſum.liij.vbi explicabimus pręſumptionem illam, quæ ſumitur ex Chirographo lacerato, exiſtenti apud creditorem.

Hinc tradit Benuenutus Stracca in tracta.de mercatura. par.ij.nu.82.quod ſi mercator agit rei vendicatione aduerſus mercatorem,ad mercium ſarcinulam,quā ballam vulgò vocant:& actor probat, ſarcinulam illā ſuo ſigno ſignatam: aduerſarius verò vno teſte ſemiplenè probet eam ſarcinulam ſuam eſſe: Cum præſumptio ſit pro actore ob illud ſignum Sarcinulæ,vt dicemus lib.ij.præſump.xlviij.non poterit deferri ipſi reo iuramētum hoc ſuppletiuum. Hinc reſpondit Craue.in conſi.cclxxxvij.col.vj.verſi.& licet. Cum
6 reſpondit,quod & ſi tortura † minus ſufficiens, non purget omnia indicia,quæ erant contra illum tortum: attamen aliquam præſumptionem facit, quæ quidem præſumptio erit ſufficiens ad impediendum iuramētum ſuppletiuum aduerſarij,contra ipſum tortum.

## QVAESTIO LXXXIIII.

Præſumptionibus duabus concurrentibus, an tertia, quæ alioqui eſt neceſſaria, iuramento ſuppleri poſſit.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſumptionibus tribus requiſitis in aliquo actu, duabus exiſtentibus, tertia per iuramentum nequit ſuppleri. Et quæ ſit ratio.nu.2.*

QVAERO Octuageſimoquartò, ſi in aliquo actu tres præſumptiones requirantur, & duæ tātùm concurrant,an tertia per iuramentū poſſit ſup-
1 pleri, † nō poſſe docuit Cacialupus in l.admonendi.nume.225.ff.de iureiurand.Exemplum ille adfert in tribus illis coniecturis, & præſumptionibus, quæ requiruntur ad detegendum contractum eſſe fœneraticium.iuxta cap.illo vos.de pigno.& capit.ad noſtram. de empt.& venditio.quod ſcilicet adſint pactum de retrouendendo, modicitas pretij, & quod ille emptor conſueuerit fœnerari.ſi ergo duæ ex prædictis coniecturis erunt probatæ,tertia iuramēto ſuppleri non poterit.Ita affirmat Cacialupus præcitato loco.poſt Lapum in capitul.vltim.de iure-
2 iurand.Ea eſt ratio, † quia ſingulæ hæ præſumptiones ſeparatim debent eſſe probatæ in præcitatis in locis. Et ſi ergo duæ erunt probatæ, non tamen tertia; & ideò conſiderari in ea non poteſt aliquod ſupplementum ex adhibito iuramento.

## QVAESTIO LXXXV.

Præſumptio an operetur, vt is, contra quem eſt, iurare debeat de calumnia.

*SVMMARIVM.*

1 *Iurare de calumnia tenetur,contra quem extat præſumptio.*
2 *Iuramentum calumniæ exigere poteſt iudex, cùm ei videbitur expedire.*
3 *Iuramentum calumniæ,quando etiam in cauſa matrimoniali præſtari oporteat.*
4 *Iuramenti calumniæ vel malitiæ,quis ſit effectus.*

QVAERO Octuageſimoquintò,an præſumptio hunc pariat effectum,vt is contra quem eſt, cogatur iurare de calumnia? Et effectum hunc
1 † parere,probat cap.ij.in fine.de iura.cal.in vj.
2 dum ſtatuit,iudicem † poſſe exigere iuramentū malitiæ & calumniæ, cùm expedire ei videbitur. Id quod exponit gloſſa ibi, quandò videt ex coniecturis & præſumptionibus malitioſè agi,& excipi. Et ibidem ſcribunt Gemi.columna ſecunda,& Francus in vlt.notab.Idem quoque probat.capitul.literas.§.propterea.de reſtitutio.ſpolia.vbi
3 gloſſa in verbo,recepto,affirmauit iuramentum † calumniæ in cauſa matrimoniali, quod aliàs exigi non ſolet, præſtari oportere, cùm aduerſus petentem, vel excipientem obſtat aliqua præſumptio.Et his iuribus adductus ita docuit Butrius in capit.licet cauſam.numero 29.de probat. Huc facit capitul.ſtatutum.§.cum autem.ad finem.de reſcrip.in ſexto vbi iuramentum calumniæ exigitur ab eo,quem iudex præſumit malitioſè petere dilationem. Id quod annotarunt, & Ange.in l.interdum.ff.de ind.& Caſſado.deciſio.iij.nume.
4 1.tit.de dilat.Hoc autem iuramentum hīc parit † effectum, vt præſumptio atque ſuſpicio illa calumniæ ſublata, & extincta cenſeatur:ſicuti prædicti Doctores præſupponunt:& manifeſtè ſcribunt Claudius Seiſellius in l. Celſus.nu.25. verſi.iij.fallit.ff.de vſucap.& Neuiz.lib.iij.Syluæ nupt.nu. 53.idem ſenſit Maria.Soci.Sen.in rubr.extra de iuramento calum.in fine.

## QVAESTIO LXXXVI.

Præſumptio an ita adiuuare poſſit teſtes ſingulares,vt probent.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſumptio,teſtes ſingulares,vt probent,adiuuat.*
2 *Teſtis vnus de veritate,coniunctus confeſſioni extraiudiciali facta incidenter plene probat.*

QVAERO Octuageſimoſextò an præſumptio adiuuare ita poſſit teſtes ſingulares, vt probent? Et
1 † poſſe ſenſit Caſtrenſ.in conſil. cclxxxij. In cauſa iſta quinque.columna penultima.verſicu.item non obſtat,quod teſtes.libro primo.dum reſpondit coniecturas efficere, vt vehementer adminiculentur: quod ſufficere dixit; ſentiens probationem perfectam induci. Idem Caſtren.in conſilio ccl.Viſo puncto ſupraſcripto.columna penulti. verſic.& licet videantur.libro ſecundo. quem quidem ſecutus eſt Craue.in tracta.de antiqu.temp.in iij.parte 4.part.princip.in fin.Et ij moti ſunt ex capitul. vlti. de ſucceſſ.ab inteſta.vbi glo.in verbo,vnus teſtis. Et ex illo textu ibid.Abb.numer.6.ſcriptum reliquit, teſtem ſolum de veritate, coniunctum confeſſioni extraiudiciali incidenterque facta, quæ alioqui præſumptionem tantum facit, plenè probare.

## QVAESTIO LXXXVII.

Præſumptio leuis, ſeu qualis qualis, quid circa probationes, an ſcilicet ſemiplenam probationem faciat, vel alias coadiuuet.

*SVMMARIVM.*

*1 Præſumptio leuis ſemiplenam an faciat probationem, vbi opinio negatiua probatur.nu.2.*
*3 Præſumptionis leuis verus effectus, quis ſit.*
*4 Actore non probante abſoluitur reus, niſi adſit aliquod, quod pro actore faciat.*
*5 Præſumptio leuis adiuncta vni teſti, facit per iudicem deferri poſſe iuramentum ſuppletorium.*
*6 Suſpectis de crimine ob leuem præſumptionem inquiri poteſt.*

QVAERO Octuageſimoſeptimò præſumptio
leuis, ſeu qualis qualis, vt noſtri appellãt quid
operetur? Et plures effectus operari Doctores
ſcribunt. Et primus eſt effectus, ex multorum
1 opinione, vt ſemiplenam † probationem faciat.
Ita ſanè Bar.in l.admonendi.nu.45.ff.de iureiuran.Butrius & Abbas in cap.pen.col.pen.de re iud.cum ſcribunt, quod illa qualis qualis præſumptio, quæ oritur ex ſententia inter alios lata, ſemiplenam probationem facit. Quam quidem traditionem probarunt & Ang.in l.ij.ad fi.C.de eden. Dec.in l.ex his.nu.22.C.de teſta.mili.conſi.xlij.& in conſi.cclxxij.num.3.Cæterùm vera non eſt hæc ipſa traditio, cum
2 verè ſemiplenam probationem † non faciat. ſicuti aduerſus
Bar.& ſequaces rectius ſcripſerunt Bal.in cõſil.ij.ſi egreſſæ. in fi.lib.4.Aret.in cap.cauſam, quæ.col.iiij.de teſtibus.& in conſi.clxiij.col.2.verſi.vtrum autem.Cæpolla in conſi.xlv. col.ij.in ciuilib.Cur.Sen.in conſil.lxxiij.Magnificeuir.col. iij.Iaſon in l.ſi duo patroni.in princi.col.ij.nu.5.de iureiurand.poſt Imolam ibi idem docuit ſibi parum cõſtans Dec. in l.ij.nu.50.de edend. Cùm dixit, hanc qualem qualẽ præſumptionem, inducere ſemiplenam probationem in cauſa connexa, ratione connexitatis. Hanc quoque ſententiam probarunt Ripa in dicta l.admonendi.col.pen.numer.202. ff.de iureiurand.& in l.ij.nume.36.C.de eden.Ferdinandus Soazes in rep.l.filiusfa.§.diui.nu.329.de leg.j.Moder.Pari. in conſue.Pariſien.tit.j.§.v.nu.38.Craue.in tract.de antiq. temp.in ij.parte.nu.48.& Didacus lib.Pract. quæſtio.cap. xiij.nu.1.ver.cæterùm.
3 Secundus itaque & verior † effectus eſt, vt hęc qualis qua-
lis præſumptio, ita coadiuuet cæteras probationes, vt ſi alioqui æquales eſſent ipſæ cõtendentium probationes, præualeat hæc, quæ hac præſumptione coadiuuatur. Ita tradunt gloſ.in c.cum olim.il j.de priuile.Baldus in l.ſi duo patroni, in prin.& ibidem Iaſon.nume.3.ff.de iureiurand.Alex. in l. militis.nu.7.C.de teſta.mili.& in conſi.cxij.col.vlt.lib.iiij. Feli.in cap.cum dilecti.col.vlt.ver.primus de accuſat.Cur. Sen.in d.cõſ.lxxiij.col.iij.Ripa, Crauetta, & Didacus, quos ſupra commemoraui, Idem ſcripſit Arnaldus Alb.in trac.de hæreticis, q.xxxiiij.nu.44.Et ij quidẽ moti ſunt arg.l.iiij.§. adiectis.ff.de fideic.lib.ex l.poſſidere.ff.de acq.poſ.& c.licet cauſam, de probat. Et huc pertinet glo.in c.j.§.ſi duo.in verbo, teſtimonium, de pace tenen. Cùm dixit, quod actore
4 † non probante, reus abſoluitur, niſi aliquid adſit, quod pro
ipſo actore faciat: ſicque aliqua præſumptio.
5 Tertius eſt effectus, vt hæc qualis qualis præſumptio † ad-
iuncta vni teſti, ita faueat, vt iudex poſſit ei deferre iuramẽtum ſuppletiuum. Ita Bar.in l.ſi duo patroni.in princi.nu.3. ff.de iureiur.& ibidem numero quinto Curtius Sen.in dict. conſi.lxxiij.col.iij.Albericus in tract.de teſtib.part.iiij. nu. 17.Felinus in cap.cum dilecti. colum. vltima.verſic.ſecundus effectus.de accuſ.Ripa in dicta l.admonendi.num.203. de iureiurand.& Craue.in tractat.de antiq.temp.part.2.numero 46.in fine.
4 Quartus eſt effectus, vt de aliquo crimine † ſuſpectus, ob
hanc qualem qualem præſumptionem inquiri poſſit: ſicuti inquiri poteſt ob informationem receptam parte nõ vocata, quę dicitur facere qualem qualem pręſumptionẽ, vt probat.c.qualiter & quãdo il ij.§.pen.de accu.Inn.in c.j.nu.5. de poſtul.prælat.Barto.in l.de ſubmerſis ex illo textu.C.de naufrag.lib.x.Aretin.in cap.ij.col.ij.de teſtib. & apertius, & in ſpecie magis, Arnaldus Albertinus in d.tract.de hæreticis.q.xxxiiij.num.44.Ita etiam poſſe inquiri ex teſtimonio propinquorum occiſi, quod tamen ſolam qualem qualem præſumptionem facit, vt dicemus in ſubſequenti quæſtione in quinto indicio.

## QVAESTIO LXXXVIII.

Præſumptio ad inquirendum qualis eſſe debeat.

*SVMMARIVM.*

*1 Præſumptio & indicia, ad inquirendum & torquendum, paria eſſe non oportet,*
*2 Indicia ad torquendum vrgentia, & ad damnandum vrgentiora, requiruntur.*
*3 Indicium aliud iuris, aliud facti.*
*4 Indicium facti quid.*
*5 Indicium iuris quid.*
*6 Indicia leuiora ad inquirendum, quàm torquendum ſufficiunt.*
*7 Inquiſitio alia generalis alia ſpecialis.*
*8 Inquiſitio ad quem finem fiat.*
*9 Inquiſitione in generali cur ſufficiant leuia indicia.*
*10 Inquiſitionem generalem iudex incautè non debet facere, & quam ob cauſam.*
*11 Iudicia ad prehenſionem, & generalem inquiſitionem à pari procedũt.*
*12 Teſtimonium cuiuſlibet teſtis ad inquirendum generaliter ſufficit.*
*Idque etiam locum habere in teſtimonio inimici, vel banniti. numero 13.*
*Item in teſte, qui propter ætatem aliàs interrogari non poſſet.nu.14.*
*15 Aſſerto vulnerati ſuperuiuentis eſt indicium ſufficiens ad generalem inquiſitionem.*
*17 Famam ſufficere etiam ad inquiſitionem ſpecialem, prehenſionem, & torturam ſecundum aliquos.*
*18 Inimicitia grauis, eſt ad generalem inquiſitionem, indicium ſufficiens.*
*19 Teſtimonium propinquorum vulnerati vel occiſi, ſufficit ad generalem inquiſitionem.*
*Idque etiam ad prehenſionem, & capturam ſuſpecti.nu.20.*
*21 Indicia ad ſpecialem inquiſitionem, quæ ſint.*

QVAERO Octuageſimooctauò an præſumptiones, & indicia eadem eſſe debeant illa, quæ requiruntur, vt poſſit quis de crimine inquiri, cũ illis, vt poſſit comprehendi, torqueri, & dam-
1 nari? Et paria eſſe nõ † oportere certũ eſt. Nam
etſi præſumptiones & indicia, vt prehenſioni locus eſſe poſſit, pares ſint cum illis, quæ ad generaliter inquirẽdum ſufficiunt: Attamen his vrgentiores eſſe debent illæ, quæ requiruntur, vt de delicto ſpecialiter poſſit inquiri: Et multo vr-
2 gentiores † eſſe debent vt torqueri, ac tandem multo vrgen-
tiores vt poſſit damnari: ſicuti ſcribunt multi, quos infra cõmemorabo, & inter cæteros manifeſtè Iulius Clarus in practi.crimi, q.xx.pag.j.ver.nihilominus. Quo circà Bald.in l. ſeruos.ver.& adde.C.de teſtib. Scribit, indicium † aliud eſſe
3 facti, aliud iuris. Indicium facti † eſt, quo iudex dirigitur in
4 viam perſcrutationis: & tale indiciũ (inquit Bal.) poteſt per
5 quemcunque fieri.l.qui vlt.ff.de pœ. Indiciũ † autẽ iuris eſt
(ait Bal.) quod habet aliquem effectum: & quod quidẽ dirigit in viam quæſtionis habẽdæ: quoddam verò eſt, quod vna cum aliis adminiculis inſtruit iudicem in viam condemnationis. Et Baldi doctr.probarunt Fel.in c.cum dilecti.nu. 14.de accuſ.& Aegidius Boſſius in tract.cauſarum crimina-
6 lium.tit.de inquiſit.nu.4. Ad inquirendum † itaque leuiora
ſufficiunt indicia, quàm ad torquendũ, & damnandum. Cæterum inquiſitio (vt attigi ſup.) altero de duob.modis fieri
7 ſolet. Vna eſt generalis, † altera verò ſpecialis. Generalis ſo-
8 lum fit † pro inſtructione magiſtratus, & iudicis, vt perqui-
rere, & indagare poſſit, quis delictum illud perpetrauerit: vt deinde, habita aliqua cognitione, & ſcientia delinquentis, inquiri is poſſit in ſpecie. Ita ſcribunt Bar.in l.ij.§.de publico.ff.ad l.Iul.de adulte.Ang.Aret.in tract.maleficiorum.in verbo, hæc eſt quædã inqſitio. Gandinus in trac.maleficiorum.



tit.quomodo de maleficiis cognoſcatur. & alij quos recenſet, & probat Aegidius Boſſius præcitato in loco.nu. 2. Et idem affirmarunt Blancus in practica criminal.in prin. nu.28.& 29.Marſilius in practica criminali.§.conſtante.& Rober.Maranta in Practica ciuili.parte vj.in prin.nu.7.qui ſatis egregie praxim declarat. Quo itaque ad faciendum generalem illam inquiſitionem, ſufficiunt indicia leuia, modò aliquem colorem habeant. Illa verò, quæ ad inquirendum ſpecialiter requiruntur, paulò illis vrgentiora eſſe debẽt. Et ratio quare in generali inquiſitione ſufficiant leuia indicia,
9 ea † eſt, quia agitur de leui præiudicio contra eum, qui delin-
quiſſe creditur. Ita ex ſententia Bal.in l.j.C.de ſum.Trini.& fide cathol.& Maria.Soc.Sen.in c.qualiter.& quando.il ij. de accuſ.ſcriptum reliquit Boſſius in d.tit.de inquiſit.nu.6.
10 Admonent tamen interpretes iſti, ne iudex incautè † progrę-
diatur ad hanc generalem inquiſitionẽ: quia inquiſitio hæc etſi generalis ſit, attamen aliquantulum lædit exiſtimationẽ eius: qui inquirendus eſt: & apud grauęs, & probatos viros eius fama bona minuitur. Hic cõmemorabo aliqua inditia, quæ etſi non ſufficiunt ad formandam ſpecialem inquiſitionem: ſufficiunt tamen ad generaliter inquirẽdum, ac etiã ad
11 prehenſionem; cum à pari procedant † indicia ad prehenſio-
nem, & ad generalem inquiſitionem. & deinde hac eadem in quæſtione ſubiiciam aliqua alia indicia, quæ apta ſunt ad formandum, & tranſmittẽdum ſpecialem ipſum inquiſitionis libellũ. Paulò enim vrgentiora eſſe debent illa, ad inquirendum generaliter quàm ſpecialiter, & ad capturam.
Primum indicium ad generaliter inquirendum oritur ex
12 teſtimonio † cuiuſlibet teſtis. Ita ſenſit Bal.in d.l.ſeruos.ver.
& adde.C.de teſtib.quem ſic declarat Boſſius in d.tit.de inquiſitione.nu.4.qui eiuſdem opinionis recẽſet Maria.Soc.
13 Sen.in d.c.qualiter. Et ob id ait Boſſius, teſtimonium † etiã
inimici, vel banniti, qui alioqui aliàs teſtificari non poteſt, ſufficere. Et idem Boſſius ibidem.nu.61.ex aliorum ſenten-
14 tia ſcripſit, teſtes, qui propter ætatem † aliàs recipi, & inter-
rogari non poſſunt, interrogari poſſe ad inquirendum: intelligo ego ad inquirendum generaliter: quamquã Iulius Clarus in practi.crimi.q.xx.ver.ad formandũ, intellexerit Boſſium de ſpeciali inquiſitione loqui.
15 Secundum indicium ſufficiens ad generalem † inquiſitio-
nem, oritur ex aſſertione vulnerati ſuperuiuẽtis (ſi enim decederet, indicium ad ſpecialem inquiſitionem, vt mox dicemus, faceret.) Is ergo vulneratus indicium hoc facit: ſicuti ſcribunt Ang.Aret.in Tract.maleficiorum.in verbo, qui iudex ad probationem.nu.6.Igneus in l.Caius.nu.13.ff.ad S. C.Syllania.Lancellotus Cõradus in Tract.de prætore pagi. cclvj.ver.x.adde.& apertius Iul.Clar.in pract.cri.q.xx.ver. ad inquirendum.& q.xxj.ver.aſſertio vulnerati.qui ſubiungit, hoc indicium etiam ſufficere ad capturam & prehenſionem. Id quod affirmarunt Ant.Gomezius in tertio tomo varia.reſolu.c.xiij.nu.16.& Petrus Placa libr.j.epitome delictorum.c.xiij.nu.15.
Tertium inditium aptum ad generalem hanc inquiſitio-
16 nem naſcitur † ex fama. Ita probat c.qualiter, & quãdo.il ij.
§.pẽ.ff.de accu.Ang.Aret.in Tract.maleficiorum, in verbo, hæc eſt quædam inquiſitio.nu.68.Iaco.Nouellus in practi. cri.tit.quæ indicia præcedere debeant.nu.24.in fin.& apertius Iul.Clarus in pract.crimi.q.vj.in prin.& q.xx.verſic.ad inquirendum. Cæterùm cum non modò, & Clarus ipſe, ſed
17 & alij multi, affirment, famam † ſufficere etiam ad inquiſi-
tionem ſpecialem, imò & ad prehẽſionem, ac etiã ad torturam, ob id infrà ſuis in locis hac de re fuſius diſputabimus.
Quartum inditium ſufficiens ad inquirendum generali-
18 ter, deſcendit ex † graui inimicitia. Ita ſcribit Iulius Clarus
in d.Pract.Criminali.q.xx.verſi.ad inquirendum.& q.xxxj. verſi.inimicitia; qui quidem aſſeruit, ſufficere etiam ad ſpecialem inquiſitionem. Et idẽ tradit Blancus in l.vlt.nu.175. ff.de quæſt. Et ij quoque ſcribunt ſufficere ad prehenſionẽ, & capturam.
Quintum indicium ſufficiens ad generalẽ inquiſitionem
19 exoritur † ex teſtimonio propinquorum illius vulnerati, vel
occiſi. Ita tradit Blancus in practi.crimi.in princi.nu. 13. & 28.qui eiuſdem opinionis recẽſet inter cæteros Angel. & Roma.in l.ſi quis in graui.§.ſi quis moriens.ff.ad S.C.Syl-
20 la. Hoc autem indicium † ſufficit pariter ad prehenſionem,
& capturam huius ſuſpecti, vt ſcribunt Salicetus in l.abſentem.C.de accuſat.& in l.ij.C.de cuſtod.reo.Blancus vbi ſupra.nume.14.
21 Quò autem ſpecialis † inquiſitio formari, & libellus reo
tranſmitti poſſit, inter cætera indicia hæc ſolent connumerari.
Primò fama, vt diximus paulo ſuprà, ſecundò grauis inimicitia, vt etiam attigimus ſuprà, & vberius dicemus infra quæſtione ab hac ſecunda, cum diſputabimus, an indicium hoc ex inimicitia ſufficiat ad torturam. Tertium indiciũ ſufficiens ad inquiſitionem ſpecialem oritur ex fuga. Ita ſenſit Blancus in l.vlti.nu.279.ff.de quæſtio.& apertius Iul.Clar. in pract.crimi.q.xx.verſi.ad formandum.in fi. Et de effectu fugæ, multa dicemus infra quæſtione ab hac ſecunda. Quartum indicium ad ſpecialem inquiſitionem aptum, oritur ex teſtimonio ſocij criminis aliquibus tamen in caſib. Ita Alciatus in Tract.de præſumptio, reg.ij.præſump.x.in fin.poſt Angelum Aret.in Tracta.maleficiorum.in verbo, fama publica.& ſcripſi lib.ij.de arbitr.iudicum.caſu ccccclxxiiij.vbi vberrimè explanaui, quam fidem faciat teſtimonium ſocij criminis. Quintũ indicium oritur ex aſſertione offenſi, exiſtentis in articulo mortis. Ita Franc.Brunus in tract.de indiciis, & tortura parte j.q.iij.nu.26.Iul.Clar.in practi. crimi. §.fina.ver.aſſertio vulnerati. Sextum indicium oritur ex denuntiatione Syndici, vel alterius officialis præpoſiti ad deferendum crimina. Ita Salic.in l.ea quidem. colum.vj.verſi. decimò quæro.C.de accuſatio.Angel.Aret.in tract.maleficio.in verbo; Nec non ad denuntiationem. nu.14.Marſilius in practica criminali in fine principij. Blancus in practica criminali.in verbo, his præmiſſis.nu.130.& idem in tractat. de indiciis, & tortura.nu.396.

## QVAESTIO LXXXIX.

Præſumptio qualis eſſe debeat, vt quæſtionibus, & tormentis locus ſit.

*SVMMARIVM.*

*1 Indicia, & præſumptiones ad torturam ſufficientes quæ ſint, iudex arbitratur.*
*2 Torturæ, & quæſtionibus locum facere non ſolum præſumptiones, ſed & indicia,*
*Et qualia illa eſſe debeant.nu.3.& 4.*
*5 Indicium ad torturam ſufficiens oritur ex atteſtatione teſtis vnius, de viſu ipſius geſti actus, & delicti commiſſi.*
*Nec opus eſt vt omni ſit exceptione maior.nu.6.*
*7 Teſtis vnus de viſu non ſolum indicium, ſed & ſemiplenam facit probationem.*
*Et quæ concurrere debeant, vt huic indicio ſit locus.nu.8.10.& 11.*
*9 Teſtis vnus ad indicium faciendum, quando neceſſe non ſit, vt omni careat exceptione.*
*12 Teſtis vnus omni exceptione maior, indicium facit etiam in crimine læſæ maieſtatis.*
*13 Teſti omni exceptione non maiori, quando iudex poſſit adhibere fidem.*
*14 Confeſſio extraiudicialis accuſati, facit indicium ſufficiens ad torturam.*
*25 Confeſſio extraiudicialis facit ſemiplenam probationem.*
*16 Confeſſio extraiudicialis vt faciat indicium quæ requirantur.nu.17.19. 20.& 21.*
*18 Falſum ſine cauſa non præſumitur commiſſum.*
*22 Confeſſio extraiudicialis etiam minoris, indicium ad torturam præbet, ſi talis ſit qui torqueri poſſit.*
*23 Confeſſio extraiudicialis torturæ locum facit, facta etiã parte abſente.*
*24 Confeſſio tacita, orta ex reſponſione accuſati, dicitur præſumptio violenta.*
*25 Confeſſione extraiudiciali per reum reuocata, locus non eſt torturæ.*
*26 Confeſſio ſacramentalis facta coram ſacerdote, non facit indicium ad torturam, & quæ ſit ratio.nu.27.*
*28 Fama quibuſdam aliis adminiculis concurrentibus, eſt ad torturam indicium ſufficiens.*
*29 Fama non habet vim teſtimonij, ſed vices accuſatoris obtinet vel iudicis.*
*30 Fama plus mali, quàm boni nunciat.*
*31 Fama vt indicium ad torturam faciat, quæ requirantur.*
*32 Fama vehemens abſque aliis adminiculis, indicium torturæ præbet.*

33 *Fama vehemens quæ ſit, iudex arbitrabitur.*
34 *Fama ſola indicium ad torturam facit in his, quæ ſunt difficilis probationis.*
35 *Fama cum denunciatione ſyndici concurrens, indicium præbet quæſtionibus.*
36 *Fuga ad torturam eſt indicium ſufficiens.*
37 *Fuga quand quæſtionibus faciendis non præbeat indicium. nu. 38. 39. & ibid. additur declaratio. nu. 40.*
41 *Fuga ob contumaciam indicium facit, concurrente leuitate vitæ in accuſato, vel alio quodam adminiculo.*
42 *Fugiens ex carcere, eo tamen non fracto, indicium ad torturam facit, & quando.*
43 *Fuga iniuſte carcerati, torturæ non eſt indicium ſufficiens.*
44 *Carcere diſcedens animo redeundi, non facit indicium quæſtionibus.*
45 *Carcerem frangens vel compedes rumpens, fugiendo non ſolum torturæ indicium facit, ſed & probationem plenam, ſi fuga cum conſpiratione facta fuerit.*
46 *Fuga ſola etiam abſque conſpiratione, ſi cum carceris fractura fiat, plenam probationem criminis facit in aliquibus caſib. nu. 47. & 48.*
49 *Fuga cum fractura carceris, quando ad condemnationem probationem non faciat.*
50 *Fuga ſcholarium ex priuilegio, contra ipſos non facit indicium excepta hæreſi.*
51 *Inimicitia capitalis aliquibus concurrentibus, torturæ indicium eſt.*
52 *Inimicitia leuis, etiam cum alijs adminiculis, quæſtionibus non facit indicium.*
53 *Inimicitia cauſata ex offenſione non ſibi ſed ſuis facta, indicium facit quæſtionibus.*
54 *Inimicitia orta inter reum & iudicem, efficax eſt, vt iudex queat recuſari.*
55 *Teſtem ob inimicitiam repelli.*
56 *Offendens alium & inimicitiæ cauſam probans, poteſt petere ſibi caueri, ne offendatur.*
57 *Inimicitiæ effectus, per reconciliationē de recenti, non cenſetur ſublatus.*
58 *Inimicitia in ſpecie probari debet, vt torturæ fiat indicium.*
59 *Minæ præcedētes, quæſtionibus faciunt indicium, & de quibus minis id accipiendum. nu. 60. 61. & 62.*
63 *Minæ factæ ab eo qui non conſueuit exequi, alijs adminiculis nō concurrentibus, ad torturam necquidquam faciunt indicium.*
64 *Iracundiæ calore multa proferuntur, quæ exequutioni non mittuntur.*
65 *Linguæ lubricum ad pœnam facile non eſt trahendum.*
66 *Minæ in dubio mediante iuſtitia, non propria autoritate intelligi debēt.*
67 *Mendacium & variatio accuſati vel inquiſiti, quæſtionibus an præbeat indicium, vbi recēſentur opiniones. nu. 68. 69. & 70.*
71 *Titubatio & trepidatio animi, in accuſato vel inquiſito, torturæ faciunt indicium alijs concurrentibus.*
72 *Vultus aſpectuſque ſola mutatio, nō facit indicium ad torturam & quæ ſit ratio. nu. 73.*
73 *Teſtimonium ſocij criminis, concurrentibus alijs adminiculis, ad torturam facit indicium.*
*Et quando id non habeat locum. nu. 74.*
75 *Teſtimonium mandatarij alijs adiutum adminiculis quæſtionibus indicium præbet, & quæ ſit ratio. nu. 76.*
77 *Confeſsio & atteſtatio offenſi, facta in mortis articulo, torturæ indicium eſt ſufficiens. Vbi tamen referuntur opiniones. nu. 78. 79. & 80.*
81 *Indicia leuia concurrentia cum aſſertione offenſi in articulo mortis facta, quæſtionibus præbent indicium.*
82 *Aſſertio raptæ in articulo mortis facta contra raptorem, indicium ad torturam facit.*
83 *Confeſsio facta ex pace inita cum offenſo, precio interueniente, torturæ indicium ſufficiens.*
*Et ſecundum aliquos ad condemnationem quoque. nu. 84.*
*Et quibus de caſibus hoc intelligendum. nu. 85.*
86 *Confeſsio ex pace inita, illa etiam nondum concluſa, an ſit torturæ indicium.*
87 *Confeſsio orta ex pace inita, precio numerante patre vel coniuncto, non facit torturæ indicium, & quæ ſit ratio. nu. 88.*
89 *Conuerſatio & cohabitatio, delicto in domo vel vicinia commiſſo, indicium ad torturam facit.*
90 *Socius repertus occiſus in domo ſocij, ab ipſo ſocio præſumitur occiſus.*
91 *Marito reperto mortuo, tacente muliere, contra ipſam extat indicium, e conuerſo.*
92 *Mortuus repertus ante domum alterius, inimicitia concurrente, præſumitur à domino domus occiſus. limitatur id nu. 93.*
94 *Damnum à vicinis datum præſumi.*
95 *Furtum à vicinis factum præſumi, vel eo qui conſueuit in ea domo conuerſari. nu. 96 cum declaratione. nu. 97. & 98.*
99 *Furtum à viro bonæ conditionis & famæ factum non præſumi, & ſi res penes eum reperiatur.*
100 *Telo vel gladio viſus in loco, alijs concurrentibus veluti fama vel inimicitia indicium facit torturæ.*
101 *Delinquendi conſuetudo, torturæ præbet indicium, modo concurrant alia, idque extenditur nu. 102. Et quando non procedat. nu. 104.*
103 *Futura iudicamus & metimur ex præteritis.*
105 *Famam malam triennio purgari.*
106 *Sollicitans vltro & diligenter, vt de malefactore inquiratur, cum ſua non interſit, indicium præbet ad torturam.*
107 *Socius non deferens mortem ſocij reperti in domo ſua occiſi, torturæ facit indicium.*
108 *Recipiens ſcienter in domo delinquentem, nulla inter ipſos affinitate ſuadente. indicium torturæ præbet.*
109 *Aſſocians delinquentem ſtatim delicto commiſſo, ne comprehendatur, locum facit torturæ. Et quando aſſociatio facta excuſetur. num. 110. & 111.*
112 *Teſtium examinationem, quamuis conſanguinei impediant, non eſt præſumptio contra accuſatum.*
113 *Impedire maleficium qui potuit, & debuit, non faciendo, locum torturæ relinquit.*
114 *Torqueri poteſt is, qui non ignorans latrones adeſſe, mercatorib. viam monſtrat ad locum illum tendentem.*
115 *Torqueri poteſt. qui ſecretò ad aures colloquutus eſt cum eo, qui deinde delictum commiſit, modo alia adminicula adſint. nu. 116.*
117 *Reus inquiſitus, viſus egredi domum enſe ſtricto, eoque cruento, torqueri poteſt & ſecundum aliquos etiam condemnari. nu. 118.*
119 *Indicium ad torturam ſumitur contra eum, qui domum exiuit vbi delictum commiſſum eſt, ex acclamatione in domo exiſtentium.*
120 *Pecuniam ſuſcipiens mutuo, ex qua ſtatim arma emit, & homines conduxit, indicium facit delicti commiſſi, vt torqueri poſſit.*
*Nec innocens eſt is qui pecuniam credidit. nu. 121.*
122 *Arma poliens, gladium auens, aut alia ad delictum præparās, quæ alias facere non conſueuerat, torturæ facit locum.*
123 *Venenum emptum ab aliquo, ſi quis eo reperiatur ſtatim interfectus, indicium ad torturam facit contra ementem, niſi contrariæ præſumptiones adſint nu. 124.*
125 *Conuerſatio mala, alio adminiculo concurrente, torturæ facit indiciū.*
126 *Frequentatio loci aſsidua, in quo quis reperitur occiſus, indicium eſt ad torturam ſufficiens, alio adminiculo accidēte. Et quando indicium hoc tollatur nu. ſeq.*
128 *Cadauer emittens ſanguinē, adducto accuſato, torturæ præbet indiciū.*
129 *Tacens & non reſpondens ei, qui rumorem ſpargi aſſerit, delictū fuiſſe ab ipſo commiſſum, indicium ad torturam facit.*
130 *Phiſionomia mala, alijs adiuta adminiculis, torturæ facit locum.*
131 *Nomen malum & turpe, indicium eſt ad torturam.*
132 *Delictum commiſſum præſumitur à commorantib. in loco, ſi frequenter eò loci delicta committantur, atque torturæ indicium eſt.*
133 *Fama mala delinquentis, indicium eſt ad torturam.*
134 *Præſentia in loco, vbi delictū perpetratum fuit, torturæ facit indicium.*
135 *Enſis inquiſiti, repertus ſanguine madefactus, indicium torturæ præbet.*
*Et quando indicium hoc diluatur, nu. ſeq.*
137 *Vulnera reperta ad menſuram gladij, rei inculpati, indicia ſunt ad torturam ſufficientia.*
138 *Torqueri poteſt reus accuſatus, iuramentū calumniæ delatū recuſans.*
139 *Torqueri poteſt, qui cum armis præſens fuit in loco delicti commiſſi.*
*Et quando indicium hoc diluatur. ibid.*
140 *Denuntiatio ſyndici vel alterius officialis, alio adminiculo accedente, indicium facit ad torturam.*
141 *Res ſubtracta furto, penes accuſatum reperta, torturam facit habere locum, ſi malæ conditionis, & famæ ſit.*
142 *Reus interrogatus reſpondere nolens, vel non meminiſſe ſe aut recordari aſſerens, indicium eſt torturæ.*

QVAERO Octuageſimononò, qualis eſſe debeat præſumptio, & indiciū, vt locus ſit quæſtionib. & tormentis? Hanc egregiā iuris quæſtionē propoſui, & explicaui, ſed gñatim magis q̃ ſpeciatim lib. ij. de arbit. iud. caſu cclxx.
1 quo loci ex recepta Doctorum ſcripſi, iudicis arbitrio † relinqui, quæ dici poſſint, præſumptiones, & indicia ſufficiētia ad quæſtiones, quā torturam vocant. Et illis accedunt Anto. Gomezius in commentariis variarum reſolut. Tomo iij. c. xiij.



c. iij. de probatione delictorum, nu. 13. & Iaco. Nouellus in practica cauſarum criminalium. titu. Quæ inditia præcedere debeant. nu. 17. & nu. 21. Nunc paulo vberius, & in ſpecie magis, ſicuti locus iſte expoſtulat, rem hanc explanabo. Di-
2 cimus itaque ante omnia † torturæ, & quæſtionibus locum
eſſe, non ſolùm quando extant præſumptiones, ſed etiam quando adſunt ſola inditia (eſſe inditium quid minus ipſa præſumptione, ac etiam minus ſemiplena probatione diximus ſupra.) Ita equidem ſola inditia ſufficere ad torturam affirmauit gloſſa notab. in l. cum probatio. ff. de proba. & ibi eam annotarunt Bal. Salic. Fulg. & Iacobinus à S. Georgio. Eam quoque probarunt Bald. in l. vlt. in j. lect. nu. 5. ff. quod met. cau. Ang. in l. ij. C. de quæſtio. Caſtren. in l. ij. §. j. nume. 4. ff. ſi ex noxa. cauſa aga. & ibid. Alex. & idem Alex. in cōſil. lxxxix. col. j. lib. iij. Franc. Brunus in tract. de inditiis, & tortura. col. j. Aegidius Boſſius in tract. cauſarum crimi. in tit. de inditiis, & conſiderationibus ante torturam. nu. 7. Anto. Gomez. in commentariis variarum reſolut. tomo iij. c. xiij. de probatione delictorum. nu. 2. verſi. aduertendum tamen.
3 Hæc tamen indicia debent eſſe † probabilia, & vrgentia. l.
milites. §. oportet. C. de quæſtio. Baldus in conſil. lxxvij. Ad euidentiam præmitto. col. j. lib. iij. Craue. in cōſil. vj. nu. 12. & in conſi. xcix. nu. 1. Soc. Iun. in conſi. xxxix. nu. 55. libr. ij. & eiuſdē opinionis alios plures recenſet Rolandus in conſi. xxiiij. nu. 23. lib. j. Immo, & ſi aliàs (vt diximus ſupra. q. vij.) indicium ſit minus ſemiplena probatione: attamen vt locus ſit quæſtionibus, & torturæ, indicia debent ſemiplenā probationem facere. Ita Ioan. Baptiſta à ſancto Seuerino in l. admonendi. nu. 72. ff. de iureiur. Alex. in conſi. lxxxix. col. ij. lib. iij. quos ſecutus eſt Socin. Iunior in conſil. xxxix. nu. 57.
4 lib. ij. Et debent hæc indicia † eſſe in ſua ſpecie perfecta, vt
reſpondit Marſilius in conſi. xx. nu. 2. & in conſil. xxix. nu. 7. Cæterùm tota in eo verſatur dubitatio, vnde & ex quibus oriantur hæc indicia, vt eiuſmodi ſint, quibus locus ſit quæſtioni, & torturæ? Et ex multis oriri noſtri ſcribunt. Ego aliquot hic enumerabo atque explanabo, cætera diligens atq; ſtudioſus lector, apud alios fortè obſeruabit.
5 Primum oritur indicium † ad torturam, & quæſtiones ſuf
ficiens, quando vnus teſtis atteſtatus eſt de viſu ipſius geſti actus, & commiſſi delicti. Ita cenſuit gloſſa notab. in l. iij. C. ad l. Iul. maieſtat. in verbo, conuictus. quam quidem in hanc ſententiam commendarunt ibi Cinus, Bartol. Baldus, Alber. Angel. & Salicetus. Idem ſcripſerunt Bart. in l. j. §. idem Cornelio. & in l. maritus. ff. de quæſtio. Baldus in l. milites. C. eo. de quæſtio. Albert. in l. j. C. eo. Salicetus in l. vlt. C. eo. & in l. in bonæfidei. C. de iureiurand. Abbas in capitul. at ſi clerici. in princip. nu. 14. de iud. Angel. Aret. in tracta. maleficiorum. in verbo, fama publica præcedente. colum. quarta. verſic. quæro qualiter. Soci. Sen. in conſi. liiij. nu. 1. libro iij. Marſilius in l. j. §. idem Cornelio. nu. 12. & in l. maritus. nu. 30. ff. de quæſtio. & in Practica criminali. §. diligenter. n. 25. Capicius deciſ. cxxvj. nu. 1. Ant. Gomezius tomo tertio varia. reſolut. c. xiij. de tortura reorū. nu. 7. Gramma. in cōſi. j. nu. 1. in cōſi. xxxvij. nu. 1. Afflictus in cōmentariis ad conſtitutiones Neapolita. in conſti. quæ incipit. ſi damna clandeſtina. in ix. notab. & in conſtitu. humanitatem. in v. notab. Marſilius in pract. crimin. §. diligenter. numer. 3. Ludouicus Carrerius in practica crimin. pag. xlj. in c. quæ autem. nu. 1. qui alios recenſet, qui tamen hac de re, ne verbum quidem faciunt. Idem affirmarunt Pariſ. in conſil. clxix. nu. lxiiij. lib. iiij. & Plotus in l. ſi quando. nu. 879. C. vnde vi.
Verum Blancus in tract. de indiciis. nu. 323. ſcribit; non
6 eſſe neceſſe, † quod ſit omni exceptione maior: ſed ſufficere
quod ſit integer, & idoneus. Illa tamen communis ſententia, probatur ex l. tertia. C. ad legem Iul. maieſtat. vbi gloſſa in verbo, conuictus, declarat: Probatur & ea ratione, quia
7 teſtis † vnus de viſu, non ſolùm facit indicium, ſed etiam ſe-
miplenam probationem, vt probant. l. prima. §. idem Cornelio. & l. maritus. ff. de quæſtio. vbi Bartol. & cæteri. & Angel. in dicta lege tertia. C. ad legem Iul. maieſt. Cæterum, vt
8 locus ſit huic indicio, plura † debent concurrere. Et primo
requiritur, quod teſtis iſte ſit omni exceptione maior. Ita in ſpecie ſcripſerunt ex relatis multi, præſertim Carrerius. Et illis accedunt Socin. Sen. in conſilio quinquageſimoquarto. numero 7. libro tertio. Ruinus in conſilio cxlvij. numero 3. libr. quinto. Ioan. de Amicis in conſilio xxxvij. numero 6. Clarus in practica crimi. quæſtio. xxij. Pariſius in conſilio clj. numero 3. libro quarto. Plotus in l. ſi quando. numero 879. C. vnde vi. alios plures eiuſdem opinionis recenſet Craue. in conſilio nono. numero 11. & in conſilio xcix. numero 4. vbi explicat, quando dicatur omni exceptione maior, & quomodo qualitas iſta debeat probari. Quod ſane
9 requiſitum tunc ceſſat † quando adeſt leuitas vitæ inquiſiti.
Ita Carrerius præcitato in loco, numero tertio. ex ſententia
10 Andreæ Iſerniæ. Requiritur ſecundò, quod aliæ † circum-
ſtantiæ ſeu coniecturæ non reſiſtant. Ita Baldus in l. ſecunda. columna prima. C. quor. appel. non recip. Alex. in conſilio cxxiiij. numero 5. libro ſexto. Marſil. ſingul. cccclxxvj. Gramma. Voto tertio. numero 21. Voto xxx. numero 31. & Voto xxxiiij. numero 10. Carrerius in loco præallegato, numero 6. Blancus in tract. de indiciis. numero 324. Requiri-
11 tur tertiò, quod aliæ † coniecturæ, & indicia cōcurrant. Non
enim ſufficere creditur ſolum teſtimonium de viſu. Ita tradunt Roma. in conſil. ccccl j. nu. 4. quod reſponſum eſt Baldi, vt apud eum in conſilio ccccxxvij. Quædam mulier. lib. quinto. Marſilius in conſilio lxxiiij. numero duodecimo. in conſilio cij. numero 10. in conſi. cxvj. nume. 13. & in ſingul. cccxlij. idem in l. j. §. idem Cornelio. ff. de quæſt. & in Pract. criminali, in §. diligenter. numero 5. Carrerius loco præallegato. numero ſeptimo, qui alios hoc minime affirmantes recenſet. Cæterùm ab hac traditione diſſentire viſus eſt Afflictus in commentariis ad Conſtitutiones Neapol. in conſtitutione ſi damna clandeſtina. in ix. notab. quæſtio. ſecunda, numero trigeſimo. cùm dixit, alia indicia non requiri: & ſubiungit, impoſſibile quodammodo eſſe, quod vbi adeſt teſtis de viſu, quin etiam ibi adſit indicium ex fama, vel ex inimicitia. Conciliari forte poſſunt hæ opiniones diſtinguendo; quod aut teſtis, qui deponit de viſu, eſt omni exceptione maior. & tunc ſufficit eius teſtimonium abſque aliis indiciis, & coniecturis: Et tūc procedit opinio Afflicti: Aut teſtis non eſt omni exceptione maior; & tunc alia indicia neceſſaria ſunt. Et hoc in caſu procedit opinio Baldi, & ſequacium. Habet locum illa recepta opinio, vt teſtis debeat eſſe omni exceptione maior, ad hoc vt indiciū ad torturam
12 faciat, † etiam in crimine læſæ maieſtatis; Ita reſpōdit Alex.
in conſi. xj. nu. 2. lib. j. quem ſecuti ſunt Marſilius in practica criminali. §. diligenter. nu. 6. Carrerius loco ſupra allegato. in fin.
Declaratur prædicta traditio, vt locum nō habeat, quan-
13 do † iudex pro ſui arbitrio, poteſt de cauſis capitalibus co-
gnoſcere. Nam tūc poterit adhibere fidem teſtimonio eius, qui non eſt omni exceptione maior: atque ita ſubiicere reū quæſtionibus. Ita reſpondit Alex. in cōſil. lxv. nu. 9. lib. j. qui huius opinionis recenſet Gandinum, & illum ſecutus eſt Gramma. deciſ. xxxiiij. nu. 32.
Secunda eſt præſumptio, ſeu inditium ſufficiens ad tortu-
14 ram, quod oritur ex confeſſione † extraiudiciali accuſati. Ita
cenſuit gloſſ. in l. capite quinto. ff. ad l. Iul. de adulter. in gl. vltima, quam ibi probarunt Raynerius, Bartol. Angelus & reliqui. Ita etiam Bartol. in l. quoniam. ff. de iis, qui notantur infamia. & ibidem Baldus, Angelus. Caſtrenſ. & Fulgoſ. Idem Barto. in l. vltima. quæſtio. ſecunda. ff. de quæſtio. Baldus in l. vnica. numero 20. C. de confeſſ. & in l. milites. colūna prima. in fine. C. de quæſtio. Salicetus in l. vltima. colum. iij. C. eodem. Abbas in cap. olim. col. penul. de reſcrip. & in cap. at ſi clerici. in princ. nume. 16. & ibidem Felinus nu. 6. Decius nume. 9. verſicu. circà ſecundum. & Alciatus numero 6. de iud. Idem quoque docuit ipſe Abbas in capit. quam ſit graue. de exceſſ. prælat. in capitul. ſi quis, de purg. cano. & in capitul. de hoc, de ſimo. Franc. Brunus in tracta. de indiciis, & tortura. quæſtion. tertia primæ partis princip. nume. 16. Ruinus in conſi. xiiij. nu. 2. lib. v. Iaſon in l. magiſtratibus. nume. 4. & ibidem Decius nu. 10. & Purpur. nu. 16. ff. de iuriſdi. omni. iudic. Marſilius in l. de minore. §. tormenta. nume. 50. de quæſtio. Anton. Gomezius in tomo tertio variaria. reſolut. capitul. xiij. de tortura reorum. numero 8. Carrerius in practica criminali. pagin. xlvij. in ſeptimo indicio. Petrus Folerius in practica criminali, in verbo, Et ſi confitebuntur, in ſecunda parte tertiæ partis. numero 22. M. Anton. Blanchus in Tract. de indiciis. numero 204. Iacobus

Nouellus in practica criminal.in titul.ad defenſam.nu.80.
Simancas in catholicis inſtit.titu.lxv.numero 27. Et huius
15 ſententiæ ea eſt ratio, quòd † confeſſio extraiudicialis facit
ſemiplenam probationem,vt ſcribunt Bartol.& reliqui in l.
admonendi.ff.de iureiur.Multo ergo magis facit indicium,
quod alias diximus eſſe quid minus ipſa ſemiplena proba-
tione. Quò tamen locus ſit huic indicio, & præſumptioni
plura requiruntur:Et quanquam Petrus Folerius,præcitato
in loco commemoret,decem & ſeptem requiſita : Attamen
16 verè quatuor† tãtummodo ſunt,reliqua enim ſunt cum cæ-
teris coniecturis, & indiciis communia. Eſt ſane primum
17 †requiſitum,quod confeſſio iſta debet eſſe veriſimilis, at-
que ita debet habere cauſam præexiſtentem. Nam ſi nulla
ſubeſſet cauſa,qua ita factum dici poſſet, indicium ſumi nõ
poſſet.Ita in ſpecie tradunt Baldus in l.clarum.numer.4.C.
de auctor.præſtan.Cæpolla in conſi.xxxiij.nu.17.in crimi-
nal.Blancus in tract.de indiciis.n.207.Folerius loco præal.
nu.4.Dec.in lege magiſtratibus.numer.10.& ibidem Pur-
puratus.numer.17.de iuriſdictio.omnium iudic. & probat
text.in l.capite quinto.ff.ad legem Iul.de adulter. Et ſimile
18 eſt,quod dicimus in crimine falſi,quod falſum†non præſu-
mitur cõmiſſum ſine cauſa,vt dicemus infra lib.v.præſump.
lvj.Illam autẽ veriſimilitudinem, intelligunt præcitati Do-
ctores reſpectu loci,cauſæ,temporis & aliarum circunſtan-
tiarum.
19 Requiritur ſecundò,quod hæc confeſſio†facta fuerit ſe-
riò,non autem iocosè;vt aliquando euenit inter adoleſcen-
tes.Ita in ſpecie ſcribunt Alexan.in conſil.clxxxj.colum.ij.
ver.præterea.lib.ij.Marſilius in practica criminali.§.diligẽ-
ter.nu.36.& Folerius in d.ij.parte.nu.10.qui idem eſſe ait,
vt facta eſſe non debeat calore iracundiæ.
20 Requiritur tertiò ; quod ſit † confeſſio ſpecialis, non au-
tem generalis.Non enim ſufficit,ſi dixiſſet quis ſe occidiſ-
ſe,vel furtum commiſiſſe , niſi etiam dixerit, quem occide-
rit,quid ſubtraxerit,quo in loco & quo tempore.Ita Baldus
in l.quoniam colum.pen.verſic.v.& vltimò.ff.de iis qui no-
ta.infam.& in l.in bonæfidei.C.de iureiurã.Franciſcus Bru-
nus in tract.de indiciis & tortura,parte prima.quæſt.iij.nu-
me. 16.verſi.aduerte tamen.Ant.Gomezius in tertio tomo
varia.reſol.cap.xiij.nu.8.verſic.limita tamen.Foler.in dicta
ſecunda parte.nu.13.
21 Requiritur quartò,quòd hæc confeſſio†ſit probata teſti-
monio duorum,ex quo dicitur indicium remotum.Ita Bar-
tol.in l.vlti.colum.vlti.ff.de quæſtio.& ſcribunt relati om-
nes.Hoc requiſitum eſt commune cum aliis indiciis remo-
tis.Habet tamen neſcio quid plus, cum maiori quadam di-
ligentia ij teſtificari debeãt. Qua de re copiosè diſſerit Fo-
lerius præcitato in loco.
Extenditur primò hæc ſentẽtia,vt procedat etiam ſi reus
iſte accuſatus ſit ætate minor ; modò talis ſit ætatis, vt tor-
22 queri poſſit. Nam & eius†cõfeſſio extraiudicialis indicium
facit ad torturam.Ita ſcribunt Baldus in l.clarum.numer.4.
C.de aucto.pręſta.Marſilius in l.de minore.§.tormenta.nu-
me.51.ff.de quæſtio.Ant.Gomezius in tomo tertio varia.
reſolut.c.xiij.de tortura reorum.nu.8.verſi.quod notabili-
ter.Brunus in d.tracta.de indiciis & tortura.parte prima.q.
iij.& Folerius in ij.parte.nu.28.
Extenditur ſecundò , vt procedat hæc ſententia , etiam
23 quando†parte abſente facta fuit hæc confeſſio.Ita in ſpecie
affirmarunt Baldus in l.quoniam.columna penulti.ff.de iis,
qui nota.infam.Lucas de Penna in l.prima, columna tertia,
verſicul.quod ſi quis confiteatur.C.de numerat.libro duo-
decimo,Gomezius in dicto capitulo decimotertio,numer.
8.verſi.rurſus etiam,& copiosè Blanc.in dicto tracta.de in-
diciis & tortura.nu.211.
Extenditur tertiò,vt procedat etiam in confeſſione taci-
24 ta†quæ oritur ex reſponſione accuſati; vt ſi quis ſit accuſa-
tus multis de criminibus,& interrogatus an ea commiſerit,
neget ſe commiſiſſe aliqua ex eis:cætera quæ non negauit,
dicitur violenta præſumptione eſſe confeſſus.ita Bald.in l.
ſiue poſſideris.numero 5.in fin.C.de probat.ſi ergo eſt præ-
ſumptio violenta,debet ſufficere ad torturam. Et quãquam
loquatur Baldus de actu iudiciali, idem tamen ego conce-
derem in extraiudiciali,reliqua dicemus infra, libro ſexto,
ſequenti. præſumpt. quinquageſimaſexta , cum explicabi-
mus cap.nonne,de præſum.de præſumptione ſumpta ex ar-
gumento à ſenſu contrario,& ab incluſione vnius ad exclu-
ſionem alterius.
Declaratur primò,vt locum non habeat hæc ſententia,
25 quando†reus iſte accuſatus, reuocauit confeſſionem hanc
extra iudicialem.
Nam tunc non facit indicium ad torturam.Ita Baldus in
l.vnica.numero xcvj.C.de confeſſ.Iaſon in l.magiſtratibus.
numero vj.ff.de iuriſdict.omnium iudicum.Feli.in c.olim
nume.2.de reſcript.idem Feli.& ibidem Decius in capitu-
lo,at ſi clerici.in prin.de iudi.Purpuratus in d.l.magiſtrati-
bus.numero 20.
Cæterum ab hac opinione diſſentiunt Decius in dicta l.
magiſtratibus.numero 12.Blanc.in dicto tracta.de indiciis
& tortura.numero 209.& Gomezius in dicto capit.xiij.nu-
mero 8.verſicu.item etiam limita.Horum leuia argumenta
nunc non confutabo,quia locus hic non poſtulat, vt ſingu-
la excutiam.
Declaratur ſecundò, vt non procedat in confeſſione ex-
26 traiudiciali, † facta corã ſacerdote,in cõfeſſione ſacramen-
tali.Nam hæc quamuis fuerit ab eo ſacerdote detecta, atta-
men nec fidem,nec indicium contra illum confeſſum facit,
vt torqueri poſſit.Ita Baldus in leg.Archigerontes.C.de e-
piſc.aud.quem in ſpecie ſecutus eſt Antonius Gomezius in
d.c.13.nume.9.
27 Ea eſt ratio † quia hæc confeſſio dicitur facta tanquam
Deo,non autem tanquam homini,iuxtà capitul.ſi ſacerdos.
de officio ordina.& capit.dilectus.vbi gloſſa de exceſſ.præ-
la.& gloſſa in capit.omnis vtriuſque ſexus.de pœnit. & re-
miſſ.Et propterea illi Sacerdoti nulla fides adhibetur in iu-
dicio.Hanc tamen declarationem intelligit Gomezius prę-
allegato in loco, quãdo verè is confeſſus in ipſo actu ſacra-
mentalis confeſſionis dixit,ſe deliquiſſe:ſecus verò quando
non in vim confeſſionis & pœnitentiæ, quia tunc licet ei di-
xerit in ſecreto & proteſtatione præmiſſa,quod non debeat
reuelare,ac ſi ſub confeſſionis ſigillo dixiſſet : attamen ſi is
ſacerdos producitur in teſtem poteſt & tenetur(inquit Go-
mezius)reuelare veritatem,ex ſententia Inno.in cap.quali-
ter & quando.il j.colum.ij.de accuſ.Abbas in cap.ſi ſacer-
dos.de offic.ordina.Felin. in capit.intimauit.columna ij.&
tertia.de teſtibus & diui Thomæ in iiij.ſentẽtiarum.diſtin.
xxj.quæſt.iij.artic.j.
Cæterùm exiſtimo ego hanc eſſe dubiam:cum relati Do-
ctores loquantur, quando ageretur de delicto vel in futu-
rum committendo, vel quod in futurum adferre poterit al-
teri graue detrimentum : ſecus verò eſt in delicto iam com-
miſſo : quod quidem ſi incognitum eſt, detegi hoc modo
non poteſt, vel ſi cognitũ fuit delictum, ſed incognita per-
ſona,non debet ipſa perſona detegi. Ita copiosè declaraui
in conſi.cvij.numero 77.& numer.71.cum aliis ſubſequen-
tibus.Et præterea admiſſo,quod commemorati Doctores,
loquantur de delicto iam commiſſo,adhuc Gomezij decla-
ratio ita abſolutè procedit,ſed eſt diſtinguendum, vna cum
diuo Thoma.2.2.quæſtio.lxx.artic.j.in reſpõ.ad ſecundum
aut ſunt eiuſmodi;quæ ſtatim ea ſciens debet palam facere,
vt ſi non pertinẽt ad corruptionem(vt ſancti Doctoris ver-
bis vtar)multitudinis ſpiritualis,vel corporalis, vel ſi graue
damnum alterius reſpicit.Nam tunc non potuit is, cui com
miſſum hoc ſecretum obligari, ne illud detegat. Et hoc in
caſu loquuntur Innocentius,Felinus & cæteri, ſuprà relati.
Aut verò graue damnum alterius non reſpicit. Et tunc ma-
nifeſtare is,cui commiſſum eſt ſecretum non debet,nec po-
teſt illud detegere. Et diui Thomæ ſententiam probarunt
Adrianus in quolibetis quæſtio.xj.pag.iiij.verſic.ad quin-
tam difficultatem.& Henric.Boic.in c.omnis vtriuſq; ſexus
in fi.de pœnit.& remiſſio.
Tertium indicium ad torturam ſufficiens oritur ex fama,
28 †modo aliqua alia adminicula concurrant. Ita ſcribũt Bar-
tol.& reliqui in l.de minore.§.tormenta. ff. de quæſtio. ex
illo textu.Salicetus in l.ea quidam.§.quia propter.de accu-
ſat.Gandinus in tractat.de maleficiis.in rubr.de quæſtio.&
tormentis.verſi.ad exprobationem famæ. Beluiſius in pra-
ctica criminali,in rub.de quæſtio.Baldus in l.voluntatis.C.
de fideicommiſ.Angelus Aretinus in tract.de maleficiis, in
verbo,fama publica præcedente.Iaſ.in repet.l.admonendi.
nume.205.



nume.205.ff.de iureiurando.Franciſcus Brunus in tract.de
indiciis & tortura. parte prima.q.iij.numero 32.Marſilius
in dicto §.tormenta.nume.15.& in practica criminali.§.di-
ligenter.nume.25.idem in ſing.xcvij.Antonius Gomez. in
tertio tomo,varia.reſolut.capit.xiij.de tortura reorum. nu-
me.10.Blancus in tract.de indiciis & tortura. numero 313.
Pariſ.in conſi.cliij.lib.iiij.Carrerius in practica criminali.
pag.xlij.in ſecundo indicio. Simancas catholicarum inſti-
tutionum tit.lxv.nume.36.& num.37.Iulius Clarus in pra-
ctica criminali.§.finali.quæſt.xxj.ver.fama,Craue.in conſi.
xlj.nume.6.Gramma.in conſil.xvij.nume.10.& in conſilio
xxxij.numer.7.in criminal.idem in voto xxxiiij.nu.3.De-
bent autem(vt diximus)cõcurrere alia adminicula : alioqui
ſola ipſa fama non ſufficeret. Et ibi permulti ex præcitatis
Doctoribus ſcribunt, quod ſi iudex ex ſola & nuda fama,
ſubiiceret inquiſitum queſtionibus,& ille fateretur delictũ,
illa confeſſio ſibi non noceret.Et huius ſententiæ ea eſt ra-
29 tio,quia fama†vim non habet teſtimonij, ſed vices accuſa-
toris,vel iudicis obtinet.cap.qualiter & quando.il ij.de ac-
cuſat.Et præterea ij,qui de fama teſtificantur, de auditu lo-
quuntur,& iniuriatorum voces audiunt, vt audiũt, vt inquit
Fabius Quintilianus lib.v.inſt.orat.cap.vij.quibus quidem
iniuria affectis, vt & ille ait, nulla adhibetur fides. Et acce-
30 dit,quod fama†ſolet plus mali quã boni nunciare. Id quod
ſignificauit Ouidius lib.ix.Metamorph.

*Fama loquax peruenit ad aures*
*Deianira tuas,quæ veris addere falſa*
*Gaudet,& à minimo ſua per veſtigia creſcit.*

Et Seneca in tragædia iiij. ſcribit, *Fama vix vero fauet.* Et
egregie Curtius libr.ix.de vita & geſtis Alexandri magni,
refert Alexandrum ipſum magnum de fama conſueuiſſe
hæc dicere.
Nunquam ad liquidum fama perducitur; ſed falſis mixta
omnia,illa tradente maiora ſunt vero.) Alia plura his ſimi-
lia congerit Simancas in d.titul.lxv.nume.38.& numer.40.
31 Vt ergo fama indicium ad torturã faciat, requiruntur†hæc
ſimul,quod reus vilis & infamatus ſit : & quod fama ſit orta
non à maleuolis, aut leuibus hominibus, & teſtibus ido-
neis probata eſſe debet fama hæc. Ita præcitati Doctores
ſcribunt.
Declaratur primò hæc ſententia,vt locum non habeat,
32 quando†fama eſſet vehemens. Nam tunc ipſa ſola, abſque
aliis adminiculis eſſet ſufficiens ad torturam. Ita reſpondit
Barto.in cõſil.xcj.Domino Paci.lib.j.Idem ſcripſit Baldus
in capit.j.§.iniuria.de pace iura.firm.Iaſon in repe.l.admo-
nendi.nume.205.ff.de iureiurand.Felin.in cap.veniens.nu-
mer.15.de teſtibus.Brunus in tractat.de indiciis & tortura,
parte prima.quæſtio.iij.nume.32.Marſilius in l.de minore,
in §.plurimum.nume.29.de quæſtio.idem in ſingu.xcvij.&
ſing.ccv.& in conſi.xxx.& in conſil.xxix.Carrerius in d.ſe-
cundo indicio.nume.6.Gramma.in conſi.lvij.numer.16.in
crimi.idem in deciſ.xxxiiij.nu.52.& in deciſ.xlij.nume.11.
33 Quæ autem dicatur fama vehemens, † relinquitur arbitrio
iudicis,vt poſt Bartolum in dicto conſil.x.ſcribunt multi
ex relatis ſupra.
Declaratur ſecundò non procedere in his,quæ ſunt diffi-
35 cilis probationis:Nam tunc†ſola ipſa fama ſine aliis admi-
niculis indicium facit.Ita Iulius Clarus in practica crimi-
nali in §.fi.q.xxj.ver.Cæterum.
Declaratur tertio, vt non procedat quando cum fama
35 †cõcurreret denuntiatio ſyndici.Ita Bart.in d.conſi.xcj.in
fi.& in l.excuſantur.§.ætas.ff.de excuſa.tut.Franciſ. Brunus
in tract.de indiciis & tortura.parte prima.q.iij.numero 32.
Carrerius in d.ij.indicio.nu.3.
36 Quartum indicium ſufficiens ad torturam oritur ex † fu-
ga.Ita in ſpecie affirmarunt permulti, quos ſtatim comme-
morabo.Quo hæc traditio clarior & apertior reddatur, di-
ſtinguendi ſunt aliquot caſus.
Primus eſt,quando fuga obiicitur alicui tanquã crimen,
& pro crimine.Hic caſus ad rem noſtram non pertinet.Hoc
tamen in caſu cenſent omnes, quod ſtatim quo probata eſt
ipſa fuga,dicitur probatum delictum.l.deſertorem.ff.de re
milita.& l.prima.& l.ſecunda.C.de deſerto.libro xij.& ibi
tradunt omnes.Io.Andr.in annota.ad Spe.in tit.de pręſum.
§.ſpecies.nu.3.in fi.& Franciſ.Brunus in tract.de indiciis &
tortura.parte j.quæſtio.iij.numer.7.Grilandus.in tracta.de
relaxat.carceratorum. in tit. de fuga.nu.3. Iulius Clarus in
practica criminali.§.fi.q.xxj.in ver.fuga.
Secũdus eſt caſus,quãdo fuga obijcitur pro alterius cri-
minis probatione,quod ſane crimen ſufficit probare ex ſuſ-
picione.Hoc in caſu fuga ſufficit:ex quo eũ ſuſpectũ facit.l.
publicis.§.præterea.ff.de ſuſp.tut. Et hunc caſum affirmare
omnes,aſſeruit Brunus in d.q.iij.num.7.Grilandus vbi ſup.
nu.3.Iulius Clarus vbi ſup.
Tertius eſt caſus , quando eiuſmodi eſt crimen vt ad eius
probationẽ requiratur plena probatio:& iſte fugit ante in-
choatũ proceſſum,& vocatus non reuertitur.Hoc ſane caſu
fuga facit indiciũ.Ita Brunus in d.q.iij.nu.7.verſi.primo ca-
ſu.qui ſenſit hoc indiciũ eſſe ſufficiens ad torturam. Boſſius
in tract.cauſſarũ criminalium.tit.de indicijs.nu.49.Et idem
ſenſerunt alij permulti,quos recenſet Clarus in d. q. xxj. in
ver.fuga,qui communem eſſe ſententiam teſtatur.
Declaratur primò hic caſus,vt non procedat,quãdo hic,
37 qui fugit,† fuit vocatus ad iudicium & venit.Nam tunc illa
fuga nullum facit indiciũ. Ita Bar. in l. quid ſit fugitiuus.§.
ſciẽti.ff.de ædi.edicto.atque ita intelligitur gloſ.l.j.§.emã-
ſor.ff.de re mil.idem ſcripſit Brunus pręcitato in loco verſ.
primo caſu.Io.de Amicis in conſi.vij.nume.19.& in conſi.
lxxxv.nu.8.Clarus in d.§.fin.q.xxj. ver. fuga. in fin.
38 Declaratur ſecundò,vt procedat quãdo aliqua iuſta † vel
colorata cauſa ſubeſſe poteſt,vt hic abeſſe cęperit. Nã tunc
illa fuga,vel verius abſentia eum ſuſpectum non facit. Exẽ-
plũ vt ſi quis ob factiones timet,ne ipſe occidatur?etſi inno-
cens ſit de morte alicuius , qui alterius factionis erat:vel ti-
met,ne falsò ab aduerſæ factionis viris accuſetur. Nã ſi tũc
aufugit,indiciũ nõ facit contra ſe ad torturã.Ita Baldus in l.
in bonæfidei.C.de iureiura.Brunus in d.q. iij. nu. 6. verſic.
aut non fugit.
Adfertur etiam aliud exemplũ,vt ſi iſte cõſueuit ſæpe re-
cedere ab vrbe,& etiã ad remotas regiones proficiſci,putà
ex cauſa negotiationũ,vel ſimilem ob cauſam.Nam tũc ſua
abſentia indicium aliquod non facit.Ita Baldus in d.l.in bo-
næfidei.C.de iureiur.Rom.in l.admonendi.nu. 25. ff.de iu-
reiur.Brunus in d q.iij.nu.8.Carrerius in practica crimina-
li.pag.xliiij.in tertio indicio.nu.6.
Tertium exemplũ,quando hic,qui aufugit timebat ſæui-
tiam iudicis,qui ita ſæuire in homines conſueuit.Ita ſcribit
Grilandus de relaxat.carceratorum.tit.de fuga nu.10.Eſt &
quartum exmplũ,vt ſi timebat ne de facto prehenderetur,&
carceri includeretur,tunc enim fuga non facit indiciũ,ſicuti
ſcribũt Bar.in l.quid ſit fugitiuus.§.j.ff.de ædi.edicto.Io.de
Amicis in conſil.vij.nu.18.Gri.in tracta.de relaxat.carcera-
tor.tit.de fug.nu.9.verſ.tertiò limitatur.Carre. in d.iij.indi-
cio.nu.8.Quod ſanè exemplũ eo magis procedit in his qui-
bus ſumma eſſet verecũdia,ſi carceri includerentur,vel ſi ob
ætatem carceris duritiem ferre nox poſſent , quemadmodũ
Demoſthenes ſua in epiſto.ij.de ſuo reditu ſe excuſat,quod
iudicium Athenienſium effugiſſet,Demoſthenis verba hæc
ſunt.(Iam ob diſceſſum meũ iure iraſci mihi nõ poteſtis,ne
que enim ideo abij,quod de vobis deſperarem, aut vſpiã a-
lio reſpicerem:ſed primum carceris ignominiã animo fere-
bam grauiter, deinde propter ætatem , afflictionem illam
corporis perpeti non poteram : denique & vos non nolle
putabam,illam contumeliam me effugere , quæ neque vos
quidquam iuuabat,& me perdebat.Hæc ille.
39 Quartus eſt caſus,quãdo aufugit accuſatione† & quærela
iam propoſita,ante tamen citationẽ factã. Hoc in caſu,hæc
fuga nullum facit indicium,ſed aliqualem ſuſpicionem , vt
probat.tex.in l.in leg.Cornelia.ff.ad Sillania.Ita Bar.in l.j.
ff.de bonis eorũ, qui ſibi mortem conſciue.Ang.in l.vl.ff.de
quæſtio.Ro.in l.admonendi.nu.25.ff.de iureiur.Brun.in d.
tract.de indiciis & tortura. parte j.q.iij.nu.9.Dec.in conſi.
ccxxxiiij.nu.1.Marſ.ſingu.vx.& ſingu.cccxcvij.Carrer.in
dicto iij.indicio.nu.14.Gril.in tract. de relaxat. carcerato-
rũ.in tit.de fuga.n.4.Boer.q.ccxv.nu.7.Hæc tamẽ ſuſpicio,
maior aliquando & aliquando minor pro perſonarũ & re-
rum circumſtantiis eſt:ob id iudicis arbitrio quãta ſit relin-
quitur,vt in ſpecie admonuit & rectè Simãcas in catholicis
inſtitutio.tit.lxv.nume.29.Euenit enim aliquando,vt & in-
nocentes formidoloſi fugiant,veriti iudicum ſæuitiam , aut
poten

potentiam inimicorũ,aut falſos teſtes.Extat celebre exem-
plum Alcibiadis, qui ( vt auctores ſunt Plutarchus in illius
vita & Aelianus lib.xiij.de varia hiſtor.)cum ad cauſam pro
capite dicendam,è Sicilia vocaretur ab Athenienſibus, ob-
temperare noluit:ſtultum exiſtimãs iudicium quærere, non
fuga ſibi conſulere,cum fugiendi datur facultas. Et cũ qui-
dam diceret,an non credis te ipſum patriæ? reſpondit(imò
ne matri quidem crederem:Timerem enim,ne forte per im-
prudentiam aut errorem veritatis, nigrũ calculum pro can-
dido ſubmitteret.
40 Declaratur hic caſus,vt non habeat locum † quando alia
ſuſpicio eſſet contra hunc,qui fugit.Ita tradunt Ange.Aret.
in tracta.maleficiorum.in verbo,fama publica.nume.45.&
Carrerius in prædicto tertio indicio.nu.16.Gram.in conſi.
xxxij.nu.7.in criminal.
Quintus eſt caſus,quando accuſatione & querela propo-
ſita,cum adhuc eſſet in ſua libertate, aufugit, & vocatus ad
iudiciũ non venit,ſed in contumacia perſeuerauit.Hoc ſanè
41 caſu fuga † ob illam contumaciam facit indicium ſi modo
concurrat leuitas vitæ accuſati,vel aliud adminiculum , vt
ſcribunt Baldus in leg.prima.C.de hæred. inſtitu. Caſtren.
in l.raptores.C.de epiſc.& cleric.Paris Putheus in tractat.
de ſyndicatu,in verbo,tortura,il iij.verſi. ſequitur quæſtio:
qui admonet,pro qualitate & conditione perſonæ eſſe pro-
cedendum.Marſilius in practica criminali.§. diligenter.nu-
mero 136.& in l.penultima. in fine.ff.de quæſtio. idem in
ſingul.cxvij.Gramma.in conſilio xxxij.nume.8.& in conſi.
xlv.numero 27.& deciſ.xj.numero 15.Carrerius in d.ter-
tio indicio.nume.17.qui ſubiungit,hoc procedere,quando
contumacia fuit legitimè cõtracta.Nam ſi aliquam ob cau-
ſam ſe excuſaret indicium ſufficiens non eſſet.
Sextus eſt caſus,quando iam propoſita querela,& carce-
re mancipatus iſte aufugit, non fracto tamen carcere. Hoc
42 in caſu†fuga hæc indicium facit ad torturam.Ita Feli.in c.
nullus.& ibi Dec.nu.7.de præſumpt. Marſilius in practica
criminali.§.diligenter.nu. 22.Carrerius in dicto tertio indi
cio.nu.31.Gram.in conſi.lvij.nu.2.in crimi.
Declaratur primò,vt non procedat quando iſte erat in-
43 iuſte carceratus. Nam tunc eius†fuga non facit aliquod in-
dicium ad torturam.Ita Alex.in cõſil.cxliiij.nume.7.lib.ij.
Afflictus in commentariis ad conſti.Neapol.in cõſtitutio-
ne quæ incipit.Clementiæ, in fin.tertij notab.Carrer.loco
iam citato.nu.15.
Declaratur ſecundò,vt non procedat quando iſte receſſit
è carcere animo redeũdi : vt quia poſtea ſtatim rediit.Nam
44 tunc†non facit indicium ad torturam.Ita Barb.in l.quid ſit
fugitiuus.§.j.de ædil.edicto.Carrerius in dicto tertio indi-
cio.nume.25.& nu.27.qui eiuſdem ſentẽtiæ alios comme-
morat,Grilandus in dicto tracta.de relaxatione carcerato-
rum.titu.de fuga.numero 7.verſicul. hæc tamen exceptio;
qui explicabat, quomodo animus ille reuertendi proba-
ri poſſit.
Septimus ac vltimus eſt caſus;quando iſte aufugit fracto
45 carcere,vel ruptis compedibus.Hoc ſanè † caſu non ſolum
hæc fuga indicium facit ad torturam, verùm etiam plenam
probationem facit, quoad condemnationem : modò fuga
hæc,fuerit facta cum conſpiratione. Ita.probat.l.in eos.ff.
de carcer.vbi Bartol.& Alberic.& ibi quoque in annota,ad
Bar.idem affirmarunt Paris Puthæus in tract. de ſyndicatu.
in verbo carcer.verſ.qualiter. Felinus in cap.nullus.de præ-
ſumpt.Grilandus in tracta.de relaxat.carceratorum.titu.de
fuga.nu.7.Carrerius in dicto tertio indicio.nu.32.Rolan.
in cõſi.vij.nu.46.lib.j.& Iulius Clarus in d.pract.crimina-
li.§.fi.q.xxj.tertio autem modo.Extant tamen aliqui caſus
46 †in quibus ſola ipſa fuga abſque conſpiratione plenã pro-
47 bationem criminis facit,ſicuti in crimine † hæreſis. In quo
quidem dicimus,quod fugiẽs è carcere illo effracto,dicitur
relapſus.Ita Fel.in c.excommunicamus.il j.nu.7.de hæret.
48 Idem dicimus in fuga,†quam facit magiſtratus tẽpore ſyn-
dicatus.Nam illa fuga infert præſumptionẽ violẽtam quod
in officio deliquerit.ita proba.l.conſiliarios.C.de aſſeſſ.&
tradit Franciſ.Brunus in tractat.de indiciis & tortura part.j.
quæſtio.iij.nu. 11.
49 Declaratur primò,vt locum non habeat;quando†fuit in-
iuſte detentus.Nam ſi fracto carcere aufugit,non facit fuga
probationem ad condemnationem.Ita ſcribunt Paris Pu-
theus in tracta.de ſyndicatu.in verbo,captura.verſicu.ſi iu-
dex.Marſilius in practica criminali.§. attingam.numer. tri-
geſimooctauo. Carrerius in dicto tertio indicio numero
trigeſimoſexto.Rolandus in dicto conſilio vij.nu.47.lib.j.
& Iulius Clarus præcitato in loco.Alias declarationes cõ-
memorat Griland.in tractat. de relaxatione carceratorum.
titu.de fuga.numero 13.vſque ad finem.& aliqua ſcripſi li-
bro ſecundo,de arbitrariis iudicum &c. caſu cccj. Prædi-
ctis addendum illud eſt, eſſe tributum in priuilegio ſcho-
50 laſticis,vt fuga † quæ aliàs indicium facit , contra eos non
faciat.Ita Rebufus de priuilegis ſcolarium.priuileg. xv.qui
declarat,niſi ſit crimen hæreſis.
Quintum indicium ſufficiens ad torturam oritur ex ini-
51 micitia † capitali,modo aliqua adminicula concurrant , vt
ſi inimicus minatus eſt,vel aliquid præparauit , quod ſigni-
ficare quodammodo potuit,illum voluiſſe delictum com-
mittere,vt ſi viſus eſt armatus tranſire per locum, vbi erat
offenſus,tempore quo fuit commiſſum delictum , vel forte
paulò ante,abſtulit è domo magis pretioſa & deinde ille
alter reperitur occiſus , vel offenſus : Nam inde ſurgit indi-
cium & coniectura,id ab inimico factum fuiſſe. Et propte-
rea hoc indicium eſt ſufficiens ad torturam. Ita probant. l.
iij.§.eiuſdem.ff.de teſtibus.& l.prima.§.pręterea.ff.de quę-
ſtio.& ſcribunt Bartol.in l.vlti.colu.iij.ff.de quæſtion.Bal-
dus in l.j.C.de hæred.inſtit.in l.vnic.C.ſi quis Impera. ma-
ledixe.& in l.metum.C.quod metus cauſa. Angel. in l. vlti.
colum.ij.C.de quæſtio.Gandinus in tract. de maleficijs. in
tit.de indicijs,quib.proceditur ad torturam.Auguſt.Arim.
in annota.ad Angel.Aret.in tract. maleficiorum in verbo,
fama publica præcedente.nu.50.Caſtren.in l.j.ff.de ijs,qui-
bus vt indig. Marſil.in l.j.§.præterea.nu. 24. ff.de quæſtio.
idem in pract.crim.§.diligenter.nu.69.idem in conſi. lxxij.
num.12.Anto.Gomez.in tertio tomo variarum reſolut.ca.
13.titu.de tortura reorum.nu. 11.Io. de Amicis in conſil.lj.
Gramma.in conſi.iij.num.16.in criminal.idem in voto.xv.
& voto xxx.nu. 29. voto xxxiiij.num.7. Carrer.in practica
criminali pag. xlvj. in quarto indicio. Plotus in l. ſi quan-
do.numero octingenteſimooctuageſimo. C. vnde vi , & in
foro ita obſeruari teſtantur Aegidius Boſſius in tract. cau-
ſarum criminal.tit.de indicijs.numero quadrageſimo ſepti-
mo.& Iulius Clarus,in practica criminali , quæſtio. vigeſi-
maprima,verſiculo inimicitia , ibi aut verò quæritur. Qui-
bus conſtat hanc eſſe receptam opinionem,etſi ab ea diſſen-
tiant Specul.in tit.de præſump. §. ſpecies. numero quinto.
Romanus in l.prima.§.ſi quis in villa.in primo notab. ff. ad
S.C.Syllania.Angelus in tract.maleficiorum,in verbo , fa-
ma publica præcedente.numero vigeſimonono,& num.60.
qui dixerunt,ſolam inimicitiam capitalem facere indicium
ad torturam. Qua etiam in opinione fuerunt Calcan. in
conſil.lxiij.numer. 2.Felinus in ca.afferte.nume.12.de præ-
ſumpt.Decius in conſil.lxiiij.nume.6.ver.inimicus enim.&
in conſi.clxxix.nume.15.Franciſc.Brunus in tract. de indi-
cijs & tortura.parte prima.q.iij.nume.29.Gratus in conſil.
cxxxvj. num.24.libro primo.Ioan.de Amicis in conſilio lj.
nu.7.Mantua in conſilio quinquageſimoſecundo,colu.ij.&
in conſi.lxvij.colum.v. libr. primo. Ab illa tamen prima o-
pinione non eſt recedendum. Quæ ſanè opinio intelligitur
(vt etiam attigi ſupra) quando inimicitia eſt capitalis atque
ita grauis,ſecus ſi eſſet leuis.
52 Nam tunc etiam ſi adeſſent alia adminicula , † non inde
oriretur ſufficiens coniectura ad torturam. Ita ſcribunt ex
relatis multi,præſertim Marſil.in d.§.diligenter.numer.72.
Carrerius in d.iiij.indicio.nu.4.Plotus in d.l.ſi quando.nu.
880.in fine.C.vnde vi.& Iacobus Nouellus in ſua practica
criminali. pag. lx. numero 3. qui aſſerit, ita omnes ſentire.
Extenditur primò hæc traditio,vt procedat etiam in ini-
53 micitia†cauſata ex offenſione,nõ ſibi,ſed ſuis facta,vt putà
patri,fratri,& ſimilibus.Ita Gandinus in rub.de indicijs du-
bita.ad torturam in primo indicio.Carrerius in d. iiij. indi-
cio.numero 7.& nu.15.poſt Lucam de Penna in l. is, cuius.
colum.iii.ver.ſcias etiam.C.de his,qui ſe defend.libr.x. Io.
de Amicis in conſil.iiij.numero 13.& ſi diſſentiat Gram.in
voto xxx.nume.19. & recepta ſententia probatur in l. cum
in fundo.§.ipſis autem.verſi.ſed etſi.ff.de iure dotium.& in
l.Cicero.



l.Cicero.ij.reſp.ff.de pænis.Confert ſimile , quod ſicuti le-
gatum à teſtatore factum, cenſetur tacitè ab eo ademptum
& reuocatum ob inimicitiam cauſatam ex perſona legata-
rij,iuxtà l.iij.in fine.ff.de adimen. leg. Ita etiam cenſetur a-
demptum,quando inimicitia fuit cauſata ex perſona ipſiuſ-
met teſtatoris.Ita tradunt Iaſon in l.ſi filiam.num. 2.C.de i-
noff.teſta.& in l.hæreditas.nu.3.verſi.ſecundo limita. C.de
iis,quib.vt indig.Ripa in l.filiusfam.§.diui.num. 51.& ibi-
dem Crottus nume.34.de legat.j.& Petraſancta ſing.v.Ta-
metſi hac de re diſſentiunt Bar.in l.cum ſecundis tabulis. §.
quoniam.ff.de iis quibus.vt indig.Roma.in ſing.cxcvj.Tu
habes.Barb.in conſi.lvj.col.pen.lib.j.& Tiraquel.in tract.
quod ceſſante cauſa,ceſſet effectus.parte prima.nume. 122.
54 in fine.Eſt etiam ſimile quod inimicitia † inter reum con-
uentum & iudicem cauſata etiam ex ſolo facto ipſius rei,ef-
ficax eſt, vt is, iudex recuſari poſſit ; cum non conſideretur
cauſa vnde ipſa inimicitia prouenit,ſed ipſius inimicitiæ ef-
fectus.Ita ſcribunt Butrius in cap.veniens. il ij. de ſponſal.
Alex.in conſi.xcix.nume.3.lib.j.Iaſon in l.ſi filiusfamil.nu.
1.C.de inoffic.teſtam.Marſilius in l.j.§.cum quis latrones.
colum.penult.de quæſtio.Ripa in c.j.nu.14.de iud. Gram-
ma.in conſil.xij.nu.7.in criminal.& Rolan.in conſil.xxiiij.
nume.46.lib.j.Eſt etiam ſimile quod de repulſatione teſtis
55 †ob inimicitiam reſpondit Paris.in conſi.liij.numer.28.&
in conſi.lxj.nume.16.lib.iiij.Eſt quoque ſimile quum dici-
56 mus,quod alterum†offendẽs & ſic cauſam inimicitiæ præ-
ſtans,poteſt petere ſibi caueri,ne offendatur,ſicuti hanc eſ-
* ſe veram * & receptam opinionem ſcripſerunt ex recentio-
ribus Ripa in rub.ff.de damno infecto.numer.20. & in ca-
pitu.j.nume.14.de iudiciis.Aufrerius in additio. ad Capel-
lam Tholoſa.quæſtio.ccccIxxxix. in fine. Petrus Placa in
epitome delictorum cap.vij.nume.8.& Rolandus in conſil.
xxiiij.nu.46.lib.j.Ea eſt ratio,quia conſideratur ipſe effe-
ctus inimicitiæ,non autem vnde illa prouenerit.
Extenditur ſecundò,vt procedat etiam, quando inimici-
tia eſſet de recenti reconciliata.Nam per reconciliationem
57 de recenti†non cẽſetur ſublatus effectus inimicitiæ:& ideò
illa adhuc indicium facit ad torturam.Ita Marſil.in leg.pri-
ma.§.præterea.ff.de quæſtio.& Carrerius in practica crimi-
nal.pag.xlvj.in iiij.indicio.nume.9.Et plura de inimico re-
conciliato ſcripſi lib.j.de arbitrariis iudicum. &c.quæſtio.
xxviij.nume.8.
Declaratur hæc ſententia, vt non procedat quando de
inimicitia conſtaret ſolùm in genere. Nam illa indiciũ non
58 facit,†ſed in ſpecie probari debet.Debent ſanè teſtes refer
re cauſam inimicitiæ,vt putà ob talem offenſam.vt tradunt
Baldus in l.ſi quis teſtibus.in fine.C. de teſtibus. Imola in
cap.Raynutius.nume.15.de teſtamen.& Iaſon in l.j.nume.
18.C.de teſtamen.Felinus in cap.cum oporteat.col.vj.ver.
item vide Baldum.de accuſa.Et in ſpecie noſtra ita ſcribunt
Gramma.in conſilio xij.numer. 10.& in conſi.xliiij.nume-
ro 9.& deciſ.xxiiij.numero 21.& Carrerius in dicto iiij.in-
dicio.in fine.
Sextum indicium & præſumptio ſufficiens ad torturam
59 oritur†ex præcedentibus minis. Verùm quia perplexè hæc
à noſtris traduntur;aliquot caſus ſunt diſtinguendi.
60 Primus eſt caſus quando minæ fuerunt factæ†ab eo, qui
conſueuit illas exequi.Hæ indicium faciunt ad torturã. Si-
cut ſcripſerunt Gandinus in tract.maleficiorum.titul.de in-
diciis dubitatis ad torturam colum.penult.verſic.octauum
etiam indicium.Baldus in l.metum.C.quod metus cauſa. &
ibidem Alexand.Angelus in l.j.C.de iis,quibus,vt indig.&
ibidem Salicetus,Caſtrenſi.& Iaſon,Imola in l.vltima.nu-
me.10.ff.de hæred.inſtit.Angelus Areti.in tract.maleficio-
rum, in verbo, fama publica.& ibidem Auguſt.Ariminen.
in additio.Butrius in capit.tertio loco.de probat.Abbas in
cap.ſcribam.nume.12.de præſump.Franc.Brunus in tracta.
de indiciis & tortura,parte prima.quæſtio.iij.nume.33.Fe-
linus in cap.j.numero 2.de offic.deleg.& in cap.afferte.nu-
me.11.de præſum.Decius in conſil.clxxxix.nume.17.Mar-
ſilius in practica criminali.§.diligenter.numero 85.idem in
conſi.lxxij.numero 5.& 12.Carrerius in practica criminali
pagin.lj.in duodecimo indicio.Blancus in tract.de indiciis
& tortura.numer.183.Non ignoro tamen multos eſſe, qui
ſcripſerunt ſimpliciter,minas facere indicium ad torturam,
non adhibita diſtinctione, an is minans conſueuerit exequi
minas,vel non.Ita ſanè Specul.in tit.de præſump.§.ſpecies.
nume.7.Marſil.in conſilio iij.numero 13.Boerius quæſtio.
clxvj. numero 3. Craue.in conſilio xxxv.numero 1. & nu-
mer. 16.& communem eſſe teſtantur Boſſius in tracta.cauſ-
ſarum criminali.titul.de indiciis. numero 44. Petrus Placa
libro j.Epitome delictorum.capit.xxviij.numero 18.& Iu-
lius Clarus in practica criminali.§.finali.quæſtio.xxj.verſi-
cu.Minæ præcedentes.Ab illa tamen prima opinione rece-
dendum non eſt:Niſi ſupremę poteſtatis iudici aliter viſum
ſit ſicuti obſeruare ſæpe ſolet ſapientiſſimus Senatus Me-
diolani,qui auctore Iulio Claro loco præallegato, conſue-
uit ſæpe probatis minis,& earum cauſa iubere torqueri mi-
nantem illum.Imò iudices quorum ſumma eſt poteſtas, in-
terdum tanti faciunt præcedentes minas, vt minantes ipſos
pœnis illis feriant quibus ſubſecutum delictum puniri me-
retur.Extat præclarum exemplũ apud Liuium, Decade ter-
tia lib.x.qui memoriæ prodit:Quartam Hoſtiliam damna-
tam fuiſſe,quòd cum minata eſſet marito mortem intra bi-
meſtre,ille eo tempore deceſſiſſet. Et hac in re animaduer-
61 tendum eſt,has minas † debere probari in ſpecie, vt admo-
nuit Dec.in d.conſi.clxxxix.nu.17.& egregie Bertr.in cõſi.
lxj.lib.ij.& Folerius in pract.cri.par.ij.in verbo,item quod
ſororem.nu.23.& 25.
62 Secundus eſt caſus quando † minæ factæ fuerunt ab eo,
qui non conſueuit illas exequi, ſed tamen concurrunt alia
adminicula. Hoc etiam in caſu, hæ minæ indicium faciunt
ad torturam.Ita Franc.Brunus in d.q.j.nu.33.poſt Bald. de
Bartolinis in l.licet Imperator.de legat.j.& Carrerius in d.
xij.indicio.nu.3.
63 Tertius eſt caſus,quando minæ†factæ fuerunt ab eo, qui
non conſueuit illas exequi : & alia adminicula non concur-
runt.Hoc in caſu,hæ minæ non faciunt indicium ad tortu-
ram.Ita ſcribunt relati penè omnes ſupra in primo caſu. Et
illis accedunt Iacobus Beluiſius in ſua practica in rubri.de
quæſt.in quarto indicio.Marſilius in practica crimin.§.di-
ligenter , numero 86. Antonius Gomezius in tertio to-
mo varia.reſolut.cap.xiij,titu,de tortura reorum.nume. 11.
verſi.& idem eſt.Paris.in conſil.liiij.numero 32. libro iiij.
& Ludouic. Catus inter conſilia criminal.tomo primo, con
ſilio xcix.numero xv.Ea eſt huius ſententiæ ratio,quia ſæpe
64 multa verba proferuntur calore†iracundiæ, quæ tamẽ exe-
cutioni non mittuntur.argument.l.famoſi.ff.ad legem Iul.
65 maieſt.ibi,nec lubricum†linguæ ad pœnam facilè trahen-
dum eſt.Quo circa Paris Putheus in tract. de ſyndicatu in
verbo,tortura.verſ.an,ſi quis dixerit,mulierem quandam è
ſpecula minatam aliquando fuiſſe alicui, quem odio habe-
bat,his verbis. *Io te farò tagliar le gambe,non paſſarà troppo* ; quæ
verba audiens quidam alter illius minati inimicus, cogita-
uit illum vulneribus afficere ſub ſpe, quod illa mulier fuiſ-
ſet diffamata : id quod præſtitit. Capta fuit mulier & minis
probatis,fuit quæſtionibus ſuppoſita:quę quidem aſſeruit,
ſe id mandaſſe;& pœnis ob id affecta:deinde reperta fuit in-
nocens.Et Paridem recenſet etiam Boerius quæſtio.clxvj.
66 numero 3.Et præterea,minæ†in dubio debẽt intelligi me-
diante iuſtitia,& nõ propria auctoritate,vt ſi quis ita ſit mi-
natus , vindictam omnino ſumam de te ; intelligitur ſu-
mam vindictam mediante iudice & principe, vt reſpondit
Alexand.in conſilio clxxxviij. columna tertia, libro ſepti-
mo, quem ſecutus eſt Crauet. in conſilio clj. numero 18.
Et eſt argumen.l.vxor vbi glo.& Docto.C.qui accuſa.non
poſſunt.
Septimum eſt indicium ſufficiens ad torturam, quod ori-
67 tur ex†mendacio & variatione ipſius accuſati, vel inquiſiti
reſpondentis.Ita ex ſententia Barto.in l.de minore.§.pluri-
mum.numero 3.& in l.vltim.numero 3.ff.de quæſtionibus.
ſcribunt Romanus in conſilio octauo, numero 3, Angelus
Aretinus in tracta.maleficio.in verbo,fama publica.nume-
ro 105.Frãciſcus Brunus in tract.de indiciis & tortura, par-
te prima.quæſtio.tertia, numero decimooctauo. Marſilius
in practica crimi.§.diligenter. numero ſeptuageſimoquar-
to.& in ſingul.ciij.in conſilio decimoquinto, numero 15.
& in conſilio quinquageſimoprimo , numero ſexageſi-
moſeptimo.Curtius Senior in conſilio quadrageſimopri-
mo.ſuper proceſſu.in fine.Socinus Senior in conſilio quin-
quage

quageſimoquarto;numero decimotertio,libro tertio. Boe-
rius quæſtio.centeſimaſexageſimatertia.Gramma.in conſi.
quinto,numero quinto.in criminal.Aegidius Boſſius in tra-
ctá.cauſarum criminal.in titul.de indiciis. numero trigeſi-
moſexto,& ibidem numero trigeſimooctauo ſcribit, ita in
foro obſeruari conſueuiſſe.His accedunt Ruin. in conſilio
xxxv.numero 11.verſicul.ſexta coniectura. libro quarto.&
Portius Imolenſ. in conſilio nonageſimoquarto, numero
37.Hanc quoque opinionem eſſe communem aſſeruit Ia-
cobus Nouellus in practica criminal.titu.ad defenſam. nu-
68 mero 57.Altera eſt opinio eorum,qui ſcripſerunt, † ſolum
mendacium & variationem non facere indicium ſufficiens
ad torturam;ſed requiri alia adminicula,quæ cum ipſo men
dacio concurrant.Ita ſane affirmat Paris Putheus in tracta.
de ſyndicatu,in verbo,tortura,il iij.verſicul.mandauit Rex.
numero 6.ſenſit Baldus in l.presbyteri.numero 2.C.de epi-
ſcopis & clericis.Ioann.de Amicis, in conſilio cxxxiiij.nu-
mero 3.Affli.in commentariis ad conſtit.Neap.in conſtitu-
tione ſi damna clandeſtina.in xiiij.notab.poſt Iſerniam ibi-
dem.Gram.in conſi.lix.numer.8.in ciuil.& in conſilio xxx.
numero 15.in crimi.& voto xxx.numero 16.Alcia.reſpon.
ccccl xv.numero 3.Carrer.in practi.crimi.pag.lj.in v.indi-
cio.numero 1.qui communem eſſe opinionem aſſeruit. &
eandem probauit Plotus in l.ſi quando. numero 891. C.
vnde vi.
69 Tertia fuit opinio†M.Anton.Blan.in tract.de indiciis &
tortura.nume.269.qui ita diſtinguit,aut accuſatus iſte, di-
xit mendacium de his,quæ ſpectant ad immediatã eius de-
fenſionem,vt puta ſi primo negauit ſe feciſſe ad ſuam neceſ-
ſariam defenſionem : deinde dicat contrarium : vel ſi dicat
caſu & fortuito feciſſe.Hoc ſanè mendacium ( inquit Blan-
cus)non facit aliquod indicium ſufficiens ad torturam. Et
hoc in caſu (ait ille) procedit opinio illorum qui dixerunt
mendacium non facere indicium ad torturam. Aut accuſa-
tus dixit mendacium in his,quæ non ſpectant ad eius defen-
ſionem immediatam,vt puta ſi interrogatus reſpõdit, quod
in illa die commiſſi delicti non eſt allocutus Petrũ, & poſt-
ea contrarium dicat:vel ſi dicat ea die fuiſſe Venetiis, dein-
de dicat,ſe fuiſſe Mediolani. Hoc ſanè in caſu ſcribit Blan-
cus procedit opinio illa Bartol.& ſequacium, vt ſcilicet fa-
ciat indicium ad torturam.Quam quidem probauit in ſpe-
cie,Petrus Folerius in practica criminali. parte ſecũda ſub
Rubr.item quod ſororem venenauit.numero 29.Cæterùm
hæc diſtinctio vera non eſt:cum multi illi Doctores,qui ne-
gant ſolum mendacium non facere indicium non ſufficiens
ad torturam,abſolutè loquuntur:imò eorum multi verè ſen
tiunt de mendacio prolato in his, quæ non ſpectant ad de-
fenſionem immediatam.
70 Quarta fuit opinio†quod hoc totum relinquatur iudicis
arbitrio.Ita ſanè in ſpecie Iulius Clarus in practica crimi-
nali.§.fi.q.xxj.ver.mendacium.
71 Octauum indicium ad torturam ſufficiens eſt † titubatio
& animi trepidatio, dum inquiſitus, vel accuſatus interro-
gatur:ſi modò cum ea titubatione & trepidatione, concur-
rant aliqua adminicula ; alioqui ſola ipſa titubatio, vultus
72 †aſpectuſque mutatio,non facit indicium ad torturam. Ita
Barto.in l.de minore.§.plurimum.nume.3.ff.de quæſt. Pa-
ris de Putheo in tract.de ſyndicatu.in verbo tortura.il j.ver-
ſicu.viſo.Lucas de Penna in l.quoties.C.de dignit.libro xij.
Angel Aret.in tract.maleficior.in verbo, fama publica.nu-
mero 105.Marſilius in practica criminali.§.diligenter.nu-
mero 74.Blancus in tracta.de indiciis & tortura nume.259.
Gramma.in conſi.xvij.numero 17.& voto xxx.numero 17.
* communem *eſſe teſtatur Carrerius in practica criminali
pagi.xlvij.in ſexto indicio.Plotus in l.ſi quando.nu.886.C.
vnde vi.Simancas in praxi hæreſeos.ti.lxiij.nu.24.& in Ca-
tholicis inſtit.tit.lxv.nume.33.Iulius Clarus in practica cri-
minali.§.final.quæſtio.xxj. verſic.cæterum ſola.
73 Ea eſt huius traditionis ratio , † quia multi ob periculi
magnitudinem, & puſillanimitatem ac cordis debilitatem,
inconſtantes loquuntur,palleſcunt trepidantque. Et ex fa-
cto contigiſſe refert Paris Putheus loco præcitato,quẽdam
inquiſitum innocentem tamen, dum duceretur ante aulam
vbi aderat equuleus,quo torqueri ſolent malefici,lotium &
ſtercus præ timore emiſiſſe. Hæc tamẽ trepidatio, titubatio
ac vultus mutatio,ſuſpicionem aliquam facit : vt præcitati
Doctores omnes admittunt.Et ad rem optimè cõfert quod
ſcriptum reliquit Cicero in partitio.orato.& libr.ij.ad He-
renn.cuius hæc ſunt verba. *Titubatio, mutatio coloris, oratio in-*
*cõſtans,tremor & id genus alia:nempè,ſi cõſtiterit reum, cum ad eum*
*ventum eſt,erubuiſſe, titubaſſe, expalluiſſe, inconſtanter locutum eſſe,*
*concidiſſe,pollicitum eſſe aliquid.*Idem Cicero in orat.pro Milo-
ne hęc ſcripſit,*Magna eſt vis conſcientiæ in vtramque partem,vt nec*
*timeant qui nihil commiſerunt,& pœnam ſemper ante oculos verſari*
*putent,qui peccauerunt.*Et idem in epiſtol.famil. *Trepidatio con-*
*ſcientiæ indicium eſt,non memoriæ vitium.*Et de Lyceſte accuſato,
quod aduerſus Alexandrum Magnum cõſpiraſſet, ſcriptum
ſic reliquit Q.Curtius in initio libr.vij.*Igitur ex cuſtodia edu-*
*citur;iuſſuſq; dicere, quamquam toto triennio meditatus erat defen-*
*ſionem,tamen hæſitans,& trepidus pauca ex his,quæ compoſuerat,pro-*
*tulit;ad vltimum non memoria ſolum, ſed etiam mens eum deſtituit.*
*Nulli erat dubium, quin trepidatio conſcientiæ indicium eſſet,non me-*
*moriæ vitium.*Et Demoſthenes in eandem ſentẽtiam ita ſcri-
pſit in oratione de falſa legatione. *Conſcientia ſcelerum eripit*
*audaciam,linguam reprimit,obturat os,angit,ſilẽtium imponit.* Hinc
etiam Prouerb.capit.x.ſcriptum eſt. *Pauor his, qui operantur*
*malum,*& libro Sapientiæ cap.xvij.legitur,*Cum ſit timidia ne-*
*quitia,teſtimonium dat condemnationis;ſemper enim præſumit ſæua,*
*perturbata conſcientia.*
Nonum eſt indicium ad torturam ſufficiens, quod ori-
73 tur†ex teſtimonio ſocij criminis,concurrentibus tamen a-
liis adminiculis.Ita ſcripſerunt multi, quos congeſſi, ac ſe-
cutus ſum lib.ij.de arbitra.iudicum.caſu cccclxxiiij.nume.
43.Quibus accedunt alij relati à Carrerio in practica cri-
minali.pag.xlix.in viij.indicio nume.10.qui ex aliorum ſen
tentia inter adminicula recenſet,quod accuſatus iſte ſit ma-
læ famæ;vel quod conſueuerit conuerſari cum eo, qui offen
ſus fuit.Cætera quæ de teſtimonio ſocij criminis dici poſ-
ſunt,præcitatis in locis abundè ſcripta ſunt. Non enim illa
omnia ad rem,de qua agimus,pertinent.
74 Declaratur tamen hæc truditio†vt non procedat quando
is ſocius,qui teſtimonium dixit contra ſocium criminis, a-
liàs fuit periurus.Nam tunc nullo caſu facit indicium con-
tra ſocium.Ita in ſpecie declarat Alciatus in tracta.de præ-
ſump.reg.ij.præſump.x.in fine.Et præterea cum ſocius iſte
moriturus aſſeruit, ſe falſum dixiſſe teſtimonium aduerſus
alterum,multum illi prodeſt ad probandum eius innocen-
tiam.Qua de re dicemus infra lib.v.præſum.pen.
Decimum indicium ad torturam ſufficiens oritur ex
75 †teſtimonio mandatarij,modò alia adminicula cõcurrant.
Ita ſcribunt Paris Putheus in tracta.de ſyndicatu.in verbo,
tortura.il iij.verſic.dicitur communiter.Baldus in conſilio
ccccxxix. An mandatarius.libro tertio.Imol.in capitul.j.de
confeſſ.Marſilius in l.j.§.diuus.nume.6.ff.de quæſtio.& in
practica criminali.§.diligenter.numero 37.Grammat.deci-
ſio.xxviij.numero 9.idem in conſil. xxj. numero 14.in cri-
minal.& voto. xxxiiij. numero ſecundo. Carrerius in pra-
ctica criminali.pagin.50.in nono indicio. Pariſius in con-
ſilio clj.numero 4.libro iiij. & Ludouic. Catus, inter con-
ſilia criminal.diuerſorum in conſilio xcix.numero 9. libro
76 j.Ea eſt huius ſententiæ ratio, quia † mandatarius dicitur
commiſſi criminis particeps,& quodammodo ſocius:atque
ita criminoſus,& conſequenter indignus,cui fides adhibea-
tur:ſicuti diximus ſupra de ſocio criminis.
Vndecimum indicium ad torturam ſufficiens, oritur ex
77 confeſſione†atque atteſtatione offenſi,facta in mortis arti-
culo.Verùm hac de re ſunt opiniones.Prima fuit opinio eo
78 rum,qui dixerunt,ſolam hãc†aſſertionem facere indicium
ad torturam.Ita tradunt Ange.in l.ſi quis in graui.§.ſi quis
moriens.ff.ad S. C.Syllania: Iacobus Beluiſius in practica
ſub rub.de quæſtio.in xij.indicio.Paris Putheus in tract.de
ſyndicatu.in verbo,tortura.il j.& manifeſte Marſil.in cõſil.
v.nu.14.& in ſing.ccccxvj.Dec.in conſi.cclxiij. nume.2.
Gram.in conſi.lvij.nu.13.in crimi.
Secunda fuit opinio eorum,qui ſcripſerunt aſſertionem
79 †huius offenſi quamquam in extremis laborantis, non fa-
cere indicium ad torturam.Ita ſibi parum conſtans Angel.
in l.mater.C. de calum.Alexand.in conſi.xiiij.nume.5.libr.
iij.Iaſon in l.prima.nume.10.C.commu.de lega.Fran.Bru-
nus in Tract.de indiciis & tortura.parte prima.quæſtio.ii.
numer.



numer.26.Petraſancta ſingu.lv.Nota bene.Boer.quæſt.xc.
nume.7.Chaſſane.in conſi.lviij.num.28.Petrus Placa lib.j.
epitome delicto.capit.xiij.numero 15. Mantua in conſilio
cxviij.nume.28.lib.ij.Gramma.in conſi.xlij.nu.7.in crimi.
Iulius Clarus in practi.crimi.§.fina.q.xxj.verſi.aſſertio vul-
nerati,qui atteſtantur,hanc eſſe communem opinionem, &
in foro obſeruari.
80 Tertia fuit opinio † Marſilij in practica criminali.§.dili-
genter.nume.123.verſi.attamen.qui ita diſtinguit; aut mo-
riens iſte eſt alienus à mente & intellectu.Et tunc locum ha
bet opinio illa ſecunda:quod ſcilicet,nõ faciat aſſertio hæc
indicium ad torturam.Aut iſte moriens eſt ſanæ mentis &
intellectus:& tunc indicium facit, ſicque procedit illa pri-
ma opinio.Cæterum hæc diſtinctio expreſsè repugnat tra-
ditionibus Doctorum, qui dum loquũtur de aſſertione hu-
ius morientis,præſupponunt pro conſtanti, illum eſſe ſanæ
mentis & intellectus:cum alioqui certum ſit, nullam ei eſſe
adhibendam fidem.Quo circa ab ea ſecunda opinione ma-
gis recepta,& vſu forenſi comprobata, non eſt recedẽdum.
81 Declaratur primo,vt procedat,†quãdo vnà cum ipſa of-
fenſi aſſertione,concurrunt alia indicia,etſi leuia.Nam tunc
hæc ſimul coniuncta indicium faciũt ad torturam.Ita Alex.
in conſi.xiiij.nume.4.lib.iij.Marſil.in conſil.v.nume.14. in
conſi.xx.nu.14.& in conſi.lxx.nume.19.idem in ſing.dxvj.
Gram.in conſi.lxx.nu.4.in crimi.& Carre.in pract.cri.pag.
50.in x.indicio.
Declaratur ſecundò,vt non procedat hæc opinio in cri-
82 mine raptus.Nam tunc aſſertio†raptæ,indiciũ facit ad tor-
turam contra raptorem.Ita Carrerius in dicto indicio x.nu.
4.poſt Afflictum quem recenſet.
Duodecimum indicium ad torturam ſufficiens,oritur ex
83 confeſſione†facta ex pace inita cum offenſo. Id quod intel
ligitur, quando pretio numerato inita fuit. Ita Franciſcus
Brunus in tract.de indiciis & tortur.parte prima.q.iij.num.
27.Marſilius in practica criminali.§.diligenter.nu.178.&
Carrerius in practica criminali.pagin.lj.in vndecimo indi-
cio.&pag.lv.in xxxj.indicio.qui ex ſententia Baldi & Pari-
dis Puthei ſcribunt hanc confeſſionem ſufficere † etiam ad
84 condemnationem.Et idem ſenſit Blancus in tract. de indi-
ciis & tortura.nume.cccvj.Iulius Clarus in practica crimi-
nali.§.finali.q.xxj.ver.Pax ſeu &c.& Plotus in l.ſi quando.
numer.892.C.vnde vi.qui intelligunt,hoc indicium proce-
85 dere,quando pax & tranſactio fit illis in caſibus†qui à lege
non ſunt permiſſi,aliàs ſecus.
86 Extenditur vt procedat,etiam ſi pax ipſa † non fuit con-
cluſa.Ita Blancus vbi ſupra.Nam adhuc indiciũ facit : Non
declarat tamen Blancus,an illud indicium ſit ſufficiens, ad
torturam.Ego certè dicerem non ſufficere,niſi alia admini-
cula concurrant.
87 Declaratur vt non†procedat,quando pater nomine filij,
vel coniunctus nomine coniuncti,pecuniam numerauit, ne
ipſe filius,vel coniunctus accuſaretur. Nam tunc confeſſio
patris,vel coniuncti,non facit indicium cõtra filium illum,
vel coniunctum.Ita Carrerius vbi ſupra, ex ſententia Cor-
nei in conſi.ccc,nume.2.lib.iij.& Afflicti in commentariis,
ad conſtitutiones Neapolita.in conſti.Priuſquam.Idẽ ſcri-
pſerunt Grammat.in voto xxxix.ad fin.& Iulius Clarus in
practica crimi.§.fi.q.xxj.verſi.pax.Idem ſenſit Chaſſaneus
88 in conſi.lviij.numer.22.Et ratio eſt † clara; quia dicitur res
inter alios acta.
Decimumtertium indicium ad torturam ſufficiens ori-
89 tur ex † conuerſatione, & multo magis ex cohabitatione,
quando ſcilicet delictum fuit commiſſum in domo, vel in
vicinia,& ignoratur à quo commiſſum fuerit:& aliquis ex-
tat in domo, vel vicinia, qui ſit malæ conditionis & famæ,
vel qui aliquando rixabatur cum mortuo.Nam ex his, indi-
cium oritur contra illum. Ita Bart.in l.j.§.ſi quis in villa.ff.
ad S.C.Syllania.& ibidem Roma.nume.4.& Igneus nume.
3.Angel.in l.iuſto errore.in princip.ff.de vſucap.qui dixit
occiſum præſumi ab eo,qui locum illum frequentabat.Ro-
ma.in conſi.viij.col.j.Ange.Aret.in tract.maleficiorum. in
verbo,fama publica.nume.53.Calcaneus in conſi.lxiij.nu-
mer.3.Gram.voto xxiij.colum.j. Craue.in conſi.lxxiij.nu-
me.12.Carrerius in practica criminali.pag.lij.in decimo-
tertio indicio,numer.6.qui eiuſdem opinionis alios recen-
ſet : qui tamẽ vix hoc ſcribunt.Et ſcribit ibidem Carrerius
90 nume.26.quod quando ſocius † reperitur occiſus in domo
ſocij,præſumitur ab ipſo ſocio occiſus.Et idẽ eſſe ait,quan-
91 do maritus † reperitur mortuus; & mulier tacet; eſt indiciũ
contra eam.Idem econuerſo quando mulier reperitur mor-
tua præſumitur contra virum.Ita Folerius in practica,parte
ſecunda,ſecundæ partis rubri.dentur capitula, quod ſuffo-
cauit vxorem.nume.10.Igneus in l.excipiuntur.numer. 32.
ff.ad S.C.Syllania.Eſt ſimile quando quis reperitur mor-
92 tuus†ante domum alterius,concurrente inimicitia, præſu-
mitur occiſus à domino illius domus.Ita Bartol.in l.ædiles.
numero 4.ff.de via publica.Bald.in l.j.C.locati.Angel.in l.
milites.C.de quæſtio.Paris Putheus in tracta.de ſyndicatu.
in verbo, tortura.verſicu.ſi quis inuentus.Felinus in cap.af-
ferte.numero 10.de præſumpt.Iaſ.in l.ſi quando.nu.40.C.
vnde vi.Carrerius in dicto decimotertio indicio.numero 2.
Iacobus Nouellus in practica criminali in tractatu, ad de-
fenſam.nume.65.Gramma.in conſi.liij.nume.2.& 3.in cri-
93 mi.Quæ ſanè traditio intelligitur,niſi conſtet†occiſum il-
lum, habuiſſe inimicum extra illam viciniam habitantem.
Nam tunc relinquitur arbitrio iudicis,à quo occiſus is prę-
ſumatur.Ita Carrerius vbi ſupra nume.3.ex ſententia Inno.
in capit.cum oporteat:de accuſa. Eſt quoque ſimile quod
94 dicimus,damnum præſumi†datum à vicinis, vt docuit Bar-
to.in l.ſi ita.§.vlt.ff.de fundo inſtructo.inſtru.quæ lega.vbi
95 idem eſſe ait,de furto † quod præſumitur factum à vicinis.
Et ſcribit idem Barto.in l.vlti.num.2.ff.de quæſtio.furtum
96 præſumi commiſſum ab eo,†qui conſueuit conuerſari in ea
domo.Et cum Bartol. idem ſcripſerunt Anto. Gomez.to-
mo tertio,varia reſolu.capitul.xiij. de tortura reorum. nu-
mero 13.& Tiraquel.in tractat.de pœnis legum.&c.cauſa
23.nume.10.& 11.
97 Declaratur primò,vt hoc indicium procedat in eo, † qui
antea non conſueuerat conuerſari in domo:non autẽ in eo,
qui paulò ante conuerſari cœpit.Ita declarat Carrerius in
prædicto decimotertio indicio.nu.4.ex ſententia Ioann.de
Amic.in conſi.vij.nu.34.
98 Declaratur ſecundò,vt procedat in†cohabitantes & con
uerſantes,qui ſit malæ cõditionis & famæ:ſecus ſi bonæ. Ita
Carrerius in dicto decimotertio indicio.num.5.ex ſenten-
tia Baldi in l.prima.C.locati.& Puthei in tracta.de ſyndica-
tu.in verbo,tortura il iij.Et conferunt ea, quæ dicemus j.
99 lib.v.præſum.xxix.vbi declarabimus furtum†non præſumi
factum à viro bonæ conditionis & famæ, etiamſi res furto
ſubtracta apud eum reperitur.
100 Decimumquartum indicium ad torturam † ſufficiens,
oritur ex eo, quod quis viſus eſt in loco delicti firmatus cũ
gladio,vel telo:modo concurrat aliud adminiculum, vt ini-
micitia,vel fama,vel quid aliud ſimile.Ita Paris Putheus in
tract.de ſyndicatu.in verbo,tortura.il j.ver.ſi quis eſt inuẽ-
tus.Carrerius in practica criminali.pag.lij.in decimotertio
indicio.nu.11.idem ſenſerunt Blancus in tracta. de indiciis
& tortura.nu.296.& Folerius in practi.crimi.parte ſecũda,
ſecundæ partis prin.ſub rub.dentur capitula, quod ſuffoca-
uit vxorem,nu.12.
Decimumquintum indicium ſufficiens ad torturam ori-
101 tur ex†conſuetudine delinquẽdi, hoc eſt, quod accuſatus
vel inquiſitus,conſueuerit committere ſimilia delicta:mo-
do concurrant aliqua adminicula.Ita gloſſ.in l.iubemus.C.
de probatio.Barto.in l.vlti.num.5.ff.de quæſtio. Salic. in l.
vltima columna iij.verſic.nunc tranſeamus.C.eod.de quæ-
ſtio.Alexan.in conſi.v.nume.2.& in conſi.50.nu.8.libro j.
Marſilius in practica crimi.§.diligenter.nume.99.& conſi.
xliiij.num.4.& Carrerius in pract.crimi.pag.lij.in decimo-
quarto indicio.
102 Extenditur hęc traditio,vt†procedat,ſiue ſolitus ſit iſte
committere delictum in perſonam aliorum, ſiue in perſonã
offenſi.Nam ſi aliàs offendit illum offenſum , præſumitur
contra eum.Ita Gandinus in tract.de maleficiis in rubri.de
indiciis indubitatis.in fi.& Carrerius in dicto decimoquar-
103 to indicio.nu.4.Ea eſt ratio,quia ex præteritis futura†iu-
dicamus & metimur.
104 Declaratur primò,vt non†procedat in eo, quem cõſtat
tribus ſuperioribus annis non deliquiſſe. Nam tanto tem-
106 pore † cenſetur purgata eius mala fama : atque ita in eo
ceſſat

ceſſat præſumptio ex regula.cap.ſemel malus.de reg.iur.in
vj.Ita declarant Iaſ.in l.ſi prius,ff.de oper.noui nun.Gram-
ma.vot.iij.& in dicto decimoquarto indicio. & copioſius
dicemus infra libr.v.præſumpt.dum declarabimus d.reg.c.
ſemel malus.

Decimumſextum indicium oritur ex eo,quod quis vltrò
106 †& diligenter ſolicitat,vt inueniatur atque inquiratur de
malefactore & delinquente,cum tamen ſua non interſit, vti
hac diligentia.Ita Paris Putheus in tracta. de ſyndicatu. in
verbo,tortura.il ij.qui teſtatur hoc bis contigiſſe,in magna
curia Neapolitana in quibuſdam, qui alterius mortem de-
tulerant,& ſolicitauerant,vt malefactores inuenirentur.Nā
ipſi capti & quæſtionibus ſuppoſiti, confeſſi ſunt, ſe deli-
ctum illud perpetraſſe. Hanc ipſam ſententiam probarunt
etiam Marſilius in l.vnius.§.ſeruo,qui vltro.numero 7.ff.de
quæſtio.in practica criminali.§ diligenter. numero 150. &
Carrer.in practica crimina.pagin.liij.in decimoquinto in-
dicio,qui aſſeruit ita etiam accidiſſe ſuo tempore. Ita pari-
ter eueniſſe in curia Salamaticenſi teſtatur Antonius Go-
mezius in tertio tomo varia.reſol.capit.xiij.de tortura reo-
rum,numero 14.Et huc partinet egregius locus Ciceronis
in oratione pro Sext.Roſcio Amerino, cuius verba adſcri-
pſi.*Téne,cùm cæteri ſe fugerent ac ſe occultarent, ne hoc indicium
non de illorum præda,ſed de huiuſmodi maleficio fieri videretur, potiſ-
ſimum tibi partes iſtas depopoſciſſe,vt in iudicio verſarere, & ſederes
cum accuſatore? qua in re nihil aliud aſſequeris,niſi vt ab omnibus mor
talibus audacia tua cognoſcatur,& tua imprudentia.*Hæc ille.

Decimumſeptimum indicium ad torturam ſufficiens o-
107 ritur†ex eo,quod ſocius reperitur occiſus in domo ſocij,
qui mortem ſocij non detulit,ſed tacuit.Ita egregiè Roma.
in l.excipiuntur.in fin.ff.ad S.C.Syllania.quem ſecuti ſunt
Auguſt.de Arimi.in additio.ad Angel.Aret.in tract.malefi.
in verbo,fama publica.

Cæterùm hac de opinione dubitauit Marſilius in practi-
ca crimin.in §.expedita.in fin.ex his,quæ ſupra in proximo
relato indicio diximus. Sed non erat quod dubitaret Mar-
ſilius,cum valde diuerſa hæc ſint,quod quis ſolicitè deferat
delictum,anxieque perquirat vt delinquēs inueniatur:aliud
quod ſimpliciter deferat.Nam illo primo caſu(vt iam dixi-
mus)ſe ſuſpectum facit.Secundo verò caſu non;imò,(ſicuti
diximus)ſe ſuſpectum faceret, ſi ſimpliciter non deferret,
ſed taceret, vt recte Roman. ſcriptum reliquit. Quod ſane
indicium vehemens & violentum redditur,ſi ea in domo, is
in terram, aliquot dies ſepultus iacuiſſet: quemadmodum
Aelianus in lib.xiij.de varia hiſt.ſcriptum reliquit aliquan-
do eueniſſe apud Mitylenenſes in Macareo Bacchi ſacer-
dote,qui hoſpitem repoſcentem depoſitum occidit, & in
templo vbi pecuniam depoſuerat terra defoſſa ſepeliuit.
Porrò cadauere comperto, & cum factum Macareus nega-
ret,ſufficiens cauſa indicata fuit, quæ tormentis inquirere-
tur.Et minus veriſimile dicebatur,occiſum illum eo in tem
plo delatum & in terram defoſſum,inſcio ipſo Macareo ſa-
cerdote,& ob id,eum, ſcelus illud perpetraſſe. Quare tor-
mentis adhibitis,delictum eſt confeſſus. Eſt ſimile quod
egregiè admodum de Trace illo Martiano,qui deinde Im-
perator fuit: apud Euagrium lib.xj.capit.j.& Nicephorum
lib.xv.cap.j.legitur.Et illo in loco ſcribit Euagrius; huiuſ-
modi coniecturas vehementes adeo eſſe, vt propè veritati
præualeant.

Decimumoctauum indicium ſufficiēs ad torturam exo-
108 ritur ex eo, † quando quis ſcienter recepit in domo pro-
pria ipſum delinquētem, cum inter eos nulla eſſet affinitas.
Nam inſurgit præſumptio & indicium, quod is receptator
mandauerit delictum committi vel quod conſcius ſit. Ita
ſcribunt Gandinus in tracta.de maleficiis.in rubri.de indi-
ciis dubitatis ad torturam in fine. Bonifacius Vitalinus in
tracta.maleficiorum.in rubri.de indiciis.numero 35. Paris
Putheus in tract.de ſyndicatu in verbo, tortura.il iij.verſic.
rex mandauit.Angelus Aret.in tract.de maleficiis in verbo,
fama publica.ſenſit Feli.in c.afferte.nu.11.in fin.poſt Bald.
quem citat.de præſump.Gram.voto xv.nume.j.Iacob.No-
uellus in practica criminali.in tracta.ad defenſam.nu.94.&
Carrerius in practi.crimi.pag.liij.in decimoſexto indicio,
& Blancus in tract.de indiciis & tortura.nu.202.qui multis
modis declarat.Et huc pertinent,quę de his receptatoribus
ſcripſi lib.ij.de arbitrariis iudicum.caſu cccxlviij.

Decimumnonum indicium ſufficiēs ad torturam oritur
109 contra eum, † qui ipſum delinquentem ſtatim commiſſo
homicidio & delicto, aſſociauit extra vrbem, ne prehende-
retur. Ita Baldus in l.non ideo minus.in fi.C.de accuſ.Alex.
in conſi.xxxv.libr.ij.Blancus in tract.de indiciis & tortura.
nu.201.Carrerius in practic. crimi.pag.liij.in xvij.indicio.
& Iacobus Nouellus in d.tract.ad defenſam. num.112.qui
110 quidem intelligunt,niſi ex interuallo†facta ſit aſſociatio.
Nam tunc ceſſat mala hæc præſumptio contra ipſum aſſo-
111 ciantem.Idem eſſe aiunt,quando aſſocians eſt affinis † &
ſanguine coniunctus illi delinquenti. Eo enim caſu excuſa-
tur aſſocians, quippè qui potuit quoquomodo ſanguinem
affinis ſui redimere.Huc pertinet,quod ex ſententia Bald.in
l.j.C.ſi qua præd.poteſta.ſcripſit Alciatus in tracta.de præ-
ſump.reg.j.præſum.xxij.in fi.quod non eſt præſumptio con
112 tra aliquem accuſatum,†quamuis eius conſanguinei im-
pediant examinationem teſtium.

Vigeſimum indicium ad torturam ſufficiens, oritur ex
113 ſcientia maleficij in eo,qui†potuit & debuit impedire ne
committeretur,& impedire noluit.Ita Gandinus in tractat.
de maleficiis in rub.de indiciis dubitatis ad torturam.in ix.
indicio.Angelus Aret.in trac.maleficiorum.in verbo,in fa-
ma publica.Blancus in tracta.de indiciis & tortura.nu.303.
Carrerius in practica criminali.pagi.liij.in xviij.indicio &
Iacobus Nouellus in dicto tract.ad defenſam.numer.98.Et
conferunt,quæ ſcripſi lib.ij.de arbit.iudicum.caſu ccclv. &
dicemus ĩ.lib.v.in præſum.vbi agemus de delictis commiſ-
ſis à filio,vel ſeruo,vel amico.

Vigeſimumprimum indicium ad torturam ſufficiens ori-
114 tur contra eum,qui ſcit†aliquo in loco adeſſe latrones &
aſſaſſinos,& tamen oſtendit mercatoribus viam, quæ ad lo-
cum illum ducit. Nam oritur indicium ad torturam contra
eum, quod ſcienter id fecerit, vt mercatores illi occideren-
tur,vel ſpoliarentur.Ita Gandinus in tracta.de maleficiis in
rub.de indiciis dubitatis ad torturā.in decimo indicio. Vi-
talinus in rub.de indiciis.nu.38.& Carrerius in dicta pract.
crimi.pag.liij.in ix.indicio.

Vigeſimumſecundum indicium ſufficiens ad torturam,
215 oritur†ex allocutione ſecreta ad aures cum eo,qui deinde
commiſit delictum:ſi modo alia adminicula concurrant, vt
putà,inimicitia,& quod delictum fuerit incontinenti com-
miſſum.Nam ex his inſurgit indicium,quod is, qui ad aures
eſt locutus, mandauerit delictum committi.Ita Bald.in l.j.
C.de ſer.fugit.vbi apertius Iaſon.nu.31.verſi.quintò mira-
116 biliter ſcribit,tria cōcurrere † debere,quod inimicitia in-
terceſſerit capitalis cum illo occiſo, quod allocutus ſit ad
aurem,atque ita ſecretò,& quod incontinenti ſecutū ſit ho-
micidium.Idem docuit Felin. in cap.afferte.nu.13.de præ-
ſump.Marſilius in l.j.§.præterea.nu.27.ff. de quæſtio. Car-
rerius in practica crimina.pag.liij.in xx.indicio.& dicemus
infra lib.v.in præſump.

Vigeſimumtertium indicium ſufficiens ad torturam ori-
117 tur ex eo,quod † reus inquiſitus viſus ſit exire domum &
aufugere cum enſe euaginato & ſanguinolento. Ita Gandi-
nus in rub.de indiciis dubitatis.in vj.indicio.& alios plures
commemorant Carrerius in practica crimi.pag.liiij.in xxj.
indicio.& Iulius Cla.in practi.crimi.§.fin.q.xxj.verſi.ſi ali-
quis.quo loci recenſet multos affirmantes, ex hoc ſolo tam
118 vehementi indicio,reum hunc†damnari poſſe.

Vigeſimumquartum indicium ſufficiens ad torturam ori
119 tur†ex acclamatione,vt puta ſi audita fuerit puella vel qs
alius;ſuccurrite ſuccurrite,& viſus deinde ſit quis exire do-
mum cū gladio; vel aliis munitus armis: & deinde in domo
reperitur mulier ſtuprata, vel vulnerata. Nam tunc ſumitur
indicium contra eum,qui domum exiuit.Ita Bal.in l.vlt.C.
de prob.poſt Nicolaum de Materelis ibi.idem Bald.in cap.
cum in noſtra.de elect.& in l.j.§.potuiſſet.ff. ad S.C.Sylla-
nia.Paris Putheus in tract.de ſyndicatu.in verbo, tortura il
j.Afflictus in commentariis ad conſtitu.Neapol.in conſti-
tutione quæ incipit.In quæſtionibus,poſt Iſerniā ibi,Fran.
Brun.in tract.de indiciis & tortura,parte prima verſic.item
pone.& Carrerius in practi.crimin.pag.liiij.in xxij.indicio.
& in pag.lv.in xxxiij.indicio.Hę enim acclamationes,& vo-
ci ferationes indicium faciunt.

Vigeſi



Vigeſimumquintum indicium ſufficiens ad torturam ori-
120 tur ex eo,quod quis mutuo ſuſcepit†pecuniā, ex qua ſta-
tim emit arma,conduxit homines vel alia his ſimilia præpa-
rauit.Eſt ſane indicium contra eum qui mutuo ſuſcepit pe-
cuniam, quod occiderit. Eſt etiam indicium contra eum
1 †qui mutuo dedit,quod occidi mandauerit. Ita ex ſenten-
tia Bartol.& Baldi in l.iiij.ff.ad l.Iul.maieſt.ſcribunt in ſpe-
cie Franciſc.Brunus in tract.de indicijs & tortura.parte pri-
ma.q.iiij.numer.10.& apertius Carrerius in practica crim.
pag.liiij.in vigeſimotertio indicio.Ex ea enim tēporis bre-
uitate, præſumitur eam ob cauſam mutuo data & ſuſce-
pta pecunia, vt ſimili in caſu tradit Bartol. in l. ſi ventri.
§.eorum.ff.de priuileg.cred.& dicemus infra libro iij.præ-
ſumpt.

122 Vigeſimumſextum indicium†ad torturam deſcendit ex
pręparationib.aptis ad offendendū,vt ſi quis viſus ſit emere
gladium,vel acuere,vel polire arma,vel coadunare homines
armatos;vel arma aliquo in loco collocare,vt parata ibi eſ-
ſent;& deinde apud domum illam perpetratum ſit homici-
dium.Idem ſi ſe exercebat armis,cū antea id facere nō con-
ſueuiſſet.Hæc ſanè indicium faciunt ad torturam.Ita Bar.in
l.vlt.nu.5.ver.poſſumus etiā.ff.de q.Paris Putheus in tract.
de ſyndicatu.in verbo,tortura il j.verſi.viſo de indicijs.& in
verbo, tortura.il iij.verſicu.mandauit Rex;ibi,ſi quis repe-
ritur.Angel.in l.milites,C.de quæſt.Franc.Brunus in tract.
de indicijs & tortura.parte prima.q.iij.numero xxix.verſic.
item dat aliud.Blācus in practica criminali,in ſecunda par-
te defenſionis.nu.38.& 39.Carrerius in practica crimi.pag.
liiij.in xxiiij.indicio.

Vigeſimumſeptimum indicium ad torturam oritur ex eo
123 quod quis viſus ſit emere†venenū; & deinde reperitur ſta-
tim ferè quis veneno interfectus,præſumptio eſt contra eū,
qui venenum emit. Ita ſcribunt Angelus in l.milites. C.de
quæſtio.Carrerius in dicto vigeſimoquarto indicio.num. 2.
& Petrus Folerius in practica criminali;in ſecunda parte,ſe-
cundæ partis.ſub rub.item quod ſororem venenauit.nume.
5.Et ibidem.nu.17.18. & 19. declarat, niſi adſint contrariæ
124 †præſumptiones & indicia, vt quia is, qui emit venenum
erat homo probatæ vitæ;& idem ſi is diligebat illum vene-
no necatum.

125 Vigeſimumoctauum indicium ad†torturam oritur ex
mala conuerſatione,ſi modò aliud adminiculum concurrat.
Ita ſenſit Baldus in l.j.nu.xj. C.de ſeruis fug. & apertius idē
Baldus in conſil.xcv.Regula iuris in fin. lib. j. Gandinus in
tract.de maleficijs in rub.de quæſtionibus. Iacobus Belui-
ſius in practica criminali, ſub rub. de quæſt. decimoquarto
indicio & in verſ.quærit igitur iudex.Paris Putheus in trac.
de ſyndicatu,in verbo, tortura.il iij.ver.mandauit Rex.An-
gelus Aret.in tract.de maleficijs in verbo,fama publica.ver.
quæro an indicium.& ibidem Aug. Arimnienſis in additio.
Marſilius in pract.crimi.§.expedita in fine. Crauc.in conſi.
lxxiij.nume.12.Grama.in conſ.xvij.nu.14,& in conſ.liij. n.
25.in crim.& deciſ.xxxiij.in fine.& voto vj.nu.3.Carrerius
in practica criminali.pag. liiij. in vigeſimoquinto indicio.
Et ij quidem adducti ſunt arg.l.ædiles.§.Pædius.ff. de ædil.
edicto.l.ſi plures.§.quamuis.ff.de admin.tuto.& l.vlti. C.ſi
mancip.ita fuerit aliena.Mala enim conuerſatio arguit hūc
eſſe talem,quales ſunt illi mali,cum queis conuerſari ſolet.
Nā ait ſapientiſſimus Salomon prouerb.cap.xiij.(Qui cum
ſapientib.graditur;ſapiens erit:amicus ſtultorum ſimilis ef-
ficietur.)Et idem c.xxij.(Noli eſſe amicus homini iracun-
do,neq; ambules cū furioſo:ne forte diſcas ſemitas eius,&
ſumas ſcādalū animæ tuæ.)& Propheta in Pſalmo xvij. (Cū
ſancto ſanctus eris,& cū viro innocente innocens eris; & cū
electo electus eris;& cum peruerſo peruerteris.)

Vigeſimumnonum indicium ad torturam ſufficiens ori-
126 tur ex aſſidua†frequentatione loci,in quo deinde reperitur
aliquis occiſus.Nam indicium oritur contra illum frequen-
tantem:accedente tamē alio adminiculo;vt ſi malæ vitæ iſte
ſit.Ita Bart.in l.iuſto.in prin.ff.de vſucap.& in l.iij.ff.de fur-
tis.& in l.vlt.nu.5.in fin.ff.de quæſt.Paris Putheus in tract.
de ſyndicatu,in verbo,tortura.il j.verſ.ſi quis eſt inuentus.
& in verbo,tortura.il iij.ver.ſi quis fuerit vulneratus.& ver.
viſo,de indiciis.Salicetus in l.vlt.columna penul. ver. item,
quod res.C. de quæſtio. Imola in dicta l. iuſto.de vſucapio.
qui expreſſe dixit,requiri etiam,quod ſit homo malæ famæ.
Angelus Aretinus in tract.maleficiorum in verbo,fama pu-
blica.nu.52.verſ.quid autem ſi in ſtrata. & ibidem Auguſt.
Arimin.in annota.Marſilius in practica criminali.§.diligē-
ter.nu.108.Carrerius in practica criminali pag.liiij.in vige-
ſimoſexto indicio.& Blancus in tract.de indicijs & tortura.
nu.73.& 74.& ibidem nu.75.ſubiungit, hoc indicium tolli
124 †ſi probatum fueri,hunc frequentantem locum illum, eſſe
eſſe virum bonæ conditionis & famæ:& quod illa frequēta-
tio eſt ex cauſa neceſſaria, vt quia is habet domum ibi vici-
nam:vel ob quid ſimile.Et idem ſcriptum reliquit Iacobus
Nouellus in practica criminali.tit.ad defenſam,ſub rubr.an
indicia pro reo danda ſint.nu.63.

Trigeſimum indicium oritur ex eo, quod adducto inqui-
228 ſito vel accuſato coram cadauere, & cadauer † emiſit ſan-
guinem.Nam præſumitur quod ille homicidium perpetra-
uit.Ita ſcribunt Paris Putheus in tract. de ſyndicatu. in ver-
bo,tortura.il iij.ver.mandauit Rex.in fine; ꝙ aſſerit,ita fuiſ-
ſe expertū.Nicolaus Florentinus ſermone quinto tract.pri-
mo.c.vj.qui dixit,quod ſuo tēpore ſanguis emanauit in pręſ-
ſentia homicidæ,& quod ob id ille fuit prehenſus & tortus,
& confeſſus eſt ſe occidiſſe:& ideo fuit diffinitiue condem-
natus.Idem ſcripſit cōciliator in problemata: Ariſtotelis le-
ctione vij.problemate vj.qui ita Venetijs eueniſſe aſſeruit.
Ita quoque contigiſſe in oppido de Leſma Hiſpaniæ anno
1546.recenſet Antonius Gomez.in tertio tomo varia reſo-
lu.cap.xiij.de tortura reorum.nume.15. Eandem opinionē
probarunt Marſilius in practica criminali. §. diligenter.nu.
81.Boer.q.clxvj.nume.1.Blancus in tract.de indicijs & tor-
tura.nu.408.alios cōmemorat benè eruditus Hieronymus
Maggius,qui ſuperioribus annis in bello Ciprio captus, in
vrbe Conſtantinopolitana feritate barbara, à Turcarum
Tyrāno occidi iuſſus eſt,is inquam Maggius lib.iij. miſcel-
la.cap.v. quo loci hac de re multorum opiniones & cauſas
commemorat,locum indicaſſe nunc ſufficiat:& cuius etiam
rei memini lib.ij.de arbitr.iudicum &c.Caſu cclxx. nu. 16.
Sunt enim multi,qui aſſerūt, hoc indiciū eſſe incertiſſimum
inter quos Anto.Gomez.loco præallegato.

Trigeſimumprimum indiciū ſufficiens ad torturā oritur
129 ex † taciturnitate,vt ſi amicus ſcribat amico,quod rumor
eſt & fama in ciuitate & loco,ꝙ ipſe cōmiſit tale delictū; &
ille acceptis ac lectis literis,tacuit,atque ita nō contradixit,
nec ſe excuſauit.Ita Marſilius in practica criminali. §. dili-
genter.num. 137.& Carrerius in practica crimin.pag.lv.in
xxviij.indicio,Et ij quidē moti ſunt ex traditione & doctri-
na Bar.in l.filiusfa.la ij.ff.ad Macedo.Qua de re ſcripſi libr.
ij.de arbitrar.iudic.&c. Caſu xxj. & vberius dicemus infra
lib.ij.præſum.xlvj.Idē eſſe ſcripſerūt Marſilius & Carrerius
qū quis coram teſtibus fuit reprehenſus, quod commiſerit
aliquod maleficium, & ipſe tacuit, nec aliquo modo ſe ex-
cuſauit.

130 Trigeſimum ſecundum indicium oritur † ex mala phy-
ſionomia.Ita Carrerius in practica crimin.pag.lv.in vigeſi-
monono indicio.ex ſententia Baldi in l.ij.nu.5. C. quorum
appellat.non recip.Verùm Baldus hoc nō affirmauit,ſed id
ſolum,quod mala phyſionomia,arguit in genere malam na-
turam:non autem in ſpecie aliquod delictum,& Baldum ſic
etiam intellexerunt Marſilius in practic.criminali.§.expedi-
ta.nu.53.& Blancus in tract.de indicijs & tortura. nu. 406.
Quocirca rectius ſenſit Iacobus Nouellus in practica cri-
minali.tit.ad defenſam,ſub rub.an indicia pro reo dāda ſint
nu.108.alia adminicula cum hoc ipſo indicio cōcurrere de-
bere.Malam autē phyſionomiam malam arguere naturam,
ſcripſi ſupra q.xv.vbi diſſerui de præſumptione,quæ à figu-
ra ducitur.

Trigeſimumtertium indicium oritur ex malo & turpi
131 †nomine.Ita Carrerius in practica criminali.pag.lv.in vi-
geſimonono indicio;ex ſententia Io. Andreæ in c. contem-
platione.de regul.iuris Baldus in l.non ignorat.n.12.C.qui
accuſare non pſſunt.Paris Putheus in tract. de ſyndicatu in
verbo,tortura.il primo.ver.& in indicijs.& in verbo, tortu-
ra.il iij.verſi.mandauit Rex.& aliorum,quos is recēſet. Ve-
rū turpe nomen ſuſpicionem quandam facere tantummodò
ſcripſerunt Io.Andreæ,Card.& Imola in cap.j.de depoſito.
Felin.in prohem.decret.numero 32.& alios commemorat

Marſi

Marſilius in l.j.in prin.nu.39.ff.de q.& Blancus in tract. de
indicijs & tortura.nu.406. Petraſancta ſing. lxxv. Gramm.
conſi.xl.nu.12.in crim.Ripa in rub.ff.ſol.matr.nu. 8. Pari-
ſius in conſ.xxix.nu.25.lib.iij.

Trigeſimumquartum indicium oritur ex loco à commu-
niter accidentibus, vt ſi aliquo in loco frequenter contin-
132 gat delicta committi,ibi commiſſum † præſumitur, & ab
illis,qui eo in loco commorantur.Ita Carrerius in practica
criminali.pag.lv.in trigeſimotertio indicio ex ſentẽtia Bal-
di in l.vlt.in fine.ff.de hæred.inſti.& in l.non hoc col.vlt.C.
vnde legit.Antonij de Canario in tract. de tormentis. q. vj.
Marſilij in practica criminali.§.diligenter.nu.33.& in §.ſe-
cundo.nu.36.

133 Trigeſimumquintum indiciũ oritur ex mala fama†delin-
quentis.Ita Carrerius in dicta practica criminali.pag. lv. in
trigeſimoquarto indicio.poſt Paridem Putheum in tract.de
ſyndicatu,in verbo,tortura.il iij.verſ.quidã latro famoſus.
Verùm Blancus in tract.de indicijs & tortura.num. 44.vult
concurrere debere aliud adminiculum.

Trigeſimumſextum indicium ſufficiens ad torturam ori-
134 tur ex eo†quod quis repetitur præſens in loco, vbi comiſ-
ſum fuit delictum.Ita tradunt Abbas in c. cum non ab ho-
mine.nu.10.de indicijs. Afflictus in commentarijs ad con-
ſtitutiones Neapol.incipit,humanitatẽ.& Carrerius in di-
cta pract.crim.pag.lvj.in trigeſimoquinto indicio & aper-
tius Blancus in tract.de indicijs & tortura.n.295.& nu.300.
poſt Bart.& alios,quos allegat.Et ſcribit Blancus idem eſ-
ſe,quando reperitur in loco propinquo.

Trigeſimumſeptimum indicium ſufficiens ad torturam
135 †oritur,qñ reperitur enſis ſanguine madefactus, & proba-
tur,enſem illum fuiſſe illius inquiſiti. Ita Paris Putheus in
tract.de ſyndicatu.in verbo,tortura.il iij. quem ſecutus eſt
Carrerius in dicta practica criminali. pag.xxxvj. in trigeſi-
moſexto indicio. Idẽ ſenſit Boerius q.clxv.nu.2.Extat egre-
gium exemplũ apud Plutarchum, in paralelis qui ſcriptum
reliquit,Laium Thebandum prehẽſum,& carceri incluſum;
quod eius gladio conſtabat occiſum Chryſippum; qui niſi
adhuc loquens,ipſum Laium ea ſuſpicione liberaſſet dete-
ctis homicidis,forte quæſtionibus ſuppoſitus & pœna dam-
136 natus fuiſſet.Hoc autem indicium diluitur probando†gla-
dium ibi repertum fuiſſe alteri commodatum, vel ſe amiſiſ-
ſe,vt Carrerius & Boer.ſcribunt.

Trigeſimumoctauum indicium ad torturam oritur ex eo
137 quod†vulnera reperiuntur ad menſuram gladij,aut ſecuris
rei inculpati. Ita Carrerius in prædicto trigeſimoſexto indi-
cio.poſt Bartolum quem commemorat. Et idem eſſe ait
Carrerius,quando gladius reperitur in loco delicti & vagi-
gina ad latus vacua.Boerius q.clxvj.nume.5.quo loci.num.
4.recenſet ſimile ex ſententia Alberici de Roſate in l. indi-
cia.colum.ij.ver.vidi etiam.C.de rei vend.eſſe indiciũ con-
tra eum,qui de furto fuit accuſatus, ſi apparet formam eius
pedis conuenire illi,quæ terræ humidæ infixa eſt. Et ſimile
quãdo ſotulares furis reperti ſunt in domo, vbi commiſſum
fuit furtum.

Trigeſimumnonum indicium ſufficiens ad torturam ori-
138 tur,quando†reus accuſatus, vel inquiſitus recuſauit præ-
ſtare delatum iuramentum calumniæ.Ita Carrerius in dicta
practica criminali.pag.lvj.in xxxvij.indicio:ex ſententia Ia-
cobi Beluiſij in practica criminali ſub rub. de quæſtio. An-
geli Aret.in tract. maleficiorum in verbo, iuramentum. &
Alex.in annota.ad Bart.in l.vlt.ff.de quæſtio.

Quadrageſimum indicium ſufficiens ad torturam ex eo
139 oritur,quod†reus inquiſitus fuit præſens cum armis in lo-
co cõmiſſi delicti. Nam ex ipſa aſſiſtentia, arguitur præſtitũ
auxilium ad perpetrandum delictum.Ita Inno.in capi.con-
tinentia de clerico percuſſo. Anto.de Canario, in tracta. de
tormentis.q.vj.Franciſcus Brunus in trac.de indicijs & tor-
tura parte prima,quos ſecutus eſt Carrerius in practica cri-
minali.pag.lvj. in trigeſimooctauo indicio. Quod ſanè in-
dicium locũ habet multo magis,ſi aſſiſtens iſte, perpetrato
delicto,fuit aſſociatus.Ita Carrerius præcitato in loco,poſt
Baldum in l. ob hæc.ff.de ijs,qui nota.in fam.in l.j.numero
6.C.de ſeruis fugit.in l.j.C.de raptu virg.in l. non ideo mi-
nus.in fine. C. de accuſ.& in l.data opera. C. qui accuſ. non
poſſunt.Hoc autem indicium diluitur,ſi probatur hunc aſ-
ſiſtentem caſu aduenisſe.

Quadrageſimumprimum indicium oritur ex denũtiatio-
140 ne†ſyndici,vel alterius officialis præpoſiti ad deferendum
delicta perpetrata : ſi modò aliud adminiculum concur-
rit, vt puta fama. Ita tradunt Marſilius in practica crimina-
li,in fine prin.Cæpolla in conſi.xxxix.numer. 41. in crimi-
nal.& Carrerius in pract.crim.pag.lvj.in trigeſimonono in-
dicio.Sola enim denuntiatio non ſufficit ad torturam, ſed
ad inquirendum tantùm,vt dixi ſupra ſuo loco.

Quadrageſimumſecundum indicium oritur ex eo, quod
141 res†furto ſubtracta reperta fuit apud hunc accuſatum.Nã
ſi hic ſit homo malæ conditionis & famæ, oritur indicium
ſufficiens ad torturam.Ita Bart.in l.vlt.numer.5.verſic.item
quod res furtiua.ff.de quæſtio.& dicemus infra libr. quinto
præſumptio. xxj. in tertio caſu. Et ibidem in præſumpt.
xxij.aliàs coniecturas furti ab aliquo commiſſi recenſui.

Quadrageſimumtertium indicium ex eo ſumitur quod
142 reus†interrogatus negat reſpondere, vel reſpondet ſe ali-
qua neſcire, vel non recordari; cum tamen veriſimile non
ſit, quod non recordetur, & ſciat. Hæc enim obliuio non
veriſimilis, indicium ad torturam facit. Ita poſt alios Boſ-
ſius in tractat. cauſarum criminalium.titul. de reſponſio. à
reo fac. numero 4. in titul. de indicijs & conſidera. ante
torturam.numero lv.& in titul. de oppoſitio. contra teſtes.
numero 95.Alciatus in tract.de præſumptio.reg.ij.præſum-
ptio.xxix.nume.3.& Iulius Clarus in practica criminali. §.
finali.q.xlv.ver.ſed pone.qui tamen Clarus intelligit, quan-
do concurrit aliquod aliud indicium.

## QVAESTIO XC.

Præſumptiones ad quæſtiones,& tormenta,an di-
luantur confeſſione offenſi.

*SVMMARIVM.*

1 *Indicia ad torturam ſufficientia, diluuntur confeſſione offenſi, ab in-
quiſito,ſe non eſſe læſum vel offenſum.*
2 *Confeſſio occiſi,quando non operetur vt accuſatus de homicidio dicatur
innocens.*
*Et quæ ſit ratio.nume.3.*

QVAERO Nonageſimò, an præſumptiones de
delicto, quæ ad torturam ſufficiunt, dilui atque
eneruari poſſint, confeſſione offenſi aſſerentis
ab illo inquiſito ſe non fuiſſe offenſum? Et di-
1 lui † poſſe affirmarunt multi. Ita ſane Baldus in l.j.numero
:. C.commu.de legat.Aret. in capitul. tertio loco.num.31.
de probat.Alex.in in conſi.xxiiij.nu.15.lib.ij.in conſi.j.nu.
16.& in conſ.xliiij.nu.1.lib.iij.in conſ.cxxiiij.in fine.lib.vj.
& in cõſ.xxx.col.vlt.lib.vj. Auguſt.Ariminen.in additio. ad
Angelum Aretinum in tract.maleficiorum.in verbo,qui iu-
dex ad probationem ſuæ inquiſitionis.columnn.vlti.Felinus
in cap.j.nu.18.& in cap.literas.n.20.de præſumpt. Iaſon in
l.de dic.colum.vlt.ff.qui ſatiſd.cog.in l.j.nu.9. ff. de eo per
quem factum erit.& in d.l.j.num.10.C.commu. de leg.quo
loci dixit, hanc eſſe ſingularem traditionem & memoria
dignam.Marſilius in ſingul.xxij.in fine.& in practica crimi-
nali.§.diligẽter.nu.200.& idem in conſi.xvij.nu.10. Petra-
ſancta ſing.lv.Pariſius in conſ.lxij.nu. 119. lib.iij. Alciatus
in tract.de præſumpt.reg.iij.præſumpt.iiij.in fine. Ioan. de
Arnono cautela iij.Boſſius in tract. cauſarum criminalium.
tit.de fauoribus defenſionis.nu.10.Blancus in practica cri-
minali in verbo,his ſic præmiſſis.nu. 132.& in cautela iiij.
Iacobus Nouellus in practica criminali.tit.ad defenſam ſub
rub.an indicia pro reo danda ſint. nu. 90. Antonius Gome-
zius in tertio tomo variarum reſolutio.cap. xiij.tit. de tor-
tura reorum.nu.17.& Petrus Placa libr.j. epitome delicto.
cap.xiij.nume.17.Caſſaneus in conſilio xlviij.nu.5. Craue.
in conſ.vj.nume.64.& Gramma.in conſ.lxv.nu. 1. in crimi-
nal.Et quamquam ad hanc firmandam traditionem,allegari
ſoleant.l.qui cum maior.§.vlt.& l.Paulus la ij.§.j. ff. de bo-
nis libert.& l.mater C..de calum. ac l. inter omnes. §. recte.
ff.de furtis.vix tamen eſt,vt illis iuribus probetur. Quocir-
ca dicendũ eſt melius probari.l.ij.ff.ad S.C. Sillania. Et his
accedit ratio, quod ſi confeſſione eius, pro quo ſtat præ-
ſumptio iuris & de iure præſumptio illa eliditur, vt diximus
ſupra



ſupra ſuo loco:quãto magis noſtro in caſu,vbi ſola præſum-
ptio iuris,vel hominis ſtat pro offenſo. Nec hic obſtat tra-
ditio gloſſæ vlt.d.l.ij.ff.ad S.C.Sylla.quod confeſſio occiſi
2 nil operatur,vt accuſatus † de homicidio dici poſſit inno-
cens.Nam reſpondetur, gloſſam illam loqui, quando non
præſumptiuè,vt noſtro in caſu,ſed verè probatũ fuit, illum
accuſatum vel inquiſitum deliquiſſe. Non enim tũc offenſi
exculpatio atque excuſatio illi prodeſt.Ita declarant in d.l.
ij.Bar.Bal.Angelus,Romanus & Comens.quos ibi ſecutus
eſt Igneus num.11.& nu.54.Idem ſcripſerunt Gandinus in
tract.maleficiorum,in rub.de tranſac.& pactis in maleficiis
faciẽdis,ver.ſed pone,quod quidam mortifere.& Antonius
Gomezius in d.c.xiij.num.17.Cuius ſanè traditionis ratio
3 ea eſt,quia hæc eſſet † remiſſio quædam delicti facta ab of-
fenſo,qui ad ſui præiudicium paciſci quidem poteſt de cri-
mine:ſed non ad præiudicium Reipubl.offenſæ,iuxta l.lici-
tatio.§.quod illicite.ff.de publica.& vectigal. & l.tranſige-
re.vbi Docto.C.de tranſact.Eſt etiam ratio,quia non eſt in
facultate hominis,facere de crimine,non crimen, vt ſcribit
Barto.in dicta l.tranſigere.in fin.Quo circa Doctores præ-
citati, qui hanc offenſi excuſationem probant, in eo ſolo
probant, ne is accuſatus quæſtionibus & tormentis ſubii-
ciatur:non autem,vt ex toto excuſetur:quin liceat iudici a-
lij coniecturis & probationibus veritatem perquirere : &
eum damnare,ſi conſtiterit deliquiſſe.Id quod in ſpecie in-
ter cæteros annotauit Petraſancta in d.ſing.lv. Illud tamen
eſt annotandum,quod ſi aliæ adeſſent coniecturæ,quæ præ-
ter hanc offenſi excuſationem, oſtẽderent hunc accuſatum
non deliquiſſe,illa offenſi excuſatio prodeſſe poterit ad ab-
ſolutionem.Ita egregie reſpondit Alex.in conſil.xxiiij.nu.
15.lib.ij.ex traditione Barto.in l.inter omnes.§.rectè.ff.de
fur.quam explicaui lib.ij.de arbi.iudi.&c.caſu ccxcviij.Eſt
quoque animaduertendum,quod quãdo aduerſus aſſertio-
nem atque ita excuſationem offenſi, extaret aliqua vrgens
præſumptio,illa offenſi aſſertio nil illi accuſato prodeſſet.
Ita declarat Alciatus in tracta.de præſump.reg.iij.præſum.
iiij.in fine.

## QVAESTIO XCI.

Præſumptiones ad quæſtiones, & tormenta ſuffi-
cientes,quot teſtibus probari debeant.

*SVMMARIVM.*

1 *Indicium delicti proximum,vno teſte de veritate probatur. Et qualis is
eſſe debeat.*
2 *Indicia remota,ſingula quæque,teſtibus duobus probanda ſunt.*
*Et quando id præſertim ſit neceſſarium.nu.3.*
4 *Teſtes ſingulares,de ſingulis indicijs atteſtantes an ſufficiant.*
*Et vtrum ſufficiant duo teſtes inhabiles.nu.5.*
6 *Imperfecta plura,non faciunt vnum perfectum.*

QVAERO Nonageſimoprimò præſumptiones
& indicia,quib.accuſatus vel inquiſitus ſubii-
ci poterit quæſtionibus & tormentis,quot te-
ſtibus probari debeant? Diſtinguendi ſunt
duo caſus.

Primus eſt,quando agitur de indicio proximo,vt ſi teſtis
de veritate ipſa atteſtatur,puta ſi dicat,ſe vidiſſe Caium vul-
1 nerãtem Sempronium.Hoc in caſu†ſufficit ſolus iſte teſtis.
Ita loquitur gl.l.ſi quis.C.ad l.Iul.maieſt.quam probarunt
Alber.ibi Bal.in l.obſeruare.col.j.in fi.ff.de offi.proconſ.&
leg.Cæpolla in conſil.xxxix.nu.39.in crimi. Boer.q.clxiij.
nu.3.Parſ.in conſi.cxv.nu.3.lib.iiij.Simancas libro catho-
licarum inſtit.titul,50.nu.27.& in proxi.contra hæreticos.
titu.lxiij.numero 12.Petrus Plac.libro j.epitome delicto.
cap.xlvj.nume.46.verſi.xj.libet.Rolandus in conſil.vij.nu-
me.3.lib.j.Iulius Clarus in practica criminal. quæſtio,xxij.
Riminal.Iunior inter conſilia criminalia diuerſorum, con-
ſilio cv.numero quinto,libro primo.Cæterum eſt quod ad-
uertatur,non hic probari indicium ex teſtimonio vnius te-
ſtis,ſed ex ipſomet teſte naſci hoc indicium:ſicuti inter cæ-
teros ex præcitatis Doctoribus aduertit Cæpol. in dicto
cõſi.xxxix.nu.39.Et de quo quidem indicio diximus ſupra
quæſtio.xxxix.in primo indicio.quo loci ex multorum opi-
nione ſcripſi,hunc teſtem eſſe debere omni exceptione ma-
iorem:ac alia etiam concurrere debere admonui.Iam dicta
non repeto.

2 Secundus eſt caſus,quando agitur de indiciis † remotis,
vt ſi agitur de probanda confeſſione extraiudiciali, vel fa-
ma,vel fuga,& his ſimilibus. Hoc ſanè caſu, ad probandum
vnumquodque indicium duo teſtes requiruntur.Ita cenſuit
glo.notab.in l.vltim.numero 7.ff.de quæſtio.Baldus in l.ſi
quis ex argentariis.§.j.nume.4.ff.de eden.Ange.in l.vlti.in
fi.ff.quod metus cauſa.l.iij.C.ad leg.Iul.maieſt.Caſtren.in
l.cum proponebatur.colum.vlti.de leg.ij.Paris Putheus in
tract.de ſyndicatu, in verbo, aduertendum.num.1.Angelus
Aretinus in trac.maleficiorum,in verbo,fama.nu.18.Fran-
ciſcus Brunus in tract.de indiciis & tortura parte prima.q.
ij.nume.3.Iaſon in repe.l.admonendi.nu.153.verſi. quintò
prædicta regula procedit.ff.de iureiurã.Angelus de Caſtro
inter conſilia criminalia diuerſorum,in conſil.xciiij.nu.26.
lib.j.Soci.Sen.in conſi.liiij.nu.2.libro iiij.Ioan.de Amicis
in conſi.vij.nu.5.& in conſi.cxxvij.nu.10.Marſilius in l.j.§.
idem Cornelio.col.j.verſi.quod tamen intellige.in l.de mi-
nore.§.plurium.numer.90.& in l.vnius.§.teſtes.nu.1.ff.de
quæſtio.idem in conſil.ix.nu.9.& in conſi.xij.num.15.& in
conſi.lix.nu.6.idem in ſing.ccxcv.Par.in conſi.cliij.nu.27.
libr.iiij.Machellus Bono.patrocinio.xlvj.nu.13.Anto.Go-
mezius in tertio tomo varia.reſol.c.13.de tortura reorum.
nu.18.Gram.in conſi.xxj.nu.24.& in cõſil.lvj.nu.22.in cri.
& voto xxij.nu.1.Carrer.in pract.crimina.q.xxij.Aegidius
Boſſius in tracta.cauſarũ crimi.in tit.de partu ſuppoſito.nu.
36.Alcia.reſp.cccclv.nu.1.& Simancas in commentar.ca-
tholicarum inſtit.tit.50.nu.27.qui ſcripſit, ex multorũ ſen-
tentia, indicia in cauſa hæreſis, plenè probari oportere.

Hæc recepta traditio multò magis locum habet, quan-
3 do†indiciis ipſis & præſumptionibus plena fides adhibere-
tur ; ſicuti quando ſtatuto cautum eſt, quod in delictis no-
cturnis indicia & præſumptiones faciant plenam fidẽ. Nam
tunc omnino indicia hæc,duorum teſtimonio debent pro-
bari.Ita in ſpecie annotarunt Franciſ.Bru.in tracta.de indi-
ciis & tortura,parte ſecunda.q.viij.nu.7.Marſil.ſing.cclxix.
& Carrerius præcitato in loco.nume.3.& 4.Huc facit quod
ſcripſit Inno.in c.ſicut.il j.de ſimo.quod & ſi certis in caſi-
bus,leuia indicia ſufficiant ad probandum crimen:attamen
illa indicia debere plene probari.Dubitari etiam ſolet cir-
4 ca hanc quæſtionem,an teſtes ſingulares † de ſingulis indi-
ciis atteſtantes ſufficiant?Et ſufficere,ſcriptũ reliquit Fran-
ciſcus Brunus in tract.de indiciis & tortura,parte prima.q.
ij.numer.5.qui aſſeruit,ita docuiſſe Fulgoſium in l.vlt.ff.de
quæſt.Verùm opinio hæc à cæteris reiicitur, & in ſpecie ab
Antonio Gomezio in dicto tertio tomo varia.reſol.c.xiij.
nu.18.qui etiam animaduertit Fulgoſium nihil ad d.l.vlt.ff.
de quæſtio.ſcripſiſſe.Rurſus ſolet & hic ambigi, an ſufficiãt
duo teſtes inhabiles, puta minores, mulieres, infames & ſi-
5 miles?Et ſufficere†ſcripſerunt gl.in l.inuiti.la ij.ff.de teſti.
Soc.Sen.in conſi.liiij.nu.9.lib.iij.Marſilius in practica cri-
minali.§.diligenter.nu.8.& Carrerius in practica criminali
pag.xxxviij.in verbo,viſo ergo quid ſit.Diſſentit tamẽ An-
tonius Gomezius in d.cap.xiij.nu.18.ver.item etiam.cuius
6 ſententia probabilior forte eſt,cum ex pluribus † imperfe-
ctis non reſultet vnum perfectum.l.vſuras.& l.placuit.ff.de
vſur.& l.Spadonum.§.qui iura.vbi Bart.ff.de excuſa.tut.Et
præterea,ſi(ait Gomezius)teſtis ille ſolus, qui de viſu atte-
ſtatur,debet eſſe omni exceptione maior,ita etiam duo iſti:
cum non poſſit adferri probabilis aliqua differentiæ ratio.

## QVAESTIO XCVII.

Quid agere debeat iudex, quando accuſatus vel
inquiſitus ob indicia & præſumptiones condemnari
poteſt,ſaltem pœna arbitraria:vel poteſt torqueri pro
eruenda veritate.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſumptionibus & indicijs claris & indubitatis, ab ipſa lege receptis
& approbatis, iudex condemnare poteſt inquiſitum, abſque alia*

*tortura,pœna tamen arbitraria.*

2 *Præſumptionibus quidem claris, ſed hominis tantum extantibus,reus torqueri debet.*

*Idque totum iudex arbitrabitur.num.3.*

QVAERO Nonageſimoſecundò, ſi ex præſumptionibus, & indicijs accuſatus, vel inquiſitus, poteſt comdemnari pœna ſaltem arbitraria, item ex præſumptionibus & indicijs, poteſt torqueri pro veritate eruenda; quid agere debet iudex? Hac in re duos caſus diſtinguo.

1 Primus eſt, quando præſumptiones † & indicia ſunt clara & liquida, à lege ipſa recepta & approbata. Hoc ſanè caſu debet iudex cendemnare hunc inquiſitum, nulla amplius adhibita quæſtione, & tortura: Cum ſatis ſuperque de ipſa veritate conſtet, ex quo præſumptiones à lege approbatæ, cenſentur liquidiſſimæ probationes, vt ſcripſi ſupra q. 36. Et in ſepecie ita affirmauit Anto.Gomezius in tertio tomo vario.reſol.c.12.nu.26.ver.aduertendum tamen.

Secundus eſt caſus, quando extant ſolum præſumptiones † & indicia hominis. Hoc incaſu ait Gomezius in d.cap.12. in fine.inquiſitum debere torqueri, ſic intelligens traditionem Baldi.in l.vlt.colum.vlt.C. de probat.& l. milites. nu. 6. C. de qõ.ac Franc. Bruni in tract.de indicijs & tortura, parte prima.q.4. nu.13. Ego exiſtimauerim hoc totum iu-
3 dicis arbitrio † relinqui, vt pro ipſorum indiciorum & præſumptionum qualitate, ac pro conditione perſonæ arbitretur, an damnari, vel torturæ ſubijci is debeat.

## QVAESTIO XCIII.

Præſumptiones & indicia, quando extant contra accuſatum & inquiſitum, negantē in tortura deliquiſſe, abſolui an is debeat, vel relinqui cauſa indeciſa.

### SVMMARIVM.

1 *Negans in tortura delictum ſe commiſiſſe, ſi præſumptiones cõtra ipſum extent, iudex an cauſam indeciſam relinquat, vel abſoluat.nu.2.*

3 *Regula, quod actore non probante abſoluatur reus, de qua probatione accipiatur.*

4 *Malitijs hominem obuiandum.*

QVAERO Nonageſimotertiò, ſi accuſatus, vel inquiſitus, contra quem extant præſumptiones & indicia, negat in tortura ſe commiſiſſe delictum, an ferri ea in cauſa debeat ſententia, vel cauſa relinqui indeciſa? Hac de re ſunt opiniones. Nam aliqui ſcri-
1 pſerunt, † cauſam eſſe relinquendam indeciſam: atque ita iudicem pronunciare poſſe, ſibi non liquere. Ita Salicetus in l.ſi qui adulterij.col.ij.ver.ex iſta gloſſa.C.ad l.Iul.de adul. & in l.iij.in fine.C.ad legem Iul.maieſt.& ibidem Angelus. Paris Puth.in trac.de ſyndicatu.in verbo, viſo de repetitione.col.vlti.Alber.in l.diuus Marcus, in primo notabi.ff.de offic.præſid.qui ſcribit ita obſeruare conſueuiſſe D.Beccarium de Beccaria (patria Papienſem illum fuiſſe opinor) in ſuis regiminibus, qui nõ ſtatim abſoluebat accuſatũ, quem cognoſcebat non deliquiſſe, ſed diſſimulabat, ne præſtaret anſam cæteris delinquendi: ac ne accuſatores ab accuſando deſiſterent, deinde in fine regiminis eos abſoluebat. Eandem opinionem probauit apertius Marſilius in.l.repeti. num.36.ff.de quæſtioni. & in practica criminali.§.quoniã. nu.49. qui teſtatur in vniuerſa Italia obſeruari conſueuiſſe, vt iudices ita de cauſa hac perplexi, è carceribus pro nunc relaxarent carceratũ, fideiuſſione præſtita. Hoc enim modo nec abſoluunt, nec condemnant. Et anno 1576. Iunio mẽſe ita obſeruatum fuit Venetijs ab Illuſtriſſimo D.Legato apoſtolicô, ſeu eius D.auditore, qui ita relagauit è carcere presbyterum Georgium de Georgijs, Rectorem eccleſiæ ſancti Bartholomæi huius ciuitatis Paduæ: qui quidem preſbyter fuerat accuſatus, quod crimẽ falſi commiſiſſet: à quo crimine ego eum defendebam: ſicuti extat reſponſum à me tunc redditum in conſi.ccxxj.lib.iij. Et prædicti Doctores moti ſunt ex d.l.diuus.ff.de off.præſid.ex l.ſi quis adulterij. C.ad l.Iulia.de adulte. etiam ea ratione adducti; quia alioqui vel tolleretur defẽſio innocentiæ: vel vindicta Reipuu.

¶ Altera fuit opinio eorum, qui dixerunt, iudicem ſua ſen-
2 tentia debere † abſoluere hunc inquiſitum, vel accuſatum ab obſeruatione iudicij ita Bart.in l.vlt.nu.1.ff.de quæſtio. Ange.Aret.in tracta.maleficiorum, in verbo, fama publica. in fine.Craue.Roma.in conſi.ccccl j.in fin.Craue.in conſil. cclxxxvij.col.iiij.in fi.& egregie Anto.Gomezius in tertio tomo varia.reſol.ca.xiij.de tortura reorum. nume.28.verſi. ſed his non obſtantibus. Qui his vtitur rationibus & argumentis: Et primò ex generali iuris regula, qua conſtitutum eſt, quod actore non probante reus abſolui debet.l.qui ac-
3 cuſare.C.de edend. Quæ ſanè regula intelligitur † de plena & legitima probatione, qua reus condemnari poſſit: quia alias non dicitur intentio actoris fundata: ſicuti quando nil penitus probauit. Nec reperitur iure cautum aut permiſſum illud medium à Doctoribus inuentum. Secundò confert. l.de qua re.ff.de iud. De qua re (ait Iulianus) iudex cognouerit, de ea quoque pronuntiare cogendus eſt. Idem in l.vbi cœptum.eodem titul.& in authent.qui ſemel.C.quomodo & quando iudex. Tertiò accedit text.l.vlti.ff.de calumniat. quo probatur, quòd ſi reus torquetur & delictum non fatetur; ita vt delicti probatio non reſultet, abſolui debet: & ibidem annotauit Baldus. Quartò huc pertinent capit.quotiens.& cap.vlti.de purg.canon.quibus ſancitum eſt, quod ille, qui compurgauit indicia, quæ contra ſe erant, ſtatim debet diffinitiue abſolui. Quintò confert ratio, quod ſi cauſa hæc indeciſa maneret, accuſatus vel inquiſitus facile poſſet quotidie vexari ab aduerſariis: id quod iure permiſſum
4 non eſt: cum hominum † maliciis obuiandum ſit.l.in fundo. in fine.ff.de rei vend.& l.j.§.denique.ff.de aqua pluu.arcen. cum his ſimilibus. Nec quidquam vrgent alterius opinionis argumenta. Nam text.d.l.diuus.ff.de offic.præſid.nil ad rem facit: quandoquidem illa diſſimulatio fit eo in caſu, in quo delictum quidem fuit perpetratum, ſed tamẽ illi delinquenti, ob furorem & mentis alienationẽ, eſt quodammodo ignoſcendum. Et ſimile eſt quod receņſui in tracta.de retinenda poſſeſſione remedio tertio.dccl. auctoritate Gellij lib.xij.noct.Attica.c.vij.& Valerij Maxi.lib.viij.ca.j. Non etiam obſtat.l.ſi quis.C.de adulte.quia reſpondetur, ꝙ verè ibi durante lite & inſtantia accuſationis, de adulterio perpetrato, accuſati ipſi antequã vel abſoluti, vel damnati eſſent, contraxerunt matrimonium, vnde merito reiecta illa excuſatione, fuerunt deinde damnati. Nõ etiam repugnat illa ratio, quod alioqui tolleretur defenſio innocẽtiæ, vel Reipub. vindicta, quia reſpondetur, iudicem iudicare oportere ſecundum probationes, quas tunc adeſſe cernit; quod ſi noua indicia, vel probationes ſuperuenient non impedietur de nouo inquirere, ex quo accuſatum illum ſolummodo abſoluit ab obſeruatione iudicij.

## QVAESTIO XCIIII.

Sententia quibus ex præſumptionibus ferri debeat, & poſſit.

### SVMMARIVM.

1 *Sententia ferri poteſt ex præſumptionibus iuris & de iure.*

2 *Sententia ferri poteſt ex præſumptionibus iuris tantum, contraria probatione non ſublatis.*

3 *Sententia ferri poteſt ex præſumptione hominis violenta.*

4 *Sententia ferri non debet contra aliquem, ex præſumptione hominis probabili.*

*Neque ſi præſumptio leuis ſit.nu.5.*

*Multo minus ſi ſententia.nu.6.*

QVAERO Nonageſimoquartò ex quibus præſumptionibus ferri ſententia poſſit & debeat? Diſtinguẽdi hic ſunt tres caſus; quemadmodum & tres præſumptionis ſpecies diximus.

1 Primus eſt caſus, quando † præſumptio eſt iuris & de iure. Hoc in caſu certum & clarũ eſt, ſententiam ferri poſſe, cum hæc dicatur vera & propria probatio, vt ſuo loco ſcripſimus. Et expreſſe ſic ſtatuit ſtatutum Venetum, in prologo, in cap.de præſump.nu.1.

2 Secundus eſt caſus, quando † præſumptio eſt iuris tantum: quæ tamen contraria probatione non fuit improbata. Hoc etiam caſu clarum eſt, ſententiam ferri poſſe. Quandoquidem & hæc dicitur liquida & manifeſta probatio, ex quo lex eam ſic approbauit: vt ſupra ſuo loco explicauimus. Et idem ſtatuit prædictum ſtatutum Venetum.nu.3.



Tertius eſt caſus, quando præſumptio eſt hominis tantum, quæ quidem à lege expreſſim approbata non reperitur. Hoc in caſu diximus ſupra quæſt.v.hanc pendere à iudicis arbitrio, qui iudicare habet, an eiuſmodi ſit præſumptio, vt ferre ſententiam poſſit. Et dicere poſſumus, quod aliquando præſumptio eſt violenta, aliquando probabilis, aliquando leuis, aliquando temeraria. Primò itaque quando præſum-
3 ptio eſt violenta, ferri † ſententia poteſt in eum, contra quem illa extat, quemadmodum fecit Salomon, vt legitur libro tertio Regum capit.iij.relatum in cap.afferte.de præſump. dum iudicauit contra mulierem illam, quæ petebat puerum ſcindi, & dicebat, nec mihi nec tibi, ſed diuidatur, collegit ex verbis illis Salomon, illam nõ fuiſſe matrem pueri, quippè quæ petebat ea, quæ repugnant humanæ ac naturali pietati. Quam quidem ſententiam admittunt omnes in eo cap. afferte.& ex Theologis Alexander Alenſis in ſumma parte tertia q.xlv.membro vij.colum.vlti.verſic. ex præſumptione verò violenta.

Secundò quando præſumptio eſt probabilis, ferri ſenten-
4 tia † non debet cõtra eum, cui illa obſtat: ſed ſolùm indicenda eſt purgatio: vt in c.j.& ij.de purg.cano.& idem affirmat Alenſis in d.membro ſeptimo.colum.vlt.verſic.ex præſumptione probabili.

5 Tertiò quando præſumptio † eſt leuis, ferri ſententia non debet: ſed in hoc dubio, in meliorem partem ſunt interpretanda, vt dicebat Beatus Beda in Homeliis quod relatum eſt in capitul.ij.de regulis iuris.dum eſt interpretatus locum illum Lucæ cap.vj.nolite iudicare, & non iudicabimini. Et ad rem noſtram Alenſis in dicto ſeptimo membro colum.vlti. ver.ex præſumptione ergo. Qui ſic etiam intellexit Diuum Auguſtinum ſuper illud Diui Pauli Apoſtolorum principis ad Corinth.prima capit.v. Diui Auguſtini verba hæc ſunt. Noluit hominem ab homine iudicari per arbitrium ſuſpicionis, ſine extraordinario vſurpatorioque iudicio, ſed legitimè conuictum, aut ſpontè confeſſum.

6 Quartò, quando præſumptio eſt temeraria † nulla pariter ferri debet ſententia in eum, aduerſus quem ſumpta eſt præſumptio iſta: ſed dãnandus potius eſt ille ita præſumens. Nam & contra illum ſtat quod ſupra diximus, nolite iudicare, & nõ iudicabimini. Et ex prædictis declarari poteſt prædictum ſtatutum Venetum, in dicto capitulo de præſumptionibus.nu.6.

## QVAESTIO. XCV.

Sententia lata ex præſumptionibus an tranſeat in iudicatum.

### SVMMARIVM.

1 *Sententia ex præſumptionibus iuris & de iure lata, in indicatũ tranſit, vt nequeat retractari. Quando tamen non habeat locum.nu.2.*

3 *Sententia lata ex præſumptionibus iuris, adductis contrarijs probationibus veris, retractatur. Et quæ ſit ratio.nu.4.*

5 *Sententia lata, ex teſtimonio vicinorum, dicitur lata ex probatione præſumptiua.*

6 *Damnatus ob id, quod in purgatione canonica defecit, quando retractato iudicio abſoluatur.*

7 *Iudex abſolutus ob iuramentum litigantium, quod nil dederint vt corrumperetur, quando ſententia retractanda veniat.*

8 *Fama plenam probationem faciente ex forma ſtatuti, quando nihilominus ſententia lata non tranſeat in iudicatum, & retractetur.*

*Et quod in contumace, vt pro conuicto habeatur.nu.9.*

10 *Sententiam latam ex iudicio peritorum in arte, non tranſire in iudicatum.*

11 *Sententia lata ex præſumptionibus iuris, non retractatur, ſi contrariæ præſumptiones vel iuris vel hominis adferantur. Et quando id fallat.nume.14.*

12 *Sententiam à peritis in arte latã facile retractari, ſi contrariæ præſumptiones iuris ſuperueniant, erroneum aſſeritur.*

13 *Sententiam latam de conſilio ſapientis, retractari ex conſilio ſapientioris, falſum demonſtratur.*

15 *Sententia lata ex præſumptionibus iuris, retractatur, ſi præſumptiones iuris & de iure, ex aliquo actu in contrarium, ſuperueniant.*

QVAERO Nonageſimoquintò an ſententia ex præſumptionibus lata, in iudicatum tranſeat atque ita retractari an poſſit, vel non, cùm contrariæ præſumptiones, vel probationes ſuperueniunt? Et cùm hac in re videam varias eſſe interpretum opiniones, ita, aliquot caſus diſtinguendo, dubitationem diſſoluo.

Primus eſt caſus, quando lata eſt ſẽtẽtia ex præſumptio-
1 nibus iuris & de iure. Hoc caſu opinor ſententiam ita in † iudicatum tranſire, vt retractari amplius non poſſit, ex contrariis allegatis probationib.& multo minus ex contrariis pręſumptionibus. Ea eſt ratio, quòd ſi ab initio probationes aliquæ aduerſus ipſam præſumptionem iuris & de iure, obiici non poſſunt, vt abundè diſſeremus ſupra quæſt.lx.multò minus obijci poſſunt, lata ſententia & in iudicatum lapſa, c m firmus, quid ſit.

Declarari tamen poteſt hic caſus, vt locum non habeat
2 illis † in caſibus, in quibus admittitur probatio cõtraria aduerſus hanc præſumptionem iuris & de iure: ſicuti quando de rei veritate conſtat per confeſſionem aduerſarij. Quò ſanè in caſu, tollitur pręſumptio hęc iuris & de iure, vt diſſerui ſupra q.lxj.imò ex confeſſione hac retractatur res iudicata, ex veris probationibus pronuntiata, ita in ſpecie ſcribunt Bal.in l.ſi quis adulterij.nu.3.in fi.C.ad l.Iul.de adult. Aret. in c.propoſuiſti.nu.23.de proba.& clarius Iaſon in repet.l. admonendi.nu.46.ff.de iureiur.& ibidem Curtius Sen.nu. 23. Idem eſt dicendum, quando per indirectũ probatio admittitur contra præſumptionem iuris & de iure, vt diximus ſupra.q.lxv. Ita etiam cæteris in caſibus, in quibus contraria probatio recipitur, ſicuti declarauimus ſupra quæſt.lxvj. & ſubſequentibus.

Secundus eſt caſus, cum ſententia eſt lata ex pręſumptionibus iuris, & deinde contrariæ veræ probationes adducun-
3 tur. Hoc † in caſu res illa iudicata retractari debet. Ita in ſpecie tradunt Abb.in cap.propoſuiſti, de probatio. & ibidem apertius Aretinus. numero vigeſimotertio. & Felynus numero vndecimo. Curtius Iunior in l.admonendi. numero vigeſimoſecundo.& ibidem apertius declarat Iaſon in repet.numero trigeſimooctauo.ff.de iureiuran.qui ita de vera, & propria probatione loquentem, intelligit Innocen. in capitu.tua nos.numero quinto.de cohab.cler.& mulie.cum ſimpliciter dixit, ſententiam latam ex notorio exorto à pręſumptione, poſſe retractari, cùm cõtrarium fuit probatum. Non eo loci declarat Innocent.qualis eſſe debeat hæc contraria probatio: Et ideò intelligi debet de probatione vera. Ita etiam interpretatur Angelum in l.diuus.ff.de teſtamen. milit.in l.prima.C.ſenten.reſcind.non poſſe.& in l.ſub ſpecie.C.de re iudicata.dum ſecutus Innocentium in dicto capitul.tua nos, ſcripſit, ſententiam latam ex probationibus priuilegiatis, retractari contrariis probationibus: contrarias probationes intelligo veras, non autem præſumptiuas.
4 Et ea eſt huius ſententiæ † ratio, quòd de rei veritate ex veris probationibus conſtat: & ideò illa ſententia vti lata prætextu falſarum probationum retractatur, iuxtà l.ſecunda.C. ſi ex falſis inſtrumen.& dicemus infra. Hinc modò infertur ad id, quod ſcribunt noſtri interpretes in l.prima.ff.de rebus credi.ſi certum petatur.ſi lata eſt ſententia ex teſtimonio eorum, qui atteſtati ſunt, ſe de negotio ſcire, ob id, quod
5 vicini ſunt: cum ſit ſententia † lata ex quadam probatione præſumptiua, retractari illa debet.vt ſcribunt Decius in dicta l.prima.in tertia lectur.numero 64. & ibidem Iacobus Niger numero 48.poſt Alexand.& cęteros. Horum inquam traditio procedit, cùm aduerſus illam præſumptiuam probationem veræ ſuperueniunt. Ita etiam declarari poteſt tex. capitul.cum dilectus.il ſecundo.de purga.cano.quo diffini-
6 tum eſt, damnatum † ob id, quod in purgatione canonica defecit, ſi nouæ probationes de innocentia ſuperueniunt, retractato indicato, abſolui, intelligitur ille canon, cum veræ probationes ſuperueniunt, non autem præſumptiuæ. Non ignoro tamen Aretinum in cap.propoſuiſti.nume.27.in fi.

de probatio.aliter declarare.
Ita etiam declaratur text.in authentic,nouo iure,in fine.
C.de pœna iud.qui male iud.& quod ibi ſcripſit Angelus, ſi
7 lata eſt † ſententia prætextu iuramenti à litigantib.ſuſcepti,
quod nil iudici dederint vt corrũperetur, iudex abſoluitur:
quæ ſententia cum ſola præſumptiua probatione, ex iura-
mento ſcilicet lata ſit,ob id retractatur, ſi contrariæ proba-
tiones ſuperueniunt.Intelligo hic etiam de veris probatio-
nibus,non autem præſumptiuis.
His etiam declaratur,quod egregiè docuit ad rem noſtrã
Curtius Iunior in l.admonendi.numero 21.de iureiur. poſt
Ioan.Baptiſtam à ſancto Seuerino ibidem. ſi ſtatuto cautũ
8 eſt,quod fama† faciat plenam probationem,ſententia eius
prætextu lata,non tranſit in iudicatum,ſed retractari poteſt:
intelligo poſſe retractari,ſi veræ probationes ſuperueniant,
non autem ſi aliæ præſumptiuæ. Ita etiam declaratur quod
eodem in loco ſubiungit ipſe Curtius,ſi ſtatuto cautum ſit,
9 quod contumax†habeatur pro conuicto, & confeſſo:ſentẽ-
tia,quæ deinde contra eum fertur, nunquam tranſit in iudi-
catum:ob id retractari poteſt: intelligo poſſe retractari, ſi
veris probationibus conſtat de illius contumacis innocen-
tia.Eo tamen loci recenſet Curtius ipſe Franc.Aret.in cõſi.
cxlvij.nume.5.ſcribentem, quod pro ipſo contumace fieri
poſſunt probationes ante latã ſententiam,quia tunc,& con-
tumax, vel alter eius nomine excuſationem proponere, &
innocentiam probare poteſt:ſecus iam lata ipſa ſententia, ſi
à ſtatuto reijcitur cõtumax ab omni audientia, & remedio.
Hinc etiam declaratur, quod tradunt Doctores, ſententiam
10 †latam ex iudicio peritorum in aliqua arte, non tranſire in
iudicatum.ſicuti ſcribunt Baldus,& Alex.in l.ſi ab hoſtibus.
col.iij.ff.ſol.matr.Ange.in l.quod ſi nolit.§.ſi mancipium.
ff.de ædilit.edicto:& Fely.in cap.propoſuiſti.col.pen.verſi.
quarta concluſio.de probat.Afflictus in deciſi.xxxiij.nu.6.
Hæc ſane traditio intelligitur,quando contrariæ probatio-
nes adducuntur:Non enim hæ reijciuntur. Ita declaratur il-
la doctrina,quod ſententia lata ſuper ætate ex aſpectu, non
tranſit in iudicatum,vt tradunt Bartol.in l.minor.xxv.annis
addito.& in l.de ætate.n.16.ff.de mino.Baldus in l.ſi mino-
rem.C.de in integ.reſti.& in l.ij.col.ij.verſi.ſed hic dubita-
tur.C.quando.fiſcus,vel priua.& Fely.in c.ſignificaſti.nu.8.
de homicid.Hoc ſane intelligitur, vt non tranſeat in iudica-
tum,quin poſſint fieri probationes contrariæ, ſicuti cæteris
in caſibus ſupra commemoratis ſcripſimus.
11 Tertius eſt caſus, cùm † ſententia eſt lata ex præſumptio-
nibus iuris,& deinde contrariæ præſumptiones vel iuris,vel
hominis adferuntur.Hoc equidem caſu, non retractatur ſen
tentia.Ita ſcribunt Abbas & Aretinus in dicto capitul.pro-
poſuiſti & ibidem Felynus. numero vndecimo. de probat.
Ea eſt huius aſſertionis ratio, quod ſuperueniens contraria
præſumptio,non plus efficit rem eſſe certam ac indubitatã,
vt iam ante fuerat.Hinc intelligimus erraſſe illos , qui ſcri-
12 pſerunt:ſententiam † à peritis in arte latam, facilè retracta-
ri,ob id,quod ſola iuris præſumptione fulcita eſt, ſi nouæ,
contrariæque iuris præſumptiones ſuperueniant.Cuius qui-
dem opinionis auctores ſunt Butr.in dicto capitul. propo-
ſuiſti.columna prima. verſicul. nunquid autem de probat.
poſt Ioan.Andr.in additio.ad Specul.tit.de homicidio.§.j.
verſic.ſed pone.Alexan.in l.ſi ab hoſtibus.numero 10.ff.ſo-
lu.matr.& communem aſſeruit Decius in l.j.in tertia lectu.
nu.65.ff.ſi certum petat.& idem Decius in conſil.cclxxviij.
in fin.Clarius idem ſcripſit Iaſon in repet.l.admonendi.nu-
me.39.ff.de iureiuran.& in l.ſi conuenerit.numero 21.ff.de
re iudica.Eſt inquam horum aſſertio,atque traditio falſa.
Nam cum & ſecunda ſententia, ſola præſumptione nitatur,
dicendum eſt,retractari non poſſe.ſicuti aduerſus Ioan.An-
dreæ,Butrium & cæteros iam relatos, ſcripſerunt Abbas, &
Aret.in dicto capit.propoſuiſti, & ibidem Decius. numero
14.ad finem aſſerit,hanc poſteriorem Abbatis opinionem,
eſſe de iure veriorem.Et eandem ſecuti ſunt Iaffredus Bal-
bus deciſ.ccxlj.Scala Patauinus lib.iiij.de conſi.Sapien.ca.
xxj.Marius Salomonius in §.reſponſa prudentium inſtit.de
iure natu.gen.& ciui.
Hinc etiam intelligimus multò magis falſam eſſe tradi-
13 tionem eorum,qui dixerunt†ſententiam latam ex conſilio
ſapientis,ſecundum ſtatuti diſpoſitionem,retractari ex con
ſilio ſapientioris.Hanc equidem opinionem, male affirma-
runt Butr.in d.c.præpoſuiſti.de proba.Roma.in l.cum qui-
dam.§.quod dicitur.de acqui.hęre.& in conſi.ccxxviij.in fi.
& Alexã.in l.ſi ab hoſtibus,nu.12.ff.ſolu.matri. qui aſſerit,
hanc eſſe ſingularem traditionem quam etiam condemna-
runt Iaſon in rub.in fi.& in repe.l.admonendi.num.41.ff.de
iureiurand.& in l.ſi conuenerit,nu.21.ff.de re iud.& Petra-
ſancta ſingul.xx.Decius in conſi.cclxxviij.in fin.Ruinus in
conſi.xxxiiij.nu.1.libr.j.& Marſilius in l.vnica.nu.47.C.de
raptu.virg.& ſing.ccccxxvij.plures ſunt caſus.
14 Declaratur hic caſus,vt locum non habeat,quando†con-
ſenſu aduerſarij pro quo lata eſt ſentẽtia admittitur præſum
ptiua probatio.ita declarat Ripa in l.admon,nu.43.ff.de iu-
reiu.poſt Iaſ.& Cur.Sen.ibidem.
15 Quartus eſt caſus,cum ſententia eſt lata†ex præſumptio-
nibus iuris,& deinde contraria præſumptio iuris & de iure,
ex aliquo actu ſuperuenit.Hoc in caſu iſta ſentẽtia retracta-
tur.Ita Abbas,Aretinus,& Felinus in dicto capit.propoſui-
ſti.de proba.qui ita interpretantur.l.ſi qui adulterij.C.ad le-
gem Iul.de adulter.quo loci ita etiam declarat Baldus, nu-
mero 3.poſt gloſſ.ibi, & idem docuit Curtius Senior in l.
admonendi.nume.22.de iureiuran.& idem ſenſit Felinus in
cap.ſignificaſti.nume.8.de homicid.Alexã.in l.j.nu.29.ff.ſi
certum petat.Cum enim de commiſſo adulterio, vir & mu-
lier eſſent accuſati,& præſumptiones admiſſi criminis exta-
rent, eam accuſationem effugerunt, probationibus factis,
quod eſſent ſanguine coniuncti, qua conſanguinitatis præ-
ſumptione,euitabant eam præſumptionem commiſſi adul-
terij,ob id abſoluti fuerunt.Deinde hi vnà matrimoniũ con
traxerunt,ex quo quidem actu præſumptionem maxime ef-
ficacem,quam iuris & de iure appellamus,fecerunt Impera-
tores Theodoſius,Arcadius & Honorius,illos deliquiſſe,at-
que ita abſolutionem nil eſſe impedimẽto, quominus ſeue-
riſſime puniri deberent.Nam illa præſumptio tam violenta
æquiparatur confeſſioni.quæ vim habet etiam aduerſus præ-
ſumptionem iuris & de iure,ac etiam aduerſus rem iudica-
tam,vt diximus ſupra in primo caſu. Cæterum conſtitutio
hæc,traditionem hanc probare nõ videtur:cum ibi nulla ſu-
per præſumpto adulterio lata fuerit ſentẽtia abſolutoria,ſed
ſolum is accuſator ob ſuperuenientem præſumptionẽ præ-
textu cõſanguinitatis,ab accuſatione deſtitit: ſicuti ibidem
ſenſit Accurſ.& clarius explicat Cyn.& cum eo Salicet.qui
quidem ſubiungit,quod forte non improbabiliter dici po-
teſt:quod iudex non abſoluit ſimpliciter accuſatũ,ſed cauſa
adiecta,quòd crimen in eo non præſumatur, ob ſanguinis
cõiunctionem.Quæ ſanè cauſa,cum falſa detegatur,ob ſub-
ſecutum matrimonium,abſolutio illa euaneſcit. Vel etiam
(ait Salicetus)lata ibi fuit abſolutoria prætextu falſarũ pro-
bationum ſuper affinitate,non mirum ſi retractatur iuxta l.
iij.C.ſi ex falſis inſtr.& tradunt Soc.Iun.in conſi.xl.nu.6.&
8.lib.ij.Iaſon in l.ſi is,ad quem.nu.19.ff.de acquiren.hære.
Ruin.in conſi.lxxxix.nu.15.lib.j.& Ripa in l.qui Romæ.§.
duo fratres.nu.31.de verbo.oblig.Quæ ſane poſterior Sali-
ceti interpretatio à communi aliorum non diſcrepat. Eſto
enim ſententiam prætextu falſarum probationum fuiſſe la-
tam,illa probationum falſitas non aliunde detecta fuit, quã
à præſumptione illa ſubſecuta iuris & de iure. Habet ergo
vim hæc ipſa præſumptio iuris & de iure,vt iam lata ſenten-
tia ex præſumptione iuris ſola retractetur.

## QVAESTIO. XCVI.

Sententia lata ex præſumptionibus, an exequi debeat.

*SVMMARIVM.*

1 *Sententia prius quam in iudicatum tranſeat,exequenda non eſt.*
2 *Sententia ex præſumptionibus lata,exequutioni mãdatur interim dum de retractatione dubitatur.*
3 *Sententiam in cauſa matrimonij latam in iudicatum non tranſire.*
4 *Sententiam latam ex probationibus priuilegiatis exequendam eſſe.*
*Et quod illa,ex contrarijs probationibus retractetur.nu.5.*



QVAERO Nonageſimoſextò, an hæc ſententia
lata ex præſumptionibus, & ſi non tranſeat in
iudicatum,ſit tamen exequenda? Dicendum vi-
debatur,exequendam non eſſe, cũ tunc demum
1 † exequenda ſit ſententia, quando iam in iudicatum lapſa
eſt.ca.quò ad conſultationem.de re iud.Orianus in ca.quo-
niam contra.in verbo,interlocutiones,& appellationes.nu.
40.de probatio.& confert.l.j.C.de execu.rei iud.& ibidem
Bal.& cæteri.& Paulus Grilandus de relaxat.carcerato.c.ij.
Cæterum contrarium verius eſſe opinor,nempè ſententiam
2 † hanc eſſe executioni mittendam, interim dum dubitatur
de retractatione. Ita enim dicimus,quod licet ſententia lata
3 in cauſa†matrimonij,non tranſeat in iudicatum, vt probat
c.fraternitatis.de frigid.& malef. & ſcribunt omnes ibi &
Feli.in c.ſignificaſti.nu.8.de homic.Nihilominus ſententia
hæc executioni mãdatur, & ob id mulier, ad cuius fauorem
pro diſſolutione matrimonij lata eſt ſententia, alteri viro
nubere poteſt.d.c.fraternitatis vbi glo.in verbo,per errorẽ.
& in verbo,fornicatio.Butrius & Imo.in cap.conſanguinei.
de re iudi.dum dixerũt matrimonium ſeparari cognito eius
impedimento, per ſententiamque declarato. Et in ſpecie,
4 quod ſententia†lata ex probationibus priuilegiatis, quales
eſſe videntur præſumptiones & coniecturæ, ſit exequenda,
ſcripſit bene eruditus Scala Patauinus in tractatu de conſi-
lio ſapientis.lib.iiij.ca.xxij.ſic declarando traditionem. In-
nocen.in cap.tua nos.de cohab.cler.& mulier.& Ange.in l.
j.C.ſenten.reſcin.non poſſe.qui ſcripſerunt ſententiam la-
5 tam ex probationibus priuilegiatis†poſſe retractari ex con
trariis probationibus. Et propterea ſcripſit præcitato loco
Scala,quòd & ſi ſententia lata ex conſilio ſapientis nõ tran-
ſeat in iudicatum ex multorum opinione, attamen execu-
tioni mittenda eſt.

## QVAESTIO XCVII.

Pœna ordinaria puniri an poſſit,de delicto conuictus præſumptionibus & coniecturis.

*SVMMARIVM.*

1 *Pœna ordinaria puniri pro delicto poſſe eum,quem præſumptione iuris & de iure conſtat deliquiſſe.Et quam ob cauſam.nu.2.*
3 *Iudicis partes in confeſſum & conuictum nullæ ſunt aliæ,quam in condemnando.*
4 *Pœna ordinaria quando iudex punire poſſit ex præſumptione legis, ſecundum quam de delicto conſtat,& quot modis id euenire poſſit. nume.5.& 6.*
7 *Iudex quod à lege immutatum non eſt.ſequi debet.*
8 *Homicidia & delicta ſimilia,dolo præſumuntur à lege committi.*
9 *Delictum iuris ſola præſumptione probatum,pœna ordinaria non puniri,erroneum affirmatur.Idem de opinione Felini.nu.10.*
11 *Incendium & ſi inhabitantium culpa commiſſum præſumatur, nemo tamen ad emendationem damni tenetur ſi de perſona determinata non conſtet.Vide nu.12.13.& 14.*
15 *Pœna mitior arbitrio iudicis imponi debet,quando de delicto conſtat,ſolummodo ſuſpicionibus hominis vel legis.*
16 *Pœna ordinaria indici non debet,quando de ſola præſumptione hominis non violenta agitur.*
17 *Pœnam extraordinariam locum habere,quando de delicto conſtat ex præſumptione hominis vehementi.*
18 *Præſumptiones hominis non violentæ,vel etiam vehementes non ſunt coniungendæ ad conſtituendam plenam probationem quo ad pœnam ordinariam.*
19 *Pœna ordinaria puniendum,quem deliquiſſe conſtat præſumptione hominis violenta,ſecundum quoſdam.Et per quem iudicem.num.21. Aliæ referuntur opiniones.nu.22.& 23.*
20 *Pœnæ ordinariæ deprecatio nulla eſt,vbi vehemens eſt perpetrati criminis præſumptio.*
24 *Iudex ſententiam temperare debet,quando de delicto conſtat ſolũ præſumptione hominis violenta.nu.25.*
26 *Proteſtatio iuri repugnans,atque non conſiſtens in poteſtate hominis, nil prodeſt.*
27 *Lex & natura,non admittit duo pugnantia in vno ſubiecto.*
28 *Facta ſunt diuidua.*
29 *Probatio dubia nil prodeſt.*
30 *Facinus nocentis impunitum relinqui ſatius eſt, quàm innocentem damnari.*
31 *Sententiam mediam ſemper iniquam dici,& nu.33.*
32 *Delicto pœna vt conueniat,iudex cauere debet.*
33 *Probatio liquidiſſima requiritur in pœnis.*
34 *Facti qualitas minuere debet delicti pœnam.*
35 *Probatio non auget,vel minuit delictum.*
36 *Probatio eſt quid extrinſecum, poſt delictum perfectè conſummatum ſuperueniens.*
37 *Iudici permiſſum eſt,ne ex toto abſoluat,nec ex toto condemnet.*
38 *Pœnam delicti ordinariam imponendam,quando præſumptio eſt violentiſſima etſi non indubitata.*

QVAERO Nonageſimoſeptimò, an ex præſum-
ptionibus & cõiecturatis probationibus, pœna
ordinaria poſſit, & debeat à iudice imponi, vel
nõ? Hæc iuris quæſtio adeo perplexè & ſubob-
ſcure à noſtris,explicata eſt,vt vix ſcire poſſint qui ĩ foro &
iudiciis verſantur,quid obſeruandum ſit. Ego autẽ meis pro
viribus lucem aliquam tantæ obſcuritati adferre conabor.
Itaque caſus aliquot ita diſtinguo.
Primus eſt caſus,cùm ex præſumptione iuris & de iure,
1 conſtat aliquẽ deliquiſſe.Hoc in caſu†pœna ordinaria, quæ
pro eo delicto imponi ſolet,eſt omnino indicenda. Ita ma-
nifeſte cenſuit Albert.Gandi.in tract.de malefi.ſub rub.de
præſum.& indiciis indubitatis,ex quibus ſequi poſſet con-
dem.col.iij.ver.ſolutio videtur.& col.pen.verſi.primum eſt
indubitatum.Idem ſenſerunt Bal.in l.vlt.nu.2.C.de proba.
& Mattheſ.no.cxix.Nota,ꝙ præſump.in fi.dum allegando.
l.ſi qui,C.de adul.quæ præſumptione iuris & de iure loqui-
tur, ſcripſerunt, quod illa ſufficit ad condemnationem pœ-
næ ordinariæ,ex quo dixerunt habere vim plenæ probatio-
nis.Et Mattheſilanum ſecuti ſunt Iaſ.in l.non hoc.col.iiij.
verſi.intellige tamen.C.vnde legi.& Marſilius in rubr.C.de
proba.nu.252.Et his addo Franciſcum Brunum in tract.de
indiciis & tortura par.j.q.iiij.nu.15.Et idem ſcripſit Augu-
ſtin.Ariminen.in additio.ad Angel.de maleficiis.in verbo,
quod fama publica.nu.25.Quam quidem ſententiam pro-
bat.d.l.ſi quis.C.de adult.Illa enim eſt præſumptio iuris &
& de iure:ſicuti ibi omnes intelligunt & dicemus infra libr.
2 v.præſump.Et ideo†pœna ordinaria indicitur:cum lex eum
habeat eo de crimine confeſſum & cõuictum. Ita etiam in-
terpretari poteſt.l.conſiliarios.C.de aſſeſſo. Ille enim ſub-
trahens aſſeſſorem ante præſtitutum tempus quinquaginta
dierum,punitur ad quadruplum tanquam confeſſus & con-
uictus de crimine.Illa mihi videtur præſumptio iuris & de
iure,poſteaquam iudicatur confeſſus & conuictus,in quem
3 †nullæ ſunt partes iudicis niſi in condẽnando.l.j.ff.de con-
feſ.& confert.d.l.ſi qui.C.de adult.& d.l.conſiliarios.fuſius
explicabimus infra lib.v.præſumpt.xlvij.Ita etiam intelligi
poteſt.l.excipiuntur.vbi Bal.& Igneus nu.3.ff.ad S.C.Syl-
lan.& explicabimus infra libr.v.præſumpt.xlviij.Ita pariter
loqui mihi videtur text.in capit.rurſus.xj.q.iij.quem fuſius
declarabimus infra lib.v.præſumpt.xlix.Et huius ſententiæ
ratio eſt clara & manifeſta;quia habet pro certo rẽ ita eſſe,
cum probatio hæc apud legem ſit clariſſima atque apertiſ-
ſima,ita quod iudex nil habet dubitare, ſed pronuntiare de-
bet,rem ita eſſe,vt & lex ipſa declarauit. Rectè ergo indici-
tur pœna ordinaria.Et hæc ſententia magis & magis confir-
matur ex ſubſequenti caſu.
Secundus eſt caſus, quando iudex procedit & condem
4 nare†vult ex præſumptione legis,ſecũdum quam de delicto
cõſtat.Id quod altero de duobus modis euenire poteſt.Ali-
5 quãdo enim† lex ſpecialiter imponit pœnam certam illi de-
linquenti,conuicto iuris præſumptione:Et tunc illa ſequẽ-
da erit:ſicuti ipſa ſtatuit in caſibus, quos infrà in ſexto caſu
commemorabimus ſi ergo eueniet ſimilis caſus, eã pœnam
6 imponet iudex.Aliquãdo verè lex†præſumptionem probat
in aliquo genere delicti:ſed tamẽ certam pœnam ob id non
ſtatuit,vt multis caſibus nõ ſanciuit.Et tunc iudex non tem
perabit ſuam ſententiam, ſed imponet pœnam ordinariam
pro eo delicto regulariter impoſitam. Ea eſt ratio, quia de
delicto iam certo conſtat:cum præſumptio legis ſit clara &
liquida probatio:vt ſupra ſuo loco diximus.cum ergo con-
ſtet de delicto,& à lege ipſa certa & ſingularis pœna non ſit

indicta,atque ita pœna ordinaria temperata non eſt, illa or-
dinaria eſt imponenda;quia ſi legiſlatori placuiſſet eo in ca-
ſu pœnam illam ordinariam temperare, id feciſſet. Debet
7 ergo iudex† ſequi quod à lege non fuit immutatum. Et hoc
in caſu pœnam ordinariam eſſe imponendā ſcripſerunt Ab-
bas in cap.accedens.nu.6.de accuſat.Felinus in cap.afferte.
nu.7.de præſumpt.Franc.Brunus in tract.de indiciis & tor-
tura parte prima.quæſt.iiij.numer.15.qui eiuſdem opinio-
nis recenſet Auguſtinum Ariminen.in additio.ad Angelum
de maleficiis,in verbo,quod fama publica.numer.23.& 24.
Soc.Sen.in l.non vtique.col.pen.ver.nec abſolutè.ff.de ex-
cept.qui idem affirmaſſe Io.Andreæ & Baldū ſcribit. Idem
affirmarunt Dec.in cap.cum venerabilis.nu.29.de excep.&
in l.j.in tertia lectura.nu.63.ff.ſi certum petatur. & ibidem
Iacobus Alba.nu.116.& Purpur.nu.110. Quæ quidem tra-
ditio fulcitur.l.j.C.ad le.Corneliam de ſicar. quam ita cla-
rius ac alij fecerunt,perpendo. Homicidia & cætera delicta
ſimilia,dolo committi à lege præſumitur.l.ſi non conuicij.
C.de iniur.& c.j.de præſump.& differemus infra lib.v.præ-
ſump.xlv.cū ergo quis homicidium perpetrauit, ſi non pro-
bat,ſe ſine dolo illud commiſiſſe, punitur pœna ordinaria
legis Corneliæ de Sicariis.Ecce ergo, quod homicida præ-
ſumptiuè doloſus, pœna ordinaria punitur. His manifeſtè
8 conſtat erraſſe illos, qui opinati ſunt, delictum † ſola iuris
præſumptione probatum,puniri non debere pœna ordina-
ria. Quo quidem in errore, ex antiquis fuit Albert. Gandi-
nus,in tract.de maleficiis ſub rub.de indiciis indubitatis,ex
quibus ſequi poſſet condem.col.iij.verſi.ſolutio videtur.Is
enim propoſita quadam facti ſpecie , quæ tota verſabatur
circà præſumptiones hominis,ſcripſit,conuictum per præ-
ſumptiones iuris pœna ordinaria non puniri.

Hic caſus procedit non ſolùm, quando præſumptio eſt
approbata à iure,in ſpecie illius criminis,ſed etiam in gene-
re quo ad cætera negotia & actus. Nā ſi lex approbauit quò
ad multa,facilius approbaſſet quo ad vnam ſpeciem, quan-
do de ea ſola fuiſſet actum.

Hinc intelligimus erraſſe Felinum in cap.afferte.nu.8.de
præſump.Cum dixit,relatam communem opinionem pro-
cedere,quando hæ preſumptiones ſunt approbatæ à lege,in
ſpecie illius criminis:ſecus ſi in genere.Et Felinum viſus eſt
ſequi,Iacobus Niger in l.j.nu.44.ff.ſi cer.pet. Verius enim
eſt procedere etiam cùm præſumptio in genere approbata
eſt. Nec vrget conſidaratio, qua vſus eſt Felinus, quia nec
ſolida nec vera eſt,ait ille,incendium præſumitur culpa in-
habitantium commiſſum.l.iij.§.j.verſic.& quia plerunque.
ff.de officio præfecti vigil.Et tamen incendiarius non pu-
nitur pœna ordinaria corporali, ſed pecuniaria, & aliquādo
fuſtibus cæditur.Hæc ſanè conſideratio vera non eſt. Nam
(ſicuti vberius explanaui libro ij.de arbitrariis iudicum.ca-
11 ſu cccxc.)ſi non conſtat † de perſona determinata, quæ in-
cendium immiſit:tunc nemo tenetur etiam ad emendatio-
nem damni,vt ſcripſi in d.caſu cccxc. numero 4.& ibidem
numero 6.dixi, hanc culpam præſumptam eſſe culpam le-
uiſſimam,nimirum ſi pœna aliqua corporalis non imponi-
tur, etiam vbi conſtat, cuius culpa exortum ſit incendium.
12 Si verò conſtat†incendium eſſe leui culpa immiſſum,puni-
tur ille ad damni emendationem,vt dixi in d.caſu cccxc.nu.
12.& ibidem nu.20.ſcripſi ; poſſe etiam puniri pœna extra-
13 ordinaria. Si verò conſtat incendium fuiſſe immiſſum†lata
culpa alicuius,is punitur ad emendationem damni;ac pœna
vel corporali citra membri abſciſſionem,vel pecuniaria. Ita
ſcripſi in d.caſu cccxc.nu.24.poſt Bal.in l.data opera.nu.4.
C.de ijs,qui accu.non poſ.Et hoc in caſu poteſt procedere
conſideratio Felini in d.ca.afferte.nu.8.hunc incendiarium
puniri pœna fuſtigationis:quæ quidem ob legis determina-
tionem eo in caſu ordinaria appellari poteſt. Si verò cōſtat
14 incendium†fuiſſe dolo immiſſum, punitur etiā pœna mor-
tis,vt ſcripſi in d.caſu cccxc.nu.25.

Non etiam obſtat alia conſideratio Iacobi Nigri in d.l.
j.nu.44.cùm(inquit ille)aliquis eſt cōuictus de delicto per
teſtes,qui tāquam vicini atteſtati ſunt,illum deliquiſſe,red-
dentes rationem ſui teſtimonij,quia vicini ſunt : Quæ qui-
dem ratio præſumptiuè tantùm concludit,cum preſumptio
hæc ſit, quod vicinus ſciat facta vicini, vt ſuo loco diſſere-
mus.Hoc delictum ita preſumptiuè probatum,non punitur
pœna ordinaria,ſed mitiori extra ordinem iudicis arbitrio,
vt tradit Alex.in d.l.j.nu.28.ff.ſi cert.peta.Id quod non alia
ratione contigere videtur quàm quod ( vt dicebat Niger)
illa præſumptio iuris,qua dicimus,vicinū præſumi ſcire fa-
cta vicini,generalis eſt,non autem ſpecialis, quò ad certum
delictum.Hæc ſanè cōſideratio nil vrget,tum quod Decius
& reliqui recentiores in d.l.j.ff.ſi cer.pe.diſſentiūt ab Alex.
tum etiam quia verum nō videtur,quod eo caſu feratur ſen-
tentia ex probationibus præſumptiuis : ſed ex veris. Nam
cùm teſtis dicit,ſcio illum ita feciſſe, præſupponit ſe ea de
re ſcientiam habere : quanquam rationem præſumptiuam
alleget. fundatur ergo ſententia immediatè in ſcientia te-
ſtis:non autem in ſola ratione mediata, atque ita præſum-
ptiua.

Tertius eſt caſus quando de delicto ſolummodo conſtat
15 † ſuſpicionibus hominis, vel etiam legis. Hoc in caſu im-
poni debet pœna mitior iudicis arbitrio.Ita Bald.in l.preſ-
byteri.la prima.numero 12.C.de epiſcop.& cler.cùm dixit,
ſuſpectum de falſo,puniri mitiori pœna. Idem docuit Ge-
minia.in capitul.habuiſſe.in primo notab.xxxiij.diſtinctio.
quos ſecutus eſt Felinus in capit.afferte. numero 6. in fine.
de præſumptio.Et comprobari hoc poteſt ex his,quæ dice-
mus infra,quæſtio.nonageſimanona,in vltimo caſu; vbi de-
clarabimus.

16 Quartus eſt caſus,quando agitur de ſola † præſumptione
hominis non violenta. Hoc in caſu, pœna ordinaria indici
non debet,ſed mitior arbitrio iudicis.Ita ſcribunt multi re-
lati à Felino in capitul.afferte.numero 6.de præſumptio. à
Beroio in quæſtio.164.& à Tiraquello in tracta. de pœnis
legum. & c. cauſa xxvij.qui quidem paſſim ita intelligunt
Innocen.in capitul.quia veriſimile,ad finem, de præſumpt.
Et ſi verius crediderim Innocentium indiſtinctè loqui, etiā
quando præſumptio eſt violenta,vt ſubſequenti in caſu de-
clarabimus.Et eodem modo loquitur Cardinal.in capitul.
afferte.in fine.de præſumpt.qui Innocentium ſecutus, non
diſtinguit præſumptionem violentam à non violenta, vel à
violentiſſima.Ita quoque indiſtinctè loquitur Baldus in l.ſi
fugitiui.columna vltima verſic.ſi autem non eſt certum.C.
de ſeruis fugitiuis.& in rubr.de officio delega.numero 16.
Quam ſententiam probarunt ij ex capitul. afferte. de præ-
ſumptio.de cuius quidem interpretatione dicemus ſubſe-
quenti in caſu.Adfertur & ſecundo,capitul.inter ſolicitudi-
nes.de purgat.cano.& ibi gloſſa vltima.ſtatuit Pontifex ma
ximus deficientem in purgatione canonica illius delicti,
quod aliàs pœna corporali puniri merebatur,eſſe ſolùm ab
officio,& beneficio ſuſpendendum.Ea ratione motus eſt is
Pontifex,quia ſola præſumptione de delicto ille conuictus
dicebatur.Illa præſumptio hodie quidem iuris dici poteſt:
ſed tamen ante legis approbationem , erat ſola hominis.
Quibus conſtat minus rectè ſenſiſſe eos, qui aduerſus hanc
receptam opinionem ſcripſerunt:ſicuti ſenſit bene eruditus
Franc.Sarmientus libro primo.Selecta.interpret.capitul.j.
nume.5.ad finem.

17 Quintus eſt caſus,quando de delicto † conſtat ſola præ-
ſumptione hominis vehementi tantùm. Hoc in caſu ſcriptū
reliquit Baldus in l.ſiue poſſidetis.columna vlti.verſi. quæ-
ro,nunquid ſit.C.de proba.condemnationem ſequi nō poſ-
ſe.Idem ſenſit Aegidius Boſſius in tracta. cauſarum crimi-
nalium in tit.de conuictis.numer.48.Rectius mea quidem
opinione ſcripſit Feli.in cap.afferte.numero 8.de præſum.
condemnari hunc poſſe vſque ad fuſtigationem.Erit itaque
pœna extraordinaria.Et propterea facilè poſſumus interpre
tari Baldum,vt loquatur de pœna ordinaria:non negare ta-
men,quin extraordinaria imponi poſſit:quandoquidem hic
caſus nō diſtinguitur à ſuperiore,etſi à me fuerit diſtinctus,
ob id quod viderim Doctores inter vehemētem, & violen-
tam præſumptionem,differentiam conſtituere.

Extenditur hic caſus ac etiam præcedens, vt procedant
quando plures hæ præſumptiones concurrerent. Nam hæ
18 †non ſunt coniungendæ ad conſtituendam plenam proba-
tionem,vt ad pœnam ordinariam damnari poſſit.Ita in ſpe-
cie ſcripſit Gandinus in tracta.de meleficiis ſub rubric. de
præſumptio.& indiciis indubita.columna ſecunda. & con-
fert quod ſcripſi ſupra quæſtione trigeſimaoctaua. in ſe-
cundo caſu.

Sextu



Sextus eſt caſus,quando de delicto conſtat præſumptio-
ne hominis violenta. Hoc in caſu variæ ſunt Doctorum o-
piniones.

19 Prima fuit opinio eorum,qui dixerunt, hunc † eſſe pœna
ordinaria puniendum.Ita affirmarunt Ioan.Andreę in addi-
tio.ad Spec.in tit.de proba.§.vlt,verſi.xiij.nu.19.Abbas in
cap.tertio loco.nume.7.de probat.Franc.Brunus in tracta.
de indiciis,& tortura.parte prima.q.iiij.nu.15.verſicul. aut
loquimur.& apertius Sarmientus lib.j.ſelecta.interpreta.c.
20 j.nu.5.in fine.Cùm dixit,nullam eſſe pœnæ ordinariæ † de-
precationem, ſi vehemens ſit perpetrati criminis præſum-
ptio.Et ibidem.nu.6.dixit probari ex l.j.C.ad l.Corn.de ſi-
car.ac aliis nonnullis,quæ commemorabimus ſuprà ſecūdo
in caſu. Verùm facilè reſponderi poteſt, illos legumlatores
illis præſumptionibus , nullà alia ſuperueniente contraria
probatione,habuiſſe rem pro clara, & comperta : atque ita
præſumptiones illas pro certis probationibus approbaſſe.
21 Hoc facere omninò iudex†à lege inferior,non poteſt.
22 Secunda fuit opinio,quod nulla pœna † condemnari de-
beat.Ita Butrius,& Imola in c.afferte.de præſumpt.ille nu.
7.iſte nu.3.cùm dixerunt,non facilè damnari ad pœnā cor-
poralem,vel ad mulctam.clarius idem aſſeruit Gandinus in
tracta.de maleficiis,ſub rubr.de præſumptio. & indiciis in-
dubitatis,ex quibus ſequi poſſit condemnatio.col.iij.verſi.
ſolutio videtur;qui etſi ſcripſerit,ex iuris præſumptione cō-
demnari quē non poſſe;nihilominus ille proponit facti ſpe-
ciem de indiciis,& præſumptionibus hominis, & ait, pœnā
aliquam non indici,& ſcribit ita Bononiæ fuiſſe obſeruatū.
Cæterùm hæc opinio vera nō eſt,vt ex his, quæ ſubſequenti
in caſu dicemus,apparebit.

Tertia fuit opinio eorum, qui dixerunt, hunc eſſe pœna
23 †mitiori iudicis arbitrio puniendum.Ita Inno.in c.quia ve-
riſimile.ad fi.de præſum.Cùm dixit,iudicem debere tempe-
rare ſententiam,& modicè condemnare.Et Inn.loqui quan
do præſumptiones ſunt violentæ, interpretatur Feli.in d.c.
afferte.nu.9.in fi.de præſump.idem quoque ſenſit Io.Andr.
(vt aliqui eum intellexerunt )loco ſupra allegato. Et aper-
tius Baldus in l.vlt.nu.8.& ibidem Caſtren.nu.5.C.de pro-
bat.& idem Baldus in l.ſi qui.C.ad leg.Iul.de adulter.idem
quoque docuit Abbas in d.capi.afferte.nume.6.cùm dixit,
quod quando ex præſumptionibus violentis quis condem-
nari debet,iudex temperabit ſententiam, nec facilè ad pœ-
nam corporalem,vel mulctam condemnabit. Idem ſcripſit
Burrius in cap.quanto:de præſumpt.dum declarat & ſequi-
tur Inno.in d.c.quia veriſimile;quem etiam ſecuti ſunt Old.
in cap.cxcij.numer.1.Anchar.in capit.ſemel malus.colum-
na x.de regu.iur.Roſellus in tracta.de conciliis.§.xxiij.nu-
mero 3.clare Specul.in tit.de præſumpt.§.ſpecies. numero
24 6.cùm dixit,iudicem†debere temperare ſententiam, idem
ſenſerunt commemorati à Gram.in deciſ.xlij.nu.6.Idem à
fortiori ſenſerunt illi,qui ſcripſerunt, eſſe etiam temperan-
dam,quando præſumptionibus violentiſſimis quis damnan
dus eſt : qua de re dicemus ſubſequenti in caſu. Hæc itaque
eſt magis recepta opinio, quod ſcilicet quando de delicto
conſtat ex ſola præſumptione hominis violenta, debet iu-
25 dex†temperare ſuam ſententiam,quemadmodum obſerua-
tum videt à lege,quæ,dum voluit damnari ex præſumptio-
nibus,pœnam temperauit : Ita ſanè videmus legem obſer-
uaſſe in c.accedens.de accuſ.in c.ſignificaſti,de adulter.vbi
damnati ex præſumptionibus pœna ordinaria mulctati non
fuerunt.Ita etiam in cap.literas.§.pen.de præſum. vbi defi-
ciēs in purgatione ob infamiam criminis homicidij & per-
iurij,punitur mitiori pœna:nec ibi nouum aliquod crimen
conſideratur.Ita quoque in c.de hoc.de ſimo.vbi deficiens
in purgatione ob crimen ſimoniæ punitur, vt auctor illius
criminis,& non ob aliud ſpeciale crimen.Ita pariter in cap.
contumacia.de hæret.in vj.vbi excommunicatus per annū,
punitur non vt contumax,ſed vt hæreticus.atque ita ibi non
conſideratur nouum crimen,ſed illud principale tantum ; &
tamen punitur pœna mitiori extraordinaria,ex quo punitur
ille tanquam talis,iuxta declarationem quam probaui in li-
bro ij.de arbi.iudicum.caſu cccxiiij.nu.7.Quemadmodum
ergo his in caſibus lex temperauit pœnam,ita etiam poteſt
temperare iudex.Nec hic obſtat conſideratio Sarmienti li-
bro j.ſelect.interpreta.ca.j.nu.10.cùm dixit,legem in caſi-
bus ſuprà enumeratis,ob id ſuſpectum illum de hæreſi pu-
niuiſſe,quia illa erant crimina ſpecialia,quæ ea pœna extra-
ordinaria puniri voluit,vt crimina ipſa principalia in iudi-
cium deducta;quemadmodum ſi quis accuſatur,quod Sem-
pronium occiderit,& ad probādum inducitur præſumptio,
quod coadunatis hominibus ea nocte,qua occiſus eſt Sem-
pronius,armatus incedebat;Hoc crimen(inquit Sarmiētus)
eſt de ſe,& eſt præludium etiam alterius criminis.l.is,qui cū
telo.C.ad l.Cor.de Sicar.Eſt ſimile, ſi quis accuſatur, quod
adulterium cum Sæia cōmiſit, & inducitur probatio, quod
eius domum feneſtra ingreſſus eſt, vel ex ea delapſus, ſi iu-
dici ſatis id nō videatur(inquit Sarmientus) vt de adulterio
ille damnetur,eo abſoluto à crimine adulterij, punietur ob
crimen illud,quod domum alienā furtim ingreſſus ſit,quod
non ianua,ſed feneſtra ſit ingreſſus,quod inde ſcādalum vi-
cinis præbuerit, quod marito abſenti, illata fuerit iniuria,
eiuſque fama læſa vulgò videatur, quod mulieris caſtitati
& honeſtati ſit detractum. Eſt quoque ſimile( inquit Sar-
mientus) quod ſancitum eſt in capi.inter ſolicitudines ver-
ſicu.in pœnam autem.de purg.cano.vbi tex.ita inquit. Pur-
gatione verò recepta, beneficium ei reſtituere non poſtpo-
nas,in pœnam autem familiaritatis,&c.Hæc ſanè Sarmien-
ti conſideratio,quanquam ſubtilis & acuta, nil obſtat;quan
doquidem in caſibus à me ſupra commemoratis, lex impo-
ſuit pœnam pro ipſo crimine principali in iudicium propo-
ſito,nec ibi conſideratum fuit ſpeciale aliquod crimen, ab
illo principali ſeparatum. Non nego tamen cum ipſo Sar-
miento,quin certis in caſibus lex nō approbauerit hominis
præſumptiones,quas nec vehemētes,nec violentas eſſe exi-
ſtimauit,vt in caſibus ab ipſo Sarmiēto enumeratis, in qui-
bus quidem lex,abſolutis illis de crimine principali, ob id
quod illæ præſumptiones non vrgebant, ſtatuit eos alio de
crimine,eo ex facto reſultanti,puniri : id quod nec nos ne-
gamus,ſed tamen,vt dixi,extant caſus, in quibus lex indixit
pœnam mitiorem cōuicto de crimine ex ſolis præſumptio-
nibus.Idem dicendum eſt noſtro in caſu, quando extat hæc
præſumptio hominis violenta. Quanquam enim illa ſcri-
pta non ſit in lege;vt pote quod ſimilis caſus nunquam con-
tigerit;attamen quemadmodum lex ſtatuiſſet eam præſum-
ptionem eſſe efficacem, ita exiſtimare atque ſtatuere debet
iudex:pœnam autem ipſam mitiorē indicere debet, vt me-
diam quandam viam eligat, quam eligere poſſe & debere,
oſtendunt leges illæ,quæ mitiorem,ſimilem ob cauſam in-
dixerunt.Et ſi dicatur,quare iudex non imponit pœnam or-
dinariam,ſicuti lex vult imponi quando pœnam non immu-
tauit.Reſpondetur,quod lex eo caſu, quodammodo prohi-
buit pœnam mutari, Nam ſi mutari voluiſſet ipſamet hoc
feciſſet.Hoc colligitur ex l.prima.§.ſed non.verſicul.pœnæ
perſecutio.ff.ad Turpil.His conſtat veram eſſe hanc rece-
ptam opinionem.

Nunc ſupereſt,vt ſatisfaciam aliquot ſubtiliſſimis argu-
mentationibus eruditiſſimi Sarmienti,qui in d.libro j.ſele-
cta.interpreta.capitul.j. etſi ſubobſcure aliquantulum, di-
ſtinguat præſumptiones hominis à præſumptionibus le-
gis , ſcripſit , pœnam mitiorem non eſſe indicendam , ſed
accuſatum ipſum vel ex toto damnandum, vel ex toto ab-
ſoluendum.

Primò hac ratione motus eſt Sarmientus, quam egó cla-
rius ita deduco.Aut iudex eſt cèrtus hunc deliquiſſe,& tunc
neceſſe non habet vlterius veritatem quæſtionibus & tor-
mentis perquirere,iuxtà l.diuus.ff.de queſtio.& per conſe-
quens non debet iudex imponere pœnam mitiorem, ſicque
extraordinariam.Aut iudex incertus eſt:& tunc ad quæſtio-
nes & tormēta deuenire debet.Et ſi ex tormētis poteſt con-
ſtare,delictum ab eo fuiſſe perpetratum, idē eſt ſtatuendum
quod ſuperiore caſu,nempè pœnā ordinariam eſſe indicen-
dam.Si verò nil fatetur atq; ita fert tormenta, negādo ſe de-
liquiſſe:& tunc,cum purgatæ cenſeantur præſumptiones,&
indicia,abſoluendus eſt.Nec poteſt(inquit Sarmientus)iu-
dex hoc caſu proteſtari,ſe ad tormenta deuenire, ſaluo iure
ipſarum præſumptionū,& pœnæ ob illas imponendæ : cum
26 ſit proteſtatio†iuri repugnans:atque ita non conſiſtens in
poteſtate hominis,nil prodeſt,vt docuit Bart.in l.nō ſolùm.
§.morte.nu.32.de ope.no.nun.Hæc argumētatio etſi acutā
ſit;vera tamē nōn eſt. Non enim interpretes noſtri, cùm di-

 cunt,

cunt,iudicem damnantem accuſatum ex præſumptionibus,
pœnam mitigare poſſe,loquuntur hoc in caſu,quando veri-
tas haberi poteſt vel ex tormentis, vel aliunde: ſed vere lo-
quuntur,quando ſolæ præſumptiones ſtant;ſit exemplum,ſi
accuſatus de delicto,vel abeſt,vel mortuus eſt,vel ſi priuile-
giatus ita ſit,vt de eo quæſtio haberi non poſſit:& contra eũ
eſt violenta hæc præſumptio,qua is pœna feriendus erit. Ita
in ſpecie declarat Bal.in l.vlt.nu.8.verſ.ſi autem non adiun-
gitur.C.de proba.qui Inno.ſecutus, ſcriptum reliquit, pœ-
nam mitiorem eſſe indicendam.

Secundò ita argumentatur Sarmiẽtus. Aut accuſatus iſte
deliquit:aut non deliquit,ſi non deliquit abſoluendus eſt, ſi
deliquit pœna ordinaria puniendus eſt:nec eam pœnam po
teſt iudex immutare, cum in ſua poteſtate id non ſit.l.j.§.
ſed non vtique.ff.ad S.C.Turpill.Nec (ait Sarmientus) ter-
tium conſtitui poteſt: quod ſcilicet occiderit, & non occi-
27 derit.Non enim natura,†vel lex admittit duo pugnantia in
vno ſubiecto.l.vbi repugnantia.de reg.iu.vbi Decius, & re-
liqui.Cæterùm reſpõderi poteſt,quod etſi hoc tertium dari
non poſſit,nempe occidiſſe,& non occidiſſe:dari tamen po-
teſt hoc modo tertium,nempe dubium,an occiderit, vel nõ
occiderit, ſicuti datur tertium, an teſtator de vno ſenſerit,
vel de altero,iuxta l.& hoc Tiberius.ff.de hæredi.inſtit.Et
conferunt.l.antiqui.ff.ſi pars hæredi.peta.l.ſed etſi lege.§.
adeò.ff.de petit.hæred.l.Titius.ff.ad Trebellia. His enim in
caſibus media via, ob dubitationem probabilem eligitur:
nec dicitur electio ruſticana:vt dicebat Sarmientus in d.ca-
pit.j.nu.6.Et mediam viam eſſe eligendam in re dubia,ſcri-
pſerunt copioſe Tiraq.in Tract.de iure primigen.q.xvij.o-
pinione.iiij.nu.9.Soc.Iun.in conſil.xxxiij.lib.ij.& Boer.in
q.xlij.nu.2.& q.ccxxxix.nu.3.Ita videmus in his pœnis eligi
mediam viam,cum conuictus ex ſolis præſumptionibus, à
legiſlatoribus alia pœna,quàm ordinaria fuerit affectus. vt
ſ.multis iuribus demonſtrauimus.

Tertiò adductus eſt Sarmientus in dicto cap.j.numero 3.
verſicu.quod etiam apparet.&c hac argumentatione: facta
28 †ſunt diuidua,quia aut occidit,aut non occidit, non autem
eſt dare medium,quod occiderit, & non occiderit. Verùm
huic argumentationi reſpondetur ex iam dictis;cũ (vt dixi)
ſit dare medium,nempe probabilis dubitationis, quod ſci-
licet occiderit,vel non occiderit.Et ideò quod ſubiũgit eo
loci Sarmientus,pœnæ diuiſionem fieri non poſſe, cũ pœna
in iudicis poteſtate non ſit d.l.j.§.ſed non vtique.ff.ad Tur-
pil.vbi Marcellus ita ſcribit.Nam vt Papinianus reſpondit,
facti quidem quæſtio in arbitrio iudicantis eſt,pœnæ verò
pronunciatio non eius voluntati mandatur,ſed legis aucto-
ritati reſeruatur. Hæc Sarmienti conſideratio procedit, qñ
pœna certa eſt,ſed diuerſum eſt,quando non eſt à lege de-
terminata. Nam tunc pœna eius arbitrio relinquitur, vt ſ.
declarando d.l.j.§.ſed non vtique, dixi.Ita etiam declaran-
tur alia iura à Sarmiento citata.Et concedo iudicem debe-
re pronuntiare,vel occidiſſe,vel non occidiſſe; ſi ita liquet
(vt loquitur Papinianus à Sarmiento citatus) At ſi non li-
quet,nec vno,nec altero modo,& res dubia ſit,ob illas præ-
ſumptiones,eligendum eſt hoc medium,vt eum cõdemnet,
tanquam ex præſumptionibus cõuictum, ſicuti multi legiſ-
latores fecerunt,vt ſupra retulimus.

Quartò conſiderat Sarmientus,in d.c.j.nu.5.verſicu. aut
enim clare,&c.Quod aut clare conſtat occidiſſe,& punien-
dus eſt.Aut conſtat non occidiſſe, & abſoluendus eſt. Aut
probatio eſt dubia, & iudex nõ firmat animum ſuum, & iti-
29 dem abſoluendus eſt,cum dubia†probatio nil proſit.l.duo
ſunt Titij.ff.de teſta.tutel.Et ſatius eſt,inquit Vlpianus,im-
30 punitum relinqui†facinus nocentis quàm innocentẽ dam-
nari.l.abſentem.ff.de pœnis. l. item Mela. §. ſi plures.ff.ad
legem Aquiliam.

Cæterùm rñdetur,quod tunc dubia probatio nil opera-
tur,quando vere dubia eſt, & iudex nullo modo applicare
poteſt animum ad vnam,vel alteram partem.Ita loquitur.l.
duo ſunt Titij.ff.de teſta.tutela.At hic iudex non parum in-
clinat in eam partem,quod iſte deliquerit, ob præſumptio-
nes,quæ eum trahunt in ſententiam illam; Verùm cum non
ſit omninò vere & proprie certus, pœnam ordinariam non
imponit, ſed eligit mediam; ſecutus exemplum Legiſlato-
rum; qui ſimilibus in caſibus idem obſeruarunt. Ita etiam
31 declaratur quod ait idem Sarmientus,mediam†ſententiam
ſemper eſſe iniquam; dum vel innocentem onerat, vel no-
centi iuſtam delicti pœnam non irrogat, quod ipſum deli-
ctum eſt;vt inquit tex.l.vlt.C.ne ſanctum baptiſ.reiter.& l.
ſeruus.C.ad l.Iul.de vi publ.Et reſpiciendum eſt iudicanti,
ne quid aut durius,aut remiſſius cõſtituatur,quàm cauſa de-
poſcit.Hæc inquam intelligenda ſunt, vel cum delictum eſt
certum,& pœna certa,vel cum eſt incertum, ſeu de eo tan-
tùm ſuſpicio ſeu leuis aliqua extat præſumptio.Nam quan-
32 tum in ſe eſt,cauere debet iudex,vt delicto†conueniat pœ-
na.Habet ſane iudex commenſurare pœnam delicto.capit.
non afferamus.xxiiij.quæſt.j.Non tamen hinc fit, quod ex
toto impunitum relinquere debeat eum, quem ſuſpectum
maxime habet;vt iam diximus. Ita etiam declaratur, quod
ſubiungit idem Sarmientus, quod ſumere in pœnis hoc
33 †medium,innocentibus miſerum,noxiis non ſatis ſeuerum
eſſe dignoſcitur;vt inquit tex.l.j.C.de cuſtod.& exhib.reo.
Atque ita(ait ille)ſiue nocens,ſiue innocens ille fuerit,ſem-
per ſententia iniuſta eſt.Hoc equidem,vt dixi,procedit, qñ
iudex ipſe eam pœnã eligit in delicto clarè probato, quam
eligere non debuit;vel in re valdè dubia non obſeruata re-
ctitudine quadam:ſed aliqua animi paſſione ductus, vel le-
uem pœnam pro graui,vel grauem pro leui imponit, vt iam
declarauimus.

Quintò ea præcipua argumentatione mouetur Sarmien-
tus in d.c.j.nu.5.verſicu.præterea ſi probatio &c. ſi proba-
tio,inquit ille, non eſt ſufficiens, vt Titius occidatur: Ergo
nec erit ſufficiens,vt ad triremes condemnetur:quia in pœ-
nis requiritur liquidiſſima probatio.l.vltima.C.de probat.
Nec lex illa diſtinguit,an pœna ſit mortis,vel exilij, vel alia
ſimilis.Cæterùm reſpondetur, non eſſe bonam conſequen-
tiam;probatio non eſt ſufficiens,vt quis ad mortem damne-
tur:ergo nec vt damnetur ad aliam. Hanc enim conſequen-
tiam deſtruunt illa iura,quæ ſimilibus in caſibus,pœnam or
dinariã mitiorem indixerunt.Et nil vrget text.d.l.vlti.C.de
probat.quia procedit quò ad pœnam corporis afflictiuam,
non autem quò ad pecuniariam.Ita declarant Ludo.Bolog.
in additio.ad Io.de Anna.in conſi.xlix.& Alcia.in tracta.de
præſump.reg.ij.præſump.ix.nu.5.

Sextò,& vltimò argumentatur idem Sarmientus in d.c.j.
34 nu.5.verſi.denique qualitas. &c. Qualitas † facti, poteſt &
debet minuere pœnam delicti, ſicuti & culpam minuit.l.ſi
adulterium.§.Imperatores.ff.ad l.Iul.de adulter.& l.Grac-
35 cus.C.eo.Probatio minuere non poteſt:cum illa † non au-
geat,vel minuat delictum. Quocirca(ait Sarmientus) nec
Claudianus in l.aut facta.ff.de pœnis.nec Alex.iij.in c.ſicut
homicidium.de homicid.dum recenſent qualitates,quibus
vel augetur,vel minuitur delictum, hanc qualitatem ex ipſa
probatione recenſent.Et rectè(ſubiungit Sarmientus)ij fe-
36 ciſſe videntur;cum probatio†ſit quid extrinſecum,poſt de-
lictum perfectè conſummatum ſuperueniens, & propterea
nec factum,nec eius qualitatem mutat: Non ergo pœnam
mutare debet.Hæc acutiſſima conſideratio dilui ita poteſt;
quod nec probatio reuera mutabat factum illis in caſibus,
in quibus,vel in cauſis capitalibus, vel in cauſis pecuniariis
via media fuit electa à legumlatoribus,& tamen media illa
via fuit electa.Ita ſane permiſſum eſt iudici, ne ex toto ab-
37 ſoluat,†nec ex toto condemnet.Nec cõqueri poterit dam-
natus,quod innocens damnatus fuerit, quandoquidem ſibi
imputandum eſt,qui præſumptiones illas non diluit, nõ au-
tem iudici aliquid eſt adſcribendum, cum pietate potius,
quàm alia de cauſa motus pœnam temperauit.

Septimus eſt caſus,quãdo præſumptio eſt violentiſſima,
38 ſed non indubitata.Hoc caſu†ſcribunt multi, pœnam deli-
cti ordinariam eſſe imponendam.Ita Abbas in c.afferte.nu.
6.de præſumpt.& ibidem Imola numero 4. & Felinus nu-
mero 8.Idem ſcripſerunt Anto.Roſellus in tract.de conci-
lio.§.xxiij.numero 4.Augu.Ariminen.in additio.ad Ange-
lum de maleficiis,in verbo,quod fama publica.numero 27.
& Franciſc.Brunus in tracta.de indiciis,& tortura.parte pri-
ma.quæſtio.iiij.numero 15.in fine.& ſenſit Gramma.in de-
ciſio.xlij.numero 5.Et ſententia mihi magis probatur, ta-
metſi Gandinus in tracta. maleficiorum. rubric. de indiciis
indubitatis,in fine,ſcripſerit, pœnam extraordinariam eſſe
indicendam.

QVAE



## QVAESTIO XCVIII.

Præſumptio coniuncta teſti fide digno, an & quando ſufficiat, ad condemnationem pœnæ ordinariæ.

*SVMMARIVM.*

*1 Pœna corporis afflictiua non imponitur ex præſumptione, teſti fide digno coniuncta.*
*Et quæ ſit cauſa.nu.2.*
*3 Pœna pecuniaria vbi imponenda venit,cum præſumptione teſtis fide dignus ſufficit.*
*4 Probationes duæ imperfectæ in cauſis ciuilibus iungũtur,ad conſtituendam plenam,& perfectam probationem.*

QVAERO Nonageſimooctauò an præſumptio
coniuncta teſti fide digno,ſufficiat ad cõdem-
nationem pœnæ ordinariæ? Diſtinguo duos
caſus.

Primus eſt,quando agitur criminaliter,atq;
1 ita venit imponenda pœna corporis afflictiua. Hoc caſu†di
cendum eſt,hæc duo ſimul coniuncta non ſufficere. Ita cen-
ſuit in ſpecie gl.in c.veniens.il j.de teſtib.cùm dixit,famam
coniuncto teſte fide digno,non probare plenè in criminali-
bus,vt inde ſequatur condemnatio, quam quidem gl.ſecuti
ſunt ibi Butr.nu.10.Abb.nu.8.Imo.nu.6.& Feli.nu.13. idẽ
ſcripſerunt Ancha.in c.j.de confeſ.& Imo.in l.intereſſe. in
fi.ff.de acqui.poſ.vbi idem ait,de iudicio,quod oritur ex fu
ga,vt non ſufficiat ad condemnationem criminalem,ſi con-
iungatur cum teſte.Idem affirmarunt Angelus Aretinus in
tract.maleficiorum.in verbo,quod fama publica.nu.41.Bo
nifacius Vitalinus in tract.de maleficiis.in rub.de teſtibus,
& qui repellantur à teſtimonio.col.pen.verſic.ſed nunquid
fama.& Anto.Gomezius in tertio tomo varia.reſolut.cap.
xij.de probationibus delicto.nu.26. Ea eſt huius traditio-
2 nis†ratio,quod hæc dici non poteſt certa, & liquida proba-
tio,ſicuti in Criminalibus ad condemnationem requiritur,
iuxta.l.vlt.C.de proba.

Secundus eſt caſus,quãdo ciuiliter agitur,hoc eſt ad pœ-
3 nam pecuniariam.Hoc ſanè†in caſu,ſufficiunt iſta duo,cum
4 in cauſis ciuilibus†duæ imperfectæ probationes iungi poſ-
ſint,ad cõſtituendum plenam perfectamque probationem.
Ita tradunt Bar.Baldus,& Salicetus in l.quæro.§.vlti.ex illo
textu.ff.de ædil.edict.glo.in l.ij.§.ætas.ff.de excuſ.tut.Bal-
dus in l.ſpadonum.§.qui iura.eo.tit.& copioſè diximus ſu-
pra q.xl.Et in ſpecie noſtra tradit Gomezius in d.ca.xij.nu.
26.ver.ſecus tamen.Et ſuperiore quæſtione diximus, & in
ſubſequenti repetam, quod vbi ciuiliter ad pœnam agitur,
hoc eſt de pœna pecuniaria, condemnatio ſequi poteſt ex
præſumptione,modò vehemens ſit,vel violenta.

## QVAESTIO XCIX.

Præſumptio,coniectura,ſuſpicio, & iudicium falſi,in ipſa cauſa falſi,quid & quantum operetur, diligens,& accurata explanatio.

*SVMMARIVM.*

*1 Falſi præſumptio,in ipſo crimine falſi quid operetur, variæ referuntur opiniones.*
*2 Falſi præſumptio an verſetur circa ſcripturam publicam,priuatam, aut teſtes,diſtinguendum.*
*3 Falſi ſuſpicionem,quæ inducant,in ſcriptura publica.*
*4 Falſi ſuſpicio,ſumpta ex vitio apparenti in ſcriptura publica,quos effectus habeat.nu.7.8.10.& 11.*
*5 Falſi ſuſpicionem haberi pro falſitate ipſa,quando cauſa ciuilis eſt.*
*6 Notarij bona fides,& præſumptio quam lex habet de ipſo, tollitur vitio in ſcriptura apparente.*
*9 Suſpectos de crimine falſi detineri, & carceri mancipari poſſe, quando verum ſit.*
*12 Falſi ſuſpicio ſumpta ex vitio latenti,ſcripturæ publicæ,nulla eſt.*
*13 Notarium in ſuo munere,& officio,non erraſſe creditur.*
*14 Inſtrumentum publicum,magnam pro ſe præſumptionem habet.*
*15 Inſtrumento fides adhibetur,donec vſque probetur contrarium.*
*16 Inſtrumentum tanquam ſuſpectum de falſo volens arguere, pro qualitate cauſæ probare debet.*
*17 Inſtrumentum continens non veroſimile,ſuſpectum ſit,vt in cauſa ciuili nullam faciat fidem.*
*18 Inſtrumentum confectum à notario,conſueto facere falſa inſtrumenta, non probat in ciuili,niſi comprobetur teſtibus.Idque quomodo accipiendum.nu.19.*
*20 Falſi ſuſpicio circa ſcripturam priuatam,quomodo arguatur.*
*21 Vitium patens,& viſibile,in quo differat à latenti.*
*22 Falſi ſuſpicio circa teſtes,quomodo arguenda.*

QVAERO Nonageſimononò,quid & quantum
operatur præſumptio,coniectura,ſuſpicio,vel
indicium falſi,in ipſa cauſa falſi,quæ vel ciuili-
ter,vel criminaliter tractatur? Singularẽ egre-
giamque hanc iuris quæſtionẽ,hoc in loco ex-
plicare volui;cum huc pertineat,etſi de ipſis præſumptioni-
bus,& coniecturis falſi diſputaturus ſim,infrà libro quinto,
præſump.decima.Et hac quidem in re, variæ, & admodum
pugnantes,ac perplexæ extant interpretũ traditiones; Cum
1 multi ſcripſerint † operari ſolùm in ciuilibus, ne ſcilicet fi-
des adhibeatur vel ſcripturæ,vel teſtibus. Alij verè operari
etiam,vt falſi ſuſpectus prehendi, & carcerari poſſit; Alij,
quod immo etiam torqueri. Alij, quod immo graui pœna
damnari plectique poſſit.Alij alia, quemadmodum has mul
torum opiniones commemorat Antonius Gabriel libro ſe-
ptimo concluſionum, in titul. de criminalibus,concluſio.
2 ſexta.Crediderim eſſe ſic†diſtinguendum, quod aliquando
ſuſpicio præſumptioque falſi,verſatur circà ſcripturam pu-
blicam; aliquando circa ſcripturam priuatam; aliquando
verò circa teſtes.Diſſeramus primùm de ſcriptura publica,
vt puta de inſtrumento,vel alia ſimili, cui de publico tribu-
ta eſt fides.Hac in re diſtinguendi ſunt duo caſus.

3 Primus eſt,quando in ipſa publica ſcriptura † extat ali-
quod vitium patens,& manifeſtum;vt quia in loco ſubſtan-
tiali,apparet abraſio antiquæ literæ,& alia repoſita;vel cum
apparet cancellatio,& aliter ſcriptum; vel aliud extat appa-
rens vitium,quod in ipſa ſcriptura oculis ipſis cernitur.Hęc
vitia præſumptionem, coniecturam, vel ſuſpicionem falſi
inducunt,vt diſſeremus infra libro quinto præſumptio.xix.
Et hæc quidem præſumptio ſeu ſuſpicio, ex ipſo appatenti
4 vitio ſumpta,operatur multos † effectus; Quorum primus
eſt, vt ipſius ſcripturæ fides in dubium reuocetur;atque ita
nullam fidem faciat, donec demonſtretur vitium illud vel
abraſionis, vel cancellationis, errore, vel bona fide com-
miſſum;vel ſic abraſum,& rectè ſcriptum. Et hoc illud eſt,
5 quod ſcribunt Doctores noſtri, ſuſpicionem † falſi haberi
pro falſitate,quando cauſa eſt ciuilis,hoc eſt tractatur ciui-
liter de fide adhibenda ipſi ſcripturæ. Ita ſanè ſcripſerunt
Baldus in conſilio ccccxliiij.Ad euidentiam. columna pri-
ma.libro primo.Caſtren.in l.iubemus.numero ſecundo.C.
de probatio.& in conſi.cij.Ponitur in facto. columna vlti-
ma.libro ſecundo. qui omnium manifeſtius explicat. An-
charan.in conſilio clxxiij.numero octauo.Ioan.de Anan.in
rub.extra de crimine falſi.colum.vlti.verſi.vltimò ſciẽdum.
Alexand.in conſilio lxxvij.numer.ſexto.libro primo. Iaſon
in conſi.clxviij.num.ſecundo, libro quarto.Decius in con-
ſilio.clxxxix.numero 1.& in conſi.dcxv.in fine.& in capitu.
porrecta.columna prima.de confir.vtili,vel inutili. Gratus
in conſilio lx.in fine.libro ſecundo, communem eſſe teſta-
tur.Curtius Iunio.in conſilio clxvj.numero 6.& in conſilio
clxxviij.nume.17.Socinus Iunio.in conſilio clxxxix.nu.61.
libro ij.& in conſilio xlv.numero 10. libro tertio. manife-
ſtè Alber.in conſilio xcix.numero 2.loquens de hoc vitio
viſibili,& patenti.ſic & Crauet. in conſilio xxviij. numero
9.in conſilio lvj.nume.20.& in conſi.cxxxiiij.nu.26.Natta
in conſi.dcxxxiij.nume.8.Anton.Gabriel in libro ſeptimo
concluſionum.in tit.de Criminalibus, in concluſio.vj.nu-
mero 16.Et his accedunt alij, quos referam infra in ſecun-
do caſu, qui fortuis idem eſſe affirmant quando vitium eſt
latens,& inuiſibile in ipſo inſtrumento: ſed deinde conie-
cturis aliunde ſumptis, vel teſtibus detectum aliquod vi-
tium apparet.Et hęc quidem vera ſententia probatur in ca.
ſuper

ſuper eo.de crimi.falſi, intelligendo, vt etiam loquatur de vitio patenti:ſicuti à fortiori probat etiã textus.l.iubemus. C.de probatio.quo ſancitum eſt, eos vt falſi ſuſpectos eſſe detinendos,qui has ſuſpectas ſcripturas in iudicium producunt:ſi ij producentes detinentur,immo & puniuntur;vt dicemus infrà,ſequitur à fortiori dicendum illi ſcripturæ fidem adhibendam non eſſe:alioqui ille producens male detineretur,& puniretur. Et huius ſententiæ ratio illa etiam
6 afferri poteſt,quòd illa fides,& bona illa præſumptio, †quã lex habere ſolet de notario, publicoque ſcriptore, tollitur vitio illo,quod in ſcriptura cernitur: Et propterea impeditur ſeu ſuſpenditur fides illa,quæ ipſi publicæ ſcripturæ adhiberi ſolet.Quo circà ob vitium hoc patens,& viſibile, in teſtamento,impeditur miſſio illa in poſſeſſionem ſecundum diſpoſitionem.l.vlti.C.de edicto Diui Adria.tollen.ſicuti late ſcripſi in commentariis de adipiſcenda poſſeſſione in quarto remedio.numero 699.Et hæc quidem intelliguntur donec vſque pręſumptio ſeu ſuſpicio illa,ex hoc vitio exorta,diluatur contrariis probationibus,quibus fides ipſius inſtrumenti confirmetur, quemadmodum manifeſte ſtatuerunt Imppp.in dicta l.iubemus,cuius verba hæc ſunt. Iubemus omnes,qui ſcripturas comminiſcuntur,cum quid in iudicio prompſerint; niſi ipſi adſtruxerint veritatem, vt nephariæ ſcripturæ reos,& quaſi falſarios eſſe detinendos.Dixerunt Imppp.niſi ipſi adſtruxerint veritatem; Datur ergo facultas producenti ſcripturam hanc ſic abraſam, ſic ſuſpectam,probandi,& confirmandi eius fidem, & veritatem. Id quod manifeſte affirmarunt in d.l.iubemus,gloſſ.Caſtren. nu.2.&alij.Curtius Sen.in conſil.lxxiiij. ſuper memorata. col.pen.& alij multi ex ſupra commemoratis, & clare Natta in d.conſi.lxiij.nu.8.

7 Secundus eſt effectus, † vt procedi poſſit criminaliter, aduerſus producentem ſcripturam hanc ſuſpectam;vel contra ipſum notarium,& publicum ſcriptorem, atque ita accuſari,vel inquiri ij poterunt.Hoc admittunt Caſtren.Comẽ. & reliqui in d.l.iubemus.Gratus in conſi.lx.lib.ij. Et argumento à fortiori ſatis probatur,quia ſi locus eſſe poteſt torturæ,& pœnæ, vt dicemus ſtatim, ſic multo magis inquiſitioni,qua ad ea deinde peruenitur.

8 Tertius eſt effectus,vt † non ſolùm accuſari, vel inquiri poſſint producentes, & ſcriptores prædicti; ſed etiam prehendi,& carcerari.Ita ſtatuerunt Impp.in d.l.Iubemus. & Lucius Pontifex,in capitu.ſuper eo.in fine.de crimi.falſi. Et manifeſte ſic affirmarunt Archidia.in ca.in memoriam. nume.3.diſt.xix. Alexand.in conſil.lxx.colum. prima libro primo,& in conſil.ccv.nume.1.libro ſexto.Decius in capi. porrecta.in tertio notab.de confirma.vtili, vel inutili, & in conſilio clxxv.numero quinto verſicu.ſolum ſupereſt. Gratus in conſilio xxxiiij.numero 15.& in conſilio lx.numero 17.libro ſecundo.Rubeus in conſilio xv.in fin. Socinus Iunior in conſilio lxj.numero 11.libro ſecundo. Mantua in conſilio cciij.numero 31.& in conſilio ccviij. numero 82. libro primo,& admittit Natta in conſilio dcxxxiij.numero ſecundo.Qui intelligit,& rectè ſecundum gloſſam, & Doctores in dicta l.iubemus, quando præſumptio, & ſuſpicio hæc prouenit ex vitio patenti,& manifeſto:ſicuti ex raſura, cancellatione,& ſimili.Atque ita ſenſiſſe Goffredum, Hoſtienſem,& alios antiquos ſcripſit Natta.Et quanquam Imppp.in d.l.iubemus.mandent atque ita cogant magiſtratus,
9 detinere,& carcerare hos ſuſpectos, attamen intelligo†hoc verum eſſe,quando præſumptio, & ſuſpicio vehemens ipſi iudici videtur:alioqui neceſſe non habet ſuſpectũ prehendi facere: ſed in eius arbitrio, & poteſtate poſitum eſt: ſicuti probat tex.in ca.in memoriam.xix.diſtin.ibi.penes epiſcopum ſit poteſtas, vtrum eum in carcerẽ, aut in aliam detrudat cuſtodiam.Nã fieri poteſt,vt leue ſit abraſionis,vel cancellationis vitium;quo non ſit magna ſuſpicio.

Quartus eſt effectus huius præſumptionis, & ſuſpicio-
10 nis ex vitio patenti ductæ,†vt torqueri etiam poſſit is ſuſpectus.Ita Alexan.in conſi.lxxvij.numero 4.verſi.ex his.libro j.Felinus in capit.cum Ioannes.numero 45.de fide inſtrum. Gratus in conſilio lx.numero quarto, libro ſecundo. & Pariſius in conſilio clxij.in fine.lib.iiij.Crediderim hac in re multum eſſe tribuendum arbitrio iudicis,qui recto ſuo iudicio habet cõſiderare,quàm vrgens ſit indicium, & ſuſpicio, vel quàm leuis.Nam ita vrgens eſſe poſſet,vt accuſatum illum quæſtionibus ſubiicere liceret,poſſet etiam eſſe tam leuis,vt torqueri non deberet;iuxta ea, quæ ſcripſimus ſuprà in quæſtio.lxxxix.

Quintus eſt effectus huius pręſumptionis,& ſuſpicionis
11 exortæ ex vitio patenti ſcripturæ,vt†is ſuſpectus,niſi ſe purgauerit,puniri etiam poſſit. Ita Goffredus in d.l.Iubemus. C.de probat.Specul.in tit.de inſtrumen.editione. §. reſtat videre.col.j.Abbas in capitu.porrecta.numero 3.de confirma.vtili vel inutili.& ibidem Dec.col.j.verſ.eſſet enim;qui ſic,& Bal.in l.presbyteri.nu.12.C.de epiſc.& cler. Iaſon in conſi.clxviij.nu.2.lib.iiij.Gratus in conſil.lx.nu.18.libr.ij. & Soci.Iunior.in conſi.xxxix.numero 44.& in conſilio lxj. columna ſecunda lib. ſecundo.& his accedunt illi,qui idem ſcripſerunt de vitio latenti, & inuiſibili ſcripturæ, quando tamen detectum fuit coniecturis,aliundè quàm ex ipſa ſcriptura ſumptis,vt dicemus in ſecundo caſu. Cæterum traditio hæc intelligenda eſt,quando præſumptio, & ſuſpicio ſatis vehemens eſt:ſecus ſi leuis.Nam tunc nulla indici debet pœna.Ita intelligo Decium in conſilio clxxv.numer. quinto verſicul.vnde non obſtat,& in conſilio clxxxix.columna prima,& nu.19.Cur.Iun.in conſi.lxiiij.n.5.in conſi.cxxxij. nume.decimo,&Socynus Iunior in conſilio xlv.numero ſeptimo libro tertio, & manifeſtè Pariſius in conſilio xxviij. numero 50.libr.ſecundo.Cùm dixit, traditionem illam Archidia.in d.cap.in memoriam, procedere, quando ſuſpicio non eſt leuis,& friuola:ſentit ergo Pariſius ſuſpicionem friuolam, & leuem non efficere, vt is ſuſpectus puniri poſſit. Porrò quando hic ob ſuſpicionem punitur,pœna erit extraordinaria:ſicuti ſcripſi ex multorum ſententia libr.ij.de arbitrariis iudicum.caſu cccxiiij.nu.7.

Secundus eſt caſus huius diſputationis, quando inſtru-
12 menti publicæque ſcripturæ vitium†eſt latens, &(vt noſtri appellant) inuiſibile.Hoc ſanè caſu pro ipſa ſcriptura præſumitur:quod ſcilicet ſit vera,& careat omni vitio:cum cre-
13 datur notarium†in ſuo munere,& officio non erraſſe, vt infrà ſequenti libro in præſumptio. lxiiij. explicabimus; ſic nec quemquam alium,pui perſonam publici ſcriptoris ſuſtinet,deliquiſſe exiſtimetur.Et proptereà dicere ſolemus,
14 inſtrumentum†magnam pro ſe habere pręſumptionem.capitul.Abbate.de verborum ſignificatio.& multis comprobabimus ſubſequenti libro in præſumptio.xxviij. quo loci
15 dicemus,adhibendam eſſe fidem † inſtrumento donec vſque cõtrarium probetur.l.cum precibus.C.de probat.Non enim hic apparet aliquod vitium,quo fides vel tollatur, vel debilitetur.Et proptereà fidem facit donec probetur contrarium.Ita de vitio hoc latenti ſcripſit Caſtren. in dicta l. iubemus.numero ſecundo.C. de probation. & in conſilio cij.Ponitur in facto.columna vltima libro ſecundo,& Curtius Iunior in conſilio clxvj.numero ſexto, & manifeſtius explicat Natta in conſilio ſexageſimotrigeſimotertio. nu-
16 mero octauo. Quare qui vult arguere † inſtrumentum hoc tanquam ſuſpectum de falſo, pro qualitate cauſæ probare debet.

Si de falſo arguit, vt puniatur, concludentes admodum ac claras habere debet probationes, ita intelligo gloſſ.in l. iuriſgentium.§.quod ferè.ff.de pactis, & ibidem Baldus, & Iaſon numero decimo,qui alios recenſet,affirmantes,quod ad arguendum inſtrumentum de falſo, probationes debent eſſe neceſſariò concludentes. Et idem ſcripſerunt alij multi,quos commemorabimus infrà libro quinto præſumptio. xix.vbi diſſeremus de coniecturis circà falſitatem. Et ratio huius ſententiæ eſt:quia hic agitur criminaliter, & de pœna indicenda:ob id probationes debent eſſe luce clariores. l.vltima.C.de probatio,Et in ſpecie ſic conſiderauit Natta in conſilio dcxxxiij.numero nono.auctoritate Decij in conſilio clxxxix.columna prima,qui ſic reſpondit in ſuſpicione falſi aduerſus eum, qui accuſatus fuerat produxiſſe falſos teſtes. Et hoc in caſu, probationes dicuntur concludentes, quæ ex præſumptione iuris colliguntur: vt ſcripſit Decius in dicto conſilio clxxxix.columna prima. verſicul. ſecundò reſpondetur,& in conſil.dcxv.numero decimo.in fine, & in capitu.porrecta.columna prima in fine. de confirma. vtili, vel inutili,& idem reſpondit Gratus in conſilio lx.nu.18. libro ſecundo,etſi idem Gratus in conſilio clj.numero 17. eodem



eo.lib.ij.de hac Decij traditione dubitet.

Si vero is,qui falſi ſuſpicionem arguit contra inſtrumentum publicamque ſcripturam,id facit, vt in cauſa ipſa ciuili,& pecuniaria nullam fidem faciat;ſatis erũt leniores probationes, & præſumptiones,quàm illæ requiſitæ in cauſa criminali. Ita in ſpecie reſpondit Natta in dicto conſilio dcxxxiij.numero 9.qui numero 10. recenſet Baldum in l. ſcripturæ.columna ſecunda.verſicul.quædam ſunt ſcriptu-
17 ræ.C.de fide inſtrumen.affirmantem;quod quando†inſtrumentum continet non veriſimile,adeò redditur ſuſpectum, vt in cauſa ipſa ciuili nullam fidem faciat. Commemorat etiam Caſtren.in l.vlt.in princip.C.de probatio.qui docuit,
18 quod ſi producitur†inſtrumentum cõfectum à notario,qui conſueuit conficere falſa inſtrumenta; non probat in ciuili, ſed repellitur;niſi teſtibus comprobetur. Et ſententiã hanc ratione comprobant.Alexand.in conſilio lxxvij.numero 6. libro primo.Curtius Iunior in conſil.clxxviij.numero 13. qui vere reſponderunt de inſtrumẽto,quod dicebatur ſuſpectum vitio latenti,teſtibus tamen,& coniecturis detecto.& comprobat manifeſte Natta in conſi.dcxxxiij.nume.13.ſic etiam de vitio latenti reſpondit Neuizan.in conſi.xxvij.numero 13.& numero 25.Et quando ſubeſt hæc ſuſpicio, debet iudex in dubio,non adhibere fidem inſtrumẽto.Ita poſt alios reſpondit Alba. in conſilio xcix.numero 7. Cæterùm
19 prædicta traditio,& doctrina intelligitur, quando†præſumptiones ſunt ſatis vrgentes, ſecus ſi leues,friuolæ & temerariæ.Ita ſenſit Pariſius in conſilio xxviij.num.50. libro ij. & manifeſtius Natta in dicto conſilio dcxxxiij. numero 16. qui ſic declarat,& intelligit Innocen.& Ioan.Andreæ in capitulo primo,in fine.de fide inſtrumen. Et propterea debet iudex conſiderare qualitatem vitij, vt adducatur ad fidem per illos gradus,quos conſiderat Barto.in l.admonendi.numero 24.ff.de iureiuran.& attigit in ſpecie vno verbo Curtius Iun.in conſil.cxxxij.numero decimo.in fin.& hos gradus explicauimus ſupra in quæſtion.ſeptima.Eſtque obſeruandum, quod quando his coniecturis, & præſumptionibus,detectum fuit vitium alioqui in ipſa ſcriptura non viſibile,& latens in ipſo inſtrumento,is ſuſpectus puniri poterit,ſicuti ſentiũt commemorati Doctores, & clare Curtius Sen.in conſi.lxxiiij.ſuper memorata.col.vlti.quem ſecutus eſt Ripa in c.ij.nu.36.de reſcrip.

De præſumptione ſeu ſuſpicione falſi,quæ verſatur circa
20 †ſcripturam priuatam,idẽ quod de publica cẽſuerunt Alexan.in conſi.lxxvij.nu.1.in fi.lib.j.Decius in conſil.dcxv.& Curtius Iunior in conſilio cxxxij.numero 10.quando ſcilicet ipſi priuatæ ſcripturæ, legis vel ſtatuti diſpoſitione, eadem adhibetur fides,quæ ſolet præſtari ipſi publicæ. Quocirca diſtinguendum ita eſt hoc in caſu, vt dictũ fuit de ipſo inſtrumento;vt ſcilicet primum videat & conſideret prudẽs cauſæ iudex, an ipſa ſcriptura, vel inſtrumentum contineat vitium aliquod viſibile & patens,vt abroſionis,cancellationis,varietatis manus, vel ſimilis: & tunc habebit illa ſuſpecta: donec vſque is, qui produxit, teſtibus, vel aliis modis, ita comprobet veritatem illius inſtrumenti & ſcripturæ, vt cognoſcere poſſit vitium illud nil obeſſe. Si verò is producens,nihil probauerit,conſiderabit quale illud eſt vitiũ,hoc eſt ſi tam graue,vt producentem illiſque ſcripturis & inſtrumento vtentem inquirere,carcerare,ac punire poſſit:obſeruando illos gradus præſumptionis,ſuſpicionis & indiciorũ, quæ ex Bartol.in l.admonendi, & aliis explicauimus, ſupra in quæſtione ſeptima.ſi verò videbit iudex inſtrumentum & ſcripturam non habere aliquod vitium viſibile & patens, ei adhærebit,fidemque præſtabit, donec vſque is, qui eam impugnat,ob aliquod vitium latens & inuiſibile,vt puta ob non obſeruatum ſtylum & conſuetudinem, vel quod non contineat veriſimilia,vel ob aliud ſimile vitium, quod oculis cerni non poteſt,illud probet.Eo autem vitio ſic probato,per eoſdem gradus præſumptionis,indicij & ſuſpicionis progredietur iudex ad inquiſitionem,carcerationem,torturam & pœnam;ſicuti in caſu vitij patentis,vt diximus ſupra.
21 In hoc enim (ſi rectè conſiderabimus) ſolo differt † vitium patens & viſibile à vitio latenti & inuiſibili; quòd patens onerat ipſum producentem,vt ſcripturam inſtrumentumque comprobet aliis probationibus diluendo vitium ipſum. Vitium verò latens & inuiſibile onerat eum, contra quem facta eſt productio,vt ipſe vitia ipſa probet & detegat. Vtroque tamen in caſu ſaluæ ſunt exceptiones, & defenſiones tam producentis,quàm eius, contra quem facta eſt productio.

22 De præſumptione ſeu ſuſpicione falſi, quæ verſatur†circa teſtes,reſponderunt Decius in conſilio clxxxix.& Curtius Iunior in conſilio lxiiij.numero 5.Illis enim ſuis in caſibus agebatur de fide adhibenda, vel non adhibenda ipſis teſtibus. Vitium tamen hoc quod circa teſtes verſatur latens & inuiſibile eſt:cum viua vox eorum ſit, non autẽ ſcriptura,cuius vitiũ oculis cerni poteſt. Si enim atteſtationes in ſcriptis redactæ eſſent,nõ de teſtibus ipſis;ſed de ſcriptura actorum diſputatio eſſet.

## QVAESTIO C.

Præſumptiones & ſuſpiciones, quid & quantum operantur in crimine hæreſis, breuis, & clara explanatio.

### SVMMARIVM.

*1 Suſpicio in crimine hæreſis ſecundum tres caſus diſtinguitur.*
*2 Suſpicio leuis non eſt ſufficiens,vt quis habeatur pro hæretico.*
*3 Iudicium temerarium eſt,cum quis iudicat de his,quæ dubia ſunt propter leues coniecturas.*
*4 Inquiſitori quando etiam non liceat procedere ad interrogãdum, quid ſuſpectus de fide ſentiat.*
*5 Hominem honeſtum in iudicium trahere ob leuam ſuſpicionem,eumq; de fide interrogare graue & iniuſtum videri.*
*6 Purgatio canonica quem habeat effectum.*
*7 Suſpicio vehemens in hæreſi quæ ſit.Et quos habeat effectus.nu.11.*
*8 Suſpicio vehemens oritur etiam ex grauiſſimis criminibus longe ab hæreſi diſtantibus.*
*9 Commiſcens ſeſe cum conſanguineis,affinibus,monialibus, cum matribus,vehementer redditur de hæreſi ſuſpectus.*
*10 Iuramenta ſcelerata facere ſolitus,de hæreſi valde redditur ſuſpectus.*
*12 Relapſus in hæreſim vt quis dicatur,quid requiratur.*
*13 Purgationem canonicam vel abiurationem acceptare recuſans,excommunicatur.*
*14 Suſpicio violenta in hæreſi quæ ſit,& quem effectum habeat.nu.15.*

QVAERO Centeſimò, & vltimò,præſumptiones vel ſuſpiciones,quæ ſufficiant,ac quid operentur in crimine hęreſis?Hac in diſputatione, ſecutus communes aliorum traditiones,diſtin
1 guo tres† caſus,quemadmodum tres ſunt ſuſpicionis ſpecies,leuis,vehemens & violenta.

Primus itaque eſt caſus,cum agitur de leui ſuſpicione. Eſt leuis ſuſpicio,quando leuiter ſuſpicamur:ſicuti illa,quę prouenit ex ſignis exterioribus operum aut verborum: ex quibus capitur coniectura,qua concludi poteſt,nõ quidem frequenter,ſed raró, ſeu caſu, quod talia dicens, vel faciens hæreticus ſit:idque deducitur leui conſequentia, vt puta, ſi argumentemur, Petrus deierat frequenter, Ergo hæreticus eſt. Ita ex ſententia Gerſonis de poteſt.conſid.vlti.tradit Simanc.in commentariis catholicarum inſtitutionum.tit. 50.numero 24.Eſt etiam exemplum,vt ſi quis vitam viuat, moréſve habeat diſſimiles à chriſtianè viuentibus, vt declarat Epiſcopus Balneoregien.in iudiciali inquiſitorũ, in verbo,ſuſpicio. numero ſecundo. Prætereo hic alia exempla quæ à noſtris commemorari ſolent: & quæ nos ſuo loco
2 explicabimus.Hæc leuis ſuſpicio†non eſt ſufficiens, vt quis habeatur pro hæretico.cap.excommunicamus de hæreti.in vj.Non enim mouere hæc debet animum conſtantis viri,ad ſuſpicandum tam graue crimen, ſed potius ad interpretandum in partem benigniorem,c.eſtote.de regulis iur.Et huc facit quod ait Cicero ſcribens ad Q.fratrem his verbis. Vt quiſque eſt vir optimus,ita difficillime eſſe alios improbos ſuſpicatur.)Hæc ille. Accedit quod ſuſpicio de homine Chriſtiano ex leuibus ſignis,haud leue peccatum eſt. Cum talis ſuſpicio ſit actus voluntarius à recta ratione diſſonans. Neque enim ex leuibus ſignis moueri debemus aduerſus catholicos;quibus iniuria fit, ſi malam de eis opinionẽ habuerimus, abſque iuſta & probabili cauſa, vt ſcribunt D. Thomas.

Thomas.ij.ij.q.lx.art.ij.& Caietanus in ſumma in verbo,
3 ſuſpicio.Et præterea † iudiciū temerarium eſt, cùm quis iu-
dicat de his,quę dubia ſunt,propter aliquas leues coniectu-
ras.Ita D.Thomas & Caietanus;& illis accedunt Soto libr.
iij.de iuſtitia & iure quæſtio.quarta.artic.tertio.& in ſpecie
Simancas in d.tit.50.nu.28.Qui quidem nume.29.ſubiun-
git, reiecta opinione Afflicti, & Carrerij, nec etiam licere
4 Inquiſitori † procedere ad interrogandum, quid ſuſpectus
iſte ſentiat de fide catholica.Quandoquidem honeſtum ho-
5 minem†in iudicium trahere ob leuem ſuſpicionē, eumque
interrogare de fide,ac dubitare,an catholicus ſit,graue qui-
dem & iniuſtum videtur. Hoc tamen intelligit & declarat
Simancas,niſi hic leuiter ſuſpectus,eſſet perſona vilis, abie-
cta, vel infamis; Nam is in iudicium vocari, & interrogari
poterit. Præterea ſi contra hunc leuiter ſuſpectum laborat
mala fama, cōpelli poterit, vt canonica purgatione ſe tuea-
tur;vel adhiberi poterit abiuratio de leui ſuſpicione. vt in
6 d.c.excommunicamus.de hæret.†ibi qui autem inuenti fue
rint.&c.& in c.accuſatus.de hæret.in vj.Et hunc parit effe-
ctum purgatio vel abiuratio, vt ſi deinde incidat in hęreſim
grauius puniatur,tametſi dici non poſſit relapſus.vt in d.c.
accuſatus ſancitū eſt,& tradit,Balneoreg.in d. Iudiciali In-
quiſitorum,in verbo,ſuſpicio.nu.6.
7 Secundus eſt caſus,quando agitur de ſuſpicione † vehe-
menti.Hæc ſanè ſuſpicio eſt,quæ ſumitur ex ſignis exterio-
ribus operum, aut verborum, ex quibus concludi ſolet fre-
quenter,& vt in pluribus, quod talia dicens, vel faciens, ſit
hęreticus:vt ſi quis propoſitiones hęreticas publicè aſſerat;
vel adoret ſepulchrum Mahumetis. Nam etſi poſſibile ſit;
quod iſta ſine errore intellectus,aut ſine pertinacia dicātur,
aut fiant,eccleſia tamen,quæ iudicat exteriora,pręſumit ve-
hementer huiuſmodi homines hæreticos eſſe,niſi forte pur-
gauerint ſe ipſos,probando ignorantiam, timorem, vel fi-
ctionem,& oſtendendo ſe correctioni paratos.Hæc Gerſon
in eo tract.de proteſtatione, quem ſecutus eſt Simancas in
d.tit.52.nu.26.qui quidem.nu. 30. ſubiungit, ſuſpicionem
8 quoque vehementem†oriri ex grauiſſimis criminibus lon-
gè ab hæreſi diſtantibus.Nam qui catholicus eſt, Deum ti-
mere & ab huiuſmodi criminibus abſtinere ſolet. Vnde qui
9 cum fœminis † conſanguineis, affinibus, monialibus, com-
matribus aliiſque id genus facilè commiſcetur, non imme-
ritò vehementer ſuſpectus cenſeri poteſt,idque (ait Siman-
cas) auctoritate Apoſtoli ad Romanos.c.j.& ibi Chryſoſt.
ſermone iiij.& Diu.Augu.ad fratres in Eremo.ſermo.xlvij.
10 Ita quoq; valdè ſuſpectus de hæreſi eſt, qui iuramenta†ſce-
lerata ſolet facere,vt ſcriptum reliquit Iaſon in leg.iij.§.iu-
rati.nu.11.ff.de iureiur.Præterea hic cætera exempla vehe-
mentis ſuſpecti de hæreſi, quæ quidem cōmemorātur à Si-
manca præcitato loco.nu.31.& 32.& à Balneoregien.in d.
verbo,ſuſpicio.num.10.cum multis ſubſequentibus & nos
vberius infra lib.v.præſump.explicabimus. Hæc vehemens
11 ſuſpicio operatur,†vt ſuſpectus iſte, de ipſo crimine poſſit
interrogari;non tamen poterit tanquam hæreticus damna-
ri: Cum nullus etiam pro vehementi ſuſpicione debeat de
ipſo crimine damnari.c.literas.§.vlt.de præſump.vbi Felin.
num.22.qui alios recenſet quod intelligo pœna ordinaria.
Cum extra ordinem pro iudicis arbitrio puniri quidē poſ-
ſit,ſicuti in eo cap.literas.§.vlt.illi vehementer ſuſpecto,in-
dicta fuit aliqua pœnitentia;quæ quidem impoſita nō fuiſ-
ſet, niſi aliquo modo deliquiſſet, & poſt multos ſcripſi in
conſi.lxxxij.nu.146.hunc vehementer ſuſpectū puniri pœ-
na pecuniaria. Huic etiam ſuſpecto iniungi poterit, quod
purget ſe purgatione canonica, vel quod abiuret de vehe-
menti hac ſuſpicione,omnem generalem hæreſim,& præſer
tim illam;de qua ſuſpectus eſt.c.accuſatus.de hæret.& cap.
inter ſolicitudines.de purg.cano.& ſcribunt multi relati à
Felino in c.literas.nu.25.de præſumpt. Hic ſuſpectus,ſi de-
inde in hæreſim verè incidat, non tamen cenſetur relapſus:
12 Cum ad hoc vt quis † relapſus dici poſſit, requiratur, vt ſe-
mel ſaltem lapſus fuerit in aliquam hæreſim. Ita Balneore-
gienſis in iudiciali Inquiſitorum,in verbo,ſuſpicio.nu.7.&
8.Quam ſententiam declaraui in conſi.lxxxij.nu.147.& nu
me.152.ibi dicta non repeto.Illud quoque annotādum hic
eſt,ex eodem Balneoreg.præcitato in loco.nu.8.quod ſi ve-
13 hementer ſuſpectus purgationem†vel abiurationem acce-
ptare recuſauerit, excommunicabitur, in qua ſi per annum
permanſerit,tanquam hæreticus damnabitur.ca.excommu-
nicatus de hæret.
Tertius eſt caſus, quando agitur de ſuſpicione violenta.
14 Eſt ſanè violenta ſuſpicio,†quę magis efficaciter quàm illa
vehemens inſurgit, ex ſignis exterioribus operum, vel ver-
borum,Et Philippus Francus in capitulo cum contumacia
in gl.ij.in fin.de hæret.in vj.ſcriptum reliquit, ſuſpicionem
vel præſumptionem violentam induci, quando poſt vehe-
mentem,alia primam cōfirmans ſuperuenit. Quo circa qui
poſt abiuratam ſuſpicionem vehementē in aliam vehemen-
tem reincidit,violenter ſuſpectus appellatur, ſicuti annota-
uit Balneoregien.in d.verbo,ſuſpicio.num.28.qui & de his
alia ſcripſit:& ſuo loco nos explicabimus.
15 Hic autem violenter ſuſpectus,punitur†quidem vt hære-
ticus.d.c.cum contumacia.Non tamē cenſetur propriè hæ-
reticus,ſed præſumptus tantùm;ſicuti ex ſententia Gemi.in
d.c.cum contumacia,annotauit Balneoreg.vbi ſ.nu.30.
Hæc habui, quæ ad hanc quæſtionum centuriam ſcri-
berem.

FINIS LIBRI PRIMI.

Leges



1 LEGES generales,præſumi iuſtè,& ſanctè conditas,& promulgatas; Et quid de legibus municipalibus,& conſuetudinibus. 111
2 Leges & ſtatuta,an vſu recepta,& obſeruari præſumantur:& ibidem leges non receptas minime ligare. ibid.
3 Leges editas,& promulgatas,præſumi ab omnib.cognitas:& aliquæ egregiæ declarationes. 112
4 Leges præſumi eſſe de præcepto, non autem de conſilio. 113
5 Lex an lata præſumatur,vt etiam liget filios,& hæredes principis. ibid.
6 Iuris vel iuris communis mentione facta in reſcripto,ſtatuto,vel aliqua diſpoſitione,de quo iure ſenſiſſe præſumatur atque intelligatur. 113
7 Dicta & diſpoſita in vna parte legis cōmunis, vel municipalis,an & quando præſumantur repetita in alia parte. 115
8 Conſuetudo & ſtylus,an & quando præſumantur, & quomodo probentur. 116
9 Reſcripta Principum præſumi conceſſa, vt iuri & æquitati conuenit. 117
10 Quando Princeps præſumatur iuſtis de cauſis aliquid feciſſe vel conceſſiſſe. 119
11 Præſumptionem quando faciat Principis aſſertio, dilucide explicatur. 124
12 Quando præſumatur Princeps vel conceſſiſſe,vel reſcripſiſſe,ſecūdum ius cōe,vel ſecundum ius ſpeciale.ibid.
13 Reſcriptum an & quando motu proprio Principis,vel ad poſtulationem partis conceſſum præſumatur. 125
14 Iuriſdictionem ordinariam,non præſumi,& quibus illa probationibus probari poſſit. ibid.
15 Iuriſdictionem delegatam non præſumi,etiam in viro excelſo: & inibi quo ordine, & modo, iuriſdictio hæc probetur. 126
16 Iuriſdictio conceſſa,an ordinaria vel delegata in dubio præſumatur. 127
17 Qua iuriſdictione vſus præſumitur is, qui ſecundum ordinariam,& ſecundum delegatam cognoſcere & diffinire cauſam poteſt. 131
18 Iuriſdictionem vni vel duobus conceſſam,aliquando cumulatiue,aliquando priuatiuè conceſſam pręſumi,diſtinctione multorum caſuum dilucidè explicatur. 132
19 Iuriſdictionem iudicis,quando prorogaſſe actorem vel reum conuentum præſumatur. 136
20 Iuriſdictionem quando Princeps præſumitur contuliſſe,& habilem reddidiſſe,inhabilem,quē ad magiſtratum promouit. 137
21 Iuriſdictione vel imperio alicui à Principe delegato,quando eius induſtria electa præſumatur,vt is alteri ſubdelegare minime poſſit. 140
22 In ius vocationem,quam citationem noſtri appellant,iure non præſumi. 141
23 Citationem præſumi factam,ad partis inſtantiam,diligenti diſputatione demonſtratur. ibid.
24 Citatio facta,an præſumatur commiſſione, & mandato magiſtratùs vel iudicis. 143
25 Nuncium citaſſe, ſicut à iudice habuit in mandatis, an præſumatur. 144
26 Citatus ad domum, an præſumatur perquiſitus à nuncio,qui perſonaliter citare debuit ſi inuentus ille fuiſſet, alioqui ad domum. ibid.
27 Citari virum poſſe in ædibus vxoris,cum ibi habitare præſumatur. 145
28 Libello in actione perſonali propoſito, præſumi omne ius actori competens deductum. 146
29 Reſponſiones libellis factas,præſumi commodo factas,quo propoſita fuit interrogatio & inibi,de aliis aliarum interrogationum reſponſionibus. ibid.
30 Litis conteſtandæ animum præſumi,& quando id contingat. ibid.
31 Litis conteſtatione facta,bonæ fidei poſſeſſorem, præſumi mala fide poſſidere. 147
32 Comparentis in iudicio habilitas,an & quando præſumatur. ibid.
33 Mandatum an & quando præſumatur,tam quo ad actus iudiciales,quam extraiudiciales. ibid.
34 Procurator an pręſumatur ille,qui crediti inſtrumenta exhibet. 150
35 Nominatum in inſtrumento,præſumi illum talem, ſicuti nominatus eſt,& ſi remotis ex regionibus venerit. 152
36 Procurator quando reuocatus pręſumatur. ibid.
37 Procurator an de cauſa inſtructus eſſe pręſumatur. 153
38 Procurator quando conſtitutus ita præſumatur, vt alterum ſui loco ſubſtituere non poſſit. ibid.
39 Ratificatio actorum,quando ſubſequuta pręſumatur. ibid.
40 Libellum pręſumi apte & rite conceptum,declaratur. 154
41 Fraudem pręſumi aduerſus actorem contraria in libello proponentem. ibid.
42 Reus conuentus,an fraude pręſumatur proponere contrarias exceptiones. 155
43 Poſitionibus varie reſpondentem, fraude pręſumi reſpondere. 156
44 Inſtrumentum magnam pro ſe habere pręſumptionem. 157
45 Inſtrumentum producens,pręſumitur fateri, & approbare,vera eſſe quę ſcripta in eo ſunt. ibid.
46 Quando quomodo non opponens exceptionem aliquā,dictis,vel factis ſui aduerſarij,in iudicio ea fateri pręſumatur. 159
47 Probationibus in continenti oblatis,malitię & calumnię pręſumptionem id diluere. 161
48 Exceptionibus à ſtatuto reiectis, quę pręſumantur non reiectę ſed admiſſę. ibid.
49 Tempus certum in iudicio deductum, an & quando pręſumatur. 164
50 Aetatem vel maiorem, vel minorem quis probare debeat,multorum opinionibus confutatis,explicatur. ibid.
51 Aetatem hominis pręſumptionibus & coniecturis interdum probari,& ex quibus hę pręſumptiones alięq; probationes ducantur. 169

54 Teſtes

52 Defenſum in iudicio reum conuentum, pręſumi à ſanguine coniunctis,& de conſanguinitatis effectu. 177
53 Teſtimonium fratris pro fratre reijci ob affectionem,quam lex pręſumit in fratre erga fratrem. 178
54 Teſtes ad ęternam rei memoriam,quando examinari poſſunt,& quando in fraudem examinati ab actore pręſumantur. ibid.
55 In teſtibus interdum pręſumi vitia,quibus eorum fides debilitatur. 179
56 Teſtium interrogatione examinationeq́; alteri mandata,quid aliud commiſſum pręſumatur. ibid.
57 Sigillum quando pręſumptionem, vel plenam fidem faciat,tam publicis,quàm priuatis in negocijs. 180
58 Sigillum ſcripturę impreſſum,pręſumi voluntate domini ipſius ſigilli appoſitum. 183
59 Scripta in lapidibus,parietibus & monumentis,quando pręſumptionem,vel plenam probationem facere dicantur. 184
60 Iuramentum pręſumptionem quàm vrgentem,& efficacem faciat. 185
61 Confeſſionem in ſcriptis factam,pręſumi deliberate factam,& alia nonnulla ſatis egregia expoſita atque tractata. ibid.
62 Iudicij vim, quem calorem noſtri appellant, plurimum poſſe,ad inducendum pręſumptionem,aliquot exemplis expoſitum atque declaratum. 186
63 Concluſio in cauſa,quando reuocata pręſumatur. ibid.
64 Exceptio appoſita,quando pręſumatur à iudice reiecta per proceſſum ad vlteriora. 187
65 Concluſio in cauſa,an facta pręſumatur, quando ad partium inſtantiam facta eſt citatio peremptoria. 189
66 Concluſio iu cauſa,an pręſumatur facta,intra debitum tempus. ibid.
67 Quę ac quanta ſit pręſumptio,pro rectitudine iudicis,in geſtis ab eo,tractatio luculenta. ibid.
68 Quando & quomodo,pro ſolennitate actorum,& proceſſus iudicis,præſumatur. 193
69 Sententia an pręſumatur lata contra pręſentem, vel contra abſentem. 196
70 Sententiam latam contra abſentem,pręſumi ob eius contumaciam,nõ quia malã foueat cauſam,latam. ibid.
71 Opinio verior quę pręſumatur,vt eam in ferenda ſententia ſequatur iudex. 198
72 Iudex in dubio aduerſus fiſcum,an & quando pręſumptionem ſumere,& iudicare debeat: 201
73 Sententia ad cuius inſtantiam prolata præſumatur. 204
74 Sententia prolata pręſente domino,qui per procuratorem litigauit,quando pręſumatur citatus ad audiẽdum proferri ſententiam ipſam. ibid.
75 Decretum in alienationibus bonorum Eccleſię,& minorum,in emãcipatione,adoptione,ac his ſimilibus iuriſdictionis voluntarię,ritè ac rectè interpoſitum an & quando pręſumatur. 205
76 Arbitrorum ſententię ſeu lauda,quando ritè & rectè lata pręſumantur. 212
77 Vtrum tanquam arbiter vel tanquam arbitrator de cauſa compromiſſa cognouerit,laudũq́; tulerit is, in quẽ fuit compromiſſum. 213
78 Notarius quis:& quando pręſumatur. 214
79 Notarius an & quando pręſumatur iuſtè,& fideliter ſuum exercuiſſe officium. 216
80 Inſtrumenti exemplationem,à notario ſolenniter factam pręſumi. 217
81 Notarius quando pręſumatur rogatus de eo inſtrumento,quod conſcriptum ab eo apparet. ibid.
82 Diuini nominis inuocatio,an repetita pręſumatur ab vno inſtrumento,in aliis ſubſequentibus. 219
83 Nomen ſummi Pontificis,Cęſaris,vel alterius Principis,quod inſtrumentis à notario apponi ſolet, an pręſumatur repetitum,ab vno inſtrumento,in aliud. 220
84 Locus & loci locus,in quo confectum fuit documentum,an & quando pręſumatur repetitum ab vno inſtrumento,in aliis deinde ſine eis conſcriptis. 221
85 Officium gerentem,pręſumi recte illud adminiſtrare. 222
86 Officialem effectum,pręſumi dignum,aptum, atque idoneum. 223
87 Condemnatus iudicis ſententia, quando pręſumatur habuiſſe iuſtam litigandi cauſam. 224
88 Iudicem appellationis condemnando appellantem victum in expenſis,pręſumi condemnaſſe etiam in expenſis,primæ inſtantiæ. ibid.
89 Victum in expenſis non condemnatum, præſumi abſolutum. ibid.
90 Quando magis pro reo,quam pro actore,& econtra præſumatur,& interpretatio fieri debeat. ibid.
91 Iudicium ſubterfugiens,probationes occultans,quando malam fouere cauſam præſumatur, egregia tractatio. 226
92 Pignora à iudice aſſignata victori ob cauſam iudicati,præſumi pro toto ipſo debito aſſignata. 227
93 Rem datam à reo debitore condemnato, creditori pro executione ſententiæ præſumi loco pignoris,& non in ſolutum datam. 228
94 Sententiæ acquieuiſſe condemnatum,quibus ſignis,& coniecturis apparere poſſit. ibid.
95 Appellatio an,& quando præſumatur intra debitum tempus interpoſita. 229
96 Appellationem,non eſſe deſertam,præſumi. ibid.




# D. IACOBI MENOCHII IVRISCONSVLTI,

## *DE PRÆSVMPTIONIBVS, CONIECTVRIS, ſignis, & indicijs, qui verſatur circa iudicia:*

# LIBER SECVNDVS.

## PRÆFATIO.

DISPVTAVIMVS ſuperiore libro de illis iuris quæſtionibus, quæ in vniuerſum circa præſumptiones, coniecturas, ſigna, & indicia, ſiue illa iuris,& de iure,ſiue iuris tantum, ſiue hominis ſint, verſantur. Nunc de ſingulis ipſis præſumptionibus,coniecturis,ſignis & indiciis dicendum eſt. Cum autem ad iudicia ipſa omnia tandem referantur,quippe,quod illud ipſum ſit,quo præſumptiones,coniecturæque omnes,& ex illis contentiones, & lites terminantur,atque definiuntur,viſum eſt rectè ſatis priore loco agere de præſumptionibus illis,quæ circa ipſa iudicia verſantur. Verùm quoniam iudiciorum,aliorúmque actuum primum eſt fundamentum lex ipſa,ea propter à præſumptionibus & coniecturis,quæ circa ipſas leges tam ſcriptas,quam non ſcriptas : ac tam vniuerſales quàm ſingulares ſunt,initium ſumere conſentaneum eſſe exiſtimauimus.

### PRAESVMP. I.

Leges generales, præſumi iuſtè & ſanctè conditas & promulgatas, & quid de legibus municipalibus & conſuetudinibus.

### *SVMMARIVM.*

1 *Legem communem,iuſte & ſancte conditam,præſumptio eſt.*
2 *Statutum iuſte conditum & promulgatum præſumitur.*
3 *Statutum ita eſt interpretandum,ne ſine ratione ſtatuentes illud edidiſſe videantur.*
4 *Conſuetudo præſumitur iuſta,ac magna cum ratione introducta.*
5 *Lex ſancta & honeſta eſſe debet.*
6 *Lex quid ſit.*
7 *Legem quomodo definiant Cicero & Demoſthenes.*
8 *Lex communis ſiue municipalis iniuſta,non eſt obſeruanda.*
9 *Iudex iurans obſeruare leges & ſtatuta ciuium,non tenetur ad iniqua.*
10 *Lex iniqua nec in foro conſcientiæ obligat.*

CVM lites vel inſtituantur, vel definiantur legibus,ſtatutis,conſuetudinibus & principum reſcriptis, non erit ab inſtituto noſtro longe alienũ, hic diſſerere de præſumptionibus, quæ circa prædicta verſantur.Et primùm explicabimus de legibus vniuerſalibus nempe legibus communibus,ſtatutis & cõſuetudinibus. Deinde de particularibus hoc eſt,de reſcriptis principũ.Dicimus itaque pręſumptio-
1 nem eſſe,quòd lex†communis fuerit iuſte & ſanctè cõdita.
Ita docuit Lucas de Pen.in l.iij.in præſump.xcij.C.de apo-
2 chis publ.lib.x.Ita quoque†ſtatutũ præſumi iuſte & ſanctæ
conditum & promulgatum:ſicuti ſcripſerunt Dy.Bal.& alij
nonnulli congeſti à Tiraquel.in tract.de retract.conſang.in
procœmio.nu.77.Quibus accedunt Alex.in conſi.xxxvj.nu.
16.in fi.lib.vj.Curt.Iun.in conſi.v.col.xij. & Craue.in cõſi.
3 cclix.nu.6.reſponderunt ſtatutum†ita debere interpretari,
ne ſine ratione ſtatuentes illud edidiſſe videãtur.Ita pariter
4 conſuetudo † præſumitur iuſte & ſancte, ac magna cum ra-
tione introducta. c. fruſtrà. vbi Archid.diſt. 8.& manifeſte
Bald.in l.de quib.col. 10. ver.item valet.ff. de legib.Et idẽ
in cap.cum veniſſent.de eo , qui mittitur in poſſeſſ. ſcriptũ
reliquit;conſuetudinem præſumi bonam & laudabilem.Idẽ
penè reſpondit Bellamera in conſ.31.colum.6.ver.circa ſe-
cundam quæſtionem. Et idem tradit Tiraquellus in tract.
de retractu conſangui.in procœmio. num.7.in fin.& Decius
in ca.ij.nu.8.de probatio.Ea eſt huius pręſumptionis ratio,
5 quia lex†debet eſſe ſancta & honeſta.c.erit autẽ lex.diſt.iiij.
Præſumitur ergo legũlatores huius præcepti fuiſſe in legib.
condendis memores,& delinquere minime voluiſſe aduer-
ſus Dei mãdata.Id quod etiã procedere intelligimus,& illis
in legib.quæ nonnihil incõmodi habẽt, quas quidem duras
noſtri appellant,vt in celebri illo rñſo Vlpiani in l.proſpe-
xit.ff.qui & à quib.Nã & in illis ratio ineſt, ſicuti aliqñ de-
claraui in cõmentariis de arbitrariis iudicũ.&c.libr.ij.caſu
lxxxij.nu.15.& explicauit Coraſius in l.ij.nu.7.ff.de legib.
Et ſi enim aliqua rõne dura & importabilis videatur lex: at-
tñ alia ratio & cã,quæ forte vrgens magis erat, ac æquitati
magis cõſentanea,legumlatores mouit,vt ita ſancirẽt Alio-
qui ſi iniqua eſſet & rõne careret lex,legis nomen nõ obtine-
6 ret.Cum nil aliud ſit†lex,quam mens & ratio ſapiẽtis, recte
facta iubens,& a peccatis auocans,ſeu vt Cicero lib.j.de le-
7 gib.& in Phil.xj.ſcribit,*Ratio†ſumma inſita in natura, imperans,*
*quæ facienda ſunt,prohibensq; cõtraria.*Non etiam eſſet lex, vt ex
Demoſthene ſcripſit Martianus in l.ij.ff.de legib.inuẽtum
ac munus Deorũ.Hinc ſit,vt lex ſiue cõis, ſiue municipalis,
8 quæ iniuſta†& iniqua apparet, obſeruãda minimè ſit,vt ſcri
bunt Bal.in l.vlt.C.ſi cõtra ius,vel vtil.publ.Dec.in conſil.
9 cccccx.nu.19.Nec†iudex qui iurauit ſeruare leges & ſtatuta
ciuiũ,tenetur obſeruare ſtatuta iniqua & iniuſta,& quæ pec
candi occaſionẽ præbent,vt ſcripſit Cra.in trac.de anti.tẽp.
in prima particula quartæ partis principalis.nu. 6. Imò nec
10 in foro conſciẽtiæ†lex iniqua obligat, quẽadmodum rectè
exiſtimarunt Imo.& alij plures in c.plerique.de immu.ecc.
Abb.in c.j.col.iij.ver.ſed quæro.an lex.de cõſti.& ibidem
Decius & reliqui.Et ex Theologis idem ſcripſerunt Dinus
Thomas in ij.ij.q.xcvj.art.vj.Dominicus Soto lib.j.de iu-
ſti.& iur.q.vj.art.iiij.vbi doctiſſimè ac copioſe diſſerit.

### PRAESVMP. II.

Leges & ſtatuta an vſu recepta,& obſeruari pręſumantur:& ibidem leges non receptas minime ligare.

*SVM*

*SVMMARIVM.*

1 *Leges non receptæ nec ciues præſentes, nec futuros adſtringunt.*
2 *Lex condita & promulgata, non præſumitur vſu recepta fuiſſe.*
3 *Factum non præſumitur.*
4 *Lex quomodo præſumatur ſemper eſſe in viridi obſeruantia.*

NON certè ſatis eſt, leges fuiſſe à legũ latoribus conditas, & promulgatas, niſi & ciues ipſi, eas recipiant ac vſu comprobent. Nam
1 ſi non † recipiantur, nec ciues illos præſentes, nec futuros ſuo adſtringent vinculo quemadmodum omnium eſt ſententia in c. j. de tregua & pace. & copioſè differunt Socinus Iunior in conſilio xxxij. numer. 44. & in conſilio cxxvj. nu. 25. lib. iij. & Rolandus à Valle in tract. de lucro dotis. q. xcix. Cæteros ſciens prætereo. Dubitari autem ſæpè contingit, an poſteaquam lex condita & promulgata fuit, prẹſumatur vſu hominum recepta & comprobata? Qua in re vnà cum Socino Iunio. in dicto conſilio xxxij. numer. 47. libro iij. exiſtimarem
2 † non præſumi vſu fuiſſe receptam. Quandoquidem, quod
3 fuerit, ſitque vſu recepta, eſt quid facti, quod † non præſumitur, l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & poſtli. reuerſ. & dicemus infra lib. vj. in præſump. xxxiiij. Nec huic noſtræ Socinique ſententiæ, repugnant auctoritates Decij in conſilio dcxlix. numero 10. Curtij Iunio. in conſilio cxxix. numero 12. & Gozadinus in conſilio xvj. numero 16. qui viſi ſunt affirmare, præſumi leges iam editas fuiſſe ab hominibus receptas, & vſu comprobatas: Si quidem nec lege, nec ratione ſuam illam aſſertionem probarunt. Nec ad rem illud facit, quod ait inter cæteras Gozadinus, legem ſemper eſſe in viridi obſeruantia, vt ex l. Ariani. §. vltimo. C. de hære. ſcribunt Bartolus & Socinus Sen. in l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. columna ſecunda, de legatis primo. idem Bartol. in l. certa forma. numero vndecimo. C. de iure fiſci. libro decimo. Nam præter id quod reſpondet Socinus Iunior in dicto conſilio trigeſimoſecundo, numero quadrageſimoſeptimo. facile
4 poſſumus ſatisfacere; nempe, legem præſumi † ſemper in viridi obſeruantia; dato ſcilicet ipſo initio obſeruationis. Si enim ſemel cœpta eſt obſeruari; præſumitur adhuc in præſentiarum obſeruari, atque ita eſſe in viridi obſeruantia. Sed non hinc fit, quod ab initio præſumi debeat recepta & obſeruata.

## PRAESVMP. III.

Leges editas & promulgatas, præſumi ab omnibus cognitas: Et aliquæ egregiæ declarationes enumerantur.

*SVMMARIVM.*

1 *Leges & iura quilibet ſcire præſumitur.*
2 *Leges municipales præſumuntur ciuibus cognitæ poſt publicationem.*
3 *Conſuetudo omnibus cognita præſumitur, qui eo in loco vbi introducta eſt habitant.*
4 *Conſuetudinem vulgatam locorum princeps cognitam habere præſumitur.*
5 *Edictum magiſtratus poſt publicationem, omnibus notum præſumitur.*
6 *Exterus præſumitur ignorare leges illius loci vbi reperitur.*
7 *Exterus quando excuſetur à delicto contra leges ciuitatis commiſſo.*
8 *Exterus bannitum receptans, quomodo excuſetur.*
9 *Mulier legum diſpoſitiones præſumitur ignorare.*
10 *Legis vel ſtatuti diſpoſitionem, quoad damnum, & odium tertij, nemo præſumitur.*

POSTEAQVAM conditæ ac promulgatæ ſunt leges, præſumptio inſurgit, ab omnibus fuiſſe cognitas, & propterea dicimus, quemlibet præ
1 ſumi ſcire † iura & leges. Ita ſcribunt gl. in cap. propoſuiſti. in verbo, non probatur. diſtinctio. lxxxij. & in capitulo primo. de poſtulat. prælat. ex illo textu. Innocen. in capitulo ſecundo. numero quarto. de conſtitu. Abb. in capitul. paſtoralis. columna prima. in fin. de fide inſtr. conſilio xxxv. columna prima. libro primo. Salicet. in l. Senatus. in fin. C. de his, qui ſibi aſcrib. Dec. in dicto capit. j. in xvij. notab. de poſtula. prælat. Et non ſolum præſumitur nuda ipſa ſcientia promulgationis legis, ſed etiã cognitio diſpoſitionis eius. l. leges ſacratiſſimæ. C. de legib. l. regula. ff. de iuris & facti ignor. & in §. j. in authentic. de inceſtis nuptiis. & ſcribunt Alcia. in tract. de præſump. reg. iij. præſumpt. xxxj. nu. 1. & ante eũ Dy. in c. præſumitur. nu. 3. de regu. iur. in vj. Et idem quod de legibus omnibus communibus dicẽdum eſt, de municipalibus, nempè ſtatutis: Nam & hæ præſumun
2 tur ciuibus † cognitæ, poſteaquam fuerunt publicatæ. Ita Bal. in d. l. leges. C. de legib. Bar. in l. quod Nerua. in ij. lect. nu. 19. ff. depoſiti. Alex. in conſi. lxv. col. j. lib. vj. Pariſius in conſi. xlix. nu. 47. lib. j.

Extenditur ſecundo vt locum etiam habeat hæc præſumptio in lege non ſcripta, id eſt in conſuetudine: Nam &
3 illa præſumitur † cognita omnibus illis, qui eo in loco, vbi introducta eſt, habitant. Ita ſenſerunt Bart. in extrauag. reprimendum. in verbo, Non obſtantibus. in fine. Baldus in l. 2. in fine. C. quæ ſit longa conſuetudo. Iaſon in l. præſcriptione. num. 11. C. ſi contra ius, vel vtil. publ. Cùm ſcripſe
4 runt, principem præſumi † habere cognitam conſuetudinẽ vulgatam locorum. Idem ſcripſerunt Felinus in capit. vlt. col. j. de iud. in ca. ſuper literis. colum. vij. de reſcriptis. & in c. cum contingat. colum. penul. de foro compe. & in capit. j. colum. ij. verſi. iij. amplia. de re iud. Io. de Selua in tracta. de benefic. in tertia parte. q. xij. nu. 18. Gomez. in cap. j. nu. 28. de conſti. in vj.

5 Extenditur tertiò, vt locum habeat etiam in † edicto magiſtratus, quod vbi iam promulgatum & publicè propoſitum fuit, ſic etiam præſumitur omnibus cognitum. Ita Lucas de Penna in l. iij. in xlvij. præſumpt. C. de apochis publ. lib. x. per tex. §. omnem. in auth. de litig. & cap. ita dominus. xix. diſtinctio.

Declaratur primò, vt locum nõ habeat hæc præſumptio
6 in forenſi † qui vt exterus præſumitur ignorare leges illius ciuitatis, vbi reperitur, ſicuti docuit Bar. in l. cunctos populos. nu. 21. C. de ſumma Trinit. & fide cath. cum dixit. foren
7 ſem excuſari † à delicto cõmiſſo contra leges ciuitatis, quando ita diu verſatus non eſt in ciuitate, vt veriſimiliter ſcire non potuerit legis diſpoſitionem. Et Bar. ſecuti ſunt ibi Bal. & Iaſon nu. 34. & idem Iaſon. in conſi. lxxxiij. nu. 2. libr. j. & Gramma. in conſilio xxv. nu. 2. in criminal. Hinc Cornel. in conſi. lxiiij. in fi. lib. iij. reſpondit, notarium forenſem excuſari, ſi aduerſus loci ſtatuta recepit inſtrumentum cum ſtatuti ignarus præſumatur. Hinc quoque reſponderunt multi,
8 forenſem † receptãtem bannitum excuſari ob id, quod præſumitur ignorare banni publicationem in ciuitate factã. Ita ſane Bald. in l. noſtram. in fine. C. de teſta. Alex. in conſi. lxv. col. ij. lib. iij. Iaſon in l. is poteſt. nu. 38. ff. de acq. hære. & in conſi. xlvj. col. ij. & in conſi. liij. col. vij. ver. quintò facit. lib. iij. Dec. in conſi. ccxxij. nu. 5. & Plotus in repe. l. ſi quando, nu. 859. C. vnde vi. Et ij omnes hanc declarationem intelligunt in forenſi, qui diu non ſit verſatus, vel habitauerit eo in loco, ſecus eſt in diu verſato & antiquo incola: cum nõ ipſa ciuilitas, ſed ipſe incolatus, & conuerſatio, in cauſa ſit præſumptionis ſcientiæ, vel ignorãtiæ, vt colligitur ex c. quanto. & c. quoſdam. de præſum. Hinc fit, quod ciuis nouus excuſatur ſi quid aduerſus ciuitatis leges admiſit: cũ tanquam nouus illas ignoraſſe præſumatur. Ita Baldus in l. data opera colum. vij. C. qui accu. non poſſ. Roma. in conſilio ccxxviij. columna ſecunda. Curtius Iunior in conſilio xix. numero 5. & alios multos congeſſit Boerius in quæſtio. cclx. numer. 2. & alia egregiè ſcripſit Tiraquel. in tractat. de pœnis legum. cauſa x.

Declaratur ſecundò, vt non procedat hæc præſumptio
9 in muliere, † quæ præſumitur ignorare legum diſpoſitiones. Ita in ſpecie docuit Lucas de Penna in l. iij. columna octaua. verſicu. centeſimoquinto præſumitur, cum ſubſequenti. C. de apochis publ. lib. x. motus ex l. legem. ff. de iuris & facti igno. & ex §. j. in auth. de inceſtis nup. Idem probant. l. cũ de indebito. §. ſi autem. ff. de probat. & l. regula. §. j. ff. de iuris, & facti igno. & poſt Caſtren. in cõſil. cxxxj. Licet iſta. D. Liſa. in fi. lib. j. reſpondit Dec. in conſi. ccclj. in fi. Idem cenſuit Gramma. in dec. lxxvj. nu. 10.

Declaratur tertio, vt non procedat hæc præſumptio quò



10 † quo in damnum, & odium tertij. Nam quò ad illum, non præſumitur quis ſcire legis, vel ſtatuti diſpoſitionem. Ita declarat Alciatus in tract. de præſump. reg. iij. præſump. xxxj. col. prima, ver. cum ergo lex, qui aliquot ſimilib. cõprobat.

Declaratur quarto, vt locum nõ habeat hæc præſumptio
11 in lege extrauaganti, quæ non eſt publicè nota. Nam † illam quilibet ignorare præſumitur. Ita Baldus in l. leges ſacratiſſimæ. C. de legibus, & Alciatus in d. præſumpt. xxxj. ad finem.

## PRAESVMP. IIII.

Leges præſumi eſſe de præcepto, non autem de de conſilio.

*SVMMARIVM.*

1 *Lex de præcepto eſſe præſumitur.*
2 *Lex quando de conſilio eſſe dicatur.*

MEMOR ſum me aliqua de lege præcepti, & de lege conſilij, diſſeruiſſe in commentariis de arbitrariis iudicum. lib. ij. caſu. ccclxxx. Cæterùm dubitari nunc contingit, an in dubio lex præſumatur eſſe de præcepto, vel de conſilio? Et præſumi eſſe
1 † de prẹcepto, ſenſit Archidiaco. in c. vlt. §. vlt. diſt. iiij. Cùm
2 dixit, quod tunc tantùm lex eſt de conſilio, † quando id in ea exprimitur: vel cum alia ratio euidens cogit ſic intelligere. Cum ergo ſumus in dubio, lex non creditur atque ita non prẹſumitur eſſe de cõſilio. Hanc ſententiam apertius probauit Chriſtophor. Caſtellione. in ſua diſput. quẹ incipit; ſtatuto ciuitatis Papiæ. col. iij. in prin.

## PRAESVMP. V.

Lex an lata præſumatur, vt etiam liget filios & hẹredes principis.

*SVMMARIVM.*

1 *Lex Principes non dicitur ligare.*
2 *Lex lata à ſubditis principis, non ligat principis filios, & quæ ſit ratio. num. 3.*
*Id autem quando non procedat. num. 4.*
5 *Lex ab ipſo principe lata, quibus in caſibus nec proprios principis filios liget.*
6 *Par in parem non habet imperium.*
7 *Poteſtate ceſſante, de voluntate vna eſt diſputatio.*
8 *Lege à principe lata, caſu quo liberè ſtatuere poteſt, an filios voluerit, ad coniecturas recurrimus.*
9 *Princeps vnus ſine conſenſu alterius legem condens, non obligat non conſentientem.*

DVBITARI ſolet, an lex præſumatur lata, vt liget principis filios, ſicuti nec principes ipſos
1 † ligare dicitur, l. princeps. ff. de legib. Hac in re ſoleo diſtinguere tres caſus.
2 Primus eſt caſus, quando † lex lata fuit à ſubditis ipſius principis, ſicuti à populo, qui ſtatuta pro commodo, & vtilitate ciuium condit. Hoc in caſu, ſtatuta ſicque leges hæ municipales, non ligant filios principum: quandoquidẹm
3 † ciues, & ſubditi tamquam inferiores, non poſſunt ſtatuerẹ contra principem ſuum, & eius filios. ſicuti reſpondit Cardin. Zabarella in conſilio ſecundò ad fin. cùm dixit, ſtatuta edita à Ferrarienſibus non potuiſſe ligare filios Marchionis, nunc Ducis Ferrariæ. Et idẽ ſcripſerunt Baldus in authent. quibuſcunque. numero 5. C. de ſacroſan. eccleſ. & in l. prima. §. ſimilique modo, numero primo. C. de latina liber. Felinus in capitul. primo. numero 54. verſi. quarta declaratio. de conſtit. & in capit. primo, de rapto. Et his accedunt Imola in capitul. graue, columna ſecunda. verſicul, item, quod concilium. de præben. Brunus in tractat. Quod ſtantibus maſculis fæminæ non ſuccedant. artic. ſexto, numero 67. & idem in ſuo repertorio in verbo, liga. Curtius Iun. in l. j. numero vndecimo. ff. quod quiſq; iuris. Tiraquellus in tracta. de retractu conſang. §. j. gloſſ. tertia. numero 38. Rolandus à Valle in tract. de lucro dotis. q. lxxxiij. & doctiſſimus Pancirolus, in conſilio primo. num. xcviij. Et hos ſecutus ſum in conſi. ccl. numero 54. libro tertio quod reſponſum reddidi pro Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo. D. D. Cardinali Eſtẽſe; ibique rationibus, & argumentis permultis comprobaui. & in conſilio ccclj. libro iiij.

4 Horum autem traditio intelligitur, † niſi princeps, vel eius filij, vti vellent ſtatutis ipſis; quia tunc ſicuti commodo eorum frui volunt, ita & ad incommoda per ea ligabuntur, vt declarat Brunus in dicto articul. vj. numero 67. poſt Baldum in l. iiij. C. ad l. Falcid. quos ſecutus ſum in dicto conſilio ccl. numero 62. libro tertio, vbi alios retuli. Et hoc in caſu, non eſt neceſſe diſputare, an præſumatur, ciues hos voluiſſe ligare principum filios: poſteaquam ceſſat poteſtas.

5 Secundus eſt caſus, quando † lex, vel ſtatutum eſt ab ipſo principe editum, de his rebus tamen, de quibus etiam ſpeciali ipſa diſpoſitione non poſſet diſponere, in præiudicium filiorum ſuorum, vel ſucceſſorum in principatu, vt puta ſi ſtatueret, quod ſecundo geniti, non ſuccẹderent in aliquo feudo, quod alioqui conceſſum fuiſſet pro ſe & filiis, & deſcendentib. maſculis, vel quod filiis nulla eſſet præſtanda legitima, niſi vt ipſi patri placeret, vel quod filia poſſet donari pro libero ſuo arbitrio. Hoc ſanè caſu non ligat filios ipſos: Nam quò ad proprios, ſicuti ſpeciali diſpoſitione non potuiſſet ipſe princeps pater, eis præiudicium afferre; multo minus diſpoſitione generali. Quò verò ad filios principum
6 ſucceſſorum, ligari etiam non potuerũt; quia par † in parem non habet imperium. l. ille à quo. §. tempeſtiuum. ff. ad Trebell. Et hoc etiã caſu, neceſſe minimè eſt diſputare, an princeps iſte præſumatur voluiſſe ligare filios ſuos, & principum ſucceſſorum: cum diſputandum non ſit de voluntate, quãdo
7 † ceſſat poteſtas. Ita reſpondi. in d. conſi. cccl. nume. 43. & num. 94.

Tertius eſt caſus, quando princeps legem promulgauit
8 † de his, de quibus potuiſſet libere ſtatuere & diſponere in præiudicium ſuorum, ac etiam ſucceſſorum in principatu. Hoc in caſu admiſſa hac poteſtate, diſpiciendum eſt de volũtate; an ſcilicet præſumatur voluiſſe ligare hoc filios ſuos? Et hac in re reccurrendum eſt ad coniecturas, quemadmodũ reccurrit Rolandus à Valle in conſ. lxxxvj. nu. 62. 63. & alijs ſubſequentibus. lib. j. Qui quidem conſiderat primam coniecturam, quãdo princeps edidit legem, vel ſtatutum, vt tollantur lites & diſcordiæ pro bono pacis & concordiæ. Hæc enim cauſa multò magis militat in filiis ipſorum principum, quorum diſcordiæ & contentiones plus detrimenti afferre poſſunt ciuitati & ditioni, quàm illæ ſubditorũ. Conſiderat & ſecundam coniecturam Rolandus ibidem. nu. 67. Quãdo ſtatutum eſſet editum, vt bona in agnatione & familia conſeruentur. Hæc ſanè ratio & cauſa multò magis conuenit filiis principum, quàm priuatorum.

9 Quartus eſt caſus, quando † duo ſunt principes & domini: & eorum vnus ſine conſenſu alterius tulit legem. Hoc ſane caſu certum eſt, legem hanc non ligare illum non conſentientem: quia par in parem (vt diximus ſupra) non habet imperium. & ſcribunt Felinus in cap. quod ſupra his: de maio. & obed. & Putheus in deciſ. cxcv. libr. v. qui affirmat, fuiſſe deciſum à Rota Romana, legem vnius ex condominis, non ligare alterum condominum, nec eius bona. Et propterea ſi bona illa tranſirent ad hæredem extraneum illum non ligari ea lege, reſpectu bonorum; quæ iam dicuntur exempta à lege illa.

## PRAESVMP. VI.

Iuris, vel iuris cõmunis mentione facta, in reſcripto, ſtatuto, vel aliqua diſpoſitione, de quo iure ſenſiſſe præſumatur, atque intelligatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Princeps iuris mentionem faciens, in diſpoſitione aliqua, veluti priuilegio vel reſcripto, intelligitur de iure à ſe condito.*

2 *Rex faciens mentionem iuris,præſumitur ſenſiſſe de iure regio.*
3 *Epiſcopus mandans aliquid fieri ſecundum formam iuris, intelligitur de iure à ſe condito.*
4 *Verba intelligi debent ſecundum qualitatem, & conditionem perſonæ loquentis.*
5 *Princeps non præſumitur leges à ſe conditas, non velle obſeruari.*
6 *Principe inferior,mentionem faciens iuris,quo caſu de ſtatuto tantum intelligatur.& nu.7.*
*Et quo caſu intelligatur de conſuetudine.nu.8.& 11.*
9 *Ius commune interpretatum à conſuetudine, eſt idem quod ipſa conſuetudo interpretans.*
10 *Maritus promittens dotem reſtituere, caſu quo de iure reſtitui debeat, intelligitur de iure conſuetudine approbato & interpretato.*
12 *Statuto ſtante vt in caſibus non determinatis lege municipali,recurratur ad ius commune,quomodo id intelligendum,& nu.13.*
14 *Decreta principis,dicuntur ius commune ciuitatis.*

PErſæpe fieri ſolet mentio iuris,vel iuris communis in reſcripto,ſtatuto, vel alia diſpoſitione & dubitant Doctores noſtri,quo de iure illi reſcribentes, vel ſtatuentes, & diſponentes, ſenſiſſe atque intellexiſſe præſumantur.Crediderim eſſe diſtinguendos aliquot caſus,vt interpretes perplexè & obſcurè loquẽtes facilius intelligantur.

Primus eſt caſus, quando princeps ipſe ſupremus ſua aliqua in diſpoſitione,vt putà lege noua,priuilegio, vel reſcripto aliavè ſimili,mentionẽ iuris ſimpliciter facit,vt ſi reſcripſit: quod ſecundum ius, cauſa diffiniatur. Hoc ſanè caſu
1 intelligitur ſecundum leges † & ius à ſe conditum. Ita ſanè Iuſtinia. in §.ſed ius quidem. verſic. ſed quoties in inſtit. de iure natura. gent. & ciuili.cùm dixit. quod quoties fit mentio iuris,intelligitur de ipſo iure Romanorum,quod dicitur ab ipſo Imperatore Romano conditum. Et in ſpecie ſic interpretando d.verſi.ſed quoties,ſcripſit illo in loco Modernus Hiſpa. quem recenſet Gomes:in inſtit.de actio.in prin. nu.42.verſi.tamen iſte. Et ipſe Gomes:ibi.num.42. in fine.
2 idem ſenſit. Et ſimile eſt, quando Rex † mentionem iuris fecit,præſumitur ſenſiſſe de iure ſuo Regio, vt ſcribunt Bal. in cap. cum veniſſent, de eo, qui mittitur in poſſeſ. cauſa rei ſerua. Iaſ. in l. ſtipulatio iſta habere licere.§.ij. quoq. in vj. notab.de verb. oblig. Dec. in l. & in militibus. nu. 4. C.de teſt.milit.Gomes: præcitato in loco & Crau. in conſil.xlv. nu.7.lib.iij.Huc facit tex.iuncta gl.ibi in c.j.in fin.vt lite nõ conteſta.vbi ſi princeps in reſcripto,ſe refert ad ius, intelligitur ad ius ſuum ſpeciale & proprium; non autem ad aliud ius.Et illo textu adducti ſic ſcripſerunt Abb.in rub. de conſuet. Iaſ.in rep.l.omnes populi.nu.24.ff.de iuſt.& iur.Et ſimile reſpondit Anch. in conſi.xvij.In quæſtione,quæ verti-
3 tur,cum dixit,quod ſi † epiſcopus iubet aliquid fieri ſecundum formam iuris, intelligitur de ſtatutis, & ſic de iure à ſe condito.Et ſequitur Soc.Sen.in conſil.lxxxj.colum.iij.verſic.ad hoc etiã adduco. lib.j. Et huius ſententiæ ea eſt ratio,
4 quia verba † intelligi debent ſecundum qualitatem & conditionem perſonæ loquentis. lege ſi miles vnum.ff.de teſtamen. militis. Et præterea, quia non præſumitur principem
5 † ipſum nolle leges à ſe conditas nõ obſeruari. arg.l. Arriani.C.de hæret.

6 Secundus eſt caſus, quando inferior † atque ita ſubditus principis mentionem iuris facit;& eo de caſu,in quo mentio iuris facta eſt,nil ſtatuit ius commune,ſed ſtatutum tantum. Hoc ſanè caſu iuris mentionem ſic faciens, præſumitur intellexiſſe de ipſo ſtatuto, non autem de iure communi. Eſt manifeſta ratio,quia ius aliquod commune,ea de re non extat. Exemplum eſt.Statuto indicitur pœna extrahenti annonam è ciuitate.Iure verò communi nulla eſt impoſita pæna. Si ergo accuſator petiit eum,quem accuſauit extraxiſſe, cõdemnari in pœnam iuris, intelligitur de pæna ſtatuti, cum ius commune nullam imponat. Ita Baldus in l. vnica. numero 48. C. de confeſſis. quem ſecuti ſunt Cacialupus in l. omnes populi. numero quarto.verſiculo facit etiam quod idem. ff. de iuſtit. & iure. & ibidem Iaſon in prima lectura. numero quinto, & in ſecunda, numero vigeſimoquarto, verſicul.facit quod vult, quo quidem in loco affert Iaſ. rationem illam leuem; quod libellus debeat intelligi ſecundum intentionem libellantis. idem Iaſon in conſil. cxlix. column. iiij. verſicul. primo ex eo libro ſecundo. Eandem traditionem probauit Brunus in tract. Quod ſtantib. maſc. art.v.nu.64.

Tertius eſt caſus, quando inferior à principe & ſic ſubdi-
7 tus facit mentionem † iuris, & ea in vrbe,vel loco,extat lex municipalis diuerſa,vel contraria iuri communi,vel legi ipſius principis. Hoc etiam caſu præſumitur, quod intellexerit de iure municipa. Ita Bald.in l.illa inſtitutio. ff. de hære. inſtit. Cùm dixit,quod ſi compromiſſum eſt in arbitros qui de iure, & de facto, & de iure tantum pronuntiare poſſint, præſumitur, quod compromittentes intellexerint de iure municipali & ſtatutario. Idem ſcripſerunt Butrius in cap. quintauallis in fine. de iureiur. Abbas in rub.de conſuetud. Alexan.in l. poſt dotem.ff.ſoluto matrimo.Socinus Sen. in conſi.ix.nu.19.lib.j.Iaſon in conſi.cxlix.col.iiij.verſi.tertiò facit. lib.ij.Curtius Sen.conſilio quadrageſimoſeptimo,ſuper controuerſia.col.vlt.Barba.in conſi.lxvj.colu.iij.lib.iij. Brun.in tract.Quod ſtant.maſcul.art.v.nu.60.

Et hæc quidem ſententia mihi probatur, cum ius ipſum commune correctum à ſtatuto, dici minime poſſit ius ea in ciuitate.Quo circa reiicienda eſt opinio eorum,qui à Baldo diſſentiunt, vt Guielm.Io.Andreæ,Ang.Alberic.& Cardin. quos recenſet Iaſon in repet.d.l.omnes populi.num.22.quo in loco.nu.25.verſi.non omitto tamen, recenſet diſtinctionem Rom.in rub.ff.de arbitr.q.xv.

Eſt etiam ſimile,quod docuit idem Bal.in l.maximum vitium.col.vj.verſi.vlterius quæritur.C.de liberis præter. quẽ refert & ſequitur Iaſ.in d.repe.l.omnes populi.nu.24. verſi. ego addo, cum dixit quòd ſi extet ſtatutum, quòd pater teneatur relinquere filiis quintam partem bonorum pro corũ legitima,quæ olim erat quarta,& hodie triens, auth.nouiſſima.C.de inof. teſt. & alio ſtatuto ſit cautum, quod ſi pater non relinquat filiis plenam legitimam, ſit ipſo iure nullum, cùm tamen de iure communi valeret: licet poſſet peti ſupplementum.l.omnimodo.C.de inoff.teſta.an iſtud vltimum ſtatutum intelligi debeat loqui de legitima ſecundum ius commune,vel ſecundum aliud ſtatutum. Et debere intelligi ligitimam ſecundum ſtatutum,ſcripſerunt Bald.& reliqui à Iaſone commemorati. Huc etiam pertinet quod Bald. in l. ſed etſi quis.§.quæſitum.in fine.ff.ſi quis cautio.dixit, quod is,qui renuntiauit omni iuris auxilio,præſumitur intellexiſſe de auxilio ſtatuti.Et Bald. ſecuti ſunt Cacial. in d. l. omnes populi.nume.4.in fi.& ibidem Iaſon in repe.num.23. Idem reſponderunt Roma.in conſi.cclj.nu.3.& Iaſ.in conſi.cxlix. colum.iiij.verſi.quartò facit lib.ij.& Ruin.in conſil.lj.num. 20.lib.j.

His intelligimus male ſenſiſſe Baldum in l.quicunque.C. deſeru. fug.relatũ à Iaſ. in repe.d.l.omnes populi.nu.21.vbi dixit, quod ſi ſtatuto cautum ſit, fratrem excludere debere ſororem ab inteſtato ſaluo, quod debeat dotari:ſi contingit patrem teſtari& inſtituere filium & filiam in eo,quod eos de iure tangit;an intelligatur de iure cõmuni, quo æque filius & filia ſuccedunt:vel de iure ſtatutario,quo filia excluditur? Et inquit Bald.intelligi de iure cõmuni,ad quod ſimpliciter ſe retulit.Et in ſpecie à Baldo diſſentit Iaſ.in d.repe.l.omnes populi.nu.28.qui ſcripſit,diſpoſitionem teſtatoris in dubio regulari à ſtatuto, non autem à iure communi; vt ſcribunt Barto.& reliqui in l.hæredes mei. §.cum ita. ff.ad Trebel.& Caſtren.in conſi.lxxij.Caſus iſte frequenter.lib.j.Qua de re dicemus infra lib.iiij.in præſump.xxviij. vbi explicabimus, quãdo præſumatur teſtatorem voluiſſe,ſuam diſpoſitionem eſſe debere legi conformen.

Quartus eſt caſus, quando inferior à principe facit mentionem iuris,& nullum extat ſtatutum:ſed ſolum cõſuetudo iuris communis interpretatiua. Hoc in caſu non eſt conſti-
8 tuenda differẽtia quòd intelligatur de ipſa † conſuetudine;
9 vel de ipſo iure communi;cum ius cõmune † interpretatum à conſuetudine,ſit idem quod ipſa conſuetudo interpretans. §.vltim.in auth.de filiis ante dotalia inſtr.natis.Ita Bal. in l. conſtitutionibus in fi. C. de bonis, quæ liberis. cùm dixit, quod ſi maritus promiſit reſtituere dotẽ in caſu, quo de iure debeat reſtitui; intelligitur de iure cõſuetudine approbato,
10 † & interpretato, ſecundum opinionem Martini in l. dos à





patre. C. ſol. matrim. Et Baldum ſecuti ſunt Caſtren.in d.l. conſtitutionibus.Butrius in d.cap.quintauallis.in fin. de iureiur.dum reprehendunt Baldum in eo tantùm,cùm dixit,de iure communi;ſentientes, quod ſi ſimpliciter dixit, de iure; intelligi debeat de iure cõſuetudine approbato.Idẽ quoque ſcripſerũt Roma.& Alex.in l.poſt dotẽ.ff.ſol.matrim.& ibidem Iaſ.nu.100.& idem Iaſ.in d.l. omnes populi. nu. 24. & ibidem eo prius Cacialupus.nu.4.verſicu. facit etiam quod ſingulariter.Ita quoque Soci.Sen.in conſi.ix.nu.xix.lib.j.

Extenditur hic caſus, vt locum habeat etiam,quãdo facta eſt mentio iuris communis. Nam adhuc intelligitur de cõſuetudine interpretante ipſum ius commune: cum ſit idem cum ipſo. Ita Bald. in d.l. conſtitutionibus.in fine; quem in ſpecie ſecutus eſt Caſtren. in conſi.cxxix.ſtatuta Piſana.nu. 2.libro j.qui reſpõdit,quod ſtatutum Piſanum,quo cautum eſt,quod vbi aliquis caſus, non reperitur ſtatutis illius ciuitatis deciſus,recurratur ad ius commune, intelligitur, quod recurratur ad hanc cõſuetudinem iuris communis interpretatiuam:Cũ dicatur eſſe idem quod ipſum ius commune:ex quo eſt generalis conſuetudo. Idem reſponderunt Ruinus in conſi.clxxxvj.nu.8.lib.ij.Soc.Sen.in conſ.ix.nu.20.verſi. quinimò plus.lib.j.& Gozad.in conſi.xc.nu.17.qui quidem Gozad.alios eiuſdem opinionis commemorat.

Quintus eſt caſus, quando fit mentio iuris, & extat conſuetudo illius loci correctoria iuris cõmunis.Hoc ſanè caſu,
11 intelligitur de † ipſa conſuetudine: cum ius commune ſit abrogatum ea conſuetudine, quæ dicitur iùs non ſcriptum. Ita Soci.Sen.in d.conſi.ix.nu.19.lib.j.

Sextus eſt caſus, quando in ea ciuitate, in qua fit mentio iuris communis, non extat aliquod ſtatutum:ſed extat in ciuitate dominante; an mentio illa iuris communis intelliga-
12 tur de iure † communi Romanorum; vel de iure ciuitatis dominantis?Exemplum eſt in ſtatuto ciuitatis Piſarum,quę ſubdita eſt ciuitati Florentiæ. Eſt eo ſtatuto cautum, quod illis in caſibus,in quibus non eſt diſpoſitum & prouiſum ab ipſis ſtatutis Piſanis,recurratur ad ius commune;an intelligi debeat de iure communi Romanorum, vel de iure communi,ideſt de ſtatutis Florẽtiæ.Extat & ſimile ſtatutum hic Pataui j ſub rub.de competentia iudicis, cuius verba hæc ſunt. Et vbicũque deficerent ſtatuta Paduæ, tunc ſequi teneantur & debeant formam iuris communis, &c. Hoc in caſu ſunt opiniones. Vna fuit eorum,qui ſcripſerunt,intelligi de iure communi Romanorum. Ita ſanè in ſpecie ſtatuti loci Poteſtariæ diſtrictus Piſarum reſpondit Caſtren.in conſil. cxxix. ſtatuta Piſana.nu. 2.lib.j.cùm dixit,ſtatutum illud, quod recurratur ad ius commune,intelligi de conſuetudine generali,quæ vbique locorum extat:& quæ ob id dicitur ius commune,ſecus eſt( inquit Caſtrenſis ) quando eſt conſuetudo, vel ſtatutum loci:quia illa non continentur appellatione iuris communis. Et apertius ſuper ſtatuto Piſano, ſic reſpondit Socin.Sen.in conſi.cclxxj.nu. 3.verſi. ſed in veritate.lib. ij.Et Socinum ſecuti ſunt Decius in conſi.ccccxxix.nu. 5.in conſ.cccclxix.nu.12.& in conſi.dclxxxvj.nu.5.Cæphalus in conſi.ccccxiiij.nu.lxvij.lib.iiij.Burſatus in cõſi.clxxxix.nu. 44.libr.ij.ij.ambo de eadẽ facti ſpecie interrogati, idem reſponderunt. Idem affirmauit Mandoſius in additionibus ad Rom.in conſi.ccxviij.

Altera fuit opinio eorum,qui dixerũt,intelligi de ſtatuto
13 & iure † ciuitatis dominantis,atque ita eſſe recurrendum ad ſtatuta Florentina. Sic ſanè in prædicta ſpecie reſpõdit Roma.in conſi.ccxviij.nu.3.& 4.Et illum ſecuti ſunt Soc. Sen. in conſi.lxxxj.nu.3.lib.j.Riminal. Sen.in conſ.lxxij. in fine. lib.j.Gozad.in conſi.xxxvij.nume.3.& nume.13. Gratus in conſi.xj.num.12.lib.ij.Claudius Seiſellius in l.poſt dotem. num.3.ff.ſoluto matri.Alciatus in l.pupillus.§.territorium. ff.de verbo.ſing.& Hieronymus Zancus in l.hæredes mei.§. cum ita. in nona parte. nu.xxix. ff. ad Trebel:quo loci teſtatur hanc eſſe communem opinionem,& ſi male & corruptè hac pro opinione recenſeat Caſtren.in l.ſi conuenerit.§. ſi nuda.ff.de pignõ.actio.Corneum in conſi.clj.lib.iij. Ferretum in conſi. cv. & Craſſẽ. de antiq.tempo. in quarta parte, qui quidem hac de re nihil ſcripſerunt. Præter prædictos addo Iaſonem in conſi.cxlix.colum.iiij.verſi.ſecundò notabilius.lib.ij.& Curtium Sen.in conſi.xlvij.ſuper controuerſia.col.vlt.qui ambo de eadẽ facti ſpecie interrogati. declarando decretum antiquum Ducis Mediolani de tutelis decernendis,reſponderunt,quod etiamſi decretum diceret,tutelam debere decerni ſecundum ius commune,nihilominus intelligi poteſt ſecundum ſtatuta & alia decreta principis:
14 cum illa † dicantur ius commune ciuitatis. Et Iaſonem ac Curtium ſecutus eſt Plotus in l.ſi quando.num.ccclxxvij.C. vnde vi.Et hanc poſtremam opinionem ſecutus ſum aliquãdo,fretus auctoritate Zanchi,qui cõmunem aſſeruit,& Fulgoſium vel verius Comenſem in d.conſi.lxxij.recenſuit,quẽ aduerti nil ad rem ſcribere. Quo circa mihi magis probatur prima illa opinio.

Declarari tamen illa poteſt, vt non habeat locum quãdo ipſo vſu & obſeruantia interpretata fuerunt illa verba,quod recurratur ad ius commune:vt ſcilicet intelligantur de iure ciuitatis dominantis. Nam tunc ab ea obſeruantia recedendum non eſt. Ita in ſpecie reſponderunt Soci.Sen.in d. conſil.lxxxj.nu.3.lib.j.& in conſi.cclxxj.nu.13.lib.ij.Decius in conſi.cccclxix.nu.12. & Gozad.in conſi.xxxvij. nu. 13. Ita quoque Mandoſius in additio. ad Roma.in d.conſi. ccxviij. His declarari poteſt ſtatutum prædictum Patauinum.

## PRAESVMP. VII.

### Dicta & diſpoſita,in vna parte legis communis,vel municipalis, an & quando præſumantur repetita in alia parte.

*SVMMARIVM.*

1 *Dicta & diſpoſita in vna parte legis, quando in alia repetita non cenſeantur.& nu.4.Et quo caſu id non procedat.nu.2.*
3 *Dicta & diſpoſita in vna legis parte, quando præſumantur repetita in alia,& nu.5.& 8.Et quo caſu id locum non habeat.nu.6.& 7.*
9 *Præfatio legis ſi generalis ſit,& lex ſpecialis,generaliter tamẽ debet intelligi.*
10 *Dicta in lege interpretata, quando præſumantur repetita in interpretante,& quando non.nu.11.*

DISPVTATIO eſt frequens, & vtilis, an & quando dicta, & diſpoſita in vna parte legis, vel ſtatuti,repetita præſumantur in alia parte? Qua in re vna cũ Bartol. in l. Prætor. §. eritque numero. j. ff. vi bonor.rapto. diſtinguendi atque conſtituendi ſunt aliquot caſus.

Primus eſt caſus, quando eadem lex habet plura capita ſub diuerſis inſerta orationibus. Et agitur de his, quæ ad facti narrationem pertinent. Hoc ſanè caſu † dicta,& diſpoſi-
1 ta,atque ita qualitas poſita in vna parte, non præſumuntur repetita in alia parte.Ita Bar.in d.§.eritque.nu. 1.verſ.primo caſu.Floria.in l.quemadmodum.§.hæc verba.num.3.ff.ad l. Aquiliam. Aretinus in conſi.cxliiij.Viſa conſultatione.col. vlt.verſi.vnde tunc.& Soc.Iun.in conſi.xxix.nu.9.lib.j.Et ij quidem adducti ſunt tex.l.ij.in prin.& d.l.Prætor.§.eritque. ff.vi bono.rapt.

Declaratur hic caſus,vt habeat locum in qualitate extrinſeca,qua qualificatur ſeu modificatur diſpoſitio:ſecus eſt in
2 qualitate ac dictis, quæ reſpiciunt † ſolam declarationem obſcuri ſermonis. Quia tunc præſumitur etiam hoc caſu facta repetitio.Ita declarat Aretinus præcitato in loco.

3 Secundus eſt caſus, † quando eadem lex habet plura capita; quæ ſub vna eademque oratione inſeruntur: & agitur de his, quæ ad facti narrationem pertinent. Hoc caſu dicta, & diſpoſita in vna parte,præſumuntur repetita in alia parte. Ita Bartol. in dicto §.eritque.numero primo verſi. aut inſeruntur ſub eadem. Et Bartol. ſecuti ſunt alij, quos referam infra in quarto caſu, & in ſpecie Florianus in dicto §. hæc verba.nu. 3. & Aret. in conſi.cxliiij. in fine. Et adducti ſunt tex.l.j.in prin.iuncta.l.iij.§.ait Prætor.ff.de incend.ruina,& naufrag.Et argum.l. Sæiæ. §. Caio. ff.de feudo inſtr.inſtrumentoque lega.

4 Tertius eſt caſus † quando eadem lex habet plura capita; & agitur de his, quæ ad iuris deciſionem pertinent, ea verò quæ dicta ſunt in præcedentibus,ſunt contra ius commune, vel ab eo exorbitant. Hoc caſu illa dicta, & diſpoſita non præſumuntur repetita in ſequentibus. Ita Barto.in dicta l. Prætor ait.§. eritque.nu.10.verſic.ſecundo caſu.ff.vi bono.

rapto. quem ſecuti ſunt Florianus in d.§. hæc verba.num.3.
Socin,Sen.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.nu.20.ff. de libe.
& poſth.& in conſi.xcv.lib.iiij.& Gozad.in conſi.ix.nu.63.
in conſi.xix.num.vndecimo,& in conſi. lxx. numero tertio.
Et ij quidẽ moti ſunt arg.l.vxori.§.vxori.de leg. iij. Et rur-
ſus tex.cap.quæ à iure communi:de reg.iur. in vj.ac demum
tex.l.quod vero.& l.in hîs.ff.de legi.
5 Quartus eſt caſus, † quando eadem lex habet plura capi-
ta; & arguitur de his,quæ non repugnant iuri communi,nec
ab eo exorbitant:& dubitatur,an dicta in præcedenti parte,
præſumãtur repetita in immediatè ſubſequẽti? Et præſumi
repetita cenſuit Bart.in d.§.eritque.nu.1.verſic. ſi verò non
exorbitant. quem ſecuti ſunt Flor. in d. §. hæc verba.nu.3.
Alex.in conſi.xlviij.nu.9.lib.j. Iaſ.in l.tranſigere.nu.xix.C.
de tranſact. Soci.Sen.in conſi.lxxvj.nu.14.lib.iij.Ripa in l.
Centurio.nu.41.ff.de vulg.& pup.ſubſt.Pariſ.in conſ.xviij.
nu.25.lib.ij.& in conſi.lxxij.nume.38.lib.iiij.Socin.Iun.in
conſi,j.nu.65.& in conſi.vij.nu.6.in conſi.xxix.num.6.& in
conſi.cxxxix.nu.6.lib.j.Et ij adducti ſunt tex.l.quemadmo-
dum.in fi.ff.ad l. Aquil. & §. ex hoc tamen capite. in inſtit.
eo.tit.Afferri etiam ſolet.l.mariti.§. hoc quinquennium.ff.
ad l.Iul.de adul.vbi idem Bar.annotauit.
6 Declaratur hic caſus, vt nõ habeat locum † in his,quæ ta-
citè ſubaudiuntur in illa parte legis & ſtatuti,vt nõ cenſean-
tur repetita in ſubſequenti parte etſi immediata. Ita Baldus
in l. j. in princ. in prima lectura. ff. quod quiſque iuris, vbi
Alexand.& Dec. & idem Decius in conſi.cccliij.nu.4. & in
conſi.ccccvj.col.iiij. & Tiraquellus de legib. connubial. in
glo.v.nu.64.
7 Declaratur ſecundò,vt non procedat quando † mens ſta-
tuentium,verificaretur verbis illius ſtatuti nulla repetitione
ad eum facta.Ita Butrius in cap.j.in fine.de ſupplẽda neglig.
præla.Alex.in conſi.xlviij.nu.ix.lib. j. Ruinus in conſi. xlv.
nu 7 & in conſi.clxxxv.nu.3.lib.j.
8 Quintus eſt caſus,† quando diuerſæ ſunt leges ſeu ſtatuta:
& vnà procedit per modum regulæ: tunc dicta in vna, præ-
ſumuntur repetita in omnib.aliis.Ita Bart.in d.l.Prætor ait.
§.eritque.nu.1.verſ.ſecundo caſu principali.ff.vi bono rapt.
quem ſecuti ſunt Butrius & Imola in clem. j. de ſupplenda
neglig.præla.Ruinus in conſi.xlvij.nu.2.lib.iij.Florianus in
d.§.hæc verba.nu.4.Eſt in argumentum tex.l.regula.in fi.ff.
de iuris & facti igno.quo loci idem Bart.annotauit, quod ſi
9 probatio † legis eſt generalis,& lex ſit ſpecialis,nihilominus
lex debet generaliter intelligi,ſic etiam ſubiungit idẽ Bart.
quãdo lex eſt ſpecialis,& lex generalis,debet lex generaliter
intelligi. Et Bart.traditionem poſt alios probauit Craue. in
conſilio ducenteſimotrigeſimoſexto, numero decimo.in fi-
ne.& in conſilio ducenteſimoquadrageſimoſecundo,nume-
ro tertio,in fin. Duo etiam exempla attulit Bart.in d.§.erit-
que. Quorum primum eſt in caſu. l. de vno quoque.ff. de re
iud.vbi pro regula conſtitutum eſt,quòd in vno quoque ne-
gotio,citari debeat pars:ſuperuenit deinde.l.j.C.de ſenten.
ex breui recita,quæ tradit formam qualiter ferri debeat ſen-
tentia,& non repetit de citatione partis:Et certè illud intel-
ligitur repetitum:quia in d.l.de vnoquoque:pro regula ſan-
citum fuit.Secundum eſt exemplum in ſtatuto,quo cautum
eſt, quod iudex in qualibet cauſa ferre debeat ſententiam,
cum cõſilio ſapientis,deinde alio ſtatuto ſancitum eſt,quod
iudex certis in cauſis,procedere debeat ſummariè,intelligi-
tur quod etiam in dictis cauſis iudex ferre debeat ſententiam,
cum cõſilio ſapientis:quia illud primum ſtatutum procedit
per modum regulæ. Ita ſcribit Bar.diſputaſſe Oldradum.Et
idem affirmarunt Flori in l.quemadmodũ.§. hæc verba.nu.
5.ff.ad l.Acquil.Alex.in conſi.50.in fi.lib,ij.Rui.in d.conſi.
xlvij.nume.2.lib.iij.bene eruditus Pax Scala Patauinus,in
tract.de conſi.ſapien.lib.ij.c.iij.& c.ix.& Io, Baptiſ.Aſinius
in praxi.iudicior.§.xxv. c.xvij. Qui quidem Aſinius ſcribit
exemplũ hoc multo magis locum habere, quando ſtatuto
prius cautum fuiſſet,quod omnes cauſæ eſſent ſummariæ:&
deinde alio ſtatuto fuiſſet diſpoſitum, quod iudex ferre de-
beat ſententiam cum conſilio ſapientis:quemadmodum ſta-
tutis Florẽtiæ ſic ſancitum eſſe Aſinius recenſet. Et duo alia
exempla retulit Floria.in d.§.hæc verba numero quinto. Et
hic quidem caſus procedit ſiue lex regulam ponens præce-
dat,ſiue ſequatur.Ita cenſuit Ruinus in dicto conſilio xlvij.
numero ſecundo lib.iij.
Sextus eſt caſus,quando diuerſæ ſunt leges,ſeu ſtatuta:&
vna lex venit ad interpretationem aliarum. Hoc caſu dicta
10 † in lege interpretata,præſumuntur repetita in interpretãte,
Ita Bartol.in d.§. eritque.in fine.verſicul.ſi verò non proce-
dit,ex.l.nihil.ff.de coniung.cum emancip.lib.& §.primo in
authen.de filiis ante dota.inſtr.natis. Et illũ ſecutus eſt De-
cius in conſi.xix. col. tertia verſi.ſtatutum verò; & in conſi-
lio cccliij.numero tertio,qui reſpondit, ſtatutum, quod ſe-
cundus vir lucretur dotem, etiam ſtantibus filiis primi viri,
interpretatiuum alterius ſtatuti; quod prædecedente mulie-
re in matrimonio,maritus nihil reſtituat; intelligitur etiam
repetitum,ſi deceſſerit mulier, relictis filiis primi matrimo-
nij,vt & eo caſu ſecundus maritus lucretur dotem.
11 Septimus, & vltimus eſt caſus, quando † diuerſæ ſunt le-
ges ſeu ſtatuta,& vna non eſt per modum regulæ, nec inter-
pretatiua alterius.Hoc caſu dicta in vna,non cenſentur repe
tita in alia. Ita Bart.in d.§.eritque.in fi.adductus textu.l.j.§.
meminiſſe. & §. quid tamẽ.ff.de ventre inſp. Et Floria.in d.
§.hæc verba.in fine.

## PRAESVMP. VIII.

### Conſuetudo, & ſtylus, an & quando præſumantu., & quomodo probentur.

*SVMMARIVM.*


*1 Conſuetudo eſt lex non ſcripta.*
*2 Conſuetudo,ritus,& ſtylus differunt,& in quibus.num.3.4.& 5.*
*6 Ritus quid ſit.*
*7 Ritus,ſtylus,& conſuetudo,cum ſint quid facti, non præſumuntur.*
*8 Conſuetudo,vt probata dicatur,multa requirit.*
*Idem eſt in ſtylo.num.9.11.& 13.*
*10 Magiſtratus,quis non poßit introducere legem contrariã iuri communi.*
*12 Actus ad conſuetudinem inducendam quot requirantur, iudicis eſt in arbitrio.*
*14 Stylus quando de ipſo conſtat,pro lege ſeruari debet.*
*Idque etiam in cauſis criminalibus procedit.num.15.*
*16 Stylum obſeruare debet iudex,etiam liberum procedendi arbitrium habens.*
*17 Stylum nõ obſeruando iudex,litem ſuam facit,& tenetur in ſyndicatu.*
*18 Stylo notorio non obſeruato,ſententia redditur nulla.*
*19 Stylus obſeruatur in interpretandis clauſulis inſtrumentorum.*
*20 Scriptura,inſtrumẽta,& reſcripta,contra ſtylum confecta,de falſo ſunt ſuſpecta.*
*Et de quo illud ſtylo intelligendum.nu.21.*


1 CVm conſuetudo † ſit lex non ſcripta. §. ex non
ſcripto.in inſtit.de iure naturali gentium,& ci-
uili,ea propter poſt leges ſcriptas de his agen-
dum eſſe duximus.Qua in re ſolent interpretes
2 noſtri conſtituere differentiam † inter conſue-
3 tudinem,ritum,& ſtylum.Nam ſtylus † eſt in ſcribẽdo; con-
ſuetudo verò in aliis actibus. Baldus in rubr.extrà de reſcri-
ptis.col.iiij.Alber.in l.de quibus.col.ix.verſ.in quo autem
differunt conſuetudo,& ſtylus.ff.de legib.Butr.in cap. vlti.
de conſuetud.Decius in rub.extrà de conſuetud.col.ij.& in
conſi.xj.num.11.Felin.in c.ij.num.18.de reſcrip. & Marſil.
4 in conſi.viij.numero 27.Et rurſus † ſtylus proprie verſatur
circà modum procedendi in iudicio;conſuetudo verò circà
diffinitionem deciſionemque cauſarum. Alex. in conſi.lxv.
in fine. lib.j & manifeſtius idem Alex. in conſi.xxxvj. nu.9.
lib.ij.qui exẽplo declarat.& Craue.in tract.de antiq.tempo.
in quarta patre principali.numero 36.impropriè verè ſtylus
verſatur circa deciſoria cauſæ. ſic intelligo Socin. Sen. in
conſi.xxxvj.num.11.lib. iiij. Differt etiam ſtylus à conſue-
5 tudine, † quod conſuetudo eſt generalis: ſtylus verè parti-
6 cularis.Felinus in d.cap.ij.num.18.de reſcript.Ritus † verò
eſt quidam modus actui ordinando ſolennitatem præbens.
Ita Abbas in capit.cum ſecundũ in primo notab. de tempo.
ord.& Ripa in cap.ij.nu.xxxvij. de reſcript. Porrò cum tam
7 ſtylus † quam ipſa conſuetudo, & ritus, ſit quid facti: non
præſumuntur.De conſuetudine ſic poſt alios ſcripſi in conſi.
viij. numero 16. in conſi.xxxij.numero.65.conſi.liiij.num.
36.in conſi.lxxv.num.60.in conſi. ccxxvj.nume.38.& alibi
ſæpe.



ſæpe.Stilum autem non præſumi affirmarunt Socinus Sen.in
conſilio xlvj.in fi.lib.iiij.Pariſius in conſi.cxij.num.12.& in
conſi.clxviij.num.15.lib.iiij.& Alciatus in reſp.ccxx. nu.2.
8 Conſuetudo vt † probata dicatur,multa habent concurrere,
quæ recenſui in d.conſi.viij.nu. 16. vbi retuli Decium affir-
mantem difficilem eſſe cõſuetudinis probationem, id quod
etiam ſcripſit Pariſ. in conſi. xxxj.nu.15.lib.j. & alia ſcripſi
in reſponſis ſupra commemoratis. ſtylus autem vt dicatur
9 † probatus,multa pariter requirit.Et primùm quod à iudice
aliquo maiore habente poteſtatem condendi legem fuerit
10 introductus;cum magiſtratus carens † poteſtate condendi
legem,contrariam iuri communi,vel ſtatuto legem induce-
re non poſſit.Ita Bar.in l.de quib.nu.20.ff.de legib.Alexan.
in conſi.xxxvj.num.10.lib.ij.Decius in Rubr. de conſuetu.
col.ij.& in conſi.dclxxvij.in fine.& Craue.in tract.de antiq.
tempo.in quarta parte principali.num.xxxvj.qui hoc decla-
rat non procedere,quando ſtylus fuiſſet præſcriptus, vel ve-
niſſet in notitiam populi,vel maioris partis;quia etiam tunc
ſatis legitimè fuiſſet introductus, & ſi à magiſtratu non ha-
bente poteſtatem condendi legem. Et idem ſcripſit Aſinius
in praxi de ordine iudiciorum.§.xxij.cap.xvj. nu. 4. Requi-
11 ritur ſecundò,quod † deducantur atque oſtendantur caſus,
in quibus dicitur fuiſſe obſeruatum; vt argui poſſit,an actus
ſint ſimiles,quibus ſtylus cenſeatur introductus. Ita ex ſen-
tentia Bellameræ reſpondit Pariſ.in cõſi.cxij.nu.12.lib.iiij.
12 Quot autem requirantur actus ad introducendam † conſue-
tudinem, iudicis relinquitur arbitrio, quemadmodum de
cõſuetudine ſcripſi in lib.ij.de arbitrariis iudicũ.caſu lxxxj.
numero 4. & duos actus ſufficere poſt Butrium, & Alexand.
ſcripſit Aſinius in d.cap.xvj.numero 5.Requiritur tertiò, vt
13 † ſtylus probetur plenè,& perfectè,quando reſpicit deciſo-
ria; vt reſpondit Socin.Sen.in conſi.xxxvj.nu.11.lib. iiij. &
propterea teſtes debent cum iuramento de ſtylo deponere.
Gratus in conſi.xv.in fine,lib.ij.& Aſinius in dicto cap.xvj.
numero 6. Quando vero reſpicit modum procedendi, ſuffi-
cit, quod iudex ex officio ſumat informationes. Ita cenſuit
præcitato in loco Socinus ex ſententia Barto.in l.de quibus
in iiij.q.principali.ff. de legibus,ſic etiã intellige Neuizan.
lib.iij.Syluæ nuptia. numero 32.in fin, ſic declarari poſſunt
multi relati ab Aſinio in d.c.xvj. numero 7. Non eſt tamen
neceſſe, quod ita obtentum fuerit in cõtradictorio iudicio,
vt ſcripſit Crauetta in dicto tractat. de antiq. temporum in
quarta parte principali.nume.36.in fine,auctoritate Cornei
in conſi.lxxiij.colu.j.lib. iij.qui tamen affirmant; quod ſi ita
fuiſſet obtentum in contradictorio, magnum adminiculum
præſtaret eius validitati.Porrò quando de ſtylo ipſo conſtat,
14 † ſeruari ille pro lege debet.Ita ſcribunt Cardin.in clemen.
ſæpe.§.per hoc.de verbo.ſignifi,Alex.in conſi. ccxl. num.2.
lib.vj.& in conſi.lviij.nu.10.lib.vij.Decius in l.edita. nu.2.
C.de eden.& in conſi.xj.num.16.& 17.& in conſi pen.num.
4. Marſilius in ſing.xviij.Afflictus in deciſ.cxxxv.nu.3.& in
deciſi.ccliij.num.4.Caſſan.in conſilio lxviij.nu.47.Curtius
Iunior in l.more.nume.11.ff.de iuriſd. omn.iud.& in conſi.
clxij.num.2.Pariſius in conſi.xxvij.nu.30.& in conſi. xliiij.
in fine.libr.ij.Id quod non ſolùm in cauſis ciuilibus; ſed &
15 † in criminalibus locum habeat. Afflictus in deciſio.cccxcj.
nu.5.Et ea quidem ratione ij vſi ſunt, quòd ſtylus vim legis
habet. Alexan.in conſi.xlix.num.11.lib.vj.& idem operatur
ſtylus quod cõſuetudo principis.Idem Alex.in conſi.xxxix.
16 in fi.lib.iij,Quinimmo etiam † iudex habens liberum arbi-
trium procedẽdi,ſeruare debet ſtylum.Barbat.in cõſi.xlvij.
17 colum.vlt.lib.j.& Marſil.in ſing. cxviij. Et iudex † non ob-
ſeruans ſtylum,facit litem ſuam,& in ſyndicatu tenetur.Iaſ.
in authen.iubemus. C. de iud. & Neuizan.in libr.iij. Syluæ
nuptia.nume. 32. in fine.qui ſubiungit,quod quando ſtylus
18 † notorius nõ obſeruatur,ſententia redditur nulla. Et ſtylus
19 † obſeruatur,ad eumque recurrimus in interpretãdis etiam
clauſulis inſtrumentorũ.Alex.in l.ſi finita.nu.2.ff.de damno
infecto,& Decius in l. ſemper in ſtipulationibus. nu. 12. de
20 reg.iuris.Et accedit quòd ſcripturæ,† inſtrumenta & reſcri-
pta,ſuſpecta ſunt de falſo,ſi confecta ſunt contra ſtylum:Ita
poſt multos Felinus in capitul.ſecunda.nu. 16.de reſcrip. &
dicimus inf.lib.v.in præſump.xliiij.vbi diſſeremus de ſuſpi-
cione falſi in reſcriptis. Prædicta tamen de ſtyli obſeruatio-
21 ne intelligenda ſunt; cum ſtylus † ipſe antiquus eſt, & in
uariabilis:alioqui obſeruari non debet. Iaſon in l. cunctos
populos.in prima lectura.num.iiij.C.de ſumma Trinit.& fi-
de cathol.Felinus in cap.Rodulphus.§. cæterum. nume. 22.
verſicul.vbi autem.de reſcriptis.& Neuiz, in libr. iij.Syluæ
nuptialis.nu.32.

## PRAESVMP. IX.

### Reſcripta principum præſumi conceſſa,vt iuri, & æquitati conuenit.

*SVMMARIVM.*


*1 Reſcripta principum dicuntur leges ſingulares.*
*2 Principes reſcribere,ſecundum ius,& æquitatem præſumimus.*
*3 Reſcripti verba debent conuenire æquitati, etiamſi verborum natura non patiatur.*
*4 Principi placere,niſi quod iuſtum eſt,non præſumitur.*
*5 Princeps dans vel confirmans aliquid,intelligitur ſaluo iure tertij.*
*6 Reſcripta principum quoad fieri poteſt,ad diſpoſitionem iuris communis redigenda ſunt.*
*7 Reſcriptum mandans quem non audiri,niſi mandato pareat, quomodo accipiendum.*
*8 Reſcripta principum intelligenda,vt nemini faciant iniuriam.*
*9 Reſcriptum falſum præſumitur potius,quàm quod princeps ius voluerit tollere.*
*10 Reſcriptum etiam verbis generalibus conceptum, intelligitur abſque læſione iuris tertij.*
*Idque procedit etiam ſi ius tertij veniret in conſequentiam iuris ipſius principis.num.12.*
*11 Vicarius Imperialis ex quauis generali facultate ſibi conceſſa,non poteſt auferre ius alteri quæſitum.*
*13 Principe remittente delictum commiſſum,non præſumitur remiſſa pœna læſo delata.*
*14 Deportatus,per reſtitutionem à principe factam, reſtitui in priſtinum ſtatum tum quo ad honores,tum quo ad bona,*
*19 Reſcripta adiecta clauſula, ex certa ſcientia, non tamen præſumitur in præiudicium tertij principem reſcribere voluiſſe.*
*Idque etiam in reſcripto ad pias cauſas locum habet.numero 17.*
*18 Reſcriptum in præiudicium tertij,quando valeat.*
*19 Princeps quando in reſcripto voluerit præiudicare tertio,etiam in rebus magnis.*
*20 Principe præiudicare voluiſſe tertio,quo ad ius quærendum, ſpe non approbata.*
*Idem ſi ſit ius quoddam contingens,nec ordinarium.num.21.*
*22 Molendini conſtruendi conceſſio à principe facta, præſumitur etiam in præiudicium alterius,molendinum habentis.*
*23 Reſcriptum principis vt aliquid operetur, præſumitur etiam in tertij præiudicium.*
*Idem ſi de enixa principis voluntate conſtet.nu.24.*
*Et quando voluntas illa conijciatur.num.25.*
*26 Clauſulam ex certa ſcientia,in reſcripto principis,ſecundum quoſdam, non operari in tertij præiudicium. Idem de clauſula motus proprij. num.27.*
*28 Princeps nil poteſt in his, quæ ſunt iuris diuini,naturalis, vel gentium.*


1 DE reſcriptis principum, quæ leges † ſingulares
appellari ſolent, nunc diſſeremus. Eſt ſanè præ-
2 ſumptio, † principes reſcribere ſecũdum ius ip-
ſum,ipſamque æquitatem; atque ita mentis ſuæ
nõ eſſe,quod ius alterius lædatur,vel imminuatur,l.ij.§.me-
rito.& §.ſi quis à principe.ff.nequid in loco pub.& c.ex tua-
rum.de aucto.& vſu pallij.& conferunt cap.cauſam,quæ,de
reſcriptis.& cap.licet.de præben.Hinc cenſuit gloſſa in cap.
paratus.in verbo,prodeſſe.xxiij.quæſtio.prima,quod verba
3 † reſcripti debent conuenire æquitati, etiam ſi verborum
natura non patiatur. Et traditionem hanc probarunt Oldra-
dus in conſi.cclxviij.Quæſtio eſt,vtrum per priuilegium, in
fin. & Felinus in dicto cap. cauſam, quæ.nu.5.de reſcri, qui
refert ex Calder.in conſi.ij.tit.de reſcript.& in conſi.j.tit.de
ſenten. excom. quod reſcriptum mandans aliquem abſolui
præſtita ſatisfactione, intelligitur atque ita interpretatur
cautione de ſatisfaciẽdo præſtita;vt conueniat iuri commu-
ni.Et ſcribit Baldus in l. prima.num.6.ff.de conſtit.princip.
4 præſumi nõ placere principi † niſi quòd verum & iuſtum eſt,

atque ita omnia reſcripta intelligi debere cum iuſtitia. Et ſi
5 princeps † aliquid dat vel confirmat debet intelligi, ſaluo
iure tertij. Et Baldum ſecuti ſunt Iaſon ibidem numero ter-
tio. & Felinus in dicto cap. cauſam quæ. num. 5. de reſcript.
Idem Baldus in l. monumenta. C. de legatis. Decius in conſ.
cclxxj. nu. 1. Marſilius ſingu. cccclx. Curtius Iunior in conſi.
clxxiiij. num. 21. Neuizanus inter conſilia Bruni, in conſilio
duodecimo, numero 131. & num. 136. Alciatus in tract. de
6 præſump. reg. iij. præſump. xj. Et reſcripta † principum redigi
oportere ad diſpoſitionem iuris cõmunis, quo ad fieri poſſit,
ſcripſerunt Roma. in conſi. cccxxxiiij. nu. primo. Felinus in
d. cap. cauſam, quæ. num. 6. de reſcript. & in rub. de re iudica-
ta. num. 1. Iaſ. in l. iij. num. 8. ff. eod. Et propterea reſpondit
Romanus in dicto conſilio cccxxxiiij. Et quod reſcriptum
7 † mandans quendam non audiri, niſi prius pareat iudicato,
interpretatur, niſi appellatio fuerit ab ea ſententia interpoſi-
ta. Hinc Bologninus in conſi. vj. col. ix. verſi. nam licet prin-
ceps, reſpondit, declarationem à principe factam, quod ſua
in conceſſione vti voluerit clauſula decreti annullatiua, in-
telligi factã ſine præiudicio iuris tertij. Accedit his Baldus
in l. ex facto. in prin. ff. de vulg. & pup. ſubſti. qui ſcripſit, reſ-
8 cripta † principum ita debere interpretari vt nemini iniuriã
faciant. Quod procedit etiam impropriando verba reſcri-
ptorum. Ita Compoſtella. in c. cauſam, quæ, de reſcr. & ibi-
dem omnes. & reſpondit Decius in conſi. xj. nu. 4. & in conſ.
cclxxxvj. in fine. Curtius Iunior in conſi. cxlij. nu. 3. Imò fal-
9 ſum potius præſumitur † reſcriptum, quàm quod voluerit
princeps tollere ius. Ita docuit Abbas in cap. ex parte, lib. ſe-
cundo, in fine. ff. de off. delegat.

Extenditur primò, vt locum habeat hæc præſumptio, etiã
10 in reſcripto verbis † generalibus concepto. Nam adhuc
præſumitur conceſſum ſecundum legis diſpoſitionem, ne
ſcilicet ius tertij lædatur. Ita ſcriptum reliquit Alciatus in
tract. de præſump. reg. iij. præſump. xj. nume. 2. ex ſententia
Comenſis in conſi. clviij. in primo dubio, qui reſpondit, Vi-
11 carium † imperialem, ex quauis generali facultate à Cæſare
ſibi conceſſa, non poſſe auferre ius iam alteri quæſitum.

12 Extenditur ſecundò, vt procedat † prædicta præſumptio,
etiamſi ius tertij, vel alteri quæſitum, veniret in quandam
conſequentiam iuris ipſius principis, ſicuti exemplum ad-
ferri poteſt in remiſſione delictorum. Nam etſi pœna delicti,
quæ pro aliqua parte defertur accuſatori, vel læſo, pendeat
ab ipſo delicto, à quo cauſata eſt; attamẽ, ſi princeps remittit
13 † atque ita delet commiſſum delictum, non præſumitur re-
miſſa pœna ipſi læſo delata. Ita cenſuit in ſpecie Alciatus in
d. præſump. xj. num. 3. poſt Felinum in cap. ſuper eo. num. 5.
de off. delega. & Iaſonem in l. venia. num. 6. C. de in ius voc.
Quibus nunc addo Ruinum in conſi. clxvij. num. 20. lib. j. in
conſi. xiij. nume. 2. in conſi. lx. nu. 7. & in conſi. cliij. nume. 4.
lib. v. Decius in d. l. venia. in fi. & eundem in conſi. ccccxx.
nu. 3. & in cõſi. ccccclxx. nu. 4. Gomez. in § pœnales. nu. 29.
in init. tit. de actio. Pariſium in conſi. j. nu. 41. lib. iiij. Grãm.
in conſ. xxxiij. nu. 2. in criminal. & in voto vlt. Huc pertinet
quod ſcribunt Bar. & reliqui in l. Gallus. §. & quid ſi tãtum.
14 ff. de liber. & poſth. quod licet reſtitutio deportati † à prin-
cipe facta, reſtituat atque reponat reſtitutum illum in priſti-
num ſtatum, tam quo ad honores, quàm quò ad bona l. j. l. ij.
15 & l. vlt. C. de ſentent. paſſ. Attamen reſtitutus ille, nõ † recu-
perat bona medio tempore in alium tranſlata; cum illi cen-
ſeatur iam quæſitũ ius, quod auferre principem noluiſſe, lex
præſumit. Et traditionem hanc probarũt multi, quos recen-
ſui in conſi. clxxxvj. nu. 10. & 11. Et illis addo Iaſ. in l. vlt. nu.
16. ff. de conſti. princip.

16 Extenditur tertiò, vt non præſumatur † principem reſcri-
pſiſſe in præiudicium, etiamſi reſcripto adiecta ſit clauſula,
ex certa ſcientia. Ita Marſi. in ſing. cccclx. Princeps, poſt Ca-
ſtren. & Alex. quos commemorat.

Extenditur quartò, vt procedat etiam quando princeps
17 reſcribit † ad fauorem piæ cauſæ. Nam adhuc non præſumi-
tur voluiſſe præiudicare tertio. Ita poſt Alexandrum, Iaſo-
nem & alios reſcripſit Gomez. in commentariis ad regulas
cancellariæ. de tollendo iur. quæſito. q. j. col. ij. quos ſum ſe-
cutus in conſi. xxxvj. nu. 54.

Declaratur primò, vt non procedat hæc præſumptio
18 † quando in ipſo reſcripto & conceſſione principis dicere-
tur; non obſtante iure & præiudicio tertij. Nam tunc cenſe-
retur etiam ipſi tertio voluiſſe præiudicare.. Quod quidem
intelligitur in leuibus, non autem in his, quæ ſunt maximi
ponderis & præiudicij. Ita probat. d. l. ij. §. ſi quis à principe.
ff. ne quid in loco publ. gloſſa. in l. ſed cum ab hærede. ff. ad
S. C. Trebell. & in cap. cum olim. de cõſuetud. vbi Geminia.
Et idem ſcripſerunt Cardinal. in cap. mãdatum. in vj. notab.
de reſcript. Alexan. in l. iij. §. ſi is, qui. ff. quod quiſque iuris.
communem eſſe opinionem teſtatur Ruin. in conſi. xij. nu.
24. lib. iij. & in conſi. clxiij num. 21. lib. v. Bolog. in conſi. vj.
colum. ix. verſi. nam licet princeps, egregiè Iaſon in l. vlt. nu.
24. ff. de conſtit. princip. Felin. in cap. ſuper eo. colum. vltim.
verſi. & iſta ampliat. de off. deleg. Gozad. in conſi. v. nu. 16.
Soc. Iunior in conſi. lxxvij. num. 126. lib. j. & Alciatus in d.
tract. de præſumptionibus. reg. iij. præſump. xj. num. 4. Hæc
tamen declaratio intelligitur, niſi huic clauſulæ, nõ obſtante
&c. adiecta ſit alia clauſula ex certa ſcientia. Nam tunc
19 præſumitur † principem voluiſſe præiudicare tertio in rebus
magnis. Ita reſponderunt Ruinus in conſi. xij. num. 24. libr.
iij. in conſi. lxxxvj. numero octauo, & in conſi. clxiij. nu. 21.
libro v. & Gozad. in conſi. v. num. 16.

20 Declaratur ſecundò, vt non procedat quò ad † ius quæ-
rendũ ſpe non approbata. Nam tunc præſumitur, quod prin-
ceps ipſe voluerit præiudicare etiam tertio, ex quo non dici-
citur verè & propriè ius quæſitũ. ita Angelus in conſ. ccxcij.
D. Papa; quem ad rem hanc recenſet & probat Alciatus in d.
præſump. xj. numero 5. Et his accedunt à me relati in conſi.
xx. numero 39. in conſi. clvij. numero 24.

Declaratur tertio, vt non procedat, quando eſſet † ius
21 quoddam contingens & non ordinarium. Ita ſcripſit Alcia-
tus in d. præſump. xj. num. 4. verſi. & facit, quod auctoritate
Signoroli, inter conſilia Baldi in conſi. lxxj. caſus talis eſt,
22 commune & homines lib. j. dum reſpondit, † conceſſionem
principis de conſtruendo molendino, præſumi factam etiam
ad præiudicium eius, qui habet aliud molendinum. Quam
traditionem ſecuti ſunt alij plures relati à Ripa in l. quomi-
nus. num. 82. de flum. & ſi ipſe Ripa diſſentiat.

Declaratur quartò, vt locũ non habeat præſumptio hæc,
quando aliàs reſcriptum, vel conceſſio principis nil opera-
23 tur. Nam tunc, vt aliquid operetur, præſumitur, † voluiſſe
tollere ius tertij. Ita Poſt Calderinum, Felinum & Decium,
quos recenſet, ſcribit Alciatus in d. præſump. xj. numero
ſexto & dicemus aliqua infra libr. vj. in præſumpt. vj. in pri-
ma illatione. Et confert quod poſt Caſtren. in conſi. cclxxx.
In facto præſenti. libro primo docuit Alex. in l. quamquam.
num. 5. C. de teſta. milit. cùm dixit, quod etſi regulariter non
præſumitur principem vti plenitudine poteſtatis, attamen
locum non habet, quando reſcriptum nihil operatur. Hæc
tamen declaratio intelligitur, vt ſatis ſit, ſi illud reſcriptum
aliquid modicum operetur. Ita Bald. in cap. j. §. ſacramenta.
de pace iura. firma. in vſibus feudo.

Declaratur quintò, vt non procedat præſumptio hæc,
24 quando † conſtat de enixa voluntate principis volentis præ-
iudicare tertio. Ita gloſſ. in d. leg. ſecunda. §. ſi quis à princi-
pe. ff. ne quid in loco pub. quam quidem in ſpecie ſecuti
ſunt multi, quos ſtatim recenſebo, & præſertim Alciatus in
d. præſump. xj. numero ſeptimo. Porro enixa principis vo-
25 luntas conijcitur, † quando certa ſcientia, vel motu pro-
prio conceſſit atque reſcripſit. Ita Bartol. & Ioan. à Platea
in leg. prima. C. de petit. bono. ſubla. lib. x. Socin. Sen. in
conſi. iij. nu. 11. libro tertio, & Alciatus in d. præſump. xj. in
fine. Et his accedũt Io. de Anna. in conſi. lxxxj. Alex. in cõſ.
ccxvj. num. 24. lib. ij. Corneus in conſi. lxxxiij. col. penult. &
in conſi. clxxxix columna ſecunda lib. iiij. Ruinus in conſil.
clxxv. nu. 22. & in conſi. ccxxix. nu. 2. lib. j. Decius in conſi.
ccclxxiij. nu. 7. & apertius in conſi. cccxc. nu. 14. Curtius Iu-
nior in conſil. clxxiiij. nu. 11. Gozad. in conſil. viij. nu. 43. in
conſi. ix. nu. 32. & in conſi. xiiij. col. vlt. & Gramma. in conſi.
xcix. nu. 29. & in conſi. cx. nu. 10. in ciuilibus. Idem de clau-
ſula motus proprij, in ſpecie reſponderunt Socinus Senior
in d. conſi. tertio, numero vndecimo libro tertio, & Decius
in conſi. cxxxvij. nu. 2.

Cæterùm à prædicta Doctorum opinione diſſentiunt
26 multi, qui ſcribunt, imò clauſulam † ex certa ſcientia non
operari in præiudicium tertij. Ita ſibi parum conſtans Bart.
in l. vlt.



in l. vlt. nu. 2. C. de loca. prædio. fiſca. lib. xj. Roman. in conſ.
ccxcviij. num. ſecundo. Alex. in conſi. iij. nu. 7. lib. v. Felinus
c. nonnulli. nu. 12. in fine de reſcrip. & in cap. cauſam, quæ.
nu. 12. de teſtib. Socin. Sen. in conſi. cccij. num. 6. lib. ij. & in
conſi. lxiij. nu. 7. & in conſi. cxx. nu. 5. lib. iij. Ruinus in conſi.
lxxj. col. ij. lib. iij. Iaſon in l. vlt. num. 16. ff. de pactis. Decius
in conſi. cccclxviij. numero. 21. & in conſi. lxvj. col. vlt. Curt.
Iun. in conſi. clxx. nu. 32. Pariſius in conſi. j. nu. 83. & in conſ.
xj. col. pen. lib. j. Gozad. in conſi. lxij. col. vlt. & Gramma. in
27 deciſ. cv. nume. 1. idem de clauſula motus proprij, vt † nihil
operetur contra tertium, tradunt per multi longa ſerie con-
geſti ab Antonio Gabriele in libro ſexto concluſionum. in
tit. de clauſulis. concluſ. ij. nu. 8. Conciliat prædictas opinio-
nes Alciatus in d. præſump. xxj. in fine, vt ſcilicet illa prima
opinio vera ſit & procedat, duobus concurrentibus. nempè
quod princeps ſciuerit, vel ſcire potuerit, agi de præiudicio
tertij; Et quod agatur de his, quæ ſunt poſitiui iuris: His nõ
concurrentibus locum habet (inquit Alciatus) contraria
opinio, Niſi adeſſet (ſubiungit idem Alciatus) etiam clau-
ſula de plenitudine poteſtatis. Nam tunc nil opponi poteſt,
quominus conceſſio ſuum effectum ſortiatur: ſecũdum Bal-
dum in l. ij. C. de ſeruit. & aqua. Caſtren. in conſi. ccccxvj. In
facto præſenti non intendo adulari. num. 5. lib. j. & Alexand.
in l. quamquam. nu. 4. C. de teſta. milit.
Conciliato hæc non parum dubia mihi videtur. Nam quò
ad primum caſum, dicimus Doctores penè omnes loqui,
quando agitur de his, quæ ſunt iuris poſitiui, ex quo faten-
tur, vt ſuperiore caſu diximus, quod in his, quæ ſunt iuris
28 † diuini, vel naturalis, vel gentium, nil poteſt Princeps.
Non ergo conuenit hic caſus menti ipſorum Doctorum.
Præterea nec quò ad ſecundum caſum, vera eſt conciliatio
Alciati: cum clauſula illa de plenitudine poteſtatis, nil etiã
operetur in præiudicium tertij. Ita ipſemet Baldus in l. ij.
numero 24. C. de ſeruit. & aqua, quem ſua pro opinione
citauit Alciatus. Et idem quod Baldus ſcripſerunt Corneus
in conſil. clxxxix. colum. pen. libro iiij. Iaſon in l. ex facto.
in quarto notab. ff. de vulg. & pup. ſubſt. Gozadin. in conſ.
quinto. columna tertia. Ioan. Iacobus de Leonardis inter
conſilia Bruni, in conſil. cxvij. numero 303. & Crauet. in
conſilio ccxcvj. numero tertio, & in Tracta. de antiq. tem-
po. in ſecunda particula primæ partis principalis. numero
40. qui hoc locum maxime habere intelligunt, quando ius
tertij deſcendit à iure diuino, naturali, vel gentium.

Altera eſt conciliatio, quam fecerunt Ruinus in conſil.
xij. num. 24. lib. iij. & Socin. Iunior in conſilio lxxvij. nume.
126. libro j. quos ſecutus eſt Anton. Gabriel in libr. vj. con-
cluſionum. in tit. de clauſulis. in concluſ. j. nu. 9. vbi eiuſdem
opinionis, recenſet Afflictum in commentariis ad Conſtitu-
tiones Neapolitanas. Quod aut agitur de modico præiudi-
cio, & tunc locum habet communis opinio, quod ſcilicet
voluerit princeps præiudicare tertio, ob clauſulas, ex certa
ſcientia, & motu proprio. Aut agitur de magno, & graui
præiudicio. Et tunc clauſulæ illæ nil operantur. Et hoc ca-
ſu procedit ſecunda illa opinio. Et hæc quidem conciliatio
ſatis probabilis eſt: etſi Doctores, qui communem tuentur,
abſolutè fere omnes de quouis præiudicio loquantur. exci-
pit Felinum in d. cap. nonnulli. nume. 13. verſicul. ſecundus
caſus eſt. de reſcript. qui pariter intellexit prædicta, quando
agitur de modico præiudicio.

## PRAESVMP. X.

Quando princeps præſumatur iuſtis de cauſis ali-
quid feciſſe, vel conceſſiſſe, copioſa & diligens ex-
plicatio.

### *SVMMARIVM.*

1 *Princeps aliquid faciens vel concedens, præſumitur iuſtis cum cauſis.*
*Eaque præſumptio, non admittit probationem in contrarium. numero 2.*
3 *Princeps dicitur loqui per os Dei.*
4 *Princeps Deus dicitur inter homines ſecundum Ariſt.*
5 *Veritate non mendacio Princeps mentri dicitur.*
6 *Princeps cognoſcens de cauſa, dicitur cognoſcere tanquam Deus.*
7 *Princeps talis præſumitur, qualis de iure eſſe debet.*
8 *Princeps iuſtitia plenus, non præſumitur velle plus quam velit lex.*
9 *Principis mens præſumitur talis, qualis lex eiuſque ratio.*
10 *Princeps ea quæ iuris poſitiui ſunt, liberè & abſque cauſa tractare poteſt.*
11 *Princeps ſine cauſa iuſta, non poteſt quæ ſunt iuris diuini, naturalis vel gentium.*
12 *Reſtitutio relegati, etiam ſine cauſa fieri poteſt.*
13 *Pœnam delicti Princeps ſine cauſa remittere poteſt.*
14 *Iuriſdictionis conceſſæ reuocatio à principe ſine cauſa fieri poteſt.*
*Idem in priuilegij reuocatione. num. 15.*
*Niſi per modum contractus ſit conceſſum. nu. 16.*
17 *Statutorum derogationem Princeps pro ſua voluntatis arbitrio facere poteſt.*
18 *Pontifex ſummus, in beneficialibus, plenam & liberam dicitur habere facultatem.*
19 *Papa etiam ſine cauſa poteſt auferre beneficium ab eo cui contulerat, aliquib. tamen diſſentientib. num. 20.*
21 *Pontifex diſpenſare poteſt, vt quis plura beneficia incompatibilia retineat, etſi aliqui diſſentiant. num. 22.*
23 *Penſio exceſſiua, à Pontifice modificata, ex iuſta cauſa modificata præſumitur.*
24 *Cauſa iuſta conceſſionis à principe facta, non præſumitur, quando agitur de facto alieno, eiuſque magno præiudicio.*
*Niſi Princeps de eo optimè ſit informatus. nu. 25.*
26 *Cauſa iuſta in Principe non præſumitur, quando res & negocium verſatur cum non ſubdito Principis.*
27 *Princeps non ſubdito, nequit præiudicare.*
28 *Princeps contrahendo cum non ſubdito, non fruitur priuilegiis principatus.*
29 *Priuilegium conceſſum non ſubdito, Princeps non reuocat.*
30 *Contractui celebrato cum non ſubdito, tenetur Princeps ſtare.*
31 *Principis ab expreſſa aſſertione recedimus, quando de veritate in contrarium conſtat.*
32 *Cauſa iuſta ceſſat in Principe, concedente aliquid ad partis inſtantiam.*
*Et quæ eius ratio. nu. 33.*
34 *Cauſa iuſta in principe non præſumitur in his, quæ ſunt iuris diuini, naturalis vel gentium.*
35 *Pontifex ſummus ſine cauſa diſpenſare non poteſt cum monacho, vt clauſtra exeat & vxorem ducat.*
*Et quod neque cum cauſa poſſit, volunt aliqui. nu. 36.*
37 *Diſpenſationem ſuper matrimonio contracto per verba de præſenti, non niſi iuſtis de cauſis concedit Pontifex.*
38 *Matrimonium etiam copula carnali conſummatum, iuſtis de cauſis à Pontifice diſſolui.*
*Et quæ ſint cauſæ iuſtæ. num. 39. 42. & 44.*
40 *Nuptiæ inter impares contractæ apud Romanos illegitimæ habebantur.*
41 *Amicitia quæ proficiſcitur à diſſimilibus, dura eſt, & aſpera.*
45 *Diſpenſatio matrimonij ſanguine coniunctorum, non niſi magnis fit de cauſis.*
46 *Diſpenſatio vt liceat exercere fœnus, concedatur.*
47 *Diſpenſare ſuper quinto præcepto, quando Pontifex poſſit.*
48 *Ius tertij ſine iuſta & legitima cauſa auferri non poteſt.*
49 *Contractum reſcindere, aut reuocare, Princeps ſine cauſa iuſta nequit.*
50 *Feudi conceſſionem, non poteſt Princeps niſi iuſta cum cauſa reuocare, & maximè ſi ſit antiquum. nu. 51.*
52 *Cauſa iuſta in principe non præſumitur, ſi quid faciat eorum, quæ ſine cauſis iuſtis facere non poſſet. Alia refertur opinio. num. 55. Textia Alciati. nu. 58.*
53 *Cauſa iuſta non præſumitur in principe, qui ſententiam parte non citata tulit.*
54 *Princeps quando priuatæ perſonæ æquiparetur.*
56 *Principis de poteſtate diſputare nefas eſſe, quomodo accipiendum.*
58 *Cauſam iuſtam vel iniuſtam non allegans Princeps, quo caſu pro eo non præſumatur.*
59 *Lucem odit qui male agit.*
60 *Cauſa minus idonea à Principe allegata, tollit eam, quæ pro ipſo erat, præſumptionem.*
61 *Solemnitas intrinſeca ob temporis antiquitatem præſumitur, & quando ceſſet ea præſumptio.*
62 *Principe allegante cauſam iuſtam, & legitimam, præſumptionem eſſe pro ipſo, vult Alciatus, cuius opinio refutatur. num. 63.*

64 *Principis aſſertioni creditur in antiquis, etiam quo ad ea quæ ſine cau-
ſa iuſta facere non poſſet.*

QVae ſuperiore præſumptione ſcripſimus, effi-
ciunt, vt hoc in loco diſſeramus, quando prin-
ceps præſumatur aliquid egiſſe iuſtis de cauſis.
Quam quidem tractationem ſatis diligenter
explanauit eruditiſſimus Alciatus, in tracta. de
præſumptionibus. reg. iij. præſump. viij. Nos tamen adiicie-
mus aliqua nõ contemnenda. Dicimus itaque, præſumptio-
1 nem iuris eſſe, quod quando princeps † aliquid facit, vel
concedit, præſumatur id facere vel concedere iuſtis de cau-
ſis. Ita cenſuit gloſſa in l. relegati. C. de pænis; & probant c.
cum à nobis. in fi. de teſtib. & clem. vnica. de probat. & , præ-
ter Alciatum præcitato in loco, idem ſcripſerunt Cynus in
l. reſcripta. C. de precib. Imp. offeren. Roman. in conſil.
cclxix. numero 28. & in conſil. ccccxxxvj. numero 19. qui
2 dixit, hanc præſumptionem † non admittere probationem
in contrarium. Marſilius in l. de vno quoque. numero 14.
de re iud. & in ſing. vj. Gramm. conſil. cx. numero 17. in ci-
uilibus.

Et huius præſumptionis ea videtur eſſe ratio; quia prin-
3 ceps † dicitur loqui per os Dei, à quo delegatus eſt iudex
in terris; vt inquit Iuſtinia. in auth. de hæred. & Falc. in prin.
& tradit Barb. in conſi. xxiiij. col. j. libr. ij. & in conſi. j. colu.
iij. lib. iij. Et Ariſtoteles libr. iij. polit. c. ix. dixit, principem
4 † eſſe quaſi Deum quendam inter homines. Et quemadmo-
dum Deus eſt ipſa veritas. c. cũ eſſes. de teſt. & habetur apud
5 Matthæum: Ego ſum lux, veritas & vita. Ita etiam † veritate
moueri præſumitur princeps, non autem mendacio, vt ſcri-
pſit Soc. Iun. in conſi. lxix. numero 20. lib. j. Hinc quoq. di-
6 cimus, quod quando princeps † cognoſcit de aliqua cauſa,
dicitur cognoſcere tanquam Deus, ſicuti tradunt Dec. in
conſi. cccclxiij. in fi. Bellonus in conſi. lxiij. num. 7. Gramm.
deciſ. lxij. nu. 30. & Crau. in conſi. cccxviij. col. iiij. Huc etiã
7 facit quod dicimus, † principem talẽ prȩſumi, qualis de iure
eſſe debet. Ita Calc. in conſ. cxx. nu. 9. Iaſ. in l. cauſas. nu. 6. C.
de tranſact. & in cõſi. lvij. col. pen. lib. iij. Caſſan. in cõſ. lxiiij.
nu. 26. Gramm. in conſ. xxxiiij. nu. 3. & in conſ. xlv. nu. 33. in
crim. Neuiz inter cõſilia Bruni in conſ. xij. nu. 8. Huc quoq;
pertinet quod ex aliorum ſententia ſcripſit Craue. in conſil.
8 ccliij. num. 4. principem † præſumi iuſtitia plenum. Et pro-
pterea præſumitur, quod nil plus velit quam lex ipſa vult, vt
ſcripſerunt Calc. in d. coſi. cxx. nu. 8. Dec. in cõſi. cccclxxx.
nu. 2. & Goz. in conſi. cx. num. 10. Et talis præſumitur mens
9 † principis; qualis eſt lex, & eius ratio, vt poſt alios reſpõdit
Dec. in conſi. lxiiij. nu. 7. Eſt itaque vera hæc ſententia, præ-
ſumi in dubio, principem eſſe motum iuſtis de cauſis, ad ali-
quid agendum, vel concedendum. Cæterum, cum multa ſint,
quæ magnam mouere poſſunt dubitationem, & quo clarius
omnia eluceſcant, diſtinguẽdi atq; ita conſtituendi ſunt duo
10 caſus. Primus eſt, cum agitur de his, quæ iuris poſitiui † ſunt:
quæq; pertractare poteſt princeps libere, etiam ſine cauſa.
Secundus eſt caſus, cum agitur de his, quȩ non ſunt iuris po-
ſitiui, ſed vel diuini, vel naturalis vel gentium, & quæ facere
11 † non poteſt princeps, ſine iuſta & legitima cauſa. Primo in
caſu, adferri poſſunt varia exempla eorum, quæ princeps ſæ-
cularis facere poteſt ſine cauſa: illud primũ ſit, in reſtitutio-
12 ne relegati, quã princeps laicus facit. Illa enim † fieri poteſt,
etiam ſine cauſa. l. j. C. de ſen. paſſ. reſt. & toto tit. C. de abo-
lit. & tradunt Iſernia & Afflict. in c. j. in verbo, cõmittentiũ.
in tit. quæ ſint regalia. Boſſ. in Tract. cauſarum crimina. tit.
de remediis ex ſola Clementia principis. nu. 23. Eſt & ſecũ-
dum exemplum iam relato maxime proximum, cum prin-
13 ceps laicus tollit pȩnam delicti. Eam ſanè remittere † libere,
atque ita ſine cauſa poteſt. l. diui fratres. ff. de pænis. l. reſcri-
pta. & ibi omnes. C. de precib. Impe. offe. Quod ſanè exem-
plum locum etiam habet in principe eccleſiaſtico, ſicuti in
Pont. Max. qui poteſt libere remittere pænas infligendas
conuictis de crimine, vt egregiè reſponderunt Decius in
conſi. cxxxvij. num. 3. & fuſius Pariſ. in conſil. j. numero 2. 3.
& 4. libr. iiij. & qui principe laico, ſcribit poſt alios Boſſ.
præcitato in loco, vbi numero 24. & 25. affirmat, in Domi-
nio Mediolan. non conſueuiſſe principes remittere pænas
delictorum, niſi habita pace à læſis, & conſentiente ſenatu
ipſo Mediol. Adfertur tertium exemplum in reuocatione
14 adminiſtrationis, & officij ac † iuriſdictionis conceſſæ ab
ipſo principe; Eam enim liberè & ſine cauſa facere poteſt,
vt reſponderunt Brun. in conſil. xcvij. & Gram. voto xxviij.
15 Et de reuocatione † priuilegij, idem ſcripſerunt gloſſ. in c.
decet. de regu. iur. in vj. Bal. in conſil. ccccxxxix. Amplius.
colum. iij. verſicul. item & ſi domina regina. lib. iij. Alexand.
in conſi. clv. colum. vltim. lib. vj. Iaſ. in conſi. lvj. colum. vlt.
lib. j. & alios cõmemorat ac probat Crau. in Tract. de antiq.
temp. par. j. in prin. num. 55. qui intelligit, & rectè, niſi priui-
16 legium † conceſſum fuerit per modum contractus. Et idem
Crau. in conſi. cxxxv. num. 5. cui accedunt Gozad. in conſi. v.
numero 10. & 11. Afflict. deciſ. cxxviij. numero 10. & Soc.
Iun. in conſi. cxx. numer. 18. lib. ij. Quartum quoque hac de
re exemplum conſiderari poteſt in derogatione ſtatutorum
17 † quæ cum iuris poſitiui ſit, eam pro ſuæ voluntatis arbitrio
facere poteſt princeps. Ita Baldus in conſilio clxxxvij. In
cauſſa præſenti. col. ij. verſi. ſed quid ponamus. libro ij. quod
procedere etiam in ſtatuto iurato docuit Abbas in capit.
conſtitutus. de reſcrip. & reſpondit Gozad. in conſi. xxx. col.
ſecunda verſic. ſecundo caſu. & hos ſecutus eſt Crauet. in d.
tract. de antiq. tempo. in d. prima parte. nu. 39. Extat & quin-
tum exemplum in principe tamen eccleſiaſtico, nempè in
18 beneficialibus, in quibus ſummus Pontifex † habere dicitur
plenam & liberã facultatem. cap. per principalem. quæſt. iij.
vbi gloſſa. cap. inter quatuor. de maio. & obed. vbi Abbas.
cap. ij. princ. de præben. in vj. & clem. in fine. vt lite pend. Et
ſcribunt Calder. in conſi. xij. in tit. de reſcrip. Iaſon in l. Bar-
barius. nu. 25. ff. de officio præto. Io. de Selua in tract. de be-
neficio, parte iij. q. lx. in fine. Hinc ſcribit Baldus in l. reſcri-
pta. C. de precib. Imper. offeren. omnia beneficia eſſe Ponti
fici manualia, & obedientialia. Idem ſcripſit Barba. in tract.
de præſtan. Cardinal. parte prima. numero trigeſimoquarto.
19 Et propterea magis receptũ eſt apud noſtros, † Papam poſſe
etiam ſine cauſa auferre beneficium ab eo, cui contulerat.
Ita ſcripſerunt multi, quos commemorat Crau. in tracta. de
antiq. tempo. in ſecunda particula primæ partis princip. nu-
mero trigeſimoquarto. Habet tamen hoc exemplum mul-
20 tum dubitationis, cum alij plures ab ea † opinione diſſen-
tiant, affirmantes verius eſſe, Pontificem non poſſe pro ſua
libera voluntate, auferre beneficia iam collata. ſicuti hac in
opinione fuerunt Roma. in cõſi. cccxlv. & in cõſi. cccclxvij.
Barbat. in cap. quod tranſlationem. nume. 121. de offi. lega.
& in conſilio xiij. columna quinta lib. iij. Iaſon in l. vlt. colu.
ſecunda. verſicul. facit benè. C. ſi contra ius vel vti. publ. in
conſi. cxlv. columna prima & ij. & in conſi. ccxiij. col. v. lib.
ij. & in cõſ. xlvj. col. iiij. lib. iij. Ripa lib. j. reſp. cap. xiiij. col.
pen. Io. Selua in trac. de beneficio. parte tertia. q. lx. Coſmus
Gumyer in pragm. ſanct. tit. de electione. cap. licet dudum.
in verbo, reiecta. Brunus in conſi. viij. nume. 48. Io. Iacobus
de Leonardis inter conſilia eiuſdem Bruni in conſi. cxiiij. nu.
175. & Rebuffus in tract. nominationum. quæſt. xxj. nume.
55. Et horum ſententiã aliquando probaui in reſponſo à me
reddito pro canonicis Sancti Georgij in Alga. Rectius ita-
que adferri poteſt exemplũ quod erit ſextum, in conceſſione
ſeu diſpenſatione pluralitatis beneficiorũ. Nam etſi aliqua
beneficia inter ſe incõpatibilia ſunt: attamen ſummus Pon-
tifex liberè poteſt diſpenſare. Sunt quidem beneficia à lege
ipſa diuina inſtituta, vt legitur Numeri cap. xviij. ibi, *Filijs au-
tem Leui dedi decimas Iſrael in poſſeſſionem pro miniſterio quo ſeruiuit
mihi.* Et Lucæ cap. x. *Dignus eſt mercenarius mercede ſua.* Et in
capit. cum ſecundum, de prȩben. ex Apoſtolo, *qui altari ſeruit,
de altari viuere debet.*

Cæterùm ipſa beneficiorum pluralitas lege poſitiua pro-
hibetur. capitu. quia nonnulli. de cleric. non reſid. & capitul.
21 de multa. de præben. Poteſt ergo Pontifex † libere diſpen-
ſare, vt plura beneficia incompatibilia quis retineat. Id quod
ſatis probatur in capitul. dudum. libro ſecundo, de election.
in d. capit. de multa. in fine. de præben. in capitul. ordinarij.
de off. ordina. in vj. & in capitul. primo de conſuetud. in vj.
Et his in locis tradũt ſcribentes. Non ignoro tamen, aliquos
22 fuiſſe ea in opinione, quod imò † Papa non poſſit ſine cauſſa
diſpenſare ſuper pluralitate beneficiorum. Ita ſanè cen-
ſuit Abbas in capitul. cum in cunctis. numero 12. in capitul.
dudum. numero ſeptimo, & in cap. cum ad monaſterium. nu.
5. de



5. de elect. Anchar. in capitul. in cauſſis in iij. notab. de re
iudic.
23 Septimum eſt exemplum in penſione † exceſſiua à Ponti-
fice modificata, quæ præſumitur modificata ex iuſta cauſſa.
Ita reſpondit Roman. in conſilio ccclxxxix. numero vigeſi-
mooctauo. quem ſecuti ſunt Cacialupus in tract. de penſio-
nibus. q. 7. nume. tertio. & Gigas in tract. de penſionibus. q.
xxxv. nume. 7.

Hoc itaq; primo in caſu, (vt ad rem noſtram tandem ve-
niamus) vera eſt & recepta ſententia, præſumi pro ipſo prin-
cipe ſiue eccleſiaſtico ſiue laico, vt ſcilicet quod fecit vel
conceſſit iuſtis cauſſis fecerit vel cõceſſerit. Ita intelligi de-
bet traditio gloſſæ in d. l. relegati. ff. de pænis. & apertius
tradit Alciatus in d. trac. de præſump. regul. tertia, prȩſump.
viij. Et in his principis aſſertio præſumptionem pro ſe ha-
bet, vt ſcribunt multi commemorati à Craue. de antiq. tem.
par. j. in initio nume. 14.

Declaratur nunc primò hic caſus, vt non procedat, quan-
24 do † agitur de facto alieno eiuſque magno prȩiudicio. Nam
tunc non præſumitur hæc iuſta cauſſa in principe. Ita docuit
Areti. in capitul. cum à nobis. de teſtibus cùm dixit, diſpo-
ſitionem clem. prima. de probat. quȩ eſt, quod aſſertio prin-
cipis præſumptionem faciat, non habere locum, quando
agitur de facto alieno, eiuſque magno præiudicio. Et idem
quod Aret. ſcripſerunt Soc. Sen. inter cõſilia Curtij Sen. in
conſ. xx. col. v. verſ. ſed ad hanc obiectionem. & in conſ. xxj.
quod eſt collegij Florentini. colum. xj. verſ. ſed diceret ali-
quis, quos quidem ſecutus eſt Craue. in tracta. de antiquit.
tempor. in tertia particula tertiæ partis principalis. nu. 9. &
illis accedunt Ruinus in conſi. xlj. num. 12. lib. j. Pariſius in
conſ. ſexageſimoſeptimo numero 28. libro iiij. Alciat. reſp.
clxix. numer. 10. & Gramma. deciſ. ciij. numero 227. Quam
quidem declarationem intelligit Crauetta præcitato in lo-
25 co. niſi † princeps eſſet optimè de facto hoc alieno infi ma-
tus. Et huius ſententiæ auctores citat Alex. in conſ. xv. lib. v.
& Curt. Sen. in conſ. 50. col. lxj.
26 Declaratur ſecundò, vt non habeat locum quãdo † res &
negotium verſatur cum non ſubdito principis. Nam tunc
non præſumitur iuſta cauſſa in principe. Ita in ſpecie ſcri-
pſerunt Abbas in capit. cum à nobis, columna ſecunda de
teſtib. & in capit. inter quatuor. de maio. & obed. Soc. Sen.
in conſilio cxx. columna octaua. libro tertio, & in dicta l. ſi
teſtamẽtum. columna ſecunda. C. de teſtam. Alciatus in tra-
cta. de præſump. regul. iij. præſump. octaua in fine. & Craue.
in dicto Tractat. de antiq. tempo. in tertia particula primæ
partis principal. numero decimo. Et ratio eſt, quia ſicut nõ
27 ſubdito, præiudicare † princeps non poteſt, ita nec aliquid
agere vel aſſerere, quo præſumptio inducatur contra ipſum
nõ ſubditũ. Et ratio rationis eſt, quia illa bona præſumptio,
quæ eſt pro principe, ex cauſa principatus prouenit, qui qui-
dem principatus ceſſat in perſonam non ſubditi. Et hinc di-
28 cimus, quod princeps † cõtrahendo cũ non ſubdito, nõ frui-
tur priuilegijs principatus, cũ eo caſu nõ cẽſeatur princeps,
ſed perſona priuata. Ita Pariſius in conſilio lxxxij. numero
51. lib. j. Et propterea ibidem Pariſius numero 46. reſpon-
29 dit, principem non poſſe reuocare † priuilegium conceſſum
non ſubdito. Et cenſuit Ruin. in conſ. xc. numero quarto li-
bro primo, & in conſilio cxxx. numero decimonono. libro
20 quinto. Principem non poſſe aliquo modo recedere † à cõ-
tractu celebrato cum non ſubdito, cum tunc non conſidere-
tur tanquam princeps, ſed vt perſona priuata. & idem ſen-
ſit Soc. Iun. in con. lx. nu. 16. lib. iij.

Declaratur tertiò, vt non habeat locum prædicta præ-
ſumptio, quando apparet contrarium eius, quod alioqui
in dubio præſumebatur. Nam tunc hæc præſumptio ce-
31 dit ipſius veritati; ſicuti recedimus ab expreſſa † aſſertione
principis, cũ de veritate in contrariũ conſtat. vt tradũt Soci.
Sen. in conſ. clxiiij. columna quinta verſ. ſed ad hanc obie-
ctionem, libro ſecundo, & alij, quos probat Crauet. loco ſu-
pra allegato. nu. vndecimo, qui nu. 12. declarat.

Declaratur quartò, vt procedat prædicta præſumptio,
qñ princeps aliquid egit ſua ipſa ſpõte, & motu proprio, ſẽ-
32 cus ſi ad partis † inſtantiam & poſtulationem. Nam tũc prȩ-
ſumptio iuſtæ cauſæ, quæ in principe eſſe ſolet, ceſſat. Ita re-
ſponderunt in ſpecie Roman. in conſ. ccccxxxvj. nu. 19. So-
cin. Sen. in conſilio cclxiij. col. pen. verſ. & ſi dicatur. libr. ſe-
cundo, & in conſ. lxij. col. vlt. lib. iij. Iaſon in l. ſi teſtamen-
tum. primo notab. in fine. C. de teſtam. & in conſilio cv. co-
lum. penul. lib. j. Gozadin. in conſilio quinquageſimo pri-
mo. colum. penul. Et hos ſecutus eſt Craue. in dicto tractat.
de antiqui. tempo. in ſecunda particula primæ partis princ.
nume. 23. Et illis accedunt Decius in l. ſi quis iniquam. in
prin. nu. quinto. ff. quod quiſq; iuris. & in capitul. quæ eccle-
ſiarum. numero 19. de conſtitut. & in cõſilio cccxlj. numero
quinto. Ruinus in conſilio xlj. nume. 23. & in conſil. clxxv.
num. 12. lib. j. Curtius Iun. in cõſilio clxx. numero 25. Marſ.
in ſing. ſexto, & Gramma. in deciſio. lxv. nume. 31. Et huius
33 ſentẽtiæ ratio eſt, quia per importunitatem † potius peten-
tium, & inſtãter requirẽtium videtur princeps facere, quàm
quod ita eſſe agendum ſentiat, iuxtà traditionem Bartol. ex
illo textu in l. j. C. de petit. bono. ſubl. lib. x.

Secundus caſus huius noſtræ diſputationis eſt; quando
agitur de his, quæ ſunt iuris diuini, vel naturalis, vel gen-
tium, quæ quidem non ſunt in libera poteſtate principum,
ſed eis permiſſa ſolum cũ iuſtæ extant cauſæ, Hoc ſane caſu
34 non præſumitur iuſta cauſa † in principe; vt mox dicemus,
ſed prius exempla aliquot hac de re adferemus.
35 Primum exemplum eſt in Pontifice maxi. qui † ſine cauſa
non poteſt diſpenſare cũ monacho, vt clauſtra exeat, & vxo-
rem ducat; cum cauſa verò poteſt; ſicuti ſcripſerunt Io. An-
dreæ in c. ſemel Deo. de reg. iuris in vj. Inno. in cap. cum ad
monaſterium. de ſtatu monacho. & ibidem Abb. nu. 21. alios
plures commemorat Decius in c. quæ in eccleſiarum. n. 13.
de conſtit. Quibus accedunt Iaſ. in l. ſi arrogator. nume. 5. ff.
de adoptio. Rubeus in conſil. cxlvij. num. 8. Ripa. in c. cũ M.
Ferrarien. nu. 76. de conſtit. Gozad. in conſ. lj. num. 18. Pari-
ſius in cõſ. lxviij. n. 148. & nu. 205. lib. iiij. Mãtua in cõſ. cxxj.
col. j. lib. j. & Portius Imol. in coſ. cliiij. num. 15. Et ex ſacris
Theologis idem affirmarunt diuus Thomas in iiij. Sen. diſt.
xxiiij. q. j. ar. iiij. Angelus Clauaſius in ſua ſumma in verbo,
matrimoniũ, impedimẽto xviij. nu. 2. Hẽricus Gandauenſ.
quodlibeto v. q. xxv. & q. xxvj. Ricardus in iiij. Sent. diſt. 34.
ar. ix. & ibidẽ Durandus. q. ij. & Paluda. q. iiij. & ibidẽ Sco-
tus. Eãdẽ probauit Caiet. ij. ij. q. lxxxviij. ar. x. Et bis obſer-
uatũ fuiſſe aliqui teſtãtur, Ita ſane obſeruaſſe dicitur, qui cũ
Raimiro Rege Aragoniæ diſpẽſauit, vt relicta religione re-
gnũ ſuſpiceret, & vxorem noĩe Vriacã cuius rei meminere
ex noſtris Anchar. in cõſ. cccxxxix. colum. iij. qui teſtatur, ſe
ita vidiſſe in Genealogia Regũ Aragoniæ, & ex hiſtoricis
Raphael. Vollater. lib. ij. Geographiȩ c. vlt. & ex Theologis
Paludanus loco iã citato. Idẽ pariter obſeruauit Cæleſtinus
tertius Põt. max. qui diſpẽſauit cum Cõſtantia filia Rogerij
Regis, vt religione deſerta nuberet Hẽrico ſexto Federici
Imperatoris filio, vt memoriæ proditum eſt ab hiſtoricis,
nempe à Platina in vita Cæleſtini. iij. à noſtris nẽpe à Io. Ba-
ptiſta à San. Seuerino in tract. de penſionibus. q. xix. n. 61. &
à Theologis nẽpe à Caietano in ij. ij. q. lxxxviij. ar. x. Diſſen-
tiũt tamẽ ab hac opinione multi, qui ſcripſerũt, non licere
36 † Põtifici, etiã cũ cauſa diſpenſare in voto cõtinentiæ. Ita ſa-
nè tradiderunt Alex. Alenſis in tertia parte ſuæ ſummæ. Di-
uus Bonauẽtura in iiij. ſent. diſt. xxxviij. in fi. Silueſter Prie-
rius in ſua ſumma in verbo, Votum. iiij. q. v. gl. in c. cum ad
monaſteriũ. de ſtatu monacho. Dom. Soto. in iiij. ſent. diſt.
xxxviij. quæſtio. vnica. articul. ij. columna tertia & idem li-
bro ſeptimo, de iuſtit. & iure. quæſtio. ſexta, articu. ſecundo,
columna antep. qui ita ſentire Diuum Thomam ſcribit. Ra-
tiones, & argumenta, quæ hinc inde adferuntur, hic non ex-
cutiam, quòd locus iſte non poſtulat.

Secundum eſt exemplum in diſpenſatione ſuper matri-
monio contracto per verba de præſenti. Hanc ſanè diſpen-
37 ſationem † non niſi iuſtis de cauſis concedere poteſt Põti-
fex maximus. Ita gloſſ. in cap. ex publico. de conuerſ. coniu-
ga. quam communi calculo receptam eſſe teſtatur Decius,
in cap. quæ in eccleſiarum. nu. 14. de conſtit. Et idem reſpõ-
derunt Soc. Sen. in conſ. xxviij. num. 8. libro primo. Decius
in conſ. cxij. colum. vlt. & in conſ. 137. numero 4. Gozad. in
conſ. lj. numero 17. Felinus in conſi. xxvj. nume. 19. 20. Cel-
ſus Hugo in conſi. cv, numer. 12. & Portius Imolen. in con-
ſil. cliiij. nume. 7. qui nu. 14. ex multorum ſententia ſubiun-
38 git etiã matrimonium copula † carnali cõſummatum, poſſe
iuſtis

iuſtis de cauſſis à Pontifice diſſolui. Et inter iuſtas cauſſas
concedendi hanc diſpenſationem,connumerari ſolet impa-
39 ritas†códitionis perſonarũ.vt in ſpecie reſpóderũt Soc.Fe-
linus,Decius,& Celſus Hugo præcitatis in locis. Et cõſide-
rari poteſt ratio,quod etſi inter conditione impares ſit ma-
trimonium quo ad ſacramentum:attamẽ quo ad leges ipſas
exiſtimatur minus legitimum: ſicuti & Leo Pontifex Max.
ſenſit in cap.non omnis.xxxij. quæſt. ij. Et Apud Romanos
40 nuptiæ † inter impares contractæ, illegitimæ habebantur
vt ſcriptum reliquit Boethius in commentarijs Topicorum
Ciceronis.

Hinc factum eſt,vt permulti viri ſapientiſſimi admonue-
rint, imò ſuis legibus conſtituerint, æquales eſſe ducendas.
Cleobulus Lyndius,vt in illius vita ſcripſit Diogenes Laer-
tius,iubebat,vxorẽ ex æqualibus eſſe ducẽdam. Et idẽ Dio-
genes de Chilone Lacedæmonio idẽ præcipiente memoriæ
prodidit. Idẽ auctor hoc tribuit Soloni & Pittaco Mityle-
no. Et huius rationis ratio ea eſt,quod ſumma illa beneuolẽ-
tia,mutua amicitia,cõcordia & familiaritas, quæ beatitudi-
nẽ quãdam inter virũ & vxorẽ parit,vt legitur Eccleſ.c.xxv.
& apud Ariſtotelem lib.2.Oeconomicon.c.iij.hęc inquã ab
ipſorũ coniugatorũ inæqualitate & diſſimilitudine deſtruũ-
tur. Nã quẽmadmodum(vt ſcriptum eſt Eccle.c.xiij.)omne
animal diligit ſimile ſibi:& omnis homo ſimilem ſibi:ita è
cõtra diſſimilia odio habẽt. Et teſte diuino Platone,lib.viij.
41 de legib.amicitia†quæ à diſſimilib.proficiſcitur,dura & aſ-
pera eſt. Eſt etiã iuſta cauſſa concedẽdi hãc diſpẽſationẽ ti-
42 mor†futuri ſcandali. Ita reſponderũt Feli.in conſ. xxvj. nu.
19.ver.vnde conſiderandũ eſt.& Port.Imolẽ.in d.cõſ. cliiij.
nu. 22.& nu.24.qui quidẽ conſiderarũt hoc futurũ ſcanda-
lũ,vel ob timorẽ fornicationis,vel ob inimicitias,quæ inter
coniugatos vel eorũ ſanguine coniunctos intercedere poſ-
ſunt. Iuſta quoq; cauſſa concedendi hanc diſpenſationẽ eſt,
43 qñ alter†coniugatorũ aſſerit,ſe non habuiſſe animum con-
trahendi. Ita Soc. Sen.in d.conſ.xxviij.nu.6.& 7.lib.j.& Fe-
li.in d.conſ.xxvj.col.vlt.ver.præterea dato. & vberius ſcri-
pſi in reſponſo reddito pro D.Camillo Guariento Veronẽ-
44 ſi. Poteſt etiam conſiderari iuſta cauſſa † ob ſterilitatem, vt
reſpondit Alciat.reſp. 21.nu.7.& 8.

Tertium ſit exemplum, in diſpenſatione ſuper matrimo-
45 nio†contrahendo inter coniunctos ſanguine,in tertio con-
ſanguinitatis gradu ( de diſpenſatione in primo & ſecundo
gradu non diſputamus, cum maximè hodie ex concilio ſa-
croſancto Tridentino ſeſſione xxiiij. cap. primo, omnis di-
ſpenſatio omnino prohibita eſt.) Hæc ſanè diſpenſatio ex
iuſtis cauſſis,& non aliter permiſſa eſt. Ita tradunt Anchar.
in conſil.ccclxxiij.& Didacus poſt alios in epitome de ſpõ-
ſalibus parte ſecunda,capit.ſextò.§.x.numero 7. 8. & 9. qui
commemorant exemplum Alexandri vj.Põtificis Max. qui
diſpenſauit cum Ferdinando Rege Siciliæ citra Farrum, vt
duceret Ioannam ſororem patrui ſui. Ita etiam magna & vr-
gens cauſſa requiritur,qua poſſit Pontifex diſpenſare,vt fra-
ter valeat ducere relictam fratris:ſicuti Iulius ſecundus di-
ſpenſauit cum Henrico 8.Rege Angliæ,vt poſſet ducere in
vxorem relictam Arturi fratris ſui. Qua de diſpenſatione,
quæ magnum alioqui religioni Chriſtianæ peperit exitium,
reſponderunt atque ſcripſerunt Decius in cõſi.dcij. Gratus
in conſilio j.lib.ij.Pariſi.in conſ.lxviij.lib.iiij.Goz.in con-
ſi.lj.Soc.Iun.in conſilio cxl.lib. ij. Caietanus in opuſculis
tomo tertio tract.xiij.& Didacus in epitome de ſponſal. in
ſecunda parte.c.vj.nu.9.10.& 11.

46 Quartũ eſt exemplum in†diſpẽſatione vt liceat exercere
fænus. Id quod altero de duobus modis poteſt intelligi. Pri-
mo cum Chriſtianis, data eis facultate hac. Quæ quidem di-
ſpenſatio nullo modo permiſſa eſt,vt tradunt Iaſon in l.cun-
ctos populos in repe.numero trigeſimoquinto. C. de ſum-
ma Trinit.& fide cathol.& ibidem Purpurat.& Alciatus li-
bro vj.parerg.iuris,cap.vigeſimo in fine. Nam repugnat lex
diuina.cap. ſuper eo,de vſuris. Repugnat etiam naturalis,vt
ſcripſi lib.de arbitrar.iudicum.

Secundo etiam modo poteſt intelligi hoc exemplum,nẽ-
pè in facultate cõcedendi Iudæis,vt poſſint mutuo dare ſub
fœnore Chriſtianis. Hoc ſanè caſu licet ipſi Pontifici Max.
iuſtis de cauſſis diſpenſationem hanc concedere. Ita cenſue-
runt Alexand. in conſilio primo & conſilio ſecundo & in
conſilio cviij.libro ſecundo. & Barba.in conſi.xvj.libr.iiij.
qui de eadem facti ſpecie interrogati,reſponderunt, Ponti-
ficem potuiſſe diſpenſare & facultatem concedere Duci
Mantuæ,vt ei liceret retinere Iudæos in ſua illa ciuitate, vt
ibi fænus exercerent. Et eandem opinionem probarunt Ia-
ſon in repe.l. cunctos populos. numero trigeſimoſexto. C.
de ſumma Trinit.& fide cathol. Decius in conſilio cxij.nu-
mero quinto.& Ioan. Baptiſta Ferretus in conſilio trigeſi-
moſeptimo. Diſſentiunt tamen ab hac ſententia Alexand.
de Neuo in conſilio xcvj. in conſil. 100. columna vltim. &
conſil. cj. & cij. Moderni. Pariſien. in commentarijs ad
conſuetud. Pariſien. titu.primo.§.primo,gloſſa.ix.numero
19.& Didacus libro iij.varia.reſolut.cap.j.numero 8.

Quintum eſt exemplum in diſpenſatione illius præcepti
47 Decalogi. Non occides. Nam Pontifici Max. licet † qui-
dem diſpenſare, ſed tamen quando adeſt cauſſa. Ita Felin.
& Decius in capitul. quæ in eccleſiarum.de conſtitutio. il-
le.numero tertio, hic numero decimoquarto, qui & alios
commemorant. Et ex Theologis copiosè & erudite diſſe-
rit Dom. Soto.libro v.de iuſtitia,& iure.quæſtio.j.articul.
quintus.

Sextum exemplum eſt tã principi ſeculari quã eccleſia-
48 ſtico cõmune,quando agitur de iure†tertij auferẽdo, quod
quidem ſine iuſta, & legitima cauſa auferri non poteſt. Ita
ſcribunt Anchar.in conſilio clvj. Viſo & examinato.libr. j.
Calder.& Butrius in capitul.poſt ceſſionem.de probat.Are.
in cap.quæ in eccleſiarum.de conſt.Alciatus in trac. de prę-
ſump.reg.iij.præſump.viij.nu.4.& ſcripſi in lib.j.de arbitr.
iudicum.&c.q. xlviij.nu.8.

Septimum exemplum eſt in reſciſſione contractus. Nam
49 illum†reuocare,vel ab eo recedere non poteſt princeps,ni-
ſi iuſtis de cauſis. Ita Bald.in c.j.§.ad hæc de pace iura.firm.
Caſtren.in l.digna.vox.C.de legib.Roman. in conſ. ccclij.
nu.24.& in conſ.ccccxxxvj.nu.16.Socin.Sen.in conſ.4. nu.
5.lib.3.& in eadem facti ſpecie, cum Socino idem reſpon-
dit Iaſon in conſ.227.col.viij.lib.ij.idem in l. ſi pecuniam.
nu.16.ff.de cond.ob cauſ.& in l.ſi teſtamentum.nu.5.C. de
teſta.Felinus in c.quæ in eccleſiarum.nume. 62. de conſtit.
Ruinus in conſi.xlj.col.j.lib.j.Decius in conſ.ccxcij.nu. 7.
in conſilio.dlxxx.in prin.cap.j.col.j.de probat. & in conſil.
xliiij. col.penult. in conſ.clj.numero decimo,& in conſilio
dcxxxix.numero quinto. Afflictus deciſ.cclxxxiij.nu.v. Ru-
beus in conſ.ccxxxij.nu.7.& in conſ.cxlvj. Alciatus in tract.
de præſum.reg.iij.præſum.viij.nu.5.Pariſius in conſ.lxxxij.
nu.49.& 30.libro primo.Socin. Iunior in conſilio lxxxiij.
nu.3.lib.j.& in conſ.lx.nu.16.lib.iij.Crauet.in conſi. clxxj.
numero vndecimo, & in tractat.de antiqui.tempo. in prima
particula quartæ partis princip.numero 20.Gramma. deci-
ſio.xv.in fine.Boer.q.cciij.nu.50. alios plures de induſtria
prætereo.

Octauum ſit exemplum valdè proximum præcedenti, in
50 conceſſione feudi,†quam reuocare non poteſt princeps,ni-
ſi iuſtis de cauſis.capi.j.de natura feudi;& præter citatos ab
Alciato in d.præſump.viij.nu.5. tradunt Curtius Iunior in
conſilio j.nume.29.& in conſi.cxlij.nume.7.Soc. Iunior in
conſil. lxvj.nu.13.lib.j.& in conſ.cxxvj.numero 17. lib. iij.
Craue.in conſi.cxxxv.nu.19.& in conſ.ccxlj.num. 6. Et hoc
51 maximè procedit quando feudum†eſt antiquum;vt ex recẽ-
tioribus ſcribunt Soc.Iunior in conſ.cxv.numer.10.libr.ij.
Craue.in trac.de antiq.tẽpo.in prima particula primæ par-
tis prin.nu.16.& Tiraq.in tract.de retractu cõſang.§. xxxij.
glo.j.nu.39. Non recenſebo hic plura alia exempla, quæ di-
ligens lector obſeruare facilè poterit. Hæc enim, quæ com-
memorauimus,ſatis ſuperque indicant, non licere principi
aduerſus ea,quæ vel diuinum, vel naturale, vel gentium ius
lædere poſſunt,quidquam agere, niſi iuſtis, & legitimis de
cauſis. Nunc ad rem noſtram propius accedamus.

Diſputatio eſt inter noſtros,an hoc ſecundo in caſu,quã-
do princeps aliquid agit eorum, quæ ſine cauſa facere non
poteſt,pręſumatur iuſtis de cauſis motus. Qua in re tres ſunt
interpretũ opiniones. Prima eſt, quæ & verior, & receptior
52 eſt,†iuſtam cauſam non præſumi. Ita hanc probarunt Ol-
drad.in conſil.ccxl, in quæſtione propoſita in ſecundo du-
bio,cùm dixit, quod nemo tenetur credere principi aſſe-
renti,Caſtrum ad ſe pertinere. Sentit ergo Oldradus, non
præſu



præſumi iuſtam cauſam in principe, alioqui eius aſſertioni
eſſet credendũ. Et clare ac in ſpecie hanc opinionem proba-
runt Baldus in cap.quæ eccleſiarum.num.14. de conſtit. &
in conſil.cccxxvj.Rex Romanorum.in fin.lib.j. Fulgo. in l.
vlt.C.ſi contra ius,vel vtil. publ. & in conſi.lxj.col.j. Rom.
in conſ.ccclij.in fi.Abb.in conſ.iij.col.penul.q.xxvij.lib.ij.
Aret.in l.Gallus.§.& quid ſi tantũ.col.viij.verſ.circà tertiũ.
de liberis,& poſth.Coſmus Gumyer in Pragmact. ſanctio-
ne,in titul.de ſublatis Cler.liter,in verbo,non præiudicent,
Felin.in c.quæ in eccleſiarũ.nu.62.de conſtit.Iaſo.in l.quo-
minus in tertio.notab.ff.de flum, & in l.ſi teſtamentum, in
primo notab.C.de teſta.& in conſi.cv.col.pen.verſi. ſecun-
dò reſpondetur.lib.j.& in conſi.ccxxxiiij.col.vlt.lib.ij.Soc.
Sen.in conſ.cclxxiij.col.pen.lib.ij.& in cõſ.xxxviij.lib. iij.
idẽ inter conſilia Curtij Senio.in conſ.xx. col.vj.verſ. con-
firmatur,quia & ipſe Curtius ſen.in conſi.50.Memoriæ re-
colendæ.col.lxxj.verſi.ſecunda concluſio.Gozad.in conſil.
xxvj.nu.41.Neuiz.inter conſilia Bruni in conſi.xij.nu.145.
& ipſe Brunus in conſi.xv.nu.7.Claudius Seyſſellius in l. vt
vim.col.iiij.de iuſtitia & iure.Craue.in conſ.cxxxv, nu. 41.
in tract.de antiq.temp.in prima parte in initio.nu.32.& Al-
ciatus.in tract.de præſumptionibus.reg.iij.præſump.viij.n.
7.inquit,hanc opinionem eſſe veram non iure ſolùm, ſed &
æquitate. Quæ ſane ſententia fulcitur ex clem.paſtoralis.de
53 re iud.vbi cauſa non præſumitur in principe,qui† ſententiã
tulit,parte non citata. Idem probare videtur cap.j. de cauſa
poſſeſſ.& proprie:vbi Doctores. Prætereà accedit regula. l.
ſi donatione.C.de collat. & l.ſi forte. ff. de Caſtren. pecul.
qua dicimus,quod quãdo aliquis non poteſt aliquid facere
ſine iuſta cauſa; illa cauſa debet probari ab eo, qui factũ al-
legat. Quæ ſane regula locum etiã habet in principe; vt tra-
dunt Inno.in c.pen,de dilat.Dec.in conſi.clxxvj.num.10,in
fine.Soci.Senior in conſ.cxx.nu.9.lib.iij.& idẽ inter cõſilia
Curtij Sen.in conſi.xx.Sæpenumero col.vj.verſ. ij. etiã ne-
gari. Nam quando princeps ſine iuſta cauſa aliquid facere
54 nõ poteſt,†priuatæ perſonæ æquiparatur; vt ſcribunt Dec,
in l.mutare conſilium.in fi.de reg.iur.& in conſi.ccxciij.nu.
4.Rurſus facile eluderetur lex, quæ vult in prædictis adeſſe
cauſam; eluderetur inquam exprimendo aliquam cauſam,
quæ tamen reipſa non eſſet vera & iuſta.

His accedit textus in c.nouit.de iudiciis.vbi nõ pręſumi-
tur pro Rege,quod ſeruauerit debitam ſolemnitatẽ in de-
nuntiatione euangelica.& ibid.annotarunt Abb. & reliqui.
Huc pertinet & illa ratio,quod cum à poteſtate libera prin-
cipis hoc non pendeat,ſed neceſſaria ſit iuſta cauſa: ſi præ-
ſumetur,quod iuſta de cauſa id egerit:atque ita ſi ei crede-
retur,eſſet quodãmodo teſtis in cauſa propria cõtra.l. teſtis
nullus.ff.de teſtib. & Quæ quidẽ iuris ſententia, locum ha-
bet etiam in viris ſummæ auctoritatis, vt Ciceronis teſti-
monio in Oratione pro Sex. Roſcio Amerino probatur.
Ciceronis verba hæc ſunt. *Itaque more maiorum comparatum
eſt.vt in minimis rebus homines ampliſsimi,teſtimoniũ de ſua re non di-
cerent. Aphricanus,qui ſuo cognomine declarat tertiã partẽ orbis terra-
rũ ſe ſubegiſſe,tamen ſi ſua res ageretur,teſtimoniũ non diceret.* Nam
*illud in talem virum non audeo dicere,ſi diceret,non crederetur.*

Secunda fuit opinio†contraria præcedenti, quam quidẽ
55 probarunt Cin.in l.reſcripta.q.iij.& q.iiij.C.de precib.Im-
per.off.& ibidem Baldus.nume.10.Butrius in capi.quanto.
nu.16.de iureiuran.& ibidem Abbaſ.col.iij.verſicu.ex quo
inferò.idem Abbas in conſi.lxxxiiij.col.vlt.lib.j. ſic intelli-
gens Cinum præcitato in loco. Imola in cap. nam concupi-
ſcentiam de conſtit.Soci.Sen.in conſilio cclxvj.nu.55.verſ.
ſecundo,lib.ij.& in conſi.iiij.nu.13.lib.iij. Iaſon in conſil.
ccxxxiij.in fin.lib.ij.Decius in conſi.cxxv.nu.4.ſenſit Cur-
tius Iunior in conſil.clxx.nume.25. Ea ratione prima ij mo-
ti ſunt,quòd princeps(vt diximus ſuprà)locum Dei in ter-
ris obtinet. Atqui Deus iuſtiſſimè omnia agit: Et non ſolùm
id præſumere debemus,ſed etiam firmiter credere. Ergo idẽ
de principe. Verùm reſponderi poteſt,non eſſe parem in his
poteſtatem principis,& poteſtatem Dei. Nam Deus abſo-
lutè dominus eſt, non modò rerum noſtrarum ac corpo-
rum: verùm etiam ipſarum animarum, quas ſua bonitate
creauit: Libera ergo ei facultas eſt diſponendi. At non ita eſt
in principe in his, de quibus nunc agimus:cum ei data non
ſit libera poteſtas,ſed limitata, hoc eſt, quando iuſta ſubeſt
cauſa: ſi ei ergo crederemus, perinde eſſet ac ſi libera fa-
cultas ei competeret; quod falſum omninò eſt. Prætereà,
cùm Deus ipſe Opt.Max. voluit hoc in ſæculo aliquorum
delicta punire, atque iudicis temporalis perſonam ſuſtine-
re,nónne iuſtas eſſe cauſas, quibus id ageret, notas eſſe vo-
luit:ſicuti qñ peccata Sodomæ caſtigare voluit:vt ſcriptum
eſt in capitul.Deus omnipotens. ij.q.j. Adferri etiam ſolet
alia argumentatio hac pro opinione, quod ſcilicet, nephas
ſit de principis poteſtate diſputare.l.ij.C. de crim. ſacrileg.
& ſcribunt Baldus in conſilio ccclix. Proponitur, quod in-
ter agnatos.columna j.lib.j. Cæterùm reſpondetur, dict. l.
56 ij.procedere in his,quæ ſunt iuris poſitiui, in quibus†prin-
ceps liberè diſponere,& ſtatuere poteſt, vt diximus ſuprà.
Ita declarat in ſpecie Crauet.in tract.de antiq. tempo. parte
prima in initio.nu.38.In his vero,quæ attingunt ius diuinũ
vel naturale, vel gentium diuerſum eſt, cùm non competat
eis libera ſtatuendi facultas. Solet tandem cõſiderari, quòd
princeps præſumitur plenus iuſtitia, vt reſpondit Baldus in
conſi.cccxcv.Pro do.Dynaldo.col.j.in fi. lib.ij. & diximus
ſup.ex l.ex facto in princ.ff.de vulg.& pup.ſubſt.& ex l.ij.§.
meritò.& §.ſi quis à principe.ff.ne quid in loco publ. Cæte-
rum facile reſpondetur, hanc præſumptionem ita generalẽ
ceſſare ob contrariam ſpecialem; quæ inſurgit ex eo, quod
aliquid facit contra ius ipſum vel diuinum, vel naturale, vel
gentium. Cum enim hæc facere non poſſit,niſi ex iuſta cau-
ſa, ſi ipſi principi ſemper crederetur, nulla eſſet differentia
inter vnum,& alterum caſum.

57 Tertia fuit opinio † Alciati in tract. de præſumptio. reg.
iij.præſump.8.nume.8.qui tres caſus ita diſtinguit.

Primus eſt,quando princeps nullam cauſam vel iuſtam
58 vel iniuſtam allegat. Hoc†caſu(ait Alciatus)non præſumi-
tur pro principe,& hoc in caſu procedit communis illa opi-
nio. Ea eſt ratio(inquit Alciatus)quia iã deficit ipſius prin-
cipis poteſtas;cum non ſit ſupra ius diuinum, naturale, vel
gentium. Et accedit,quod ſi cauſa fuit iuſta, quare eam non
expreſſit,vel verius eam notã eſſe noluit. Ex quo ergo quod
latere eam voluit, inſurgit, & contra eum eſt præſumptio:
59 quia dici ſolet,qui malè†agit odit lucem,cap. conſuluit. de
off.delegat.

Secundus eſt caſus, quando princeps expreſſit cauſam
minus idoneã. Et idem eſt(ait Alciatus) quod ſuperiore ca-
ſu. Ego exiſtimo hunc caſum non ſolũ clariorem eſſe ſupe-
riore caſu,ſed etiã carere probabili dubitatione. Non enim
in claris opus eſt coniecturis,& præſumptionibus.l.ille,aut
60 ille.§.cum in verbis.de leg.iij. ſi ergo cauſa minus † idonea
à principe fuit allegata,ſequitur non ſolùm nõ præſumi pro
ipſo principe,ſed etiam eſſe clarum, & certo certius, malè
egiſſe. Immo expreſſio hæc vitioſa, tollit omnem præſum-
ptionem,quæ alioqui pro ipſo actu eſſe poterat;iuxtà tradi-
tionem gloſſæ in §.multis in verbo,tranſitu. in inſtit. de...
& conferunt tradita à Caſt.in conſi.lxxxj.In cauſa,quæ ver-
titur inter Reuerendũ Patrem.col.iij.lib.ij.ab Abb.in cõſi.
lxj.col.vlt.verſi.item antiquitas.lib.ij.à Iaſone in l.j. col. v.
quinta limitatione. C. qui admitti. & ab alijs multis, quos
nunc prætereo;qui quidem ſcripſerunt,quod etſi ſolennitas
61 †intrinſeca præſumatur ob temporis antiquitatem:attamẽ
ceſſat illa præſumptio, quando ex inſpectione geſti actus,
apparet eam ſolemnitatem minus rite fuiſſe obſeruatam.

Tertius eſt caſus,quando princeps allegauit iuſtam,& le-
62 gitimam cauſam. Hoc in caſu†pręſumitur(ait Alciatus)ve-
ra hæc cauſa, atque ita pręſumitur pro ipſo principe. Et hoc
in caſu(inquit ille) procedit opinio Butrij, Abbatis, & ſe-
quacium aduerſus communem. Et idem ſenſit Crauet. in
conſi.cxxxv.nu.41. Et motus eſt Alciatus ex Clem.j.de pro-
61 bat. Cæterùm vera†non eſt hæc traditio. Nam ipſemet Al-
ciatus in d.prẹſump.viij.nu.2.ſcripſit,d.clem.j.loqui in be-
neficialibus,in quibus Papa habet plenam, & abſolutã po-
teſtatem. Et ob id mirum non eſt,ſi ei creditur. At diuerſum
eſt in his,in quibus non poteſt libere diſponere: ſed requi-
ritur cauſa. Nam tunc, nec claræ quidem aſſertioni ipſius
principis fides adhibetur; vt ſcribunt Baldus & alij plures
ſupra pro prima opinione cõmemorati: Et prætereà hoc in
caſu locum habet & illa ratio, quam ipſemet Alciatus con-
ſiderauit primo in caſu,quod ſcilicet non ſit princeps ſupra
ius diuinum,naturale,vel gentium.
Non

Non ergo recedendum eſt ab ea cõmuni opinione, quod ſcilicet non præſumatur iuſta hæc cauſſa. Et multò magis hæc traditio procedit, quando nulla iuſta cauſſa poteſt conſiderari. Ita Socin. Sen. inter conſilia Curtij Sen. in conſ. xx. col. v. ver. quintò reſpondeo.

Declaratur nunc prædicta opinio, vt nõ procedat in anti-
64 quis. Nam in his creditur † aſſertioni ipſius principis etiam
quo ad ea, quæ ſine cauſſa facere non poteſt. Ita Crau. in tracta. de antiq. temp. in ſecunda particula primæ partis princ. numero 25. ex ſententia Cornei in conſil. cccxij. columna v. lib. j. & Soc. Sen. in conſi. cclxvj. col. xj. ver. ad ſecundum reſpondetur. lib. ij.

## PRAESVMP. XI.

### Præſumptionem quando faciat principis aſſertio, dilucidè explicatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Verba aſſertiua principis circa factum alienum, non faciunt fidem plenam ſed præſumptionem tamen. nume. 2. Et quid ea præſumptio operetur. nu. 3.*

4 *Verbis enunciatiuis Papæ, credi de re aliena, donec adſtruatur contrarium.*

5 *Verba aſſertiua principis etiam generalia, præſumptionem faciunt in facto alieno.*

6 *Principi aſſerenti de facto anteceſſoris ſui, creditur etiam in præiudicium tertij.*

7 *Verba aſſertiua principis præſumptionem non faciunt in his, quæ vero ſimiliter ipſe ignorat.*
*Idem in his quæ non pendent à libera poteſtate eius. nume. octauo.*
*Vel ſi aſſertio iſta fuiſſet facta ob aliud. nu. 9.*

10 *Verba aſſertiua priuatorum, prolata etiam propter aliud præſumptionem faciunt.*

Onvenit Superiori præſumptioni adijcere hanc, qua dicimus, quod etſi
1 † verba principis aſſertiua circa factum alienũ in his, quæ antiqua non ſunt, plenã fidem non faciant, vt ſcribunt Calder. in cõſi. ij. in fine. in tit. de priuileg. Butrius & Imola in clem. j. de probat. Alex. in cõſ. cxij. col. prima lib. ſeptimo. Corn. in conſ. xxij. col. tertia lib. tertio, Decius in conſi. cxcviij. col. vlt. verſic. item & tertio. in conſ. dcij. nume. 13. & in conſilio dcvj. nu.
2 14. Nihilominus aſſertio hæc † præſumptionem facit. Ita reſponderunt Angel. in conſilio ccclxvij. columna prima Rom. in conſilio ccclxviij. numero trigeſimooctauo. Caſtr. in conſilio ccccxiiij. In facto præſenti. numero 2. & in conſilio ccccxxxvij. In quæſtione, quæ vertitur inter Rectorem. ad finẽ. libro primo. Alex. in conſil. xv. nu. tertio, libro quinto. Socinus Senior in conſilio cclxvj. columna vndecima verſi. ſed tamen ad præmiſſa, libro ſecundo. Iaſon in cõſil. xxxiiij. columna ſexta libro primo, in conſi. ſexageſimoquinto columna tertia, & in conſilio lxxxvj. colum. quinta libro tertio. Craueta in conſilio cxxxv. numero quadrageſimoſecundo & in tract. de antiq. temp. in prima parte principali, in initio, nu. 14. qui quidem ſcripſerunt, hanc præſum-
3 ptionem operari † vt onus probandi contrarium transferat in aduerſarium. Idem cenſuit Gramm. in deciſ. ſexageſimaquinta. numer. quinquaſimooctauo. Et Doctiſſimus Cardinalis Albanus, cuius pedes, vt Petri ſucceſſoris, ſpero aliqñ mihi dari deoſculandi facultatem, eò enim & totius Chriſtianæ Reipub. ſalus, & præclara eius merita vocant. Is inquam in benè lucubratis ad Bartolum lucubrationibus in l. prima. §. cum vrbem. numer. tertio. ff. de off. præfecti vrbis.
4 ſcripſit † enuntiatiuis Papæ de re aliena credi, donec contrarium probetur.

Extenditur primo vt procedat etiam ſi verba ipſa prin-
5 cipum eſſent † generalia atque ita incerta. Nam adhuc faciũt præſumptionem de facto alieno. Ita reſpondit Baldus in cõſil. cccxxviij. Quæritur, ſi Rex columna pen. libro primo, quem ſecutus eſt Crauet. in d. tracta. de antiq. tempor. in d. prima parte principali in Initio. numero 14. in fine.

Extenditur ſecundò, vt locum habeat etiã quo ad factum
6 anteceſſoris ipſius principis, de quo ipſi † principi aſſerenti creditur, etiam in præiudicium tertij. Ita Claud. Seiſellius in auth. ſi quis in aliquo. col. vlt. C. de eden. quem ſecuta eſt Rota Romana, referente Putheo in deciſ. ccclix. numero v. libro ij.

Declaratur primo, vt non procedat, quando verba hæc
7 aſſertiua † ſunt ſuper eo, quod ipſe princeps veriſimiliter ignorat. Nam tunc nec præſumptionem faciunt. Ita Baldus in conſ. ccclij. Proponitur col. j. in fine. lib. j. & Craue. præcitato in loco. nu. 15.

Declaratur ſecundò, vt non procedat quando verba aſſer-
8 tiua fuiſſent prolata ſuper eo, quod † non pendet à libera poteſtate principis. Ita Crau. vbi ſupra. nu. 16. & ſcripſi ſuperiore præſumptione.

9 Declaratur tertiò, quando aſſertio iſta ob aliud † facta fuiſſet, & in ea princeps principaliter fundamentum non cõſtituiſſet. Nam tunc nec præſumptionem quidem faciũt. Ita Lapus & Imola in clem. ſi ſummus Pontifex in fine. de ſenten. excomm. & ibidem Card. in v. oppoſ. quos ſecutus eſt Craue. in d. tracta. de antiq. temp. in tertia particula primæ partis prin. nu. 19. & ibi. nu. 21. adfert duas rationes differẽtiæ inter hæc verba principum: & verba priuatorũ: quæ qui-
10 dem verba † aſſertiua priuatorum prolata etiam propter aliud, præſumptionem faciunt.

## PRAESVMP. XII.

### Quando præſumatur princeps vel conceſſiſſe, vel reſcripſiſſe ſecũdum ius commune, vel ſecundum ius ſpeciale, diligens explanatio.

*SVMMARIVM.*

1 *Princeps in dubio præſumitur iuri communi vti voluiſſe, & ſecundum id reſcribere.*

2 *Comes Palatinus habens legitimandi poteſtatem à principe, quomodo habere intelligatur.*

3 *Iure ſpeciali aut poteſtatis plenitudine, quãdo princeps vti voluiſſe præſumatur. nu. 4. & 5.*

Era eſt, & ab omnibus recepta hæc iuris ſententia, principem, qui iure communi & ſpeciali
1 vti poteſt, in dubio vti † voluiſſe iure communi; atque ita ſecundum illud reſcribere & concedere, capitul. innoluit. de elect. Abbas in capitul. illa quotidiana. columna j. de elect. Baldus & Caſtren. in l. ſi teſtamentũ. C. de teſta. milit. Iaſon in l. quamquã. num. 2. C. eo. Galliaula in l. centurio. nume. 13. de vulg. & pup. ſubſt. cum (ait ille) princeps cenſeatur ſequi ipſum ius commune. l. ex facto. in fine. ff. de vulg. & pup. ſubſtit. & docuit poſt alios Decius in capitul. j. columna ij. de conſt. Hinc docuit Caſtren. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. in fine. ff. de liberis & poſthu.
2 quod † Comes Palatinus habens poteſtatem legitimandi à Principe, dicitur habere ſecundum poteſtatem ordinariam, non autem ſecundum abſolutam, Ita quoque dicimus, quod in dubio præſumitur reſcripto datus Iudex, qui procedat ſecundum ius commune; non autem ſecundum ius ſpeciale, & extraordiarium: ſicuti procedere ſolet inquiſitor, Decius in l. teſtamento. in vltimo notab. C. de teſta. milit. Galliaula in d. l. centurio. nume. 138. Et plura his ſimilia congeremus infrà lib. vj. in præſumpt. vij. agemus de actu præſumendo, an ſcilicet præſumatur geſtus ſecundum ius commune, vel ſecundum ſpeciale.

Declaratur primò, vt locum nõ habeat hæc præſumptio, quando princeps appoſuit in reſcripto clauſulam; Non ob-
3 ſtante, &c. Nam tunc † præſumitur velle vti plenitudine poteſtatis, atque iure ſpeciali. Ita in ſpecie declarat Galliaula in d. l. centurio. nu. 140. ex ſententia Bal. in l. ſi teſtamentum. C. de teſta.

Declaratur ſecundò, vt non habeat locum, quando prin-
4 ceps vſus eſt clauſula † ex certa ſcientia. Nam & tunc præſumitur voluiſſe vti plenitudine poteſtatis, ſicque iure ſpeciali. Ita Galliaula in d. l. centurio. numero 141. poſt Alexand. ibidem Abba. Felinum & alios in capitul. ad hæc. de ſcrip. & Socinum Senior. in conſilio clxiiij. columna ſecunda lib. 1.





5 Declaratur tertiò, non procedere, quando aliàs † actus valere non poſſet. Nam tunc princeps præſumitur voluiſſe vti plenitudine poteſtatis, atque iure ſpeciali. ita Galliaula in dicta l. centurio. numero 343. poſt Caſtren. in l. ex imperfecto. C. de teſta. & in conſi. cccxiiij. In facto præſenti. lib. j. Non hic repeto multa ab ipſo Galliaula, eo in loco congeſta.

## PRAESVMP. XIII.

### Reſcriptum an & quando motu proprio principis, vel ad poſtulationem partis conceſſum præſumatu.

*SVMMARIVM.*

1 *Reſcriptum ad poſtulationem partis, non motu principis proprio emanatum præſumitur.*
*Idque procedit, etiam ſi adiecta fuerit clauſula motus proprij, præcedente tamen partis poſtulatione. nume. 2.*

3 *Reſcriptum geminatum proprio principis motu conceſſum præſumitur.*

4 *Reſcriptum conceſſum ob præcedentia bene merita, præſumitur motu proprio factum.*

5 *Reſcriptum conceſſum per viam legis, vel ſtatuti, præſumitur motu proprio.*

6 *Reſcriptum redactum in corpore iuris vel ſtatutorum volumine, motu proprio præſumitur emanaſſe.*

7 *Reſcriptum ad multorum vtilitatem conceſſum, præſumptionem habet motus proprij.*

8 *Reſcriptum reſeruationis, motu proprio conceſſum præſummitur.*

9 *Conceſſionum vbi paritas datur, præfertur ea quæ habet motum proprium.*

10 *Conceſſio facta motu proprio, præſumitur recta & legitima, nec debet reuocari in dubium.*

11 *Clauſula motus proprij, tollit vitium ſubreptionis.*

12 *Conceſſio facta motu proprio, fauorabilis eſt, & extenſibilis.*

13 *Conceſſio facta motu proprio iuſtis de cauſis facta præſumitur.*

Evocari in dubium perſæpe ſoler, an & quando reſcriptum præſumatur conceſſum motu proprio principis, vel ad partis poſtulationem? Et pro regula conſtituendum eſt, præſumi
1 † ad partis poſtulationem, non autem motu proprio principis. Ita ſcripſerunt Bartol. in l. iij. in princip. ff. quod quiſque iuris. idem in l. j. C. de petitio. bono. ſubla. lib. x. & in l. j. C. de bonis vaca. lib. x. Baldus in l. quod fauore. C. de legib. Iaſon in d. leg. iij. in prin. nu. 2. & ibidem Dec. nu. 4. ver. & in dubio. ff. quod quiſque iuris.

2 Extenditur primò, vt locum habeat etiam † quando in reſcripto adiecta fuit clauſula motus proprij, ſed iam præceſſit ipſa partis poſtulatio. Nam adhuc præſumitur ad partis inſtantiam facta conceſſio: & illa clauſula motu proprio, nihil operatur. Ita Pariſius in conſi. lxxix. nu. 23. lib. iiij. Soci. Iun. in conſ. lxxvij. nu. 88. lib. j. Antonius Gabriel in lib. vj. concluſionum. in tit. de clauſulis. in concluſ. ij. in fin.

3 Declaratur primò, vt locum non habeat, † quando reſcriptum fuiſſet geminatum. Nam tunc præſumitur motu proprio principis conceſſum. Sic declarant Baldus in l. nec dãnoſa. C. de precibus Impera. offeren. vbi Iaſon in d. l. iij. in princip. numero 6. quod quiſque iuris. vbi & Alexander & Decius nume. 5. idem Decius in conſi. xxxiij. numero 2. & numer. 6. Pariſ. in conſil. ix. numero xxj. libr. iij. & Gramma. in conſil. xcix. columna iij. in ciuilibus. Et hanc declarationem intellexit Decius in dict. l. iij. in princi. numero quinto verſicul. & hoc primo, poſt Felinum in capi. ſi quando. col. pen. de reſcript. in alijs conceſſionibus, præter illas beneficiorum, in quibus adhuc præſumitur conceſſum reſcriptum ad partis inſtantiam. Et Antonius Gabriel. in d. concluſ. ij. numero 11.

Declaratur ſecundò, vt non procedat, quando ob præce-
4 dentia † benemerita conceſſum fuit reſcriptum. Nam tunc præſumitur cõceſſio facta motu proprio ipſius principis. Ita Alex. Iaſon in d. l. iij. in prin. nu. 7. ff. quod quiſq; iuris. poſt Gulielmum Cuneum & Albericum, quos ibi recenſent & eodem in loco Decius nu. 6. & Iacobinus à ſancto Georgio in ſecunda lectura, Felinus in c. cauſam; quæ. col. iiij. verſic. vndecimo nota. de teſtib. Gram. in conſ. 100. col. vj. in ciuilibus, & Gabr. in d. concluſ. ij, nu. 113.

5 Declaratur tertiò, non procedere quando † reſcriptum fuit conceſſum per viam legis, vel ſtatuti. Nam tunc præſumitur motu proprio conceſſum. Ita Bartol. in l. j. in fine. C. de bonis vacant. libro decimo, & in l. prima. C. de petit. bono. ſubla. libro decimo. Iaſon in d. l. in prin. numero octauo. ff. quod quiſque iuris. & ibid. Decius nu. 6. ver. tertiò fallit.

6 Declaratur quartò, non habere locum quando † reſcriptũ fuiſſet deinde redactum in corpore iuris, vel in volumine ſtatutorum. Nam tũc præſumitur motu proprio conceſſum. Ita Iaſon in dict. l. iij. in princi. nu. 9. ff. quod quiſque iuris.

7 Declaratur quintò, vt locum non habeat, † quando reſcriptum fuit conceſſum ad commodum & vtilitatem multorũ, vt puta omnium eccleſiarũ vel omnium ſubditorũ. Hoc ſanè caſu conceſſio præſumitur facta motu proprio principis; cum veriſimile non ſit, omnes ſupplicaſſe. Sic declararunt Baldus in auth. quas actiones. col. j. ver. vel aliter. & ibidem Iaſon colum. iiij. verſi. ver. vltrà Bar. C. de ſacroſanct. eccleſ. Idem Iaſon in d. l. iij. in prin. nu. 10. vbi etiam Decius nume. ſeptimo. Felin. in c. ſi quando. col. vlt. de reſcrip. & in c. cauſam quæ il ij. col. iiij. ver. vndecimò nota. de teſtib. & Antonius Gabriel in dicta concluſione ſecunda. nu. 112.

8 Declaratur ſextò, vt non procedat, quando † fuit conceſſum reſcriptum reſeruationis. Nam tunc præſumitur conceſſum motu proprio principis: Ita ex ſententia Aeneæ de Falconib. declarat Antonius Gabriel in dicta concluſione ſecunda. nu. 114.

Huius diſputationis ſumma eſt vtilitas; cum effectus plures pariat conceſſio motu proprio facta. Et primus qui-
9 dem effectus eſt, quòd vbi datur † paritas conceſſionum, illa præfertur, quæ motum proprium habet. Ita ſcribunt Io. Andreæ & Geminianus in cap. duobus, de reſcrip. in vj. & alios congeſſi in lib. ij. de arbitrarijs iudicum. caſu xlviij. col. vlt. verſ. & nonus eſt caſus.

10 Secundus eſt effectus, quia † conceſſio motu proprio facta præſumitur recta & legitima, nec in dubium reuocari amplius debet. Clem. diſſuadente. §. qui autem. de præb. &
11 propterea dici ſolet, clauſulã † motus proprij, tollere vitium ſubreptionis. c. ſi motu proprio. de præben. in vj. & clem. ſi Romanus de præben. & ſcribunt Decius in conſ. cccxlj. nu. 4. in fin. & in conſ. ccccvij. nu. 3. & in c. ij. de reſcript.

12 Tertius eſt effectus, quia reddit diſpoſitionem † & conceſſionem fauorabilem, & conſequenter extenſibilem, de caſu ad caſum. Ita Anchar. in conſ. ccxcvj. Butrius in c. cum in cunctis. de elect. Dec. in d. conſ. cccxlj. nu. 5.

13 Quartus eſt effectus, quia præſumitur ꝙ princeps † concedens ſit motus iuſtis de cauſis ad ſic concedendum. Ita Roman. in conſ. ccccxxxvj. nu. 5. Decius in d. conſil. cccxlj. num. 5. verſiculo, & operatur. &c. qui eiuſdem ſententiæ recenſet Barbatiam & Felinum.

Alios effectus, qui ſeptẽ & quadraginta ſunt, cõgerit Petrus Rebuffus in cõmentarijs ad concordata Regis Galliarũ in forma mandati Apoſtolici. in verbo: motu proprio. plura etiam ſcribit Io. Staphilæus in tract. de literis gratiæ, & iuſtitiæ, in j. par. in tit. de vi & effectu clauſularum.

## PRAESVMP. XIIII.

### Iuriſdictionem ordinariam non pręſummi, & quibus illa probationibus probari poſſit, paucis, ſed dilucidè explicatum.

*SVMMARIVM.*

1 *Iuriſdictio, poteſtas & imperium, dicuntur fundamenta iudicij.*

2 *Pontifici maximo omnis à deo data poteſtas.*

3 *Cæſar totius orbis dominus, quo ad dignitatem & protectionem.*

4 *Iuriſdictio omnis & poteſtas, à Cæſare fluit & refluit.*

5 *Iuriſdictionem & imperium in alios, non habet inferior à principe, & que ſit ratio. nu. 4.*

7 *Iuriſdictionem à principe tributam aſſerens, id probare debet.*

8 *Iuriſdictio eſt qualitas quædam, quæ homini à natura non ineſt.*

9 *Iuriſdictionem ſibi conceſſam probatur ex inueſtitura.*

*Item ex literis commiſſionis & mandati.nu.10.*
11 *Iuriſdictio ordinaria ſemel facta publica,non indiget alia probatione.*
*Idem eſt ſi à magiſtratu iſto ſententia lata ſit contra præſentem non reclamantem.nu.12.*
*Vel lis fuerit per ipſas partes conteſtata.nu.13.*
14 *Approbatum ſemel,reprobare amplius non poſſum.*

1 IVRISDICTIO omnis, omniſq; † poteſtas, &
imperium quæ dicuntur iudicij fundamenta, ſe-
cundũ Baldum in rub.C.ſi à nõ compe.iud.ſunt
2 apud ſupremos principes.Pontifici enim † max.
poteſtatẽ omnẽ à Deo ipſo ſeruatore noſtro,datã legimus.
c.j.xxij.diſt.Data eſt etiam poteſtas ipſa Cæſari:cũ is totius
3 †terrarum orbis dominus,quò ad dignitatem,& protectio-
nẽ cenſeatur.l.deprecatio.ff.ad l.Rhod. de iactu. Hinc ſcri-
ptum reliquit Baldus in c.primo, nu.2.tit.de allodijs. in vſi-
4 bus feud. omnem iuriſdictionem † & poteſtatem à Cæſare
fluere in ſuos magiſtratus,& ad eum refluere. Et idem do-
cuit Alexan.in l.j.in fine.ff.de iuriſd.om.iud.& idem in cõſ.
xxiiij.numero primo,libro quinto.Quocircà quià principe
5 inferior eſt,iuriſdictionem†imperiúmve in alios habere nõ
præſumitur;quemadmodum ſcripſerunt Baldus in l.j.nume.
primo.C.de reb.alie.non aliena.& in l.ij.nu.94.C.de ſeruit.
& aqua,in l.prohibitum.nume.12.C.de iure fiſci.lib.x. Pa-
ris Putheus in tractat.de ſyndicatu.§.an officialis ſucceſſor.
nu.ij.Alex.in conſilio cvij.numero 6.lib.vij. Iaſon in l. mo-
re.numero liij.verſicul.item aduerte.ff.de iuriſd. omn. iud.
& omnium apertius Sebaſtianus Vantius in tract. de nulli-
tatib.tit.de nullitate ſenten.ex defectu iuriſd.ordina. nume.
6 10.& 11.Et huius quidem ſententiæ ea eſt ratio; † quam &
vno verbo attigi ſupra,quia ſi iuriſdictio omnis eſt apud ſu-
premum principem: & ſi iudicandi munus publicum, non
autem priuatum eſt.l.quippè.ff.de iud.& l.munerum. §. iu-
dicandi.ff.de muner. & hon. nemo à principe inferior iura
magiſtratus ſibi aſſumere nõ poteſt,ſed à principe ipſo crea-
ri debet.l.j.ff.ad l.Iul.de ambitu.& c.iudicibus.ij.q.vj. Qui
7 ergo à principe ſibi†iuriſdictionem tributam aſſerit, ob id
quod facti eſt, probare tenetur, cum facta ipſa non præſu-
mãtur.l.in bello.§.factæ.ff.de cap.& poſtli.reuerſ.& ſuo lo-
co dicemus.Et præterea accedit,quod iuriſdictio eſt quæ-
8 dam†qualitas,quæ homini à natura non ineſt,ſed ita com-
petit vni, vt non alteri, ob id probanda eſt iuxta traditio-
nem gloſſæ in capitul.ſi forte.in verbo,ſcientiæ.de elect. in
vj.Abbas in capit. poſtquam. colum.vlt.de electio.Cardin.
in c.j.col.ij.de ſcrutinio,& Decius in conſil. dxxij.col. vlt.
& dicemus infrà lib.vj.præſump.xlviij.Et quamquam idem
ſit dicendum de iuriſdictione delegata,quod de hac ipſa,de
qua nunc verba facimus, iuriſdictione ordinaria; Attamen
de delegata ipſa,ſubſequenti in præſumptione,vt clarius at-
que dilucidius ſingula explicemus,dicere inſtitui. Qui ergo
aſſerit, ſe obtinere iuriſdictionem ordinariam, id probare
9 debet. Probatur autem primò † ex inueſtituris, quibus de-
monſtrat conceſſum ſibi fuiſſe caſtrum vnà cum iuriſdictio-
ne; & imperio. capitul. primo quis dicatur Dux, vel Mar-
chio.& ſcribunt ibi omnes,& in l.j.ff. de iuriſdic. omn. iud.
10 Probatur etiam ex literis † commiſſionis, vt in extrauag.
Iniunctæ.de electio. Quas quidem commiſſionis, & man-
dati literas, ſtatim quo magiſtratus iſte ingreſſus eſt pro-
uinciam,vrbem,vel oppidum,ſuo anteceſſori præſentat, &
iubet conſuetis in locis publicari, ſicuti admonent Specul.
in titul. de legato.§.ſupereſt.verſicul.& pro hoc ſedis. Bar-
tol. in l.prohibitum.C.de iure fiſci. libro decimo, & in l.
probatorio.C.de diuerſ.off.lib.xij.& in §.eos.in authen.de
collato.quos ſecutus eſt Vantius in tract.de nullitatibus.ti-
tul.de nullitate ſenten.ex defectu iuriſdict.ordina.nu.19.Et
ex his elicitur ſubſequens declaratio.
Declaratur itaque,primò hæc præſumptio vt non proce-
11 dat,quando huius magiſtratus iuriſdictio ordinaria † ſemel
facta eſt publica,vel(vt diximus)ex inueſtituris,vel ex com-
miſſione.Nam tunc illa in poſterum præſumatur; atque ita
neceſſe non eſt, amplius eam probare, cum iam ea in pro-
uincia omnibus nota ac manifeſta ſit.Ita ſanè intelligendus
eſt Baldus in l.ſi qua per calumniam.colũna pen.verſi. dein-
de quæro.C.de Epiſcop.& cler.cùm dixit,iudicem ordina-
rium præſumi, qui iam publicè eſt in quaſi poſſeſſione ad-
miniſtrationis illius officij.Semel enim aſſumptus admiſſuſ-
que talis præſumitur,donec vſq; perdurat tẽpus officij. Idẽ
apertius docuit Baldus in l.j.in fine.C.vbi,& aduerſ9 quos.
in l.ij.numero 75.C.de ſeruit.& aqua.& in l.ea quidem. nu-
mero 14.verſi.notorium verò facti. C. de accuſat. Et Baldũ
ſecuti ſunt Guido Papæ.quæſtion. cclix. ſi in ciuitate. &
Vantius in dicto titulo, de nullitate ſenten. ex defectu iu-
riſd.ordinar.numero 20. Qui quidem numero 21. ſubiun-
git,quod in aliena prouincia,ſeu loco,aut tribunali, in qui-
bus huiuſmodi iuriſdictio facta non ſit notoria,ſi de ea non
conſtiterit; & à parte negetur, per famam, & communem
opinionem probari poterit. Quam ſanè traditionem alio-
rum auctoritate Vantius ipſe probauit. Et præterea ſcribit
idem Vantius in dicto tractatu in tit. Quibus modis ſen-
ten.nulla reparetur.numero 85. iuriſdictionem præſumi ob
tolerantiam.
Declaratur ſecundò vt non procedat,quando à magiſtra-
12 tu iſto † lata fuit ſententia contra præſentem, & non recla-
mãtem.Nam tunc iuriſdictio præſumitur; & ob id aſſerenti
contrarium incumbit onus probandi,ita Inno. in c.nihil eſt
de elec.in c.cum in iure peritus.de off.deleg.& in capitu.in-
notuit.de eo,qui furtim ordines ſuſcepit.Bar.in l. ij. nume-
ro 7.ff.ſi quis in ius vocat.non ierit.Abb.in c.ſicut.num.21.
de re iud.qui tamen loquitur de delegato: Caſſiodorus de-
ciſ.j.tit. de præſumpt.qui loquitur de officio inquiſitionis.
& apertius,hoc ſecutus,ſcripſit Vantius in d.tract. de nulli-
tate ex defectu iuriſd.ordina.numero 22.Et huius declara-
tionis ratio ea eſt, quia ſuo conſenſu ille contra quem la-
ta fuit ſententia, ſibi ipſi detrimentum attulit: Et quia pro
ipſa re iudicata præſumitur; vt multis infra hoc libro pro-
babimus.
13 Declaratur tertiò,vt non procedat,†quando lis per ipſas
partes fuiſſet conteſtata.Nam adhuc ex poſt aſſerenti, eum
non eſſe iudicem, non creditur: ſed probare debet. Ita In-
noc.in dicto cap.innotuit.de elect.Baldus in l.licet. col. iij.
C.de procura.& in l.geſta.col.pen.verſicu. quæro nunquid.
C.de re iud.Abbas in d.cap.ſicut.numero 21.de re iudic. &
Vantius loco præallegato.nume. 23. Ea eſt huius traditio-
14 nis ratio,quia quem ſemel † approbaui amplius reprobare
non poſſum.l.ſi proprias.vbi Baldus. ff. de petit. hæred.& c.
quod ſemel de reg.iur.in vj.

## PRAESVMP. XV.

Iuriſdictionem delegatam non præſumi,etiam in viro excelſo:& inibi quo ordine & modo, iuriſdictio hæc probetur.

*SVMMARIVM.*

1 *Iuriſdictio delegata minus quam ordinaria præſumitur, eaque dicitur odioſa.nume.2.*
3 *Mandatum non præſumitur.*
4 *Iuriſdictio delegata, nec in perſona excelſa vel illuſtri præſumitur.*
5 *Delegato nec ob ſummam dignitatem,de iuriſdictione delegata credi.*
6 *Delegatio facta non præſumitur in cauſis reſeruatis Pontifici vel principi,niſi tamen.&c.nume.7.*
8 *Delegatus reſcriptum ſuæ delegationis oſtendere,& copiam mandati facere debet.*
9 *Delegato excelſæ dignitatis tunc demum creditur,quando de negotio,& facto delegantis ſolum agitur,nec verſatur tertij præiudicium.*
10 *Delegatus mandatum habere quando præſumatur,& numero 11.*
12 *Mandatum delegationis quomodo probandum,& numero 13.*

1 DELEGATA iuriſdictio multò minus † præſu-
mitur quàm ordinaria, de qua ſuperiore præ-
ſumptione diſſeruimus. Nam cum iuriſdictio
ordinaria ſit quaſi naturalis, etiam fauorabilis
creditur nimirum ſi facilè illa præſumitur;Ita ſcribunt gloſ-
ſa in cap.j.in gloſſa magna.& in cap.diſpendia.de reſcrip.in
vj.& in c.ſi contra vnum;in verbo,epiſcopi.de off.deleg. in
2 vj.Diuerſum eſt in iuriſdictione delegata,quæ odioſa†dici-
tur,vt tradũt gl.in d.c.j.de reſcrip.in vj.Alc.in l.j.col.xv. ff.
officio eius.&c.Maranta de ordine iudiciorum,parte iiij.di-
ſtinct.vj.numer. 29.Et propterea difficilius præſumitur:ſed
proba



probare debet qui eam allegat.Ita gloſſ.& omnes in cap.cũ
in iure peritus. de off.deleg.ibi Felin.numer. 5. Et affirma-
runt Alex.in conſi.cc.nu.11.lib.ij.Guido Papæ. q. cccxxij.
Non creditur.Dec.in l.vnica.nu. 7. C. de mand.princ.& in
conſ.ccxiiij.nu.2.verſi.ad tertium dubium.Crauet.in conſ.
cclxvj.num.v.& in conſ.cccxix.col. vlti. Vantius in trac. de
nullitatib.tit.de nullitate ſententiæ ex defectu iuriſ.ord. nu.
16.& nu.28.Andreas Gailius lib.j.prac.obſerua.c.xlviij.nu.
17.qui praxim docet,vt Delegatus ipſe inſeri faciat in cita-
tione,ſuæ delegationis reſcriptũ.Et teſtatur eſſe cõmunem
opinionem,Quam ſententiam manifeſtè probat.d.c.cum in
iure peritus.de off.deleg.& generalis illa iuris præſumptio,
3 & regula qua dicimus,mandatum † non præſumi, vt omnes
ſcribunt in l.ſciendum.ff. de verb. obl. & infra ſuo loco di-
cemus.
Extenditur primò vt hæc præſumptio locum etiam ha-
4 beat in perſona†excelſa atque illuſtri,quæ ſibi factam dele-
gationem aſſereret:vt in Cardinali.Nam & tunc non præſu-
mitur facta delagatio, ſed de ea conſtare debet. Ita tradunt
Innoc.in capit. cum olim.il j.de priuileg.& ibidem Abbas,
in cap.cum in iure peritus, in primò notab. de off.deleg. &
ibidem Felinus.col.iij.verſ.ſed contra iſtam qui eiuſdẽ ſen-
tentię recenſet Io.Monacum,Cardinalem,Butriũ,& Imolã.
Idem ſcripſerunt Lanfrancus Orianus in capitul. quoniam
contra.in verbo,teſtium depoſitiones.numero 75.verſicul.
vlterius dubitatur;de probat.Alex.in conſil. xcij.nu. 14.lib.
vj.egregie Iaſon in conſ.ciiij.col.j.lib.j.qui eiuſdẽ opinio-
nis alios plures cõmemorat.His accedunt Decius in l.vnica
nu.17.C.de mãd.prin.Vantius in præallegato tract. de nul-
litatibus.titul.de nullitate ſententiæ ex defectu iuriſdictio.
ordina.numero decimoſeptimo.Et horum ſententiam pro-
bant.d.l.vnica.C.de mand.principum.ibi, nullius dignitate
terreri.l.prohibitum.C.de iure fiſci.libro decimo, ibi,cum
literis noſtris,non ex arbitrio ſuo.& l.probatorias.C. de di-
uerſ. offic. libro duodecimo. Quibus conſtat minus rectè
5 ſenſiſſe illos, qui ſcripſerunt, credi † delegato ob ſummam
dignitatem,ſibi mandatam eſſe iuriſdictionem. Qua quidẽ
in opinione fuerunt Hoſtien. in ſumma. titul. de officio de-
lega.Specul.in titul.de probatio.§.interdum.verſicul. quid
de auditoribus.Ioann. Monacus in capitul. vnico. de ſciſ-
mat.in ſexto.Calderin.in conſilio ſecundo,titulo de offi. le-
ga.Abbas ſibi parum conſtans in capitul.quod ſuper his.de
fide inſtru.& in conſilio xvij.in fine.libro ſecundo.Caſtren.
in conſilio cccvij.Priuſquam iura.libro ſecundo. Roma. in
conſi. lix.in quarto dubio.Alex.in conſi.cvj.col.pen.lib.ij.
& Tiraq.in tract.de pænis legum.&c.Cauſa lj.num.100.Et
argumentis rationibuſque perpẽſis ab huius opinionis Do-
ctoribus,partim à Felin.in d.c.cũ in iure peritus.n.5.de off.
deleg.partim à Dec.in d.l.vnica.nu.17.C. de mand.princip.
repelluntur.Hæc declaratio procedit multò magis, quando
aſſeritur facta delegatio earum rerũ,& cauſarum, quæ alio-
qui reſeruata ſunt ipſi Pontifici,vel principi.Nam tunc non
6 præſumitur†delegatio, niſi manifeſte probetur. Ita Ioann.
Andreæ,& Geminianus in cap.j.de off.leg.in vj.Idem Ge-
min.in capit.eos. §.j. in fine. de ſentent.excommu. in vj. &
in conſ.lxij.columna ij.Bald.in l.ſi qua per calumniam co-
lum.vlt.C.de epiſc.& cler. Abbas in cap. quod tranſlatio-
nem.in fi.de off.lega.& in d.c.quod ſuper his.de fide inſtru.
vbi Felin.colum.iij.Decius in d.l.nu.18.C.de mand. princ.
qui nu.19.ſubiungit poſt Cald. in dicto conſi.tit.de off. le-
7 ga.niſi†legatus eſſet in poſſeſſione ſeu quaſi, adminiſtrandi
ea,quæ reſeruata ſunt Pontifici.
Extenditur ſecundo hæc præſumptio, procedere, vt non
8 ſolum teneatur†delegatus oſtendere reſcriptum ſuæ dele-
gationis;ſed etiam debet facere ei copiam commiſſionis &
mandati.Ita glo.in c.porrò.de priuileg.in glo.iij.Felinus in
d.c.cum in iure peritus.num.6.de off.deleg.Quibus accedit
Caſtren.in conſ.lxxxj.In cauſa, quæ vertitur inter Reuerẽn-
dum patrem.columna 4. ver. eſt etiam alius defectus.lib.2.
qui reſpõdit in ipſo citationis libello eſſe inſerendam copiã
& tenorem ipſius delegationis, id quod reſpondit & Craue.
in conſ.cccxix.col.vlt.qui quidem affirmãt,hoc procedere,
cum citandus eſt in remota regione,vel loco.
Declaratur primò hæc præſumptio , vt non procedat,
9 quando†delegatus eſt perſona excelſæ dignitatis, & nõ agi-
tur de præiudicio tertij:ſed ſolùm de negotio & facto ipſius
delegantis.Nam tũc ipſi delegato creditur abſque eo,quod
delegationis ſuæ mandatum exhibeat.Ita intelligitur gloſ-
ſa ex illo tex.in cap.nobiliſſimus. xcvij. diſtinct. & expreſſe
affirmant Angel.in l.quæcumque.§.vlt.ff. de pub. in rẽ act.
& in conſ.clxxxij.Mandatum. Iaſ.in conſ.ciiij.col.j.ver. ſed
quando.Decius in d.l.vnica.nu.20.C. de mand. princ. Go-
zad.in conſi.xlj.nu.15.Pariſius in conſ.lvij.in fin.& Craue.
in conſ.ciiij.nu.5.& Rebuffus ſuper concordata Regis Gal-
liarum in tit.de mãdat.apoſtolicis,in verbo,literas.ver.imo
non crederetur.
Declaratur ſecundò,vt non procedat, quando delegatus
eſt eodem in loco, in quo ipſe delegatus vult ſuam illam
10 delegationem exequi. Nam tunc†præſumitur, quod is de-
legatus habeat delegationis mandatum:cum non præſuma-
tur velle dicere mendacium,quod facile,ob delegantis præ-
ſentiam detegi poteſt.Ita declarant Specu. in titul. de iudi-
ce deleg.§.ſequitur.ver.in curia.& apertius in titul. de pro-
bat. §. videndum.verſic. quid de auditoribus. Roman. in l.
ſciendum.numero 18.ff.de verb.oblig.Butr.& Imola in ca-
pitul.ſuper his,de fide inſtru.& ibidem Felin. Iaſon in con-
ſi.ciiij.colum.ij.ver.prædicta multò.lib.j.Dec.in d.l.vnica.
nu.22.C.de mand.princip.Pariſ.in conſ.xcij.nu.10.lib.iiij.
& Gramm.deciſ.xxxvj.nu.27.
11 Declaratur tertiò,vt non procedat, † quando coram hoc
delegato lis fuiſſet à partibus conteſtata, vel ab eo lata fuit
ſententia partibus præſentibus,& ab ea non fuit appellatũ.
Ita Abbas in c.ſicut.nu.21.de re iud.& Felinus in d.ca. cum
in iure peritus.nume. 10.de off.deleg.Et huc pertinent quæ
ſcripſi ſuperiore præſumptione, in ſecunda & tertia decla-
ratione.
Cùm verò delegationis mandatum probari debet; illud
12 quidem†probandum eſt ſcriptura ipſa mandati, non autem
teſtibus.Ita Bartol.in l. prohibitum. C. de iure fiſci.& in l.
pen.C.de ſuperindicto.lib.x.Angel.in §.eos,in auth.de col-
lato.& idem in conſ.clxxxij.Mandatũ.Baldus in l. ſi qua per
calumniã.col.pen.C.de epiſ.& cler.Fede.de Senis in conſi.
cclj.caſus talis eſt.Iacobus &c.Felinus in c.cum in iure pe-
ritus.col.iij.verſicu.ſed contra iſtam.de off.deleg.Dec.in l.
vnica.nu.6.C.de manda.prin.& Rebuf.in cõmen.ſuper con-
cordata Regis Galliarum in tit.de mand.apoſt.in verbo, li-
teras.verſ.ad probandam.& ſi loquatur Rebuf.de reſcriptis
gratiæ,quæ tamen quo ad rem hanc nõ differunt à reſcriptis
ad lites.Cæterũ ſi ſemel fuiſſet delegationis mandatum ex-
13 hibitum, & deinde caſu deperditum, † poterit illius tenor
probari teſtibus.Ita glo.in c.cum olim.il j. de priuil. & ibi.
Abbas in fi.Bal.in l.vnica.C.de mand.prin. quos ſecutus eſt
Vantius in tract.de nullitatibus tit.de nullitate ſententiæ ex
defectu iuriſd.ord.nu.29.qui & Spec.eiuſdem opinionis re-
cenſet.Idem ſcripſerunt Paris Putheus in tract. de ſyndica-
tu.§.an officialis ſucceſſor.nu.2.Felin.in c.ſicut nu.15. de re
iud.& Rebuf.loco præallegato, ver.ſecundo fallit. quo loci
declarat, quando teſtes deponere & teſtificari debent. Et
ibidem alias nonnullas declarationes ad rem hanc comme-
morat.

## PRAESVMP. XVI.

Iuriſdictio conceſſa,an ordinaria,vel delegata in dubio præſumatur,diligens & accurata diſputatio.

*SVMMARIVM.*

1 *Iuriſdictio à lege conceſſa,ſecundum ſubiectam materiam diiudicatur.*
2 *Diſpoſitio qualibet à ſubiecta materia recipit interpretationem.*
3 *Contrahere non poſſe in loco vbi iuriſdictio exercetur,ſolum contra iudices ordinarios eſt conſtitutum.*
4 *Iuriſdictio talis conceſſa præſumitur, qualem verba adiuncta demonſtrant.*
5 *Dictio,propria iuriſdictio,ſignificat ordinariam.*
6 *Delegatus fungitur iuriſdictione delegantis.*
7 *Genitiuus proprietatem ſignificat.*
8 *Iuriſdictio ordinaria præſumitur conceſſa,quando lex aliquem ſimpliciter conſtituit iudicem.*
9 *Iudex datus,præſumitur datus,vt procedat iure ordinario, non autem ſpeciali.*

*ſpeciali.*

*10 Conceßio & verba illius, in potiori ſignificatu accipienda.*

*11 Iuriſdictio delegata dicitur extraordinaria, & delegatus dicitur extraordinarius.*

*12 Diſpoſitio intelligi debet in dubio, de actu alteri minus præiudiciali.*

*13 Iuriſdictio delegata cur odioſa dicatur.*

*14 Actus & diſpoſitio recipit interpretationem à natura & qualitate perſonæ concedentis,*

*15 Legis qualitas eſt, vt perpetuo vigeat.*

*16 Diſpoſitio intelligitur de actu perpetuo.*

*17 Iuriſdictio delegata dicitur ſpecialis, & delegatus iudex eſt ſpecialis.*

*18 Diſponens iure communi non ſpeciali, in dubio vti velle præſumitur.*

*19 Reſcriptum iuſtitiæ potius quam gratiæ, præſumitur principem concedere velle.*

*20 Extraordinaria non ſunt in conſideratione.*

*21 Res ad ſuam naturam facile reuertitur.*

*22 Iudicium ordinarium eſt ſecundum ius commune, extraordinarium dicitur contra vel præter illud.*

*23 Iuriſdictio mandata à principe perſonæ habenti iuriſdictionem ordinariam, de qua intelligatur, cum diſtinctione. nu. 24. & 25.*

*26 Iuriſdictionis prorogatio fieri poteſt tam à lege, quàm ab homine, non tamen datur de vna re ad diuerſam. nu. 25.*

*28 Iuriſdictio conceſſa à principe perſonæ priuatæ, delegata eſt, & quibus ea verbis fiat.*

*29 Delegatus effectus dicitur is, cui tanquam perſonæ priuatæ, cauſa ſingularis à principe committitur.*

*30 Iuriſdictio ordinaria tributa cenſetur à principe cauſam committente, ſi dicat expreßim quod in ſui locum, in omnibus eum reponat.*

*31 Delegatus effectus præſumitur priuatus, cui à principe ſimpliciter certum genus cauſarum committitur.*

*32 Argumentum à poteſtate tutoris ad iuriſdictionem, in iure receptum eſt.*

*33 Tutor datur vniuerſitati, & quare non certis rebus. nu. 34.*

*35 Iuriſdictio ordinaria, ſui natura non eſt reſtricta ad hoc, vel illud genus cauſarum.*

*36 Syndicatores obtinent iuriſdictionem delegatam.*

*37 Syndicatores quando cenſeantur ordinarij.*

*38 Ordinarius iudex factus præſumitur, cui princeps vniuerſitatem cauſarum commiſit.*

DVBITARI perſępe ſolet, quę iuriſdictio in dubio conceſſa & data præſumatur? Egregiã hanc diſputationem propoſuit atque explicauit Bart. in l. more. numero 8. ff. de iuriſdictio. omn. iudi. & ibidem recentiores. idem Barto. in l. ambitioſa. nume. 34. ff. de decretis ab ordi. facien. in l. j. in fine. C. vbi & apud quem in integ. reſti. & in ſua diſputatione v. Adunantia in fine: & melius fuſiuſque Io. Baptiſta à Sancto Seuerino in d. l. more. q. xv. numero 25. Verum cum non perfecte ſatis rem hanc abſoluerint, ego mea pro virili, interpretum traditiones omnes complexus, noua diſtinctione atque partitione, tantæ obſcuritati lucem aliquam adferre conabor.

Tria itaque capita huius diſputationis conſtituenda ſunt; quemadmodum & tres regulas is Io. Baptiſt. à S. Seuerino conſtituit.

Primum eſt caput quando iuriſdictio à lege data conceſſaque fuit.

Secundum, quando à principe, vel ab eo, qui & ordinariam & delegatam dare poteſt.

Tertium eſt caput, quando iuriſdictio ab inferiore data fuit.

Primum itaque caput eſt, cùm à lege iuriſdictio fuit conceſſa, an conceſſa & data præſumatur, ordinaria, vel delegata: Quo ſanè in capite, aliquot caſus ſunt diſtiguendi atque conſtituendi.

1 Primus eſt caſus, quando † ſubiecta ipſa materia oſtendit, quæ iuriſdictio fuerit tributa: Illa enim talis dijudicabitur. Ita ſimili de quæſtione cenſuerũt omnes penè in rub. ff. de iuriſd. omn. iud. ibi Alexan. Iaſon, Decius, Riminaldus Senior, Curtius Iunior numero 4. & nouiſſimè. Io. Bologne. nume. 7. & nume. 8. dum diſputant, appellatione iuriſdictionis quæ intelligatur & aiũt ante omnia ſpectandam eſſe ſubiectam ipſam materiam. Et rectè quidem; quandoquidem
2 omnis diſpoſitio † à ſubiecta ipſa materia declarationem recipit, etiamſi flectantur atque improprientur verba. l. ſi vno. ff. locati. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſuris. & l. ſi inſulam. ff. de præſcrip. verbis. & egregiè ſimilia tradunt Bartol. in d. l. ſi vno Decius in l. non vult hæres eſſe. nume. 8. de regu. iur. idem in l. qui accuſare. in fine. C. de eden. & in l. iij. nume. 4. C. de milit. teſta. Alciatus lib. ij. de verbo. ſignif. nume. 4. & Craue. in conſ. ccxxxj. nu. 7. & in conſ. ccxlv. nu. 6. qui plura congerit. Et huc maximè facit, quod docuit Aret. in l. j. §. ſi quis ita, de verbo. oblig. dum dixit, quod ad cognoſcendum actum, potiſſimum iudicium reſultat ex ſubiecta materia. Et ex Aretini ſententia ſcriptum ad rem prope naturam reliquit Alcia. in tract. de præſump. reg. iij. præſum. xxxvj. in fin. ſubiectam materiam oſtendere, an quis vti voluerit actu priuilegiato vel ordinario. Hinc iura permulta, quæ alioqui ſubobſcura ſunt, de vtraq; iuriſdictione loqui, ob ſubiectã ipſam materiam intelligimus. Ita enim intelligi & declarari poteſt. l. ij. ff. de iuriſ. om. iud. quo loci Iauolenus ait, cui iuriſdictio data eſt, ea quoque conceſſa eſſe videntur, ſine quibus iuriſdictio exerceri non poteſt. Hæc iuriſdictio, cuius Iauolenus meminit, tam de legata, quam de ordinaria intelligitur: cum ſubiecta coercitionis materia vtrique conueniat. Ita pariter declarari & intelligi poteſt. l. qui iuriſdictioni. eod. titul. ff. de iuriſd. omn. iud. de cuius interpretatione egregia ſcribũt Duaren. lib. j. diſputa. anniuerſ. cap. lj. Coraſius in l. iij. nu. 5. ff. de off. prætor. & lib. iiij. miſcella. cap. ix. & Couea. in l. j. in princ. ff. eod. Et ad rem noſtram adferri poteſt exemplum, quo ex ſubiecta ipſa materia oſtendi poteſt, vtramque iuriſdictionem fuiſſe conceſſam: vt ſi lex conſtituat Archidiaconum loco Epiſcopi, cauſarum hæreticæ prauitatis iudicem: cum Epiſcopus vtramque poteſtatem obtineat, ca. per hoc de hæretic. in vj. & ſcribit Abbas in cap. cum ex officij. num. 20. de præſcript. Inde ſit, vt ob ſubiectam ipſam materiam vtramque poteſtatem aſſecutus dicatur Archidiaconus. Ita pariter ſubiecta materia oſtendit collatam eſſe ordinariam iuriſdictionem tantum, vt puta ſi lex conſtituat iudicem, & præcipiat, ne eo in loco, vbi ius dicturus eſt, contrahere & immobilia acquirere poſſit, ſubiecta ipſa materia oſtendit,
3 hunc eſſe iudicem ordinarium, cùm non poſſe † contrahere in loco, vbi iuriſdictio exercetur, ſolùm conſtitutum ſit cõtra iudices ordinarios. l. principalibus. vbi Docto. ff. ſi certum peta. Et propterea officialis, qui adminiſtrationem ſine iuriſdictione habet, contrahere poteſt. Ita Bar. in l. aufertur. §. quod ſi à Præſide. ff. de iure fiſci. & Iaſon in d. l. principalibus. col. 3. verſic. nonò limita.

Prætereà, & tertio ſubiecta materia oſtendit ſolùm conceſſam fuiſſe iuriſdictionem ordinariam: vt lex conſtituat iudicem, qui de certis cauſis cognoſcat; quæ quidem delegari ſuo iure non ſolent; vt ſunt cauſæ graues, meri & mixti imperij. l. nemo poteſt gladij. de reg. iur. Dec. in l. j. numero 28. ff. de offi. eius, cui mand. eſt iuriſd. cùm ergo iuriſdictio de his grauibus à lege tribuitur, ordinaria non autem delegata ſubiectam ob materiam, præſumitur.

4 Secundus eſt caſus, quando verba adiuncta † declarant naturam conceſſæ poteſtatis, & iuriſdictionis. Nam tunc talis præſumitur tributa iuriſdictio. Ita ſimili in quæſtione ſcribunt omnes in rubric. ff. de iuriſd. omn. iud. ibi Decius, Curtius Iun. numer. octauo. & Bolog. numero ſeptimo. Idẽ docuit Ripa in l. ait prætor. in prin. numero primo. ff. de re iud. Ita quoque dicimus declarari iuriſdictionis tributę ſpeciem ex præcedentibus, & ſubſequentibus vt ſimili in quæſtione docuit Riminal. ſen. in rubri. ff. de iuriſd. omn. iudic. numero primo. verſ. item ſcias. Ex emplum ex adiunctis verbis quo demonſtratur, vtramque iuriſdictionem fuiſſe collatã, adferri poteſt ex c. ſignificauit de corpore vitia. dum Pont. Maxim. mandat cauſam ab Epiſcopo auctoritate ſua, ac ipſius Epiſcopi diffiniri. Eſt ſanè is Epiſcopus ordinarius, & delegatus ſimul: quod declarat Abbas in cap. cum ex officij. nu. 21. de præſcript.

Prætereà, ſolam ordinariam iuriſdictionẽ collatam fuiſſe his exemplis declaratur, vt ſi dictum fuit, quod ipſe iudex ex propria iuriſdictione poſſit cauſam diffinire. Illa enim di-
5 ctio, † propria, ſignificat poteſtatem, & iuriſdictionem ordinariam. Ita Decius, Curtius, Bolog. & reliqui præallegati.
6 Et ratio illa eſt, quia delegatus † iuriſdictionem propriam non habet; ſed delegantis iuriſdictione fungitur. l. j. §. qui mandatam. ff. de off. eius. & ibidem crebrius affirmant interpretes,



pretes, & ſi Riminal. Sen. in rub. ff. de iuriſdict. omn. iud. numero tertio, diſſentiat, & malè. Eſt & aliud exemplum, quo ex adiunctis verbis demonſtratur tributa ordinaria iuriſdictio, vt puta ſi ſub nomine genitiui conceſſa ſit iuriſdictio. Ita Alex. in rub. ff. de iuriſd. omn. iud. num. 2. & ibidem Curtius Iunior num. 7. & Ripa. in l. ait prætor in prin. num. 1. ff.
7 de re iud. Ea eſt ratio, quia genitiuus † proprietatem ſignificat. l. ij. §. in locum. ff. de religio. & ſumpt. fun. & communis eſt opinio cum Bar. in rub. ff. de oper. noui nuntia. Quocircà deferendum nõ eſt Riminal. Sen. in d. rub. ff. de iuriſd. omn. iud. num. 2. dum, reiiciendo exemplũ hoc, negaui genitiuũ ſignificare dominium, & proprietatem. Adferri pariter poteſt exemplum, quo ex adiunctis verbis præſumitur tributa iuriſdictio delegata, vt ſi dictum ſit; quod auctoritate principis, vt putà, Pontificis max. procedat, cauſamque diffiniat; ſicuti in caſu cap. ad abolendam. in fine. de hæret. & cap. per hoc. eo. tit. in vj. quibus in locis Epiſcopus appellatur delegatus ob id, quod auctoritate Pontificis, & non propria, cognoſcit, & diffinit hæreticorum cauſas. Et exempli huius ratio ea eſt, quia ſermonis proprietas oſtendit aliquem vſum fuiſſe iure ſpeciali, & ſi alias non præſumatur, quod eo vti voluerit. l. miles vnum ex feudo. & l. miles ita. in princ. ff. de teſtam. mil. & l. j. ac l. ij. C. de teſtam. milit. & ſcribit Alciatus in tractat. de præſumpt. regul. tertia, præſumpt. xxxvj. nu. 4. & ſuo loco dicemus.

Tertius eſt caſus, quando lex ſimpliciter conſtituit aliquẽ iudicem, & dubitatur quam iuriſdictionis ſpeciem tribuerit; an ſcilicet ſolam ordinariam, vel ſolam delegatam? Et præ-
8 ſumi † conceſſam ordinariam, ſcripſerunt gloſſ. in l. & quia. ff. de iuriſd. omn. iud. in l. vnica in glo. vlt. C. ne liceat poten. clarè Specul. in tit. de inquiſitore. §. impugnatur. nume. 25. Abbas in cap. exhibita. col. iij. verſi. in dubio autem. de iud. Caſtren. in l. à iudice. col. vlt. & ibidem Iaſon in fine. C. de iud. Imola & Alex. in l. j. ff. de damno infecto. vbi idẽ annotauit Ripa. numero ſeptimo, idem Alex. in l. more. nu. 13. ff. de iuriſd. omn. iud. Butrius in cap. cum ab eccleſiarũ. nu. 18. de off. ordina. Ita quoque tradunt Decius in l. in teſtamẽto. num. 11. verſic. & ideò. C. de teſta. mil. & Alciatus in tract. de præſump. reg. iij. præſump. xxxvj. nu. 2. dum ſcribunt, quod
9 iudex datus † præſumitur ita datus, vt procedat iure ordinario, & non ſpeciali. Idem reſpondit Feder. de Senis in conſil. cxxx. quem & infra commemorabo. Et huc pertinet illa diſputatio Docto. in rub. ff. de iuriſd. omn. iud. & Cagnoli in rubr. ff. ſi quis iuriſd. non obtemp. Et hæc quidem ſententia multis rationibus ac argumentis comprobari poteſt.

10 Primò, verba, & conceſſio † intelligi debent in potentiori ſignificatione. l. j. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager vectig. vel emphy. peta. & ſimilia cõgerunt Bar. in l. Lucius. ff. de cond. & demon. & Cagnolus in dicta rubr. ff. ſi quis iuſd. non obtemp. num. 13. verſic. quę tamen. Atqui ordinaria iuriſdictio eſt firmior, & potentior. Ergo in dubio pręſumitur conceſſa ordinaria. Nec huic argumentationi obſtat reſponſio Decij in d. rub. ff. de iuriſd. omn. iud. quod cum hic intelligi poſſit collata iuriſdictio ordinaria & delegata, potentior ſignificatus eſt, vt vtramque complectatur: cum ſub genere contineantur etiam ſpecies, & propriè, vt inquit Bald. in l. ij. C. de iure aureo annul. Non inquam obſtat hæc conſideratio, quandoquidẽ vere Doctores in d. rub. ff. de iuriſd. omn. iud. & nos hìc diſputamus de vna ſpecie iuriſdictionis, non autem de ea in genere.

11 Secundò accedit, quod delegata † iuriſdictio dicitur extra. ordinem: & iudex delegatus iudex extraordinarius appellatur. leg. ſi quando. vbi Baldus. C. de dilat. Iaſon in l. ait prætor. in princ. numero primo. ff. de re iudic. & Decius in l. prima. §. qui mandatam. nume. 1. ff. de officio eius. Atqui in dubio quis iure ordinario, & non extraordinario vti, & concedere præſumitur. l. Sæio. §. modico. ff. de annuis leg. Ergo iuriſdictio ordinaria conceſſa præſumitur.

12 Tertiò confert, quod in dubio † diſpoſitio intelligi, & interpretari debet de actu alteri minus præiudiciali; & quo vtrique parti ſit magis conſultum; vt ſcripſi in lib. ij. de arbitrariis iudicum. caſu cxcix. numero decimotertio. ex l. adoptiuus. §. j. ff. de ritu nupt. ac ex ſententia Baldi, & Crauettæ, quos eo loci recenſui. Atqui ſi de ordinaria intelligimus, conceſſio eſt minus præiudicialis quàm ſi delegata intelligatur. Ergo de ordinaria intelligi debet. Illa minor probatur, quoniam concedendo ordinariam, alteri ordinario nullum adfertur præiudicium, ex quo ambo cumulatiuè concurrunt, vt ſcribunt Bartol. in l. j. C. de offi. præfecti verbis. Felinus late in capitul. paſtoralis. numero ſecundo. de offic. ordina. & in capitul. Cæterùm. numero quarto, de iud. & Sebaſtian. Vantius in tractat. de nullitatibus titul. de nullitate ſententiæ ex defectu iuriſd. ordina. numero 26. qui dixit, in dubio præſumi cumulatiue conceſſam. E contra verò, ſi delegata intelligeretur, ordinariæ eſſet derogatum. capitul.
13 P. & G. de offic. deleg. Et ideo iuriſdictio † delegata dicitur odioſa, quia per eam aufertur poteſtas ordinario. Ita inquit gloſſa in capitul. primo, in verbo, proceſſus. de reſcrip. in vj

14 Quartò accedit, quod in dubiò † actus, & diſpoſitio recipit interpretationem à natura, & qualitate perſonæ concedentis. l. ſi ſeruis plurium. §. vlt. & ibi glo. ff. de leg. primo, & ibi ſcribunt Doctor. & egregie Boer. quæſtion. clviij. nu-
15 mero decimotertio. At qui natura & qualitas legis † eſt, vt perpetua ſit, & ſemper vigeat. l. Ariani. in fine. C. de hæret. & capitul. erit autem lex. diſtinctio. quarta. Ergo intelligitur à lege conceſſa & illa iuriſdictio, quæ perpetuam naturam habet: quæ quidem perpetua iuriſdictio eſt illa, quæ ordinaria appellatur non autem delegata: Cum delegata temporalis ſit l. iudicium ſoluitur. ff. de iudiciis. Et huc facit quod
16 diſpoſitio † intelligitur de actu perpetuo. ita Bart. in l. ſi quis adulterium. §. j. ad l. Iul. de adulte. & l. ſeruus. C. de pænis. Et licet Sapia in rubr. ff. de iuriſ. omn. iud. ſcriptum reliquerit, etiam iuriſdictionem ordinariam eſſe temporalem; cum ordinarij officium tempore extinguatur. l. diem functo. ff. de offic. aſſeſſo. attamen errat Sapia, quia non eſt iuriſdictio ordinaria, quę tempore finitur, ſed officium illius, vel illius ſingularis perſonæ: Cum dignitas, & poteſtas in ſucceſſorem continuetur. l. proponebatur. ff. de iud. & capitul. quoniam Abbas. de offi. deleg.

17 Quintò confert, quod iuriſdictio † delegata, eſt iuriſdictio ſpecialis, cum & ipſe delegatus ſpecialis iudex appelletur. l. cum ſpecialis. C. de iud. Et econtra iuriſdictio ordinaria, dicitur ſecundum ius commune. Atqui in dubio non præſu-
18 mitur † diſponentem velle vti iure ſpeciali, ſed communi. l. quamquam. ff. de teſta. militis. & l. in teſtamento. la prima. C. eod. & ibi Decius. numero 11. & Alexan. in conſ. lv. nu. 6. lib. v. Ita etiam videmus, principem præſumi concedere po-
19 tius reſcriptum † iuſtitiæ, quam gratiæ, ex quo illud gratiæ eſt magis ſpeciale, vt docuit Ripa in Rubr. de reſcrip. nume. 17. Ergo conceſſa præſumitur ordinaria iuriſdictio, & non delegata. Confirmatur illa minor propoſitio; quod ius ſpe-
20 ciale dicitur extraordinarium. Extraordinaria autem † non ſunt in cõſideratione. l. iiij. §. j. ff. de fideicomm. liber. & ſcribit Alciatus in tract. de præſump. regul. iij. præſump. xxxvj. nu. 2. verſi. ſecunda ratio.

21 Sextò accedit, quod res † facile reuertitur ad ſuam naturam. capitul. ab exordio. xxxv. diſtin. & l. ſi vnus. §. pactus. & ibi Iaſon numero ſexto. ff. de pactis. At qui natura iuriſdictionis, & iudicij eſt, vt ſit ordinaria, non autem extraordinaria. Ergo. &c. Minor propoſitio ita probatur. Ordinarium eſt ſecõdum ius commune, quod ius generale dicitur: extraordinarium verò eſt ſecundum ius ſpeciale, & ſingulare. Eſt enim ius commune ſeu lex generalis, quæ æque in omnibus obſeruatur: & quæ in communi de rebus hominum ſtatuit. l. ij. ff. de legibus ibi, ciuitatis autem communis compoſitio, &c. & capitul. erit autem lex. iiij. diſtinctio. ibi, ſed pro
22 communi vtilitate. Et ideo dicimus ordinarium † iudicium eſſe ſecundum ius commune, cum in omnibus obſeruari debeat, niſi ſpeciali ratione facta ſit exceptio. Extraordinarium autem dicitur contra ſeu præter ius commune, cum ſit ob legem ſingularem; quæ ſanè ſingularis res eſt de perſona, vel re, vel loco, ſpeciali de cauſa conſtituta; vt ex Gellio libr. x. noct. Attica. capit. xx. colligitur, & declarant Budæus in annotat. ad Pandectas ad l. legis virtus. ff. de legib. & Alexãder ab Alex. libro vj. dierum genialium. cap. xxiij. Cum ergo in aliquo negotio cõceditur procedi extra ordinem, id ſit ſpeciali fauore, vel perſonæ, vel rei, vel cauſæ, atque ita illa eſt ſingularis. ſicuti dicimus, ſingulari fauore pupillorum, & viduarum, procedi in cauſa, atque ita extraordinariè, vt in tit.

C.quãdo Impera.inter pup.& viduam.Ita fauore cauſæ ali-
mentorum,ſpeciali & ſingulari iure proceditur, ſummariè,
& extraordinariè. Hæc de primo huius diſputationis capite.
Secundum eſt huius diſputationis caput, quando iuriſdi-
ctio fuit conceſſa à principe,an ordinaria, vel delegata præ-
ſumatur conceſſa? Hanc diſputationem propoſuit Bart.in l.
more.nu.8.ff.de iuriſd.omn.iud.in l. ambitioſa.nu.34. ff.de
decretis ab ordine facien.& in ſua.q.quæ incipit,Adunãtia.
col,vlt.Ego Bartoli traditiones ſecutus, ita planius aliquot
caſus diſtinguo.
Primus caſus eſt, quando mandatur cauſæ cognitio diffi-
nitioque,iudici habenti iuriſdictionem ordinariam,& com-
miſſio ſit officio,non autem perſonæ nominatim:vt puta, ſi
ita mandetur; Prætori Patauino committimus, & manda-
mus,vt de cauſa hac videat,cognoſcat,& iudicet,Hoc in ca-
ſu, ordinaria iuriſdictio eſt tributa. Ita Bartol. in dicta lege
ambitioſa.numero 34.verſicu.ſi enim hoc concedit. Baldus
in l.more.colum.ij.verſicul.iuxtà quod quæro. ff. de iuriſd.
omn.iud.& ibidem Ioan. Baptiſta à ſancto Seue.q.xv.num.
25. & Curtius Iun.num.56.Cæterùm, non declarant Bar. &
Baldus,an ordinaria hæc iuriſdictio ſit propria,vel proroga-
24 ta? Nos ita diſtinguimus. Aut cauſa hæc commiſſa † aliàs
ſpectabat ad officium,& poteſtatem huius ordinarij:& tunc
ex noua hac cõmiſſione dicitur ſolùm excitata eius iuriſdi-
ctio, atque ita propria eſt iuriſdictio.capitul.licet in corri-
gendis. vbi Abbas. numero ſecundo, & cap.penult.de offic.
ordina. Non habet tamen locum hæc traditio quando alte-
rata fuit hæc ordinarij iuriſdictio. Nam tunc ex ordinaria
efficitur delegata. Ita Iaſon in l.ius ciuile.numero ſecũdo.ff.
de iuſt.& iure,Abba.in cap.licet in corrigendis. numero ſe-
cundo,& ibidem Felin.numoro primo,de off.ordina. Aret.
in l.j.§.ſi quis ſimpliciter.numero ſecundo.de verb.oblig.&
ibidem Alexan.numero nono. Socinus Sen. numero tertio.
Galliaula nu.23.& Alciatus nu.11. Curtius Iun.in d.l. mo-
re.nu.47.Boerius in q.clj.num.5.& Rota Romana referente
Verallo in deciſ.lx. in prima parte, quæ ſecuta eſt Crottum
in l.j.§.ſi quis ſimpliciter.nu.10.de verbo.obligatio.qui di-
xit,eſſe ordinarium in procedendo;ſed delegatum in iudicã-
do. Plura autem alterationis ſigna commemorant Iaſon in
d.l.ius ciuile,numero quinto,& 6. Decius in l.more.nu. 32.
ff.de iuriſd.omn.iud. Felinus in dicto capitul. licet in corri-
25 gendis. de offic. ordina. Aut cauſa hæc commiſſa aliàs † ad
hunc ordinarium nõ pertinebat aliquo modo;vt ſi Princeps
mandat Prætori Patauino, cauſam alioqui pertinentem ad
Prætorem Brixiæ: Et tunc Prætor iſte Patauinus cenſetur
factus delegatus. Ita Bortol.in l.more.numero octauo.ff.de
iuriſdict.omn.iud.& Alber.in l.ſæpe.ff. de offi. præſid. Et ſi
recte perpendatur, idem ſenſerunt Archaranus, & Francus
in capitul.ij.qui auctoritatem.de præben.in ſexto Aretin.in
l.j.§.ſi quis ſimpliciter.colum. iij. verſicul.ſed quæritur pro
perfecta.ff.de verbo. obligatio. adducti ex l.& ſi prætor. ff.
de offic.eius.l.j.C.qui pro ſua iuriſdict.& ex cap.cũ aliquib.
de reſcrip.in ſexto. Quæ ſanè opinio verior eſt illa Collegij
Peruſini,quod contrarium reſpõdit ex conſilio Baldi, vt eſt
relatum inter allegationes Lapi alleg.lxxxviij.& inter conſi-
lia Angeli in conſi.ccx.
Primò eſt videndum. Reſpondit ſanè Collegium Peruſi-
num, hunc eſſe iudicem ordinarium: Cum eius ordinaria iu-
riſdictio,quam ſuis in cauſis ordinarie obtinet,ad hanc pro-
rogata fuerit. Hanc opinionem ſecuti ſunt Ioan. Baptiſta à
ſancto Seuerino in l.more.num.26.& ibidem Dec.num.36.
ff.de iuriſd.omn.iud.Fran. Pauinus in tract.de officio & po-
teſtate capit.ſede vaca.parte prima.q.ij. verſi. per ſtatuta. &
parte ſecunda.quæſtio.decima.nu.29.Socin.Senio.in l j.§.ſi
quis ſimpliciter. numero tertio. de verbo. obligatio. Ea ra-
tione ij moti ſunt, quia officium prorogari poteſt.l. quæro.
ff.de ſolutio.quemadmodum ergo iuriſdictio prorogari po-
teſt ab homine: ita etiam poteſt prorogari à lege viua, hoc
eſt, à principe.l.j.& l.de qua re.ff.de iudiciis. Et cum hic ſi-
mus in dubio,dicendum eſt, hanc eſſe potius ordinariam iu-
riſdictionem, vt pote fauorabilem, quàm delegatam, quæ
odioſa eſt,vt diximus ſupra.Quæ quidem ratio vera non eſt,
vt animaduertit,& recte, Aretin. in dicto §. ſi quis ſimplici-
26 ter. Nam etſi prorogatio † fieri poſſit, tam à lege quam ab
homine:non tamen hoc in caſu facta reperitur,vt ſenſit Bal-
dus in l.vlt.C.de vindict.liber. poſt gl. ibi. Et prætereà pro-
27 rogatio non datur † de vna re ad aliã diuerſam.l.ſi manente.
ff.de precario.& ſenſit in ſpecie gl.in d.c.ij.qui auctoritate.
18 Secundus eſt caſus huius ſecundi capitis, quando † cauſa
mandatur perſonæ priuatæ, atque ita non habenti aliquam
iuriſdictionem, & princeps mandans his verbis vtitur: au-
ctoritate noſtra, vel vice noſtra faciat. Hoc in caſu dicitur
delegatus.Ita Bartol.in d.l.ambitioſa.numero 34.verſicul.ſi
enim hoc concedit.ff. de decretis ab ordine facien. Baldus
in dicta l.more.colum.ſecunda verſic. iuxtà quod quæro.ff.
de iuriſd. omn. iud. & ibidem Dec. numero 26. & Purpur.
numero 46.Qui ſanè caſus à fortiori probatur;quia etiam ſi
aliàs hic,cui facta eſt commiſſio,eſſet ordinarius,& ei com-
mitteretur,quod nona hac in cauſa procederet, & iudicaret
auctoritate mandãtis;factus diceretur delegatus,vt diximus
ſuprà ex c.cum aliquib.in fi.de reſcrip.in vj.
Tertius eſt caſus, quando ſimpliciter perſonæ priuatæ
cauſa ſingularis particulariſque committitur. Hoc in caſu
29 dicitur iſte effectus † delegatus. Ita Bartol. & Bald.in locis
præcitatis. Et idem Bar.in l.j.in fine.C.vbi & apud quem in
integr.reſtit.pet.Decius in l.more.nume.35.& ibidem Pur-
pur.numero 48.Ruinus in conſilio lxij.nume. 5.libro quin-
to,& ibidem ſcripſi libro primo.de arbitra.iudicum.quæſt.
duodecima, numero ſeptimo. Quam quidem ſententiam
probat Bar.ex cap.cum aliquibus.de reſcrip.in vj.Et quam-
quam Decius in dicta l.more.numero 36.ſcripſerit.dicto c.
cum aliquibus, non probare:attamen vere mihi viſus eſt er-
rare Decius; cum is conſideret d.capit.cum aliquibus,in ſe-
cunda ſui parte, hoc eſt,in fin. Quæ ſanè ſecunda pars, non
loquitur de eo, qui alias priuata perſona eſt; & qui careat
auctoritate ordinaria conferendi,ſed de eo,qui conferre po-
teſt,& cui ſi concedatur facultas conferendi; non obſtante
ſtatuto eccleſiæ, &c. dicitur ex ordinaria iuriſdictione con-
ferre; non autem ex delegata. At Bartol.non perpendit tex-
tum illum in ea parte,ſed in prima ſui parte,ibi,ſi canonico-
rum receptio. &c. Quò ſanè loci, ex iuriſdictione delegata
is dicitur conferre, qui aliàs conferre non poterat. Et dele-
gata eſt,cum negotium particulare ſit. Prætereà & ſecundò
ea ratione probatur hic caſus,quod ordinaria iuriſdictio eſt
de cauſarum vniuerſitate, vt mox dicemus. Et ſimile eſt de
tutela,tutore,qui pro re vna, pupillo non datur.l.certarum.
ff.de teſta.tutel.
30 Declaratur hic caſus,vt nõ † procedat,cum ipſe mandans
& committens cauſam expreſſim diceret;quod in ſui locum,
in omnibus ponit eum, cui mandat. Nam ex hoc cenſetur
conceſſa ordinaria iuriſdictio. Ita Angelus in dicta l. more
quem ibi ſecutus eſt.Ioan.Baptiſta à Sancto Seuerino.q.xv.
nu.25.& idem ſenſit Innoc.in capitu.ſuper quæſtionum.nu-
mero quinto. de offi.deleg. Diſſentit tamen Purpur. in d.l.
more.nu.55.verſi.tertiò limitatur.
31 Quartus eſt caſus, cùm à † principe ſimpliciter commit-
titur atque mandatur priuatæ perſonæ certum genus cauſa-
rum.Hoc in caſu iſte præſumitur effectus delegatus.Ita Bar.
in d.l.more,numero octauo verſicul.ſi verè hoc.ff.de iuriſd.
omn.iud.& in l.prima,in fine.C.vbi & apud quem. Et illum
ſecuti ſunt Ioan. Baptiſta à ſancto Seuerin. in d. l. more.nu-
mero 29. Decius nume.35.& Purpur.numero 50.qui com-
munem eſſe aſſerunt. Et idem docuit Hoſtien.in ſumma tit.
de officio ordinarij.numero primo.Et adfertur pro hac ipſa
traditione tex.in capitul.ne aliqui.de hæret.in ſexto quo lo-
ci inquiſitor hæreticæ prauitatis delegatus appellatur ob id,
quod certum genus cauſarum, nempè hæreticæ prauitatis,
commiſſum fuit.Cæterùm facile euitari poteſt tex.iſte:quã-
doquidem expreſſim ibi non dicitur,illum eſſe effectum de-
legatum, ob certum illud genus cauſarũ;ſolùm enim innuit
tex.ille,hunc eſſe delegatum. Qua ratione autem talis præ-
ſumatur,colligi facilius poteſt ex capitul.vt officium, quod
ſubſequitur:in quo quidem ſcriptum eſt,inquiſitores aucto-
ritate apoſtolica inquirere. Delegati ergo ij cenſentur, ob
vim illorum verborum, auctoritate apoſtolica, vt diximus
ſuprà.
Secundò motus eſt Bartol. argumento ducto à poteſtate
32 tutoris ad iuriſdictionem, quod quidem argumenti † genus
à iure receptum eſt, vt docuit Bartol. in l.inter tutores.ff.de
33 admin.tuto. Atqui tutor † non datur certis rebus,ſed vniuer-
ſitati



ſitati.l.certarũ.ff.de teſta.tutela. Ergo pari modo ordina-
ria iuriſdictio.ſi itaque non ordinaria, ſequitur eſſe delega-
tam.Hæc tamen argumentatio,qua vti voluit Bart.& clarius
Purpur.in d.l.more.nu. 50. mea quidem opinione non con-
34 cludit. Nam quòd tutor dari certis rebus non poſſit † ex eo
ſit,quod naturæ illius actus repugnet.Tutor enim datur per-
ſonæ.§.primo,inſt.de tutel. Perſona autem in vniuerſum ſua
æquè poſſidet; Et ideò datus tutor perſonæ, in necaſſariam
conſequentiam omnibus rebus datus dicitur.Quod ſi rebus
prouidendum eſt, ſtatuit lex curatorem dari debere. Non
ita eſt in iuriſdictione, quæ etiam ordinaria dari poteſt quò
ad certas cauſas. Tertiò itaque, & melius hac ratione caſus
35 iſte probari videtur; ordinaria † iuriſdictio ſui natura non
eſt reſtricta ad hoc, vel illud cauſarum genus,ſed in vniuer-
ſum illa omnia reſpicit; vt diffiniendo declarat Bartol. in l.
more. numero 5. ff. de iuriſd. omn. iud. Cùm ergo certum
genus cauſarum committitur,illa natura iuriſdictionis ordi-
nariæ immutatur atque alteratur. Non ergo ordinaria præ-
ſumitur,ſed potius delegata, quæ alio nomine extraordina-
36 ria appellatur. Hinc infertur,ſyndicatores † datos ad ſyndi-
candum iudices officiales, obtinere iuriſdictionem delega-
tam,non autem ordinariam. Ita docuit Bartol.in d.l. vlti. in
fine. C. vbi & apud quem. Et illum ſecuti ſunt Iaſon in d.l.
more.nume. 50. & ibidem Purpur. numero 51.qui quidem
Purpur. ita dinſtinguit. Aut ſyndicatores dati ſunt à ſtatuto,
& tunc cenſentur ordinarij; id quod ex dictis in præcedenti
capite declarari poteſt. Aut dati ſunt à principe;quo de caſu
nos nunc loquimur:& tunc eſt dubium,quia (vt inquit Pur-
37 pur.) dati videntur † ad cauſarum vniuerſitatem: Et ideo
cenſeri debent ordinarij. Ego pariter exiſtimo hos eſſe or-
dinarios. Nam eo ipſo, quod ſyndicatores conſtituti ſunt,
merum & mixtum imperium habent. Ita Baldus in l. obſer-
uare.§.proficiſci.q.j.ff.de offic. proconſ. & leg.Prætereà ſa-
larium habent de publico, ob id ſportulas non recipiunt.
Ita Pariſ. Putheus in tracta.de ſyndicatu.§.an ſyndicatores.
Quintus eſt caſus, quando princeps priuatæ perſonæ
38 committit vniuerſitatẽ cauſarum. Nam tunc † præſumitur
ille factus iudex ordinarius. Ita Bart. in d.l.more.nume.8.in
fi.& ibidẽ Dec.nu.37.Curt.Iurior.nu.57. & Purpur. nu.57.
verſic.ſecundum membrum. qui communem eſſe teſtantur.
Et in hanc ſententiam adductus eſt Bar.ex.l.j.§.cum vrbem.
ff.de officio præfecti vrbi.qui tamen vix probat:quia & ſi eo
loci ſcriptum ſit: Præfecto vrbi cenſeri mandata, quæ intra
vrbem committuntur:non tamen ex eo neceſſariò iudicatur
ordinarius: ſed ex eo quod ſolum more Romano ad magi-
ſtratum aſſumebatur. Et proptereà in l.ij.§.& hæc omnia.ff.
de origine iuris, Præfectus iſte vrbi hoc nomine magiſtra-
tus appellatur. Non ergo hic verſamur in dubio, ſed in caſu
claro; in quo conſtat præfectum vrbi eſſe creatum magiſtra-
tum atque ita ordinarium eſſe. Non etiam probat hanc ſen-
tentiam.tex.l.vlt.C.vbi & apud quem,citatus à Bartol. dum
ait ille tex.in vltimis ſuis verbis; illum,cui generaliter cauſæ
demandatæ ſunt, poſſe cognoſcere de reſtitutione in inte-
grum petita. Non inquam probat, cum non declaret ibi le-
giſlator ille, an is ordinarius ſit, vel non. Quocirca melius
hæc ſententia probari videtur ea ratione; quod cum iuriſdi-
ctio ordinaria ſit ſui natura fauorabilis:delegata verò odio-
ſa, vt inquit gloſſa in cap.j.in verbo,proceſſus,de reſcrip. in
vj.& diximus ſup.ob id ordinaria,non autem delegata præ-
ſumitur. Exiſtimauit tamen Curtius Iunior in dicta.l.more.
numero quinquageſimooctauo,de iuriſd.omn. iudic. inſpi-
ciendum potius eſſe,an in ea cauſarum vniuerſitate eſſe con-
ſueuerit iuriſdictio ordinaria,vel delegata;vt ſecundum eius
naturam præſumatur facta commiſſio.

## PRAESVMP. XVII.

Qua iuriſdictione vſus præſumitur is,qui ſecundũ
ordinariam & ſecundum delegatam; cognoſcere &
diffinire cauſam poteſt.

### *SVMMARIVM.*

1 *Iuriſdictionem tam ordinariam,quam delegatã habens,ſi ex actis cõſtet,*
*qua voluerit vti iudex,vel ordinarius habebitur,vel delegatus.*
2 *Iuriſdictione ordinaria vſus eſſe præſumitur iudex,quando proceſſus &*
*ſententia ſecundum eam ſuſtineri poteſt.*
3 *Iudex aſſumptus à partibus, in dubio præſumitur aſſumptus vt ordina-*
*rius non vt delegatus.*
4 *Delegatione facta à principe vel pontifice, iudex tanquam delegatus*
*proceſſiſſe præſumitur.*
5 *Delegatus principis eſt dignor ordinario.*
6 *Iuriſdictione delegata,quando iudicem vſum fuiſſe,præſumatur.*
7 *Viam & modum amplecti quilibet præſumitur illum, quo actus va-*
*leat.*

CVM vtramque iuriſdictionem obtinet iudex,
ſicuti certis caſibus obtinere poſſe, ſuperio-
re diſputatione demonſtrauimus; & ambigi-
tur ſecundum quam de cauſa cognouiſſe, ita
aliquot caſus diſtinguendi ſunt.
1 Primus eſt quando ex actis ipſis conſtare poteſt † qua
poteſtate & iuriſdictione vſus ſit. Hoc in caſu res clara eſt,
ob id opus non eſt confugere ad coniecturas, quæ in claris
ceſſant.iuxta l.ille aut ille.§. cum in verbis. de legat. iij. Si
ergo acta ſignificant, hunc proceſſiſſe vt ordinarium, talis
erit iudicandus;ſi vero vt delegatũ,delegatus habendus erit.
Ita in ſpecie docuit Abbas in c.cùm ex officij.nu.32.de præ-
ſcript,& ibidẽ Felin.col.xiij.nu.32.verſi. limita primo. &c.
qui ſcripſit, ita poſſe intelligi reſponſum Feder. de Senis in
conſil. cxxx. in fin. quòd alioqui ab Abbate, & aliis multis,
vt infra dicemus reiicitur. Et caſum hunc multis ſimilibus,
confirmauit Felinus.Et eandem ſententiam probauit etiam
Pariſ.ibidem. nume.33.in fi. Idem reſpondit Alex. conſi.lj.
nu.8.lib.v.
2 Secundus eſt caſus, quando † ex actis quidem non poteſt
apparere, qua poteſtate vſus ſit:ſed tamen proceſſus & ſen-
tentia ſuſtineri ita poteſt, ſecundũ ordinariã iuriſdictionẽ,
quemadmodum & ſecundum delegatam.Hoc in caſu præſu-
mitur vſus iuriſdictione ordinaria. Ita ſententia Baldi in ca.
vltim.col.j.de re iud. tradit Felinus in d. cap. cum ex officij.
colum.xij.num.34.verſic. ſi autem iudices. & ibid. apertius
Pariſius num.33.verſi.ſi autem actus valeret.His addo Ale-
3 xandrum in conſi.lv.iudex aſſumptus † à partibus.præſumi-
tur aſſumptus vt ordinarius. non autem vt delegatus. Non
ergo etiam aliter quam vt ordinarius præſumitur procedere.
Et ratio eſt, quia non extraordinario ſpecialique iure: ſed
communi potius vſus præſumitur.l.quamquam.& l.in teſta-
mento.la j.ff.de teſta.milit.& reſpõdit Alex.conſi.lx.nu.20.
lib.ij. Et iuriſdictio ordinaria dicitur eſſe firmior & poten-
tior ipſa delegata, vt ſcribunt omnes in rubric. ff.de officio
eius &c. Eſt ergo præſumendum hunc iudicem fuiſſe vſum
iuriſdictione ordinaria,cùm in dubio quis præſumitur velle
actum ſuum valere debere omni meliori modo. l. iij. ff. de
mili.teſta.de qua re ſtatim dicemus.
Declaratur hic caſus, vt non procedat quando delegatio
4 † eſt facta à principe, vt à ſummo Pontifice & aliis. Nam
tunc præſumitur proceſſiſſe tamquam delegatus, Ita Ioann.
Andreæ in capitul.vlti colum.j.verſic.item quando concur-
runt.de re iudi.quem ſecuti ſunt Felinus in d.capitul,cum ex
officij.colum.xij.nu.31.verſi. bene facit. & ibidem Pariſius
num.33.verſicul.quod intellige. qui recenſent alios plures,
qui Ioan.Andreæ ſecuti ſunt.Et ratio illa eſt,quia delegatus
5 † principis eſt dignior ipſo ordinario, vt ſcribunt omnes in
dicta rubri.ff.de officio eius.Et ob id appellatio deuoluitur
ad ipſum principem, vt declarat idem Felinus in dicto capi-
tulo. cùm ex officij.numero vigeſimoquarto. & ibidem Pa-
riſius.numero vigeſimoſexto.Et certum eſt ea quæ digniora
ſunt preferenda.l.ſecunda.ff.de albo ſcrib.prætulit ergo hic
delegatus eam iuriſdictionem digniorem ordinariæ minus
dignæ.
Tertius eſt caſus quando ex actis apparere nõ poteſt, qua
poteſtate & iuriſdictione vſus ſit iudex, ſed ſecundum iuriſ-
dictionem ordinariam,proceſſus & ſententia ſubſtineri non
poſſunt; ſecundum delagatam verò poſſunt. Hoc in caſu
6 † recepta magis opinio eſt, hunc iudicem præſumi vſum iu-
riſdictione delegata. Ita ſanè Butrius in dicto c.cum ex offi-
cij.numero vigeſimooctauo. de præſcript.& ibidem Abbas
numero trigeſimoprimo.Felinus nume. primo, & Pariſius.
numero trigeſimotertio, eandem probat. Ea eſt ratio, quia

7 quilibet præſumitur amplecti eam viam† & modum, quibus
actus ipſe ſuus valeat. l. tertia. ff. de teſtam. mili. & l. quoties.
ff. de rebus dubiis. & aliis multis; quæ commemorabimus
infra libro ſexto, præſumpt. octaua. confirmari poſſet. Et
egregiæ ſunt ſimiles illæ traditiones, quas ad rem hanc con-
gerunt Felinus præcitato in loco. numero trigeſimoprimo,
verſicul. dixit etiam Ludouicus, & Alciatus de præſumptio.
regula tertia, præſumpt. trigeſimaquinta. numero tertio &
quarto, & quinto. Et nos alia his ſimilia adferemus infra hoc
libro præſumptione trigeſimaoctaua. vbi diſſeremus, quan-
do præſumatur pro ſententia iudicis ordinarij. Nec hic re-
pugnat auctoritas Federici de Senis in dicto conſilio cente-
ſimotrigeſimo. in fine. qui contrarium viſus eſt reſpondere.
Nam aut Federicus intelligendus eſt, quando ex actis ipſis
conſtabat iudicem illum tanquam ordinarium proceſſiſſe in
cauſa, vt ſupra in primo caſu diximus. Et illum pariter ita
intellexit Alexander in dicto conſilio lv. numero ſexto, libro
quinto. Aut male is Federicus reſpondit: ſicuti eum repre-
hendunt Butrius & Abbas.

## PRAESVMP. XVIII.

Iuriſdictionem vni vel duobus conceſſam, aliquã-
do cumulatiuè, aliquando priuatiuè conceſſam præ-
ſumi, diſtinctione multorum caſuum dilucidè expli-
catur.

### SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictionem ordinariam concedens princeps magiſtratui, reſpectu ſui præſumitur cumulatiue concedere.*

2 *Concedentis auctoritas, in iuriſdictionis conceſſione ſemper præſumitur præſeruata illæſa.*

3 *Sermo generalis non comprehendit perſonam loquentis.*

*Idque maxime in principe. nu. 4.*

5 *Iuriſdictio annexa feudo, ſi vaſallo fuerit à principe conceſſa, priuatiue intelligitur.*

6 *Dominio & iure vtili tranſlato, priuatiue dicitur tranſlata iuriſdictio.*

7 *Iuriſdictionem in homines vaſalli ſui, princeps exercere non poteſt.*

8 *Iuriſdictio vniuerſalis, eodem tempore duobus & pluribus conceſſa à lege, vel principe, cumulatiue intelligitur.*

9 *Vicario vel aſſeſſori conceſſa iuriſdictio, cumulatiue accipitur.*

10 *Iuriſdictio ſpecialis conceſſa magiſtratui, tanquam ſuperiori iudicis vniuerſalis priuatiue conceſſa præſumitur.*

11 *Iudici nouo, tributa iuriſdictio aliquo in loco ordinario magiſtratu ibidem ius dicente priuatiue facta intelligitur.*

12 *Iuriſdictio diſcretiue conceſſa nouo magiſtratui, priuatiue facta præſumitur.*

13 *Iuriſdictio conceſſa taxatiue circa aliquod genus cauſarum, priuatiue intelligitur. Fallit id in iuriſdictione competente ex conſuetudine. num. 15.*

14 *Taxatiua habet vim excluſionis.*

15 *Conceſſio iuriſdictionis facta nouo iudici, reſpectu iudicis inferioris, priuatiue præſumitur.*

16 *Diſpoſitio legis ſpecialis, generali non derogat, niſi in incompatibiles ſint.*

17 *Iuriſdictio conceſſa alteri fauore perſonarum, priuatiue conceſſa præſumitur.*

*Idque procedit multo magis accedente fauore perſonæ cui conceditur. num. 18.*

19 *Priuilegia duo vbi concurrunt, illud magis ſpeciale dicitur quod perſonæ conceditur.*

20 *Iuriſdictio conceſſa alicui priuatiue non præſumitur, ſi lex vel ſtatutum id declaret.*

21 *Iuriſdictio conceſſa odio certarum perſonarum, cumulatiue facta præſumitur.*

22 *Iuriſdictio conceſſa prælatis regularibus in ſuos monachos, priuatiue ad Epiſcopum præſumitur.*

23 *Iuriſdictio conceſſa priuilegio alicuius perſonæ, intelligitur priuatiue.*

24 *Iuriſdictio præſcriptione acquiſita, priuatiue cenſetur acquiſita.*

25 *Iuriſdictio conceſſa duobus ordinarijs, cum clauſula, ambobus vel alteri eorum, cumulatiue intelligitur.*

26 *Iuriſdictionem ordinariam conceſſam alteri, quando non apparet, an odio vel fauore perſonarum facta ſit, cumulatiua præſumimus.*

27 *Præfecto vrbis, totius ciuitatis generalis iuriſdictio erat conceſſa.*

28 *Proconſulis quanta apud Romanos poteſtas.*

29 *Diſpoſitio hominis ſpecialis, derogat generali, ſecus in legali diſpoſitione.*

30 *Regulam, Generi per ſpeciem derogatur, locum habere in iuriſdictionalibus fauore publico.*

31 *Iuriſdictio primum conceſſa vni delegato, poſtmodum alteri ab eodem principe priuatiue accipitur.*

32 *Argumentum à mandato procuratoris, ad mandatum iuriſdictionis valet.*

33 *Expeditio cauſæ vel vnius articuli, mandata vni ex delegatis, priuatiue intelligitur.*

34 *Iuriſdictione mandata duob. ſimpliciter, cumulatiuè non tamen in ſolidum mandata præſumitur.*

35 *Iuriſdictio mandata duobus adiecta clauſula vel alteri veſtrum cenſetur cumulatiue mandata & inſolidum.*

36 *Iuriſdictionis vel priuatiue vel cumulatiue conceſſæ, quis ſit effectus.*

37 *Præuentioni quando ſit locus.*

38 *Iuriſdictione cumulatiue pluribus & vniuerſis ſicque ſimul conceſſa, alter ſine alio non cognoſcit.*

DISPVTATIO eſt egregria,, ſed perplexa ad-
modum, quando iuriſdictio cumulatiue vel
priuatiue præſumatur tributa & conceſſa. Exi-
ſtimo facilis explanationis gratia; diſtingui at-
que conſtitui poſſe duo diſputationis capita.
Quorum primum eſt, de iuriſdictione ordinaria, ſecundum
eſt de Delegata. Primo in capite conſtituo plures caſus.

Primus eſt caſus, quando princeps concedit iuriſdictio-
nem magiſtratui: & dubitatur, an reſpectu perſonæ ipſiuſmet
principis concedentis præſumatur conceſſa cumulatiue, vel
1 priuatiue. Hoc caſu dicendum eſt, præſumi † conceſſam cu-
mulatiuè. Ita Baldus in conſil. cccxxvj. Rex Romanorum. in
fi. libr. j. Cum dixit, quòd ſi Papa committit iuriſdictionem
alicui, nihilominus retinet ſibi eandem & maiorem. Idem
ſenſit ipſe Bal. in c. j. in prin. nu. 2. de his, qui feudũ dare poſſ.
Et idem Bal. in l. qui ſe patris. nu. 10. ad fi. verſic. item in con-
ceſſis. C. vnd. liberi ſcripſit, quòd in cõceſſionib. iuriſdictio-
2 num, ſemper auctoritas † concedentis cenſetur præſeruata
illæſa: & quòd in eo reſidet ſupræma poteſtas. & manifeſte
Gram. in dec. xxx. nu. 3. & nu. 11. & poſt deciſ. in conſi. ij. Idẽ
in conſi. crim. in cõſi. vj. & in voto xxviij. nu. 3. Et ij quidem
adducti ſunt tex. cap. dudum. de præbẽ. in vj. Extat & ratio,
3 quòd in ſermone † generali, non comprehenditur perſona
loquentis. l. inquiſitio. C. de ſolut. & dicemus infra libro iij.
4 præſump. liiij. Et hoc maxime procedit in perſona † princi-
pis, quæ dicitur excepta, ne ſibi legem imponere videatur. c.
in fine. de prohib. feudi aliena. per Feder.

Declaratur hic caſus, vt locum non habeat, quando prin-
5 ceps conceſſit iuriſdictionem, quæ annexa † eſt feudo con-
ceſſo vaſallos. Nam tunc vaſallus dicitur obtinere iuriſdi-
ctionem priuatiuè ad dominum concedentem. Ita Baldus
in l. j. q. xliij. ff. de rerum diuiſ. Martinus Laudenſis in tract.
de principibus. in j. part. q. cxxxviij. incipit. Dux Mediolani.
Abb. in c. Cæterum col. ij. verſi. fateor tamen de iud. & ibidẽ
Felin. nu. 12. idem Felin. in cap. paſtoralis. col. iij. verſi. limit.
ſextò. de officio ordina. Curtius Sen. in conſi. lxxiiij. ſuper
memorata. in quinto dubio. Curtius Iun. in conſi. ij. num. 1.
Brunus in conſi. xlvij. nu. 7. Gram. in deciſ. xxx. num. 11. Soc.
Iun. in conſi, cxxvj. nu. 4. lib. iij. Bero. in conſi. lxxiiij. nu. 8. &
xj. lib. j. Et cum Beroio de eadem facti ſpecie idem reſpon-
dit Craue. in conſi. ccccxj. nu. 36. qui. nu. 29. verſi. quartò nõ
6 poteſt, ſcripſit, quod vbi trãsfertur dominium † & ius vtile,
dicitur priuatiuè tranſlata iuriſdictio, quia apud duos inſoli-
dum eſſe non poteſt. Quapropter concludunt prædicti Do-
7 ctores, principem nõ poſſe exercere † iuriſdictionem in ho-
mines ſui vaſalli. Eandem ſententiam copioſè comprobauit
Rola. in conſi. xlviij. nu. 22. lib. ij.

Secundus eſt caſus, quando vel princeps vel lex eodem
tempore contulit iuriſdictionem vniuerſalem, duobus ma-
giſtratibus & iudicibus, ſicuti ſtatutum Papiæ. xlv. in ciuili-
bus ſub rub. de officio Poteſtatis Bailio vicarij &c. tribuit
8 iuriſdictionem prætori & aliis iudicibus. Hoc caſu † præſu-
mitur conceſſio vtrique facta cumulatiue, non autem priua-
tiue: atque ita locus erit præuentioni. Ita dradunt Baldus in
l. vnica. §. vbi autem. nume. 6. verſi. primo caſu. C. de caducis
tollen.



tollẽ. Barto. Alexan. & Imola in l. ſi vni. ff. de re iud. & ibidem
Iaſon col. iij. verſicu. ſecunda concluſio. ff. de re iud. Bero. in
conſi. xxij. num. 42. lib. j. & manifeſtius explicat Vantius in
tract. de nullitate in tit. de nullitate ſenten. ex defectu iuriſ-
dictio. ordina. nu. 175. & nu. 177. Et prædicti quidẽ ſcribũt.
quod aliquando his iudicibus conceſſa eſt iuriſdictio inſoli-
dum: & tunc locus eſt prӕuentioni, atque ita vnus ſine altero
procedere poterit, & hoc caſu loquitur prædictum ſtatutum
Papiæ: aliquãdo verò intelligitur cõceſſa cumulatiue ſimul:
& tunc omnes ſimul, non autem ſinguli, procedere debent.
Et hic caſus procedit etiam in delegatis ad vniuerſitatem
cauſarum. Nam illi ordinariis æquiparantur. Ita in his ter-
minis ſcripſit Vantius præcitato in loco. nu. 178.

Tertius eſt caſus, creato conſtituto quӕ magiſtratui iudi-
cique ordinario, datur à lege, vel à principe vicarius, vel
aſſeſſor: qui certis de cauſis cognoſcere & iudicare poſſit.
9 Hoc etiam caſu iuriſdictio † conceſſa vicario, vel aſſeſſori
præſumitur cumulatiuè, non autem priuatiuè ad magiſtratũ
conceſſa. Ita in ſepcie de vicario ſcripſit Baldus in l. ſi quan-
do. in prin. num. 4. ff. de off. proconſ. & legati. & de aſſeſſore
idem ſcripſit ipſe Bald. in l. j. col. j. verſi. extra quæritur. ff. de
officio conſi. Et Baldum ſecutus eſt Felin. in cap. paſtoralis.
col. j. verſ. ſimiliter dixit Baldus, de officio ordin. Idẽ reſpõ-
dit Pariſius in conſi. ix. nu. 11. libr. iiij. Ea eſt huius ſententiӕ
ratio, quia Vicarius & aſſeſſor videntur dati, vt opem ferant
& adiumento ſint, ſuis ipſis principalibus magiſtratibus,
quorum nomine iuriſdictionẽ exercere videntur. Non ergo
eos iuriſdictione priuare dicuntur.

Quartus eſt caſus, quando ſpecialis iuriſdictio conceditur
magiſtratui, tanquam ſuperiori iudicis vniuerſalis, vt puta
quando princeps, vel lex creat & facit aliquem iudicem, qui
cognoſcat de cauſis nullitatum, & cauſis appellationũ à ſen-
tentiis latis ab ipſis iudicib. vniuerſalib. Hoc caſu huic iudi-
ci nullitatum & appellationum præſumitur conceſſa iuriſdi-
10 ctio † priuatiue ad iudices omnes ordinarios. Ita Baldus in
l. j. q. j. de off. conſul. Angelus in conſi. cclxxv. Pratenſis nu.
3. verſi. idem dico. & col. vlt. verſi. fallit, ſi vni. Aret. in l. quod
in rerum. col. ij. ad fi. de leg. j. idem ſenſit Aretinum ſecutus
Ruinus in conſi. v. col. iiij. lib. v. qui reſpondit, quod quando
datus eſt iudex adiunctus ordinario, cẽſetur priuatiue datus,
vt ſcilicet non poſſit is ordinarius ſine ipſo adiuncto in cauſa
procedere. Ratio eſt, quia à ſententia prima, appellatur iſte
ſecundus: ergo ille primus caret iuriſdictione, alioqui ad
eundem poſſet deuolui appellatio. Et in adiuncto, alia etiam
militat ratio, nempè ſuſpicionis ordinarij.

Quintus eſt caſus, quando exiſtente magiſtratu ordina-
rio, qui nõ ſolum iuriſdictionẽ exercet in ciuitate: ſed etiam
in oppidis & caſtris ciuitati ſubiectis, datur alter iudex, qui
aliquo in oppido & caſtro ius dicat. Hoc caſu, cenſetur huic
11 nouo † iudici collata iuriſdictio priuatiue, atq; ita cenſetur
adempta ab illo ordinario generali. Ita reſpondit Roma. in
conſ. cccxciij. nu. 10. verſi. nihilominus in propoſito. quẽ ſe-
cutus eſt Craue. in cõſ. ccccxj. nu. 28. verſ. tertiò ceſſat. Idem
ſenſit Angel. in conſi. cclxxv. Pratenſis in fine. Et ij quidem
moti ſunt tex. §. & iudicare. in auth. de defenſo. ciuit. Eſt &
ratio, quod ſancitum ita fuit, ne propter huiuſmodi ciuiles
pecuniariaſque cauſas, litigantes de caſtro & oppido, ad ci-
uitatem cogantur accedere.

12 Sextus eſt caſus, quando iuriſdictio diſcretiuè † concedi-
tur nouo magiſtratui: vt ſi caueтur ſtatuto quod omnia in-
ſtrumenta contractuum inſinuentur: & creetur iudex, qui
de cauſis inſinuationum cognoſcat & iudicet. Hoc caſu dici-
tur huic iudici cõceſſa iuriſdictio priuatiuè: atque ita nullus
alius, de cauſis illis inſinuationũ cognoſcere & iudicare po-
terit, Ita docuit Baldus in l. vnica. §. vbi autem. nu. 6. verſicu-
lo ſecundo caſu. C. de cad. tollen. in auth. habita. numero 32.
verſi. ſuper hoc. C. ne filius pro patre. Idem ſenſit ipſe Baldus
in l. nec quidquã. in princ. ff. de off. proconſ. & lega. in prima
lectura cùm dixit, quod legatus de latere nõ poteſt ſe intro-
mittere in off. collectoris Cameræ apoſtolicæ. ſic & Fran.
Bal. inter conſ. ipſius. Bal. in conſi. ccliij. Viſis omnib. prædi-
ctis. col. ij. verſi. quia aut. & col. vlt. lib. v. Idem apertius ſcri-
pſit Ang. in l. cùm prætor. in prin. ff. de iud. & in l. ſi vacantia.
col. xj. C. de bo. vaca. lib. x. Ita quoque Imola in l. Titiæ tex-
tores. in prin. nu. 4. de legat. primo. docuit, quod ſi ſtatutum
tribuit iuriſdictionem prӕtori in cauſis pupillorum: & Capi-
taneo dedit iuriſdictionem cognoſcendi de cauſis à decem
libris infra, non poterit Capitaneus cognoſcere de cauſis
pupillorum à decem libris infra. Cum (ait Imola) ſtatutum
diſtinguere voluerit, iuriſdictionem circa cauſas ſeparatas.
Hæc tamen traditio Imolæ procedit fauore perſonarum; vt
dicemus in ſubſequenti nono caſu. Et idem docuit Alex. in
d. l. Titiæ. nu. 5. vbi. nu. 7. ait, ſtatutum voluiſſe hoc caſu diui-
dere & diſtinguere cauſas. idem in conſi. lxv. nu. 9. lib. vj. Idẽ
affirmarunt Roma. in l. j. §. j. ff. de operis nou. nuntia. Aret. in
l. quod in rerum. §. ſi quis poſt. col. vlt. verſi. ſecundo limitat.
& in conſi. cij. Felin. in cap. paſtoralis. col. ij. verſic. limita ſe-
cundo de officio ordina. Crauet. in conſi. ccccxj. nu. 28. verſ.
ſecundò dici non poteſt. Et ij quidẽ moti ſunt ex l. ſolemus.
§. latrunculator. ff. de iudiciis.

13 Septimus eſt caſus, quãdo † taxatiue vni magiſtratui con-
ceſſa eſt iuriſdictio, circa aliquod genus cauſarum. Hoc etiã
caſu priuatiue collata præſumitur iuriſdĩct. Ita Angelus in l.
j. C. vbi & apud quẽ in integ. reſt. peten. ſit vbi ſcripſit, quod
ſi ſtatutum dicit, quod ſolus Capitaneus cognoſcat de adul-
terio, aliis cenſetur adempta iuriſdictio. Idem ſenſit Barto.
quem infra referam & ſecutus eſt Barba. in conſi. lix. colum.
iij. lib. v. Et apertius Felinus in cap. paſtoralis. colum. ij. ver-
ſicul. limita tertiò. ff. de off. ordina. qui refert Ioan. de Anna.
reſpondiſſe pro Ferrarienſis Eccleſiæ capitulo, cui Pontifex
conceſſerat, vt ipſum ſolùm & non alij exercere poſſent iu-
riſdictionem in certis capellis, reſpondit in qua Annania,
Epiſcopum iudicem generalem ordinarium non potuiſſe ſe
intromittere in cauſis illarum capellarum; cum iuriſdictio
collata fuerit capitulo priuatiuè ad Epiſcopum. Eandẽ ſen-
tentiam probarunt Beroius in conſ. xxij. nu. 28. lib. j. & Ripa
in tract. de peſte. in tit. de præſeruatiuis remediis contra pe-
ſtem. nu. 62. Et horum ſententia probatur ſatis manifeſtè in
d. cap. paſtoralis. de off. ordi. & in cap. venerabili. de ſentent.
excommun. in vj. & confert l. vlt. C. vbi cauſӕ fiſcal. iuxta ex-
poſitionem, quã referam infra in vltimò caſu huius capitis.
14 Et accedit ratio, quod taxatiua † habet vim excluſionis. l. ob
æs. vbi gl. & Docto. C. de prædiis mino. His cõſtat hanc eſſe
veram & receptam opinionem, & ſi ab ea diſſentiat Decius
in conſi. iij. nu. 3. verſic. ſecundo hoc, poſt Franciſcum Baldi
inter conſilia Baldi in conſi. ccliij. Viſis omnib. col. ij. verſi.
ſed prædictis obſtare. lib. v.

Declaratur hic caſus, vt locum non habeat quando iuriſ-
15 dictio † competit ex conſuetudine. Nam tunc illa non dici-
tur ſublata per conceſſionem taxatiuè alteri iudici factam.
Ita docuit Bar. in l. viros. nu. 1. C. de diuerſis. of. lib. xij. Cum
dixit, quod ſi extat conſuetudo, quòd Rector Gymnaſij co-
gnoſcat de cauſis ſcolariũ: & deinde ſtatuto caueatur, quod
ſcolares conueniri poſſint ſub Epiſcopo tantum nõ erit de-
rogatum iuriſdictioni Rectoris. Et Bart. ſecuti ſunt Iaſon in
l. ij. in princ. nu. 11. ff. de vulg. & pup. ſubſt. Dec. in conſi. iij.
nu. 3. Ripa vbi ſupra & Crau. in tract. de antiq. temp, in j. par.
num. 41. & in iiij. par. princ. nu. 119. Et ij quidem moti ſunt
tex. c. j. de conſti. in vj. & reg. l. eius militis. §. militia miſſus.
ff. de mil. teſt.

Octauus eſt caſus, quando electus creatusvè iudex eſt in-
ferior, qui ſuppoſitus minori ius dicit duob. oppidis & ca-
ſtris: deinde princeps in vno ex illis oppidis vel caſtris alium
15 iudicem conſtituit. Hoc caſu conceſſio facta † ſecundo, dici-
tur facta priuatiuè ad primum. Exemplũ eſt in caſu egregio,
de quo reſpondit Roma. in conſi. cccxciij, num. 11. Caſtrum
Compagnatici erat ſubiectum ciuitati Senarum, quæ præ-
torem in illo ad ius dicendum mittere conſueuerat. Et qui
quidem prætor iuriſdictionem exercebat etiam in homines
Caſtri Battignani. Conuentum deinde fuit inter ipſam ciui-
tatem Senarum, & Caſtrum Battignani, quòd eo mitteretur
ſpecialis Vicarius, qui de cauſis Battignanorũ cognoſceret
& iudicaret. Dubitatum fuit, an à prætore Compagnatici
adempta fuerit iuriſdictio Battignanorum, vel potius poſſet
etiam ipſe ius dicere in ipſos Battignanos. atque ita an Vica-
rio collata eſſet iuriſdictio cumulatiuè, vel priuatiuè? Re-
ſpõdit Rom. priuatiuè collatã fuiſſe. Ea ratione vſus eſt Ro-
ma. in d. nu. 11. quia concedendo ſpecialem iuriſdictionem,
cenſetur derogatum generali competenti alteri. arg. l. quod
in rerum. §. ſi quis poſt de leg. j. & l. quӕſitũ. §. vlt. ff. de fundo

inſtructo,inſtrumentoque lega. Nec obſtat ( inquit Roma.
nu. 14.verſi.nec dicetur tali caſu.) quòd videatur ſublata iu-
riſdictio prætoris Compagnatici , quia iuriſdictio non erat
propria dicti prætoris,ex quo ſubijciebatur ciuitati Senarũ.
Et propterea eius iuriſdictio dici poteſt læſa.Ita(ait Rom.)
probat.l.tã collatores.C.de re milita.lib.x.& ibi notat Bart.
in fi. Et dicit eſſe ſingularem idem Roma.in ſing.xij. & Ro-
manum ſecuti ſunt Martinus Lauden.in tracta. de confœde-
rationibus principum.q xvij. Caccialup.in l.omnes populi.
nu. 182.verſ.nono quæritur.ff.de iuſtit.& iure.Io.Bapt.Fer-
ret.in conſ.cxlij.nu.15.Brunus in conſi.xlvij.nu. 10.verſi. &
poſtremò.& Grammat.in deciſ.xxx.nu.8.Cæterùm Felinus
in cap.paſtoralis.col.j.verſic.limita primò,de officio ordin.
dubitat,& reſpondet illi.l.tam collatores.Et rectius quidem
quàm Felinus,qui Romani reſponſum non ſatis recte intel-
lexit , dubitari poteſt ,quod iura quæ pro ſua illa opinione
conſiderauit Roma.in d.conſilio cccxciij.nu.11.procedunt
in vltimis diſpoſitionib.nõ autem in diſpoſitione legis,in qui-
16 bus ſpecialis † non derogat generali,niſi incõpatibiles ſint,
ſicuti explicat Aret.in d.l.quòd in rerũ.§. ſi quis poſt col.ij.
verſic.ſed his rationib.Et præterea dubitare poterat Roma.
quia tex.ille.l.tam collatores,in fi.& ibidem Barto.loquitur
reſpectu perſonæ illius,cui collata eſt iuriſdictio, vt ſcilicet
ſi aliquid ipſe egerit , conueniri poſſit ſub maiori illo magi-
ſtratu,à cuius iuriſdictione hic nouus iudex non dicitur exẽ-
ptus. In iudiciis tamen difficile admodum eſſet recedere à
Romani & ſequacium opin.

Nonus eſt caſus , quando iuriſdictio competẽns ordina-
17 rio magiſtratui conceditur alteri iudici,fauore † perſonarũ
in quib.illa exercẽda eſt:ſicuti ſi fauore monachorum datus
eſt ſpecialis viſitator,Etenim præſumitur datus priuatiuè ad
iuriſdictionem Epiſcopi.Ita ex ſententia Iaco.de Aren.in l.
quòd in rerum.§.ſi quis poſt.de leg. j. ſcripſerunt Bald.in l.
vnic.§.vbi ante.nu.7.C.de cad.tol.Ang.in l.teſtã.col.j.verſ.
aut non conſtat.C.de teſtam. Caſtren. in l.ſi quis cum pro-
curator.§.Iulianus.nume.2.ff.de procu. Aret. in d. §. ſi quis
poſt.col.iij.in prin.& in conſi.cij.nu.1.verſic. aliquando iu-
riſdict.Alex.in l.Gallus.§.ille caſus.nu.10.ff.de lib.& poſth.
Ruinus conſi.vij.nu.6.lib.iiij.Corneus in conſi.xxx.num.4.
& nu.5.libr.ij.Affl.in deciſ.xlj.& Craue in conſi.ccccxj.nu.
34.verſi.ſeptimò iura.qui ſcribit hoc multo magis procede-
re, quando etiam concurrit fauor perſonæ , cui conceditur
iuriſdictio. Et in hanc ſententiã adducitur.l.vlt.C.de iuriſd.
om.iud.& l.vlt.C.de appar.mag.mil.lib.xij.Et idem probat
tex.l.vlt.C.vbi cauſa fiſcal.iuxta ſenſum , quẽ explicabimus
infra in vltimo caſu huius capitis.

Verùm à prædicta opinione poſt Anch. in c. tibi qui , de
reſcr.in vj.& Bal.in l.j.q.j.ff.de of.cõſ.& in auth.habita.co.
v.C.ne filius pro patre.diſſentit Iaſon in d.§.ſi quis poſt.nu.
6.verſic.breuiter.Et inter alia multum vrgere videtur quod
ſcripſit Bar.in l.in ſacris.nu.2.C.de prox.ſacro ſcrinio. libr.
xij.Cum dixit,quod ſi cauetur ſtatuto,quod Hoſpitale Miſe
ricordiæ nõ poſſit agere,nec conueniri,niſi ſub iudice portæ
ſancti Petri : Et ſi alio ſtatuto caueatur , quòd iudex portæ
Eburneæ ſolum habeat cognitionem à decem libris infra.
Inquit Bar.quod Hoſpitale poterit agere & cõueniri coram
iudice portæ Eburneę,in cauſis à decem libris infra.Et illud
ſtatutũ,quòd Hoſpitale debeat agere & conueniri coram iu-
dice ſancti Petri,intelligitur in aliis cauſis,quarum cognitio
non eſt ſpecialiter commiſſa aliis iudicibus. Et Bart. ſecuti
ſunt Fran.Baldi inter conſilia Baldi in conſi.ccliij.Viſis om-
nibus.in fi.lib.v.Alex.in conſi.lxv.nume.9.lib.vj.Decius in
conſi.iij.nu.3.& Gramma.in conſi.ij.nu.8. poſt deciſiones.
Reſponderi tamen facile poteſt,illud priuilegium cõceſſum
Hoſpitali,eſſe magis ſpeciale illo conceſſo pro cauſis à de-
19 cem libris infra. Nam quando duo priuilegia†concurrunt,
illud dicitur eſſe magis ſpeciale, quod conceditur perſonæ,
ſicuti in his terminis docuit Baldus in l.j.q.iij.ff.de offi.cõſ-
ſul.in l.Gallus.§.ille caſus.colum.vlt.ff.de lib. & poſth. Idẽ
ſcripſit Decius in l.toto.nu.3.de reg.iur.& in cap.in præſen-
tia.nu.51.de probatio. Et in ſpecie huius noſtri caſus idem
affirmarunt Baldus in l.vnica.§.vbi autem.num.7.C.de cad.
tollen.& Alex.in d.§.ille caſus.nu.10.& in d.l.Titiæ textо-
res.de legat.j.Retinẽda eſt ergo prima opinio.Quæ quidem
20 locum non habet , quando lex † vel ſtatutum vlterius pro-
greditur declarando , quod non ſit derogatum iuriſdictioni
iudicis ordinarij,ſicuti loquitur ſtatutũ Papiæ de regimine
poteſtatis ſtat.lviij.ſub rub. de officio conſulũ mercatorum
&c.quod declarat iuriſdictionem datam conſulibus merca-
torum in eorum cauſis,non derogare iuriſdictioni prætoris.

Decimus eſt caſus , econtra quando odio certarum per-
ſonarum cõceditur iuriſdictio alteri iudici. Hoc caſu cumu-
latiue conceſſa dicitur. Ita Angel.in l.ſi teſtamenta. colum.
j.verſi.ſi verò eſt iuriſdictio, C.de teſta,in l.ſi vacantia.C.de
bonis vaca.lib.x.Aret.in d.l.quod in rerum.ſi.quis poſt.col.
ij.in fine de lega.j.Sic intelligentes cap.per hoc,de hæret.in
vj.Idem probat tex.§.j.verſi.oportet.in auth.vt defuncti ſeu
funera eorum,iuxta ſenſum, quem axplicabimus infra in vl-
timo caſu.

Vndecimus caſus eſt , quando conceſſa eſt iuriſdictio
22 †prælatis regularib" in ſuos,vel monachos,vel fratres. Hoc
ſanè caſu præſumitur conceſſa priuatiuè ad epiſcopum. Ita
Abbas in cap. paſtoralis.& ibidem Felinus nu.4.verſ.limita
ſeptimò.de officio ordina. & idem Abbas in cap. cæterum.
col.ij.verſi.fateor tamen,de iudiciis. Et his declarauit Rota
Romana referente Putheo in deciſ. cćxxxix.libr.iij. ſecrum
Concilium Tridentinum,ſeſſione ſexta. c.iij. in decreto de
Reformatione; tribuens Prælatis iuriſdictionem corrigen-
di exceſſus ſubditorum, intelligi , conceſſiſſe prælatis regu-
larium iuriſdictionem priuatiuè ad ordinariũ. Id quod mihi
videtur aperte deciſum ab eodem Concilio. ſeſſ.xxv. tit. de
regularib.c.xiiij.

23 Duodecimus eſt caſus,quando†priuilegio perſonæ eius,
cui facta eſt conceſſio,fuit cõceſſa iuriſdictio,Hoc ſane caſu
intelligitur priuatiuè conceſſum.Ita reſpõdit Ange.in conſ.
ccclxxv.col.ij.verſi.idem dico, ſi in modum.& col.vlt.verſi.
quartò fallit idem ſcripſerunt Felinus in cap. irrefragabili.
col.j.verſi.declara prædicta. de offi.ord.Gram.in deciſ.xxx.
nu.12.Craue,in conſi.ccccxj.nu.31,& nu.33.in fi.qui dixit,
idem eſſe , quando contractu conceſſa fuit iuriſdictio. Et ij
quidem moti tex.cap. irrefragabili.de offi. ordina.& cap. vt
debitus.de appella.

Decimus tertius eſt caſus, quando præſcriptione acqui-
24 ſita † fuit iuriſdictio.Hoc caſu cenſetur acquiſita priuatiue.
Ita Felinus in cap.paſtoralis. num.5. verſi.limita octauo,de
off.ordina.poſt Abbatem.ibi & in cap.auditis.colum.tertia
de præſcript.Butrium & Imolam in capit.conquerente,col.
penul.de off.ordina.Calder. in conſilio vj.in tit. de ſentent.
excommun.Ioan.Baptiſta Ferretus in conſi.cxlij.nume.13.
Et ſubiungit Felinus , caſum hunc ſine controuerſia proce-
dere , quando primus ille iudex, contra quem ſcriptum fuit
prohibitus fuiſſet ab hoc præſcribente , & prohibitioni ac-
quieuiſſet:Etiamſi prohibitio facta fuiſſet ( ait Felinus ) pro
bono pacis.

Decimus quartus caſus eſt , quando ſtatuto,vel conſuetudi-
ne conceſſa eſt duobus ordinariis iuriſdictio , adiecta clau-
25 ſula,ambobus,vel alteri eorum. Hoc ſanè caſu † iuriſdictio
cenſetur conceſſa cumulatiue; & inſolidum, Ita egregie re-
ſpondit Beroius in conſ.xxij,colum.penultima.in fine lib.j,

Decimuſquintus & vltimus eſt caſus , quando ſumus in
dubio,vt quia non apparet vel fauore , vel odio perſonarum
fuiſſe alteri iudici conceſſam ordinariam iuriſdictionem:ſed
ſolum apparet,quod in vna ſpecie cauſarum fauore publico
conceſſa fuit iuriſdictio,quæ ordinario competebat.Hoc in
26 caſu dubio † præſumitur conceſſio cumulatiuè non autem
priuatiuè facta. Ita Bart. in l.j. C. de off.præfec.vrbis : cùm
dixit,quod licet in ciuitate creatur nouus officialis ſpecialis
ſuper dãnis datis, vel ſuper abundantia:non tamen propter
hoc tollitur iuriſdictio Prætoris , qui vniuerſalem habet iu-
riſdictionem. Et Bar.ſecuti ſunt Ang.in l.teſtamenta.ad ſin.
verſ.idem eſt,ſi dubitatur.C.de teſta,& in conſi.ccclxxv.nu.
3.in fine.verſi.regulariter autẽ & alij congeſti à Fran. Aret.
in l.quod in rerum.§.ſi quis poſt.col.ij.de leg.j.vbi col.vlti.
verſi.pro concluſione, teſtatur cùm Bart.eſſe magis receptã
opinionem. Eandem probauit ipſemet Aret.in conſi.cij.nu.
1.Et idem aſſeruit ibidem Iaſon in d.§.ſi quis poſt.nu.8.His
accedunt & alij cõmemorati ab Angelo Aret.in l.j.§. ſi quis
in appellatione.nu.13. ff. de appell.& à Felino in d.cap. pa-
ſtoralis.



ſtoralis.col.j.de officio ordina. Eandẽ probauit Benedictus
Plumbinus in l.Thais.§.vlt.ff.de fideicom.libertat.Ita quo-
que reſpondit Ancha. in conſi. clxiiij.nu.6.verſi. nec ex eo,
cum dixit,iuriſdictionem conceſſam certis officialibus Flo-
rentiæ ſuper bonis ceſſantium,quos appellamus decoctores
nõ auferre iuriſdictionem ab ordinario:ſed cumulatiuè illis
conceſſam præſumi,ſic etiam reſponderunt Dec.in conſ.iij.
nu.3.Gratus in conſi.lxxj.nu.11.& nu.26.lib.ij. Gramm. in
conſi.vj.nu.23.in criminal.& Ripa in tract.de peſte in tit.de
præſeruatiuis remediis contra peſtem. nu.60. qui ob id ait,
Papiæ iudicibus viarũ qui & cloacarum curam habent, cen-
ſeri datam iuriſdictionem cumulatiuè ad Prætorem Papiæ,
non autem priuatiuè. Et quamquam exiſtimo receptam hãc
opinionem eſſe veram & ſequendam, attamen multa afferũ-
tur argumenta , quæ minimè probant. Primò enim adduci
ſolet tex. l.j. C. de offic. Præfecti vrbi , vbi licet iuriſdictio
conceſſa ſit præfecto annonæ circa annonam ipſam,nõ tamẽ
27 cenſetur priuatus. eadẽ iuriſdictione Præfectus vrbis † cui
totius ciuitatis generalis iuriſdictio conceſſa fuerat. Verùm
Aret.in d.l.quod in rerum.§.ſi quis poſt.col.ij.verſi.ad ſecũ-
dum de leg.j.reſpondet,quod id euenit , quia princeps ipſe
expreſſe declarauit , quod ea conceſſione facta præfecto an-
nonæ,ſublata non eſſet iuriſdictio iam competens præfecto
vrbis.ſi ergo princeps ipſe non declaraſſet,derogatum dice-
retur iuriſdictioni ipſius præfecti vrbis:atque ita argumentũ
retorquetur. Niſi dicamus , principem ita eo in loco decla-
raſſe ad tollendam omnem dubitationẽ. Ne igitur in dubiũ
reuocaretur,an illi iuriſdictioni fuiſſet derogatum, vel non,
ita ſtatuit princeps.Hanc poſtremam interpretationem pro-
bauit poſt Iacob.Butrig.Ang.in conſi.ccclxxv.Pratẽſis nu.
2.Alium tamen ſenſum attulit idẽ Ang.in l.teſtamenta. col.
j.C.de teſt.¶ Secundo affertur tex.l.ij.§.poſt aliquot annos.
ff.de orig.iuris.vbi prętore peregrinorum creato,nõ dicitur
ſublata iuriſdictio prætoris vrbani. Inquit enim tex. quod
prętor peregrinorum plerumque de ipſorum peregrinorum
cauſis cognoſcit:Ergo non ſemper , atque ita etiam prætor
vrbanus aliquando cognoſcere poteſt. Cæterùm reſponderi
poteſt,quod prætor ille peregrinus , creatus non fuit , vt de
peregrinorum cauſis tantum cognoſceret:ſed poterat etiam
cauſas ciuium iudicare:atque ita ſpecialis iudex,ſed genera-
lis creatus eſt,vt illo in loco explicat Coraſ.in fine.Eſt tamẽ
dictus prætor peregrinus ob id,quòd multo plus de illorum
cauſis quàm de cauſis ciuium cognoſceret & iudicaret.

Tertiò perpendi ſolet text.l. nec quidquam in princ. & in
ij.reſpõ.ff.de off.proconſ.& leg.vbi proconſ. in cauſis inter
fiſcum & priuatum melius facit,ſi ſe abſtinet.Illud verbum,
melius,ſtat comparatiue,& ſignificat;quòd ipſe proconſ.eſt
etiam iudex in dictis cauſis,quamuis Procurator Cæſaris ſit
ſpecialis iudex.Ita tex.hunc ad rem perpendit Aret.in d.§. ſi
quis poſt.col.vlt.verſi.ſecũdo adduco.Cæterum reſponderi
28 poteſt id euenire,ob ſummam poteſtatem procõſulis, † cui
tributa erat facultas, vt poſſet ius dicere de omnibus cauſis,
de quibus poterãt omnes magiſtratus ordinarij & exordina-
rij vrbis Romæ l.ſi in aliquam.§.vlt.ff.de off.proconſ. & le-
gati. Et principis perſonam quodammodo in ipſa prouin-
cia obtinebat.l. & ideo eodem titulo. Non ergo mirum , ſi
cum Cæſaris procuratore in eadem iuriſdictione concur-
rebat.

Quartò conſideratur.l.vlt.C.vbi cauſæ fiſcal. & ibi gloſſ.
vbi licet Comiti domorum detur ſpecialis iuriſdictio in
Colonos & inquilinos imperiales:attamen iuriſdictio com-
petens Prępidi circa eaſdem perſonas & res, ſublata nõ cen-
ſetur,l.cum aliquis.eod.tit.Cæterùm ſi recte perpendamus,
nil vrget hoc reſponſum. ſunt enim duo caſus : quorum pri-
mus eſt , quando contentio eſt inter Colonum Cæſaris , &
Cæſarem ipſum, Hoc caſu cognoſcit Rector prouinciæ.Ita
loquitur,d.l.cum aliquis , & ibi ſenſit gloſſ.in pen. expoſit.
Secundus verò eſt caſus , quando contentio eſt inter Colo-
num Cæſaris,& priuatum.Huius cauſæ cognitores ſunt Prę-
poſitus ſacri cubiculi,& Comes domorũ, & nullus alius ita
loquitur.d.l.vltim.quæ edita fuit , fauore ipſorum Colono-
rum & inquilinorum Imperialium. Non ergo mirum , ſi ta-
xatiuè eſt dictum; quod non alterius ſit cognitio hæc.

Quinto melius ſuffragatur tex.l.vltim. C.de iuriſd.omn,
iud.vbi etſi Rectori militum conceditur iuriſdictio de reb.
militarib. non tamen adempta cenſetur iuriſdictio , eiſdem
de cauſis competens alteri magiſtratui ordinario. Et quam-
quam exiſtimant aliqui(vt retuli ſupra in nono caſu)id con-
tingere fauore perſonarum,quib.dati ſunt iudices illi , atta-
men ſi recte perpendatur , nullus earum fauor conſideratur:
cum coactio eis imponatur,vt cõueniri poſſint,tam ſub vno
quam ſub alio magiſtratu.

Sextò perpenditur tex.in §.j.verſic.oportet.in auth.vt de-
functi ſeu funera eorum,vbi aduerſus prohibẽtem exequias
mortui , conſtitutus eſt iudex ſpecialis ; nempe Præfectus
vrbis:& tamen duob.aliis eadem poteſtas conceſſa eſt,nem-
pè Præfecto prætorio & Magiſtro officiorum,ſed facile eui-
tari poteſt hic locus ; cum conſtitutum id ſit , odio perſona-
rum , qui exequias mortuorum impediunt; ſicuti attigimus
ſupra decimo caſu.

Septimò ſolet afferi tex. in §. & iudicare. in auth. de de-
fenſo.ciuit.Verum colligi facile poteſt reſponſio ex his,quę
ſcripſi ſupra in v.caſu,in quo tex.iſte procedit.

Octauò adducitur tex.c.cæterum de iud. argum. ducto à
ſpeciali.Eſt enim ibi ſpeciale, vt iuriſdictio conceſſa domi-
no feudi,in cauſis ſuorum vaſallorum,ei ſoli competat & nõ
ordinario.Verũ negari facilè poteſt , id factum eſſe ſpeciali
iure;ſed imò communi , cum in dominum illum tranſlata ſit
iuriſdictio vel priuilegio,vel cõtractu,iuxta ea,quæ diximus
ſupra in primo caſu,

Nono afferri etiam conſueuit tex.c.per hoc. de hæret. in
vj,Verum procedit odio hæreticorum,aduerſus quos dantur
plures iudices cumulatiuè , nempè Epiſcopus & inquiſitor:
ſicuti diximus ſupra in nono caſu.

Decimo & vltimò adducitur ſimile quod habetur in l.
quoties.§.vlt.ff.de admin.tuto.vbi curatore dato certis bo-
nis pupilli auctis , non dicitur ſublata adminiſtratio tutoris
generalis circa eadẽ bona. Poteſt euitari facilè, ſi id factum
eſſe fauore pupillorũ dicimus : Et quia is curator certis bo-
nis datus , ſubeſt tutori cui rationem ſuæ adminiſtrationis
tanquam principali adminiſtratori reddere tenetur.Eſt ergo
dicendum , quod caſus iſte ſolum probetur illis text.l.pri-
ma. C. de officio. præfecti vrbi.& l. vltim. C. de iuriſdict.
omn.iudic.

Contrariam itaque opinionem & malè conati ſunt de-
fendere Iacob. de Arena & Bald. in d. l. quod in rerum. §. ſi
quis poſt.de leg. j. & idem Bald.in l.cum prætor.ff. de iudi-
ciis,quem ibi ſecutus eſt Angelus. Ita quoque Crau.in conſ.
ccccxj.numero 8.verſi.pro hoc quod. Et primo quidem ad-
duci ſolet. d. l.j. C. de officio præfecti vrbis , de cuius ſenſu
ſatis abundè dictum fuit ſupra.Secundò affertur. l. cum cle-
ricis.C.de epiſc. & cler. vbi Bald. notat. Ibi enim aſſignato
ſpeciali iudice certo generi perſonarum , cenſetur adempta
iuriſdictio primo magiſtratui.Verum reſpondetur id conti-
giſſe fauore illarum perſonarum,quibus datus fuit ſecundus
iudex,iuxtà ea,quæ ſcripſi in ix.caſu.Tertiò adducitur argu-
mentum , ſpecies derogat generi.l.vxorem.§.fęliciſſimo. &
l.ſeruis vrbanis.de leg.iij.& l.quæſitum.§.ſi quis fundum.ff.
de feudo inſt.cum ergo ſecundo iudici conceſſa eſt ſpecialis
iuriſdictio,derogatum cenſetur iuriſdictioni alterius gene-
ralis iudicis. Cæterum reſpõdet Aret.in d.§.ſi quis poſt.col.
ij.verſi.ſed his rationibus.&c. quod in vltimis voluntatibus
ſicque in diſpoſitione hominis,† ſpecialis derogat generali,
Ita loquuntur iura ſupra allegata:ſecus verò in diſpoſitione
legis,in qua ſpecialis non derogat generali, niſi ſint incom-
patibiles. Ita declarat Bar.in l.j.§. hoc autẽ.lib.j. nu. 7.ff.de
operis noui nuntia.& in l.ſanctio legum.ff. de pænis , quem
ſecuti ſunt ibi Alexand.& alij,& Ruinus,in conſi.vij. nume,
5.lib.iiij.

Reſpondetur etiam ſecũdò ex ſententia Bal.in l. vnica. §.
vbi autem.C.de cad. tollen, quem ſecutus eſt Afflict.in dec.
xlj.nu. 2. Dixit Bald. quod regula generi per ſpeciem dero-
30 gatur,locum † habet in iuriſdictionalibus fauore publico.
Quartò adducitur ſimile ex l.ſi duo.ff.de adm. tuto. Verum
reſpondetur , quod ibi expreſsè facta fuerat adminiſtratio-
num diuiſio , ita quod vnus de alterius adminiſtratione ſe
impedire non poterat.

Secundum eſt huius diſputationis caput , quod verſatur
circa iuriſdictionem delegatis tributam,Quo ſanè in capite
diſtinguendi ſunt pariter aliqui caſus.

Primus eſt, quando princeps delegauit cauſam vni; dein-
31 de eundem alteri mandauit. Hoc caſu † priuatiuè mandata
cenſetur iuriſdictio. Ita Ang. in l. teſtamenta. colum. j. verſi.
idem ſi poſt commiſſionem. C. de teſta. Felin. in cap. paſtor.
col. ij. verſi. limita quartò. de officio ordina. Ea ratione & ar-
32 gumento ij vſi ſunt, quod valet argumentum † à mandato
procuratoris ad mandatum iuriſdictionis. l. iudiciũ ſoluitur.
ff. de iudiciis, iuncta l. ſi quis cum procuratorio. §. vlti. ff. de
procurato. & c. j. de procura. in vj. Atqui quando mandatur
idẽ negotium nouo procuratori, primus ille præſumitur re-
uocatus. l. ſi quis cum procuratorio. §. vlt. ff. de procurat. vbi
Bar. Bal. Caſt. & reliqui, & dicemus inf. præſump. xxij. in iiij.
caſu. Ergo pari modo cenſetur derogatum & iuriſdictioni
primi delegati. Confert etiam c. ſtuduiſti. de officio deleg.

Hunc tamen caſum intelligit Caſt. in d. l. ſi quis cum pro-
curatorio. §. vlt. nu. 2. quando ſecundum reſcriptum mentio-
nem facit primi, alias non, ex cap. cæterum. de reſcriptis.

Secundus eſt caſus, quando iam pluribus delegatis man-
data fuit iuriſdictio: deinde expeditio † cauſæ, vel vnius arti-
33 culi ad eam pertinentis, vni ipſorum delegatorum manda-
tur. Hoc etiã caſu priuatiuè mandata cenſetur iuriſdictio. Ita
Ang. in d. l. teſtamenta. in prin. C. de teſta. & idẽ in conſ. ccc-
lxxv. Pratenſis num. 3. Feli. in d. c. paſtoral. col. ij. verſ. limita
quartò. Et huius ſentẽtiæ ea eſt ratio, quia incluſio vnius eſt
excluſio alterius. l. cũ prætor. in prin. ff. de iudiciis. Cũ ergo
expeditio, vel articulus vni eſt mãdatus, alij excluſi cẽſentur.

34 Tertius eſt caſus, quando iuriſdictio duobus † ſimpliciter
mandatur. Hoc ſanè caſu, præſumitur mandata cumulatiuè,
non tamen inſolidum: ſed quod ſimul concurrant in cogni-
tione & diffinitione cauſæ. Ita probat. c. prudentiam. in prin.
de officio deleg. & ibidem Decius, & Bero. & idem Bero. in
conſi. xxij. nu. 26. & nu. 42. lib. j.

Quartus eſt caſus, quãdo duobus mandata eſt iuriſdictio,
35 † adiecta clauſula; vel alteri veſtrum. Hoc caſu iuriſdictio
cenſetur cumulatiuè mandata inſolidũ. Ita Bero. in d. conſi.
xxij. numero 26. & numero 42. libro primo, ex ſententia
Archid. in cap. cum epiſcopus. numero octauo. de off. ord.
in vj. & Butrij in capit. primo. in ij. oppo. de officio Archi-
diaco. & apertius Abba. in capitu. prudentiam. in princip. in
ij. notab. de officio delegati, & ibidem Decius & Berous &
egregiè Vantius in tractat. de nullitate. in titul. de nullitate
ſentẽ. ex defectu iuriſdictionis ordinarij. nu. 179. & nu. 180.
vbi declarat.

36 Effectus, † qui oritur ex hac cognitione quod cumulati-
uè, vel priuatiuè conceſſa fuerit iuriſdictio, magnæ eſt vti-
litatis. Cum enim priuatiue collata eſt: tunc nullus, præter
principem manus (quod aiunt) apponere poteſt. Is enim
ſolus magiſtratus, vel delegatus cui ſic tributa eſt iuriſdictio
cognoſcit, & diffinit: quemadmodum ſcribunt Doctores
multi ex allegatis ſupra, præſertim Felin. in d. capit. paſtora-
lis. columna tertia. & Berous in d. conſilio xxij. numero
42. libro j. Quæ tamen ſententia intelligitur, niſi hic iudex
ſit negligens. Nam tunc eius negligentiam ſupplet maior
magiſtratus illius loci. Ida declarat poſt alios ab eo conge-
ſtos Felinus in d. cap. paſtoralis. col. iij. verſic. tempera iſtas;
Qui ſubiungit, idem eſſe, quando ob abſentiam iudex iſte
non poteſt cognoſcere & iudicare; idẽ ſcripſit Ruin. in conſ.
v. nu. 2. lib. v. vbi col. iiij. verſi. non obſtat. declarat non pro-
cedere, quando ille maior magiſtratus tanquam ſuſpectus
fuiſſet ea iuriſdictione priuatus. Cùm verò cumulatiue con-
ceſſa eſt iuriſdictio, ita quod vniuſquiſque per ſe & inſolidũ
37 cognoſcere & diffinire poteſt cauſã, locus eſt † præuentioni.
Is enim ſolus de ipſa cauſa cognoſcit & judicat, qui primus
aditus fuit à partibus. Et quod ab eo factum erit, valebit,
abſque eo, quod conſtet de alterius impedimento. Ita tra-
dunt omnes in c. prudentiam in princ. ibi Abbas colum. iij.
Decius & Berous de offic. deleg. Aret. in conſi. cij. Ruin. in
conſi. vij. numero 7. lib. iiij. & Berous in d. conſi. xxij. nume.
38 42. libr. j. Cum verò iuriſdictio † conceſſa fuit cumulatiuè
pluribus vt vniuerſis, ſicque ſimul: tunc vnus ſine altero pro-
cedere nõ poteſt: ſed vnà ſimul adeſſe debent: ſicuti probat.
d. c. cauſam matrimonij. & cap. prudentiam in prin. vbi Fe-
lin. col. j. de off. deleg. & ibidem etiam Dec. & Bero. Vantius
in d. tract. de nullitate. in tit. de nullitate ſent. ex defectu iu-
riſd. ord. nu. 176.

## PRAESVMP. XIX.

### Iuriſdictionem iudicis quando prorogaſſe actorem, vel reum conuentum præſumatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Iuriſdictio iudici ab ipſis litigantibus confertur, tacito vel expreſſo eorum conſenſu, iudice tamen volente.*
2 *Iuriſdictio de tẽpore, ad tempus, & de re ad rem, prorogatur etiam ſine expreſſo conſenſu. nu. 3.*
*Sicque de perſona ad perſonam. nu. 4.*
5 *Iuriſdictionis prorogationi, quando præſumantur partes conſenſiſſe. nu. 6. 7. & 11.*
8 *Actus neceſſitate factus, conſenſum non infert.*
9 *Errantis nullus eſt conſenſus.*
10 *Iura omnes ſcire tenentur.*
12 *Litigator imperitus, in dubio coram iudice incompetente, per errorem litigaſſe præſumitur.*

1 EVENIT etiam aliquando, vt iudici † conferatur
iuriſdictio, ab ipſiſmet litigantib. qui vel expreſ-
ſo, vel tacito conſenſu iuriſdictionem proro-
gant atque extendunt, eodem tamen iudice ex-
preſſe, vel tacite conſentiente. l. ij. §. ſed ſi iudex. ff. de iud. vbi
2 de tempore † ad tempus prorogatur iuriſdictio, & ibidem
annotauit Bart. & idem ſcripſerunt Inno. & reliqui in cap. de
3 cauſis. de officio delega. Ita pariter de re ad † rem, proroga-
ri iuriſdictio poteſt, etiam ſine expreſſo conſenſu partium. l.
de qua re. §. j. ff. de iudiciis. & ibidem gl. Bar. in d. l. ij. §. ſed ſi
iudex. Et ſufficere tacitum conſenſum hoc in caſu auctori-
tate Abbatis, Imolæ, Alexandri & aliorum affirmauit Van-
tius, in tract. de nullitate. in tit. Quibus modis ſenten. nulla
defendatur. nu. 77. Ita quoque tacito, vel expreſſo partium
4 conſenſu prorogatur iuriſdictio de † perſona ad perſonam,
& vnus iudex pro altero aſſumitur. l. j. & l. ij. §. conuenire. ff.
de iudiciis. & declarat Vantius præcitato in loco. nu. 78.

Dubitari autẽ contingit, quando dicantur & præſuman-
tur partes ipſæ litigantes conſenſiſſe ipſi prorogationi? Et
5 † dicendum eſt: aliquibus ſignis cognoſci conſenſiſſe. Et
6 primum quidem eſſe poteſt ſignum, quando † reus conuen-
tus coràm iudice non ſuo, non oppoſuit exceptionem decli-
natoriam ante litem conteſtatam: ſed ſolum oppoſuit alias
exceptiones dilatorias, vel peremptorias. Hoc ſane caſu, is
conſenſiſſe & prorogaſſe iuriſdictionem illius iudicis dici-
tur, atque prę́ſumitur. l. ſed & ſi ſuſceperit. in princ. ff. de iud.
& cap. inter monaſterium. de re iud. & tradũt Bar. in l. ſi con-
uenerit. ff. de iuriſd. omn. iudic. & l. quidam conſulebat. ff.
de re iud. Baldus in l. vlt. C. de iudic. Pract. Papienſis in for-
ma declinatione iuriſdictionis. in verbo, Nec fuiſſe. num. 1.
Imola in l. quidam conſulebat. numero 39. ff. de re iudic. &
ibidem Alex. num. 20. & latè comprobat Felinus in d. capit.
inter monaſterium. nume. 4. de re iud. & Decius in l. ſi con-
uenerit. num. 24. ff. de iuriſd. omn. iud. Pariſius in conſi. xv.
num. 5. & vj. lib. iiij. Ripa in cap. j. nu. 52. verſi. circa primum
de iudiciis, qui teſtatur eſſe communem opinionem. & Van-
tius in tractat. de nullitate, in tit. Quibus modis ſenten. nulla
defendatur. num. 80.

Secundum eſt ſignum & coniectura prorogatæ huius iu-
7 riſdictionis, quando † reus ipſe conuentus qui iudicium de-
clinare potuit, ſua ipſa ſponte, ſatiſdedit iudicio ſiſti. Ita In-
noc. in d. cap. monaſterium. & ibidem Felinus nume. 9. de re
iud. qui eiuſdem ſentẽtiæ recenſet Imolam in l. quidam con-
ſulebat. num. 41. Ita etiam Alex. ibidem. num. 24. Et multo
magis ſi etiam fideiuſſit de iudicato ſoluendo. Ita Soc. Sen.
in conſi. cxiij. columm. ij. libr. iij. & Doctiſſimus Cardinalis
Albanus in lucubrationibus ad Bart. in d. l. ſi conuenerit. nu.
5. Eſt autem ſecundum prædictos diuerſum, quãdo reus iſte
fuit ab ipſo iudice coactus ſatiſdare. Non enim ſic ſatiſdan-
8 do conſenſiſſe præſumitur: cùm † actus neceſſitate factus,
conſenſum non inferat, vt in ſpecie docuit Angelus in l. ſed
etſi ſuſceperit. ff. de iudiciis.

Idem eſt, quando reus ipſe erraret, vt quia crederet ſe
teneri ſatiſdare, cùm non teneretur. Nam & tunc non præſu-
9 mitur conſentire: cum errantis † nullus ſit conſenſus. l. ſi quis
per



per errorẽ. ff. de iuriſd. om. iud. Ita in ſpecie declarant Imo-
la in d. l. quidam conſulebat. num. 41. ver. forte poſſet. & ibi
dem Alexander nu. 24. & Felinus in d. capit. inter monaſte-
rium. n. 9. qui teſtatur ſic ſe aliquãdo defendiſſe ruſticũ, qui
præſtiterat ſatiſdationẽ de iudicio ſiſti corã Capitaneo Pi-
ſano, iudice non ſuo. Et in dubio non præſumitur per erro-
rem & ignorantiam præſtitam fuiſſe cautionem hanc: cum
10 omnes teneantur ſcire † iura. l. leges. C. de legib. & in ſpecie
annotauit Imola in d. l. quidam conſulebat. nu. 41. in fi.

Tertium eſt ſignum & coniectura prorogatæ huius iuriſ-
11 dictionis, quando † reus conuentus obijcit non eſſe pro-
cedendũ ſine libello: & actor è contra, dicit, procedi poſſe.
Hoc ſanè caſu reus ipſe dicitur atq; præſumitur cõſenſiſſe in
iudicẽ. Ita manifeſtè docuit Imol. in d. l. quidam cõſulebat.
nu. 40. ff. de re iud. qui ſcribit, hoc eſſe ex mente Bart. ibi at-
que ita (ait Imola) declaratur. l. non videtur. ff. de iudicijs.

12 Illud porrò obſeruandum eſt, quod ſi litigator † non fue-
rit peritus præſumitur in dubio coram iudice incompeten-
ti litigaſſe per errorem. Ita Specu. in tit. de iud. compet. adi-
tione. §. j. ver. ſed nunquid præſumetur. Baldus in l. eos. in
prin. col. vlt. C. de appellat. Alex. in conſ. xij. nu. 8. libr. vj. &
Vantius in tract. de nullita. in titu. Quibus modis ſent. nulla
defend. nu. 8. ver. erit tamen.

## PRAESVMP. XX.

### Iuriſdictionem quando Princeps prę́ſumitur contuliſſe, & habilẽ reddidiſſe inhabilem, quem ad magiſtratum promouit, diligenter pertractatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Iuriſdictionem inhabili tribuiſſe cenſetur princeps, cum in literis promotionis inhabilitas expreſſa fuit.*
*Idem etiam ſi fuerit adiecta clauſula, ex certa ſcientia. nu. 2.*
*Huic tamen opinioni aliqui, licet male refragantur. nu. 3.*
4 *Principem vno momento, legis diſpoſitionem interuertere velle, non præſumitur.*
5 *Clauſula ex certa ſcientia, circa quæ operetur.*
6 *Diſpenſatio ſuper inhabilitate, requirit iuſtam cauſam.*
7 *Inhabilis quando diſpenſatus cenſeatur, etiamſi princeps non exprimat in literis promotionis inhabilem, nec adſit clauſula ex certa ſciẽtia.*
8 *Minori tribuens magiſtratum princeps, omnia eum rectè gerere decernit.*
9 *Tutori promittens princeps domicilij mutationem, à tutelæ munere eum excuſatum, præſumimus.*
10 *Bonorum poſſeſſionem pupillo decernens prætor, etiam ſine tutore, poſſeſſorem eum facit.*
11 *Miles filiũ ſe habere ſciens, alium inſtituendo, tacite præſumitur filium exhæredare.*
12 *Beneficium alicui conferẽs Pont. Max. ob aliquod temporale, præſumitur diſpenſare cum eo quoad pœnam Symoniæ.*
13 *Infamem Pontifex ſcienter ordinando, famæ reſtituere præſumitur.*
14 *Spurium ad Epiſcopatum Pontifex promouendo, præſumitur cum eo diſpenſaſſe.*
15 *Beneficium curatum conferendo Pontifex habenti ſimile, ſuper incompatibilitate præſumitur diſpenſaſſe.*
16 *Matrimonij impedimentum ſciens Papa, permittendo videtur diſpenſationem concedere.*
17 *Bannitum ad honores & dignitates aſſumens princeps, cum eo diſpenſare præſumitur.*
18 *Cauſam à qua bis fuerit appellatum princeps ſimpliciter committendo, videtur appellationem admiſiſſe.*
19 *Scientia principis ſuper inhabilitate promoti, quomodo probetur.*
20 *Inhabilitatem alicuius princeps ignorans, an promouendo eum diſpenſaſſe credatur. nu. 21. 22. & 23.*
24 *Diſpenſandi facultatem habens etiam à principe inferior, promouendo inhabilem præſumitur diſpenſare.*
*Id tamen ſi fiat cum cauſæ cognitione. nu. 25.*
26 *Inhabilem princeps promouens, diſpenſare creditur, etſi inhabilitatem ignoret, cum idem ſi inhabilitatem ſciuiſſet, fuiſſet facturus.*
*Idem etiam ſi ſaltem inhabilitatem ſcire præſumatur. nu. 27.*
28 *Inhabilitatem etiam à defectu naturali prouenientem, princeps promouendo, diſpenſare præſumitur.*
29 *Beneficium infanti Papa conferens, diſpenſare præſumitur, aliquibus tamen ab hac opinione diſſentientib. nu. 30.*
31 *Derogatio expreſſa iuris communis an in Papa requiratur.*
32 *Habilem non dicitur princeps reddidiſſe eum, quem in officio iam exiſtentem illud exercere permittit.*
33 *Banniti toleratio & patientia principis, non arguit banni reuocationem.*
34 *Inhabilem non præſumitur diſpenſare princeps, per ſubſtitutum promouendo. idem ſi exiſtimare potuit eum ab alio fuiſſe habilitatum. numero 35.*
36 *Inhabilem promouens princeps neceſſitate, non præſumitur diſpenſare.*
37 *Inhabilẽ diſpenſare princeps cenſetur, quando reſcriptum aliquid aliud operari non poſſit.*
38 *Inhabilem non præſumitur diſpenſare princeps, faciendo quod eſt fieri conſuetum.*

HIc locus opportunus eſt, vt differamus quando
Princeps prouehendo inhabilem ad magiſtratũ
& dignitatem, præſumatur iuriſdictionem ei
contuliſſe atque diſpenſaſſe, eumque habilem
reddidiſſe. Qua in re diſtinguendi atque conſtituendi ſunt
aliquot caſus.

1 Primus eſt, quãdo † inhabilitas fuit expreſſa in literis pro-
motionis. Hoc in caſu, præſumitur Principem diſpẽſaſſe, &
habilem illum reddidiſſe. Ita cenſuerunt Oldradus in conſ.
cccxxviij. nu. 3. & in conſ. cccxxix. nu. 2. Butrius in proœm.
Decret. col. v. ver. vbi exigitur conſenſus. Bellamera in con-
cluſ. ccclxiij. & in cõclu. dccxxvij. Rom. in conſ. cccxvij. Fe-
linus in c. ſi quando. nu. 6. verſ. dic ergo ſic. & in c. nonnulli.
nu. 12. de reſcrip. & in c. cum vigeſimum. nu. 5. de off. delega.
Ioan. de Selua in trac. de beneficio, in tertia parte. q. viij. nu.
40. Antonius Gabriel in ſuis concluſionibus lib. j. titul. de
præſumpt. conclu. viij. nu. 2. Et recepiſſima horum ſenten-
tia, confirmatur magis auctoritate eorum, qui fortius dixe-
runt, ſufficere clauſulam ex certa ſciẽtia, qua de re ſtatim di-
cemus. His conſtat ab hac recepta ſententia male diſſenſiſſe
Calderi. in conſ. viij. de reſcript. & in conſ. xxij. de regula.

Secundus eſt caſus, quando inhabilitas non fuit expreſſa
2 in ipſis literis promotionis, ſed † fuit quidem adiecta clau-
ſula, ex certa ſcientia. Hoc in caſu præſumi etiã diſpenſatũ;
& ſufficere hanc tacitã expreſſionem inhabilitatis, ſcripſerũt
glo. in capitu. ſtatutum. in verbo, literarum. de reſcript. in vj.
& in clem. ij. eo. tit. Cardinal. Zabarella in cõſi. cxvij. Baldus
in l. impetrata. col. j. C. ſenten. reſcin. non poſſe & in c. j. col.
j. per quos fiat in veſt. Roma. in conſil. ccxvj. nume. 7. ver. in
quo quidem Felinus in capit. cum vigeſimum. nu. 12. verſi.
contrarium puto. de off. delega. idem in c. ſi aliquando. col.
j. de ſent. excom. & in c. cum inter. col. j. de except. Gramm.
in conſ. xlviij. col. vlt. in ciuilibus.

Cæterùm ab hac opinione diſſentiunt permulti, qui ve-
3 rius exiſtimarunt, non præſumi † principem diſpenſaſſe ſu-
per inhabilitate, ex ſola clauſula, ex certa ſcientia, nulla facta
mentione ipſius inhabilitatis. Ita ſanè ſcripſerunt Calder. in
conſ. viij. in tit. de regula. Oldradus in conſ. cccxxv. col. j. &
in conſ. cccxxvj. col. j. nu. 6. Felinus in c. nonnulli. nu. 12. de
reſcriptis. & in c. præterea. nu. 8. de teſtib. cog. Io. de Selua
in tract. de beneficio. parte tertia. q. viij. nu. 40. & Antonius
Gabriel in d. concluſ. viij. nu. 8. ſcribit, ita hodie obſeruari.
Idem ſenſit poſt alios Tiraquel. in tract. de nobilitate. q. vj.
nu. 24. cum dixit, quòd ſi Princeps appellat nobilem eum,
qui plebeius eſt, non præſumitur eum feciſſe nobilẽ. Et ho-
rum quidẽ ſententia ea ratione primùm fulcitur, quod in
5 dubio non prę́ſumitur principem † velle vno momento ſub-
uertere legis diſpoſitionem. l. ſi quando. in prin. C. de inoff.
4 teſtam. Clauſula ergo † ex certa ſcientia, ſolùm operatur cir-
ca ſubſtantiam gratiæ, præſuppoſita perſonæ habilitate. &
circa verè ignorata, clauſula ex certa ſcientia nihil operatur
vt tradunt Baldus in l. impetrata. col. iij. C. ſent. reſcin. non
poſſe, & ad rem noſtram Felin. in c. cum inter. nu. 5. ver. in-
tellige. de except.

6 Et præterea diſpenſatio † ſuper inhabilitate requirit iuſtã
cauſam, alioqui non eſſet diſpenſatio, ſed diſſipatio. c. ex te-
nore de temp. ordin. & poſt alios reſponderũt Curtius Sen.
in conſi. xix. Viſo colum. iij. verſ. aggredior ſecundum, Bru-
nus in conſil. xv. numero 8. & Socinus Iunior in conſil. cxx.
nu. 28.

nu. 28.lib.ij.cauſa autem non præſumitur,cum ſit quid facti
iuxta l.in bello.§.factæ.ff.de capt.& poſtlim.reuerſ.
7 Tertius eſt caſus,quando†inhabilitas iſta nõ fuit expreſ-
ſa in literis promotionis; nec etiam fuit adhibita in literis
ipſis illa clauſula,ex certa ſcientia:ſed tamen conſtat princi-
pem ſciuiſſe hunc à ſe promotum fuiſſe inhabilem. Hoc in
caſu præſumi ſuper ea inhabilitate diſpenſatum,ſcripſerunt
Bart.in l.Barbarius,nu.12.ff.de off.præto.& in l.ij.nu.2. C.
ſi ſeruus,aut liber.ad decurio.aſpira.lib.x.Baldus in l.impe-
rialis.§.ſimiles.C.de nuptijs.Imola in l.quidam cõſulebat.
colum.iiij.ver.ſed verius.ff.de re iud. Bellamera in concluſ.
cccxxxiij.idẽ in cõcluſ.dccxcvij.col.ij.ver.patet primũ.& in
conclu.dccxcv.nu.6.ver.ſed nunquid.Roma.in conſ. ccxvj.
nu.7.ver.aliquando verò,Abbas in c.cum in cunctis.§.infe-
riora.col.iij.& in cap.innotuit,colum.iiij.de elect. Alex. in
l.quidam conſulebat.nume.8.& nu.10.ff.de re iud.& in cõ-
ſi.cxxxviij.nu.17.lib.j.Felin. in c. præterea. nu.9.de teſtib.
cogen.Iaſon in l.Barbarius.nu.10.ff.de off. prætor. Ruinus
in conſi.lxxxv.nu.9.lib.iij.Ioan.Staphilæus in tract.de lite-
ris gratiæ in tit.de vi & effectu clauſularum.in verbo, ſubſe-
quenter.nu.15.Putheus in deciſ.ccccxlviij.lib. j. qui decla-
ra.ſic & Pariſius in cõſ.ccccxliiij.n.15.& n.18.lib.iiij. Ant.
Gabriel in ſuis concluſionib.lib.j.in tit.de præſum. cõcluſ.
viij.nu.11.verſ.tenendo primã,Crauetta conſi.dccccIviij.n.
16.cũ quo de eadẽ facti ſpecie reſpondit Socinus Iun.in cõ-
ſi.lx.nu.13.lib.iiij. Eandem ſententiam probauit eruditiſſi-
mus Didacus Couuar.in c.peccatũ,parte ij.§.viij.verſ. hinc
etiã expẽdi.de reg.iur.in vj.Et hos ſecut⁹ ſum in cõſ.ccccIv.
lib.v.His conſtat hanc eſſe receptã ſententiam etſi ab ea diſ-
ſenſerint nonnulli,congeſti à Natta in conſ.ccccij.nu.29.&
in conſ.ccccxx.num.11.Et communis illa ſentẽtia fulcitur
primo text.in l.Barbarius in fine.ff. de officio prætor. Bar-
barius Philippus,quẽ Suidas in dictione βάρβιος,Barbium,
hiſtoriam enarrans,appellat,cum ſeruus eſſet, Præturã Ro-
mæ geſſit:cunque detecta aliquando fuiſſet illius ſeruitus,
dubitatum fuit,an geſta ab illo rata eſſent.Diffinit Vlpianus
humanitate potius quam iure,ea fuiſſe rata,quæ geſſit, quã-
diu ſeruitus latuit. Detecta vero ſeruitute iure rata fuiſſe
omnia:cũ populus ipſe Romanus,& multo magis Princeps,
Barbariũ ipſum prætura fungentẽ, libertate donaſſe videa-
tur.Hoc reſponſum docte explicant ex recentioribus An-
tonius Contius lib.j.diſputat.iuris ciuilis.c.ij.Franciſ. Ho-
toman.libro quæſtionum illuſtrium.cap.xvij.Anto. Coſta-
nus lib.j.quæſt.iuris.c.xvij.& ad rem noſtram magis expli-
cat Craue.in conſ.dccccIviij.nu. 10.lib.v. qui oſtendit, ibi
ſcientiam tacitam inhabilitatis ſatis ſuperque fuiſſe, vt cen-
ſeretur diſpenſatum.Hanc quoq; ſententiã probat tex.l.qui-
dam conſulebat.in fine. ff. de re iud. vbi idem Vlpianus re-
ſpondit,quod ſi prętor aut conſul minor ius dixt,idcirco va-
8 let,quia Princeps,†qui ei ſciẽter magiſtratum dedit, omnia
eum gerere decreuit atq;:ita minorem illum ad magiſtratũ
habilẽ reddidiſſe præſumitur.Nec ibi inhabilitatis expreſ-
ſionem in literis requirit,vt declarat Craue.in dict. conſilio
dccccIviij.nu.13.poſt Oldrad.in conſ.cccxxv.in fine.Ita pa-
riter in l.quæro.§.vlt.ff.de teſta.tut.ſeruus à domino ſcien-
ter tutor datus,& libertatem & tutelam obtinet. Præſumi-
tur enim libertate donatus,cum tutor datur.ſic etiam in l.
idem Vlpianus.§.vlt.ff.de excuſa.tutor.Cum princeps per-
9 mittit tutori†,vt alio domicilium tranſmigret,à tutelæ mu-
nere eum excuſare voluiſſe præſumitur. Eſt ſimile diffini-
tum in l.pen.C.de neceſſ.ſeruis hæred.inſtit.vbi ſeruus hæ-
res inſtitutus,præſumitur prius manumiſſus. Ita etiam in l.
bonorum.C.qui admitti ad bonor.poſſ.deb.reſponſum eſt,
10 prætorẽ ſcienter decernentem†bonorum poſſeſſionem pu-
pillo,qui alioqui ſine tutore agnoſcere non poterat, eũ bo-
norum poſſeſſorem facere. Cum præſumatur impedimentũ
illud tollere voluiſſe.Et etiam ſimile,quod dicimus,quod ſi
11 miles†ſciens ſe habere filium,alium inſtituit,tacitè filiũ ex-
hæredare præſumitur,vt dicatur ſuſtuliſſe impedimentum
inſtitutionis.l.ſicut.C.de teſtam.milit.l.ſi patronus,in prin.
& l.Paulus.§.vlti.ff.de bon.libert.& §.ſed ſi in expeditione.
in inſtit.de exhæred.libero.Ex prædictis infertur,recte ſen-
12 ſiſſe illos,qui ſcripſerunt,quod ſi Pontifex†maximus ſcien-
ter confert alicui beneficium, ob aliquod temporale, præ-
ſumi cum eo diſpenſaſſe,quò ad pœnam Symoniæ. Ita Sil-
ueſter Prierius in ſumma in verbo,Symonia.§.iiij.& §. xiij.
Petrus de Palude in iiij.ſent.diſtinc.xxv.q.iiij.Felinus in c.
j.de ſimo.& in capitul.de cætero.col.vlt.de re iud.Cardina-
lis à Turrecrema.in cap.latorem.num.j.q.iiij.Domin.Soto
de iuſtitia & iure lib.ix.q.v.art.ij.ad finem.& q.viij.ar.ij. &
Didacus in c.peccatum,in ſecunda parte.§.viij. verſic. hinc
etiam.de reg.iur.in vj.& ſi ab his diſſentiant Abbas in ca. j.
de Symo.Adria.quodlib.ix.art.vlt.ver.ad quartum.Io.Ma-
ior in iiij.ſen.diſt.xxv.q.iij.col.pen.& Caietanus in ſecunda
ſecundæ.q.100.art.vlt.
Hinc etiam recte cenſuit Abbas in c.ij.nume.iij. de ſciſ-
ma.ex tex.in c.præterea.de teſtib.& ibidẽ Felin.nu.6. quod
13 Pontifex†ordinando ſcienter infamẽ præſumitur illum re-
ſtituere famæ,idem dixit gl.in cap.cum autem.xliij. diſt. Et
gloſſam illam ſecuti ſunt Baldus in l. Imperialis.§. ſi miles.
C.de nupt.& Alex.in l.quidam cõſulebat.nu.x.ff. de re iud.
qui & illud dixerunt,quòd ſi Papa ſciens aliquem ſpurium
14 †promouet ad epiſcopatum,præſumitur cum eo diſpenſaſ-
ſe,& idem reſpondit Barba.in conſ.xxvj.col.iij.lib.ij. Iaſon
in l.Barbarius.n.13.ff.de off.præto.Dec.in c.ſi qñ.nu. 5. de
reſcrip.Idem etiam ſcripſerunt Io. de Selua. in tractat. de
beneficio in tertia parte q.viij.nu.41.Pariſ.in conſ.xliiij.n.
15.lib.iiij.& Quintilianus Mandoſius ad regulam cãcella-
riæ,de idiomate.q.v.nu.4.Rebuffus in prax. beneficiorum.
in tit.de diſpen.nu.7.Gramm.in deciſ.lxxxj.nu.8.
Huc ſpectat quod ſcripſerunt Imola in clem. ſi Roma-
nus.nu.8.& ibidem apertius Bonifacius Vitalinus.nu.30.&
15 nu.10.de præb.quod ſi Pontifex ſcienter confert†beneficiũ
curatum,habenti aliud ſimile,præſumitur diſpenſaſſe ſuper
incompatibilitate.Huc etiam facit quod reſpondit Roma-
nus in conſ.ccvij.colum.j.quod Papa ſciens impedimentũ
16 †matrimonij,ſi concedit eos contrahere, dicitur diſpenſa-
tionem concedere,& Romanum ſecuti ſunt Felin.in c.præ-
terea.nu.9.de teſtibus cogen.Dec.in conſ.dcxiiij.in ſi.
Hinc reſpondit Ruinus in conſ.lxxxv.nu.9.lib. iiij. quod
17 ſi princeps promouet bannitum†ad honores & dignitates,
ad quę aliàs aſſumi non poſſunt banniti,præſumitur cum eo
diſpenſaſſe.
18 Huc facit,quod ſi Princeps committit ſimpliciter† cau-
ſam,è qua ſcit bis fuiſſe appellatum, videtur appellationem
admiſiſſe,etiamſi aliàs tertiò non poſſet prouocari. Ita Bu-
trius & Imola in c.ſua nobis.de appella.Alex. in conſ. lxxij.
lib.ij.Iaſon in l.Barbarius.nu.12.ff.de off.præt.& Feli. in c.
c.cum inter.nu.4.de excep.
Cæterùm dubitari hic contingit, quomodo hæc princi-
19 pis ſcientia poſſit probari ? Et probari † poſſe confeſſione
ipſius inhabilis reſpondit Craue.in conſ. dccccIviij. nu. 18.
Item teſtibus Craue.nu.15.& alijs modis quib.ſcientia pro-
batur & præſumitur,vt dicemus infra in ſi.lib.vj.vbi de ſciẽ-
tia præſumenda agemus.Et quando agitur de facto proprio
principis Crau.d.conſ.dccccIviij.nu.20.
Quartus eſt caſus, quando princeps ignorans alicuius
20 †inhabilitatem eum eligit, vel promouet. Hoc in caſu, an
cum eo diſpenſaſſe præſumatur,diſputatio eſt non leuis in-
21 ter Doctores.Vna fuit opinio eorum,†qui ſcripſerunt, di-
ſpenſaſſe præſumi.Ita gloſſ.in l.Barbarius.ff.de officio præ-
toris,& communẽ eſſe opinionẽ teſtatur Romanus in cõſi.
ccxvj.n.7.verſ.aut promouet. Et ij quidẽ adducti ſunt ex d.
l.quidã cõſulebat.ff.de re iud.quæ ſimpliciter & indiſtincte
loquitur.Rurſus promotionis cauſa, creditur virtus & pro-
bitas promoti.l.j.§.credidit enim.ff.de off.prefecti prætor.
ob quam quidẽ cauſam ſatis eſt veriſimile, quod etiã ſi prin
ceps ipſe ſciuiſſet,vitium inhabilitatemque promoti, eum
nihilominus promouiſſet,ſtante eius virtute & probitate.d.
l.Barbarius,verſi.& ſi ſciſſet. ff. de off. prætor. qui contra-
rium probat.
22 Altera fuit opinio † eorum, qui exiſtimarunt, principem
non præſumi hoc in caſu diſpenſaſſe.Ita Innocentius in ca.
cum dilecti,de electio.Et ij quidem adducti ſunt eodem re-
ſponſo Vlpiani in d.l.Barbarius in fine.ver. & ſi ſciſſet. Di-
xit Vlpianus,quod ſi populus Romanus ſciuiſſet Barbariũ
illum Philippum ſeruũ fuiſſe, & illum prætorẽ decreuiſſet,
eum liberum feciſſet:ſenſus eſt quod tanta erat populi Ro-
mani poteſtas, vt non modo euehere potuerit ſeruum ad
præturam : ſed etiam ſi ſciuiſſet eſſe ſeruum, & ei præturam
decreuiſ



decreuiſſet,liberum eum effeciſſet.Ergo econtra, ſeruus li-
bertate donatus non dicitur,ſi ignoranter promouetur.
23 Tertia fuit†opinio Roma.in conſ.ccxvj.nu.8, qui ita cõ-
ciliando prędictas opiniones diſtinguit, Aut certũ eſt,quod
ſi princeps promouens,ſciuiſſet promoti vitium & inhabi-
litatem,nihilominus eum promouiſſet.Et tunc pręſumi de-
bet,cum illo deſpenſaſſe,Ita procedit prima illa opinio; &
ita intelligitur d. l. Barbarius in illis verbis, etſi ſciſſet & ſi
male, Rectius dici poteſt,conceſſum cenſeri,quod veriſimi-
liter conceſſiſſet,ſi de eo fuiſſet interrogatus,glo.in tale pa-
ctum,§.vlt.ff.de pactis, Aut verò eſt dubium, quod ſi ſciuiſ-
ſet princeps vitiũ & inhabilitatem promoti, non forte pro-
ſmouiſſet. Et hoc caſu non præſumitur diſpenſaſſe. Ita pro-
cedat opinio Innoc.per text.in capitu.ſi eo tempore.de re-
ſcrip.in vj.
Extenditur nunc primò prædicta præſumptio vt locum
24 habeat etiam in † inferiore a ſupremo principe,qui tamen
habeat facultatẽ diſpenſandi inhabilem. Nam & is promo-
uendo diſpenſare cũ eo præſumitur. Ita de capitulo canoni-
corum,quod certis in caſibus poteſt diſpenſare,ſcripſit Spe-
cul.in tit.de diſpenſa. §. ſunt quoq; in fine, Idem de epiſco-
po & capitulo reſpondit Old.in conſil,cccxxix.nu.4.& 5.&
in conſ,cccxxxj.nu,3.ex cap.eccleſia.xvj.q.j.
Et hinc docuit Baldus in l.eam quam.numero 39.C.de fi-
deicom.quod ſi comes Sabaudiæ ſciẽter cõcedit feudũ ſpu-
rio,præſumitur cũ eo diſpenſare, vt feudum retinere poſſit,
quod aliàs non poſſet.Idem Baldus in conſi,ccxlviij. Quæ-
ritur vtrũ lib.j.qui de Duce Mediolani ſic reſpondit & latè
Crauet,in conſ.dccccIviij.nu.7.lib.v.vbi de Duce ſeu Mar-
chione tunc Mãtuæ.Et hæc quidẽ eſt magis recepta ſenten-
tia,etſi ab ea diſſentiat Natta in cõſ.ccccij.n.6.& nu.25.ver.
& ex prædictis,qui recẽſet Baldum & alios,& aduerſus Nat-
tã de eadem facti ſpecie interrogatus reſpondit præcitato
in loco Crauetta,Et ſimili in caſu ſic etiã ego reſpõdi in cõ-
ſi.ccccxxij.Hæc tamen extẽſio intelligitur & locum habet,
25 quando hic inferior à principe † promouet hunc inhabi-
lem,adhibita cauſę cognitione.Nam illa neceſſaria videtur,
vt diſpẽſaſſe præſumatur.Ita gl.j.in c.ij.de ſciſmat. vbi Ho-
ſtien.Io.Andre.Butrius,Anchar.Cardinalis,Abbas nu. 3. &
Io.de Anna.columna prima.Idẽ ſcripſerunt Imola in l. qui-
dã conſulebat.col.iij.ff.de re iud.& ibidem Caſtren. nu. 8.
verſic.allegatur etiam iſta lex, Felinus in cap. præterea. nu.
8.de teſtib.cogen.in c. cum inter. columna ſecunda in fine,
ver.in hoc poſſet inſiſti.de except.Iaſon in l. Barbarius, nu-
mero 16.de officio præto.Decius in ca.ſi quando,nu. 5.ver.
ſecus eſt in inferiore.de reſcrip.Gramma.in deciſ.lxxxj.nu.
9.qui communẽ eſſe opinionem aſſerit.His addo Io.de Sel-
ua in tract.de beneficio in tertia parte.q. x. num. vigeſimo-
quarto,
26 Extenditur ſecundò,vt procedat,etiam ſi princeps†ignor-
ret inhabilitatem promoti, ſi modo certum eſt, quod idem
fuiſſet facturus,ſi ſciuiſcet eum inhabilem.Ita Bar.in l.ij.nu,
3.verſ.ex quo nota.C.ſi ſeruus,vel liber.ad Decurio. aſpira.
libr.x.Imola in l.quidam conſulebat.col.iij.verſ. cum vero
non requiratur.de re iud.Rom,in conſi.ccxvj.nu.8.ver. mi-
hi autem.Ant.Gabriel.in ſuis concluſ.lib.j.de pręſum.con-
cluſ,viij.nu.16.adducti omnes ex l. Barbarius, ibi, etſi ſciſ-
ſet.ff.de offi.præto.
Extenditur tertiò,vt procedat non ſolùm, quando prin-
27 ceps ſcit verè eam inhabilitatem;ſed†etiam quando præſu-
mitur ſcire.Ita Bar.in d.l.ij. C. ſi ſeruus, vel liber, ad decu-
rio.aſpira.libro x,Pariſius in conſilio quadrageſimoquarto.
numero decimooctauo libro quarto.Ant.Gabriel in d.con-
cluſ.viij.nu.16.& latè Craue.in cõſ.dccccviij. nu. 21.& 22.
vbi diluit contraria argumenta Nattæ diſſentientis.
28 Extenditur quartò,vt procedat etiam quando†inhabili-
tas prouenit à defectu naturali,ſicuti quando Pontifex max.
ſciens aliquem eſſe infantem,vel puerum,ei confert,vel cõ-
ferri mandat beneficium.Nam cum eo diſpenſaſſe pręſumi-
tur.Ita Geminia.in capitul. ſi eo tempore. numero quinto
de reſcrip.in vj. Et apertius Baldus in l. impetrata, numero
6.C. ſenten. reſcindi non poſſe, dixit, quod ſi Papa confert
29 beneficium†infanti coram ſe exiſtenti,præſumitur cum eo
diſpenſaſſe.Idem Baldus in capit.cum adeo.columna quar-
ta.de reſcrip. dixit, ſufficere Papam exprimere ætatem im-
perfectam, vt præſumatur ſuper ea diſpenſaſſe. Idem affir-
marunt Imola in l.quidam conſulebat.columna ſecunda. &
ibi Alexand.numero 7.de re iudicata.Barba.in cõſilio xxvj.
columna tertia ver.& faciat.libro ſecundo.Rebuffus in pra-
xi beneficiorum,in titu, de diſpenſationibus.numero 14.&
Anton. Gabriel in ſuis concluſionibus,libr,j. titul. de præ-
ſump.concluſ.viij. nu. octauo. Et his accedit Bellamera in
deciſ.dccxxviij.incipit,ſi exiſtens;cũ decidit,quod ſtãte cõ-
ſtitutione pontificia,qđ minor quatuordecim annis nõ poſ-
ſit obtinere canonicatũ & theſaurariã,ſi ipſe ſummus Ponti-
fex reſcripſit pro eo,qui minor eſt ea ætate,adiecta clauſula,
quod ſi theſauraria eſt dignitas,talis diſpenſet ſecum ſuper
ætate,præſumitur ex hoc diſpenſaſſe ſuper ætate, etiam quo
ad canonicatum. Et hanc ſententiam viſus eſt etiam ſequi
Felinus in capit.cum inter.numero quarto.de except.Idem
ſcripſit Io.de Selua in tract,de beneficio.parte tertia.quæſt.
viij.numero quadrageſimoſecundo.& ibidem.numero qua-
drageſimotertio ſecutus eſt Bellameram præcitato in loco,
Eandem opinionem probauit Oldradus, vel verius alter
ignotus nomine inter reſpõſa ipſius Old.in conſ. cccxxviij.
cccxxix.cccxxx.& cccxxxj.Et ego ipſe notabili in caſu ſum
ſecutus in conſi.ccccIv.lib.v.
30 Cęterum ab hac traditione†diſſentit idem Oldra.in con-
ſi.cccxxv.conſ.cccxxvj.conſi.cccxxvij.& in conſ. cccxxxij.
nu.6.& 7.Hæc enim & ſuperiora reſponſa,inuicem contra-
ria,de eadẽ cauſa reddita fuerunt & Baldus in c,j,in prin.nu.
3.per quos fiat inueſtitura,viſus eſt ſequi Oldradũ apertius
Calder.in conſi.viij.in tit.de reſcrip. Cùm reſpondit, quod
ſi Papa ſcienter confert beneficium curatum ætate mino-
ri,non dicitur cum eo diſpenſaſſe;niſi adijciat clauſulam,ex
certa ſcientia. Exiſtimo tamen poſtremæ huius opinionis
rationes leues eſſe, Nam prima illa ratio,qua vſus eſt Oldra.
in dict. conſil. cccxxv. numero primo, quod requiratur in
31 Papa expreſſa derogatio†iuris communis, nõ eſt vera, quia
ſatis eſt, quod faciendo actum iuri communi contrarium,
ab eo recedat,vt in caſu dict.l. quidam conſulebat de re iu-
dic. Non etiam eſt vera ſecunda ratio Oldra.in d.conſi.ccc-
xxv.numer.2. quod in Papa diſpenſante cum puero ad be-
neficia requiratur cauſa. Non inquam eſt verum, quia ad li-
bitum poteſt diſpenſare, ex quo vitium non eſt naturale.
Non etiam obſtat,quod idem Oldrad. in conſilio cccxxvj.
numero 14.inquit, hoc eſſe vitium naturæ, quod tolli non
poteſt.Et ob id non eſſe in hoc parendum Pontifici dixerũt
Bald.in cap.cum adeo.nu.10.de reſcrip. Felinus in capit. ſi
quando.num.4.eo.tit.& Io.de Selua in tracta. de beneficio
parte.iij.q.viij.nu.44.Nam reſpondetur,hoc vitium vel ve-
rius impedimentum non eſſe naturale, vt tolli non poſſit;
alioqui nec in caſu.d.l.quidam conſulebat.de re iud. poſſet
dici diſpenſatum.
Declaratur primò hæc præſumptio,vt non habeat locum
quando princeps facit aliquem actum poſitiuum, vt puta
quando ſciẽter promouet aliquẽ ad officium, vel beneficiũ:
ſecus verò, ſi nõ adſit actus poſitiuus:vt ſi ſolum patitur ali-
quem iam in officio exiſtentem illud exercere. Nam tunc nõ
32 dicitur†illum reddidiſſe habilem.Ita Imola in l. quidã cõ-
ſulebat.colum.iij.verſ.aut princeps.de re iud.Abbas in cap.
veniens.verſic.quidam ſunt actus,de filijs presbytero. Soc.
Sen.in conſi.lxxxv.nu.9.verſ.ſecundus caſus.lib.iij.qui exẽ-
plum affert de bannito tollerato à principe, Non enim ſola
33 †hæc patientia arguit banni reuocationẽ. Anton. Gabriel
in d.concluſ.viij.nu.18.His addo Felinum in cap.præterea
nu.8.ver.quod actus.de teſtib.cogen.Io. de Selua in tract.
de beneficio,parte iij.q.viij.nu.49.& q.x.nume.25. Confe-
runt quæ ſcripſi ſupra lib.j.q.xxij.Et ſimilibus comprobat.
Rui. præcitato in loco.
Declaratur ſecundò, vt non procedat hæc præſumptio
34 quãdo†princeps promouet per ſubſtitutum. Nam tunc nõ
præſumitur diſpenſare cum illo inhabili.Ita reſpondit Ro-
manus in conſilio ccxvj. numero octauo, verſicul, aliquan-
do verò. quem ſecutus eſt Gramma. in deciſio. lxxj. nu-
mero vndecimo.
Declaratur tertiò,vt non procedat hæc præſumptio,quã-
35 do princeps potuit † exiſtimare illum inhabilem fuiſſe ab
alio habilitatum,vt puta à principe ſuo, qui hoc facere po-
terat.Ita Socinus Senior in dicto conſil. xcix.columna iiij.
verſic.

verſicul. ſecundò reſpondeo.lib.iij.& Gabriel in d.concluſ.
viij.nume.19.
Declaratur quartò,vt non procedat hæc præſumptio, qñ
36 princeps ob neceſſitatem promouet†inhabilem.Nam tunc
non præſumitur cum eo diſpenſaſſe, & perpetuo habilem
reddidiſſe.Ita Bart.in l.j.in fin.C.qui & à quibus.& reſ| on-
dit Ruinus in conſ.lxxxv.columna pen. ver. & iſtud confir-
mat lib.iiij.quem ſecutus eſt Gabriel.in d.concl.viij. num.
20.Exemplum affertur quando vrgente neceſſitate, vt quia
nullus magis idoneus reperiebatur,fuit inhabilis promotus
ad decurionatum. Et Ruinum ſecutus ſum in nonſil.clxxv.
nume.56.libro tertio.
Declaratur quintò,vt procedat hæc præſumptio,quando
37†reſcriptum non poſſet aliquid aliud operari:ſecus ſi etiam
quid minimum operari poteſt.Oldradus in conſ. cccxxxij.
numero 8.Rebuffus in praxi beneficiorum in tit.de diſpen-
ſa.numero octauo,& Gabriel in dicta concluſione octaua,
in fine.
Declaratur ſextò,vt non procedat hæc præſumptio,quã-
38 do princeps†facit quod eſt fieri conſuetum ſicuti quando
Pontifex ſalutat excommunicatum, vel ei dat delegatum,
vel quid ſimile fieri ſolitum,non tamen prĕſumitur eum ab-
ſoluiſſe ab excommunicatione.Clemen. ſi ſummus. vbi gl.
in verbo,approbare.de ſenten.excom.& Oldradus in conſ.
cccxxviij.num.2.in fine.Confert tex.in l.libertus aduerſus.
ff.de in ius voc.quo loci annotauit Angelus,quod princeps
dando iudicem delegatum ſupplicanti, non reddit eum ha-
bilem ad agendum.Et Angelum ſecuti ſunt Felinus in capi.
præterea.nu.7.verſic.ſecundò dic.de teſtib. cogen. Ruinus
in cõſ.lxxxv.numero decimoquinto,libro quarto,qui egre-
gie explicat & Decius in cap.ſi quando.numero quinto. de
reſcript.& ſi eo in loco aliter intelligat d. clem. ſi ſummus.
Et Iaſon quoque in l.Barbarius.nu.23.ff.de offi. præto. ali-
ter interpretatus eſt verba Angeli.

## PRAESVMP. XXI.

Iuriſdictione,vel imperio alicui à principe delega-
to,quando eius induſtria electa præſumatur,vt is al-
teri ſubdelegare minime poſſit.

### *SVMMARIVM.*

*1 Delegatus à principe,poteſtatem ſubdelegandi habere cenſetur fallit ſi
perſonæ illius induſtria electa ſit.nume.2.*
*3 Delegati induſtriam electam eſſe,quibus poßit conſtare.*
*4 Delegati induſtria in cauſa graui & ardua præſumitur.5.*
*5 Imperium merum vel etiam mixtum,commißum alicui,non poteſt al-
teri demandari.*
*6 Induſtriam perſonæ electam,vis etiam verborum indicat.nu.7. 9. 10. 11.
13.15.16.& 17.*
*8 Delegatus principis quando non poßit vices ſuas alteri delegare.*
*12 Verba geminata,quando aliquem pariant effectum.*
*14 Viſitare iuſſus perſonaliter,non poteſt per alium id facere.*
*18 Subdelegationem partium conuentione permitti, quando ab ipſarum
partium voluntate negocium dependat.*

CVM princeps, alicui iuriſdictionem vel impe-
1 rium mandat, is delegatus†poteſtatem ſubde-
legandi habere dicitur.l. à iudice. C. de iud.
vbi latè Doctor. Verum quando delegati ele-
2 cta † eſt induſtria,ſubdelegare is non poteſt:ſi-
cuti tradunt omnes in dict.l.à iudice.& in capitul. vltim. §.
3 vltim.de offic.delegat. Delegati autem electam † conſtare
poteſt præſumptionibus & coniecturis, ductis à qualitate
& facti delegati,& à verbis ipſius delegationis.
Prima itaque eſt cõiectura & præſumptio, ſumpta à qua-
4 litate facti, ſicuti quando † cauſa grauis & ardua delegata
fuit.Nam tunc præſumitur ita electa induſtria perſonæ, vt
delegare is alteri minime poſſit.c.is cui.de off.delega.in vj.
Iaſon in l.more.nu.65.ff.de iuriſd.om.iud.& ſcripſi in libr.
j.de arbitrarijs.q.lxviij.nu.15.& ibidem num.13.idem eſ-
ſe affirmaui quando factum eſt variabile; atque ita quando
mandatur factum non determinatum.ex capitu. vlt.de offi.
delega. Id quod docuit & Barto.in l.vlt.in fine. ff.de diuerſ.
& temp.præſcrip.cum dixit,procuratorem non poſſe alium
ſubſtituere,quando factum ſic indeterminatum fuit ei com-
miſſum.Qua de re attingam infra in præſump.xxxviij.Idem
Baldus in l.vnica.§.non autem.nu.7.C.de cad. tollen.dixit,
in facto non determinato,cenſeri datum arbitrium illi man-
datario, quod ſanè arbitriũ alteri mandari non poteſt.l. in
compromiſſis.ff.de arbitr.Iaſon conſi.lxxxix.num.4.lib.iij.
& Natta in conſi.clxiij.nu.10.& conſil.clxiiij.nu.23.libr.j.
5 Et hinc dicimus, magiſtratus, quibus merum † imperium,
vel etiam mixtum eſt commiſſum,non poſſe illud alteri mã-
dare:cum ob cauſarum grauitatem cẽſeatur electa illius in-
duſtria:ſicuti ſcripſerunt Bart.& alij multi in l.j.in ij.notab.
ff.de offic.eius; cui mand. eſt iuriſdict. quo in loco Decius
exiſtimauit, duo ibi concurrere, grauitatem ſcilicet cauſa-
rum,& perſonæ excellentiam:cum non niſi maiorib. magi-
ſtratibus,imperia hæc mandentur.Dicebã aliquando, quod
imò concurrunt & ibi verba,quibus conſtat electã eſſe per-
ſonæ induſtriam,nempe quod meri & mixti imperij cauſæ,
ſpecialiter commiſſæ ſunt maioribus his magiſtratibus, vt
ſignificant illa verba.d.l.j.de off.eius ibi quęcunque ſpecia-
liter &c. ſpecialiter ideſt, nominatim,vt rectè exponit Al-
ciat. libro ij.paradox.capitul.v.numero 3. Cum autem ſpe-
cialiter alicui demandatum eſt negotium,electa cenſetur il-
lius induſtria.l.inter artifices,ibi, ſpecialiter. ff. de ſolut. &
mox dicemus.
Secunda eſt coniectura & præſumptio ducta à verbis : vt
ſi eſt actum,quod ipſe faciat.Hos actus appellat Baldus in l.
vnica.§.nõ autem.nu.6.C.de cadu.tollen. formaliter inſer-
6 tos,hoc eſt,per datam formam.Et tunc ob vim † verborum
cenſetur electa induſtria perſonæ.d.l.inter artifices.ibi,ſpe-
cialiter.ff.de ſolut.Eſt enim(vt admonui ſupra) dicere,ſpe-
cialiter quod nominatim. Et idẽ eſt ac ſi dixiſſet,quod ſuis
7 manibus † id faciat:quibus verbis cenſetur electa perſonæ
induſtria.d.l.vnica.§.non autem.ver.ſi verò talis erit verbo-
rum.C.de cad.tollen.Id quod affirmarunt & gloſſę in c.qui-
cunque.de hæret.in vj.Bart.in l. probatorias. C. de erogat.
milit.anno.lib.x.& Iaſon in l.ſi is,qui pro emptore. n. 374.
ff.de vſucap.cum dixerunt,ꝙ ſi negotium fuit mandatũ ali-
cui,vt is ſuis manibus exequatur,eius induſtria electa præ-
ſumitur atque cenſetur.Idem quod ſcripſerunt Purpu.in l.
j.nu.502.& ibidem Paulus Orianus num.47.ff.de off.eius.
Ea eſt ratio,quod his verbis perſonaliter commiſſum eſt ne-
gotium.Et propterea affirmant commemorati interpretes,
8 quod & ſi aliàs delegatus†principis poſſit vices ſuas alteri
mandare, non tamen poteſt, quando ſuis manibus habet
cauſam illam cognoſcere & diffinire.Ita etiam tradit Cępo.
in l.ſi quis ſic.numer.5.ff.de verb.ſign.quod notarius iuſſus
ſua manu ſcribere nõ poteſt id manu aliena exequi.Ita quo-
que dicimus,quando his verbis committitur negotium,per
9 te†ipſum cognoſcas.Dicitur enim & his verbis,electa per-
ſonæ induſtria. Quocirca delegatus etiam à principe alteri
ſubdelegare non poteſt,ſicuti tradunt Ioan. Baptiſta à San-
cto Seuerino in l.more.num.15.ff.de iuriſd.omn.iud. Iaſon
in l.ij.nu.29.ff.de off.eius,cui mand.eſt iuriſd.& in l.à iudi-
ce.col.pen.ver.ſextò limita.C.de iudicijs.Felin. in cap. vlt.
nu.5.de off.deleg.& Vantius in tract.de nullitatibus. tit. de
nullitate ſententiæ ex defectu iuriſd.delegatæ.nu.21. Quo-
rum quidem ſententia probari ſatis manifeſte videtur in d.
cap.vlt.§.is autem de off.deleg.& in cap.cum dilecta. §. di-
ctũ.de reſcrip.Et reſpondit Baldus in conſi.cxxiij. Reuerẽ-
diſſimus pater in ſi.lib.v. quod iuſſus à teſtatore aliquid per
ſe ipſum facere,non poteſt alteri committere, ſic & Alcia-
tus in l.j.§.eadem.nu.3.de verb.oblig.docuit,non eſſe locũ
conſilio ſapientis iuxta ſtatuti diſpoſitionem, quando prin-
ceps commiſit cauſam delegato,vt per ſe cognoſceret & iu-
dicaret.Et Alciatum ſecutus eſt Aſinius in praxi iudiciorũ,
10 §.xxv.cap.xviij.Eſt idem quando fuit dictum, tu & † nullus
alter cognoſcat, agat. Nam & his verbis præſumitur electa
illius induſtria.Ita Alex.in l.j.nu.12.ff.de offic. eius. &c. &
l.more.num.22.ff.de iuriſdict.om. iud. Iaſon in l. à iudice.
col.vlt.ver.ſeptimo limita.C.de iudicijs ex ſententia Bene-
dicti de Plumbino in l.Imperator. ff. de fideicom. liber. &
Felin.in c.vlt.col.iiij.verſi.ſecũdus modus,de officio deleg.
Et horum traditio probatur,l.j.§. de his. ff. de ſeparat. ibi,
præto



prętoris,vel præſidis notio erit,& nullius alterius.Præſumi
11 quoque electam perſonæ induſtriam his verbis, tu†cogno-
ſcas,ſcripſerunt Baldus in cap.vlt.de offic. delegat.Crottus
in conſi.cxxvj.nu.19.lib.j.Rimin.ſen.in l.more.nu.17.ff.de
iuriſd.om.iud.Barbatia inter conſilia Curtij Sen. in conſil.
lxvij.col.xix.Iaſon in l.j.nu.32.& 34.& ibidem Purpu. nu.
501.ff.de officio eius.Gramma.conſ.lxiiij.nu.5. in crimina-
libus & Voto iij.nu.39.& Vantius in tracta. de nullitatibus
tit.de nullitate ſententiæ ex defectu iuriſdictionis delegatę.
num. 21.in fin.Ea ſola ducti ratione, quòd geminatio horũ
verborum multum operatur, iuxta.l. Baliſta. ff.ad Trebell.
Cæterum ab hac opinione diſſentiunt Barb.in c.vlt.de offi.
deleg.Iaſon in l.à iudice.colum.vlt.verſ.nono limita.C.de
iudi.& Paulus Orianus in l.j.n.52.ff.de officio eius.&c.exi-
12 ſtimantes,tunc demum geminata verba†effectum aliquem
parere,cùm ex interuallo fuerunt prolata.l.ſi conuenerit.la.
j.ff.de pigno.actio.& ſimilia per multa congerunt Iaſon in
l.ſi certis annis.numero quinto.C. de pactis, & Decius in l.
vnica. numero ſeptimo. C. de errore calculi. Verùm facile
reſpondetur ex declaratione Decij in l. ſi certis annis. nu-
mero quarto. C. de pactis. quod vbi agitur de ſola propriæ
voluntatis declaratione,ſufficiunt verba geminate prolata,
nullo adhibito temporis interuallo.ita loquitur dict.l.bali-
ſta.ff.ad Trebell.Cùm verò agitur de præiudicio tertij;vt in
caſu d.l.ſi conuenerit.tũc temporis interuallum requiritur.
Ita pariter declarat Decius in l.legem.numer. decimoquin-
to. C. de pactis. Eſt quoque idem cum mandatum eſt, vt
13 ipſe†perſonaliter cognoſcat. Nam & tunc præſumitur at-
que cenſetur electa induſtria perſonæ. ita Rimin. Sen. in l.
more.nume. decimoſeptimo.ff.de iuriſd.& Iaſon in l.quod
quis.nu.3.verſ.ſeptimo fallit.C.de procur.ex tex.clem.j.de
vita & honeſta.cleric.& idem ſignificare videtur tex.in cap.
vlt.§.is autem.ff. de offi. deleg. Quocircà ſcripſit Bald. in l.
14 vnica.§.ne autem. nume. 6.C.de cad.tollen.quod iuſſus†vi-
ſitare perſonaliter aliquem locum, non poteſt per alium id
facere.Idem docuit Cæpolla in l. ſi quis ſic in fin.ff.de ver-
bor. ſignifica. Ronchegallus in l.nemo eſt qui neſciat. nu-
mer.23.de duobus reis. Eſt idem quando ſunt commiſſum
15 vt proprio†iudicio cognoſcat & diffiniat.ita Rimin.Sen.in
d.l.more.xvij.arg.l.pen.ff.de teſt.Idem quoque eſt,cũ one-
17 rata†fuit propria conſcientia illius,cui commiſſum eſt ne-
gotiũ.Ita Alex.in l.more.nu.23.& ibidẽ Riminal.Sen.n.17.
& prius Ioan.Baptiſta à ſancto Seuerino.nu.12.ff.de iuriſd.
om.iud.Felin.in cap.vlt.col.ij.ver.vtrum per iſta de off. de-
leg.Iaſon in l.j.nu.29.ff.de off.eius, cui mand. eſt iuriſd. &
ibidem Paulus Orian.nu.46.& Purpur.nu. 503. & Vantius
in tracta.de nullitatibus.tit.de nullitate ſententiæ ex defe-
ctu iuriſdictionis delegatę.num.21.Andreas Gaillius libro
pract.obſeru.cap.xcvij.nu.5.Diſſentiunt tamen & male,ab
hac traditione Angel.in auth.ad hęc.C.de iudic.& Caſtren.
in l.à iudice.eod.titul.Idem eſt,quando in delegationis re-
ſcripto inſerta eſt clauſula, quæ ſolet communiter inſeri.
17 committimus † tibi cauſam talem, de tua prudentia plene
confidente?Hoc etiam caſu præſumitur electa induſtria de-
legati.Ita Gaillius in d.c.xcvij.nu.6.
18 Declarantur prædicta vt non procedant, quando † con-
uentione partium permittitur ſubdelegatio. Cæpolla in di-
cta l.ſi quis ſic in fine.ff.de verborum ſignifica. Decius in l.
j.in ſecundo notab.ff.de officio eius,cui mand.eſt iuriſd.ad-
ducti ex textu.cap.vlt.§.is autem.de off. deleg. Id quod in-
tellige,quando negotium pendet ab ipſarum partium vo-
luntate.Alia plura,quando præſumatur electa induſtria per-
ſonæ,explicabimus infra lib.vj.in præſumpt.xl.

## PRAESVMP. XXII.

In ius vocationem,quam citationem noſtri appel-
lant,iure non præſumi,explicatum.

### *SVMMARIVM.*

*1 Citatio in ius;cum ſit quid facti,non præſumitur.*
*2 Citatus præſumitur,qui in iudicio præſens eſt.*
*3 Citatio emiſſa & facta præſumitur ob diuturnitatem temporis.*
*4 Citatus præſumitur,qui ex longinqua regione in iudicium venit.*

IVS dicentis poteſtas & iuriſdictio exerceri ſo-
let, primùm per in ius vocationem:de ea igitur
præſumptione,quæ circa ipſam in ius vocatio-
nem , quam citationem appellare ſolemus,
hoc congruo in loco agendum eſt. Dicimus itaque illam
1 †non præſumi,cum ſit quid facti iuxta l.in bello.§.factæ. ff.
dę capt.& poſtlim.reuerſ.& ſcribunt Doctores, quos infra
recenſebo. Et fortius procedit hæc præſumptio , quando
ex ipſa actorum inſpectione non apparet de aliqua citatio-
ne. Ita reſpondit Socinus Senior in conſil. clviij. numero
11.lib.ij. & in conſi. xlvj. numero 39.libro quinto & alios
recenſebimus infra in præſum.50. vbi explicabimus, quan-
do præſumatur pro ſententia iudicis, quò ad acta & pro-
ceſſum.
Declaratur primò hæc præſumptio, vt non procedat
2 quando is,qui citari debuit,reperitur† præſens in iudicio.
Nam tunc citatus is præſumitur ca.bonæ.il ij.de elect. & in
ſpecie tradunt Spec.in tit. de reo.nu.15.& Lucas de Penna
in l.iij.colum.v.verſ.quadrageſimò præſumitur. C. de apo-
chis publ.lib.x.qui eiuſdem opinionis recenſet Iſerniam in
conſtit.de exordio. & præparat. alios plures recenſet Van-
tius in tract.de nullitate in tit.de nullitate ſententiæ ex de-
fectu citationis.num.19.Et conferunt ea, quæ dicemus in-
fra in præſump.lvj.quando dominus præſumatur citatus ad
audiendum ſententiam.
Declaratur ſecundò, vt non procedat ob temporis diu-
3 turnitatem.Nam & tunc citatio†emiſſa factaque præſumi-
tur.Ita declarant Barba.in ca.requiſiſti.nu.29.in fine.de te-
ſtã.Ruinus in conſ.lxvj.nu.5.lib.v.& Gratus in conſ. xcj.n.
47.lib.j.ex d.cap,bonæ.il ij. de elect. & eiuſdem ſententiæ
alios recenſet præcitato loco Gratus, & nos vberius com-
probabimus infra in prædicta præſum. Et hoc maxime pro-
cedit,quando in ipſis actis fuit enunciata. Ita Socinus Se-
nior in conſil.clviij.colum.5.verſi. ſed tamen præmiſſis.lib.
ij.Et ſimile ex Decio in conſ.xlij.numer. 14.dicemus infra
in præſump.lvj.vbi an præſumatur ſententia lata citato do-
mino.
Declaratur tertiò non habere locum, quando quis ex
4 †remota regione venit ad locum iudicij. Nam tunc præſu-
mitur citatus. Ita Decius in d.conſil.xlij. numero 14. poſt
Butrium in cap.j.de iudicijs,idem ſcripſit Vantius in tract.
de nullitate.in tit.de nullitate ex defectu citationis num.16.
qui alios recenſet.

## PRAESVMP. XXIII.

Citationem præſumi factam ad partis inſtantiam,
diligenti diſputatione demonſtratur.

### *SVMMARIVM.*

*1 Citatio ad partis petitionem facta præſumitur,contraria refertur opi-
nio.nu.10.*
*2 Solemnitas extrinſeca non præſumitur.*
*3 Solemnitas extrinſeca quæ dicatur.*
*4 Actus ab eo factus præſumitur,qui impenſam facere tenetur.*
*5 Minima conſiderantur etiam in his quæ à iure communi permiſſa ſunt
ſecus ſi ſpeciali.*
*6 Iudex ad priuatam vtilitatem non tenetur impartiri officium ſuum,
niſi petenti.*
*7 Actus præſumitur factus ad inſtantiam illius,ad cuius fauorem & vtili-
tatem refertur.*
*8 Petitio partis in citatione eſt de ſolemnitate extrinſeca.*
*9 Citatio quas partes contineat.*
*11 Ordo iudicij obſeruatus non præſumitur,niſi probetur.*
*12 Mandatum & commißionem iudicis non præſumi nuncio factam, an
verum ſit.*
*13 Citatio ad partis petitionem facta præſumitur in cauſis ſummariis
& leuis præiudicij, maxime temporis diuturnitate accedente.
numer.14.*
*14 Solemnitas etiam extrinſeca ob temporis diuturnitatem præſumitur.*

DVBITARI interdum ſolet, quando iam citatio
facta reperitur, an præſumitur ad partis inſtantiam
atque requiſitionem facta ? Et verè dicimus eſ-
ſe rece

ipſa ſit, quæ efficacem reddit ipſam citationem: & ſine qua
illa ſtare non poteſt. Non eſt itaque à recepta illa opinione
recedendum.
Extenditur primo hic caſus, & opinio, vt locum habeat
multò magis in ea citatione verbali, quæ requirit cauſæ co-
5 gnitionem. Nam tunc non† præſumitur commiſſio, & man-
datum iudicis. Ita Baldus in l. ſi quando. quæſt. duodecima,
numero duodecimo. C. de teſtibus & conferunt quæ dice-
mus in ſubſequenti caſu.
Extenditur ſecundò, vt procedat etiam quando notarius
6 in ipſa relatione nuntij enunciaſſet, †citationem factã fuiſ-
ſe commiſſione, & mandato iudicis. Nam adhuc non præſu-
mitur hæc iudicis commiſſio. Ita reſpondit Aretin. in con-
ſilio xxiij. quem declarat, & ſecutus eſt Ripa in capitul. pri-
mo numero 90. verſic. amplia primo. de iud. & aliqua ſtatim
dicemus.
7 Extenditur tertio, vt procedat† etiam ſi appareat de cõ-
miſſione iudicis in genere, ſed non in ſpecie. Nam adhuc
ſpecialis illa commiſſio non præſumitur; etiam ſi notarius
de ea atteſtaretur. Ita Aret. in d. conſ. xxxiij. & Ripa in d. c. j.
nu. 90. verſ. amplia & ſecundò.
Extenditur quarto, vt procedat etiam ſi ipſemet nuntius
8 †in ſua relatione atteſtatus fuiſſet, ſe citaſſe, commiſſione &
mandato iudicis. Ita Ripa in dicto c. primo, numer. 90. ver.
tertiò amplia, ex ſententia Specul. titul. de citatio. §. ſequi-
tur. verſ. ſed nunquid creditur. & Bar. in l. j. §. cura. num. 2. ff.
de off. præfecti vrbis.
9 Declaratur primò, vt non procedat quando agitur † de
modico præiudicio, & nuntius eſt bonæ famæ. Nam tunc
præſumitur, quod commiſſione & mandato iudicis citaue-
rit. Ita declarant Abbas in cap. primo de iudicijs, & ibidem
Ripa. nu. nonageſimo verſi. limita primo. & idem Abbas in
cap. ea nos. de his, quæ fiunt à prælato.
Declaratur ſecundò, vt non procedat quando eo in loco
10 †extat conſuetudo ſeu ſtylus curiæ, quod commiſſiones iu-
dicum non ſcribantur in actis. Nam tunc præſumitur ipſius
iudicis commiſſio. Ita ex ſententia Inn. in c. cum parati. de
appell. docuit Ripa in d. c. j, nu. 90. verſic. limita & ſecundo
qui ſubiungit quod hodie parum operatur hæc commiſſio,
cum hæ commiſſiones ex conſuetudine in actis non redigã-
tur, vt atteſtantur Io. Andreæ, & Abbas in c. quoniã contra.
de probat. Et in curia Romana, ex ſtylo Rotæ, credi nuntio
de commiſſione teſtatur Verallus in deciſio. cclxvj. parte ij.
Declaratur tertiò, vt non procedat quando extat conſue-
11 tudo, †ſeu ſtylus curiæ, vt nuntij poſſint citationes facere ſi-
ne iudicum commiſſionibus, & mandatis; vt obſeruari con-
ſueuit in Curijs Galliæ, ſicuti, ita declarãdo, teſtatur Boerius
in repe. l. conſentaneum. nu. 14. C. quomodo, & quando iu-
dex. qui Baldum, & alios huius ſententiæ commemorat.
Declaratur quartò, vt non procedat quando iudex, ea ci-
12 tatione† facta, ad vlteriora proceſſit. Nã tunc ſatis manife-
ſte declarauit citationem illam ex ſua commiſſione factam
fuiſſe. arg. l. à procedẽte. C. de dilat. Ita in ſpecie declarat Al-
ciatus in tractat. de præſump. reg. iij. præſum. xiiij. nu. 5. verſ.
præterea ſi facta. &c. Idem ſenſerunt Rom. in cõſ. cccc xcvij.
nu. 6. Ruinus in conſ. lxvj. nume. 6. lib. v. & Ripa in c. j. nume.
90. verſi. pro concordia. de iudicijs: cum dixerunt, præſumi
nuntium citaſſe mandato iudicis, quando lata fuit ſententia,
& ab ea non fuit appellatum.
13 Declaratur quinto, vt non procedat† quando citatus cõ-
paruit, & nihil oppoſuit. Nã tunc præſumitur citatio facta
mandato, & cõmiſſione iudicis. Ita in ſpecie declarant Alex.
in conſi. cxxiij, nu. 3. lib. ij. Ruinus in conſi. lxvj. nu. 5. libr. v.
Ripa in cap. j. nu. 90. verſ. limita, & tertiò. de iudicijs. & Al-
ciatus in tract. de præſump. reg. iij. præſum. xiiij. nu. 5. verſic.
14 & in iſto caſu. Ea eſt ratio: quia ſpõtanea comparitio † pur-
gat omne vitium; vt inquit glo. in l. j. ff. de ferijs; quam pro-
probant omnes, vt copioſe differit Tiraq. in tract. de retra-
ctu conſang. §. nono, gloſſa ſecunda nu. 18. & 20. Et illis ad-
do Felinum in c. illud. nu. 8. de præſcrip. & Curtium Iunio. in
l. ad peremptorium. numero 5. de iudicijs.
15 Declaratur ſextò, vt non procedat † ob tẽporis diuturni-
tatem. Nam tunc præſumitur commiſſio, & mandatum iu-
dicis. Ita declarauit Ruin. in conſ. lxvj. nu. 5. & 6. lib. v.
Secundus eſt caſus huius diſputationis cum agitur de ci-
tatione reali, hoc eſt de ipſa prehenſione, & carceratione.
Hoc ſane caſu ſine controuerſia non præſumitur commiſſio
hæc, mandatum iudicis. Ita Baldus. l. ſi quando. numero 12.
C. de teſtibus & in l. conſentaneum. C. quomodo, & quan-
do iudex. & ibidem Boerius numero 14. Salicetus in l. nul-
lus. C. de exhiben. reis. & Alciatus in tractat. de præſumpt.
regul. iij. præſumpt. xiiij. numero quinto verſicul. & hoc
procedit. Ea eſt ratio, quia hæc citatio magnam cauſæ co-
gnitionem requirit, quæ quidem (vt dixi ſuprà) non præſu-
mitur.

## PRAESVMP. XXV.

### Nuntium citaſſe ſicuti à iudice habuit in mandatis, an præſumatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Nuncio aſſerenti ſe citaſſe pro vt in mandatis habuit à iudice, vtrum creditur.*
*Et in quo nuncio verum ſit. nu. 2.*
*Et quibus in rebus ipſi præſtetur fides. nu. 3.*

DISPVTATIO eſt non mediocris inter Docto-
res, an pro nuntio præſumatur eique credatur,
1 † quod citauerit reũ vel actorem ad iudicium;
quemadmodum habuit in mandatis à iudice?
Hac de re poſt Alciatũ in tract. de præſumptio-
nib. reg. iij. præſum. xiiij. ſcripſi ſatis copioſe in cõmentarijs
de arbitrarijs iudicum. libro ſecũdo caſu cxij. columna pri-
ma, & ſecunda vbi tres commemoraui opiniones: & dixi
ibi. numero octauo, tertiam opinionem veriorem mihi vi-
deri, hoc relinqui iudicis arbitrio: ſed tamen in dubio cre-
dendum eſſe ipſi nuntio; quod declaraui locum non habere
tribus in caſibus; non repeto iam ſcripta. Et poſt à me edi-
tos illos commentarios, diſputationem hanc doctè, & dili-
gẽter explicauit benè eruditus Io. Baptiſta Aſinius in praxi
de ordine iudiciorum. §. nono. capit, ſecundo, vbi recenſet
ſex opiniones, & capitu. tertio, numer. primo, teſtatur com-
munem opinionem eſſe; quod nuntio credi debeat; Quam
2 quidem opinionem declarat habere locum, quando † nun-
tius eſt iuratus: ſecus ſi non eſt iuratus: Intelligit, & 2. nu. 4.
3 procedere quo ad ea, quæ† ſibi à iudice mandata fuerunt, nõ
autem in alijs: & proptereà ipſi nuntio referenti, ſe à citato
fuiſſe verberatum, vel affectum iniuria, vel dixiſſe, nolle ve-
nire; fides non adhibetur. Quam quidem poſtremam decla-
rationem, & nos diligenter explicauimus in dicto caſu cxij.
numero duodecimo, & decimoſexto. Hic loca nunc indicaſ-
ſe ſufficit. Illud etiam annotandum eſt, quod cum hæc ſit ſo-
la præſumptio, contrarium probari poterit, nempe nun-
tium non citaſſe, vt retulit in actis. Ita Angelus, Imola &
Alex. in lege, qui bona. §. qui damni. ff. de damno infecto; &
alios quamplures congeſſit Aſinius in dicto §. nono. capi. xj.

## PRAESVMP. XXVI.

### Citatus ad domum, an præſumatur perquiſitus à nuntio, qui perſonaliter citare debuit; ſi inuentus ille fuiſſet; alioqui ad domum.

*SVMMARIVM.*

1 *Nuncio, cui mandauerit iudex expreſſim, vt reum perſonaliter citaret, & ſi non inueniret citaret eum ad domum, de perquiſitione facta creditur.*
*Et qui ſi ſimpliciter referat, ſe ad domum citaſſe. nu. 3.*
2 *Expreſſum dicitur illud, quod per relationem ad aliud intelligitur.*
4 *Nuncio in his quæ ad ſuum officium pertinent creditur,*
5 *Nuncio nulla data commiſſione à iudice, vt reum citaret, qui prius perſonaliter citandus erat, quem ad domum, non præſumitur quod perquiſierit, & non inuenerit.*

CVM multi ſint caſus, in quibus perſonaliter ci-
tari debet reus, & ſi non reperitur ad domum,
lege quarta. §. Prætor vbi Bartol. & reliqui.
ff. de damno infecto; ob id dubitari aliquando
con



contingit; ſi nuncius refert citaſſe ipſum reum ad domum,
an præſumatur, quod eum perquiſierit perſonaliter, & in-
uenire non potuerit? Hac de re ſunt diſtinguendi duo caſus.
1 Primus eſt, quando iudex† expreſſim mandauit nuntio,
vt citaret reum perſonaliter, & ſi non inueniſſet, eum ad do-
mum citaret: & deinde nũtius retulit ſe citaſſe ipſum reum,
vt habuit in mandatis. Hoc ſane caſu præſumitur, quod
perquiſierit ipſum reum, & quod eum non inuenerit, & ob
id ad domum citauerit. Ita Abbas in conſilio octuageſimo-
quarto libro ſecundo. Alexand. in conſilio ſecundo, nume-
ro ſeptimo libro tertio, & in conſilio vigeſimonono, nume-
ro octauo, & decimo, libro ſexto, Socin. Senior in conſilio
lvj. numero ſexto, & ſeptimo, libro quarto. Decius in capi-
tul. quoniam contra numero trigeſimoprimo, de probat. &
in capitul. cum parati. columna penultima, de appella. Gra-
tus in conſilio trigeſimo, in fine. libro primo. Tiraqu. de re-
tractu conſangui. §. octauo gloſ. nona, numero decimo. Re-
buffus in commentariis ad Regias Conſtitutiones Gallia-
rum, tomo tertio in titul. de citationibus artic. ſecundo glo.
tertia, numero vigeſimoſeptimo, qui teſtatur, quod ita ſer-
uaretur in practica. Eandem opinionem probarunt Rober-
tus Maranta in praxi de ordine iudiciorum, in titul. de cita-
tionibus. numero 127. & Aſinius in praxi iudiciorum, §. no-
no capitul. ſexto, numero tertio. verſicul. id autem. Et huius
ſententiæ ea eſt ratio, quia nuntius ſe retulit ad expreſſum
mandatum iudicis, dum dixit, citaſſe, vt habuit in mandatis,
perinde eſt ac ſi expreſſim retuliſſet dixiſſetque, ſe perquiſi-
uiſſe illum perſonaliter, & reperire non potuiſſe, & propter-
2 ea citaſſe ad domum, cum expreſſum † illud dicatur, quod
per relationem ad aliud intelligitur lege ait Prætor. §. j. vbi
Bar. ff. de re iudic. & confert. l. ſi ita ſcripſere. ff. de conditio.
& demonſtratio.
3 Secundus eſt caſus, quando † iudex expreſſim mandauit
nuntio, vt citaret reum perſonaliter, & ſi eum nõ inueniſſet,
citaret ad domum: & deinde nuntius retulit in actis ſimpli-
citer citaſſe reum ad domum: atque ita non dixit, vt habuit
in mandatis. Hoc in caſu ſunt opiniones. Vna fuit eorum,
qui ſcripſerunt, non præſumi quod nuntius perquiſierit reũ
illum, & quod non inuenerit. Ita Bartol. in l. quarta. §. Præ-
tor ait. nu. 14. ff. de damno infecto. Abbas in capit. cauſam.
columna tertia. de dolo, & contuma. & ibidem Butrius co-
lumna penult. Idem Abbas in conſilio lxxxiiij. libro ij. Ro-
man. in conſilio ccccliiij. numero quarto. Alexan. in l. hæres
inſtitutus. ff. de acquirend. hæreditat. & in conſilio cxxxvij.
numero ſeptimo, & in conſilio ccj. numero nono, libro ſe-
cundo, & in conſilio ſecundo, numero primo, libro tertio.
Decius in cap. quoniam contra numero. 31. ver. & prædicta
concluſio, de probatio, & hanc eſſe veriorem, & magis
communem opinionem teſtatur Aſinius in dicto cap. vj. nu-
mero tertio. Ea vſi ſunt ratione; quod cum nuntius iſte ſit
perſona vtilis, pro eo præſumi credique non debet. arg. l. j.
C. de vſuris. Quæ ſanè ratio leuis eſt; cum in his, quæ perti-
nent ad eius officium credi debeat, quod rectè riteque fuerit
illud executus; vt ſtatim dicemus. Altera fuit opinio, quod
immo præſumatur pro nuntio eique credatur, quod perſo-
naliter reum perquiſierit, & non inuenerit. Ita Baldus in l.
ſcire oportet. §. multa verè. in fine. ff. de excuſat. tuto. Caſtrẽ.
in d. l. iiij. §. Prætor ait. numero primo. ff. de damno infecto.
Roman. in dicta l. hæres inſtitutus. ff. de acquirend. hæred. &
ibidem Aret. columna prima, & columna ſecunda, verſi. ſed
ad primam quæſtionem. Et ij quidem adducti ſunt ea ratio-
4 ne, quòd in his, quæ † pertinent ad ſuum officium creditur
nuntio, ſicuti copioſè ſcripſit in libro ſecũdo, de arbitrariis
iudicum, caſu cxij. numero primo, & 2. & attigi ſuperiore
præſumptione. Cũ ergo ad officium ipſius nuntij pertineat
diligenter exequi mandatum iudiciis, credendum eſt, quod
ſicuti mandatum fuit, ſic perquiſierit, & non inuenerit
reum. Et ſi admittunt Doctores ſuperiore caſu commemo-
rati, adhiberi fidem nuntio referenti, ſe citaſſe vt habuit in
mandatis; ita quoque admitti debet, quod eidem nuntio cre-
datur in caſu noſtro. Et quo ad adhibendam vel non adhi-
bendam fidem nuntio; hic caſus non differt à præcedenti.
ſolùm (mea quidem opinione) differt quo ad interpreta-
tionem facti, & voluntatis ipſius nuntij. Cum enim dixit, ſe
citaſſe, vt habuit in mandatis; ſatis manifeſte declarauit,
quod perſonaliter perquiſiuit, & non inuenit. Cùm verò
ſimpliciter dixit, ſe citaſſe ad domum, nõ declarauit factum
nec voluntatem, ſed reliquit in diſpoſitione legis, quæ præ-
ſumit nuntium fuiſſe executum munus ſuum. Tertia afferri
poteſt opinio, vt dicamus, hoc relinqui iudicis arbitrio: ſi-
cuti ſcripſi in libro ſecũdo de arbitrariis iudicum caſu cxij.
numero octauo, eſſe in iudicis arbitrio, quod adhibeatur
fides his nuntiis publicis in his, quæ ad eorum officium per-
tinent. Et proptereà noſtro in caſu perpendet iudex, quali-
tatem nuntij, an ſcilicet conſueuerit eſſe diligens, vel non;
an res ſit magni, vel leuis ponderis, & an veriſimile ſit, quod
eum inuenire potuerit, vel non.
Tertius eſt caſus, quando nuntio data eſt ſimpliciter à
iudice commiſſio, vt citaret reum, qui ſecundum jus com-
mune, vel ſtatuta erat prius perquirendus, & citandus per-
ſonaliter; alioqui ad domum. (ſic cautum eſt ſtatuto Bono-
nienſi: de quo ſtatim dicam.) Et nuntius deinde retulit, ſe
illum citaſſe ad domum. Hoc ſanè caſu non ſumitur inter-
6 pretatio † & præſumptio, quod prius perquiſierit, & non in-
uenerit. Ita intelligo Bartol. in d. l. quarta. §. prætor ait, nu-
mero decimotertio, verſi. item ſi committeretur. ff. de dam-
no infecto. & Bartolum ſecuti ſunt Abbas, & Butrius. in
dicto capitul. cauſam. de dolo & contuma, & idem Abbas in
dicto conſilio octuageſimoquarto. lib. ſecundo; Non enim
præſumitur nuntium ignarum diſpoſitionis legis, eius for-
mam obſeruaſſe. Hunc tamen caſum temperarem, quando
nuntius ſimilibus in caſibus conſueuiſſet perquirere reum,
& perſonaliter eum citare; & in ſubſidium ad domum. Quare
& in hoc multum poterit prudentis iudicis arbitriũ. Ceſſant
hæ diſputationes Papiæ ob ſtatutum decimum in ciuilibus
ſub rub. de citationibus fiendis; dum vult ciues citari debe-
re perſonaliter, vel ad domum habitationis. Eſt enim con-
ceſſa facultas alternatiuè citandi, vel perſonaliter, vel ad
domum. ſecundum Bartol. in l. iiij. §. Prætor. ff. de dam. in-
fecto. Abb. & Imol. in cap. cauſam. de dolo, & contum. Et
ſi diſſentiat Mattheſ. notab. lxxxv. Eſt autẽ vtilis hæc tradi-
tio ad interpretationem ſtatuti Bononiæ, libro primo, ſub
Rubric. de electione Nuntij. §. volentes. & §. ſeq. quo cautũ
eſt, quod citatio perſonaliter fieri debeat; & ſi citandus in-
ueniri non poteſt, citetur ad domũ habitationis. Hic autem
Patauij ceſſat diſputatio, cũ ſtatuto ſub Rubr. de citationi-
bus, in principio, cautum ſit credi debere nuntio referenti,
ſe perquiſiuiſſe, & non inueniſſe citandum.

## PRAESVMP. XXVII.

### Citari virum poſſe in ædibus vxoris; cum ibi habitare præſumatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Citari poteſt maritus, in ædibus quibus habitat eius vxor,*
*Idem eſt in muliere. nu. 2.*
3 *Vxor præſumitur ſcire facta mariti.*
4 *Maritus ſtipulatus ſibi alimenta præſtari, etiam pro vxore ſtipulatus præſumitur.*
5 *Seruitus conceſſa vxori, etiam viro conceſſa præſumitur.*
6 *Vxor interfecta, præſumitur occiſa à marito.*

CVM in ius vocandus eſt maritus, ſufficit ſi cite-
1 tur † in ædibus, in quibus habitabat eius vxor.
Ita Guido ſupra in tracta. de præſumpt. regu. j.
præſumpt. xxxv. alios eiuſdem ſententiæ com-
memorat Tiraq. in tract. de retractu conſang. §.
ix. gloſſ. j. numero 7. Ea eſt ratio, quia præſumitur maritus
habitare ea in domo, in qua habitat eius vxor. l. j. §. domum.
ff. de liberis agnoſcen. ſicuti clericus præſumitur reſidere in
ſua eccleſia. capit. tua. de cler. non reſid. & capit. primo qui
matr. accuſ. poſſ. Et huius præſumptionis ratio eſt; quia ma-
ritus & vxor, dicuntur tenere vitam indiuiduam, dicuntur &
ſocij humanæ & diuinæ domus. l. aduerſus. C. de crim. expil.
hæred. Et proptereà cenſuit Inno. in capitul. vltim. de eo,
qui mitt. in poſſeſſ. quod vxor poteſt citari facere maritum
2 vagabundum, ſuis ipſis in ædibus. Ita etiam econtra † mu-
lier citari debet ad domum mariti: cum ibi habitare præſu-
k matur,

matur. Ita Baldus in l.ab eo.C. quomodo & quando iudex.
& Alciatus in d. præſump.xxxv.in fine. Et intelligit Tiraq.
præcitato in loco, procedere etiã ſi maritus abſit ab ea do-
mo. Nam adhuc ibi citari poteſt.
3 Et ex prædictis infertur, quod † vxor præſumitur ſcire
facta mariti.l.aut qui aliter. §. ſed & Seruius. ff. quod vi aut
clam.& ibi Bartol.& tradunt Lucas de Penna in l.iij.colum.
iiij.verſicul.ſeptuageſimo primo præſumitur.C.de apochis
publ.lib.decimo.Neuizan.in conſilio vigeſimo.num.34.&
vberius Tiraq.in tract.de legibus connub.lege.xij.colu.j.&
in tract.de retractu conſang.§.ix.gl.j.nu.1.
4 Hinc etiam infertur, quod † maritus ſtipulans ſibi præ-
ſtari alimenta, præſumitur ſtipulari etiam pro vxore ſua. Ita
probant Oldra.in conſi.xcv.col.ſecunda. Marſil.in conſil.j.
nu.13.& Craue in conſi.lj.numero tertio. Ita quoque ſerui-
5 tus † conceſſa mulieri, præſumitur conceſſa eius viro. l. pa-
ter filiæ.ff.de ſeruit.leg. Hinc quoque infertur, ob commu-
nem hanc,& indiuiduam viri,& vxoris habitationem, quod
6 vxor † interfecta, præſumitur occiſa à marito. Ita Boerius
q.cclxj.& dicemus infrà lib.v.præſumpt.

## PRAESVMP. XXVIII.

Libello in actione perſonali propoſito, præſumi
omne ius actori competens deductum.

### *SVMMARIVM.*

1 *Libellum proponens in actione perſonali, præſumitur omne ſuum ius deduxiſſe.*
*Et quæ ſit præſumptio.num.2.*
3 *Clauſulæ deducendo ius competens,& competiturum, cuius ſit effectus, & num.4.*

CVm à vocatione in ius ad libelli oblationem de-
ueniri ſoleat; dicendum nunc eſt de præſum-
ptionibus,quæ verſãtur circa ipſam libelli obla-
tionem:Et illa occurrit ante omnia,quod libel-
1 lum † proponens in actione perſonali,præſumitur deduxiſſe
omne ius ſibi competens.l.vlti.C.de annali except. quam &
ibi annotauit Bart. numero ſecundo,qui ſcriptum reliquit,
hoc eſſe apertè diffinitum ex cap.Abbate.de re iud.in ſexto.
2 Et hanc eſſe † præſumptionem iuris ſcripſit Ioan.Andreę in
additio.ad Specul.in tit.de præſump.§.ſpecies.nu.5. in ver-
bo,in prædict.concord. Hodie tamen qui in foro verſantur
3 ſolent adhibere clauſulam illam,† deducendo omne ius ſibi
competens, & competiturum:cuius quidem clauſulæ vis ea
eſt,vt cenſeatur propoſita actio non ſolùm de prȩſenti com-
petẽs,ſed etiam in futurũ:qua de re copioſè diſſerit Practic.
Papien.in forma libelli pro actione reali,in verbo, deducẽ-
4 do.Sicuti etiam operatur hæc clauſula,† vt petitorium cum
poſſeſſorio ſit deductum, vt reſpondit Ruinus in conſil.
xxxij.numero 11.lib.j.qui declarat,niſi ab aduerſario fuerit
oppoſitum.

## PRAESVMP. XXIX.

Reſponſiones libellis factas præſumi eo modo fa-
ctas, quo propoſita fuit interrogatio:& inibi de aliis
aliarum interrogationum reſponſionibus.

### *SVMMARIVM.*

1 *Reus in iudicium vocatus reſpondendo ſimpliciter, præſumitur eo modo quo facta eſt interrogatio reſpondiſſe.*
*Reſcriptum interpretationem recipit à porrectis precibus.*
3 *Reſponſio facta ſtipulationi, præſumitur conformis interrogationi.*
4 *Iuriſconſultus non reſpondens clare, & manifeſtè, propoſitæ iuris quæſtioni, præſumitur vt interrogatus fuit reſpondiſſe.*
5 *Legiſlatoris reſponſio, interdum interrogatione vberior.*
6 *Reſponſio determinatè facta, non intelligitur facta conformis ipſi petitioni.*
7 *Signatura ampliante vel limitante gratiam, non attenditur petitio, ſed ipſa ſignatura.*
8 *Reſponſio petitioni conformis præſumitur, quo ad id ſuper quo principaliter facta eſt interrogatio, non quo ad accidentia.*
9 *Reſponſio dubia ab interrogatione declaratur quo ad extrinſeca, non quò ad ſubſtantiam.*

LIBELLVS cum in iudicio proponitur, interro-
gationes aliquot fieri ſolent, reis ad iudicia vo-
catis; vt cum interrogantur, an poſſideant, vel
1 non: & quid ſimile:ſi ergo contingit reum,† ip-
ſum vocatum in ius reſpondere ſimpliciter,reſpondiſſe præ-
ſumitur eo modo,quo facta fuit ipſa interrogatio. l.ſi defen
ſor.§. qui interrogatus. ff. de interrogat. action. & ſcribunt
Socinus Senior in conſilio cxij. numer.14.lib.iiij.Lucas de
Penna in l.iij.colum.viij.verſi.cxxij.præſumitur.C.de apo-
2 chis publ.libr.x.Ita quoque dicemus,quod † reſcriptum in-
terpretationem recipit à porrectis precibus. leg.j. C. de di-
uer.reſcrip. & tradunt Iaſon in l. cauſas. numero quinto.C.
de tranſact. Decius in conſil. cxlij. numuro 6. Pariſius in
conſil. iij.numero lvj. libro quarto. Ita dicimus de reſpon-
3 ſione facta ſtipulationi † quæ præſumitur conformis ipſi in-
terrogationi.§.præterea inſt.de inuti.ſtipu.& l. Titia.§.j.de
4 verb. obliga. Ita quoque dicemus, quod ſi † iuriſcõſ. pro-
poſitæ iuris quæſtioni non reſpõdet clarè & manifeſtè, præ-
ſumitur reſpondiſſe, vt interrogatus fuit. vt ſcribunt relati
à Iaſone in l. Barbarius.numero.8.ff.de offic. præto.in l.ſer-
uum. §. ſi pupillus. numero 5. ff. de vulg. & pupil. ſubſt. &
in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. numero 64. de verb.
oblig. & probat l. poſt emancipationem. in princ. & ibi gl.
5 in verbo, præſtari. de leg. iij. In legiſlatore † tamen obſer-
uauit aliquando Iaſon in l. vinum. columna j. ff. ſi cer-
tum petatur, & cum eo Bellonus libro j. ſupp. iuris capi-
tul. xvij. numero 1. pinguiorem reſponſionem ipſa interro-
gatione.
Declaratur tamen primò hæc præſumptio, vt procedat
6 in reſponſione ſimplici, ſecus verò in ea, † quæ determina-
tè facta fuit. Nam illa non intelligitur facta conformis ipſi
interrogationi. Ita declarat Iaſon in conſil. clxxiij. colum.
iiij. in princ. lib.iiij.poſt Imolam in cap.j.de pactis.& idem
ſenſit Ruinus in conſil.xliij. numero 3.libr.j. etſi in ea facti
ſpecie aliis rationibus aduerſus Iaſonem in d.conſil.clxxiij.
reſponderit. Et refert Ruinus Abbatem in c. inter dilectos.
colum. iiij. de fide inſt. & in c.ij. de tregua & pace, qui do-
7 cuit,quod quando † ſignatura ampliat,vel limitat gratiam,
non attenditur petitio, ſed ipſa ſignatura: Et ideo ſi petitio
fuit indeterminta, & petitio determinata,conceſſio ipſa at-
tenditur.
8 Declaratur ſecundo, vt procedat quò ad id † ſuper quo
principaliter facta eſt interrogatio, non autem quo ad acci-
dentia. Exemplum ſi quis interrogatur,an carnaliter cogno-
uerit Caiam vxorem Sempronij, & ſimpliciter reſpondeat,
ſe cognouiſſe: non tamen dicitur fateri, Caiam illam eſſe
vxorem Sempronij.Ita Bar.in l.ſi cui ſerui.§.ſi à filio.de leg.
j. & ibi late diſſerit Iaſon nu.6.& xij.de leg.j.& cum Barto.
videtur magis recepta opinio, quam probarunt & Mattheſ.
notab.xxxiij. Soc. Sen.in conſi.cxij. nu.decimooctauo lib.
quarto.Ruinus in conſilio cxlj.nu.14.lib.v.& Dec.in conſi.
cccccxciij.nu.4.Huic tamẽ declarationi multa obſtant,quę
explicat Iaſ.in d.§.ſi à filio.Et prȩter eũ obſtat & illud,quod
ſcribit Curtius Iunior in l.vlt.§.Labeo.nu.5.ff. ſi certum pe
9 tatur. dubiam † reſponſionem declarari ab interrogatione
quò ad extrinſeca, non autem quò ad ſubſtantiam, nempè
quo ad verba obligatiua. Niſi dicamus Curtij traditionem
non ſatis veram eſſe.

## PRAESVMP. XXX.

Litis conteſtandæ animum præſumi, & quando
id contingat, variè explicatum.

### *SVMMARIVM.*

1 *Reus reſpondens libello actoris, vel actor exceptioni rei, animo litem conteſtandi, facere præſumitur. Et quibus id caſibus non habeat locum. nu.3.4.& 5.*
2 *Verba vbi ad litis conteſtationem apta ſunt, talis animus eſſe præſumitur.*

Poſtulat



POSTVLAT nunc hic locus, vt diſſeramus de
præſumptionibus, quæ verſantur circa litis con-
1 teſtationem. Cum itaque vel reus † vel actor
reſpondet vel libello,vel exceptioni aduerſarij,
præſumitur, quod animo conteſtandi litem reſponderit.
Ita Specul. in titul. de litis conteſta.§.ij.verſicul. quid ergo
ſi proponitur. Hoſtien. in ſumma eod. titul. §. vlti. in fine.
Rota deciſ. xij. titul. de litis conteſta. in antiquis. Abbas in
capitul. primo, numero decimoquinto, de litis conteſta. &
ibidem Mari.Socin. Sen. numero 68. & Felinus. Socin. in
tracta.fallen.regu.cxcviij. in verbo litis conteſtatio. Quam
ſententiam probant ex l.rem nõ nouam.§.patroni.C.de iud.
ex l.ij.§.j.C.de iureiur.propter calum.dan.ex capit.dudum.
lib.ij.de elect & ex cap.j.de litis conteſta. Quę ſanè iura exi-
gunt reſponſionem, nec requirunt, quod exprimatur,ſe re-
ſpondere animo conteſtandi litem:ex quo intelligimus ani-
2 mum ipſum præſumi. Et præterea cum verba † ſint apta ad
litis cõteſtationem,talis eſſe præſumitur animus:cum nemo
dixiſſe aliquid præſumatur, quod prius mente nõ cogitauit.
l.labeo.ff.de ſupp.
3 Declaratur primò, vt non † procedat,quando extat con-
ſuetudo ſeu ſtylus curiæ & iudicij,quod verba clara, quibus
declaretur animus conteſtandi litem,exprimi debeant.Nam
tunc non præſumitur animus conteſtandi litem,niſi id dica-
tur claris verbis. Ita declarant Abbas in d.cap.j.numero 15.
Maria.Sen.num.68.verſic. putat tamen. de litis conteſta. &
Soc.in d.reg.cxcviij.fall.j.
Declaratur ſecundò,vt locum non habeat,quando reſpõ-
4 dens † diceret,ſe reſpondere animo non conteſtandi litem.
Ita Abbas, Maria. & reliqui ſupra allegati. Eſt ratio mani-
feſta,quia illa præſumptio ex verbis claris reſpondentis fuit
declarata: & in claris non eſt opus coniecturis.l.ille.aut ille
§.cum in verbis.de leg.ij.
5 Declaratur tertiò non procedere,† quando libello adhuc
non eſt reſponſum, ſed petita dilatio ad probandum. Nam
hoc caſu non præſumitur litis conteſtatio. Felinus in conſi.
xxiij.nu.1. quem ſecutue eſt Aſinius in praxi iudiciorum. §.
xvij.c.iij.verſ.nono conteſtato.

## PRAESVMP. XXXI.

Litis conteſtatione facta, bonæfidei poſſeſſorem,
præſumi malafide poſſidere.

### *SVMMARIVM.*

1 *Litis conteſtatio bonæ fidei poſſeſſorem, in mala fide præſumit.*
*Et in quibus id iudiciis procedat.num.2.*
*Quidque operetur ea præſumptio.num.3.*

1 EFFECTVM hũc parit litis † conteſtatio,vt qui
antea bonafide poſſidere præſumebatur, dein-
de malæfidei credatur.l.ſed & ſi lege.§.etiam ſi
ante. ff. de petit. hæred. Et hanc eſſe præſum-
ptionem iuris,& de iure affirmarunt glo. ibidẽ
& Bar.nu.2.& apertè Io.Andreę in additio.ad Specul.in tit.
de præſumpt.§.ſpecies.nu.5.in verbo. In prædict. concord.
verſi.tertius.Et hoc quod de litis conteſtatione dicitur pro-
2 cedit ſecundum gl.Bar.in † iudiciis ſingularibus,in quibus
malafides inducitur ſolùm poſt litis cõteſtationẽ:ſecus verò
in vniuerſalibus,vbi ſufficit ſola denuntiatio.l. item veniũt.
§.petitã.eo.tit.de petit.hære.cum tamen non ſufficiat in vni-
uerſalibus.l.penul.ff.pro emptore. Hæc autẽ mala fides,quę
inducitur in his iudiciis ſingularibus,& quæ ab aliquibus fi-
3 cta appellatur, & rectius præſumpta,operatur † ſolùm quò
ad fructus,vt is effect⁹ malæfidei poſſeſſor teneatur reſtitue-
re;ex.d.§.etiã ſi ante, Secus quò ad rei interitũ. Nã de eo non
tenetur.l.illud.in prin.vbi Bar,declarat.ff.de petit.hæred.&
ſcribunt Bal.in l.j.in fine.C.de vſucap,transfor.& in l.j.col.
ij.C.de fructib.& litiũ expenſ.& Dec.in conſ.dcxcviij.in fi.

## PRAESVMP. XXXII.

Comparentis in iudicio habilitas, an & quando
præſumatur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Habilitas perſonæ conſideratur etiam in iudiciis ſummariis.*
2 *Inhabilitatis exceptio, adeo potens eſt, vt nunquam excluſa præſumatur à ſtatuentibus.*
3 *Habilitas perſonæ an præſumatur, inter reum,& actorem diſtinguendum eſt.*

INTER multa, quæ in iudiciis ſolent ob-
ſeruari, illud eſt maximè conſiderabile, vt
qui ad iudicium veniunt, habiles,& idonei
ſint, qui in ipſo iudicio ſtare valeant. Quo
circà in iudiciis, ſicuti & cæteris in actibus
1 de perſonæ † habilitate quæri ſolet.l. non
ignorat. C. qui accuſ. non poſſ. Id quod locum habere etiã
in iudiciis ſummariis, vt in poſſeſſoriis, & ſimilibus, tradũt
Bartol.& reliqui in l.ij. C.de edicto Diui Adr.tollen.& ſcri-
pſi in commentariis de adipiſcenda poſſeſſione, in quarto
remedio. numero 441. & De recuperanda poſſeſſione,in re-
medio decimoquinto.numero 272.& adeò potens eſt exce-
2 ptio † inhabilitatis, vt excluſa nunquam præſumatur à ſta-
tuentibus,qui exceptiones omnes reiiciendas eſſe ſtatuerũt:
quemadmodum ſcribunt Bartol. & reliqui in l.j.§. & parui.
ff.de operis noui nuntia. & egregiè Vantius in tract. de nul-
litate. in titul. Quis poſſit dicere de nullitate. numero 41.
Dubitari autem cõtingit,an perſonæ habilitas, vt eſſe poſſit
in iudicio,prȩſumatur? Et ſcribit Vantius prȩcitato in loco,
numero 43. habilitatem non præſumi,ſed de ea conſtare de-
bere. Rectius crediderim diſtinguendam eſſe perſonam
3 † actoris ab illa rei conuenti. De reo quærendum non eſt;
quia ſatis præſumitur habilis, cum ſic ab actore, qui eum
in ius vocauit, approbata fuerit. De actore dicendum eſt,
eum non præſumi habilem, & propterea aduerſus eum op-
ponere ſolet reus conuentus, non eſſe talem, qualem ſe fa-
cit. vt ſcribunt Docto. in c. cum inter. de excepr. & tradit
Vantius in d.tracta. de nullitate.in titul. Quibus modis ſen-
ten.nulla reparetur. numero 85. qui conſilium reo præbet,
vt exceptionem hanc opponat; vt oneret ipſum actorem ad
demonſtrandum ſe eſſe habilem. Quando autem cæteris in
caſibus,habilis & idoneus quis prȩſumitur,diſſeremus infrà
lib.vj.præſump.liiij.

## PRAESVMP. XXXIII.

Mandatum an, & quando præſumatur, tam quo
ad actus iudiciales quàm extraiudiciales, diligenter,
& accuratè explanatum

### *SVMMARIVM.*

1 *Mandatum vel ad lites vel ad negotia non præſumi, quando de mandato recenti eſt diſputatio.*
2 *Ius in re aliena, nemo niſi probet, habere præſumitur.*
3 *Mandatum præſumitur in iis actibus, qui citra mandatum fieri non ſolent, etſi non adſit temporis diuturnitas.num.4.*
*Id tamen quo caſu non procedat.num.6.*
5 *Lactare ſuum nemo præſumitur.*
7 *Mandatum præſumitur interueniente ſcientia, & patientia principalis.*
8 *Mandatum præſumitur, vbi de modico damno vel præiudicio agatur.*
9 *Mandatum præſumitur ex enunciatione notarij in actu aliquo.*
10 *Mandatũ inter partes præſumitur, per enunciationem aut aſſertionem iudicis.*
11 *Mandatum inter me, & illum præſumitur, qui aliquid ad meam vtilitatem ſcripſit, ſi talis ſit cuius libris credatur.*
12 *Gerens ſe pro procuratore, ſi talis ſit pro quo præſumatur, mandatum habuiſſe creditur.*
13 *Mandatum habere præſumitur is, qui cauſas tractare conſueuit, ſi ſcripturæ ipſi conſignatæ ſint.*
14 *Mandatum vtrum ex curſu lõgi temporis præſumatur, ſunt opiniones, & num.17.& 19.*
15 *Tempus non eſt modus tollendæ vel inducendæ obligationis.*
16 *Fratres duo, poſſidentes bona paterna tanquam diuiſa per decennium, præſumuntur ab initio diuiſiſſe.*

18 *Coniecturæ ſufficiunt in his, quæ ſunt difficilis probationis.*
19 *Mandatum ob temporis antiquitatem præſumi, aliqua coniectura concurrente. & num. 27.*
20 *Mandatum etiam iudici ob diuturnitatem temporis factum non præſumitur.*
*Idem in mandato facto exequutori. num. 21.*
22 *Mandatum nec quo ad inducendam bonam fidem, ex diuturnitate temporis præſumitur.*
*Vide tamen num. 23. & 24.*
25 *Mandatum adfuiſſe præſumitur, quando in aliquo inſtrumento antiquo enunciatur.*
26 *Verba enunciatiua alterius inſtrumenti, quomodo non probent enunciatum, niſi inter ipſos contrahentes.*
28 *Perſonæ egregiæ aſſerenti ſe ſyndicum ciuitatis creditur, temporis ſtante diuturnitate.*
29 *Mandatum in Vicario Epiſcopi præſumitur, ſi non negatur, & quid ſit, ſi negetur.*
30 *Ratificatio temporis ob diuturnitatem præſumitur.*
*Et præcipue ſi accedat aliquis actus, qui patientiam oſtendat. num. 31.*
32 *Mandati qualitas ob temporis diuturnitatem præſumitur.*
33 *Mandatum delegationis, præſumitur in ſententia antiqua.*
34 *Præſumptio eſt pro ſententia antiqua, etiam quo ad proceſſum.*
35 *Laudum arbitri ex compromiſſo latum præſumitur, ſi antiquitus eſt pronunciatum.*
36 *Mandatum de cuſtodiendo, præſumitur ex diuturnitate præcedentis cuſtodiæ.*
37 *Mandatum præſumitur, cum antiquitate temporis, quaſi poſſeſſione concurrente.*
38 *Mandatum ob diuturnitatem temporis præſumitur, quando de commodo, & fauore allegantis ageretur.*
39 *Mãdatum iudicis factum nuncio vt aliquem citet, præſumitur ob temporis diuturnitatem.*
40 *Mandatum ſyndico factum fuiſſe, ob longinquitatem temporis præſumi.*
41 *Mandatum præſumitur, quando lapſum eſt tempus opponendi defectum illius.*

CVM non modò ab ipſiſmet cauſarum dominis,
ſed & ab eorum procuratoribus, lites, & iudicia
tractari atq; exerceri ſoleant, congruè agendum
hic eſt, an & quando mandatum ad lites,
& iudicia ipſa præſumatur. Verùm quia quę de
iudiciis tractantur, communia in multis ſunt cum cæteris,
quæ extra iudicium geruntur: ea propter in vniuerſum hic
agemus, an & quando mandatum hoc præſumatur? Qua in
re duos caſus conſtituo.
Primus eſt quando nullus extat temporis curſus, ſed de
recenti mandato eſt diſputatio. Hoc in caſu, nulla eſt apud
noſtros contentio. Vno enim ore omnes ſcribunt, manda-
1 tum † vel ad lites, vel ad alia negotia non præſumi. Ita ſanè
omnes in l. ſciendum. de verb. oblig. Et huius ſententiæ ratio
ea eſt; quia mandatum eſt quid facti: facta autem non præ-
ſumuntur. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. Et
præterea dicimus, quod nemo præſumitur habere ius in re
2 † aliena, niſi probetur. l. ſiue poſſidetis. C. de probat. Hinc
dicimus, neminem præſumi habere officium, niſi probetur.
l. prohibitum. C. de iure fiſci. lib. x. Declaratur primò, vt lo-
3 cum non habeat prædicta ſententia in actib. † qui communi-
ter fieri non ſolent citra mandatum; ſicuti quãdo quis ſol-
uit nomine alterius. Nam tunc mandatum præſumitur. Ita
Rota deciſ. ſecunda in tit. de cauſa poſſeſſ. & proprie in an-
tiquis: quæ cenſuit, præſumi mandatum habuiſſe illum, qui
nomine debitoris ſoluit penſionem. Et Rotam ſecuti ſunt
Caſſado. deciſi. iij. num. 4. tit. de procurat. Soc. Sen. in conſi.
xlvj. colum. ij. libr. iij. Feli. in cap. ſicut. nume. 35. de re iud.
Decius in conſil. xxxvj. numero 8. & in conſi. xlij. nume. 13.
verſic. iij. reſpondetur. & in l. j. in prima lectura. colum. iiij.
C. qui admitti. Curtius Sen. in conſi. lxxvij. col. iiij. Gozad.
in conſi. xj. nu. 14. Lofredus in conſi. xxxv. colũ. j. Berous in
q. iij. num. quarto, in fine. Cagnolus in l. velle non creditur.
numero 15. de reg. iuris. qui expreſſe dixit procedere etiam
4 † quando non adeſt temporis diuturnitas. Craue. in tract. de
antiq. tempo. in ſecunda parte princip. nume. 65. Gigas in
tract. de penſionibus. q. xlvij. & Ant. Gabriel in d. concluſ. j.
5 nu. 6. Ea eſt ratio, quia nemo præſumitur † iactare ſuum. l.
cum de indebito in prin. ff. de probat. cum ſimilib. Qui ergo
ſoluit tanquam procurator, præſumitur aſſeruiſſe quod verũ
eſt. Quibus conſtat malè ſenſiſſe Imolam in l. quæ ſub con-
ditione. ff. de cond. & demon. Alex. in l. cum ſeruus. col. vlti.
verſi. ſed aduerte. ff. de verbo. oblig. & ibidem. Iaſon col. vlt.
& Ruinus in conſi. clvj. numero 16. libr. j. qui opinati ſunt,
hoc in caſu requiri aliam coniecturam. Hæc tamen declara-
tio intelligitur, quando præſumendo hac de cauſa mandatũ,
non inducitur aliquod delictum contra ipſum principalem:
6 ſecus ſi † delictum in eo redargueretur: ſicuti quando quis
tamquam procurator eius, qui homicidium perpetraſſe ar-
guitur, tranſegit, & dãna ac impenſas ſoluit filiis occiſi. Hoc
ſanè caſu non præſumitur hic tranſigens habere mandatum
ab accuſato illo; & ideò hæc tranſactio non facit indicium
contra eum. Ita in ſpecie declarat Caſſaneus in cõſi. lviij. nu.
22. & conferunt quæ ſcripſi ſuperiore libro q. xc. in indicio
duodecimo.
7 Declaratur ſecũdo, vt nõ procedat hæc ſententia, † quan-
do interuenit ſcientia, & patientia principalis; vt ſi quis in
iudicio agit & experitur nomine alterius, eo ſciente, & pa-
tiente. Nam tunc mandatum præſumitur. Ita Inno. in cap.
ex parte Decani. de re iud. Abbas in conſi. vij. in ſecundo du-
bio. lib. ij. Calder. in conſi. iiij. in tit. de procurat. Guido Pa-
pæ. q. xl. Alex. in l. ſæpe. col. j. ff. de re iud. & in conſi. clvij. nu.
12. lib. ij. & in conſi. lxxx. col. ij. lib. iiij. Felinus in c. cũ olim.
col. ij. de off. deleg. Ruin. in conſi. cj. nu. 14. verſi. facit etiam.
lib. j. Afflictus deciſ. cccviij. nu. 8. Gozadin. in conſi. xciiij.
nu. 48. Balbus in tract. de præſcrip. in tertia parte q. x. nu. 30.
Craue. in tracta. de antiq. temp. in vj. particula primæ partis
princip. numero 57. Ant. Gabriel in ſuis concluſionibus. lib.
ij. tit. de procurat. concluſ. j. nu. 12. Vantius in tract. de nulli-
tate. in titu. Quibus modis ſenten. nulla repa. poſſit. num. 94.
Cæterùm ab Innocentij traditione diſſentiunt multi, com-
memorati ab Alex. in l. ſæpe. num. 87. ff. de re iud. qui multis
modis, & caſibus eum tueri conatur. & idem Alex. in conſi.
lxxx. num. 14. lib. iiij.
8 Declaratur tertiò, vt non procedat quando † agitur de
modico præiudicio, & damno. Nam tunc mandatum præſu-
mitur. Ita ſcripſerunt Balbus in tract. de præſcript. in tertia
parte princip. q. x. num. 31. Gozad. in conſi. xciiij. nu. 48. &
in conſi. xcvj. col. pen. Gigas in tract. de penſio. cõcluſ. j. nu.
13. & Anton. Gabriel in d. concluſ. j. nu. 13.
Declaratur quartò, vt non procedat quando enuntiatur
9 † mandatum per acta certi notarij in eo, qui ſoluit tamquam
procurator alterius, vt repetat ab eo, cuius nomine ſoluit.
Nam tunc præſumitur, mandatum. Ita declarat Ant. Gabriel
in d. concluſ. j. num. 22. ex ſententia Comenſ. in conſi. vj. in
fine. Verùm hactenus non obſeruaui Comenſem hoc affir-
mantem: & forte traditio hæc vera non eſt, niſi ſoluens ille
tamquam ceſſionarius creditoris, repetat à debitore quod
ſoluit. Et præterea Cæphalus in conſi. cccclj. num. lxxiiij.
intelligit hoc procedere quando impenſa eſt conſiderabilis:
ſecus ſi tenuis, & modica.
10 Declaratur quintò, vt non procedat quando † mandatum
enunciatur in ſententia iudicis; vt ſi condemnauit aliquem
tamquam procuratorem talis. Nam tunc præſumitur man-
datum inter ipſas partes, ob illam iudiciis aſſertionem. Ita
poſt Anchar. in clem. j. de probat. & Trigonium in ſingu.
cxij. annotauit Gabriel, in d. concluſ. j. num. xxiij. & ibidem
nu. 26. idem eſſe ſcripſit in aſſertione principis, ex ſententia
Ruini in conſi. xlj. colum. j. & col. vj. lib. j.
Declaratur ſextò, vt non procedat, quando reperitur ali-
11 quid ad mei † vtilitatem ſcriptum ab eo, qui officium publi-
cum gerit, vel ab eo, cuius libris creditur, vt in argentario,
mercatore, & notario tradit Aret. in cap. j. num. 22. & 24. de
pobat. & ibi Dec. num. 27.
Declaratur ſexto, vt non procedat, quando, is qui geſ-
12 ſit † ſe pro procuratore eſt talis; pro quo præſumitur. Nam
tunc habuiſſe mandatum præſumitur. Ita Gabriel in d. con-
cluſ. j. numero 25. ex ſententia Ruini in conſil. xxxv. num.
21. lib. j.
Declaratur octauò, vt non habeat locum, quando compa-
13 rens conſueuit † cauſas tractare, & conſtat ei conſignatas
fuiſſe ſcripturas à principali. Nam tunc is comparens præ-
ſumitur conſtitutus procurator. Ita poſt multos Iaſon in l. j.
in fin.



in fin. C. de procura. Felinus in c. coram. colum. iiij. verſic.
limita primò. de off. deleg. & alios refert Vantius in tract. de
nullitate. in tit. Quibus modis ſenten. nulla reparetur. nu. 96.
qui declarat.
Secundus eſt caſus quando adeſt longus atque diuturnus
temporis curſus; an hoc in caſu præſumatur mandatum? Hic
14 ſunt † opiniones. Vna fuit eorum, qui ſcripſerunt non præ-
ſumi. Ita Baldus in l. ij. C. ſi ex falſis inſtr. qui cenſuit, nec
ſpacio quidem mille annorum præſumi mandatum. Idem
Baldus in conſi. lxxxij. Bertonus colum. ij. lib. iij. & in l. j. C.
de rebus alienis non alienã. & ibidem Salicetus. Alex. in l.
qui in aliena. in prin. nu. 11. ff. de acq. hære. & in l. ſciendum.
nu. 20. de verb. obl. idem in conſi. j. num. 19. lib. iiij. in conſi.
cxcj. nu. 4. lib. vj. & in cõſi. xxxv. nu. 4. lib. vij. Cępolla in cõſ.
xxvj. nu. 6. in ciuilib. Soc. Sen. in conſ. ccliiij. col. ij. verſ. præ-
tereà nõ ſumus. lib. ij. Felinus in capit. ſicut. nu. 31. de re iud.
Iaſon in conſi. cxl. col. ij. in fine. lib. iiij. Decius in conſi. ccv.
col. ij. verſi. vlterius in tali. Curtius Sen. in conſi. xlix. col. v.
in fine. Curtius Iunior in tracta. feudorum. parte prima. q. j.
num. 4. Afflictus deciſ. cccxlv. & deciſ. ccclxviij. Marſilius in
ſing. cccxxiij. Gozad. in conſi. xciiij. nu. 48. & in conſi. xcvj.
nu. 11. Pariſius in cõſi. xlvij. nu. 38. lib. j. Soc. Iun. in conſ. lvj.
nu. 5. & nu. 11. lib. j. Brunus in conſi. xcvj. nu. 3. Bertrandus in
conſi. j. nu. xxxiij. lib. j. Horma. Detus in l. iiij. §. Cato. nume.
235. de verb. oblig. Balbus in tract. de præſcrip. in ſecunda
parte tertiæ partis princip. num. 30. Cagnolus in l. velle non
creditur. num. 13. de reg. iuris. Craue. in conſi. cclxxvj. nu. 9.
Gramm. deciſ. ciij. num. 83. Cæphalus in conſi. lxv. num. 16.
lib. j. & Hier. Gabriel in conſ. xxxvj. nu. 39. Ea ratione addu-
cti ſunt, quod mandatum eſt quid facti, & ideo (vt diximus
ſuprà) nõ præſumitur. d. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & poſt-
limin. reuerſ. Nec obſtare videtur curſus temporis; Cùm
15 tempus † non ſit modus tollendæ, & inducendæ obligatio-
nis. l. obligationum fere. §. placet. ff. de act. & oblig. Nam
reſpondetur, quod licet tempus non ſit modus inducendæ
obligationis de nouo, attamen aptum eſt, vt præſumatur illa
ab initio interueniſſe; ſicuti dicimus, ſolẽnitatẽ extrinſecam
præſumi tẽporis diuturnitate, cap. peruenit de emp. & vend.
& tradunt omnes in l. ſciẽdum. de verb. oblg. & infrà lib. iij.
præſump. xciiij. dicemus. Ita quoque videmus, quod ſi duo
16 † fratres per decennium poſſederint bona paterna tanquam
diuiſa, præſumitur quod ab initio diuiſerint. l. pen. C. comm.
diuid. vbi glo. & Bar. & reliqui, & explicabimus infrà lib. iij.
præſump. lviij. Quemadmodum ergo ob temporis diuturni-
tatem præſumitur inductus ab initio ille titulus: ita etiam
præſumi debet hoc mandatum.
17 Secunda fuit opinio eorum; qui aſſirmarunt, immo † man-
datum temporis diuturnitate præſumi. Qua quidem in opi-
nione fuit ſibi parum conſtans Baldus in conſil. cccxxxvij.
col. vlt. lib. j. Caſtren. in conſi. lxxxiiij. Viſa facti narratione,
& his, quæ copioſe ad finem. libr. j. Curtius Senior in conſil.
lxxvij. ſuper motiuis. col. ij. Iaſon in l. ſciẽdũ. nu. 19. de verb.
oblig. & ibidem Crottus nu. 24. Ruinus in conſi. xxxv. num.
18. lib. j. Decius in conſ. cxcix. ad finem. verſ. præterea etiam
in mandato. in conſi. ccxcvij. col. ij. num. 3. verſic. nec obſtat
quod iſta; in conſi. cccclxxxvj. col. vlt. & in conſi. dcxxxviij.
col. ij. Boer. q. cxxiiij. nu. 13. & in q. cclxxxj. nu. 17. Soci. Iun.
ſibi parum conſtans in conſi. cxxxix. nu. 10. & in conſi. cxlvj.
nu. 10. lib. iij. Craue. in conſ. cccxvij. nu. 1. verſ. vniuerſa diffi-
cultas. & in tract. de antiq. tempo. in ij. parte princ. nu. 59. &
in prima particula tertiæ partis princ. num. 37. poſt Calca. in
conſil. viij. colu. iiij. qui intelligit, quando tempus eſt valde
antiquum. Hier. Montanus in tract. de finibus. cap. cv. nu. 4.
Natta in conſi. cccxlj. nu. 3. lib. j. in conſi. cccccxxvj. nu. 9. &
in conſi. dcxxxviij. nu. 184. lib. iij. & Tiraq. in tracta. de præ-
ſcrip. §. j. gloſ. iiij. verſ. trigeſimoprimo. Quam quidem opi-
nionem ij probarũt primò ex l. vlt. ff. de vſucap. pro emp. ve-
rum ibi loquitur Scæuola cõditionaliter, ſi credidiſſet man-
datũ adfuiſſe. Non ergo in ſolo tẽporis curſu conſtituit fun-
damentum: ſed in aliis coniecturis, quib. ille emptor proba-
biliter credidit, illum venditorem habuiſſe mandatum.
Secundo ex l. filius. C. de petitio. hæred. Cæterum facilè
reſpondetur, adfuiſſe quaſi poſſeſſionem vna cum curſu tem-
poris. Et præterea variæ ſunt ad hoc reſponſum interpreta-
tiones, vt ſuo loco dicemus.
Tertiò ex cap. ſuper quibuſdam. §. præterea de verb. ſign.
Qui quidem tex. vel nil ad rem facit: vel loquitur quando
concurrit quaſi poſſeſſio.
Quartò accedit ratio, quod in his quæ ſunt difficilis pro-
18 bationis, coniecturæ † ſufficiunt. l. non omnes. §. à barbaris.
ff. de re mil. & dicemus infra. Verùm reſpondetur, nullam
hic adeſſe coniecturam, cum nil appareat, ex quo coniectu-
ra ſumi poteſt.
Tertia fuit opinio eorum, qui diſtinguunt, quod aut ali-
qua coniectura concurrit cum temporis antiquitate, & tunc
19 † mandatum præſumitur; Aut nulla adeſt coniectura: & tũc
nõ præſumitur. Ita ſcripſerunt expreſſim Cagnolus in l. velle
non creditur. num. 13. verſi. ſed quando. & Lofredus in conſ.
xx. num. 8. Et alios perplures hoc affirmantes recenſebimus
infra in ſecunda declaratione. Et traditionem hãc pro tertia
opinione commemorat Anto. Gabr. in ſuis concluſionibus.
lib. ij. tit. de procuratoribus concluſ. nu. 2. Sed non diſcrepat
à ſecunda opinione: Cum ij ſentiant, non præſumi manda-
tum temporis diuturnitate, quando ceſſant coniecturæ ex
præſumptione.
Probata itaque illa prima opinione, quod mandatum non
præſumitur temporis diuturnitate, multis modis extenditur
atque declaratur.
20 Extenditur primò, vt procedat etiam in mandato † iudici
facto. Nam nec illud temporis diuturnitate præſumitur. Ita
probat c. cũ in iure peritus, de off. deleg. vbi doct. & reſpon-
dit Ruin. in conſi. lxviij. num. 17. & 18. & in conſi. lxix. num.
11. lib. j. qui idem eſſe dixit in mandato nuntij. Idem Ruinus
in conſi. xxviij. nu. 19. lib. iiij. Ant. Gabriel in prædicta con-
cluſ. ij. nu. 4. & 5.
21 Extenditur ſecundò, vt procedat etiam in mandato † facto
executori. Nam nec illud præſumitur, vt cenſuit Baldus in
l. j. numero 2. C. de rebus alie. non alie. idem reſpondit Rui-
nus in conſi. lxviij. nu. 17. & nu. 23. lib. j. & ſequitur Gabriel.
in d. concluſ. j. num. 2. Et his accedunt Calc. in conſ. viij. col.
iiij. & Craue. de antiq. temp. in prima particula tertiæ partis
princip. numero 37. qui & idem eſſe dicũt in tutore, qui non
præſumitur, & idem reſpondit Hier. Gabriel in conſi. xxxvj.
num. 38.
22 Extenditur tertiò, vt procedat etiam quò † ad inducen-
dum bonam fidem: ſicuti quando vendens rem alienam aſſe-
rit, ſe vendere ex mandato domini; emptor ille non efficitur
bonæfidei poſſeſſor, ſi, non viſo mandato, emit. Ita tradunt
Bar. in l. cũ vir. nu. 16. verſ. præterea, hic. ff. de vſucap. & aper-
tius in l. qui fundum. §. procurator. & in l. vlti. ff. de vſucap.
pro emptore. Bal. in l. j. nu. ij. C. de rebus alienis non alien. &
ibidem Salicetus. in fi. Imola in d. l. qui fundum. §. procura-
tor. de vſucapio. pro empto. Alex. in l. qui in aliena in princ.
nu. 11. in fine. ff. de acq. hæred. & in conſi. xxxv. nu. 9. libr. vij.
Felinus in cap. ſi diligenti. numero 5. de præſcrip. & in cap.
ſicut. num. 31. verſi. ſextò aduerte. de re iud. Soc. Sen. in conſ.
lxxx. nu. 3. lib. iij. Ruinus in conſi. lxviij. nu. 23. lib. j. Curtius
Iunior in l. j. num. 61. C. qui admitti. Balbus in tract. de præ-
ſcrp. in ſecunda parte tertiæ partis princip. q. ij. nu. 5. dũ poſt
Imolam ait, ita ſenſiſſe Bart. & hanc eſſe communem aſſe-
ruit Crau. in conſ. cclx. nu. 3. Anton. Gabriel in d. concluſ. j.
num. 17. verſi. contrariam. quo loci ſcriptum reliquit, à re-
cepta hac opinione diſſentire Angel. in d. l. cum vir. colum.
ij. verſi. ſed de vno miror. ff. de vſucap. & ibidẽ Imolam. col.
vlt. verſi. item adde, quia. Sed vere Imola à Bar. non diſſentit.
vt nec etiam ab eo recedit Alex. in cõſi. cxcj. nu. 4. lib. vj. qui
à Gabriele male citatur, & à Boerio. q. ccxxxj. n. 16. qui An-
gelum ſecutus eſt. Hæc Bar. & ſequacium opinio non habet
23 † locum, quando emptor intellexiſſet à fide dignis, quod
venditor habebat ſufficiens mandatũ à Domino. Nam tunc
in emptore cauſaretur bonafides. Ita Bar. & reliqui præalle-
gati. Et idem docuit Balbus in l. Celſus. num. 46. de vſuca.
qui poſt Felinum in c. ſicut. num. 31. verſi. ſextò aduerte, de
24 re iud. idem eſſe dixit, quando ipſemet † venditor, qui aſſe-
ruit, ſe eſſe procuratorẽ, eſſet perſona fide digna, iuxta glo. l.
Titio fundus. ff. de cond. & demon.
Declaratur primo, vt non habeat locum illa ſententia,
25 quando † in aliquo inſtrumento antiquo mandatum enun-
tiatur. Nam tunc præſumitur adfuiſſe. Ita Baldus in conſil.
cxij. Quæro, qui intelligantur. col. ij. verſi. quæritur vlterius,

& in conſi.cccxxxvij. In primis videndum eſt.col.pen.verſi.
quò ad ſecundum,lib.j.Curtius Senior.in conſ.lxxvij.Super
motiuis.col.ij.verſi. præmiſſis non obſtantibus. Cæpolla in
cõſi.xxvj.nu.2.dubio.Decius in cõſi.xxxvj.nu.8. & in conſ.
cxcix.nu.3.Caſſado.deci.iij.nu.4.tit.de procurat.Gozad.in
conſ.xj.col.iiij.in cõſi.xcvij.col.pen.Purpur.in auth.ſi quis
in aliquo.in fi.C.de eden. Cagnolus in l. velle non creditur.
nu.19.de reg.iuris.Boerius.q.cclxxxj.nu.17.Craue.in conſ.
cccxvij.col.ij.verſi.ſecundò reſpondeo.& in tract. de antiq.
temp.in ſecunda parte princip.num.61.Ant.Gabriel in ſuis
concluſionib.lib.ij.tit.de procura.concluſ.j.nu.10.& ſcripſi
in conſi.j.nume.80. Idem nouè decidit Rota Romana teſte
Verallo in deciſ.cxciiij.in ſecũda parte.Nec repugnat quod
reſpondit Alex.in conſi.50.numero 6.lib.v.cùm dixit,verba
26 † enunciatiua alterius inſtrumenti,non probare enunciatũ,
niſi inter ipſos contrahentes. Nã Alexander loquitur quan-
do agitur de probatione ipſius ſubſtantię,non autem quali-
tatis,vt eò annotarunt Moderni Pariſienſes,& prius Crau.in
d.tract.de antiq.temp. in d.ſecunda parte principali.nu.62.
qui multis comprobat, & ante eos ita Alex. intellexit Dec.
in d.conſ.xxxvj.nu.8.verſi.& per antiquitatem.

27 Declaratur ſecundò, vt non procedat quando † cum tem-
poris diuturnitate, concurreret alia coniectura. Nam tunc
præſumeretur mandatum. Ita reſponderunt Curtius Sen. in
d.conſi.lxxvij.col.pen.verſi.tertia conclu. Decius in conſi.
xxxvj.nu.8.verſ.ij.reſpondetur.& conſ.xlij.nu.13. verſicul.
ij.reſpondetur, qui quidem adfert coniecturam de qua di-
ximus ſupra in prima declarat. Ruinus in conſi.cvij.num.6.
lib.iiij.qui coniecturam illam adfert, quando is procurator
oſtendit inſtrumẽta ſui principalis. Cagnolus in l.velle non
creditur.nu.16.de reg.iur.Qua de re dicemus infra præſum-
ptione ſequenti. Ita etiam Gozadin.in conſi.xj.nu.13. Bru-
nus in conſi.xcv.nu.4.ſic quoq; Bertrandus in conſi.lvj.lib.
28 iij.qui reſpondit,quod ſtante temporis † antiquitate,credi-
tur perſonæ egregiæ aſſerenti,ſe ſyndicum vniuerſitatis. Ita
quoque Lofredus in conſi.xx.nume.8.Soc.Iunior in conſil.
lvj.col.ij.lib.j. Cagnolus in d.l. velle non creditur. numero
13.verſi.ſed quando.de reg.iuris.Craue. in d.tract.de antiq.
tempo.in ſecunda parte princip.nu.69.& Anton.Gabriel in
d.concluſ.j.nu.10.

29 Declaratur tertiò, vt non procedat in Vicario † Epiſcopi,
cuius mandatum præſumitur, ſi non negatur: & ſi negatur,
ſufficit probare nominationẽ, & reputationẽ. Ita Cagnolus
in l.velle nõ creditur.nu.14.de reg.iuris.Crau.in d.tract. de
antiq.temp.in ſecunda parte principali.num.68.qui Rotam
& alios plures huius opinionis Doctores recenſent.

30 Declaratur quartò, vt non procedat in ratificatione † quæ
& ſi mandato comparetur, attamen illa præſumitur tempo-
ris diuturnitate. Ita Iaſon in l.j.n.10.C.qui adm.& reſpõde-
runt Soc.Sen.in conſi.xlvj.col.pen.lib.iij. Decius in conſi.
ccxcvij.nu.3.in fine.Gozad.in conſi.xj.num.16.Soc.Iun.in
conſi.cxxxix.nu.14.& in cõſ.cxlvj.nu.14.lib.iij. & Craueta
loco præallegato.nu.65.

Verùm hanc declarationem intelligunt Iaſon. in conſil.
cxl.col.pen.lib.iiij.& Gabriel in d.concluſ.j.nu.15.quando
ageretur de modico præiudicio, quam declarationem viſus
eſt non admittere Craue. vbi ſupra. Rectius dicendum eſt,
31 ratificationem hanc præſumi, quando † aliquis actus ſubſe-
cutus patientiam & obſeruantiam illius oſtendit. Ita reſpon-
di in conſi.j.nume.82.poſt Alc.in tract.de præſump. reg.ij.
præſum.xiij.in fine.

32 Declaratur quintò, vt non procedat in qualitate † manda-
ti, quæ quidem ob temporis diuturnitatem præſumitur. Ita
in ſpecie reſpondit Decius in conſi.xxxvj.num.8.verſ.& per
antiquitatem.& in conſi.ccxcvij.num.4.à quo non diſſentit
Ant.Gabriel in d.concluſ.j.nu.16.& conferunt quæ ſcripſi
ſupra in prima declarat.in fine.

Declaratur ſextò, vt non procedat in ſententia antiqua.
33 Nam in illa præſumitur † mandatum delegationis. Ita Fe-
linus in cap.ſicut.de re iud. & Anton. Gabriel in d.concluſ.
j. numero 20. & idem in titu.de ſententiis, concluſ.iiij.nu-
34 mero 34. vbi dixit præſumi † pro ſententia antiqua etiam
quò ad proceſſum. Qua de re dicemus infra. Et comproba-
tur à fortiori hæc declaratio, ſecundum Felinum loco præ-
allegato: quia ita dicimus in ſentẽtia ſeu laudo arbitri, quod
35 latum præſumitur † ex compromiſſo, quando eſt antiquitus
pronunciatum. Et de laudo hoc idem ſcripſerunt Curtius
Sen. in conſi.lxxvij. ſuper motiuis. colu. ij. Caſſador.deciſ.
iij.in tit.de procurat.& dicemus infrà ſuo loco.

36 Declaratur ſeptimò, vt non procedat in † mandato de cu-
ſtodiendo, quod quidem ob temporis antiquitatem præſu-
mitur, ſeu ex diuturnitate præcedentis cuſtodiæ. Ita Alex.
in additio. ad Barto. in l.ſi vxor.§.ſi quis vxorem.ff.ad l.Iul.
de adulter. Afflictus deciſ.cccxlv.& Crau.in tract.de antiq.
temp.in ſecunda parte principali.nu.66.

Declaratur octauò, vt non procedat quando cum ipſa
35 † temporis diuturnitate, concurrit quaſi poſſeſſio. Nam tũc
præſumitur mandatum. Ita Alexand. in conſi.j.col.pen.lib.
iiij.Brunus in conſ.xcvj.numero 3.in fi.Craue.in d.ij.parte.
nu.67.& in conſi.cccxvij.num.2.verſicul. tertiò reſpondeo.
Natta in conſi.cccccxxvj.nu.13.lib.iij.quos ſecutus ſum in
conſ.j.nu.81.

38 Declaratur nonò, vt non procedat quando † ageretur de
commodo & fauore allegantis mandatum. Nam tunc illud
præſumitur temporis diuturnitate. Ita Aretin. in conſil.xlij.
col.ij.verſi.præterea, vt tetigit. & Crauet. in d.ſecunda par-
te.in fine.

36 Declaratur decimò, vt non procedat in mandato † iudicis,
vt putà in commiſſione facta nuntio, vt aliquem citet, & in
ius vocet. Nam illud mandatum præſumitur ex temporis
diuturnitate. Ita reſpondit Ruinus in conſi.lxvj.num.3. lib.
v. qui conſtituit differentiam inter mandatum priuatæ &
publicæ perſonæ. Et illum ſecutus eſt Ant. Gabr. in d. con-
cluſ.j.nu.28.

40 Declaratur vndecimo, vt non procedat in mandato † ſyn-
dici vniuerſitatis, quando arbitramentum emologatum per
ipſum tanquam ſyndicum, ſuum effectũ ſortitum fuit lon-
go temporis curſu, ſciente & patiente vniuerſitate. Nam
tunc mandatum præſumitur ipſi ſyndico conceſſum fuiſſe.
Ita Alciatus in tract.de præſum.reg.ij.præſum.xiij. qui ſcri-
pſit, terminos finium probari emologatos mandato vniuer-
ſitatis à ſuo ſyndico, cùm diu obſeruati illi fuerint. At Al-
ciatum ſecutus eſt Gabriel in d. concluſ.j. numero 29. &
multis comprobauit Hieron. Montanus in tract.de finibus.
cap.cv.

41 Declaratur duodecimò non † procedere quando elapſum
eſt tempus opponendi defectum ipſius mandati. Ita reſpon-
dit Natta in conſi.cccccxxvj.nu.6.

## PRAESVMP. XXXIIII.

Procurator an præſumatur ille, qui crediti inſtru-
menta exhibet, diligenter explicatur.

### SVMMARIVM.

*1 Procurator exhibens inſtrumenta, quibus concurrentib. mandatum habere præſumatur, & admittatur ſine cautione.nu.2.3.& 6. Alia refertur opinio.nu.9.*

*4 Coniunctio facit coniunctum admitti, tanquam perſonam legitimam.*

*5 Procuratore reſtituente domino inſtrumẽtum, mandatum præſumitur reuocatum.*

*7 Sigilli ſolius oſtenſio, abſque alia probatione factæ ſibi traditionis, an præſumit procuratorem fuiſſe conſtitutum.*

*8 Debitor oſtendens inſtrumentum debiti ſui cancellatum, præſumitur ſoluiſſe.*

*10 Procurator conſtitutus etiam is creditur, qui in domo creditoris conuerſatur, exhibendo inſtrumenta crediti, modo bonæ ſit famæ & conditionis.*

*Aliud ſi de bona ipſius fama non conſtet.nu.11.*

*12 Inſtrumentum debiti cancellatum penes debitorem, quando ſolutionem non faciat præſumi.*

POSTVLAT hic locus, vt diſſeramus, an procu-
rator præſumatur ille, qui exhibet inſtrumen-
ta crediti, vt à debitore creditum exigere poſ-
ſit; Hac in re diſtinguendi ſunt aliquot caſus, in
multis ſecuti diſtinctionem eruditiſſimi Alciati in tract.de
præſump.reg.j.præſump.xxxiij.

Primus eſt, qui habetur in l.vlti.C.de pactis conuent. vbi





ex ſententia Alciati tria concurrebant. Primum, quia illa
mulier promiſerat marito dare inſtrumenta illa bonorum
paraphernalium, quæ quidem eſſe ac permanere apud ipſum
maritum deberent. Secundum, quia re vera ipſa inſtrumen-
ta fuerunt ipſi marito tradita. Tertium, quia ibi aderat ſan-
1 guinis coniunctio. Et propterea ex multis † illis concurren-
tibus lex præſumit mandatum. Nec tenetur maritus cauere
de rato. Et hunc caſum ſpecialem eſſe ob perſonarum con-
iunctionem ſcripſerunt Baldus, & Salicetus in d.l.vlt.Barb.
in c.coram.num.7.in fine.de off.deleg.Iaſ.in l.j.in fin.C. de
procura.

Cæterùm Cynus in l. maritus.C. de procurato. ſcripſit,
duo tantum interueniſſe in caſu d.l.vlti.nempè traditionem
inſtrumenti factam ab vxore; & illam ſanguinis coniunctio-
nem. Et idem ſenſit Barb.in d.c.coram.num.7.

Secundus eſt caſus, quando duo tantùm interuenerunt,
2 † hoc eſt inſtrumentorum traditio, & ſanguinis coniunctio.
Hoc in caſu (ait Alciatus) præſumitur atque ita admittitur
iſte tanquam procurator: ſed tamen de rato cauere debet.
Ita probat c.coram.de offi.deleg.vbi clericus habens inſtru-
menta crediti ſuæ eccleſiæ fuit admiſſus ſolùm cum cautio-
ne, & tamen magna eſt coniunctio inter ipſum, & eius eccle-
ſiam, vt ibi habetur: & ſcribit Inno.in c.cum R. Canonicus
de off. deleg. Verùm Barba.in d.c.coram.nu.10.verſi. item
pondera.ſcribit, & fortè rectius, in caſu.d.c.corã, non inter-
ueniſſe aliquam inſtrumenti traditionem: cum ipſe eſſet ſuę
eccleſiæ prælatus; & à ſe ipſo potuit accipere.

3 Tertius eſt caſus, † quando exhibens ipſa inſtrumẽta nul-
la affinitate coniunctus eſt cum domino: ſed probat ea ſibi
tradita fuiſſe ab ipſo domino. Hoc etiam in caſu præſumitur
conſtitutus procurator; & ideò admittitur ſine aliqua cau-
tione. Ita Ioan. Andreæ, Baldus, & Abbas in c. coràm. de
offi. delegat.& ibidem Barba.num.2. in fine. & Felinus nu.
9.verſi. limita primo. Immo cenſuit Roma.in cõſi.ccccxlvj.
nu.10.verſi.mihi autem.& in ſing.dcxxxvij. quod hæc dici-
tur plena probatio. Et hunc caſum probãt relati Doctores
ex d.l.vlti.C.de pactis conuent. Quam tamen cum Alciato
ſupra diximus procedere tribus illis concurrentib. Et præ-
ſertim ibi perpenditur, quod maritus eſſet coniuncta perſo-
4 na: quę ſanè coniunctio † operatur, vt coniunctus admitta-
tur tamquam legitimus procurator; vt annotauit ibi Alber.
& tradunt omnes in l.maritus ex illo textu.C.de procurat.&
Ripa in c.cum M.nu.52.de conſtit. Adduci etiam ſolet tex.
d.c.coràm de offi. deleg. Cui quidem reſponderi poteſt, vt
declaraui ſuperiore caſu. Tertiò ea ratione motus eſt Rom.
quod cõtrariorum eadem eſt diſciplina.l.j.ff. de iis, qui ſunt
5 ſui, vel alien. iuris. Atqui, quando † procurator reſtituit
inſtrumentum ipſi domino, reuocatio mandati inducitur.l.
negotiorũ.§.curator.& l.tutor.ff.de appellat. & l.ita autem.
§.vltim.ff.de adm. tutor. Ergo datio ipſa inſtrumenti infert
procuratoris conſtitutionem. Et Romanum hac in argumẽ-
tatione ſecutus eſt Ripa in rubr.ff.de acq. poſſeſ. numero 3.
verſi.primò ſic. Cæterùm reſpondet Alciatus in d.præſump.
xxxiij. prædicta iura procedere quò ad dominum, & ipſum
procuratorem, non autem reſpectu tertij, cui adferri præiu-
dicium poſſet. Immo (inquit Alciatus) contrarium probat.
d.l.ita tamen.§.vlt.iuncta gloſſa ibi. Contrariam itaque opi-
nionem probauit Alciatus in d.præſump.xxxiij.nu.5.verſic.
vnde in iſto. Qui tamen nec lege, nec ratione ſuam probat
opinionem. Ego opinor Romani, & ſequacium traditionem
verã eſſe, ſi modò is, qui inſtrumenta exhibet, conſueuit ver-
ſari in foro, & lites pertractare. Eſt enim valde veriſimilius
quod dominus ille, ob perſonæ conditionem tradiderit hæc
inſtrumenta, vt creditũ ſuum exigeret ille procurator, quàm
vt inſtrumenta apud eum deponeret. Et in ſpecie ita ſenſit
Imola in l.Mæuia.col.j.ff.ſoluto matr.

6 Quartus eſt caſus † quando hic, qui exhibet inſtrumenta
non eſt ſanguine coniunctus cum domino ipſorum inſtru-
mentorum; nec etiam probat illa ſibi à domino tradita fuiſ-
ſe: Hoc in caſu præſumi illum fuiſſe conſtitutum procurato-
rẽ, docuit Bar.in l.vulgò.in fi.ff.de adm.tut.& in l.iij.§.cau-
ſæ.ff.de Carbo.edicto. Idem ſcripſerunt Bal.Ange.& Imola
in l.Męuia.ff.ſoluto matrim. Idem Imola in c.j.de procurat.
Caſtr.& Alex.in l.j.C.de procurat.Bal.in l.ſi qua per calum-
niam.in fi.C.de epiſc.& cler.Roma.in d.conſi.ccccxlvj. nu.
11.verſi.aut producit quis.& in d.ſing.dcxxxvij.verſicu. aut
dictorum.Gui.Pap.in conſ.lxviij.nu.1.Felinus in c.coràm.
nu.9.de off.deleg.Ruin in conſi.cvij.nu.6.lib.iiij. Cæpolla
in conſi.xj.nu.5.in criminal.Mar.in l.ſi quis ne q.num.cxlij.
de quæſt.Crau.in conſ.lxxx.nu.5.Rebuff.in tracta.nomina-
tionum.q.xiiij.nu.109. Ripa in rub.ff.de acq. poſſeſſ.nu.3.
in fine. Cagn. in l.velle non creditur.nu.16.ff. de reg. iuris.

Primò ex d.cap.coram.de cuius interpretatione diximus
ſuprà.

7 Secundò motus eſt Roma.eo ſimili, quia oſtenſio † ſigilli
ipſius domini principalis, abſq; alia probatione traditionis
ſibi factæ, præſumptionem inducit, quod fuerit conſtitutus
procurator; & ideò admittitur cum cautione rati, capit. ij.
de ſolut. vbi Io.Andræ & Hoſtien. Ergo multò magis idem
eſt dicendum in hac inſtrumentorum productione, cum ad
cauſam magis faciant inſtrumenta quàm ſigillum. Verùm
facilè reſpondetur, quod imò ſigillum non inducit aliquam
præſumptionem mandati: cum ſigillum non loquatur, nec
aliquid ſignificet, vt in ſpecie docuit Baldus in l.j.nume.11.
C.de procur.idem ſenſit Felin.in c.poſt ceſſionem.nume.9.
de procurat.& confert quod ſcripſi lib.ij.de arbitrariis iudi-
cum. caſu cxiij. nu.1.& 2.prætereà & ſecundò reſpondetur
d.cap.ij.de ſolut.& doctrina. Io.Andreæ ac Hoſt.ibi proce-
dit, quando probatum fuit dominum illud dediſſe. Ita decla-
rat ad rem noſtram Felin.in d.cap.coram.numero 9.verſi.fit
etiam dubiũ. Secundò adfert Roma.præcitatis in locis aliud
8 ſimile, quo dicimus, quod ſi debitor † oſtendit inſtrumen-
tum ſui debiti cãcellatum, præſumitur ſolutio debiti.l. Chi-
rographum. ff. de probat.& tradunt omnes in l.labeo. ff. de
pactis. Ergo idem dicendum eſt in oſtenſione inſtrumento-
rum, quæ ad cauſam faciunt. Sed reſponderi facilè poteſt, vt
ſuperiore caſu cum Alciato diximus, poſſe hoc argumenti
genus procedere, quò ad dominum & ipſum procuratorem:
non autem quò ad tertium, cui adferri poteſt præiudicium.

9 Contrariam itaque opinionem, quod † imò iſte non præ-
ſumatur conſtitutus procurator, probarunt Baldus in l. j.
numero 11. C. de procura. & ibidem Salicetus columna v.
verſicul. ſed iuxtà hoc quæro.But. in d. capitul. coràm de
offic. deleg. Alciatus in d. regul. j. præſumpt. xxxiij. Ea ra-
tione moti, quod potuit ſubtraxiſſe. Quæ quidem ratio
leuis eſt, cum nemo deliquiſſe præſumatur.l. merito.ff. pro
ſocio.

Cæterùm (vt ingenuè dicam quod ſentio) magis mihi
placet illa recepta opinio Bar.Romani & ſequacium, quod
ſcilicet præſumatur iſte cõſtitutus procurator: cum hic nul-
lum tertij damnum & præiudicium, vel fraus aliqua eſſe poſ-
ſit: ex quo per cautionem de rato illi ſatisfactũ omnino eſt.

Extenditur hic caſus, vt etiam procedat, quando inſtru-
10 mentum crediti exhibetur † ab eo, qui conſueuit conuerſa-
ri in domo creditoris, & hic exhibens eſt bonæ conditionis
& famæ, vitæque probatæ. Nam & hoc in caſu, præſumitur
iſte conſtitutus procurator. Ita ſenſerunt Rom.in d. conſil.
ccccxlvj.ad finem. & in d.ſing.dcxxxvij.in fine. & Alciatus
in d.præſump.xxxiij.in fine.& Tiraq.in tract.de pœnis legũ.
cauſa lj.numero.lviij. Ea eſt ratio, quia hic ceſſat omnis ſu-
ſpicio, quæ oriri poteſt ex ipſa cohabitatione, de qua quidẽ
ſtatim dicam.

Declaratur hic caſus vt non procedat quando inſtrumẽ-
tum crediti exhibetur ab eo, qui conſueuit tanquam dome-
ſticus conuerſari in domo ipſius creditoris, & non conſtat,
11 † an hic exhibens ſit bonæ conditionis & famæ. Nam tunc
non præſumitur conſtitutus procurator, ex quo potuit eſſe
ſuffuratus ea inſtrumenta. Ita in ſpecie declarat Roman. in
d.conſil.ccccxlvj. in fine. & in d. ſingular. dcxxxvij. in fine.
argum.l.vnicæ.§. ille autem. C.de natural. libert.tollend. &
ex doctrina Bar.in l.fullo §.qui tabulas.§.de furtis. dum do-
12 cuit, quod ſi inſtrumentum † crediti reperitur cancellatum
apud debitorem præſumitur ſoluiſſe, niſi debitor fuerit do-
meſticus creditoris, & in eius domo conuerſari conſueue-
rit. Qua de re dicemus infra libro tertio præſump.

Verùm ab hac Romani declaratione, diſſentiunt Felinus
in d. capit.coràm.numero 9.verſi. ſecundò limita. Alciatus
in d.præſump.xxxiij.in fine.& Crauet, in conſi.lxxx.numero
5. Ea ratione adducti, quia ſuſpicio illa ſubtractionis, purga-
tur per cautionem de rato. Reſponderi facilè poteſt, quod

hæc cautio rati non poteſt ſupplere defectum mandati:cum
nemo admittatur ſine mandato, etiam ſi de rato cauere ve-
lit.l.nemo.ff.de re iud.& capit. j. de procurat. Et ſi dicatur,
hic adeſt mandatum præſumptum, reſpondetur imò non
adeſſe,cum illa præſumptio oriens ex inſtrumẽtis apud eum
exiſtentibus, ceſſet ob eam, quod domeſticus ſit: & ab eo
ſubtrahere potuerit. Alia ratione vſi ſunt Felinus & Alcia-
tus: quod niſi ita dicamus, idem eſſet ſtatuendum in quouis
extraneo; quia potuit eſſe, quod depóſiti nomine receperit.
ſed fortè non eſt tanta ratio præſumendi depoſitum in ex-
traneo, quanta ſuſpicio furti in domeſtico. Ego ita diſtin-
guerem conciliando opiniones, quod aut conſtat hunc do-
meſticum eſſe malæ conditionis & famæ: & tunc procedit
opinio Romani: cum rectè in hunc cadat furti ſuſpicio: &
ideò non admittitur etiam cum cautione rati. Aut ſumus in
dubio, & tunc,cum vnuſquiſque præſumatur vir bonus, &
quod non delinquat,iuxtà.l.merito.ff.pro ſocio.& cum ma-
gis domeſtici, quàm non familiares, ſoleant conſtitui pro-
curatores;ob id præſumendum etiam eſt, hunc fuiſſe factum
procuratorem: & ita procedit opinio Felini, & Alciati ad-
uerſus Romanum.

## PRAESVMP. XXXV.

### Nominatum in inſtrumento mandati,præſumi illum talem, ſicuti nominatus eſt, etſi remotis ex regionibus venerit.

*SVMMARIVM.*

1 *Nominatus in mandato, præſumitur talis,qualis in eo nominatur,ſi ex regionib.longinquis aduenerit.*
2 *Nuncius præſumitur talis,qui ex mandato iudicis citat.*

DVBITARI etiam ſolet, an is, qui remotis è
regionibus venit cum mandato, præſumatur il-
le talis, qui eſt eo in mãdato nominatus:vt tam-
quam talis ad iudicium admittatur? Et præſumi
1 † affirmarunt Cynus, & Baldus in l.ſi qua per calumniam.in
fine. C.de epiſ.& cler. Imola in clem. prima numero 14. de
procurat. Cæpolla in conſi. xj. numero quinto,in criminal.
Abbas in cap. coram. numero 11. de offi. deleg. Felinus in
capitul. ij. numero 27. de teſtibus. Marſilius in l.ſi quis ne
quæſtio. num. 143.ff.de quæſt.latè Boc.quæſt.cliiij.& Ben-
uenutus Straccha in tract.de mercatura.tit.mandati.numero
30. Rebuffus in tract. nominationum. quæſt. xiiij.nu.110.
qui ex ſententia Maria. Soci. Sen. in tracta. de citatio. art.
2 xxiiij.quæſt.v.in fine, idem eſſe ſcribit in nuntio,qui † præ-
ſumitur ille talis dum ex iudicis mãdato aliquem citat. Nec
obſtat doctrina Caſtren. in conſil. cccxcv. Videndum eſt
vtrum.num.2.in fine.lib.j. quem ſecutus eſt Felinus in cap.
coram.nume.10.de offic. delega. cum dixerunt, nec literas
quidem teſtimoniales fidem facere, illum deſcriptum eſſe
illum talem:quia facilè reſpondetur, Caſtrenſem loqui quò
ad probationem,non autem quò ad præſumptionem,de qua
nos verba facimus.

## PRAESVMP. XXXVI.

### Procurator quando reuocatus præſumatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Procurator reuocatus non præſumitur.*
2 *Mutatio non præſumitur.*
3 *Procurator reuocatus præſumitur,quando dominus aufert ab eo inſtrumenta,libros rationum &c.*
*Idem ſi dominus ob ſolam ſuam abſentiam conſtituat,& deinde reuertatur.nu.4.*
5 *Procuratore ad lites conſtituto, an reuocetur mandatum,ſi dominus litis cauſam reaſſumit, & tractare incipit.*
6 *Procuratore nouo conſtituto,quando primus cenſeatur reuocatus.*
7 *Inimicitia inter dominum,& procuratorem exorta, præſumitur mandatum reuocatum.*
8 *Procuratore electo tamquam perſona honeſta, mandatum præſumitur reuocatum,ſi nequam,& facinoroſus efficiatur.*

DICAMVS nunc quando procurator præſuma-
tur reuocatus. Et pro regula conſtituendum
1 eſt, non præſumi † reuocatum. Ita Iaſon in l.
ſancimus.num.4.C.de teſt. qui idem eſſe affir-
mauit etiam in mandato ad delinquendũ,quod
2 durare præſumitur. Et ratio quidem eſt; quia † mutatio vo-
luntatis nõ præſumitur d.l.ſancimus. & dicemus infrà libro
vj. præſump.xxxiiij.vbi agemus quando præſumatur muta-
ta voluntas. Receditur tamen ab hac regula præſumptioni-
bus,& coniecturis.
3 Prima eſt, quando † dominus ab eo aufert inſtrumenta,
libros rationum, & reliqua iura, quibus procuratoris offi-
cium exercebat. Ita ſcribunt Angel. in l. negotiorum.§. cu-
rator.ff. de appell. Rom. in conſil. ccccxlix. numero 11. &
in ſing. dcxxxvij. Iaſ. in l. j. in fin. C. de procurat. Ripa in
rubric.ff.de acq. poſſ.numero 3.in fine.ex.l.ita tamen.§.vlt.
ff.de adm.tuto.& l.tutor.ff.de appell.Quam quidem doctri-
nam veram eſſe intellexit Alciatus in tract.de præſump.reg.
j.præſump.xxxiij.num.5. procedere inter ipſum dominum,
qui procuratorem conſtituit,& procuratorem ipſum: ſecus
quo ad tertium.
Secunda eſt coniectura, qua dicimus reuocatum manda-
4 tum, quando † dominus ob ſolam ipſam ſuam abſentiam
conſtituit procuratorem;& deinde reuerſus eſt.Nam ſtatim
quò eſt reuerſus, præſumitur reuocaſſe mandatum. Ita ſcri-
ptum reliquit Fulgo. in l. qui mutuam.§.non ideò.ff.mand.
quem ſecutus eſt Soc.Sen.in conſi.xvij.nu.12.verſ.prẹtereà
probatur;qui quidem intelligit, niſi ex contrariis coniectu-
ris:puta, ſi domino reuerſo præſente, & patiente, adhuc vt
procurator gerat,& adminiſtret. Nam tunc non præſumitur
reuocatum mandatum, vel ſaltem denuò inſtauratum cre-
ditur.
Tertia eſt coniectura, qua affirmamus reuocatum man-
5 datum,quando,† procuratore ad lites conſtituto,ipſius litis
dominus cauſam reaſſumit,& tractare incipit.Ita tradũt Inn.
in cap.petitio.de procurat.gl. in c.ſi quem. de procur.in vj.
Rota deciſ. 20.tit.de procurato.in nouis & deciſ. xj. & xiiij.
eo.tit.in antiquis.Soc.Sen.in conſi.xvij.nu.9.verſi.nec pro-
batur.lib.iij.Lucas de Penna in l.iij.col.viij.verſ.cliiij.præ-
ſump.C.de apochis publ.lib.x. Iaſon in l.procuratorib. nu.
1.C.de procur. Quæ quidem præſumptio contrariis conie-
cturis diluitur, vt ſi eadem die conſtitutionis procuratoris
id fecit. Nam ſtatim non præſumitur mutaſſe voluntatem,
iux.l.ad ea.ff.de cond. & demon. Ita declarat Soc. Sen.in d.
conſi.xvij.num. 10. Ita quoque quando coactus neceſſitate
aliquem actum neceſſariũ facit,vt reſpondere poſitionibus.
Nam tunc non præſumitur reuocaſſe procuratorẽ. Ita Rota
deciſ.xxij.de procurato. in antiquis.& Fel.in c. ex parte de-
cani.col.pen.verſi.& nota,quod,de reſcript.idem ſi à iudice
fuit compulſus,Rota deciſ.xxv.eo.tit.
6 Quarta eſt quando nouus procurator fuit conſtitutus,vt
probat.l.ſi quis cum procuratorio.§. vlti. ff. de procurat. &
tradunt Baldus Ang.& Caſtre. ibi in fine.& Bart. & Alex. in
l.cum procurator.§.j.ff.de operis noui nuntia.Ruin.in conſ.
cviij.nu.1.lib.iiij.Dec.in c.cæterũ.col.j.verſic.tertiò regul.
de reſcrip.& in conſil. ccccxxx.in fine. Et hæc quidem præ-
ſumptio locum etiam quando in eadem perſona procurato-
ris fit ſecundum mandatum. Nam per illud ſecundum, præ-
ſumitur receſſum à primo.Ita Bald.in d.l. ſi quis cum procu-
ratorio.§.vltim. in fine. & ibi ſecuti ſunt Ange. & Caſt. diſ-
ſentit tamen Dec. in l. ſingularia. in vltim. notab. ff. ſi cer-
tum pet. qui quidem à Bolog. numero 30. & Cagno.repre-
henditur. Et hæc quidem præſumptio ceſſat, quando hic
conſtituens dixiſſet ſe hunc procuratorem conſtituere non
reuocando primum. Ita Socin. Sen. in d. conſi. xvij. nume-
ro 11. lib.iij, Idem quando conſtituiſſet multos procurato-
res ſimul,ad lites & ad negotia extraiudicialia,& deinde no-
uos ad iudicia & lites conſtituiſſet. Nam tunc præſumitur
quod voluerit reuocare conſtitutos ad negotia extraiudicia-
lia. Ita declarat Ruin. in d.conſil.cviij. numero 5. libr. iiij.
poſt Rotam, deciſ. cclvj. hodie eſt deciſ.xviij. titul.de pro-
curato. in nouis. & idem affirmant Francus in d. capitul. ſi
quẽ.de procurat.in vj.Pariſius in cõſ.lxxxviij.nu.23.lib.iiij.
qui



qui numero 25.poſt Angelum adfert aliam cõiecturam non
reuocationis, vt ſi ſecundum mandatum eſt factum ſub ea-
dem forma in eandem perſonam. Nam primum non præſu-
mitur reuocatum:& eiuſdem opinionis fuit Decius in l. ſin-
guleria.in vltim.notab.ff.ſi certum pet.& ibidem recentio-
res.Boerius in quæſt.cccxlvij.nu.4.vbi latè differit, an idem
ſit de Vicario,vt cẽſeatur reuocatus,ſicut procurator.Idem
eſt quando primus procurator eſt ſpecialiter conſtitutus,&
deinde alij generaliter conſtituuntur. Nam tunc generalis
illa conſtitutio, non infert præſumptionem quod ille pri-
mus fuerit reuocatus.Ita Rota deciſ.xxij. tit. de procurato.
in nouis.
Quinta eſt coniectura,quod dicatur reuocatum manda-
7 tum, † quando exorta eſt inimicitia inter dominum ipſum
& procuratorem. Ita, cum exorta eſt capitalis inimicitia,
tradunt Alber.& Iaſon in l.procuratoribus.ex illo textu.C.
de procurato.Ita quoque cum exorta eſt inimicitia non ca-
pitalis,gloſſa in capitul. ſecundo.de procura.in vj. à qua nõ
diſſentiunt relati Doctores. Et accedit quod dicimus in ſi-
mili, legatum à teſtatore factum, præſumi reuocatum ob
inimicitiam ſuperuenientem inter ipſum teſtatorem & le-
gatarium.lega.tertia §.vltim.ff.de adimen. legatis. & dice-
mus infra lib.iij.præſumpt.cxxviij. Et ad rem maximè fa-
cit,quod ſcripſit Alciatus in tract. de præſump.reg. ij. præ-
ſump.xvj. ver. limitatur iſta, cum dixit, procuratorem præ-
ſumi à domino reuocatum, quando cauſa ſuperuenit, quæ
ſi ab initio adfuiſſet, illum procuratorem non conſti-
tuiſſet.
Sexta eſt cõiectura, qua dicimus reuocatum mandatum;
8 quando procurator ille tanquam perſona † honeſta fuit ele-
ctus,& deinde effectus eſt nequam & facinoroſus. ſic intel-
ligo Iaſonem in d.l.ſancimus.nu.4.C.de teſta.

## PRAESVMP. XXXVII.

### Procurator an de cauſa inſtructus eſſe præſumatur,breuis enarratio.

*SVMMARIVM.*

1 *Procurator ad cauſam præſumitur inſtructus,& quibus id caſibus non procedat.nu.3.& 4.*
2 *Dilationem procuratori, ad conſulendum dominum, quando non det iudex.nu.5.*

CONTINGIT etiã ſæpè in foro diſputari, an pro-
curator præſumatur de cauſa inſtructus, vt inde
ſufficiat eũ in ius vocare: Et inſtructum præſumi
1 † ſcipſerũt Inno.in c.dilectus.de procurat.& Lu-
cas de Pẽna in l.iij.col.v.ver.civ.preſum.C.de apochis pub.
lib.x.Ea propter ſcribit Inno.in d.c.dilectus, ex illo textu,
2 nõ eſſe neceſſe concedere dilationẽ † ipſi procuratori aſſe-
renti,ſe velle conſulere dominum.Quę ſanè traditio non eſt
ita abſolute intelligenda,ſed vna cũ Abbate in d.c. dilectus.
nu.5.& Bart.in l.non ſolum.in prin.nu.2.ff.de procurat. di-
ſtinguendi ſunt tres caſus.
3 Primus eſt,quando † ab initio cauſæ citatur procurator.
Hoc in caſu rectè dicimus, procuratorem non præſumi de
cauſa inſtructum.& ideò iure petit dilationem,vt poſſit con-
ſulere dominum. Nil enim imputari poteſt domino, quod
procuratorem non inſtruxerit, cum diuinare non poterit,
qua de cauſa fuerit ad iudicium vocatus. Ita tradunt rela-
ti interpretes, ſic intelligentes dicto capitul. dilectus. de
procurat.
4 Secundus eſt caſus,quando † ab initio cauſæ fuit citatus
dominus,nil tamen fuit expreſſum in citatione, qua de cau-
ſa ad iudicium vocaretur: ſi dominus conſtituit generalem
procuratorem iure petit procurator dilationem ad conſu-
lendum dominum, cum tunc non præſumatur hic procu-
rator inſtructus de cauſa.
5 Tertius eſt caſus qñ † ab initio cauſæ fuit citatus domi-
nus,& expreſſa fuit cauſa,ob quã ad iudicium vocabatur: ſi
dominus procuratorẽ cõſtituit,is procurator pręſumitur de
cauſa inſtructus: & ideo dilationes petere non debet ad
conſulendum dominum, Quod verum eſſe intellexit Abbas
loco iam citato,niſi quid noui emerſerit.

## PRAESVMP. XXXVIII.

### Procurator,quando conſtitutus ita præſumatur, vt alterum ſui loco ſubſtituere non poſſit.

*SVMMARIVM.*

1 *Procurator ad iudicia,ante litem conteſtatam ſubſtituere alium nequit.*
2 *Procurator cuius perſonæ electa eſt induſtria,ſubſtituere nequit.*
*Et quando eius induſtria cenſeatur electa.nu.3.*

SOLET interdum dubitari,an procurator ad iu-
dicia cõſtitutus,alium ſui loco ſubſtituere poſ-
ſit?Qua in re pro regula traditum eſt, ante litẽ
1 † conteſtatam ſubſtituere non poſſe: lite verò
conteſtata poſſe. l. ſi procuratorem. §. ſi quis
mandauerit.ff.mand.l.quod quis.C. de procura. & vtroque
in loco Bart.& idem in l.vlt.§.vlt.nu.2.ff.de diuerſis & tẽp.
præſcrip.& Andreas Gaillius in lib.j.pract.obſeru.c.lxxiiij.
nume.11.
2 Porrò,quando electa † eſt procuratoris induſtria, ſubſti-
tuere is non poteſt alium ſui loco,ſicuti præcitati Doctores
3 ſcribunt.Quando autem electa † præſumatur perſonæ indu-
ſtria,colligitur vel ex qualitate negotij pertractandi in ipſo
iudicio,vel ex verbis mandati;quemadmodum de induſtria
iudicis, cui delegata eſt iuriſdictio explicauimus ſupra, in
præſumptione vigeſimaprima. Et ad rem noſtram ſcripſit
Bart.in d.l.vltima.§.vltimo.in fine.ff. de diuerſis & tempo.
præſcrip. quod quando mandatum eſt datum ad negotium
non determinatum,& non habentem certam formam, cen-
ſetur electa induſtria perſonæ:ſecus ſi negotiũ eſſet certũ &
determinatum. Ita quoque quando negotium eſt graue:
ſicuti eſt iudiciũ cauſæ criminalis, in qua ſubſtitui procura-
tor non poteſt,Iaſon in d.l.quod quis,in fine.& ſi alia ratio-
ne id factũ eſſe ſcripſerit.Ita quoq; ex verbis colligitur ele-
cta perſonæ induſtria:quẽadmodum in ſpecie poſt alios do-
cuit Iaſon in d.l.quod quis.nu.3.vt ſi eius conſcientiæ man-
datum eſt,cauſam tractari:vel dictũ eſſet, quod ipſe procu-
rator perſonaliter cauſam perageret.Iaſon in d.l.quod quis.
nu.3.verſiculo ſeptimò limita. Et quanquam loquatur Ia-
ſon de procuratore ad negotia extraiudicialia attamen tra-
ditiones hæ conueniunt etiam procuratoribus ad iudicia.

## PRAESVMP. XXXIX.

### Ratificatio actorum, quando ſubſecuta præſumatur,

*SVMMARIVM.*

1 *Ratihabitio ſicut nec mandatum,nunquam præſumitur.*
2 *Ratificatio ob tempoeis diuturnitatem præſumitur,ad detrimentum ratificare debentis.*
*Et an id etiam locum habeat in detrimento magno.nu.3.*
4 *Ratificatio præſumitur facta ab eo, qui fecit aliquem actum ſignificatiuum approbationis eorum quæ geſta ſunt.*
*Et qui ſint ij modi quibus facta ratificatio præſumitur. numero 5. 6.7 & 8.*
9 *Ratihabitio præſumitur in eo,qui cùm de cõmodo & vtilitate ſua ageretur,ſciuit & tacuit.*

POSTEAQVAM multa de mandato ſcripſimus,
non ab re eſt,vt aliqua ſubijciamus de ratihabi-
tione,quæ cum mandato æquiparetur. c. ratiha-
bitionem.de regul.iur.in vj. late Marſil. ſingul.
clxxxiiij.factum eſt,vt quemadmodum mandatum non pre-
1 ſumitur,ita nec † ratihabitio.ſicuti in ſpecie ſcripſerunt om-
nes quos infra commemorabo,
Declaratur primo,vt locum non habeat hæc præſumptio
ob temporis diuturnitatem. Nam tunc præſumitur ſubſecu-
ta ratificatio ad detrimentũ ratificare debentis.Ita reſpõde-
runt Socin.Sen.in conſil.xlvj.nume.3.verſ.præterea in caſu
lib.iij.Dec.in conſi.ccxcvij.nume.3.in fine,Gozad.in conſ.
xj.nume.

xj.num.16.ſenſit Curtius Iun.in conſ.50.nu.9.& manifeſte
Soc.Iunior in conſ.xviij.nu.32.in conſi.cxxxix.nu. 14.& in
conſ.cxlvj.nu.14.lib.iij.& Crau.de antiq.temp.in ſecunda
parte principali nu.65.Quibus intelligimus,hanc eſſe rece-
ptam opinionem,& ſi diſſenſerit Iaſon in conſ.cxl.nu.5.lib.
iiij. Et illius conſiderationib.reſponderi poteſt ex his, quæ
ſcripſit Dec.in d.cõſ.ccxcvij.nu.3.in fi.& nu.4.Dixi tamen
in cõſ.j.nu.82.lib.j.prædictos Doctores intelligendos eſſe,
3 quando†agitur de modico præiudicio. Verùm ſi recte eorũ
traditiones perpendantur dicendum verius eſt,eos loqui qñ
agitur etiam de magno præiudicio. Hæc tamen declaratio
intelligitur,quando is,q̃ tenebatur ratificare,ſciuit actũ ge-
ſtum cũ ſuis qualitatib. Nam alioqui nunquã ratificaſſe præ-
ſumitur:ſicuti ſcripſerunt multi,quos ſecutus ſum in d.cõſi.
j.nu.cccxxix.lib.j. in conſ.cciij.nu.xxxvij.lib.iij.& in com-
tarijs de recupe. poſſ.remed.xv.nu.123.

Declaratur ſecũdo,vt nõ habeat locũ hæc præſumptio,qñ
4 is†q̃ ad ſui p̃iudiciũ ratificare tenetur,fecit aliquem actũ ſi-
gnificatiuũ approbationis eorũ,quę geſta fuerũt. Ita copio-
ſè ſcripſi in d.remed.xv.n.118 quo loci retuli aliquos actus
5 inferẽtes ratificationẽ. Quorũ primus eſt, qñ hic†ratificare
debẽs ſoluit,vel recipit ſolutionẽ,quæ fieri debuit reſpectu
act⁹ geſti à procuratore,vel alio ſuo nomine. Et illo in loco
cõmemoraui multos,qui ita in ſpecie affirmarunt. Secundus
6 eſt,quãdo†ratificare debens percipit fructus & reditus bo-
norum quæſitorũ ſuo nomine à procuratore,vt præcitato in
loco.nu.120.poſt multos ſcripſi. idẽ reſpondi in conſ. xcix.
nu.42.& 43.lib.j.& in conſ.cxcvj.nu.21.libr. ij. Tertius eſt
7 actus ratificationis ſignificatiuus,quãdo†in codice rationũ
rerum ſuarum is conſcripſit,ita fuiſſe actum & geſtũ. Ita re-
ſpondi in conſ.lxxix.nu.16.lib.j. Quartus eſt actus,quando
8 †in iudicio producit ad ſui cõmodum geſta illa. Nã tunc ea
approbare,& ratificare præſumitur. Dec.in conſi.dlviij.nu.
7.Gozad.in conſ.xlij.nu.9.& latiſſimè Pariſius in tracta. de
antiq.temp.in quarta particula primæ partis prin.nu. 50.&
attingemus infra in præſum.xlv.

Declaratur tertiò,vt locum nõ habeat,quando agitur de
commodo & vtilitate eius,qui ratificare debuit : & is ſciuit
& tacuit. Nam tunc ratificaſſe præſumitur. Ita Dec.in conſ.
lviij.col.ij.Ruinus in conſi.clxxiiij.col.iij.verſ. ſed ex alio.
lib.j.Pariſ.in conſ.lxxxix.col.pen.lib.iij.Rolandus in conſi.
xix.nu.36.lib.j.quos ſecutus ſum in cõſ.clxxxix.nu.10. lib.
ij.& in conſi.ccxxix.nu.76.lib.iij.vbi declaraui.

## PRAESVMP. XL.

Libellum præſumi aptè & ritè conceptum, declaratur.

*SVMMARIVM.*

1 *Libellus apte & recte præſumitur conceptus,& vt ſuſtineatur venit interpretandus.*
2 *Libellus vt ſuſtineatur,verba impropriari debent.*
3 *Libellus non ſuſtinetur etiam verba impropriando, quando nil omnino conueniat negotio.*

CVM vel reis in ius vocatis,vel eius procuratori-
bus de quib. hactenus diximus,libellus dari ſo-
leat, ea propter hoc in loco agẽdum eſt de illis
præſumptionib⁹,quæ circa libellũ ipſum verſan-
1 tur. Dicimus itaq; libellum†præſumi aptum & recte cõce-
ptum;atq; ita interpretari debere,vt ſuſtineatur. Ita Bald. in
repe.l.edita.nu.56.C,de edẽd.apertius Iaſon in l.ſed ſi poſ-
ſeſſori.§.item ſi iurauero,nu.25.ff.de iureiur.& in conſil. ij.
col.vlti,libr. iij. Et eſt recepta Doctorum opinio,libellum
ita debere interpretari,vt ſuſtineatur, vt multi, quos ſtatim
recenſebo,ſcriptum reliquerunt.

Extenditur hæc præſumptio,vt procedat etiãſi verba eſ-
ſent impropriè intelligenda. Nam adhuc præſumitur libel-
2 lus apte conceptus,& verba†ipſa debent impropriari,vt ſu-
ſtineatur. Ita tradunt Marianus Socinus Senior in capit. vlt.
artic.trigeſimotertio.princ.numero quinquageſimotertio.
de libelli oblat. Iaſon in conſilio centeſimo duodecimo. in
fine.libro quarto, & idem in in dict.§. item ſi iurauero. nu-
mero vigeſimoquinto,vbi multis ſimilibus comprobat. Fe-
in cap.auditis.columna prima,& ſecunda, de præſcrip. Cal-
can.in conſilio ſeptuageſimoſexto,numero quarto, Decius
in conſilio xxviij.colum.penulti. Capicius deciſ.xcvj. num.
quinto.& Benuenutus Straccha in tract.de mercatura in tit.
de libellis ſeu petitionibus.nu.5.

Declaratur primò, vt non procedat hæc ſententia, quan-
3 do†verba ipſa libelli,nil omnino conuenirent negotio, at-
que ita quando eſſent(vt noſtri loquuntur)diſproportiona-
ta. Nam tunc pro libello non præſumitur, atque ita non ſu-
ſtinetur etiam impropriando verba. Ita declarant Alexãder
in conſilio centeſimouigeſimoprimo numero decimo,verſ.
per hæc eſt.libro primo. Felinus in cap.auditis.columna ſe-
cunda,verſi.hæc & ſimilia,de præſcrip.& Capicius in dicta
deciſio xcvj.nu.6.

## PRAESVMP. XLI.

Fraudem præſumi aduerſus actorem, contraria in libello proponentem, copioſè & diligenter explicatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Fraudulenter agere actor præſumitur, contraria proponens in libello remedia.*
2 *Contraria proponens à iudicij limine reijcitur.*
3 *Libellus contraria continens ipſo iure cenſetur nullus.*
*Quamuis adſit clauſula:omni meliori modo &c.nu.4.*
5 *Libellus vel actoris petitio continens contraria,procedit tamen ſuſtineturque,quando ante litem conteſtatam vnum ex contrarijs remedijs eſt proſequutus.*
*Idem ſi remedia alternatiue propoſita ſint.nu.6.*
*Vel poßit iuris interpretatione à contrarietate ſaluari.nu.7.*
*Aut contrarietas eſt deducta,ſub conditione.nu.8.*
9 *Libellus continens contraria non reijcitur in ijs caſibus,quibus lites terminantur ſola facti veritate inſpecta.*
*Idem ſi libellans mouet remedia contraria,contra diuerſos.nu.10.*
11 *Libellus contraria continens ſuſtinetur ob iuſtam actoris ignorantiam.*
12 *Libello permiſſum eſt liberis & parentibus vſque ad quartum gradum, petere hæreditatem diuerſis remediis.*
13 *Libello remedia contraria proponi poſſe, quando incertitudo ex facto aduerſarij cauſatur.*
14 *Libello contraria proponi remedia, quando id generalis fori & iudicij ſtylus permittit.*
15 *Libellus proponens contraria nũ reijcitur,quando reus conuentus vnum ex contrarijs acceptat.*
16 *Libellus contrarius reijcitur,ſi in verbis diſpoſitiuis ſit contrarietas,non ſi in narratiuis.*
17 *Libellus actiones contrarias proponens reijcitur,ſi contrariæ ſint in origine,ſecus in exercitio.*
*Idem eſt ſi iudex ſit incompetens,tunc enim actor alteram denuo deducere poteſt.nu.18.*
*Idem ſi ad commodum alterius,actor contraria deducere velit. nu. 19.*
20 *Libello actiones contrariæ proponi queunt,quando vna,eſt alterius præparatoria.*

DE actoris libello & petitione obſeruandum &
illud eſt,quod ſi contraria proponãtur remedia,
1 id†fraude quadã præſumi factum:ſicuti annota-
uit Alciatus in tract.de præſumptionib.regu. ij.
præſum.xxxj.nu.2.3. Et propterea lege ſancitum eſt,vt à iu-
2 dicij limine eijciatur†ille,qui contraria proponit. l.j. C. de
furtis.c.ſolicitudinem.de appella.& confert.l.contra maio-
res.C.de inoff.teſt.& ſcribunt omnes in d.l.j. & poſt Baldũ
& Caſtrenſem quos commemorat,tradit Decius in conſil.
ccxlviij.col.j.& in l.vbi repugnantia.nu.1.de reg.iu. Gram-
ma.in conſi.xxiij.nu.6.in criminal.& Io.Baptiſta Aſinius in
praxi de ordine iudiciorum,§.xxxj.c.xxviij.

Extenditur primò prędicta ſentẽtia,vt adeo reijci debeat
3 libellus & petitio actoris contraria continens, vt†cenſeatur
etiam ipſo iure nullus.c.exhibita.vbi Butrius de iudicijs. &
cap.imputari.vbi Felinus num.1. de fide inſtr. & eſt cõmu-
nis ſententia teſte Ripa in l.naturaliter.§.nihil cõmune. nu.
177.ff. de acq. poſſ. & ibidem Claudius Mermerius & alij.
Extendi



Extenditur ſecundò,vt non procedat etiam quando adeſt
4 †clauſula peto iuſtitiã fieri & miniſtrari omni meliori mo-
do &c. Nam hæc ipſa clauſula non defendit à contrarietate.
Ita ſcribunt in ſpecie Alciatus in d.reg.ij. præſum. xxxj. nu.
4.poſt Baldum, Aretinum & Alexand.quos ibi recenſet. His
accedunt idem Alexan.in conſi.cxxj. nume.12. libro j. & in
conſi.xcvj.nu.7.lib.v.Socin.Sen.in conſil.cxxij. nu.2. libr.
iiij. Felin.in c.auditis.col.ij.verſi.vnde libellus.de præſcrip.
Ruinus in conſ.xxxij.nu.13.lib.j.Decius in l. petens.nu. 5.
ver.effectus tñ. C. de pactis. Ripa in d.l.naturaliter.§.nihil
commune.num.178.verſi.amplia etiam.ff.de acquiren.poſ-
ſeſſ. Pariſius in conſi.vij.nu.21.& in conſ.cxxxj.nu.11.lib. j.
Cæterum diſſentiunt Calde.& Abbas in c.ij.de ord.cognit.
& Soc.Sen.in conſil.cxviij.lib. j. Horum autem contrarias
opiniones conciliat Gratus in conſi.lxx.num.31.32. lib.ij.
Quæ quidem conciliatio non ſatis conuenit his traditio-
nibus. Et propterea à recepta opinione nõ eſt recedendum.
5 Declaratur primò,vt non procedat quando libellãs†an-
te litem conteſtatam vnum tantùm ex duobus contrarijs re-
medijs à ſe propoſitis eſt proſecutus. Nam tunc non repelli-
tur à iudicio,cum libellum reformaſſe videatur. Ita declarat
Ripa in d.§.nihil commune.nu. 170.ſic intelligens Bartol.
ibi. Et idem ſcripſerunt Iaſon in l.j.nu.21. verſi.ſeptimò li-
mita,C.de furtis. Gratus in conſ.lxx.nu.32.qui quidẽ Gra-
tus ſenſit hoc fieri poſſe,etiam poſt litem cõteſtatam. idem
ſenſit Berengarius in d.§.nihil commune.in tertia parte.nu.
67.ver,limita primò.

Declaratur ſecundò,vt non procedat quando libello cõ-
6 trariæ actiones & remedia†alternatiuè propoſita fuerunt.
Nam tunc actor iſte à iudicio nõ repellitur ſed libellus ipſe
recipitur.l.Papinianus.§.ſi quis irritum.ff. de inof. teſta. &
ibid.annotauit Angel.& tradunt Ripa.in d.§. nihil commu-
ne.nu.179.ver.fallit ſecundò.& ibidem Berengarius in ter-
tia parte,num.68.ex ſententia Bar.in l.j.C. ſi plures vna ſen-
tentia.& Iaſon in §.ſed iſte.nu.72.inſt.de actio.
7 Declaratur tertiò,vt non procedat quando † iuris inter-
pretatione libellus à contrarietate poteſt ſaluari, atque ita
ad ordinem compatibilem reduci. Ita Baldus in l.ſi res. C.
de ordine cognit.ex illo textu,& Ripa in d.§.nihil commu-
ne,nu.180.qui quibuſdam obiectionibus ſatisfacit.
8 Declaratur quartò,vt non procedat quando † contrarie-
tas eſt deducta in libello ſub conditione, vt ſi propono te-
ſtamentum eſſe nullũ: & ſi validũ eſſe conſtabit, eſſe inoffi-
cioſum. Ita Caſtren.in l.cũ,qui. ff. de inof.teſta. Vel ſi dico,
ſñiam eſſe nullã,& ſi qua eſt,appello,iuxta doctrinam Bart.
in l.ſi expreſſim.ff.de appell. Alex.in in cõſi.ccxxx.lib.vj. Ita
in ſpecie noſtra declarat Ripa in d. §. nihil cõmune nu.180.
ver.fallit quartò.& ibidẽ Claudius Mermerius nu. 112. ver.
tertiò iſta regula. & prius Baldus in l. j. in iiij. oppoſ. C. de
furtis,& ibidem Iaſon nu. 21.ver.quintò iſta. Eandem decla-
rationem probarunt Dec.in l.nemo ex his.num.2.& 3.ff.de
reg.iur.& Maria.Soc.Sen.in d.c.vlti.nu.42.de libelli oblat.
9 Declaratur quintò,vt†non procedat in caſibus,in quibus
lites determinari debent ſola facti veritate inſpecta. Nam
tunc non reijcitur libellus contraria continens : cum iudex
manu quadã regia procedat & cauſam diffiniat,ſola ipſa ve-
ritate inſpecta. Ita docuit Ripa in d.§.nihil commune.num.
181. Et accedunt Iaſon in conſ.xxviij.in fi.lib.j.

Declaratur ſextò,vt locum non habeat hæc ſententia,qñ
10 libellans † mouit contraria remedia contra diuerſos, in di-
uerſis inſtantijs. Nam tunc non reijcitur libellus:ex quo res
inter alios acta alteri non nocet, nec prodeſt. Ita declarant
Iaſon in l.j.nu. 20.& 21.C.de furtis. Maria.Socin. Sen. in c.
vtl.nu.45.de libelli oblat. Claudius Mermerius in d.§.nihil
commune.nu.112.
11 Declaratur ſeptimò vt non procedat quando actor†iuſta
ductus ignorãtia,mouit contraria remedia, vt quia deduxit
remedium ſibi non competens,& deinde deduxit contrariũ
remedium. Nam tunc ob iuſtam illam ignorantiam excuſa-
tur à contrarietate illa & repugnantia. Ita probat. l. mater.
ff.de inoffic.teſtamen.& in ſpecie ſic declarant Bartol. in l.
j.C.de furtis.& ibidem Iaſon numero 21 verſi.ſecundo fal-
lit. Antonius Burgos in capit.cum cauſa.numer.3.de empt.
& vend. Marian.Soc.Sen.in c.vltim.num.trigeſimoquinto.
de libelli oblat,& Mermerius in d.§.nihil commune.nume-
ro 112.verſicul.ſecundo limitabis. Et idem eſt quando er-
rore iuſto contraria deduxit, ſecundum Socinum vbi ſupra
numero 36.

Declaratur octauò ſecundum Iaſonẽ in d.l.j. nu. 21. ver.
tertiò fallit.C. de furtis vt non procedat in caſu.l.vlt.§. pen.
C.de codicil.quo ſancitũ eſt, q̃ licet quis petere non poſſit
hæreditatẽ ex teſtamento iure directo,& eandẽ ex codicillis
12 iure fideicõmiſſi,ex quo contraria hæc ſunt : Attamen†per-
miſſum eſt liberis & parentib. vſque ad tertium & quartum
gradum id facere. Ita expreſſius declarat Marianus Socinus
Sen.in d.c.vlt.nu.41.de libelli oblat.

Declaratur nonò, vt non procedat prædicta ſententia,
13 quando†ex facto aduerſarij cauſatur incertitudo, qua ne-
ceſſe actori eſt proponere remedia contraria. Hoc ſanè caſu
non reijcitur libellus,ſed admittitur;adhibere tamen debet
actor proteſtationem, quod ex vno tantum remedio vult
obtinere. Ita proba. l. j. §. qua autem. ff.quorum lega.& in
ſpecie declarant Iaſon in d.l.ij.nume.14.& numero 21. ver.
quartò iſta.C.de furtis. Marian.Socin,Sen.in d.cap.vlti. nu.
40.de libelli oblat.& eiuſdem ſententiæ alios commemo-
raui in tractat. de adipiſcenda poſſeſſ.remedio ſecundo,nu-
mero 107.
14 Declaratur decimò,vt non procedat quando † generalis
fori & iudicij ſtylus,permitteret contraria remedia poſſe ſi-
mul deduci in eodem libello. Ita ex ſentia gloſſæ in §. aliæ.
inſtit.de act. Bartoli in l.j.in princi. ff.de publ.in rem actio.
declarant Baldus in l.j.in quinta oppoſi. C. de furtis. & ibi-
cem Iaſon num.21.verſ.ſexto fallit.& Claudius Mermerius
in l.naturaliter.§.nihil commune.nume.112.in fin.ff.de ac-
qui.poſſeſſ.& idem ſenſit Socin.in d.cap.vlt.nu.43.de libel-
li oblat.

Declaratur vndecimò,vt non procedat prædicta ſenten-
15 tia quando reus conuentus†acceptaret vnum ex remedijs
cõtrarijs, ab actore ipſo propoſitis. Nam tunc ob commo-
dum ipſius rei conuenti,libellus ille nõ reijcitur. Ita Baldus
in l.cum precum.C.de liber.cauſa. Iaſon in d.l.j.numer.22.
C.de furtis. Decius in c.ſolicitudinem.nume.8.de appellat.
& Alciatus in d.tract.de præſumpt.regul.ij.præſumpt.xxxj.
nume.5.

Declaratur duodecimò,vt locum habeat prædicta ſentẽ-
16 tia,quando†contrarietas & repugnantia reſultaret ex ver-
bis diſpoſitiuis libelli:ſecus ſi ex narratiuis tantum. Ita in
ſpecie declarat Gratus in conſi.clvj.nu.26.lib.ij.

Declaratur decimotertio,vt non procedat quando actio-
17 nes non ſunt†contrariæ in ſui origine,ſed in exercitio. Nam
tunc actor non repellitur : ſed ſi in vna ſuccubuit ad aliam
reuerti poterit. Ita declarat Soci.Sen. in d.cap.vlti. numero
trigeſimoſeptimo,de libelli oblal. poſt Bartolum quem re-
cenſet ex l.Aurelius.§.vlt.ff.de liber.leg.& ſi Ange.in l.j.C.
de furtis diſſentiat.
18 Declaratur decimoquartò,vt non procedat quando † iu-
dicium fuit nullum,ob iudicis incompetentiam: Nam tunc
non impeditur actor quominus alteram ex actionib.contra-
rijs propoſitis denuo deducat. Ita Soc.Sen.in d.c.vlt.nume.
38.qui declarat,
19 Declaratur decimoquintò,vt nõ procedat quando†actor
ad alterius commodum,vult deducere contraria. Nam id fa-
cere poteſt.d.l.prima. C. de furtis. & explicat Socinus vbi
ſupra nume.39.

Declaratur decimoſextò, vt non procedat quando vna
actio eſt alterius præparatoria. Nã tunc nõ impeditur actor
quominus vtramque proponere poſſit. Ita declarat Socinus
vbi ſupra;nume.44. Non me latet tamen,hanc & alias non-
nullas ex commemoratis declarationib. non multum con-
uenire huic regulæ & traditioni:eas tamẽ recenſere his pau-
cis volui,quod ſciam non eſſe infrugiferas.

## PRAESVMP. XLII.

Reus conuentus,an fraude præſumatur proponere contrarias exceptiones.

*SVMMARIVM.*

1 *Reo permiſſum eſt lege, contrarijs vti exceptionibus, etiam in exceptione*

baſſe,& fateri eſſe veras. Ita Felin.in cap.imputari.col.j.ver.
quarta declaratio.de fid.inſtrum. qui dixit, productionẽ in-
ſtrumentorũ & teſtiũ à pari procedere, qui quidẽ intelligit,
qñ productio fit poſt publicationem,& ſequitur Crauet. in
tract.de antiq.tẽp.in v.partic.primæ partis prin.nu.14.in fi.
qui nu.15.ſubiũgit,hunc producentẽ teſtium atteſtationes,
nec quidem amplius poſſe eorum perſonas improbare, vel
quidquam in eos obijcere,etiamſi nec iuramentum præſti-
terint, vel examinati fuerint.

Extenditur tertiò, vt procedat etiamſi inſtrumentum vel
4 ſcriptura producta † deficiat in ſolemnitatib. à lege requiſi-
tis, vt ſi inſtrumentũ careat anno, die & conſule. Nam adhuc
producẽs præſumitur ea approbaſſe. Ita Baldus in l.alia.col.
ij.ver.ſed pone,quod quis confitetur.C.de ijs,quib.vt indi-
gnis.idẽ in l.ij.in fi.C.de fideicom.liber.Ang.in cõſ.cxxxij.
Quidã Nicolaus.col.ij. Alex.in cõſ. clxxxiiij. lib.vij. Iaſon
in conſ.clxj.col.iij.lib.ij. Felinus in d.c. cũ venerabilis. nu.
27.de except.& ibidẽ Dec.nu.27.ver.quinta concluſio.Cra-
ue.tract.de antiq.temp.in quarta particula primæ par. prin.
nu.36.qui aſſerit,hanc eſſe magis receptã opinionẽ. Diſſen-
tiunt tñ ab hac opinione Inno.& Abbas in d. c. Cum vene-
rabilis. de except.Roma. in conſil.ccxciiij.nu.2.Alexan. in
conſil. cviij.numero 6.libr.v. & in conſi.cxxiiij.numero 5.
libro vij. Ea ratione moti ſunt, quia producens inſtrumen-
ta vel alias ſcripturas carẽtes ſolẽnitate inſtrumẽtali, præſu-
mitur illa approbare & illa confiteri, prout in eis cõtinetur
ex quo probationis effectus eſt nullus; Et paria ſunt nihil
contineri, vel contineri quidem,ſed id quod continetur ap-
probare non poſſe ob probationis defectum.l.duo ſunt Ti-
tij.ff.de teſtamentaria tutela.

Cæterùm huic cõſiderationi reſpondetur, eam poſſe pro-
cedere, quando defectus ſolemnitatis eſt reſpectu negotij
principalis, de qua quidem ſtatim infrà dicemus: ſecus quo
ad ſolemnitatem hanc ipſius ſolius ſcripturæ : vt quando
ſcriptura non eſt authentica: vel caret die & conſule, vel
ſimilem alium defectum habet. Nam tunc ( vt dicebat De-
cius) vitium illud purgatur per illius ſcripturæ productio-
5 nem. Et differentiæ ratio eſt : quia ſolemnitati † inſtrumen-
ti, partes renuntiare poſſunt, cum ſuum ſolum commodum
reſpiciant, ſecus quando eſt ſolemnitas reſpiciens negotium
principale, ſicuti eſt ſolemnitas decreti in alienatione bo-
norum minoris, vel eccleſiæ, cui quidem renuntiare partes
non poſſunt, vt infra dicemus in ſecunda declaratione.

Extenditur quartò, vt procedat hæc præſumptio non ſo-
lum quo ad ea, quæ in ipſo inſtrumento aliáve ſcriptura cõ-
6 tinentur continuatiuè: ſed etiam quo ad † poſita in loco ſe-
paratò : puta ſolutionẽ debiti ſcriptam à tergo ipſius ſcri-
pturæ. Ita Angel.in d.conſi.cxxxij.col.ij.ver.primò quia. &
Craue.in d.tract.de antiquit.tempo.quarta particula primę
partis principalis.num. 37. Ea eſt ratio quia nil præſumitur
ſcriptum, intra vel extra ipſam chartam, quod ſcriptum non
ſit voluntate ipſarum partium. Cùm ergo producens ſcri-
pturã præſumatur fateri quæ intra ſcripturam ſunt, ita etiam
præſumitur fateri quæ extra.

7 Extenditur quintò vt procedat etiam in producẽte † ſcri-
pturam merè priuatam. Nam adhuc ea approbare præſumi-
tur. Ita Angelus in dict. conſ.cxxxij.col.ij.& Craue. vbi ſu-
pra.nu.42.

Extenditur ſextò, vt procedat quo ad tertium. Nam &
8 † ei prodeſt hæc tacita vel præſumpta confeſſio producen-
tis. Ita Ang.in §.ſi verò expreſſam,col.iiij.in auth.de hæred,
& falcid. Cũ dixit, quòd approbatio inſtrumenti tanquã veri
prodeſt omnibus, qui intereſſe aliquod ex eo habent: etiãſi
pręſentes non fuerint ipſi approbationi. Et Angelum ſecuti
ſunt Iaſon in l.non ſolum.§.mortę.nu.12.verſ. item pro cõ-
cluſione Baldi.ff.de oper.noui nunt. Ripa in c.cum M. Fer-
rarienſis.nu.106.de conſtit.& Craue, loco præallegato. nu.
9 43. Ea eſt ratio, quia † actus approbationis pendet à ſola
voluntate approbantis, quo caſu præſentia alicuius nõ præ-
ſumitur, vt docuit Bart. in l.Pomponius.colum.ij.verſ.item
ex eo.ff.de neg.geſt.& in l.quo enim.ff.rem ratã haberi. Cũ
10 dixit, ratificatione † actus fieri poſſe abſente parte, & abſen-
ti prodeſſe quia ſolùm dependet à voluntate ratificantis : li-
cet ratificans ipſe obligetur. Et Bartolum ſecuti ſunt multi
commemorati à Crauetta vbi ſupra numero 46. Et idem
reſpondit. Ruinus in conſi.lxvj.nu.14.lib.j.& in conſi.cviij.
11 nume.8 lib.v. Ita dicimus † declarationem animi factã cauſa
vnius prodeſſe & tertio. Ita Bartol.in l.is poteſt.nu.10.ff. de
acquir.hæred.quem ſecuti ſunt Bald.in l.vlti.C. de pet. hæ-
red.& Angel.in l.ſicut.C.de repud.hæred. Decius in conſil.
xxxv.col.ij.ver.& ſic patet.& Craue.in conſ.lxij.nu.11.& in
dicta quinta particula.nu. 46. quo loci ſatisfacit nonnullis
difficultatibus.

12 Extenditur ſeptimò, vt procedat etiam in eo, † qui ipſe
non producit, ſed ſibi exhiberi & produci petit. Ita egregie
reſpondit Craue. in conſ. cclxxv. numer. 2. & 3. qui multis
rationib.comprobat. Declaratur primò, vt nõ procedat, hęc
13 præſumptio, † quando quis produceret inſtrumentum mi-
nus ſolemne tanquam ſolemne, & ageretur de facto alieno.
Nam talis productio tanquam erronea, non inferret appro-
bationem ipſius inſtrumenti. Ita Alexander in cõſ.cviij. nu.
6.lib.v.& Crau. vbi ſupra, in dicta quinta particula, primæ
partis princip.numero 38.poſt Abbatem in d. cap.cum ve-
14 nerabilis de except. Ea eſt ratio, quia † factum alienum, præ-
ſumitur incognitũ.l.vlt.ff.pro ſuo.& ideo producens pręſu-
mitur potius ignoranter & per errorem produxiſſe quàm
ſcienter: & propterea ei non dicitur conſentire.l.ſi quis per
errorem.ff.de iuriſd.om.iud.

15 Declaratur ſecundò, vt non procedat quando † inſtrumẽ-
tum, vel ſcriptura deficit in ſolemnitate quæ reſpicit nego-
tium principale, vt ſi quis producit teſtamentum; quod qui-
dem habet ſolemnia inſtrumẽti; ſed deficit in ſolemnitatib.
requiſitis in actu teſtãdi, puta circa ſeptem teſtes & ſimilia.
Vel ſi quis producit inſtrumentum alienationis bonorum
minoris, vel eccleſiæ : quod quidem habet ſolemnia inſtru-
menti quo ad ſcripturam: ſed deficit ſolẽnitas illa extrinſeca
requiſita in alienationibus bonorum minoris, vel eccleſiæ.
Hoc ſane caſu is producens non præſumitur approbare il-
lud inſtrumentũ & ſcripturam. Ita Baldus in l.alia.nu. 4.C.
de ijs, quib.vt indign.quem ſecuti ſunt Felinus in cap. cum
venerabilis.nume. 26.& ibidem Decius num. 26.verſ.quar-
ta concluſio.de except. Socin. Sen.in conſ.xcij.nu.9.lib.iij.
Afflict, deciſ.xxv.in fi. Zuchardus in l.vlt.numero 347.C. de
edicto diui Adr.tollen. Craue.in d.tract.de antiq. tempo.in
d.quarta particula, primæ partis principalis.nu.40.& in ſex-
ta particula d.primæ partis.n.19.& ſcripſi in tract.de adipi-
ſcenda poſſeſſ.remedio quarto. nu. 105. & 106. Ea ratione
motus eſt Baldus: quia non ſufficit veritas ſine ſolemnitate.
l.ſi veritas.C.de fideicommiſ. Quæ ſane ſolemnitas non pẽ-
det à voluntate ipſius producentis: & propterea ſua produ-
ctione efficere non poteſt, vt ſolemne ſit, quod verè non eſt.
Et comprobatur hæc declaratio auctoritate Bart.in l. ij. C.
de bono.poſſeſſ.ſecund.tab. Cùm dixit, quod ſi quis fatetur
teſtamentum fuiſſe conditum, ſed minus ſolemniter, nõ di-
citur approbaſſe illud teſtamẽtum. Et Bartolum ſecuti ſunt
ibi Decius.num.5.& 6. Ripa in l.admonendi.nu. 186. ff. de
iureiuran. ſi ergo expreſſa confeſſio non nocet, multo minus
tacita. Imò nec in foro conſcientiæ, hic qui confeſſus eſt te-
ſtamentum, minus ſolemniter tamẽ fuiſſe cõditum tenetur,
vt diſſerui ſupra, lib.j.q. . . His conſtat, male ab hac opinio-
ne diſſentire Abbatem in d.cap.cum venerabilis.nu. 36. de
except.& Romanũ in d. conſi.ccxciiij. & alios plures com-
memoratos à Decio in d.c.cum venerabilis, nu.26.vbi ho-
rum rationes & argumenta confutat.

16 Declaratur tertiò, vt non procedat quando † aduerſarius,
contra quem facta eſt productio, impugnat inſtrumentum
illud, vel ſcripturam. Nam tunc præſumpta tacitaque hæc
confeſſio, ab ea productione deſcendens, non adfert aliquod
præiudiciũ ipſi producenti. Ita Baldus in l.ſi quis teſtib.col.
ij.ver.ſed nunquid producens.C.de teſtib.& in d.l.alia. nu.
4.C.de ijs, quibus vt indignis. Quam tamen declarationem
explicat copioſè Craue. in dicta quarta particula, primæ
partis principalis, nu.52.& 53.

Declaratur quartò, vt procedat hæc præſumptio quo ad
ea, quæ ſunt prolata diſpoſitiuè in ipſa ſcriptura producta:
17 ſecus verò quo ad ea, quæ † incidenter & enuntiatiue ſcripta
fuerunt. Nam illa nec approbare, nec fateri præſumitur. Ita
ſcribunt Baldus in d.ca. cum venerabilis.colum. pen. de ex-
cept.& ibidem Felinus nu. . . colum.v.verſi.limita dupliciter.
ter. Alexan.in cõnſ.xvj.cume.12.verſi.præterea etiam lib.v.
Pariſius



Pariſius in d.c.cum venerabilis.num.58.& Craue.in d.quar-
ta particula primæ partis principalis.nu.60. Et ij quidẽ mo-
ti ſunt ex l.Aurelius.§.vlt.ff. de libera leg. Nec obſtat q̃ ab
hac opinione diſſentiat Abbas in conſi.lij.colum.vlt.ver. &
præſertim vt dixi.lib.ij. à quo non videtur diſſentire Iaſon
in l.ſi cui ſerui.§.à filio.in fine.de leg.j.ex tex. c. cũ olim. de
cenſibus. Nam reſpondetur, Abbatem male ſenſiſſe, cũ tex.
d.cap.cum olim.(vt ait Crauetta præcitato in loco) loqua-
tur in probatione finium, qui leuioribus probationib. pro-
bari poſſunt. Et ideo probatio illa nõ reſultat ex productio-
ne inſtrumenti, ſed ex ſolis ipſis verbis, quia idem eſſet ſi in-
ſtrumentum fuiſſet ab alio productum, vbi gloſſ. & omnes
interpretantur.& alios recenſet Hieronymus Montanus in
tract.de finibus cap.lxj. Præterea & ſecundo reſpõdet Cra-
ueta, quod verba enuntiatiua in caſu.d.cap.cùm olim.erant
neceſſaria ad actum, quia aliàs compoſitiones illæ factæ nõ
fuiſſent : ob id probant, vt textum illum ſic intellexit De-
cius, quem mox referam. Hæc tamen declaratio Baldi intel-
18 ligitur, niſi † eſſent verba enuntiatiua ipſius producentis, vt
quia cum eo geſtum fuiſſet negotium. Nam illa probant. l.
optimam.C.contrah.& cõmitt. ſtipu. Ita declarant Felinus
in d.cap.cum venerabilis.& Craue.vbi ſupra numer.62.qui
ſubiungit poſt Decium in d.capi.cum venerabilis. verſicul.
19 prædicta concluſio &c.intelligi ſecundo, † niſi eſſent verba
enuntiatiua neceſſaria ad actum ipſius inſtrumenti, ex d. ca.
cum olim.& alia ad rem hanc tradit Pariſ.in d. cap.cum ve-
nerabilis.nume.58.

Declaratur quintò, vt non procedat hæc præſumptio &
20 tacita confeſſio producentis, quo ad † effectum reuocatio-
nis ipſius productionis, detecto ipſo errore. Nam verè re-
uocari poteſt, ſiue modò error ſit ex facto alieno: ſiue ex p-
prio modo probabilis ſit. Ita tradunt Baldus in conſi.cccvij.
Proponitur, quod notarius.lib.v, Guido Papæ quęſt.cxxxj.
& q.cccciij.verſ.ſed iuxta præmiſſa quæro. Felin.in cap. im-
putari.col.j.ver.ſeptima & vltima declaratio. de fid. inſtru.
& Craue.in d.iiij.particula primæ partis.nu. 54. idem Cra-
ue.in conſi.ccj.nu.7.& in conſ.ccxlix.col.ij.in prin.

21 Declaratur ſextò; vt non procedat quando † productio
facta fuit adhibita proteſtatione, quod producit in parte &
paſſibus pro ſe facientibus, & non aliter.&c. Cui quidẽ pro-
teſtationi non contradicat aduerſarius. Nã tunc productio
inducit approbationem ſolum quo ad ea, quæ ſunt in fauo-
rem producentis. Ita conciliando controuerſas Doctorum
opiniones, tradunt Iaſ.in l.non ſolùm.§.morte.nu.26. ff. de
ope.nou.nunt. Dec.in d.capit.cum venerabilis.numer. 22.
in fi.de except. Ripa in capitul.cum M.Ferrarien. num. 79.
de conſti.

## PRAESVMP. XLVI.

### Quando ac quomodo non opponens exceptionem aliquam, dictis, vel factis ſui aduerſarij, in iudicio ea fateri præſumatur, copioſè explicatum.

*SVMMARIVM.*

1 *Inſtrumentum aut ſcripturam productam contra ſe, veram videtur fateri, qui nil opponit.*
2 *Tacens in iudicio habetur pro conſentiente.*
3 *Procuratore falſum inſtrumentum mandati producente, pars non opponens, mandatum præſumitur approbare.*
4 *Teſtimonium patris pro filio, parte non reclamante, admittitur.*
5 *Proteſtationi in iudicio non opponens, illi videtur conſentire.*
6 *Solemnitas actus extrinſeca præſumitur interueniſſe, non opponente aduerſario.*
7 *Iudicium cum excommunicato tractatum, parte non opponente valet & tenet.*
8 *Miles in iudicio etſi vlterius procurator eſſe nequeat, parte tamen non opponentre, iudicium tenet.*
9 *Procurator in cauſa criminali non admittitur regulariter, ſi tamen nil obijciatur, iudicium tenet.*
10 *Spoliatus cui proprietatis oppoſita fuit exceptio, ſi non contradicat, non venit reſtituendus.*
11 *Sententia in iudicatum tranſita, ſi exceptiones obijciantur, aduerſario non contradicente iudicium tractandum eſt.*
12 *Iurans ſibi pecuniam numeratam, ſi poſt exceptionem non numeratæ pecuniæ ad probandum fuit admiſſus, non contradicente aduerſario, tenet iudicium.*
13 *Præſumptioni iuris & de iure, etſi nil obijci queat, ſi tamen id fiat, parte non opponente de ea obiectione diſputandum eſt.*
14 *Religioſus teſtamenti exequutor ſine ſuperioris auctoritate etſi nequeat eſſe, valent tamen geſta ab eo, ſi nil fuerit oppoſitum.*
15 *Clericus fideiubere pro alio nequit regulariter; valet tamen fideiuſſio, & obligatio tenet, ſi non fuerit oppoſitum.*
16 *Probationes intra certum tempus faciendæ, aduerſario non contradicente, admiſſæ valent.*
17 *Legitimatio perſonæ in iudicio requiritur, cum illegitima tamen, ſi non opponatur, tenet iudicium.*
18 *Notariatus probandus eſt, nil tamen ſi fuerit contradictum, geſta tanquam à notario valent.*
19 *Inſtrumenti copia fidem facit, ſi ei non contradicat aduerſarius.*
20 *Iudicium ſuis carens ſolemnitatibus valet, ſi ab aduerſario nil ſit obiectum.*
21 *Iudex laicus non opponente aduerſario cognoſcit de cauſa ſpirituali.*
22 *Sententia ſanguinis lata à religioſo valet, parte non reclamante.*
23 *Reconuentio coram alio iudice facta, aduerſario non abnegante, valet.*
24 *Acta in iudicio tempore feriarum valent, non contradicente parte.*
25 *Probationes publicatis atteſtationibus factæ valent, aduerſario tacente.*
26 *Actiones quæ alias cumulari non poſſent, cumulantur tamen non opponente aduerſario.*
27 *Accuſatio lapſo tempore accuſandi, admittitur non contradicente aduerſario.*
28 *Appellatio reijcienda admittitur, tacente aduerſario.*
29 *Inſtrumento vel ſcripturæ contra ſe producto, etiam generaliter opponens, præſumitur fateri in eo contenta.*
30 *Inſtrumentum, cui etiam non fuerit oppoſitum, quando tamen præſumatur vera fateri in eo contenta, is contra quem producitur.*

DICAMVS nunc è conuerſo ad præcedentem
præſumptionem, quod ille, contra quem pro-
ducitur aliquod inſtrumentum, aliquáve ſcri-
1 ptura, præſumitur, † atque cenſetur eam appro-
bare & fateri veram, ſi nil contra eam oppoſuit. Ita Iacobus
de Arena in l.vlt. C. ſi certum petat. & ibidem Baldus in ij.
oppoſ. Hoſtien. in capitul. quoniam contra. & ibidem Bu-
trius de probat. Alexand.in conſilio clxxxv.in fine libro vj.
Guido Papæ quæſt.ccxj.colum.vlt. & apertius q. cccciiij.
Boer.q.xxxvj.& Craue.in tract.de antiquit.tempor.in quin-
ta particula primæ partis princip. numero 24. Ea eſt huius
2 ſententiæ ratio, quia † tacens in iudicio habetur pro conſen-
tiente.cap.ij.de appell.in vj. Bartol.in l. j. C. de relat. & fu-
ſius dicemus infra libro vj. præſumpt.xlv.vbi agemus, quan-
do & quomodo tacens conſentire præſumatur. Et quam-
quam prædicta loquantur in actu iudicis, attamen idem eſt
in eo actu, qui factus à parte. Nam videmus, ( inquit præci-
3 tato in loco Crauetta ) quod ſi falſus † procurator producit
inſtrumentum mandati minus legitimi, & pars non oppo-
nat, cenſetur approbare mandatum. Ita Bar. in l. licet, C. de
procurat.& ibidem Iaſon col.pen.verſ.limita.iij. Idem Cra-
ue.in conſ.cl.nu.2.in fin.

Ita etiam dicimus, quod licet pater non poſſit eſſe teſtis
pro filio, nec è contra. l. parentes. C. de teſtib. Attamen, ſi
4 pars nil opponit, admittitur † teſtimonium patris pro filio,
& è contra, vt ſcribunt Bar.in l.qui teſtamento. §. quæcun-
que.col.pen.de teſta. Decius in l.qui iuriſdictioni.in fine.ff.
de iuriſd.om.iud. Crau.in conſi.cl.numero 2. Idem dicimus
in teſtimonio fratris pro fratre : & vxoris pro marito, ſicuti
tradunt Specul.in tit.de teſte §.j. verſ. quid ergo ſi aduerſa-
rius. Ripa in l.iij. §. hoc autem iudicium. numero 30. ff. de
damno infecto. Aufrerius ad deciſiones Capellæ Toloſa. q.
iiij.colum.pen.

5 Ita dicimus, q̃d tacens in iudicio, & non opponens † con-
tra proteſtationem præſumitur illi conſentire, Ita gloſſa.l.ſi
fideiuſſor.in princip. in verbo, recuſare. ff. qui ſatiſd. cog.
Baldus in conſil.cccxviij. Practica ciuitatis.colum.j.libr. j.
Præpoſ.in cap.ſolicitudinem.col.xxj.verſicu.ſextò fallit, de
appel.

6 Ita etiam dicimus, quod † ſolemnitas extrinſeca præſu-
mitur interueniſſe in actu, quando defectus ipſius ſolem-
nitatis

nitatis non fuit oppoſitus ab aduerſario. Compoſtel. in cap. cum dilectus de conſuetud. Matheſ. notab. xij, Craue. in conſ. ccxx. nu. 5. & dicemus inf. lib. iij. præſum. xcviij. vbi agemus, quando ſolemnitas præſumatur.

Huc etiam facit, quod ſi ſtatutum velit probationem debiti fieri non debere teſtibus, attamen ſi facta ſit parte non opponente, valet. Bald. in l. certi cõdictio. §. quoniam ad finem. ff. ſi certum petat. & ibidem Alexand. Cæpolla in cautela ccliij. ſtatuta quandoque. nu. 1. & Decius in l. in ambiguis. §. non eſt nouum. nume. 7. de reg. iuris. Ruinus in conſil. iij. num. 10. lib. iij. Marſilius in conſi. xix. nume. 8. & in l. ſi quis ne quæſtio. nume. 91. de quæſt. & Craue. in conſi. ccxlviij. nume. 1. Et ad rem hanc pertinet, quod licet excom-
7 municatus † eſſe non poſſit in iudicio c. intelleximus. de iud. Attamen ſi comparuit, & nil ab aduerſario fuit oppoſitum, valet iudicium cum eo tractatum. cap. j. §. ſi verò de excep. in vj. & tradunt Abbas, Decius & reliqui in d. cap. intelleximus. & idem Decius in dict. l. in ambiguis. §. non eſt nouum nu. 8. de reg. iuris.

8 Eſt valde ſimile, quod dicimus militem † eſſe non poſſe in iudicio, tanquam alterius procuratorem, vt probat. l. filiuſfam. §. veterani. ff. de procurat. & tamen iudicium valet, ſi nõ opponatur. Ita Marſilius in conſ. xix. nu. 13. & in l. ſi quis ne quæſt, nu. 94. de quæſt. Decius in d. §. non eſt nouum. nu. 8. vbi idem eſſe dixit de iuramento calumniæ ex c. j. de iuram. calum. in vj.

9 Huc ſpectat, quod licet † procurator interuenire non poſſit in cauſa criminali: attamen ſi interuenit, & nil obijcitur, valet iudicium. l. quamuis indubitati. C. de adulter. Baldus in l. ita demum. col. ij. C. de procurat. Roma. in conſil. ccxv. Cæpolla in cautela ccliij. numer. 4. Felinus in cap. meminimus. colum. pen. de accuſat. Decius in d. §. non eſt nouum. nu. 9. & idem in conſ. ccccl xix. in fine. latè Marſil. in l. ſi quis ne quæſt. nume. 88. de quæſtio. Craue. in conſil. cxx. numero quarto.

10 Ita dicimus quod licet † ſpoliatus debeat reſtitui ante omnia, nec admitti contra ea poſſit exceptio proprietatis, attamen ſi oppoſita fuit ipſo ſpoliato nõ contradicente, valet iudicium, vt tradunt multi à me congeſti in tracta. de recuperanda poſſeſſione remedio j. q. xv.

11 Huc etiam pertinet, quod etſi contra ſententiam, † quæ tranſiuit in iudicatum, nil obijci deduciuè poſſit: cum pro veritate habeatur. l. res iudicata. de reg. iuris. Nihilominus ſi obijciuntur exceptiones, & aduerſarius non contradicit, ſuper eis iudicium tractandum eſt: vt ſcribunt commemorati à Felino in cap. inter monaſterium. numer. 23. de ſent. & re iud. & à Decio in d. l. in ambiguis. §. non eſt nouum, nu. 10. de reg. iuris. & præter eos, Ruinus in conſ. iij. nu. 10. libr. iij. Marſilius in conſ. xix. nu. 9.

12 Eſt quoque ſimile quòd dicimus, eum qui iurauit † ſibi fuiſſe numeratam pecuniam, non poſſe opponere non numeratæ pecuniæ exceptionem: attamen ſi exceptionem: oppoſuit, & admiſſus fuit ad probandum, aduerſario non contradicente, iudicandum de ea eſt. Ita Baldus & Salicetus in l. vlt. C. de non nume. pecu. Alex. in conſ. lxxxix. nu 15. libr. ij. Cæpolla in cautela. ccliij. nume. 5. Felin. in d. c. inter monaſterium. nu. 23. ver. ſimiliter dicunt. de re iud. & Marſil. in d. conſi. xix. nu. 8.

13 Et ad rem hanc pertinet, quod licet contra † præſumptionem iuris & de iure, obijci nil poſſit, attamen ſi obiectũ fuit, parte non contradicente, de ea obiectione diſputandum eſt, vt tradunt Bartol. in l. inter ſtipulantem. §. j. de verb. oblig. Cæpolla caut. ccliij. numero 3. in d. cap. inter monaſterium. nume. 23. ver. ſimiliter infertur. de ſenten. & re iud. Marſil. in dict. conſi. xix. nu. 7. & in l. ſi quis ne quæſtio. numero 89. de quæſtio. Craue. conſ. ccxlviij. nume. 3. & 11. ſcripſi ſuperiore libro q. lxij.

14 Huc etiam facit, quòd licet † religioſus ſine ſui ſuperioris auctoritate teſtamenti executor eſſe non poſſit. cap. religioſus de teſt. in vj. attamen ſi datus fuit executor, & nihil fuit oppoſitum, geſta ab eo valent. Ita egregie ſcripſerũt Feder. de Senis in conſil. ccxciij. Roma. in conſ. cccc. col. j. Marſilius in conſi. xix. nu. 12. & in l. ſi quis ne quæſtio. num. 92. de quæſtio.

15 Confert quoque, quod licet † clericus prohibeatur pro altero fideiubere cap. j. de fideiuſſ. attamen ſi fideiuſſit, & nil fuit oppoſitum obligatio tenet. Ita Rom. in d. conſ. cccc. & Marſilius in d. conſ. xix. nu. 13. & in d. l. ſi quis ne quæſt. nu. 93. de quæſtio.

16 Accedit quod probationes, † quæ intra certum tempus fieri debuerunt, ſi admiſſæ ſunt, aduerſario non opponente, valent. Ita Inn. in c. Cum Bertoldus. de re iud. Alex. in conſ. clxvij. in fi. lib. ij. & alios receſet Marſil. in l. ſi quis ne queſt. nu. 91. de quæſt.

Et ſimile tradit Marſilius in d. l. ſi quis ne quæſt. nu. 87. &
17 nu. 95. quod licet in iudicio perſonæ † legitimatio requiratur: attamen ſi minus legitima interuenit, & nil ei fuit oppoſitum, valet iudicium.

18 Simile eſt, quod licet † notariatus ſit probandus; attamen ſi aſſeritur quis notarius, & nil ei opponitur, geſta illa valent tanquam geſta à notario. Ita poſt multos cenſuit Craue. in conſ. cl. nu. 2.

19 Ita dicimus quod & ſi copia † inſtrumenti fidẽ non faciat, attamen ei fides adhibetur, ſi aduerſarius nil oppoſuit. Ita Craue. in d. conſil. cl. nu. 2. poſt Decium in authen. ſi quis in aliquo. col. iij. C. de edend.

20 Non eſt diſſimile quod dicimus † iudicium ſuis ſolemnitatibus carens, valere, ſi nil ab aduerſario obiectum fuit. Ita tradit Crauet. in d. conſi. cl. nu. 2. poſt Decium in l. vinum. col. pen. ff. ſi certum petat.

21 Ita etiam dicimus iudicem † laicum poſſe, aduerſario non opponente, cognoſcere de cauſa ſpirituali, vt reſponderunt Ancha. in conſil. xcviij. col. ij. & Craue. in conſ. ccxx. numero 5.

22 Eſt etiam ſimile, quòd dicimus, ſententiam † ſanguinis à religioſo latam, parte non opponente, valere, vt tradunt Aret. in conſilio lviij. colum. iij. & Craue. in dict. conſilio ccxx. numero 5.

23 Ita quoque dicimus † recõuentionem factam coram alio iudice valere, aduerſario non oppon[e]te, vt ſcribunt Io. And. in c. diſpendia. §. reus quoque de reſcr. in vj. Corn. in conſil. xxx. colum. iiij. verſ. nec obſtat, quod reconuentio. lib. iij. & Craue. in d. conſ. ccxx. nu. 5.

24 Ita dicimus, quòd licet acta † in iudicio feriarum tempore, nil operentur: attamen valent, ſi aduerſarius non oppoſuit. Sicuti reſponderunt Alex. in conſi. ccxiij. colum. ij. lib. ij. & Craue. in conſi. ccxlviij. numero 2. & in conſil. cclxxij. numero 9.

25 Simile dicimus, probationes † factas, publicatis atteſtationibus, valere aduerſario nõ opponente, vt ſcribunt Imola in clem. de teſtib. Corne. in conſi. xxvij. col. iij. libr. iij. & Craue. in d. conſ. ccxlviij. nu. 3.

26 Ita actiones, † quæ cumulari non poſſunt, cumulationem admittunt, aduerſario non opponente vt reſponderunt Are. in conſil. ciij. colum. iiij. in iij. dubio & Craue. in d. conſilio ccxlviij. nume. 3.

27 Ita quoque dicimus, † accuſationem lapſo accuſandi tẽpore admitti, aduerſario non opponente, vt ſcribunt Bartol. in l. abſentem. in fi. ff. de pænis. Socin. in l. j. §. ſublata. columna ij. ff. ad Trebell. & Craue. in conſilio cclxxij. numero 9.

28 Ita pariter dicimus † appellationem alias reijciendam admitti, parte non opponente, vt ſcribunt Dec. in l. j. col. ij. C. de bono. poſſeſſ. ſecund. tab. & Craue. in conſ. cclxxiij. in fi. qui ſubiungit, appellari etiam poſſe ad ſuperiorem, omiſſo medio, parte non opponente.

Extẽditur nunc primò propoſita hæc præſumptio, vt pro-
29 cedat etiamſi opponeretur † ſed generaliter. Nã adhuc iſte, contra quem inſtrumenta propoſita fuerunt, fateri ea præſumitur, ex quo generalis iſta oppoſitio non ſufficit. Ita reſpondit Collegium Bononienſe inter conſilia Curtij Sen. in conſ. lj. In nomine ſanctæ. col. xiij. verſicul. quartò, quia pro parte ex ſententia Bar. in l. j. numero 7. ff. de except. cùm dixit, exceptionem certã & claram eſſe oportere; & non ſufficere generalem: & apertius idẽ cenſuerunt Soc. Sen. in conſi. ciij. nume. 5. lib. iij. & Felin. in cap. paſtoralis. numero 13. de excep. Dubitat tamen Craue. in d. tract. de antiq. temp. in v. particula, primæ partis prin. nume. 30. in fi. Et ibidem nume. 32. ſubiungit, quòd ſufficit opponere ipſo facto, nempe petendo ſe abſolui a petitis aduerſarij: vel quod concluſa

per aduer



per aduerſarium ſuum fieri non debent. Sed non eſt à traditione Bar. & ſequacium recedendum.

Declaratur nunc prædicta præſumptio, vt non habeat lo-
30 cum, quando † inſtrumentum, vel ſcriptura eſſet nulla & inualida, alio reſpectu quàm fauore ipſius partis, & lex ipſa validitati reſiſteret. Nam tunc is, contra quem producitur, etiã nil opponendo, non cenſetur fateri illam eſſe veram: ex quo eſt omnino nulla. Hæc declaratio probatur auctoritate Caſtren. in conſi. cclix circa primũ quæſitum. col. ij. lib. ij. qui. declarando l. j. §. j. ff. de feriis. reſpondit, quòd quando geſta tempore feriato ſunt nulla ipſo iure, renuntiari non poteſt: quia ſi poſſet renuntiari, geſta contra præſentem & non opponentem exceptionem, non eſſent nulla: ſed valerent d. l. j. §. j. ff. de feriis. Et Caſtrenſem ſecutus eſt Dec. in l. in ambiguis. §. non eſt nouum. ff. de reg. iur.

## PRAESVMP. XLVII.

### Probationibus incõtinenti oblatis malitiæ & calumniæ præſumptionem, id diluere,

*SVMMARIVM.*

1 *Fraudis & malitiæ præſumptio ceſſat, probationibus incontinenti oblatis.*
2 *Statutum reijciens omnes exceptiones, non præſumitur excludere eam, qua excipiens incontinenti ſe offert probaturum.*
3 *Exceptio nullitatis non poteſt obijci ad impediendam ſententiæ exequutionem.*
4 *Tertius pro ſuo intereſſe appellans, vel petens in integrum reſtitui, quomodo ſententiæ exequutionem impediat.*
5 *Iudicia ſummaria, quæ non admittant exceptiones.*
6 *Probatio per iuramentum etiam alijs reiectis admittenda.*
7 *Inimici teſtimonium quando non recipiendum.*
8 *Probationes etiam incontinenti factæ, quando non admittantur.*

1 CVM probationes offeruntur incontinenti † omnis præſumptio fraudis & malitiæ diluitur. Ita Abbas in c. ſuſcitata. nu. 7. de in integ. reſti. & in conſi. xxxj. col. vlt. & in conſi. lv. colum. ij. lib. ij. Ant. Corſe. in ſuis ſingularib. in verbo, exceptio incipit ſtatutum. il ij. qui egregiè ſcribunt, quod ſi ſtatutum aliquo caſu
2 reiiciat † omnes exceptiones, non tamẽ intelligitur reiicere illam, qua excipiens offert velle probare incontinenti. Hanc traditionem probarunt & Aret. in conſi. lxxv. in fi. Soc. Sen. in conſi. iij. in fi, lib. j. Iaſ. in l. iuriſgentium. §. quod ferè. nu. 14. ff. de pact. Dec. in cõſi. ccccxxiiij. n. 6. & cõſi. ccccl xvij. nu. 6. & in c. ex parte. col. v. in prima fallen. de offi. dele. quo loci reſpondet obiectis Alex. in cõſi. xciiij. nu. 4. lib. iiij. qui diſſentiebat. Idem Dec. in c. an ſit. nu. 2. de appel. & Silua. in conſi. xvij nu. 5. Eſt ſimile ex Oldra. in conſil. cxxxix. Ad habendam. in fin. ſi ſtatutum, elapſo certo termino excludit omnes actoris probationes, eam tamen non dicitur excludere, qua actor vult probare incontinenti. Et Oldradum ſecutus eſt Craue. in conſi. ccvij. nu. 8. Huc facit quod reſpondit idem Oldra. in conſi. cvj. quòd & ſi exceptio nullitatis obiici non poſſit contra tres ſententias cõformes, ita impediente clem. vt calumniis. de re iud. attamen probatio incontinenti oblata non reiicitur. Idem reſpõderunt Barba. in cõſi. xx. col. pen. in princi. lib. iij. & Craue. in conſi. ciiij. nu. 10. & in d. conſi. ccvij. nu. 8. Diſſentit tamen ab hac opinione Didacus lib. pract. q. c. xxv. nu. 2. Qua de re aliqua ſcripſi lib. 2. de arbitr. iudicum. caſu ix. Eſt ſimile quòd ſcribit Bart. in l. iiij. §. condemnatum. & ibi Ripa. nu. 15. in fin. & nu. 30. ff. de
3 re iud. quod & ſi † exceptio nullitatis obiici nõ poſſit ad impediendam executionem ſententiæ: attamen obiici illa poterit, qua incontinenti probationes offeruntur. Et idem reſpondit Marſilius in conſi. xvj. nume. 18. Eſt ſimile, quòd ſi
4 tertius † pro ſuo intereſſe appellet à lata ſententia, vel petat reſtitutionem in integrum, non poſſit impedire executionẽ ſententiæ, attamen impedire poterit oblatis incontinenti probationibus pro ſuo intereſſe. Ita Abbas in cap. ſuper eo. in fin. de offic. deleg. & ibidem Felin. & Dec. Card. in ca. veniens. il ij. nu. 10. de teſtib. & ibidem Felin. numer. 10. idem Felin. in cap. vlt. colum. vlti. de calum. & communem aſſerit Didacus libro pract. quæſtio. cap. xvj. num. 2. Huc pertinet quod tradit Bar. in extraua. ad reprimendum. in verbo, ſummarie nu. 4. Cùm dixit, quod & ſi in iudiciis ſummariis non
5 admittantur † exceptiones, attamen intelligitur de his, quæ requirunt altiorem indaginem: ſecus ſi incontinenti, probari offeruntur. & idem reſpondit Crau. in d. conſi. ciiij. nume. 10. Et idem Craue. in conſil. ccvij. num. 8. qui reſpondit
6 † probationem per iuramentum debere admitti, & ſi cæteræ probationes excludantur, ex quo incontinenti fieri dicitur. confert quòd reſpondit Abb. in conſi. lxiiij. in fi. lib. j. quòd & ſi ſtatutum ciuitatis Vicẽtiæ, reiiciat omnes exceptiones impedientes executionem Laudi arbitrorum: attamen non dicitur reiicere illam exceptionem, cuius probatio offertur incontinenti. Eſt ſimile quòd reſpondit Marſi. in conſil. xvj. nu. 17. quod & ſi ſtatutum Bononiæ ſub Rub. de generalib. pœnis bannitorum &c. reiiciat omnes bannitorum defenſiones, non tamẽ reiicere dicitur illas, quæ incõtinenti probari offeruntur. Et eodem in reſponſo Marſil. nu. 19. idem cenſuit, quando reiiciuntur exceptiones & defenſiones excommunicati. Nam reiectæ non cenſentur incõtinenti probando, Huc etiam facit quod cenſuit Gramm. deciſ. lxxxvj. nu. 3. Cùm poſt alios dixit, quod etſi teſtimonium inimici ſit recipiendum, reſeruata inimicitiæ probatione tempore
7 ſuo: attamen † recipi non debet, quãdo inimicitiæ probatio eſt in promptu. His accedit Io. Bapt. Aſinius in praxi de ordine iudiciorum. §. xxxj. c. xxxvj.

Cæterum hæ traditiones intelliguntur atque declarantur ab Antonio Corſeto in prædicto ſingulari, in verbo, exceptio. incipit ſtatutum. il ij. in fi. ex traditione gloſſæ in d. ca. ſuſcitata, in verbo, ſententiæ. de in integr. reſti. Idem docuit Imola ibi col. ij. & fuit ſententia Abbatis in conſi. lxiiij. col.
8 pen. ver. in contrarium. lib. j. vt non procedat † quando præſumptio eſt, quòd calumnioſe & per malitiam, offerũtur hæ probationes incõtinenti. Nam tunc iudex eas probationes ita oblatas reiicit. Hic enim duæ adſunt præſumptiones vna generalis quàm lex ita conſtituens conijcit cõtra hos, altera eſt ſpecialis in perſona illius petentis ſe admitti ad probandum incontinenti. Ita ſanè intelligo traditiones Corſeti, Imolæ & Abbatis. Et ſi bene eruditus Didac. lib. pract. quæſtionum. c. xvj. nu. 2. ver. non me latet. &c. aliter eos intellexerit. Quod ſi dicatur, pro iudicis voluntate eſſe ſublatã facultatem faciendi has probationes incontinenti, cũ ſemper dicere poſſit is iudex, ſi offerenti fauere non cupit, ſuſpectas habeo tuas has probationes. Reſponderi poteſt, vel nõ eſſe credendum, iudicem iniuſtè id aſſerere, cum de eius iuſtitia lex confidat. l. ij. C. de offi. ciuil. iudi. Vel ſuccurſum erit illi offerenti adeundo ſuperiorem.

Illud etiam eſt hic annotandum, eum præſumi velle probare ſuo de iure, quàm meliores quas habet probationes producit. Lucas de Penna in l. iij. in præſum. ciij. C. de apochis pub. lib. x. poſt Inno. in cap. auditis. de in integ. reſti.

## PRAESVMP. XLVIII.

### Exceptionibus à ſtatuto reiectis, quæ præſumantur non reiectæ ſed admiſſæ.

*SVMMARIVM.*

1 *Exceptiones reijciens ſtatutum, non reijcit eam, qua negatur qualitas quæ eſt ſtatuti fundamentum.*
2 *Fundamentum conſtituens in qualitate, eam adeſſe, probare debet.*
3 *Exceptio à ſtatuto reiecta non præſumitur, quæ ab eodem capite, vel etiam altero ſtatuto prouenit.*
4 *Statuentes incontinenti ſe corrigere voluiſſe, non præſumitur.*
5 *Confeſſio pecuniæ numeratæ, refertur inter ſimulationes contractus.*
6 *Exceptio inhabilitatis perſonæ nunquam à ſtatuto reiecta præſumitur.*
7 *Iudicium quodlibet requirit perſonas legitimas.*
8 *Excommunicationis exceptio à ſtatuto nequidquam præſumitur reiecta.*
8 *Exceptio manifeſte & notoriè apparens non præſumitur à ſtatuto reiecta.*
10 *Exceptio quæ per indirectum opponitur, non cenſetur excluſa à ſtatuto.*

1 Exce

11 *Exceptio proueniens à defectu citationis, non præſumitur à ſtatuto reiecta.*

12 *Citatio eſt fundamentum defenſionis.*

13 *Exceptionem à contrarietate & perplexitate prouenientem non præſumitur ſtatutum excludere.*

*Idem eſt in ea, quæ ex ſubiecta materia ineſt. nu. 14.*

15 *Pretij non ſoluti exceptio, impedit litis ingreſſum.*

16 *Obreptionis & ſubreptionis exceptio, contra principis reſcriptum opponi poteſt, etſi ſtatutum omnes exceptiones reijciat.*

17 *Metus exceptio à ſtatuto non præſumitur reiecta.*

18 *Exceptio innocentiæ à ſtatuto non præſumitur excluſa.*

*Item nec ea, quæ fundatur in confeſſione partis facta in iudicio. numero 19.*

*Vel quæ prouenit ex alio inſtrumento vel actu æque ſolemni. numero 20.*

*Aut ab ineptitudine petitionis vel libelli. nu. 21.*

22 *Libellum ineptum iudex ex officio reijcere debet.*

23 *Exceptio proueniens ex eodem fonte, non præſumitur à ſtatuto excluſa.*

*Sic nec ea, quæ à nullitate actus & ſententiæ prouenit. nu. 24.*

25 *Exceptio nullitatis, defenſio potius quam exceptio dicitur, præſertim ſi à iudicis incompetentia proueniat, vel notoria ſit. numero 26. & 27.*

28 *Exceptio qua imploratur officium iudicis à ſtatuto reiecta non cenſetur.*

29 *Exceptio cauſato dolo aduerſarij à ſtatuto non cenſetur reiecta.*

30 *Caſum fortuitum in ſe recipiens, intelligitur promiſiſſe, dummodo non eueniat culpa eius cui facta eſt promiſſio.*

31 *Exceptio quæ contra exequutionem opponitur, à ſtatuto non præſumitur reiecta.*

*Idem eſt in exceptione contra perſonam iudicis, tanquam ſuſpecti. numero 32.*

33 *Solutionis exceptio non præſumitur reiecta à ſtatuto.*

*Nec etiam exceptio compenſationis. nu. 34.*

35 *Compenſatio dicitur impropria ſolutio.*

36 *Compenſationem quando debitor obijcere non poſſit.*

37 *Intentionis & facti exceptio non præſumitur à ſtatuto reiecta.*

38 *Senatuſconſulti Macedoniani exceptio à ſtatuto reiecta non præſumitur.*

*Idem eſt in exceptione vſurarum. nu. 39.*

*Idem nec exceptio falſitatis. nu. 40.*

41 *Exceptio quod res quæ petitur non ſit in rerum natura, non præſumitur à ſtatuto excluſa.*

*Sic neque exceptio reſtitutionis in integrum. nu. 42.*

*Quando tamen ea intelligatur excluſa. nu. 43.*

44 *Denunciatio euangelica, à ſtatuto non præſumitur excluſa.*

45 *Denunciatio euangelica propriè non eſt exceptio.*

CVM ſuperiore capite attigerimus exceptionibus reiectis à ſtatuto, non præſumi reiectas illas, quarum probatio incontinenti offertur, è re viſum eſt hoc in loco, commemorare, eſſe & alias exceptiones, quæ non præſumantur reiectæ à prædicto ſtatuto. Et prima quidem eſt, quãdo eſt ex-
1 ceptio, † qua negatur qualitas, quæ eſt fundamentum ſtatuti, vt puta, ſi ſtatutum tribuit executionem, paratam publico inſtrumẽto, omni exceptione reiecta: ſi negatur illud eſſe inſtrumentum, exceptio hæc non præſumitur excluſa à ſtatuto aut reiecta. Ita Barto. in l. j. §. & parui. numer. 3. ff. quod vi aut clam. manifeſte Abbas in capit. item cum quis. & ibi. Bero. nume. 19. & 27. de reſtit. ſpoliat. Alex. in conſi. xxxiij. col. j. lib. j. Decius in c. ex parte. nume. 5. verſ. ſecundo fallit. de offic. deleg. & alios nonnullos ad rem recenſet & probat Aſinius in praxi. de ordine iudiciorum. §. xxxj. c. xij. Et illis accedunt Tiraq. de retract. conſang. §. j. gloſſ. ij. nume. 12. & Vantius in tract. de nullitate. in tit. Quis poſſit dicere de nullitate. nu. 33. & 40. & Craue. in conſil. ccxj. nu. 1. Et hæc exceptio dicitur opponi per indirectum; vt dicã infra in quinta exceptione. Et huius quidem ſententiæ ea eſt ratio, quia
2 is, qui † fundamentum conſtituit in aliqua qualitate, eam adeſſe probare debet, antequam priuilegium ob qualitatem illam tributum competat. d. l. Diuus. ff. de milit. teſta. quam multis Doctorum egregiis traditionibus comprobaui in conſi. cccj. libr. iiij. Et idem dicendum eſt, quando opponitur inſtrumentum eſſe ſimulatum. Nam & hoc caſu dicitur negari eſſe inſtrumentum. Ita aduerſus Bart. in d. §. & parui. nu. 4. communis eſt Doctorum ſententia teſte Rip. in l. nemo poteſt. nu. 66. ff. de lega. j. Et accedunt Marſil. in ſingul. cccclxxiiij. Soc. Sen. in conſi. xxvij. nume. 30. lib. iiij. Rui. in conſi. lxxviij. nume. 8. lib. iiij. & Par. in conſi. liij. nu. 14. & in conſi. liiij. nu. 25. lib. j. & in conſ. lxxxvj. nu. 23. lib. iij. à Bar. etiam diſſentiunt Dec. in d. c. ex parte. il ij. in duodecima limit. de offi. deleg. Barb. in conſi. xliij. lib. j. & Aſinius in d. §. xxxj. c. xxxvij. Hanc traditionem veram eſſe intelligo, quando de ipſa ſimulatione conſtat vel ex inſpectione actus & ſcripturæ, vel iuris præſumptione. Ita poſt Soc. Sen. in cõſil. xxvij. col. vj. ver. ſecundus caſus. lib. iiij. declarat Ant. Maſſa Galleſius in tract. ad formulã cameralis obligationis, quarta particula. q. ij. nu. 5.

Secunda eſt exceptio, quæ non præſumitur à ſtatuto re-
3 iecta, quando † illa prouenit ab eodem capite, vel etiã altero ſtatuto. Ita Bar. in d. §. parui. nu. 5. Franc. in c. dilecto. n. 131. de appel. Rimi. Sen. in conſi. lxiij. nu. 7. lib. j. & in cõſi. ccxlv. nu. 18. lib. ij. Dec. in conſ. cxcv. col. ij. & in c. ex parte. in tertia limit. de offi. deleg. ac alios recenſet Aſinius in d. §. xxxj. c. xxij. Et quibus accedunt Ruin. in conſi. cij. nu. 11. lib. 3. & Iaſ. in l. j. C. de bon. poſſ. contra tab. qui extendit procedere etiam ſi ſtatutum taxatiue loqueretur. Et huius quidem ſen-
4 tentiæ ea eſt ratio, quia non præſumitur ſtatuentes † voluiſſe ſtatim ſe corrigere. l. non ad ea. ff. de cõdi. & demon. de qua quidem iuris præſumptione abunde diſſeremus inf. libr. vj.
5 præſum. xxviij. Et cum inter † contractus ſimulationes connumeretur & confeſſio pecuniæ numeratæ. Iaſo. l. qui pecuniam. col. j. ff. ſi certum peta. poterit etiam opponi exceptio non numeratæ pecuniæ. Ita ſcripſit Aſin. in d. §. xxxj. c. liiij.

Tertia exceptio, quæ non præſumitur reiecta à ſtatuto,
6 eſt illa † inhabilitatis pſonæ, vt puta, quod ipſe actor ſit bannitus, & ob id audiri non debeat. Ita Bar. in d. l. j. §. denique. nu. 6. ff. quod vi aut clam. Felin. & Dec. in c. ex parte. in iiij. limit. de officio deleg. & Marſi. in l. ſi quis. ne quæſt. nu. 8. ff. de quæſt. quos ſecutus eſt Aſinius in d. §. xxxj. c. xxiij. Et accedunt congeſti à Vantio in tractat. de nullitate. in titul. de nullitate ſententiæ ex defectu inhabili: ſeu mandati Compa. numero 2. & Ber. in capi. item cum quis. numero 28. de reſti. ſpolia. Idem ſcripſit Iaſ. in l. ij. §. prætor ait. ff. qui ſatiſ.
7 cogant. Ratio eſt, quia in quolibet iudicio perſona † debet eſſe legitima. Et hæc quidem ſententia multò magis locum habet, quando eſt exceptio, quæ ob animarum periculũ ex-
8 cludere ſolet à iudicio, vt puta † exceptio excommunicationis. Hæc ſanè nullo modo præſumitur à ſtatuto reiecta. cap. decernimus. de ſen. exc. & c. j. de exce. in vj. & in ſpecie Doctores ſupra commemorati, & Alex. in conſi. lxxxiij. nu. 12. lib. v. Barb. in conſil. xxxv. col. iij. lib. iiij. & Pariſ. in conſilio cix. nu. 9. lib. iiij. quos recenſet & ſequitur Aſin. in d. capitu. xxiij. in fine.

Et hæc quidem excommunicationis eique ſimilis exceptio, reiecta etiam non præſumitur à ſtatuto, reijciẽte exceptiones contra perſonam. Ita Ber. in d. c. ex parte. nu. 8. verſ. puta tamen, à quo non diſſentit Aſin. qui ſupra.

Quarta exceptio, quæ non præſumitur reiecta à ſtatuto,
9 illa eſt † quæ manifeſtè & notoriè apparet. Ita Dec. in d. c. ex parte. in v. lim. de offi. dele. idem Dec. in c. interpoſita. col. j. de appel. & alios recenſet Aſin. §. xxxj. c. xxv. Et idẽ ego ipſe ſcripſi in commentariis de adipiſcenda poſ. in iiij. reme. nu. 530. Et accedunt Barb. in conſi. vij. col. x. lib. ij. & Soc. Sen. in conſi. xxxviij. col. ij. lib. j.

Quinta exceptio, quæ nõ pręſumitur reiecta à ſtatuto eſt,
10 quæ † per indirectum opponi ſolet. Ita Dec. in d. c. ex parte. in vj. fallen. de offi. deleg. & alios recenſet Aſin. in d. §. xxxj. c. xxxv. Exemplum eſt, ſi prohibetur opponi exceptio cõtra aſſertionem Põtificis, quod ſuis in manibus facta fuerit beneficij renuntiatio, opponi tñ poterit illum renuntiantem non fuiſſe beneficij dñm. Et hæc exceptio inquit Dec. non differt à prima q̃ retuli ſupra. Hæc traditio comprobatur ex his, quæ ſcripſi ſuperiore lib. in q. lxv. vbi explicaui, qđ licet contra pręſumptionẽ iuris & de iure, nõ admittatur contraria probatio: attamen quod admittitur indirecta.

Sexta exceptio, quæ nõ præſumitur à ſtatuto reiecta eſt, quando deducitur probatio incontinenti, qua de re dixi ſuperiore præſumptione.





11 Septima exceptio, † quæ non præſumitur reiecta à ſtatuto, eſt illa, quæ prouenit à defectu citationis. Ita Aſin. in d. §. xxxj. c. xxvij, qui inter multos recenſet Dec. in d. c. ex parte in octaua limitat. de offi. deleg. Et illis accedunt congeſti à Vantio in tract. de nullitate. in tit. de nullitate ex defectu ci-
12 tationis, nu. 9. Cum enim citatio † ſit fundamentum defenſionis, quæ iuris naturalis eſt, nunquam præſumitur ſublata. cle. paſtoralis, de re iud. & plura ſcripſi in conſil. 100. nu. 97. lib. j. Cum nec expreſſim à principe & ſtatuentib. tolli poſſit: quemadmodum præcitati Doctores affirmant.

Octaua exceptio, quæ non præſumitur reiecta à ſtatuto
13 eſt illa † quæ à contrarietate & perplexitate prouenit. Ita in ſpecie ſcripſerunt Feli. & Dec. in d. c. ex parte. in nona limi. de offi. delega. quos ſecutus eſt Aſin. in d. §. xxxj. c. xxviij. Ea ratione ij moti ſunt, quod allegans contraria non eſt audiendus. l. j. C. de fur. vbi Bal. Qua de re copioſè ſcripſi ſupra in præſumpt. xxv.

Nona exceptio, quæ non pręſumitur reiecta à ſtatuto eſt,
14 † quæ ineſt, ex ſubiecta ipſa materia. Ita Fel. & Dec. in d. ca. ex parte. il ij. in decima limit. de offic. deleg. & alios recenſet Aſin. in d. §. xxxj. ca. xxix. Exemplum affertur in exceptione cedendarum actionũ, quàm fideiuſſor opponere poteſt contra creditorem, tametſi ſtatutũ reijciat omnes exceptiones, ſic docuit Bal. in auth. præſente. col. j. ver. quæro, dicit ſtatutum: C. de fideiuſſ. quem ſecuti ſunt Rom. in conſi. cccxliiij. nu. 5. & in conſi. ccccl xxij. nu. 2. Feli. & Dec. & Aſin. qui ſupra. Ber. in c. item cum quis. nu. 32. de reſtit. ſpolia. Marſil. in rub. de fideiuſſ. nu. 281. Eſt & ſecũdum in exceptione pretij non ſoluti, quę à venditore opponi poteſt, etiam ſi ſtatutum reiiciat omnes exceptiones. Ita exemplificat Bal. in l. ſi traditio. ver. tertiò quæro. C. de act. emp. quem ſecuti ſunt Fel. Dec. & Aſin. præcitato in loco, qui alios recenſent. Et accedunt Barb. in conſi. lxxxvj. col. vij. lib. iij. Dec. in cõſil. cxix. in prin. & in conſil. cccxvij. nu. 3. Iaſ. in l. ſi duo. §. item iura-
15 uerit. ff. de iureiu. Et accedit quod exceptio † pretij non ſoluti, impedit litis ingreſſum, & opponi poteſt etiã ad impediendam ſententię executionem. Bal. in d. l. ſi traditio. nu. 3. Iaſ. in §. actionum. nu. 123. inſti. de actio. & copioſè diſſerit Andr. Gailius lib. ij. practi. obſer. in xvij. obſeruatione.

Et ſimile eſt exemplum in exceptione, nõ impleuiſti ex latere tuo, quæ non præſumitur reiecta à ſtatuto. Ro. in cõſ. ccxliiij. nu. 5. ver. Breuiter. Cor. in conſ. ccxcvij. nu. 1. lib. iij. & in conſi. ccxlv. col. j. ver. tamen prædictis. lib. iiij. & Crau. in conſil. clj. nu. 10. Eſt & tertium exemplum in exceptione
16 obreptionis † & ſubreptionis, quæ opponi poteſt, etiã contra principis reſcriptũ, etiam ſi ſtatutum reiiciat omnes exceptiones. Ita Bero. in d. c. item cum quis. nu. 32. de reſtitut. ſpol. & Aſin. in d. c. xxix.

Decima exceptio, quæ à ſtatuto non præſumitur reiecta
17 eſt † illa metus. Ita Dec. in d. c. ex parte. il ij. nu. 7. verſ. vndecimò fallit. de of. deleg. poſt Bal. quem refert: & idem affirmauit Aſin. in d. §. xxxj. c. xxxvj.

Vndecima exceptio, quæ non præſumitur reiecta à ſtatu-
18 to eſt illa † innocentiæ; cum nec quidẽ tolli à ſtatuto poſſit. Ita Dec. in d. c. ex parte. il ij. in xiij. fal. de of. dele. ex ſententia Bal. & Io. Anna. quos ſecutus eſt Aſin. in dicto §. xxxj. c. xxxviij. Et illis accedunt Alex. in conſ. cxiij. nu. 8. lib. v. Soc. in tract. fal. reg. ix. in fi. Dec. in l. & ſi nihil. ff. de reg. iur. & in c. quoniam contra. in iij. notab. de probat. & in rub. de exce. Marſil. in ſing. lix. & in conſi. xvj. nu. 14. & 15.

Duodecima exceptio, quæ non præſumitur reiecta à ſta-
19 tuto eſt illa, quæ fundatur † in confeſſione partis facta in iudicio. Ita Dec. in d. c. ex parte. il ij. col. pe. verſ. xiiij. fallit. de offi. deleg. ex ſententia Bald. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. Et idem affirmarunt. & Aſin. in d. §. xxxj. c. xxxix. Quæ ſanè traditio eo ſimili comprobatur, cum dicimus, ꝙ etſi reiecta ſit probatio contra præſumptionem iuris & de iure, non tamen cenſetur reiecta illa, quæ prouenit à confeſſione partis, pro qua ſtat ipſa pręſumptio. ſicuti ſcripſi ſuperiore lib. in q. lxj.

Decimatertia exceptio, quæ non præſumitur reiecta à
20 ſtatuto eſt illa, quæ prouenit ex alio † inſtrumento, vel actu æquè ſolenni, quibus cauſatur quædã incompatibilitas, vni per alium. Ita Dec. in d. c. ex parte. il ij. col. pe. verſ. xv. fallit. de exceptio. poſt Bal. in c. paſtoralis. de appel. & Ant. Cana, quem refert. Et idem ſcribit & declarat Aſin. in dict. §. xxxj. capitu. xl.

Decimaquarta exceptio, quæ non præſumitur reiecta à
21 ſtatuto eſt illa, † quæ prouenit ab ineptitudine petitionis: & libelli. Ita Dec. in c. paſtoralis. col. penul. ver. xvj. fallit, poſt Bal. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. & Fran. in c. dilecto. q. 50. & q. lij. de appel. & Aſinius in d. §. xxxj. cap. xlj. Qui huius traditionis rationẽ afferunt, quia dicitur quędam exceptio notoria, cum ex ipſius libelli inſpectione appareat ineptitudo. Imò iudex ipſe ex ſuo officio reiicere de-
22 bet libellum † ipſum ineptum: ſicuti tradunt poſt alios Iaſ. in l. j. nu. 4. ff. de offi. aſſeſſ. Curtius Iunior in conſi. clxiij. nu. 2. & Ripa in l. iiij. §. hoc autem iudicium. nu. 50. ff. de damno infecto.

Decimaquinta exceptio, quæ à ſtatuto non præſumitur
23 reiecta, eſt illa quæ prouenit † ex eodem fonte, vt puta ex eodem actu, inſtrumento, vel ſententia. Ita Decius in d. cap. ex parte. il ij. col. pe. ver. decimonono fallit. de offic. delega. poſt Butr. Calderinum, & alios nonnullos. Et idem affirmarunt Io. Baptiſta à ſancto Seuerino in l. omnes populi. num. 210. ff. de iuſti. & iur. & late Tiraquellus de retractu cõſang. §. iiij. glo. j. nu. 36. quos ſic recenſet Aſinius in d. §. xxxj. cap. xxx. Et idem ſcripſit Bero. in c. item cum quis. nu. 32. verſic. nono in dubio. de reſti. ſpolia.

Decimaſexta exceptio, quæ nõ præſumitur reiecta à ſta-
24 tuto eſt illa † quæ à nullitate actus, & ſententiæ prouenit.
25 Cum nullitatis † exceptio dicatur potius defenſio quam exceptio. Ita Dec. in dicto capitul. ex parte. il ij. columna penultim. verſicul. vigeſimo fallit. de officio. de legat. poſt Baldum, Angelum, Romanum & Francum, quos recenſet. Idem affirmarunt Calcaneus in conſil. xvj. numero 48. Bero. in cap. item cum quis. nume. 33. de reſtit. ſpol. & Boſſius in tracta. cauſarum criminalium, in titu. de nullitate aduerſus ſententiam. numer. 9. quos commemorat & ſequitur Aſinius in d. §. xxxj. c. xxxj. Et tanto magis hæc traditio lo-
26 cum habet, quando nullitas † prouenit à iudicis incompetentia, vt idem Aſinius ſcribit præcitato in loco. cap. xxxij. qui quam plures recenſet, & inter alios Decium in d. cap. ex parte. col. pe. ver. decimooctauo fallit, qui duas has vt diſtinctas exceptiones, ſeparatim explicauit. Et multò magis lo-
27 cum habet, quando † nullitas eſt notoria, vt quia reſultat ex actis. Ita Aſinius in d. §. xxxj. c. liij.

Decimaſeptima exceptio, quæ non præſumitur reiecta à
28 ſtatuto, † eſt illa officij iudicis. Ita Decius in d. capi. ex parte. il ij. colum. penul. verſi. vigeſimoprimò fallit. de offic. delega. qui defenſionem hanc eſſe dicit, non autem exceptionem. Et eiuſdem opinionis fuerunt Ruinus in conſilio ccix. nu. 23. lib. j. Soci. Sen. in conſi. xxvij. nu. 31. libr. iiij. Silua in conſi. xvij. nu. 6. & Parius in conſi. cvij. nu. 118. lib. iij. quos refert & ſequitur Aſinius in d. §. xxxj. c. xxxiij. in fi. & c. xlij. Quibus accedunt Ruinus in conſi. v. nu. 5. & in conſi. ix. nu. 2. lib. v. Bero. in c. item cum quis. nu. 35. de reſti. ſpol. & Roland. in conſi. j. nu. 56. lib. j.

Et hæc ſententia multò magis locum habet in remedio implorandi officium ipſius iudicis, vt ipſe iudex ex ſuo ipſo officio opem ferat. Ita Bar. in d. l. j. §. ex parui. nu. 8. Caſtren. in conſi. cclvij. nu. 5. lib. ij. Ruin. & Pariſ. præcitatis in locis. Bero. in d. c. item cum quis. num. 36. & Rolan. in conſi. xxix. nu. 4. lib. j. & Aſin. in d. §. xxxij. cap. xxxiiij. qui & copioſè & doctè explicat.

Decimaoctaua exceptio, quæ à ſtatuto non præſumitur
29 excluſa & reiecta eſt illa, † quæ dolo aduerſarij cauſatur. Ita Dec. in d. c. ex parte. il ij. col. vlt. ver. vigeſimoſecundò fallit. de offic. delega. poſt Butrium in cap. cum Bertoldus. colum. ij. ver. ſecundus caſus. de re iud. & Francum in d. c. dilecto. q. lij. in vij. limitat. de appel. Idem affirmarunt Marſil. in conſi. lxxxix. nume. 20. & in ſingu. xcvj. Socinus Iunior in conſilio xlviij. nume. lij. lib. ij. & Aſinius in d. §. xxxj. c. xliij. qui capi. lvj. errore forte lapſus idem repetit. Qui quidem eo ſimili
30 adducti ſunt, quod quando quis promiſit de caſu † fortuito, intelligitur dummodo non eueniat is caſus, facto & culpa eius, cui facta eſt promiſſio. l. qui officij. §. vlt. ff. de contrah. emp. & leg. cum proponas. C. de nautico fænore. & tradunt Ro. in ſing. ccccxxxvj. Tu ſcis.

Decimanona exceptio, quæ non præſumitur reiecta à

31 ſtatuto eſt illa,quæ opponitur † contra executionẽ.Ita Decius in dicto capit.ex parte.columna vltima.verſi.vigeſimo tertio.de offi.deleg.poſt Barto.in l.ſi filius.ff.quod cum eo. nec non Canarium,Barzium & Corneum quos recenſet. Et quibus accedunt Iaſon in l.j.C.de iuris & facti igno.Dec.in conſi.cxv.& Aſinius in d.§.xxxj.c.xliiij.

Vigeſima exceptio,quæ non præſumitur reiecta à ſtatu-
32 to,eſt illa,quæ opponitur contra † perſonam iudicis, dum vt ſuſpectus recuſatur. Nam remota exceptione, non cenſetur remota recuſatio. Ita Decius in d.cap.ex parte.il ij.col. vlt.ver.xxiiij.fall.de offi.deleg.poſt gl.in c.quoniam cõtra. in verbo,exceptiones de probatio.vbi ipſe Decius in eandem ſententiam probauit. Aſinius in d.§.xxxj.capitu.quadrageſimoquinto.

Vigeſimaprima exceptio:quæ à ſtatuto non præſumitur
33 excluſa,eſt † exceptio ſolutionis.Ita Decius in d.c.ex patre. colum.vlt.verſi.vigeſimoquinto fallit.poſt Angel.in l.non tantum.§.quod ſi pro emptore.ff.de petit.hæredit. Anchar. in conſilio cclx.& Alexand.in conſi.cxiij.libr.v.Quibus accedunt idem Decius in conſilio cccxvij.numero 3.in conſilio ccclxxv.numero 1.& in conſi.cccccIxij.Aſinius in d.§. xxxj.capit.quadrageſimoſexto.Quocirca prudenter conſtitutum obſeruatumque fuit, vt aduerſus obligationẽ in forma Cameræ factam,admitti poſſit ſolutionis exceptio, etſi aliæ regulariter excludantur,ſicuti tradit Ant. Maſſa Galeſius in tractat.ad formulam cameralis obligationis. in iiij. particu.quæſtio.j.

Vigeſimaſecunda exceptio quæ non præſumitur reiecta
34 à ſtatuto,eſt † compenſationis exceptio:ſicuti in ſpecie affirmarunt Angelus, Alexander, Guido Papæ, Iacobus Rebuffus, Baueria & Bertrandus, quos recenſet & probat Tiraq.in tract.de retractu conſan.§.iij.gl.xiij.nu.4.ſic quoque Gozad.in conſi.lxix.nu.2.& Gratus in conſi.cxxj.num.18. libro primo.& poſt prædictos Aſin.in præcitato capit.xlvj. numero 2.Et his accedunt alij multi congeſti à Sebaſtiano Medices in tracta.de compenſationibus parte ſecunda quæſtione xx.Imò ſi ſtatutum dicit,quod nulla alia admittatur exceptio,niſi ſolutionis,poterit nihilominus admitti exceptio compenſationis.Ita Ange.& Alex.relati à Tiraquello, idem docuit Felinus in cap.ſuborta.colum.ij.de re iudic.& Sebaſtianus Medices in d.tractat.de compenſatio.in prima parte quæſtio.xxv.nu.20.Et huius quidem ſententiæ ratio
35 eſt,quia † compenſatio dicitur ſolutio etſi impropriè, Bart. & Bal.in l.Iulianus.ff.de condi.& demon.& ob id non dicitur propriè exceptio. Bar.in l.ij.numer. 3.ff.de exceptio,& alios refert Medices in d.quæſtio.xxv.nu.20.& in ſecunda parte.quæſtio.xix.nume.2.

36 Cæterùm traditio hæc locum non habet † quando debitor eſſet obligatus in forma Cameræ, atque ita ſi cum iuramento ſoluere promiſit, nam non poterit liberè opponere exceptionem compenſationis,ſed iudicis erit arbitriũ, pro qualitate perſonarum & rei admittere, vel reiicere. Ita ſcripſit Antonius Maſſa Galeſius in tract.ad formulam Cameralis obligationis,in quarta partic.in q.ij.nu.6.qui egregie declarat.Et plura ad rẽ ſcripſit Medices in præcitato tracta. de compenſationibus in j.par.q.xxv.

Vigeſimatertia exceptio,quæ non præſumitur reiecta à
37 ſtatuto,eſt exceptio † intẽtionis & facti.Ita Decius in dict. cap.ex parte.il ij.colum.vlt.verſi.vigeſimoſexto.de offi. deleg.poſt Bal.in l.peremptorias.C.ſentẽ.reſcindi non poſſe. in l.ſancimus.C.de dona.& in l.in rebus.in fi.C.de iure do. Idem affirmauit Aſinius in d.§.xxxj.ca.quadrageſimoſeptimo.Quibus accedit Alex.in l.qui ſe debere.nu.1.ff.de condict.cauſa data.

Vigeſimaquarta exceptio, quæ non præſumitur reiecta
38 à ſtatuto,eſt † exceptio S.C.Macedoniani & Velleiani. Ita Decius in d.c.ex parte.col.vlt.ver.xxvij.fallit.& Aſi.in d.§. xxxj.c.xlviij.poſt Canarium,quem recenſent.

Vigeſimaquinta exceptio, quæ non præſumitur reiecta à
39 ſtatuto,eſt † exceptio vſurarum.Ita Dec.in d.c.ex part.col. vltima.verſicu.vigeſimooctauo.fallit.& Aſinius in dicto §. xxxj.capitu.xlix.poſt Caſtrenſem Federicum Senenſem & Bonzium.

Vigeſimaſexta exceptio,quæ à ſtatuto non præſumitur
40 reiecta,eſt † exceptio falſitatis.Ita Dec.in d.c.ex parte.col. vlt.ver.xxix.fallit.& Aſinius in d.§.xxxj.c.50.

Vigeſimaſeptima exceptio,quæ non præſumitur excluſa
41 à ſtatuto,eſt exceptio † quod res,quæ petitur non eſt in rerum natura.Ita Dec.in d.c.ex parte.in fine.& Aſinius in d. §.xxxj.capit.lj.

Vigeſimaoctaua exceptio,quæ non præſumitur reiecta à
42 ſtatuto,eſt exceptio † reſtitutionis in integrum.Ita Bal.in l. in cauſæ.in princ.ff.de mino.Soc.Sen.in conſil.ccxlij.col.j. & fuſius in conſi.ccxcix.nu.3.lib.ij.Galliaula in l.centurio. nu.166.ff.de vulg.& pup.ſubſti.Cæphal.in conſi.liij.num. 23.lib.j.quos refert & ſequitur Aſin.in d.§.xxxj.c.lij.Quibus accedunt Iaſ.in l.j.nu.10.ff.de iuriſ.om.iu.Mar.in practica criminali.§.opportune.n.58.Neuiz.in conſil.xvij.nu. 7.& communem teſtatur Sfortia Oddo in tract.de reſtit.in integr.part.j.q.xv.art.v.verſi.in contrarium eſt.Quæ tamen
43 ſententia intelligitur niſi ſtatutum dicat, † quod modo aliquo,vel nullo modo admittatur exceptio. Nam tunc etiam in integ.reſti.cenſetur excluſa.Ita Soc.Sen.in conſil.ccxlij. col.j.& iij.& Aſinius vbi ſupra.

Vigeſimanona exceptio, quæ reiecta nõ præſumitur eſt
44 † denuntiatio euangelica.Ita Bal.in aut.clericus.col.iij.C. de epiſ.& cler.Bero.in cap.item cum quis.nume.37.in fine. de reſtitu.ſpolia.& Aſinius in dicto §.xxxj.ca.xxxiiij.nu.8.
45 qui alios recenſent. Hæc tamen dici † non poteſt propriè exceptio.

## PRAESVMP. XLIX.

### Tempus certum in iudicio deductum,an & quando præſumatur.

*SVMMARIVM.*

*1 Intentio fundata in tempore certo,probari debet ab eo qui in tempore conſtituit fundamentum. Et quando hoc non habeat locum.numero 2.*

1 REcepta eſt apud noſtros ſententia quod vbi intentio † actoris,vel rei conuenti,fundata eſt in certo tempore, illud probari debet ab eo, qui tempore ipſo fundamentum conſtituit.Ita glo. in c.venerabilibus.de ſen.excom.in vj.& in clem.vlt.in verbo,creatum,de reſcrip.Bar.in l.non ſolum.§.ſed vt probari. nu.3.ff.de ope.noui nuntia.Alex.in conſi.100.nu.2.libro j. Dec.in c.in præſentia.in xij.notab.de prob. Quam ſententiam probant.l.cum actum.in princ.ff.de nego.geſt.l.cum, qui.§.publiciana.ff.de publicia.in rem actio.l.matrem.C. de prob.l.vlt.C.an ſeruus pro ſuo facto.c.abbate ſanè.in fi. de re iud.in vj.

Declaratur hæc traditio non habere locũ, quando præ-
2 ſumptio † eſſet pro eo,qui ſe fundaret in tẽpore. Exẽplum, ſi ſtatuto ſancitum eſt,quod nobiles ingredi nõ poſſint Palatium, niſi tempore Concilij generalis, ſi accuſatur nobilis,quod ingreſſus ſit Palatium menſe Maio:Et ipſe nobilis probet,quod eo menſe cõcilium generale fuit in eo palatio congregatum;ex hoc inſurgit præſumptio pro nobili accuſato,quod ſcilicet eo tempore concilij ingreſſus ſit;ne alioqui deliquiſſe videtur,contra,l.merito.ff.pro ſocio.Ita Bar. in d.§.ſed vt reprobari.num.3.quem ſecuti ſunt ad rem noſtram.Decius in d.ca.in præſentia.in xij.notab.Corſetus in ſingulari,in verbo,teſtis incipit.duo teſtes, Ruin.in conſil. xxix.nu.10.lib.j.Crau.in conſi.ix.nu.20.& in conſi.xviij.in fi.& Gram.in cõſi.xxv.nu.10.& 11.in criminalib.Nec huic declarationi obſtant aliqua,quæ obiiciuntur ab Alexã.in d. l.non ſolum.§.ſciendũ.nu.5.in fi.ff.de ope.no.nun.Nam illis ſatisfaciemus.j.libr.v.præſumpt.ij.cum declarabimus, quando delictum præſumatur.

## PRAESVMP. L.

### Aetatem,vel maiorem,vel minorem quis probare debeat,multorum opinionib.confutatis,explicatur.

*SVMMARIVM.*

*1 Maiorem quemlibet,niſi probetur minor,ſecundum quoſdam præſumi: Minorem*



*2 Minorem quemlibet præſumi, niſi probetur maior, ex opinione priori contraria.*
*3 Mutatio non præſumitur.*
*4 Aetatem, aſpectum & effigiem curſu temporis,homines mutare.*
*5 Aetatem qui affirmatiue deducit,probare debere.*
*6 Aetatem probandam ab eo,qui commodum ex ea ſenſurus eſt ſiue affirmatiuè ſiue negatiue deducatur.*
*7 Negatiua quæ dicatur,& quæ affirmatiua. Quid negatio quid affirmatio ſecundum diuerſos.*
*8 Negatiua probari perſæpe poteſt.*
*9 Negatiua quadruplex,vel iuris vel facti, qualitatis aut quantitatis.*
*10 Negatiua iuris quid ſit.*
*11 Negatiua facti improbabilis dicitur, quando ſimplex eſt, nec loco coarctata aut tempori.*
*12 Senſus omnis paßio dicitur.*
*13 Negatiua facti,quæ poßit probari.*
*14 Negatiua qualitatis,quomodo & à quo probetur.*
*15 Aetatis negatiua probari debet ab eo qui eam deducit.*
*16 Negatiua quantitatis probatur ab eo,qui eam deducit,& quomodo probetur.nu.17.*
*18 Aetatem vel affirmatiue vel negatiue deducens probare debet.*
*19 Tempus deducens, id probare debet, & an id ſemper ſit verum.numero 20.*
*21 Aetatem minorem deducens probare debet,vbi de actu iam geſto irritando agitur.*
*22 actus habens formam debitam,præſumptionem pro ſe habet.*
*23 Actum impugnans,grauatur onere probationis.*
*24 Aetas eſt quid incertum.*
*25 Incertum deducens,probare debet.*
*26 Beneficium alicui tanquam inhabili conceſſum , probat is qui affirmat.*
*27 Maior præſumitur,qui pro tali fuit condemnatus.*
*28 Aetatem deducens probare non debet,quando ad actum iuſtificandum deducitur.*
*29 Profeßionem religionis faciens,præſumitur facere iuſta ætate.*
*30 Aetatem deducens probare debet,quando reſpectu actus futuri deducitur,ad illum impediendum.*
*31 Dolum arguens,eum probat.*
*32 Aetas probari debet ab eo,qui vt aliquid conſequatur, habilem ſe dicit & idoneum.*
*33 Conditionem aſſerens euentiſſe,probare debet.*
*34 Subſtitutio pupillaris,eſt ſubſtitutio quædam ſub conditione facta.*
*35 Hæreditas ab inteſtato venientibus legis diſpoſitione debetur.*
*36 Regula l.quoties ff de rebus dub.locum non habet, quando de notabili præiudicio alterius agitur.*
*37 Aetatis præſumptio,& coniectura demonſtratiua, ſtans pro eo qui eam allegat,probationis eſt loco.*
*38 Aſpectus corporis pro ætate præſumptionem facit,verſatur, iudicis arbitrium.nu.39.*
*40 Minor præſumitur,cui tanquam minori datus eſt curator, & quomodo procedat iſta præſumptio.*
*41 Actus iudiciales ſolemniter factos,etiam contra alios facere præſumptionem.*
*42 Sententia ſuper ætate lata,quomodo fidem faciat in alio iudicio.*
*43 Litigans cum aliquo tanquam minore, præſumitur eum minorem confiteri.*

IN iudiciis valde frequens eſt diſputatio, vel ad litem præparandam inchoandamque, vel ad iudiciũ ipſum firmandum;quis debeat probare ætatem in iudicio propoſitam atque deductam. Qua quidem de re, multæ,variæque fuerunt Doctorum opiniones.

1 Prima fuit eorum qui ſcripſerunt, quod † quis præſumitur maior,niſi probetur minor.Ita gloſſ.in capitul. in præſentia in verbo,ſecundæ,de probatio.quæ ſic intelligit.l.ſi minorem.C.de in integrum reſtit.mino.& l.nam & poſtea. §.ſi minor.ff.de iureiur.

Verùm opinionem hanc reiiciunt omnes,vt Abbas in dicto capitul. in præſentia. numero 32. verſicul. ſed quæro, quomodo.& ibidem Decius.numero 58. de probatio.Pariſius numero 68.& Bero.numero 202.Nam illa iura allegata à gloſſa,loquuntur,quando quis aſſerit ſe minorem vt conſequatur reſtitutionem in integrum quia tunc debet probare quod eſt ſuæ intentionis fundamentum ; vel ob id, quod iam tanquam maior contraxerit : vel ob id, quod ea quæ tempore mutantur,non præſumuntur eſſe eiuſdem ſtatus,Non ergo cogitur probare ob id, quod præſumptio ſit eſſe maiorem.

Secunda fuit opinio præcedenti omnino contraria,nem-
2 pe,quemlibet † præſumi minorem,niſi probetur maior.Hac in opinione fuit gloſſ.in l.de ætate. in verbo, probandum. in fine.ff.de min.Et hac pro opinione adduci ſolet text.l.ſiue poſſidetis.C.de probatio.quo loci dicitur, quod is, qui præterito tempore fuit dominus, præſumitur etiam nunc dominus:ſic ergo,& qui minor fuit præſumitur adhuc mi-
3 nor. Eſt ratio, quia mutatio † non præſumitur.l.eum qui. ff.de probat.& dicemus infra lib.vj.præſump.

Verum reſpondetur,regulam dicta l.ſiue poſſidetis, qua dicimus,præſumi de præterito in præſens vel in futurum, locum non habere in his,quæ curſu temporis mutantur.Ita declarant in ſpecie gloſſ.in dicta l.ſiue poſſidetis. & apertius in l.cum te.C.de probatio. Abb.in dicto capitu.in præſentia.numero 33.Et ſimilibus in caſibus eandem declarationem probarunt Bald.& Salicet.in l.ſi minorem.columna prima.C.de in integrum reſtitutio.min.Anchar.in capit. ſemel malus.columna penultima.de regulis iuris in ſexta. Alc.de præſumpt.regul.ij. præſumpt. xxv. numero primo. verſic.& dicta & alios retuli ſuperiore lib.quæſtio.xxiij. & in ſpecie probat.l.cum te.C.de probatio. Quod autem ho-
4 mines curſu temporis mutent ætatem , † certiſſimum eſſe nemo ignorat.Imò & effigiem aſpectumque mutare probat text. valde notabilis , in lege proponebatur. ff. de iudiciis.

Tertia fuit opinio eorum, qui exiſtimarunt, illi incum-
5 bere onus probandi ætatem, qui † eam affirmatiuè deducit atque proponit.Hanc opinionem recenſet Bartol. in dicta l.de ætate.numero 13.& vere ita ſenſit Spec.in tit.de actore.numero quarto.Qui ob id cautelam præbuit, quod quis negatiue ſemper proponat,ſeu deducat ætatem, vt puta, tu non es maior,vel tu non es minor. Vel nego, vel non credo te eſſe maiorem,vel minorem. Ea ratione motus eſt Speculator,quia illi,qui aſſerit,non autem illi, qui negat, incumbit onus probandi.l.ei qui.ff.de proba.& l.actor.C.eodem. Verum à cæteris reiicitur hæc opinio, nempe à Ioan.Andr. in cap.infamibus.columna tertia.verſicu.ſecundo.fuit opinio.de regulis iuris.in vj.à Barto.in dicta l.de ætate.numer. 12.verſi.tu dicas.& Luca de Penna in l.prima.columna vlti. C.de fide inſtru.& iure haſtæ fiſcal.libro x. Et idem ſenſerunt Bononienſes,qui prudenter ſtatuerũt in ſtatuto, Qualiter procedatur,ſi ſuper ætate contendatur.§.ſin autem ve-
6 niat : quod ſiue negatiue † ſiue affirmatiue deducatur ætas, quod is probet,qui commodum ex ætate ſenſurus eſt.

Primò,quia vt inquit Barto.in l.de ætate.numer.12.non eſt curandum, quibus verbis aliquid proponatur: ſed ſpectandus eſt ſenſus.Et hac in re Bartol.ſecuti ſunt Bald. in l. cum te.q.vlti.C.de proba.& Ripa in l.in illa.numero 12.ff. de verborum obligatio.& in cap.cum eccle.Sutrina.numero 71.de cauſa poſſeſ.& propr.Non enim verba vel negatiua,vel affirmatiua efficiunt,vt dicatur deducta, & propoſita vel negatiua,vel affirmatiua gloſſ.in l.vltima.in fi.ff.de doli mali,& metus excep.l.prima §.primo.ff.de itinere actuque priu.& l.inter ſtipul.in princip.ff.de verborum obligat.Sed
7 illa dicitur eſſe negatiua, † quæ priuationem continet. Illa verò appellatur affirmatiua,quæ poſitionem habet. Vel ſecundum Ariſt.libr. primo. Perihermenias ſeu de interpreta.capitul.iiij.Affirmatio eſt de aliquo,alicuius enunciatio. Negatio autem,enunciatio qua aliquid ab aliquo dimouetur. Vel ſecun. Dialecticos.præſertim Georg. Trapezuntiũ: Affirmatio eſt oratio,qua alicui quidpiam ineſſe dicitur ; vt Deus eſt iuſtus,Homo eſt animal. Negatio eſt oratio , qua per negationem prædicatum à ſubiecto remouetur , vt homo non eſt iuſtus.Non eſt ergo verum, quod dicebat Speculator, negatiuam dici, quæ verbis negatiuis proponitur; ſed ſpectandus eſt ſenſus. Quocircà declaratur quod dicebat Bald.in l.ſecunda.in fin.C.de condi.inſer. ex l.Titia.§. vltimo.ff.de manumiſſ.teſt. quod negatiua nunquam dicitur affirmare.Nam id intelligitur ſecundum verba, non autem ſecundum ſenſum.Eſt ſimile quod tradit gl.in l.Plaut. in gl.vlt.ff.de aur.& argen.lega.

Secundò accedit ſecun.Bartol.in dicta l.de ætat.nu.13.

falſum eſſe,quod abſolute dixit Speculator, negatiuam eſſe
8 improbabilem. Nam & perſæpe † negatiua probari poteſt;
Id quod vt clarius intelligatur;dicimus primũ; Negatiuam
9 †quadruplicem eſſe.Vna dicitur iuris, vt aliquem teſtari nõ
potuiſſe. Altera dicitur facti; vt aliquid factum non fuiſſe.
Tertia eſt negatiua qualitatis, vt aliquem nõ eſſe idoneum,
virum bonum.Quarta eſt negatiua,quę dicitur quantitatis,
vt non eſſe tanti ponderis,tantæ menſuræ, tanti numeri. Ita
declarant gloſſ.l.ſecunda.ff.de proba.& poſt alios Rip.in l.
in illa.numero 12.ff.de verborum obligatio.& in capi.cum
eccleſ.Sutrina.nume.72.de cauſa poſſ.& proprie,& melius
Salicet.in l.actor.colum.iij.verſi.nunc reaſſumo materiam.
C.de probat.
10 Prima negatiua quæ iuris dicitur, eſt, quando † aliquis
negat aliquid à lege permiſſum, & tunc ſi id eſt regulariter
permiſſum,vt puta eſſe procuratorem.l.nec nõ.§. quod eis.
ff.ex quibus cau.maio.qui negat aliquem eſſe poſſe procu-
ratorem,probare debet:quia regu.ei repugnat.Secunda eſt
11 negatiua,quæ facti dicitur.Et hæc eſt†improbabilis,quan
do eſt omninò ſimplex: atque ita primus eſt caſus, quando
non eſt coarctata nec loco,nec tempore;vt ſi nego:dico me
nunquam contraxiſſe. Hæc enim minime probabilis eſt.
Cum impoſſibile ſit probare, aliquem nunquam contraxiſ-
ſe,cum hoc non cadat in ſenſu, & conſequenter, nec in in-
tellectu,vt inquit Baldus in l.actor.columna ſecunda.C.de
probatio.Non enim negatiua hæc ſe offert ſenſui; ex quo
12 omni † ſenſus eſt paſſio, qua patitur ab excellenti ſenſibili:
ſicuti oculus à radiis ſolis, vel ab alia albedine. Quæ ſanè
paſſio in eo, quod non eſt,cadere non poſſet, vt inquit Ari-
ſtoteles in ſecundo de anima. Et præterea ſcientia cauſatur
per genus,& differentias,quæ non cadunt in non ente,nem-
pè,in eo, quod non eſt. Idem dicimus de ea negatiua, quæ
eſt coarctata,ſed ita modice, & parum, vt cadere minime
poſſit in ſcientiam hominis teſtimonium dicere volentis,vt
ſi propono me hoc anno non contraxiſſe. Non enim hoc
caſu reperiri poſſunt teſtes, qui iuſte poſſint atteſtari, me
non contraxiſſe.Ita Baldus in dicta l.actor. columna tertia.
C.de probatio.Ea eſt ratio,quia hæc negatiua, ob ſuam la-
titudinem indicatur negatiua ſimplex,& vniuerſalis.
13 Secundus eſt caſus,quando negatiua eſt † coarctata lo-
co,& tempore,vt ſi dico,me tali die, & hora non contraxiſ-
ſe in tali loco,& loco loci.Quę ſane coarctatio maxima eſt:
& ideò facile probari poteſt teſtibus, qui atteſtentur, quod
ea die,& hora,ego eram alio in loco. Idem eſt, quando eſt
mediocriter coarctata vel ratione loci, vel ratione tempo-
ris.Ita declarant Baldus in dicta l.actor.columna ſecunda.
C.de probationib.& Ripa in l.in illa.in fi.de verbo.obliga-
tionibus. De hac negatiua facti, noſtra etiam non eſt di-
ſputatio.
14 Tertia eſt negatiua, quæ † dicitur qualitatis, vt puta, ali-
quem non eſſe idoneum,non eſſe dignum,non eſſe diligen-
tem. Hæc probari poteſt, cum incluſam habęat affirmati-
uam, nempe, eſſe inhabilem, eſſe indignum, eſſe negligen-
tem,& deſidem. Et hanc negatiuam probare debet ille, qui
eam deducit,& proponit.Ita gloſſ.in dicta l.ſecunda,in ver-
ſicul.negatiua qualitatis. ff. de probatio. Quæ quidem ci-
tat textum in l.cum quidam ita fideicommiſſum, in ſecun-
do reſpon.de legat.ſecundo, & l.cum pater. §. rogo. de le-
ga.ſecundo,& egregie declarat Salicetus in l.actor. colum-
na tertia,verſicul.ſecundò quæro.C.de probatio.cum ergo
15 hæc negatiua † ætatis ſit negatiua qualitatis, nempe Sem-
pronium non eſſe pupillum, non eſſe minorem, non eſſe
iuuenem, non eſſe ſenem, probari poteſt ab eo, qui eam
deducit.
16 Quarta eſt negatiua,quæ dicitur quantitatis, † Hæc pro-
babilis eſt, & ab eo probari debet, qui eam deducit. Ita in
ſpecie docuit Salicetus, in dicta l.actor. columna vltima.
verſicul.quæro nunc quarto.C.de probatio.qui dixit, quod
quantitas ætatis, quod ſcilicet quis non habeat tot annos
probatur à deducente, qui probat per tempus ſuæ natiuita-
tis,vt puta,quod ſit natus tali anno, à quo hactenus decurſi
non ſunt niſi tot anni.Ita etiam negatiua in ſimilibus caſi-
bus quantitatis probatur;puta,ſi dicatur, quod res non eſt
tanti ponderis,vel tanti numeri,vel tantæ menſuræ.Hæc ſa-
17 ne gatiua†probatur vel teſtibus, vel inſpectione oculorũ.
Poſſunt enim interrogari teſtes,qui adfuerunt tẽpore pon-
derationis, menſurationis, vel numerationis, ſicuti mani-
feſtum eſt.
Quarta fuit opinio,& quidem egregia Baldi in l.cum te.
C.de proba.& Floriani in l.cum de ætate. numero ſexto.ff.
de proba.qui diſtinguunt aliquot caſus.Verùm cum non ſa-
tis perfectè diſtinguant,& explicent, infra nos, eum in mul-
tis ſecuti,plenius diſtinguemus.
18 Quinta eſt opinio eorum,qui ſcripſerunt,eum, † qui de-
ducit ætatem vel affirmatiuè vel negatiuè probare eam de-
bere.Hanc opinionem probarunt Bart.in l.de ætate.nume.
12.ff.de min.xxv.annis.& in l.prima.in fin.ff.de excep.& in
conſi.xcij.In quæſtione.nume.1.lib.j.Bal.in conſi.cclxiiij.
Factum tale eſt.libro primo.in conſi.cxxxiij.In caſu propo-
ſito.libro tertio.in conſilio primo. in fine. libro iiij. & in
conſilio xix.Factum tale.libr. quinto.Idem Baldus & latius
Salicetus in l.ſi minorem.columna ſecunda.verſicu.aut du-
bitatur de præſenti.C.de in integrum reſtitutio.mino.idem
Salicetus in l.cum te.C.de probatio.Geminian.in capitu.ſi
eo tempore.de reſcrip.in ſexto.Calder.in conſilio quinto,
in titul.de probatio.Imola in conſilio xxiij.In caſu præmiſ-
ſo.numero ſecundo.Alexand.in conſilio cxlix.numer.duo-
decimo.libro quinto.Calcaneus in conſi.lxxx.numero 17.
Decius in conſilio dclxxxij.numero 13.& in capitu.in præ-
ſentia.numero 50.de probat.& ibidem Bero. numero 201.
poſt Abba.numero 32.Lucas de Penna.in l.prima.colum-
na penultima.verſicu.ſed Ioan.Andr.C. de fide inſtrumen.
& iure haſtæ fiſcal.libro decimo.Alciatus in tracta.de præ-
ſumptio.regu.ij.præſumpt.xiiij.numero ſecundo. Gozadi.
in conſilio xxij.numero 13.Socin.Iun. in conſil. lxxxij.nu.
12.lib.ij.Aemilius Ferretus in l.cum de ætate.num.6.ff.de
proba.Marãta in l.is poteſt.nu.221.ff.de acqui.hær. Viuius
in libro communium opinionum in verbo,ætas.numero 1.
Ioſeph Lud.in deciſionib. Peruſinis in deciſio.lvj.Duenas
in reg.cclviij.Natta in conſil.dxiiij.nu.12. Riminaldus Iu-
nior in l.ſi emancipati. numero ſeptuageſimoprimo. C. de
colla.Borgnin.Caualcan.in tract.de tutore,& curatore.nu-
mero 293.& Sfortia Oddo in tractat.de reſtitutione in in-
tegrum,in prima parte quæſtio.trigeſimaſeptima, numero
tertio.verſicul.ſed contra Maſcardus in libro ſecundo, de
probationibus,concluſio.dclxvj.columna prima.& Vicen-
tius Francus bene eruditus iuriſconſultus, in deciſionibus
Neapolitanis in deciſio.cxix.numero octauo.Et ij quidem
adducti ſunt ex dicta l.de ætate.ff.de minor.ex lege ſi mino
rem.C.de in integrum reſtitut.mino.& ex lege, cum te.C.
de probatio.Accedit,& regula;quod is, qui aſſerit probare
debet.lege ei,qui.ff.de probatio.& lege actor.C.eodem.Et
rurſus hic,qui ętatem deducit,dicitur deducere tempus.Eſt
19 autem certum,quod deducens†tempus,debet illud proba-
re.l.cum actum.in princip.ff.de negotiis geſtis.l.cum, qui.
§.publiciana.ff.de pub.in rem actio.& l.matrem.C.de pro-
bat.gloſſ.in capit.venerabilis.in gloſſa penul.de ſenten.ex-
com.in ſexto,& Barto.in l.non ſolum.§.ſed vt probari.nu.
3.ff.de ope.no.nun.
Cæterum opinio hæc non eſt abſolutè vera: Cum non
20 ſemper † verum ſit,quod is, qui aſſerit tẽpus, probare illud
debeat:ſicuti ſubſequenti in caſu demonſtrabimus.
Sexta itaque eſt opinio vel verius diſtinctio, quam ego
nunc conſidero, ſecutus, & communem ipſam ſuprà rela-
tam ſententiam,& diſtinctionem Baldi & Floriani iam com
memoratam,eam tamen aliqua in parte ſupplendo. Conſi-
dero itaque,quod actus omnes, vel iam facti ſunt, vel fieri
debent:atque ita vel præteritum,vel futurum reſpiciunt. A-
ctus iam facti,vel impugnantur,vel iuſtificantur. Actus ve-
rò,qui in futurũ fieri debent,vel impediuntur,ne fiant, Vel,
vt fiant,demonſtranda eſt perſonæ habilitas.
Primus itaque eſt caſus,quando agitur de actu iam geſto
impugnando,& irritando;ſicuti quando quis vult reſcinde-
re contractum, mediante reſtitutione in integrum, ob id,
quod tanquam minor contraxit, & læſus eſt. Hoc caſu cer-
21 tum eſt,†quod ille,qui minorem ætatem deducit,eam pro-
bare debet.Ita Baldus in conſilio ſexageſimoſexto.Factum
tale eſt;apparet,columna prima verſicul.quò ad vltimum:
libro tertio.Florianus in l.cum de ætate.numero ſeptimo.
ff.de probat.Decius in conſilio dclxxxij.numero decimo-
tertio,



tertio, & Gozadin. in conſilio vigeſimoſecundo, numero
decimotertio.Et ſententiam hanc ſapienter ſecuti ſunt Bo-
nonienſes in prædicto eorum ſtatuto,Qualiter procedatur,
ſi ſuper ætate contendatur.§.ſed ſi reſtitutionis. Et ij qui-
dem adducti ſunt ex dicta lege de ætate.ff.de minor.l.ſi mi-
norem.C.de in integrum reſtitutio.minor.Et accedit ratio,
22 quod præſumitur pro actu, † qui habet debitam formam.l.
ab ea parte.ff.de probatio.& poſt Baldum, & alios ſcripſit
Decius in l.vltim.numero decimoquarto.C.de edict. Diui
Adrian.tollend.& in capitul.in præſentia,numero decimo.
de probationib.& copioſè diſſeremus infra libro ſexto,præ
23 ſumpt.xij.Qui ergo vult impugnare†actum dicitur habere
præſumptionem contra ſe,ob id grauatur probationis one-
re,iuxta l.generaliter.§.ſi petitum. in fine. ff. de fideicom-
24 miſ.liberta.Et rurſus,ætas † eſt quid incertum, cum quoti-
die fugiat,quotidie mutemur,l. proponebatur. ff. de iudic.
& egregiè explicat Alexand.ab Alexandro libro tertio.die-
rum genial.capitul.primo.Ille autem, qui deducit aliquod
incertum, probare debet.l.ſpadonum. §. qui ſolutus.ff.de
excuſ.tuto.Et tandem accedit, quod ille, qui deducit tem-
pus,probare illud debet.l.cum actum.in princi.ff.de nego-
tiis geſt.cum aliis ſupra allegatis,cum autem quis vult præ-
textu minoris ętatis contractum reſcindi,tempus illius mi-
noris ætatis deducit,Debet ergo ætatem illam probare.Et
hic caſus multò magis procedit,quando in contractu adhi-
bitum fuit decretum prætoris.Ita Baldus in dicto conſilio
lxvj.columna prima.libro tertio.& in conſi.ij.lib.iiij.
Extenditur hic caſus,vt procedat etiam quando ætas ac-
ceſſoriè allegatur ad actus impugnationem. Nam & tunc
eam deducens probare debet.Ita docuit Aemilius Ferretus
in l.cum de ætate.numero ſeptimo. ff. de probatio. reiecta
opinione Decij in dicto capitul. in præſentia. numero 50.
verſicul.& prædicta concluſio.de probatio.& prius Abba-
tis numero 32.& 33.Non enim Decij traditio probatur eo
contextu capit.in præſentia. de probatio. Quandoquidem
fratres ibi petebant fideicommiſſum: & ſibi deberi proba-
bant ex teſtamento:ſyndicus monaſterij obiiciebat dicatio
nem factam à teſtatore,eumque monaſterio obtuliſſe ſe &
ſua.Idque probarunt.Replicarunt fratres,eam oblationem
fuiſſe factam à minore,idque docuerunt verum eſſe. Tripli-
cauit ſyndicus,factam eſſe aliam oblationem poſt priorem,
contra hanc ſimiliter allegarunt fratres,factam fuiſſe à mi-
nore:ſed hoc non probarunt. Et ideo contra eos lata fuit
ſententia.Hic quidem agitur de ætate acceſſoriè:ſed tamen
eam probare debet is,qui eam allegat ad impugnandum a-
ctum, nempe oblationem à teſtatore factam. Non etiam
probat Decij traditionem capit.cum virum.de regula cum
nil de ætate deducta principaliter,vel incidenter probanda
dicatur.Cæterum ſtatutum prædictum Bononiæ.§.ſi autem
veniat.verſ.ſed ſi de ætate.ſtatuiſſe mihi videtur, quod quiſ-
quis ille ſit,qui vel ad ſui commodum, vel alio quouis mo-
do deducit ætatem incidenter poſt litem conteſtatam, eam
is probet.Ita enim ſignificant illa verba,ſed ſi de ætate, quæ
aduerſantur præcedentibus.
Ex prædictis nunc multa inferuntur,ac primùm infertur,
25 quod ſi quis aſſerit aliquem,cui collatum fuit†beneficium,
eſſe ætate minorem,atque ita inhabilem,probare id debet.
Ioannes Andreæ in capit.infamibus.columna tertia. de re-
gulis iuris.in ſexto.Baldus in l.cum te.C.de probatio.Ale-
xand.in conſilio centeſimoquadrageſimoſeptimo. numero
decimoſexto.libro quinto.Florianus in dicta lege cum de
ætate.numero ſexto.ff.de probationib. Alciatus in tractat.
de præſumption.regula tertia præſumption.decimaquarta.
numero ſecundo.Socinus Iunior in conſilio octuageſimo-
ſecundo.numero duodecimo.libro ſecundo. & Maſcardus
libro ſecundo.de probatio.concluſio.dclxvj.numero octa-
uo.Hinc defendi poteſt quod ſcripſit gloſſa,in lege tertia,in
verbo,commiſſæ in fine.ff.de receptis arbit.cum dixit, eum
27 præſumi†maiorem,qui pro tali fuit condemnatus, & ideò
ſi is vult impugnare ſententiam eo ſub prætextu, quod eſſet
minor probare id debet.Et gloſſam illam ſecutus eſt Lucas
de Penna in lege tertia.præſumpt.xxxv.C.de apochis publ,
libro decimo.
Eſt ſimile quod docuit Gallia̾ula in rubric.ff. de verbo-
rum obligationibus.numero 161.verſicul.vnde hoc caſu,
cum dixit,quod ille,qui iam admiſſum ad officium, vult re-
pellere tanquam illegitimum,probare debet,arg.cap.inno-
tuit.de actio.
Secundus eſt caſus,quando ætas deducitur ad iuſtifican-
dum actum, exempli gratia, deducitur ætas pupillaris, ad
demonſtrãdum rectè tutorem alicui datum fuiſſe tanquam
28 pupillo.Iſte deducens † ætatem hanc probare nõ debet.Ita
Floria.in d.l.cum de ætate.numer.7.ff.de probatio.ex textu
l.Seiæ egreſſæ.ff.de tuto.& curat.datis ab his. Poteſt etiam
adferri exemplum in eo,qui ad aliquod officium, vel magi-
ſtratum eſt electus,eoque fungitur.Is enim nõ tenetur pro-
bare ſe eſſe legitimæ ætatis, vt iuſtificet electionem ſuam.
Ita Cyn.& Baldus in l.cum te.C.de probat.& ibidem Sali-
cet.col.vlt.ver.aut quæritur de iſtis, & Alcia.in d.præſump.
xiiij.nume.3.ver.tertiò fallit.Ea eſt ratio, quia præſumptio
ſtat pro ipſa electione:quod ſcilicet fuerit legitimæ ætatis.
Et hic nullius præiudicium verſatur.Ita dicimus ſecundum
Alciatum præcitatò in loco, quod ille, qui profeſſionem
29 † religionis fecit, præſumptionem habet pro ſe quod in
ætate legitima eam fecerit,vt inquit gloſſ.in dicto capitul.
in præſentia de probatio. Et ideo non tenetur probare ſe
eius fuiſſe ætatis. Ex his intelligimus ſtatutum prædictum
Bononiæ, Qualiter procedatur ſi ſuper ætate contendatur.
§.ſi autem veniat, ibi vel conſeruare, eſſe iuris communis
correctorium,ex quo vult, cum etiam probare debere æta-
tem,qui agit de iure conſeruando, quod idem eſt ac iuſtifi-
care,cum præſupponatur eum eſſe in poſſeſſione ſtatus & a-
ctus,qui eſt iuſtificandus.
Tertius eſt caſus,quando reſpectu actus futuri deducitur
ætas ad impediendum ne actus fiat, ſeu ne quis admittatur
30 ad aliquod officium,vel munus.Hoc caſu, † qui ætatem de-
ducit probare eam debet. Exemplum, ſi quis vult impedi-
re atque ita repellere aliquem, ne poſſit eſſe procurator in
iudicio,aſſerendo illum eſſe minorem, probare id debet, ſi-
ue actor,ſiue reus ſit iſte,qui aſſerit.Ita Petrus,Cynus & Sa
licetus in l.cum te.C.de probatio.Ioan.Andreæ in capi.in-
famibus.de regulis iuris in vj.Lucas de Penna in lega.j.co-
lumna vltima.C.de fide inſtrumen.& iure haſtæ fiſca.libro
decimo.& Alciatus in tracta.de præſumpt.reg.ij. præſump.
xiiij.numer.ſecundo.Poteſt etiam adferri exemplum, quod
ſi quis aſſerit matrem pupilli eſſe, ab ipſius pupilli ſucceſ-
ſione repellendam ob id, quod non petierit tutorem dari
ipſi pupillo iuxta.l.matris.C.ad Tertullian.probare debet,
filium illum fuiſſe pupillum.Ita reſpondit Baldus in conſi-
lio xix.factum tale eſt. Quidam Vanus. columna ſecunda.
verſicul.præterea iſte.libro quinto.quem ſecutus eſt Alcia-
tus in d.præſumpt.xiiij.numero ſecundo.Ea ratione motus
eſt Bald.quod hic, qui aſſerit matrem non petiiſſe tutorem
arguit matrem negligentiæ,& eam criminis quodammodo
accuſat.& dolum ei adſcribit,ea propter probare debet fi-
31 lium illum fuiſſe tunc pupillum. Nam qui dolum † arguit,
probare debet.l.quoties.§.qui dolo.ff.de probatio.& dice-
mus j.lib.v.præſump.xxvij.
Eſt etiam exemplum in caſu, cuius meminit Alciat.in d.
præſumpt.xiiij.numero quarto. quod ſi pater grauauit fi-
lium fideicommiſſo,conceſſa tamen ſibi libera teſtandi fa-
cultate,cum ad vigeſimum annum perueniſſet, & ipſe fue-
rit teſtatus fideicommiſſarij non grauabuntur onere pro-
bandi, quod is grauatus eſſet infra illam ætatem: ſed hære-
des ab illo inſtituti probabunt, quod is grauatus eius erat
ætatis,cum teſtaretur.Ea eſt ratio(inquit Alciatus)quia iſte
actus teſtandi directò reſpicit præiudicium fideicommiſſa-
riorum.Et ideò hoc caſu ſtamus regulæ, Et ſubiungit Alc.
ſe ita aliquando vidiſſe obſeruari in foro,
32 Quartus eſt caſus, quando aliquis deducit ætatem † ad
demonſtrandum ſe eſſe idoneum & habilem, vt aliquid con
ſequatur:Exempli gratia,collatum eſt alicui beneficium, ſi
legitimæ ætatis eſt, obiicitur huic, quod non eſt legitimæ
ætatis,vt admitti debeat.Hic clericus,vt demonſtret ſe ha-
bilem & idoneum probare debet,ſe eſſe maiorem,atque ita
ætatis legitimæ.Ita Ioan.Andreæ in capitul.infamibus. co-
lumna tertia.de regulis iuris.in ſexta.Salicetus in l. cum te.
columna ſecunda.verſicul.ſi vero quæritur.C.de probatio.
Floria.in dicta l.cum de ætate.numero ſeptimo. de proba-
tio.Alciatus in dicto præſumpt.xiiij.numero tertio.verſicu.

fallit ſecundò.qui ita intelligit gloſſ. in capitul.presbyter. lxviij.diſtinctio.& ſequitur Maſcardus in dicta concluſio. dclxvj.numero quadrageſimoquinto.& idem decidit Rota Romana referente Verallo in deciſio.cccxiij.in prima parte. Et cum iure ipſo communi conuenit prædictum ſtatutum Bononiæ.§.ſi autem.ibi volens ex ætate maiori vel mi-
33 nori commodum.Ea eſt huius ſententiæ ratio,quia† qui aſſerit eueniſſe conditionem probare id debet.l.in fideicommiſſi.§.cum Pollidius.ff.de vſur.l.ex his.C.quando dies legat.cedat.

Poteſt adferri aliud exemplum, pater ſubſtituit filio ſuo impuberi Caium,ſi is filius impubes in ætate pupillari deceſſiſſet.Deceſſit is filius,Caius vult admitti ex ea ſubſtitutione pupillari, aſſerens filium illum fuiſſe pupillaris ætatis, quando deceſſit. Hic ergo Caius ſubſtitutus probare debet ætatem illam pupillarem,illius filij præmortui.Ita ſenſit Baldus in conſilio decimonono.Factum tale eſt.Quidam Vanus.in primo dubio.& in conſilio cxlv.In cauſa vertente inter dominam verſi.ſicut ille,qui dicit.libro quinto. & illum ſecutus eſt Socinus in l.qui duos. §. cum in bello. columna vltima.ff.de rebus dubiis. Idem affirmarunt Bartolus in conſilio quinquageſimoſexto.Berta fecit teſtamentum.libro primo. Ripa l.ex facto.§.penultimo.numero vndecimo.ff.ad Trebellia.Didacus libro ſecundo.varia.reſolut.capit.ſeptimo.numero ſeptimo.verſicu.& ſicuti Aemilius Ferretus in l.cum de ætate.in fine.ff.de probat.& Natta in conſilio cccxcv.numero quarto.libro ſecundo. Ea eſt
34 ratio, quia ſubſtitutio † pupillaris eſt quædam ſubſtitutio ſub conditione facta, hoc eſt, ſi ille pupillus deceſſerit in ætate pupillari.At ille,qui aſſerit eueniſſe cõditionem, probare debet.d.l.in fideicommiſſi.§.cum Pollidius.

35 Secundò accedit, quod venientibus † ab inteſtato debetur hæreditas legis diſpoſitione.l.legitimā.ff.de verborum ſignificationibus.cum ſimilibus.At qui vult excludere aliquem ab eo iure, quod ſibi competit iure vel naturali, vel ciuili,probare debet cauſam,ob quam ille excluditur, cum iſte habeat legem pro ſe,atque ita præſumptionem.l.ab ea parte.ff.de probatio.Ergo ſubſtitutus probare debet mortem pupilli.

Quibus conſtat minus rectè ſenſiſſe eos, qui exiſtimarunt,quod non ipſe ſubſtitutus teneatur probare, filium illum fuiſſe ætatis pupillaris, quando deceſſit: ſed hoc onus pertinere ad venientes ab inteſtato. Qua in opinione fuerunt Ioan.Baptiſta à ſancto Seuerino in lege precibus.numero octuageſimotertio.C.de impuber. & aliis ſubſtitut. Decius in capitul. in præſentia. numero quinquageſimo. verſicul.prædictis etiam adde. de probatio. Sapia in dicta lege de ætate.numero quinquageſimoſecundo. Curtius Iunior.in dicta lege precibus. numero nono. Alcia. in dicta præſumpt.decimaquarta.numero quarto. verſicul. & facit, quod & Maſcardus in dicta concluſio.dclxvj.numero trigeſimonono. Et ij quidem affirmant ita reſpondiſſe Baldum in conſilio quod incipit.Ex parte contingente. quod ſanè reſponſum inuenire hactenus nõ potui.In hanc opinionem ij adducti ſunt.Primò lege ex facto.§.penultimo.ff.ad Trebellianum.Verùm omiſſis interpretationibus Ripæ ibidem numero vndecimo.& Nattæ in dicto conſilio cccxcv. numero ſeptimo. reſponderi poteſt. ibi primum ſtatuiſſe Vlpianum,quod decedentibus eodem naufragio patre, & filio,præſumitur patrem ſuperuixiſſe filio atque ita patrem deinde deceſſiſſe nullis relictis filiis. Quod qua ratione ſit factum dicemus infra libro ſexto præſumptio.vbi explicabimus, ex duobus mortuis naufragio, quorum primus deceſſiſſe præſumatur.Hac itaque præſumptione poſita,ſequitur verum eſſe quod ſubiungit Vlpia.eueniſſe conditionem atque ita locum eſſe reſtitutioni fideicommiſſi. Non ita eſt in ſubſtitutione pupillari:cum lex non ſtatuerit, illum præſumi deceſſiſſe in pupillari ætate.

Secundò adducitur,quod ita eſt dicendum fauore ſubſtitutionis pupillaris,vt valeat.argu.l.quoties.ff. de reb. dub. cum ſimilibus.

Reſpondetur, quod immo fauor ſubſtitutionis non eſt conſiderabilis,vt probat text.lege ſed & in illo.ff.de rebus dubiis,vbi mortuis ſimul inſtituto, & ſubſtituto, non præſumitur prius mors pupilli,vt ſubſtitutio effectum habeat;
immo ea perit, & extinguitur. Nec repugnat regula dictæ
36 legis quoties.ff.de rebus dubiis.quia † illa non habet locum vbi agitur de notabili præiudicio alterius, vt declarat Decius in capitul.ſuper eodem.columna ij.verſicu.aliàs ſecus.de offic.deleg.

Declarantur nunc tres illi caſus, in quibus diximus ætatem probari debere ab eo,qui vel actum impugnat, vel impedire vult,ne fiat,vel vult tanquam habilis admitti: ij ſanè
37 caſus declarantur,vt locum non habeant,† quando coniectura,& præſumptio ætatis demonſtratiua, ſtat pro eo, qui ætatem hanc allegat.Nam tunc præſumptio, & coniectura ſtat loco probationis,donec contrarium probetur,iuxta legem generaliter.§.ſi petitum.in fine. ff. de fideicommiſſ.liber.Et in probanda ipſa ætate coniecturas ſufficere diximus ſupra.

38 Prima eſt coniectura,quando corporis † aſpectus aliter demonſtrat.Nam cum aſpectus præſumptionem faciat, illum tantæ eſſe ętatis.lege minor xxv.annis adito præſide.ff. de mino.& ſcribunt Bartol.in dicta lege de ætate.numero decimo.ff.de mino.dicendum eſt,hunc proponentem ætatem ſatis habere fundatam intẽtionem.& eius aduerſarium debere probare contrarium.ſicuti in ſpecie declarant Baldus in conſilio ccccxviij.libro ſecundo.Alber.in l. de ætate.numero ſecundo.in fine.ff.de mino.viginti quinque.annis.in lege ſi minorem.columna prima.& ibidem Salicetus. C.de in integrum reſtitutio.mino.Alciatus in dicto tracta. de præſumptio.regula ſecunda.præſumptio.decimaquarta. numero tertio.verſicul.fallit primo.Gramma. in deciſion. quadrageſimaoctaua. numero decimoſexto. & in conſilio quarto.numero nono.in crimina.& in Voto decimoquarto.numero tertio.& quarto.Maſcardus in dicta concluſion. dclxvij.numero primo.& Sfortia Oddo in tractat.de in integrum reſtitutio.quæſtio.trigeſimaſeptima. numero duo-
34 decimo,& verſatur hic † iudicis arbitrium, vt ſcripſi in libro ſecundo.de arbit.iudicum.caſu cxvij.Et de probatione ætatis per teſtes deponentes de aſpectu, dicemus in ſubſequenti præſumptione.

Secunda eſt præſumptio, & coniectura, quando alicui
40 datus fuiſſet curator, tanquam † minori. Nam tunc præſumitur minor.Ita Baldus in conſilio cclxiiij.in fine.libro ſecundo,& in lege cum te.columna prima.verſicul.interdum ætas allegatur.C.de probatio.& ibidem Angelus Imola in conſilio vigeſimotertio.numero ſecundo.Alexand. in conſilio vigeſimoprimo.numero primo.libro primo.& in conſilio centeſimoquadrageſimoſeptimo.numero decimo. libro ſeptimo.Corneus in conſilio lxix.numero ſecundo.libro primo.Ruin.conſilio nonageſimonono. numero quinto.libro quarto.Decius in conſilio octuageſimoſexto. numero ſeptimo.in conſilio cccccxxv.numero quinto.in fine. & in capitul.cum venerabilis.numero 26. de exceptio. Iacobinus in l.cum in ætate.in fine.ff.de probat.Petrus Beneintend.in deciſion.lxxxij.Borgnin.Cauale.in tractat.de tutore,& curatore.numero 294.Sfortia Oddo in d.quæſtio. trigeſimaſeptima. numero decimotertio. & numero 90. Maſcardus in libro ſecundo. de probation. concluſ.dclxvj. numero trigeſimoquinto.& in concluſio. dclxxiiij. qui latius explicat.Hæc coniectura probatur ex dicta l. cum te. C.de probatio.Et hanc eſſe præſumptionem iuris, ſcripſit Ioan.Andreæ in additio.ad Spe.in tit.de præſum.§.ſpecies. nu.5.in verbo,in prædictis.

Cæterùm Alex.in conſil.xxj.nu.1.libr.j.intelligit coniecturam hanc locum habere quò ad eum, cuius cauſa datus fuit curator:non autem quò ad cæteros omnes:cùm quò ad reliquos,ſit res inter alios acta; quæ nil præiudicat.l.vnica. C.res inter alios acta.Alia eſt diſtinctio,quam facit Alciat. in d.præſum.xiiij.in fine.quem viſus eſt ſequi Maſcardus in conclu.dclxxiiij.nu.10.Inquit Alciatus.aut datio curatoris facta ad alicuius inſtantiam, facta fuit ſine cauſæ cognitione:& quodammodo extraiudicialiter.Et tũc procedit Alexandri declaratio.Aut curator datus fuit ſolenniter adhibita ſcilicet cauſæ cognitione, in contradictorio iudicio. Et tunc minor illa ætas ſatis dicitur probata,etiam quo ad cæteros omnes.Atque ita procedit indiſtinctè illa opinio Bal. Angeli & ſequacium.Ea eſt ratio,quia actus iſte ſolennis iudicialiter factus,præſumptionem facit,iuxta doctrinã Alex. in l.



in l.ſæpe.nu.71.ver.fortius dixit,qui ait,facere ſemiplenam probationem.ff.de re iud.& Tiraquel.in trac.res inter alios
41 acta.limita.xix.Cum dixerunt,actus† iudiciales facere præſumptionem cõtra alios. Quæ ſanè præſumptio ſufficit iſto in caſu,vt diximus ſuprà.Et comprobatur ſecundum Alciatum loco præallegato auctoritate Abb.in c.cum inter, il ij. de electio.cum dixit,quod ſi quis reiectus eſt ab electione ob morbũ, talis reiectio operatur, quò ad alias electiones, niſi probaretur ſanitas. Quandoquidem illa reiectio facta cauſa cognita, præſumptionem facit quo ad alias electiones.

Verum huic diſtinctioni repugnat quod ſcripſit Bart.in hac.l.de ætate.nu.16.cum dixit, quod nec cõfeſſio,nec probatio ætatis facta in iudicio contradictorio,alteri nocet:Et tamen ſolenniter ibi omnia facta fuerunt.

Crediderim rectius diſtingui poſſe ex mente Saliceti in l.ſi minorem.colum.penul.verſi.quæro quidam.C.de in integr.reſti.mino.& Ruini in conſilio xcix. numero ſexto. libro quarto,quod aut minori datus eſt curator reſpectu certæ cauſæ,& certæ perſonæ.Et tunc datio hæc nõ facit coniecturam inter alios:ex quo reſtricta eſt datio ad illam cauſam,& illas perſonas,& limitata cauſa limitatum parit effectum.l.in agris.ff.de acquirẽ.rerum do.Et hoc in caſu procedit opinio,& declaratio Alexandri. Aut datus eſt curator minori ſimpliciter,& abſolute:& hoc caſu illa datio probat illum fuiſſe minorem quò ad omnes, & quoſcunque, qui deinde cum eo contraxerunt.Et hoc in caſu procedit prima illa opinio Baldi, Alberici, & Saliceti.Et prædicta quidem coniectura procedit reſpectu illius temporis quo datus fuit curator: non autem ſi deinde alius actus poſt ab eo confectus ſit.Ita declarat Imola in dicto conſilio xxiij. numero 2.Et confert quod tradit Barto.in dicta l.de ætate.num.17.
42 de minor.cùm dixit,† ſententiam latam ſuper ætate, fidem quidem facere in alio iudicio reſpectu ætatis illius temporis,quo lata fuit.

Tertia eſt præſumptio,& coniectura,quando quis litiga-
43 ret † cum aliquo tanquam cum minore. Nam ex eo fateri diceretur,eum eſſe minorem, & conſequenter ipſe litigans teneretur probare,illum eſſe re vera minorem. Ita docuit Baldus in l.ſecunda.§.quod obſeruari.C. de iureiuran. propter calum.dan.& in l.cum te.C.de probatio. & reſponderunt Alexand.in conſilio xxj.numero 2.libro primo. Riminaldus Senior in conſi.cviij.numero vigeſimo.libro primo.Iacobinus in dicta l.cum de ætate.in fi.ff.de prob.idem ſenſit Alciatus in reſpõ.cccccxx.nu.3.& Sfortia Oddo in d. q.xxxvij.nume.15.

## PRAESVMP. LI.

Aetatem hominis,præſumptionibus,& coniecturis interdum probari, & ex quibus hæ præſumptiones aliæq; probationes ducantur, variè, & dilucidè explicatum.

### *SVMMARIVM.*

*1 Natiuitatis punctus cum difficilis ſit probationis,coniecturis,& præſumptionibus ſatis probatur.*

*2 Aetas vel maior vel minor generatim probanda, non eſt adeo difficilis probationis.*

*Quomodo autem probatio ea fiat.numero 3.8.11.29.37.38..42. 53. & 57.*

*4 Venetorum inter nobiles,profitendæ natiuitatis conſuetudo.*

*5 Libris, & actis publicis quomodo non habeatur fides, & numero 6. & 7.*

*9 Scripturæ,& libri parentum,an plenè probent liberorum ætatem, vel præſumptiuè tantum.nu.10.*

*12 Teſtimonium parentum circa filiorum ætatem,an coadiuuet,vel adminiculum ſerat alijs probationibus, aut probet ſemiplene, numero 14.*

*13 Voci viuæ,plus quam mortuæ creditur.*

*15 Domi,& ſecreto facta,teſtimonio domeſticorum probantur.*

*16 Mortis filij tempus,teſtimonio patris probatur.*

*17 Teſtimonium patris quando faciat fidem plenam.*

*18 Teſti à partibus approbato creditur,& plena fides datur, etſi alias non ſit fide dignus.*

*19 Pater notarius,quando poſſit recipere inſtrumentum pro contractu geſto à filio.*

*20 Teſtis minus idoneus,coniunctus alijs fide dignis,fidem facit.*

*21 Patri tanquam perſonæ valde honeſtæ,& in dignitate poſitæ, fides plena adhibetur.*

*22 Vxor tanquam perſona valde honeſta pro marito teſtimonium reddere poteſt.*

*Id tamen in dubium reuocatur.nu.23.*

*24 Perſonæ ob meritum,non eſt à iure communi recedendum.*

*25 Bonus,& perfectus adeo nemo eſt,quin legi ſubſit.*

*26 Patri litiganti aduerſus filium,non creditur de ætate filij ad detrimentum eius.*

*27 Teſtimonium in re propria dicere, nemo etiam excelſæ dignitatis, poteſt.*

*28 Teſtimonium parentum concurrens cum alio adminiculo, plene circa filij ætatem probat.*

*30 Obſtetricis,& nutricis teſtimonio,ætatem probari.*

*31 Teſtium dicta intelligenda ſunt,ne contraria appareant.*

*32 Temporis quantitas,ignorato eius initio,cognoſci non poteſt.*

*34 Inſtrumenta,& teſtes procedunt à pari.*

*35 Inſtrumentorum aliquando maior,quam teſtium fides.*

*36 Inſtrumentum factum tempore contractus matrimonij, vtrum filij ætatem probet.*

*37 Matrimonium inter perſonas honeſtas, præcedere conſueuit feſtinos amplexus.*

*39 Confeſſio eſt certa,& manifeſta aduerſus confitentem probatio.*

*40 Confeſſione ſua,ius aduerſario auferre nemo poteſt.*

*41 Minor maiorem ſe confeſſus, nihilominus reſtitutionem in integrum petit.*

*43 Coniunctus aut vicinus,quibus caſibus non præſumitur ſcire acta coniuncti vel vicini,& quibus caſibus præſumatur ſcire.nu.44.*

*45 Aetatis cognitio non cadit in conſanguineum vel vicinum, quando eſt longe maioris ætatis,quam is de quo agitur.*

*46 Natiuitatis actus eſt momentaneus,nec præſumitur cognitus à vicino vel conſanguineo.*

*47 Hæredem ſciuiſſe mortem defuncti quomodo probandum.*

*48 Aetatem non probat teſtis,eiuſdem vel minoris ætatis exiſtens.*

*49 Probatio dubia non recipitur.*

*50 Aetas teſtimonio vicini vel conſanguinei probatur, ſi ætate maior eſt, & de probanda ætate in totum agatur.*

*Et quando id fallat.nu.51 & 52.*

*54 Plebani ſeu parochi libro,quando adhibeatur fides.*

*55 Excommunicatus cenſetur,repertus apud plebanum in matricula excommunicatorum,non cancellatus aut abraſus.*

*56 Plebani liber in quo deſcriptus eſt Baptiſmus alicuius, quomodo probet ætatem.*

*58 Aetas non probatur teſtibus per aſpectum, quando agitur de probanda ætate non cognoſcibili ab omnibus.*

*59 Teſtis de his quæ ſenſu corporeo percipit,teſtimonium ferre debet, cum aliquo tamen iudicio intellectus.nu.60.*

*61 Aſpectus facile,quem decipit.*

*62 Teſtis deponens de his,quæ ſolo iudicio intellectus percipiuntur, probat ſi non interrogatus reddit rationem.*

*63 Aetatem probat teſtis de aſpectu,quando agitur de probanda ætate communiter cognoſcibili.*

*64 Qualitas corporis apta ad contrahendum matrimonium,& generandum cognoſcitur ex aſpectu.*

*65 Aetatis exceſſus vel magnus vel modicus quomodo cognoſcatur,& probetur.*

*66 Hominem viuere poſſe,vel viuere præſumi ad 100.annos.*

*67 Aſpectus hominis in dies mutatur, & homo alter quodammodo efficitur.*

*68 Vſusfructus ad vitam vſufructuarij reſpicit, & ea finita, extinguitur.*

CVM ſuperiore præſumptione diſputatum à nobis ſit,quis teneatur probare ętatem in iudicio deductam. Nunc cõtingit dubitari, quomodo & quibus probationibus demonſtrari illa poſſit?Hac in re duos caſus diſtinguere ſoleo, quorum vnus eſt, quando agitur de probando ætatis principio, ſicque de probando puncto natiuitatis: alter qñ ſolum tractatur de probãda ipſa ætate vel maiori, vel minori gñatim (vt ita

(vt ita dicam) & non punctim.

Primo illo caſu verè difficilis eſt illius ætatis probatio,
1 Cum punctus † natiuitatis incognitus ſit; ex quo clam, & in occulto parere ſoleant mulieres; Et proptereà coniecturis, & præſumptionibus ſatis probatur, vt ſcribunt Baldus in l. cum te.nu.2.C.de probatio.in conſil.ccxiij.occurrit dubiũ in fi.lib.ij.& in conſi.x. Factum tale eſt. Quidam Vanus.col. ij.verſi.modo venio.lib.v.Iacobinus de ſancto Georgio in l.cum de ætate.nu.2.ff.de proba.Sebaſtia.Sapia in l.de ætate.nu.24.ff.de minor.Alciatus in tracta.de præſumpt.regu. ij.præſump.xiiij.num.5.& in reſpon.ccccix.nu.2.Soci.Iun. in conſi.iij.nu.1.lib.ij.Gratus in conſi.xlij.nu.24.libr.j.Putheus in deciſi.ccij.lib.j.Sfortia Oddo in tract.de in integr. reſtit.q.xxxvij.nume.32.& Maſcardus lib.ij.de proba.conclu.dclxv. & dclxxv.& Quintilian.Mandoſius in commentariis ad regulas cancellariæ,reg.xviij.De ętate pro canonicatu.q.iiij.nu.3.Quocirca teſtimonium obſtetricum, parentum,& vicinorum plurimum valebit; & de quibus quidem probationibus ſtatim diſſeremus. Et has quidem probationes coniecturales ſufficere etiam, quando conditionaliter probationes requiruntur; ſcripſit Sapia in d.l.de ætate.nu. 25.& Maſcardus in lib.ij.de probationib.in cõcluſ.dclxxv. nu.11.Veluti ſi clerico collatum eſt beneficium ſub conditione, ſi legitimæ ætatis eſt. Hanc enim legitimam ætatem probare debet Clericus iſte, vt cenſuit poſt alios Alciatus in d.præſumpt.xiiij.nu.5.verſi.tertio fallit. Cæterum traditio hæc pendet ab his, quæ ſcripſi ſuperiore lib.q.xxxvij.cũ explicaui, an præſumptiones,& cõiecturæ verè probationes dici poſſint, cum conditionaliter requiruntur.

2 Secundus eſt caſus, quando agitur de probanda † ætate maiori, vel minori generatim, non autem (vt dixi) punctim. Hoc caſu difficilis non exiſtimatur ætatis probatio, quemadmodum præcitati Doctores ſcribũt, præſertim Sapia. Et hoc in caſu variæ,& plures fieri ſolent probationes.

3 Prima eſt ætatis probatio, quæ ſumitur † ex libris & actis publicis ciuitatis,& oppidi; in quibus quidem actis,& libris deſcribi ſolent homines ſtatim quo nati ſunt. Ita in ſpecie Alciatus, Mandoſius & Maſcardus, quos infrà commemorabo,& probat tex.l.etiam.ff.de probatio.cuius verba hæc ſunt. Etiam matris profeſſio de ætate filij recipitur: ſed & auiæ. Profiteri eſt publicè apud acta aliquid vltrò denuntiare, quod vulgò inſinuare dicunt: quemadmodum auctoritatibus bonorum auctorum declarat Gulielmus Budæus in annota. Pandectarum ad l.cum de ætate.ff.de probatio. quo loci ſcribit, conſueuiſſe antiquos ſibi natos liberos denuntiare, vt deſcriberentur apud acta Præfecti ærarij Saturni; ſicut meminit & Iulius Capitolinus in Marco philoſopho. *Inter hæc* (ait Capitolinus) *Liberales cauſas ita innuit, vt primus iuberet apud Præfectos ærarij Saturni, vnũquemque ciuium natos liberos profiteri, intra trigeſimum diem nomine impoſito.* Et idẽ in Gordiano ita ſcriptum reliquit. *Nam illud ſatis conſtat, quod filium Gordianum nomine, Antonini ſigno illuſtrauit, cum apud Præfectos ærarij, more Romano profeſſus filium, publicis actis nomen eius inſereret.* Et Suetonius in Tiberio ita ſcripſit. *Natus eſt Romæ in palatio 16. Kalend. Decembr. M. Aemilio Lepido iterum, & M. Planco Coſſ. poſt bellum Philippenſe: ſic enim in faſtos actaque publica relatum eſt.* His accedit & Apuleius apologia 2. cuius verba adſcripſi. *De ætate verò Pudentillæ, de qua poſt iſta ſatis confidenter mentitus es, vt etiam ſexaginta annos natam diceres nupſiſſe, de ea paucis tibi reſpondebo. Nam in re tam perſpicua non eſt opus pluribus diſputare. Pater eius natam ſibi filiam more cæterorum profeſſus eſt, tabulæ eius partim tabulario publico, partim domo aſſeruantur. Quæ tibi ob os obijciuntur. Porrige Aemiliano tabulas iſtas, ligna conſideret, ſigna, quæ impreſſa ſunt, recognoſcat, conſules legat, annos computet: niſi fallor, inueniet nunc Pudentillæ haud multò amplius quadraginta annorum ætatis &c.* Huius profeſſionis inſtitutio facta fuit primum à Seruio Tullio Rege Romanorum tertio, qui primis illis vrbis temporibus inſtituit, vt parentes cognatiuè naſcẽtium, certam pecuniam publicè Iunoni Lucinæ darẽt. Qui etiam ab adoleſcentia in virilem ætatem migrabant, ſimiliter domum dabant Iuuentæ Deæ, morientes tantundem Libitinę. Qua ratione id factum fuerit, Dionyſius Halicarnaſſæus libro quarto antiqui. Roma. memoriæ prodidit his verbis. *Vt ſingulis annis cognoſcere poſſent, quantum eſſet in vrbe ciuium, & cuius ætatis. Ea cura tranſlata deinde fuit, auctore Liuio, ad Cenſores M. Geganio, & M. Tito Quintio Capitolino Coſſ.* Itaq; ſingulis Luſtris noua cenſorum creatione id fiebat. Eaque à profitendo profeſſio dicta eſt. Poſt Cenſores Prætorũ ea cura fuit, teſte M. Tullio in oratione pro Archia Poeta. Cæſaris deinde Auguſti temporibus, à Cæſare ipſo conſtitutum fuit, vt hæc profeſſio fieret omnibus in prouinciis, teſte Luca Euãgeliſta c.ij. Exiit edictum ab Auguſto Cæſare, vt deſcriberetur vniuerſus orbis.

Hæc profeſſio fiebat, addito die,& conſule: propterea profeſſione ætas facile probari olim poterat.l.prima.C.ſi minor ſe maio. dixe. Hac itaque de profeſſione loquitur text.dicta l.etiam.ff.de probatio.ſic etiam intelligi debent. l.cum ætate.& l.vltima.ff.eodem. Ita & l.ſecunda.& l.tertia. l.forma.ff.de cenſibus.l.nec omiſſa.& l.parentes.C.de liberali cauſa.& l.non nudis.C.de probation. Et hæc profeſſio aliquando appellatur ſcriptura natiuitatis, l.ſecunda.in princip.verſicul. ætas. ff. de excuſa. tuto. Hic mos profitendæ
4 natiuitatis filiorum obſeruatur,& hodie Venetiis † inter nobiles, qui lege ipſa Veneta, tenentur ſtatim quo nati ſunt filij, publicis in actis referri facere, vt aliquando ſummis illis nobilitatis priuilegiis potiantur. Et huius Venetę legis meminit,& Coraſius in l.Imperator.la prima.ff.de ſtatu hom. Mos etiam iſte obſeruatur Florentiæ, teſte Quintiliano Mandoſio, in commentariis ad regulas cancellariæ ad regulam xviij.de ætate in canonicatu, quæſtio. ix. qui ſcriptum reliquit, acta hæc publica fidum facere. idem cẽſuit Gramma.in deciſ.xlviij.in fine.& ſecuti ſunt Sfortia Oddo in tracta.de reſtitutio.in integrum.quæſtion.xxxvij.numero 48. & Maſcardus in libr.ij.de probationibus.in concluſ.dclxxj. Et ratio ſatis manifeſta eſt, quod perſona officialis, qui nomina natorum in actis retulit, à publico approbata eſt, ob id fides ei adhibetur. Bartol.in l.quædam.§.numularios. in fine.ff.de edend.& ibidem Iaſon col.ij.Salicetus in l.exemplo.col.j.C.de probatio.Alex.in conſi.clxxix.nu.5.libr.vj. Iaſ.in repet.l.admonendi.nu.232.ff.de iureiuran.& Decius in conſi.dxcvj.nu.5.Quo tamen plena fides adhibeatur his codicibus & actis, requiritur, vt is actuarius officialiſque fuerit à publico electus: quod conſcripſerit librum, vt libri publici conſcribi eo in loco conſueuerunt,& demum, quod is liber fuerit repoſitus inter alias ſcripturas publicas ad ipſam Rempub.pertinentes. Ita Bal.in rub.C.de fide inſtr. col.pe.& vlt.Butr.& reliqui in c.ij.de fide inſtru.& Alex.in conſi.clxxxvij.nu.2.lib.vij.

Declaratur primò, vt libro,& actis publicis non adhibea-
5 tur † fides, pro ipſomet actuario ſcribẽte; ſed ſolùm pro tertio,& contra tertium. Ita Barto.in d.§.numularios, quem & ſtatim referam. Ita dicimus inſtrumentum publicum notarij non probare pro ipſo notario, vt docuit Barto.in dicta l. quædam.§.numularios.ff.de eden. Idem Bartol.in l.ſi conſul.ff.de adoptio.& in l.ij.ff.de ſtipul.ſeruo.& Alexand.in l. ſciendum.colum.ij.ff.de verbo.oblig. Verùm diſſentire videtur Iaſon in l.decem.nu.35.de ver.obli.qui in ſpecie ſcripſit, præſumptionem efficacem facere pro ipſo ſcribente. Quandoquidem ratione,& cauſa publici officij, ei credendum magis eſt, quàm priuato.argu.l.ij.C.de offic.ciuil.iud. & c.in noſtra.de procu. Nam huius fides à tota vniuerſitate approbata eſt: & ob id eius fauorem fides adhiberi debet. Poſſunt conciliari hæ opiniones: vt illa prima procedat, quando officialis vti vellet libro hoc contra tertium, qui eius perſonam non approbaſſet: & cum quo res geſta non eſſet. Illa verò opinio Iaſonis procedat, quãdo is actuarius, & officialis fuiſſet,& ab eo tertio approbatus. Ita diſtinguit Craue.in tract.de antiqui.temp.in ſeptima particula primæ partis principalis.nume.68.in fine. Bononiæ ceſſat hæc dubitatio, cum prudenti eorum ſtatuto lib.ij. Qualiter procedatur ſi ſuper ætate contendatur.§.præterea,& §.ſequẽ.deciſum ſit quod plena fides adhibeatur his publicis libris, cũ illius ſcriptoris perſona de publico fuerit approbata. Decla-
6 ratur ſecundo, vt locum † non habeat, quãdo officialis actuariuſque ſcripſiſſet eo in codice natiuitatem forenſis,& exteri. Nam tunc is liber fidem non facit. Ita ſimili in caſu reſpondit Alex.in conſi.lxviij.nume.15.in fine.libro ij.quem ſecutus eſt Craue.in d.tract.de antiq.temp.in ſeptima particula primæ partis principalis. numero 76. Ea eſt ratio, quia fides actuarij publicique officialis, approbata eſt a ſuis

ciuibus



ciuibus tantum, non autem à forẽſibus. Quare crediderim, ætatem filij exteri, non probari libro huius actuarij: ſed ſcripturam illam adminiculam aliquod addere cæteris de ætate probationibus.

7 Declaratur tertiò, quando † is liber reperiretur deinde falſo conſcriptus. Alb.in l.ij.nu.1.C.ſi minor ſe maio.dixerit. Sfortia in d.q.xxxvij.nu.85.

Declaratur quartò, vt poſſit probari cõtrarium.l.prima. C.ſi minor ſe maio.dixer. Et in ſpecie annotauit Monterentius ad prædictum ſtatutum Bononiæ.§.penultim.in verbo, plena fides.

8 Secunda eſt ætatis probatio † quæ fit libro, vel alia ſcriptura parentum. Hac tamen de re fuerunt interpretum opiniones. Nam aliqui exiſtimarunt, has parentum ſcripturas
9 † & libros plenè probare filiorum ætatem. Ita in ſpecie docuit Salicetus in l.cum te.numero quarto.C.de probatio.& in l.ſi minorem.numero 10.verſ.nunc quæro, quomodo literis.C.de in integrum reſtitu.mino.& apertius Nicolaus de Neapol.in l.excuſantur.in princ.ff.de excuſa.tuto.quem ſic commemorat Soci.Iun.in conſi.iij.nu.5.in fine. libro ij. Et Salicetum ſecuti ſunt Ruinus in conſil.xxxj.numero ſeptimo.libr.iij.Curtius Iunior in conſil.cxviij.nu.8.Quintilia.Mandoſius in cõmentariis ad regulam cancellariæ xviij. de ætate in canonicatu,& Roland.à Valle.in conſi.xxxj.nu. 2.libr.j.& Ioſeph Ludouicus in deciſio.lv.nu.6.parte ij.Petrus Bencintend.in concl.xlvij.nu.2.Sfortia Oddo de reſtitutione in integrum quæſtio.xxxvij.nu.91.& idem decidit Rota Romana referente Verallo in deciſ.cccxiiij.parte prima. Et ij quidem adducti ſunt ex l.ij.in prin.ff.de excuſ.tut. & l.etiam.ff.de probatio.de quibus ſtatim aliqua dicemus. Eſt etiam vſus Nicolaus ille ratione quadam, quod ſcilicet præſumptio ſemper plenam probationem faciat in his, quæ ſunt veritati conſona. Quæ ſanè ratio leuis eſt. Nam negari facilè poteſt, hæc eſſe veritati conſona. Altera itaque fuit opinio eorum, qui dixerunt, libros & ſcripturas parentum
10 probare ætatem † præſumptiuè tantum. Qua in opinione fuit Baldus in l.neque natales, numero 5.C.de proba.quem ſecuti ſunt Alexand.in additionibus ad Barto.in l.de ætate. nume.11.in verbo, tantus.ff.de minor.& Bernardinus Landrianus in annotationibus ad Bartol.in conſil.xcij.libr.primo. Eiuſdem quoque opinionis fuit Salicetus ſibi parum conſtans, in l.etiam.col.j.ff.de probat. & idem affirmarunt Iacobinus à Sancto Georgio in l.cum de ætate.numer.5.ff. de prob.& Socin.Iun.in conſi.iij.nu.5.libr.ij.Eandem opinionem viſus eſt probare Craue.in tract.de antiqui.tempo. in octaua particula primæ partis principalis.nume.34.dum relata traditione Baldi, ſubiungit, ſe credere, quod ſi pater viuit,& iurat ita eſſe, ſemiplenam probationem facit. Ergo ſentit Crauetta, quod ſi non iurat, præſumptiuè tantum probat,& Crauettam ſecutus ſum in libr.ij.de arbitrariis iudicum caſu cxvj.nume.4.& 5.& ij quidem moti ſunt ex l.ij.in prin.ff.de excuſa.tuto.vbi dicitur, ætatem probari, aut natiuitatis ſcriptura, aut aliis demonſtrationibus. Verùm natiuitatis ſcripturam appellauit iuriſconſul.profeſſionẽ illam, quam in actis publicis facere conſueuerunt parentes de filiorum natiuitate, de qua ſupra diximus. Ita etiam loquitur. l.etiam.ff.de proba.quæ & à prædictis allegatur. Exiſtimauerim ego præſumptiuè probare, quia veriſimile non eſt, quod pater mendacium ſcripſerit, quippè quod nulla tunc ſuberat cauſa, quæ impellere eum poterat aliter ſcribere, quàm ipſa eſſet veritas. Plenè autem non probat, cum iure cautum non ſit, tantum fidei eſſe illi ſcripturæ tribuendum. Declaratur tamen prædicta traditio, vt locum non habeat, quando pater, qui librum conſcripſit, adhuc eſt in humanis, & iurat verum eſſe, quod eo in libro ſcripſit. Nam tunc liber iſte ſemiplenè probat ætatem filij. Ita declarat Crauet. in tracta.de antiqui.tempo.in octaua particula primæ partis principalis.numero 34.ex ſententia Caſtren.in conſilio cxxiiij. In cauſa, quæ vertitur.numero 2.libro primo. Idem eſt (ſubiungit Crauetta) quando pater, qui librum conſcripſit, mortuus eſt. Nam & tunc ſemiplenè probat, quia mors vim habet iuramenti, iuxtà traditionem Bartol.in l.admonendi.nume.27.ff.de iureiuran.& Decij in l.j.in ij.nota.C. de edend.& eiuſdem Crau.in præcitato tractat.de antiquit. temp.in ſexta particula primæ partis principalis.numer.48.

& ſcripſi in libr.ij.de arbitrariis iudicum.caſu cxvj.numero 4.& 5.Et à prædicta opinione & diſtinctione non recedit Sfortia in d.q.xxxvij.nume.92.verſi.ego puto, qui clariori diſtinctione vſus eſt,& alia ad rem ſcripſit Maſcardus in d. concluſ.dclxix.

11 Tertia eſt ætatis probatio † quæ à teſtimonio parentum ſumitur. Hac tamen in re ſunt opiniones. Nam exiſtimarunt
12 aliqui, teſtimonium † hoc coadiuuare & adminiculum adferre aliis probationibus, non autem plenè vel ſemiplenè probare. Ita ſane cenſuerunt Salicetus in l.ſi minorem.columna iiij.ver.ſed quæritur, an coniunctæ perſonæ.C.de in integrum reſtit.mino.& Iacobinus in d.l.cum de ætate.nume.4.ff.de probatio. Eandem opinionem viſi ſunt probare Bart.in conſi.xix.Factum tale eſt, quidam Vanus.libr.v.Soci.Sen.in conſil.xx.nu.17.libr.j.& Gramma.in deciſ.xlviij. numero 13.& Sfortia Oddo de reſtitutione in integrum.q. xxxvij.numer.52.& 58.Ea ratione fulciri videtur hæc opinio, quod parentes ferre non poſſunt teſtimonium de re filiorum.l.teſtis idoneus,& l.idonei, ff. de teſtibus. l. ij. & l. parentes.C.eodem.

Verùm reſponderi poteſt, prædicta iura non habere locum in probatione ætatis, rationibus quas infra commemorabimus.

Secundò ſolet adferri ratio, quod ſi ſcriptura patris præſumptiuè tantum probat vt diximus ſupra; multo minus debet probare teſtimonium patris, quod eſt magis ſuſpectũ, quàm ſcriptura iam confecta ante negotium in iudicio deductum. Reſponderi tamen poteſt, maiorem eſſe rationem
13 adhibẽdæ fidei teſtimonio quàm ſcripturæ; tum quia † viuæ voci plus credi ſolet quàm mortuæ.§.j.in auth.de inſtr.cautela & fide: tum etiam quia teſtimonium corroboratur iuramento, quo caret ipſa ſcriptura. ¶ Altera fuit opinio eorum, qui ſcripſerunt, teſtimonium patris vel matris ſemiple-
14 nè † probare. Ita reſpondit Caſtren.in conſil.cxxiiij. in cauſa, quæ vertitur coram.lib.j.Idem viſus eſt ſentire Bartol.in cõſi.xcij.In quæſtione vertente.col.ij.ver.nec obſtat, quod teſtimonium matris.lib.j.cum reſpondit, teſtimonium matris admitti ad probandum ætatem filij. Dixit abſolutè,& ſimpliciter Bar.admitti ad probandum; quod intelligi debet, ſaltem ad faciendum probationem ſemiplenã. Eandem opinionem apertius probarunt Specul.in titul.de teſte.§.j. colum.ij.Cæpolla in conſi.vlt.nume.32.in ciuilibus.Ioan. de Platea in §.pater.in inſtit.de teſta.Aufrerius in additio. ad Capellam Tholoſanam. q.iij.Marſilius in rub.ff.de fideiuſſo.nu.340.Sapia in l.de ætate.nu.30.ff.de mino.Crau.in tracta.de antiq.tempo.octaua particula, primæ partis principalis,nu.34.& 35.& alios refert Maſcardus in libro 2. de probati.in concluſ.dclxviij.nu.7.& in concl.dclxix.nu.14. Et huius ſententiæ ratio ea eſſe creditur; quòd filij naſcuntur in domo,& ſecretò, vt manifeſtum eſt,& experientia do-
15 cet. Ea autem, quæ domi † & ſecreto fiunt, teſtimonio domeſticorum probantur.l.conſenſu.§.ſi ſuper plagis. C. de repud.quo loci conſtitutum fuit, mariti ſæuitiam,& verbera ab eo vxori illata, probari poſſe teſtimonio domeſticorum: cum ea cognita eſſe non poſſint etiam vicinis, ex quo domi ſecretò aguntur. Ita pariter furtum in domo factum, teſtimonio domeſticorum probatur, cum ab aliis ſciri non poſſit.Bar.in l.ſi quando.col.vlt.C.vnde vi.& ibidem Iaſon numer.43.Ita dicimus, teſtes de vniuerſitate fidem facere pro ipſa vniuerſitate, quãdo actus geſtus eſt clã,& ſecreto in vniuerſitate;& qui aliorum teſtimonio probari non poteſt.capit.veniens.il ij.de teſtib.Abbas, Decius & reliqui in capi. tertio loco.de probatio.& Marſil.in ſing.lxxiij. Præterea &
16 ſecundò accedit, quod † teſtimoniũ patris recipitur ad probandum tempus mortis filij. Ant.Corſetus in ſuo ſingulari in verbo mors, incipit, ſi quæratur.ex l.quoties.C.de naufr. lib.x.vbi Bar. Ergo pariter teſtimonium hoc patris probare debet ſemiplenè tempus natiuitatis filij.

Declaratur primò hæc ſententia, vt locum non habeat, quãdo pater fuit deſcriptus in aliquo inſtrumento vnà cum
17 aliis. Nam tũc teſtimonium † patris plenam fidem facit. Ita Butrius in cap.ex literis.nume.19.de tranſactio.& Butrium ſecuti ſunt Barbat.ibidem Marſilius in l.de minore.§.plurimum.numero 7.ff.de quæſtio.& Socinus Iunior in conſilio tertio, numer.7.lib.iij. Qui quidem Marſilius,& Socinus in

ſpecie

ſpecie trahunt doctrinam illam Butrij ad rem noſtram. Et
idem quod Butrius ſenſit Bald.in l.parentes.C. de teſtibus.
cum dixit,quod ſi pater adhibitus eſt teſtis in inſtrumento
confecto inter filium,& extraneum, fidem plenam facit, ex
quo vnà cum aliis adhibitus eſt. Idem ſcripſerunt Ioan.à
Platea,& Portius in §.pater.in inſti.de teſta. Ea adfertur ra-
18 tio,quòd teſti †etiam aliàs non fide digno creditur,plenaq;
fides adhibetur,quando à partibus approbatus fuit.l.ſi quis
teſtibus.C.de teſtibus.gloſſ.in §.hæc autem omnia, in ver-
bo,ſupplicij.in authen.de teſtib.& Bal.in l.ad teſtium.ff.de
teſta. Et huc maximè facit egregia doctrina Barto.in l.ſi pa-
19 ter.ff.de falſis.dum concludit,patrem†notarium poſſe reci-
pere inſtrumentum pro contractu geſto à filio, ex quo eius
fides à partibus approbatur.Prætereà teſtis minus idoneus
cum aliis idoneis coniunctus fidẽ facit:quia fides illius non
idonei ſuppletur à fide aliorum.Ita gloſſ.in l.iij.in princi.ff.
de teſtibus.Baldus in l.Imperator.ff.de ſtatu homi.Angel.
in conſi.j.Corſetus in ſingulari in verbo,teſtis,incipit,licet
pater.Ruinus in conſi xcij.numer.4.libr.j.& Curtius Sen.
in conſi.lvj.col.iij.verſi.tertiò reſpondetur.Cæterùm Imo.
in d.c.ex literis.nu.14.de tranſact.diſſentit ab hac Butrij, &
ſequacium declaratione.Ea ratione vſus eſt Imola ; quia a-
liàs ſequeretur, quod ſi confectum eſſet inſtrumentum ad
vtilitatem filij emancipati, in quo ſolùm deſcripti fuiſſent
pater,& mater,tale inſtrumentum fidem faceret; id quod ra
tioni repugnat:quia ſicuti parentes viua voce non poſſunt
teſtificari pro filiis d.l.parentes.C. de teſtib. Ita dicendum
eſt,non debere credi eorum voci mortuæ; cum maior voci
viuæ,quàm mortuæ fides adhibeatur.§.j.in authen.de inſtr.
cautela,& fide.Huic tamen cõſiderationi altero de duobus
modis reſpondetur.Et primò, Butrium, & ſequaces loqui,
quãdo pater adhibitus eſt vna cum aliis idoneis teſtibus in
inſtrumento.Nam tunc fides patris ſuppletur à fide (vt dixi
mus)aliorum.Id quod non contingeret ſecundum Imolæ
argumentationem.Reſpondetur & ſecundo, quod etiam ſi
ſoli parentes adhibiti fuiſſent teſtes in inſtrumento cõfecto
ad vtilitatem filij emancipati : & conſtaret cõſenſu partium
hoc ſcientium,hos teſtes fuiſſe adhibitos, eis adhuc crede-
retur.Quandoquidẽ iam apparet de approbatione ipſarum
partium d.l.ſi quis.C.de teſtib.

Declaratur ſecundò hæc ſententia, vt locum non habeat
21 in teſtimonio patris,† qui eſt perſona valdè honeſta, & in
dignitate poſita.Nam tunc ei fides plene adhibetur quan-
tum ſit reſpectu ſuæ perſonæ.Ita reſpondit Ruinus in cõſil.
xcij.nu.3.libr.j.qui huius opinionis commemorat Inn.Bu-
trium & Imolam in c.in literis.de teſtib.Baldum ac Salice-
tum in l.ij.C.de teſtib.His accedunt Alexand.in l.qui iuriſ-
dictioni.in quinta fallentia.ff.de iuriſ.om.iud.poſt Specul.
quem recenſet Iaſ. in authẽ.iubemus.nume.11. verſi. tertiò
facit.C.de iudiciis.& Marſi.in ſing.cclxxij.Ita etiã in vxo-
22 re dicimus,†quę ferre tunc poteſt teſtimonium pro marito
cùm eſt perſona valde honeſta.vt docuit Felinus in c.in lite-
ris.col.iij.verſic.fallit quinto de teſtib. Verùm declaratio
23 hæc vel ex eo redditur † dubia, quod domeſticus, & affinis
non eſt teſtis idoneus, nec recipi debet, tametſi eſt perſona
valde honeſta,etiam ſi Cardinalis eſt. Ita reſpondit Decius
in conſi.cccclxiij.nu.13.Ea adferri poteſt ratio, quod hone
ſtas,& ſanctitas vitæ conſiderabilis non eſt,quando verſatur
alterius detrimentum.Et ideò glo.in c.nullam.ij.q.iiij.ſcri-
pſit,Pontificem,cuius dignitas,& honeſtas alias omnes an-
tecellit,debere aliis committere cauſas, ne ipſe ſuſpectus
24 habeatur.Et prætereà à iure †communi non eſt recedẽdum
propter perſonæ meritum.Baldus in ca.ſedes.in fine.de re-
ſcriptis.Et confert tex.notab.in ca.mulier.in verbo,ſancta.
xxiij.diſt.& glo.in clem.ad noſtram.in verſ.ſecundo.de hæ-
25 ret.quæ dixit, Neminem eſſe adeò bonum † & perfectum,
quin legi ſubſit.Et idem tradunt Abbas in ca.ſolitæ. de mi-
no.& obedien.& Felinus in procemio Decretalium,incipit.
Rex pacificus.columm.j. ¶Conciliari forte poſſunt hæ opi-
niones,vt prima procedat, quando de leui detrimento alte-
rius agitur:ſecunda verò opinio locum habeat,quando agi-
tur de graui præiudicio.Ita ſenſerunt Baldus in l.vnica.co-
lumna tertia.in ſecunda oppo.C.de confeſſis.Abbas in ca-
pitul.ij.vbi Felinus.colum.iij.verſic.fallit tertio.de fide in-
ſtru.& idem Felinus in c.literas.colum.iij.verſi.primus eſt.
de præſump.

Declaratur tertiò hæc ſententia, vt non habeat locum,
26 quando†pater litigaret aduerſus filium.Nam tunc non cre-
ditur teſtimonio patris de ætate filij,ad ipſius filij detrimen
tum.Ita in ſpecie reſpondit Baldus in conſi.xix.Factum tale
eſt.Quidam Vanus,lib.v.quem ſecuti ſunt Craue.in tracta.
de antiq.tempor.in octaua particula primæ partis principa-
lis.nume.36.in fine.& Maſcardus in dicta concluſ.dclxviij.
27 numero 16.Huius ſententiæ ea eſt ratio;quia nemo† quan-
quam excelſa in dignitate poſitus, de re propria dicere po-
teſt teſtimonium.l.nullus.ff.de teſtib.& l.omnibus.C.eod.
Qua de re Cicero in oratione pro Roſcio Amerino perpul-
chre ſcripſit in hæc verba. *Itaque more maiorum comparatum
eſt,vt in minimis etiam rebus homines ampliſſimi teſtimonium de ſua
re non dicerent.Aphricanus,qui ſuo nomine declarat tertiam partem
orbis ſubegiſſe,tamen ſi ſua res ageretur, teſtimonium non diceret, &
ſi diceret,non crederetur.*

Declaratur quartò,vt locum non habeat, quando cũ te-
28 ſtimonio † parentum, concurrit aliud adminiculum. Nam
tunc plene probabit.Ita reſponderunt Soc.Sen.in cõſi.xix.
nu.17.lib.j.& Soci.Iun.in conſi.iij.nu.10.lib.ij.& idem af-
firmauit Maſcardus in d.conclu.dclxviij.nu.15.
29 Quarta eſt ætatis probatio,†quæ fit teſtimonio obſtetri-
cum,vt tradit Bart.in l.de ætate.nu.7.ff.de mino.xxv.annis,
poſt gl.in l.ij.ff.de feriis.& l.iij.§.duæ.ff.de Carbo.edicto.
Calca.in conſi.lxxx.nume.17.Iacobinus in l.cum de ætate.
nu.1.ff.de proba.Caualca.in tractat.de tutore, & curatore.
nu.296.& Sfortia de reſtitutione in integrum.q.xxxvij.nu.
30 39.qui idem ſubiungit de†teſtimonio nutricis.Cæterũ du-
bitat Bar.in d.l.de ætate.nu.7.verſic.ſed iuxtà hoc quæro, ſi
obſtetrices interrogatæ reſponderunt, puerum eſſe mino-
rem quatuordecim annis,& iterum interrogatæ,quo modo
id ſciunt, reſponderunt, ſe vidiſſe illum naſci, & ab ea die
qua natus eſt ad præſentem diem, elapſos non eſſe quatuor-
decim annos.Deinde interrogatæ, quo anno natus ſit ille,
reſponderunt,ſe neſcire,an harum obſtetricũ teſtimonium
concludat,& probet?Bartol.ſcripſit,concludere atque pro-
bare.Idem affirmarunt Baldus in l.ij.numero 2.C. de tem-
po.appella.Angelus,& Imola in l.ij.§.item Labeo ait.ff.de
aqua pluuia arcenda.Iaſon in l.iij.§.iurare.nu.20.de iureiu.
& Sapia in dicta l de ætate num.35.Ea ratione vſus eſt Bar.
31 quod dicta † teſtium ita intelligi debent, ne ſint contraria.
cap.cum tu,vbi Doct.de teſtibus.& §.quibus in prima con
ſtitutione Codicis.Cum itaq; teſtis dixit, Scio,quod ab eo
natiuitatis anno vſque ad præſentem diem, facta computa-
tione,non ſunt elapſi quatuordecim anni, apparet eum in-
tellexiſſe,de anni quantitate, dinumerando à dicto tempo-
re. De eo verò quod poſtea fuit interrogatus, nempe quo
anno natus eſt,& dixit,neſcio; debet intelligi, neſcio dinu-
merare quotitatem dicti anni,ab illa dinumeratione, quàm
iam feci; quaſi dicat, neſcio quot anni ſunt à natiuitate do-
mini,vel ab vrbe condita;ſcio tamen quotus eſt annus à na-
tiuitate huius pueri,de quo ſum interrogatus. Et hanc eſſe
veram interpretationem dixit Bartol.quia ſecundum com-
munem loquendi vſum, cum quis interrogatur, quo anno
aliquid factum ſit ; intelligitur interrogatus, quo anno na-
tiuitatis Domini ; à quo facimus dinumerationem anno-
rum,vt in authentic.vt præpona.nomen Imperato.in prin-
cipio.Cæterùm traditio hæc Bartol. non videtur abſolute
vera.Nam cùm dixit Bartol.ſecundam illam reſponſionem
teſtis dicentis,neſcio quo anno natus ſit,debere intelligi,de
nano à natiuitate Domini:rectè ſenſit,quò ad hoc,ne ſibi cõ
trarius atque ita falſus ſit teſtis : ſed tamen non inde ſequi-
tur,quod eius teſtimonium hac ratione à Bartol.conſidera-
ta,defendatur.Duo enim in hac Bartol.traditione conſide-
rantur.Primum quod teſtis iſte pugnantia non dixerit : at-
que ita quod nil falſi atteſtatus ſit.Secundum quod teſtimo-
nium huius teſtis ſic interpretatum probet. Illud primum
ab omnibus receptum eſt cum Bartol.nempe teſtem con-
traria atque pugnantia non depoſuiſſe:& conſequenter fal-
ſum euitari:Et in ſpecie ita Bartol.ſecuti ſunt Iaſon in l.j.in
prin.nu.6.ff.de oper.noui nun.& Sebaſtianus Sapia in dicta
l.de ætate,num.36.ff.de mino.comprobatur hæc ſententia
ſimili traditione. Albe.in l.non erit.§.dato.ff.de iureiuran.
Angeli in conſi.cccxxxiij.& Iaſo.in l.iij.§.iurari.nu.21.ff.
de iure



de iureiu.dixit teſtis aliquid geſtum fuiſſe præſentib.Caio,
& Sempronio:deinde interrogatus,quibus præſentibus,di-
xit,nullis præſentibus;Interpretatio fit, nullis, exceptis di-
ctis Caio,& Sempronio.Et hanc doctrinã probarunt etiam
Alex.in cõſil.clxxx.nu.6.lib.v.Rui.conſ.primo.numer.pri-
mo.libro tertio.Socin.Seni.in conſilio lvj.col.vlt.libr.iiij.
Dec.in conſ.100.col.iij.& Gram.in cõſ.xxxiij.nu.1.in cri-
mi.His ſimilia tradunt Bar.& reliqui in l.ij.§.creditum.ff.ſi
cer.pe.& in l.j.in prin.ff.de operis noui nun.Et ij omnes in-
telligunt teſtes hos reduci ad concordiam ad euitãdum fal-
ſum:& id quidem æquitate potius,quàm ſtricto iure:vt de-
clarat Decius in l.ij.§.creditum.in tertia lectura.nu.13.ff.ſi
certum peta.Illud verò ſecundum,quod hic cõſiderari poſ-
ſe diximus, eſt, an conciliatio hæc operatur hunc effectum
etiam,vt teſtimonium huius teſtis probationem in iudicio
faciat?Et probare ſcripſerunt Bartol.in d.l.de ætate.numer.
7.& ibidem apertius Sapia.numer.36.ff.de minor.Angelus
& Imola in l.ij.§.item Labeo.ait.il primo.ff.de aqua pluuia
arcenda.ex d.l.ij.§.item Labeo, il primo, quo loci dicitur,
ſufficere memoriam initij actus & operis, & ſi punctim de
ipſo principio non conſtet. Hic autem conſtat de memoria
ipſius ætatis, cum teſtis iſte dixerit, ab ea die qua natus ille
eſt,non ſunt elapſi quatuordecim anni. Nõ ergo eſt neceſ-
ſaria memoria punctim principij natiuitatis, & per conſe-
quens ſuperuacanea fuit illa interrogatio, quo anno natus
ille ſit.Cæterùm mihi videtur,quod dicto §.item Labeo.ad
rem noſtram non conferat:quandoquidem ibi agebatur ſo-
lum de probando ipſo facto:& propterea ſatis erat,quod de
eo conſtaret,ſed hoc noſtro in caſu agitur de numero ipſo-
rum annorum ætatis;quæ quidem dinumeratio fieri nõ po-
teſt, ignorato ipſius temporis principio. Non etiam hanc
Barto.& ſequacium traditionem probat text.c.cum tut.de
teſtib.cum ibi ex benignitate quadam concedatur,ne teſtes
notentur periurio.Quæ quidem benignitas non cadit ſuper
hoc,vt teſtes ij fidem faciant.Nam vbi lex fundat ſe in æqui
tate,& benignitate,extenſio non fit ad alium caſum.c.ſuſce
ptum.de reſcript.in vj.& ſcripſit Ioan.Andreæ in capit.ij.vt
lite pend.in vj.Præterea d.cap.cum tu.locum habet, quan-
do contrarietas erat inter plures teſtes;qui quidem ad con-
cordiam reduci poſſunt etiam quò ad finem vt probent, ſed
diuerſum eſt quando contrarietas eſt in vno ſolo teſte, ſeu
in pluribus idem met atteſtãtibus,vt hic.Ita declarant Alex.
& reliqui in l.inter ſtipulantem.§.j.ff. de verbor.obligat.&
Felinus in d.c.cum tu,nume.2.His intelligimus Bart.tradi-
tionem nullo iure probari. Et propterea valdè dubia vide-
32 tur ratione iam commemorata,quod quantitas † temporis
cognoſci non poteſt, ignorato temporis initio. Prætereà,
dubia probatio interpretatur aduerſus producentem.ca.in
præſentia.de probat.& in ſpecie propè reſpondit Alexan.in
conſ.xix.nu.4.lib.vij.Erit tamen cogitandum, ob ſummam
Bar.& aliorum auctoritatem.
33 Quinta ætatis probatio fieri ſolet & poteſt†inſtrumẽtis;
ſicuti ſcripſerunt Baldus in l.iij.num.4.C.ſi minor ſe maio.
dixerit.& in l.neque natales.nu.8.C.de probat.Salicetus in
l.ſi minorem.col.pen.verſic.nunc quæro.C.de in integrum
reſtitu.mino.Iacobinus in l.cum de ætate.num.6.ff.de pro-
batio.Quintilian. Mandoſius in commentariis ad regulas
cancellariæ regu.xviij.q.vj.& Maſcardus in lib.ij.de proba-
tionibus.in concl.dclxx.ex l.ij.§.ætas.vbi gl.ff.de excuſ.tu-
to.l.ij.in prin.C.de iis,qui veniam ætatis impetra.l.j.& l.iij.
C.ſi minor ſe mai.dixer.Et accedit ratio,quod à pari proce-
34 dunt†inſtrumenta,& teſtes.l.in exercendis.C.de fide inſtr.
& l.pactum quod bona fide.vbi Docto.C.de pactis. Immo
35 multi ſunt caſus,in quibus†minor eſt fides inſtrumẽtorum
quàm teſtium;qui enumerantur à gloſ.in cap.j.de cenſib.in
vj.Exemplum afferri ſolet in inſtrumento confecto de na-
tiuitate ipſius filij,tempore quo naſcitur.Quod quidem iu-
dicis auctoritate confici debet,ſicuti tradunt Baldus in Ru-
bric.C.de fide inſtr.nume.7.& Caſtren.in l.prætor, in prin-
cip.numero 8.ff.de eden.quo loci ſcribit Caſtrenſis, ſe ali-
quando de facto reſpondiſſe Florentiæ pro Lucenſi quo-
dam,qui Florentiam iuerat tempore peſtis, eaque in vrbe
natus erat ei filius,quem ciuem Florentinum declarari cu-
piebat.Adfertur & ſecundum exemplum, vt cum tempore
contracti matrimonij conficitur inſtrumentum de ipſo ma-
36 trimonio.Nam † inde oritur probatio ætatis filij. Ita Bal-
dus in dicta l.neque natales.numero 8.C.de probat. & ibi-
dem Salicetus.Felin.in capitul.in præſentia.numero 28.de
probatio.Iacobinus in l.cum de ætate.numero 6.ff.de pro-
batio.Sapia in l.de ætate.numero 35.ff.de mino. & Sfortia
Oddo de reſtitutione in integrum.quæſtio.xxxvij.num.86.
qui numero 88. poſt Albericum diſtinguit. Maſcardus in
dicto concluſio.dclxx.numero 4.& 5. & Monterentius in
annotationibus ad ſtatutum Bononiæ libro ſecundo. Qua-
liter procedatur ſi de ætate contendatur.§.penulti. Verum
probatio hæc dubia admodum, & minus concludens eſt.ſi
quidem ſi agitur de probanda maiori ipſa ætate, vt annos
natiuitatis dinumerare velimus à die contracti matrimo-
nij (conceſſo tamen tanto temporis interuallo, quo mulier
potuerit concipere & parere ) eſt admodum dubia proba-
tio : quia fieri facilè poteſt , quod nec per biennium, vel
triennium & plus, poſt contractum matrimonium mulier
conceperit,& pepererit : ſicuti vſu ſæpiſſime euenit.ſi verò
agitur de probanda minori ætate , adhuc non concludit,
quia dici poteſt, quod vir ille habuerit mulierem illam in
concubinam, & ex ea ſuſceperit filios, deinde contraxerit
matrimonium, & confecerit de eo inſtrumentum. Quod
ſanè ſubſequens matrimonium operatur quidem , vt filij
iam nati cenſeantur legitimi,& habiles ad omnia commo-
da filiis legitime natis conceſſa cap.cum in cunctis. de ele-
ctio.& capitul.tanta,qui filij ſint legit.vbi Doctor.Non ta-
men(vt diximus)demonſtrat certam filiorum ætatem. Hoc
tamen in caſu crediderim vnà cum Baldo,& Iacobino præ-
citatis in locis , ſaltem præſumptionem quandam facere,
cum à communiter accidentibus filij legitimi naſcantur
37 poſt inſtrumenta dotalia;ex quo † matrimonium inter per-
ſonas honeſtas conſueuit præcedere feſtiuos amplexus. Et
verè ſic ſenſit Alber.in l.ſecunda.nume.2.C.ſi minor ſe ma-
ior.dixerit.
38 Sexta eſt ætatis probatio,†quæ fit confeſſione partis. Ita
Salicetus in l.ſi minorem.nu.3.C.de in integr.reſtit.mino.
& in l.cum te.nume.4.C.de probat.Bertrandus in conſil.ij.
nume.42.lib.iij.Quintilia.Mandoſius in commentariis ad
regulas cancellariæ ad regulam xviij.q.vij.& Maſcardus in
39 lib.ij.de probat.concluſ.dclxxiij.Eſt†enim confeſſio, pro-
batio certa & manifeſta, aduerſus confitentem, & aliarum
probationum verior & potentior.l.generaliter.§.etſi qui-
dem.C.de rebus cred.& iureiuran.& l.vlt.C.de fideicomm.
& plura ad rem hanc congeſſi, in commentariis de recupe-
randa poſſeſſione,remedio primo.num.202. Hæc ſententia
multò magis procedit in confeſſione iurata, vt docuit Bal-
dus ex illo textu in l.iij.num.6.C.ſi minor ſe maior.dixerit,
cùm ſcripſit , non admittere probationem in contrarium.
Idem reſpondit Curtius Iunior in conſi.cxviij.nume.9.qui
poſt Roma.in conſilio xij.numero 5.intellexit procedere,
quando minor vellet reſtitui in integrum aduerſus contra-
ctum, & ſuam illam aſſertionem : ſecus ſi contractus eſſet
nullus, ob non obſeruatas ſolemnitates. Et hanc declara-
tionem ſingularem eſſe dixerunt Cremen.in ſingul.clxiij.
Marſilius in ſingular.ccxxix.& Gramma.in deciſio.xij.nu-
mero ſexto.

Extenditur hæc ſententia,vt locum etiam habeat in be-
neficialibus, in quibus adhuc confeſſio probat ætatem in
præiudicium confitentis. Ita ſimilibus in caſibus tradunt
Geminia.in capit.vnico.nume.6.de eo, qui mittitur in poſ-
ſeſſ.cauſa rei ſerua.Felin.in c.olim.col.vlt.verſ.limita quin-
to,de reſcriptis.& Caſſiadorus in deciſ.xx.in tit.de præben-
dis.& in ſpecie reſpondit Bertrandus in conſilio ſecundo.
nume.43.lib.ij.

Declaratur nunc hæc ſententia, vt locum non habeat, in
40 beneficialibus ad alterius commodum. Non enim ſua†con
feſſione poteſt quis conferre ius aduerſario.Gemi.in cap.ſi
duobus.nu.7.de reſcriptis in vj.& in c.vnic.nu.6.de eo, qui
mittitur in poſſ.cauſa rei ſerua.Felin.in c.olim.numero 10.
de reſcriptis.Boer.q.lxxxix.nu.2.& in quæſtio. ccxciij.nu.
4.idem decidit Rota in deciſio.ij.in tit.de litis conteſta.in
antiquiorib.Hanc tamen declarationẽ intelligo procedere,
quando actor vellet inniti ipſi ſoli confeſſioni rei conuenti,
ſecus quando de iure ſuo probat ; ſed ſua probatio redditur
dubia per aduerſarij probationem , ſi deinde ſubſequitur
rei con

in conſi.cxlvij.colum.penult.numer.17.lib.ij.qui eiuſdem ſententiæ multos commemorat.Idem reſpondit Soci.Sen. in conſi.cxliij.colum.iij.num.6.lib.j.& egregiè Decius in conſi.cclxxij.nume.2.qui ſecutus eſt Bar.in hac diſputatione noſtra.

Cæterùm dubitari hic contingit, quomodo cognoſci
65 poſſit†exceſſus iſte magnus,vel modicus.Bartol.in dicta l. de ætate.nume.10.ff.de mino.egregiam attulit declarationem.Et illud primum affirmat,quod quanto quis eſt minor, tantò facilius ex modico exceſſu cognoſcitur ætas. Quantò verò eſt maior & antiquior, tanto maior exceſſus requiritur.l.prima.§.de inſpiciend.vel melius in §.is autem apud. ff.de ventre inſpicien.dum prætor edixit quod vbi partus editus eſt,donec erit trimeſtris,bis in menſe oſtendatur, à trimeſtri vſque ad ſemeſtre ſemel in mēſe, à ſemeſtri donec anniculus alternis menſibus:ab anno vſque quo cœperit fari,ſingulis ſex menſibus: ætas itaque quo minor eſt, maiorem recipit mutationem. Ergo minor tempus requiritur, in demouſtranda ipſa ætate ex aſpectu, ex quo facilius dicitur debuiſſe recipere maius argumentum & mutationem. Et hanc Bartol.traditionem ac diſtinctionem, quam mox ſubiiciemus,niſi ſunt probare cæteri omnes,qui à Bar. non diſſenſerunt,& apertius Bar.hac in re ſecuti ſunt Baldus in conſi.ccxviij.teſtes & atteſtationes.col.ij.lib.iiij.Calca. conſi.lxxx.Beroius in conſil.clxxx.nu.4.libr.j.Sfortia oddo de reſtitutione in integ.quæſtio.xxxvij.nu.109.& Maſcardus in lib.ij.de probatio.concluſ.dclxvij.nu.30.

Exceſſum ita poſſe limitari ſcribit Bart.Et primò ad probandum infantem fuiſſe minoris ætatis ſex menſium, teſtes debent deponere,quod ex aſpectu videbatur triũ menſium. Et ita deſcendendo ſufficiunt tres menſes. Si vero volunt probare fuiſſe maiorem ſex menſium, debent dicere, quod ex aſpectu videbatur maior decem menſium, Et ita requiruntur quatuor menſes aſcenſiuè.Ita probat(ait Bart.)text. in l.cum de ætate.ff.de proba.ibi,ex quo præcipuam fidem in ea re conſtare &c.iunctis verbis præcedentibus,ibi,ex eo anno computantur.Ille tamē text.ad rem non pertinet,cum loquatur,(vt diximus)de libro profeſſionis,in quo ætas fuit deſcripta.Debet igitur( inquit Bartol. ) incipi à computatione annorum ex eo tempore, quo certum eſt ipſum eſſe tantæ ætatis. Si ergo infans videbatur minor trium menſium ex communi aſpectu, abſque dubio erat minor ſex menſium.

Secundò ad probandum ætatem anni( ait Bartol. ) ſufficiunt deſcenſiuè quinque menſes,aſcenſiue verò ſex, modo prædicto.

Tertiò ad probandum ætatem triennij (inquit Bart.) deſcenſiuè annus,aſcenſiuè decem & octo menſes.

Quartò ad probandum ætatem ſeptē annorum(ait Bar.) deſcenſiuè biennium,aſcenſiuè triennium.

Quintò ad ætatem duodecim annorum in fœmina, & quatuordecim in maſculo deſcenſiuè triennium, aſcenſiuè quadriennium.Et hanc computationem in ſpecie probarũt Calcane.Bertrandus & Maſcardus ſupra allegati.

Sexto ad ætatem xxv.annorum deſcenſiuè & aſcenſiuè quinquennium.ſequitur Maſcardus in d.concluſio.dclxvij. numero 32.poſt Bertrandum in conſilio lxiij. numero 2.libro quarto.

Septimò ad ætatem xl.annorum deſcenſiuè & aſcenſiuè octo anni.

Octauò ad ætatem lxx.annorum deſcenſiuè & aſcenſiuè decem anni.Sequitur Maſcardus in d.concluſ.dclxvij.num. 33.& idem decidit Rota Romana referente Verallo in dec. cxxxj.in dec.cccxj.cccxij.& cccxv.par.j.

Nonò ad ætatem ſupra ſeptuageſimum annum vſque ad centeſimum,deſcenſiuè & aſcenſiuè,quindecim anni.

Hanc temporum diſtinctionem probat Bartol. ſimili limitatione & diſtinctione,quam facit iuriſconſ.in l.hæreditatum.ff.ad legem Falcid.Cæterum rectius dici poteſt eam temporum diſtinctionem eſſe longe diuerſam à diſtinctione iſta.Non enim in aliquo conueniunt.Nam non conuenit quo ad modum. Nō etiam quo ad rationem:cum ignoretur qua ratione ita eo in caſu diſtinxerit Vlpianus,ſicuti ibi annotarunt Barto.nume.1.Ange.& Alexan.nume.8.& Rodericus Xuarez in repe.l.quoniam in prioribus.limit.iij.nu.8. C.de inoffi.teſta.qui dixerunt,ita eo in ſpeciali caſu factam fuiſſe diſtinctionem illam.Non ergo ſumi poteſt argumentum ab ipſa rationis identitate. Et quanquam obſcure admodum Modernus Pariſienſis in tract.de vſuris.nume.475. &.476.nouam adferat rationem computationis huius,factę in caſu dictę l.hęreditatum.quod ſcilicet Vlpianus mediam viam quodammodo ſit amplexus, nempe quod nec hominis vita longæua ſit centum annorum iuxta l.an vſufructus. ff.de vſufructu.& l.vlt.C.de ſacroſanct.eccleſ.nec ſit minor quinquaginta aut ſexaginta annis, Et propterea medium quoddam elegerit iuriſconſult.attamen nec illa caſu noſtro poteſt adaptari,cum illa ſit reſpectu vitæ hominis,quòd ſcilicet eo in caſu præſumatur tantum poſſe adhuc viuere; & eligitur illa via media tanquam æquior.Cùm alioqui homo
66 †poſſit viuere, vel (vt alij ſcribunt)præſumatur viuere vſq; ad centeſimum annum,vt tradunt gloſſ.& Docto.in dicta l. vlt.C.de ſacroſanct.eccleſ.& differemus infra lib.vj.in pręſumpt.xl.Reſpicit itaque illa diſtinctio & computatio præſumptionem vitæ hominis.Noſtra autem diſputatio verſa-
67 tur circa præſumptionem mutationis aſpectus,†qui in dies mutatur,& in dies homo alter quodāmodo efficitur.l.proponebatur.ff.de iud.& egregie ſcribit Alex.ab Alex.lib.iij. dierum Genial.c.j.

Rurſus,ſicuti illa diſtinctio & computatio non conuenit ſimilibus caſibus,multo minus conuenire poteſt caſui noſtro longe diſſimili.Non enim conuenit caſui,quando vſuſfructus legatus eſt,vt in dicta l.hæreditatum.in fine,reſpondit ipſe Vlpianus:& tamen caſus ipſi ſunt ſimiles, cum & v-
68 ſusfructus † vitam vſufructuarij reſpiciat, & ea extincta finiatur.§.finitur,in inſtitu.de vſufructu.Ita pariter alia computatio fit in caſu.l.ſi quis argentum.§.ſinautem donator. C.de donatio.vbi ſi quis donauit redditus, cũ redditus non haberet certos æſtimatio fit,vt hæres præſtet redditus quindecim annorum.Et licet Imola & Alexander in dicta l.hæreditatum.numero 8.nec non Albericus & Salicetus in dicto §.ſinautem donator.reddant rationem diuerſitatis inter caſum.dicta l.hæreditatum. & dicto §. ſinautem donator. quod ſcilicet in caſu dicto § ſinautem, facta ſit taxatio minoris temporis fauore donatoris, quia maiorem exercet liberalitatem, quam teſtator, qui legatum reliquit, cum donatio ſit facta de præſenti,legatum verò in futurum, nempe poſt mortem ipſius teſtatoris. Nihilominus hinc non fit, quin vtroque in caſu habeatur ratio ad vitam hominis. Et tamen diuerſa eſt computatio.Ergo multo minus computatio & diſtinctio dicta l.hæreditatum.conuenire debet caſui noſtro,in quo non agitur de vita & morte hominis: ſed de mutatione aſpectus,qui ( vt dixi )facile in dies mutatur. Eſſet tamen difficile à Bar.diſtinctione recedere,cum nemo eam improbet.

Cæterum obiicit Bart.quod legitur apud Euangeliſtam Ioan.capit.octauo,dum iudæi Chriſto ſeruatori noſtro dicenti,ſe ab Abraham viſum fuiſſe,obiecerunt, quinquaginta annos nondum habes & Abraham vidiſti?Certum eſt(ait Barto.)quòd Chriſtus eo tempore erat trigintatrium annorum vel circa.Et ſic errabant in aſpectu maiori tempore decem annorum;contra ſupra dicta.Reſpondet Bartol.ex ſententia Diui Thomæ & aliorum Theologorum,qui mirãtur, quod iudæi non dixerint; quadraginta annos nondum habes.Si ergo Theologi mirantur de iudæorum reſponſione, ſequitur,(ait Bartol.)quod exceſſus decem annorum ſufficit ad iudicandam ætatem ex aſpectu.Et ſubiungit ipſe Bartol.quod imò hic locus ſuæ opinioni ſuffragatur,quia dixerunt iudæi quinquaginta annos nondum habes, quaſi dixerint,non videris tantæ ætatis ex aſpectu. Non autem dixerunt iudæi,quod tantæ ætatis videretur.Verùm hæc Bartol. conſideratio ſatis leuis eſt.Nam ſi ad probandum ætatem,à vigintiquinque annis vſque ad quadraginta,ſufficit exceſſus aſcenſiue & deſcenſiuè (vt ipſe Barto.dicebat) quinque annorum.Iſte exceſſus à iudæis conſideratus vel vno vel altero modo ex conſideratis à Bartol. erat multum vltra quinquennium,ſi cum Bartol.dicimus iudæos negatiue locutos, non videris tantæ ætatis, apparet ex maiori exceſſu deſcenſiuè quam quinque annorũ, iudæos exiſtimaſſe ſeruatorem noſtrum non fuiſſe ætatis quinquaginta annorum. Si verò dicimus iudæos affirmatiue locutos eſſe, videris quinqua-

ginta



ginta annos habere,exceſſus pariter iſte aſcenſiue eſt immodicus. Atque ita nullo modo conuenit vel quinquennio;nec etiam decennio. Alij verò( inquit Bar.) ſcripſerunt,iudæos dicere voluiſſe,quinquaginta annos nondum habes, hoc eſt nondum perueniſti ad annũ iubilæi, in quo fit remiſſio peccatorum.Quomodo ergo dicis,te tantam habere poteſtatē. Cæterùm expoſitio hæc,nec vera, nec ad rem pertinet.Et ſi enim verum eſt aliquos bene eruditos ſacrarum literarum interpretes; ſicuti Theophylactus refert dixiſſe, quinquaginta annorum factam fuiſſe mentionem ob honorem anni iubilæi: Attamen hæc expoſitio non conuenit. Cum inter Chriſtum ſeruatorem & iudæos non eſſet diſputatio de poteſtate dimittendi peccata;ſed quod Chriſtus viderit vel nō viderit Abraam, ſeu ab eo viſus fuerit.Et propterea cũ eſſet contentio de quantitate ætatis, abſurde nimis diceretur facta mētio anni Iubilæi, Alij vt Irenæus lib.ij.c.xl. exiſtimarunt, Dominum maiorem annis xl.prædicaſſe euangelium; ac ad ætatem quinquagenariã acceſſiſſe, cum illi hæc iudæi obiicerent. Quod & confirmant autoritate eorum, qui hæc ſe audiuiſſe à Ioanne prædicabant. Verùm reiicitur ab omnibus opinio hæc, quippe repugnat omnibus Euangeliſtis, Et nouè ſcribit Cornelius Iaſenſius in commentariis in concordiam Euangeliſtarum cap. lxxvij.colum.vlt. Irenæi errorem emanaſſe à Papia Ioannis diſcipulo, qui ex Apoſtoli verbis non ſatis intellectis, ſcripſit quædam, vnde data eſt aliis erroris anſa, inter quos Euſebius lib,iij.eccleſiaſt. Hiſtoriæ. cap. vlt. recenſet Irenæum. Alij opinati ſunt, eſſe legendum quadraginta. Sic enim legitur apud Chryſoſtomũ, qui commenti vice adiicit,ac ſi iam propè accederet ad eam ætatem. Cæterùm Cornelius Ianſenſius præcitato in loco ſcribit, veriſimile eſſe ſcriptorum vitio quinquaginta mutatum fuiſſe in quadraginta; quod crederent illi, ineptè nimis obieciſſe iudæos quinquageſimum annum: cum ab eo tam longe abeſſet. Alij ſcripſerunt, iudæos exiſtimaſſe Dominum Seniorem fuiſſe quàm erat, ob maturitatem & grauitatem vultus: & ob multos labores in prædicationibus, vigiliis & orationibus. Quam quidem interpretationem probare non poſſum. Cum non affirmatiuè dixerint iudæi, quinquaginta annos habes: ſed negatiuè quinquaginta annos nondum habes. Quibus ſanè verbis non fatebantur iudæi, quod Dominus accederet propè ad quinquageſimum annum. Exiſtimauit demum Ianſenſius in loco ſæpe allegato probabiliſſimum eſſe iudæos ea appellatione quinquaginta annorum ſpectaſſe morem ſui ſeculi, hoc eſt, iubilæi, quod interdum ſeculum appellatur: quaſi dixerint. Nondum vnum ſeculum impleuiſti, & audes dicere te vidiſſe Abraam. Verùm nec interpretatio hæc controuerſiam dirimit, cur ſcilicet dixerint iudæi, ſeculum nondum impleuiſti, ideſt nondum ad quinquageſimum annum perueniſti, cum re vera adhuc eſſet ætatis tringinta, & paulò plus annorum. Exiſtimaui aliquando probabilius eſſe, iudæos ea verba, quinquaginta annos nondum habes, protuliſſe,non quod ex aſpectu ætatem Domini iudicarent, ſed re vera ſcirent, cum non fuiſſe ætatis quinquaginta annorum. Nam certum eſt, Dominum à iudæis fuiſſe ab ineunte ipſa ætate cognitum; cum iam multos ante annos in templo cum eo diſputaſſent. Et iudæis ipſis noti erant pater, mater, fratres & ſorores, legitur enim apud Matthæum cap.xiij. Marcum cap. vj. & Lucam cap. iiij. aliquando ſeniores ipſos populi cum ipſo Domino diſputantes eius doctrinam & ſapiētiam admiratos, dixiſſe: Nonne hic eſt filius Ioſeph, fabri filius? nonne hic eſt faber filius Mariæ, frater Iacobi & Ioſeph, & Iudæ & Simonis? &c. Qua propter veriſimile eſt, iudæos ſciuiſſe Domini ætatem, & ſi non ita præciſè & punctim, ſaltem tamen eam, quæ proximè ad eam accedebat.Id quod vel ex eo etiam colligitur; cum nō dixerint Iudæi,quinquaginta annos nondum habere videris, quo ſermone ſignificaſſent,ex aſpectu iudicare eum voluiſſe,ſed dixerunt, quinquaginta annos nondum habes,pro certo & conſtanti habētes, Dominum quinquageſimum annum non attigiſſe.Cæterùm admiſſo Iudæos iudicaſſe Domini ætatem ex aſpectu, id vel ea ratione & cauſa factum eſſe exiſtimo, Nam nil magis fuit cordi ipſis Iudæis maximè ſeniorib,populi,quàm vt Dominum mendacij conuincerent, & falſam doctrinam eum tradere. Quod vel ex eo ipſo capitulo octauo Ioannis, manifeſte colligitur, dum in initio illius capitis dixiſſet Dominus; Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me,non ambulat in tenebris: ſed habebit lumen vitæ. Dixerunt Phariſæi; Tu de te ipſo teſtimonium perhibes;teſtimonium tuum non eſt verum, &c. Et paulo poſt dixit Dominus. Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi. Vt igitur Iudæi conuincerent Dominum de mendacio, cum dixiſſet, Abraam vidiſſe diem ſuum, propoſuerunt vnum, quod erat certum & manifeſtum, quodque ipſe Dominus non negaſſet, nempe quod Dominus nōdum impleuiſſet quinquaginta annos; & quod nihilominus auderet dicere vidiſſe Abraam,qui iam multa ante ſecula deceſſerat. quaſi ita dicere voluerint Phariſæi. Ecce quàm falſa loqueris,negare non poteſt,te adhuc non impleuiſſe ad ſummum quinquaginta annos; & tamen adeo audax es, vt velis aſſerere, te vidiſſe Abraam, qui iam mille & octingentis ab hinc annis deſiit eſſe in humanis, Ita enim tantum ac plus temporis à morte Abrahæ ad Domini natiuitatem interceſſiſſe facilè colligitur ex ſuppuratione temporum, quam facit Gerardus Mercator in Cronologia; dum ſcripſit Abraã deceſſiſſe anno 2114.à creatione mundi. Dominum verò natum fuiſſe anno ab eiuſdem mundi creatione. 3966. Mea hæc eſt hac de re dubia interpretatio,quã tamen eccleſiæ catholicæ Romanæ iudicio ac ſententiæ libenter ſubiicio.

## PRAESVMP. LII.

Defenſum in iudicio reum conuentum, præſumi à ſanguine coniunctis, & de cōſanguinitatis effectu, alia nonnulla explicantur.

### SVMMARIVM.

1 *Reus habens ſanguine coniunctos vel amicos in loco iudicij, præſumitur ab iis defenſus.*

2 *Mortē occiſi vlciſci,permiſſum eſt omnib.ſanguine coniunctis.*

3 *Conſanguinei & affines prius ad tutelam & curam admittuntur, & quando iis præfertur vitricus.*

4 *Tutor pupillo dari debet, quem mater nominauit, niſi iuſta cauſa impediat.*

5 *Colludere non præſumitur, qui ſuorum iniuriam proſequitur.*

6 *Homicidam filij ſui accuſans pater, à præſumpta calumnia excuſatur.*

7 *Teſtium examinationem impedientibus affinibus,non præſumitur contra accuſatum.*

DEFENSVS in iudicio præſumitur reus ille conuentus, qui in loco iudicij ſanguine con-
1 iunctos, †vel amicos habuit.l.hæc autem.§.j.ff. quib. ex cauſis in poſſeſſ. eatur. & in ſpecie ſcribit Alcia.in tracta.de præſumptionibus.reg.xxij.numero 1. qui huius ſententiæ recenſet Baldum in l. iij. §. ſi reus. ff. iudicatum ſolui.& in rubric.C.de ſucceſſ.edicto,qui tamen hoc non ſcripſit. Hinc infert idem Alciatus quod vbi agitur
2 de vlciſcenda morte † occiſi, admittuntur ante omnes, qui illi erant ſanguine coniuncti, etiamſi pauperes ſunt.l.ſi plures vbi gloſ. ff. de accuſat. & ibidem Angelus. Hinc etiam
3 fit,vt † conſanguinei & affines prius admittantur ad tutelam & curam; ex quo præſumptio eſt quod pupillum & minorē defendent.§. ex his.in auth. de hæred. ab inteſta. venien. Id quod intelligit Alciatus præcitato in loco,niſi ipſe pupillus vel minor petat ſibi aſſignari vitricum. Nam tunc is præfertur conſanguineis.Ita Alber.in l.vltim.C.de contra.iudicio tutelæ. Niſi( ſubiungit Alciatus in d. præſumpt. xxij. numero 2.) iudex cognoſceret pupillum, vel adultum ipſum petere per imprudentiam & ſimplicitatem. Nam tunc ( ait Alciatus ) ex iuſta cauſa anteponere debet iudex con-
4 ſanguineum vitrico. Ita dicimus, quod & ſi tutor † dari is debet pupillo,quem mater nominauit: attamen ſi iuſta ſubeſt cauſa,eum non dandi, iudex alterum aſſignabit. Qua de re ſcripſi lib.ij.de arbitrariis iudicum. caſu clj, Hinc etiam infertur ſecundum Alciatum præcitata in præſumptio, xxij.
5 numero tertio. colludere † non præſumi eum; qui ſuorum iniuriam proſequitur.l.j.in fin.ff.de Carbo.edicto. & l.j.C.
6 ad l.Corneliam de falſis. Et ſimile eſt quod dicimus,†patrē

m excuſari

excuſari à præſumpta calumnia, qui filij ſui homicidam ac-
cuſauit, ſicuti ſcripſi libro ij. de arbitrariis iudicum. caſu.
cccxxj. nu. 25. vbi alios eiuſdem ſententiæ Doctores com-
memoraui.

Hinc etiam infertur ſecundum Alciatum in d. præſump.
7 xxij. in fine. Non præſumi † cõtra accuſatum, etſi eius affines
qui defenſionem ſuſceperunt teſtium examinationem impe-
diunt. Id quod affirmauit Alciatus ex ſententia Abbatis an-
tiqui in cap. conſtitutus. de teſtibus. & Bald. in l. j. in fi. C. ſi
quacunque præditus poteſta.

## PRAESVMP. LIII.

### Teſtimonium fratris pro fratre reiici ob affectio-nem, quam lex præſumit in fratre erga fratrem, & alia nonnulla de his egregia exponuntur.

*SVMMARIVM.*

1 *Fratrem à fratre diligi, legis eſt præſumptio.*
2 *Iniuria vni fratri illata, cenſetur illata & alteri.*
3 *Fratris teſtimonium in cauſa etiam ciuili graui reijcitur.*
4 *Fratris teſtimonium in cauſa ciuili leniori admitti.*
5 *Teſtimonium domeſticorum reijci, de quibus id intelligendum.*
6 *Frater pro fratre non eſt teſtis omni exceptione maior, & quam fidem tribuat iudex arbitrabitur.*
7 *Iniuria illata à fratre fratri, eſt grauior illa quæ ab extraneo infertur.*
8 *Diſcordia inter fratres facile oritur.*

CVM ſuperiore præſumptione actũ ſit de his præ-
ſumptionibus, quæ circa affines verſantur, hoc
in loco adiicere ſatis conuenit præſumptionem
1 illam, qua dicimus, † legem præſumere quod
frater fratrem diligat, atque ita affectionem erga eum ha-
beat. cap. literas de præſump. Quocirca ſtatuit lex ob hanc
affectionem repellendum eſſe fratrem à perhibendo teſti-
monium pro fratre, cum cauſa criminalis eſt: ex quo iniuria
2 † vni fratrum illata cenſetur illata & alteri. l. lex Cornelia.
ff. de iniuriis. & ad rẽ ſic ſcripſit Alcia. in tract. de præſump.
regu. j. præſumpt. xxiij. numero ſecundo. Idem eſt quando
3 cauſa † eſt ciuilis, grauis tamen. Nam adhuc reiicitur teſti-
monium fratris pro fratre: ſicuti præcitato in loco affirma-
uit idem Alciatus, & huius ſententiæ alios multos comme-
moraui libr. ij. de arbitrariis iudicum. caſu ciiij. numero 4.
Eſt maius dubium, quando cauſa ciuilis eſt leuis: Qua ta-
4 men in re, recepta magis opinio eſt, † fratris teſtimonium
recipi. Ita Alciatus in d. præſump. xxiij. numero 1. & ibidem
Nicolaus Arelatanus in annota. & alios plures congeſſi in
dicto caſu ciiij. num. 1. Nec repugnat illa conſideratio Al-
ciati; quod ſi frater ferre non poteſt teſtimonium pro fratre,
cùm cauſa iniuriarum agitur: (vt diximus ſupra) ita nec
quando de cauſa pecuniaria eſt contentio: cum & tunc de
iniuria agatur. Is enim infert iniuriam, qui iniuſtè & doloſè
alienum retinet. l. ſecunda. §. circa. ff. de doli except. Quare
ſcribit Specul. in titulo, de inſtrumentorum editione. §. nũc
verò aliqua, quod executores, quibus teſtator mandauit, vt
ſatisfacerent de omnibus iniuriis, tenentur ſatisfacere etiam
creditoribus pro debitis, quorum dies venit. Et confert,
quod decidit Guido Papæ in quæſtio. decimaoctaua, in fine.
Conſeruatores dati, vt de illatis iniurijs monaſteriis cogno-
ſcant, cognoſcere etiam poſſe contra debitores recuſantes
ſoluere: Cum non ſatisfaciendo iniuriam inferre dicantur.
Hæc ſane conſideratio nil obſtat. Nam præter id, quod re-
ſpondet Alciatus hanc non dici iniuriam in ſpecie, ſicuti eſt
illa, quæ repellit fratrem, reſponderi etiam poteſt; quod
hoc ſolum poſſet procedere, quando debitor fratris recuſa-
ret ſoluere, quòd manifeſte debet. Quo ſane in caſu neceſ-
ſarium non eſt alicuius teſtimonium; ſed quando ſumus in
dubio, tunc non poteſt dici inferri iniuria fratri à debitore:
quia eſſe poteſt, quod is debitor inique moleſtia afficiatur.
Non etiam repugnat teſtimonium fratris pro fratre eſſe do-
meſticum teſtimonium, quod à lege repellitur. l. teſtes. ff.
de teſtibus. & l. etiam. C. eod. Quo argumento ad rem hanc
vſus eſt Duarenus lib. j. diſputa. anniuerſ. c. xxviij. Nam re-
5 ſponderi poſſe arbitror, domeſticum teſtimonium † intelli-
gi de illo, qui in eadem domo habitat, non de omnibus, qui
eiuſdem ſunt gentis, familiæ & agnationis. iuxta l. reſpicien-
dum. §. j. ff. de pœnis. Non enim iure probatur, eos, qui ex
agnatione & familia ſunt, tanquam quod domeſtici ſint,
repelli à teſtimonio. Illud autem eſt hîc obſeruandum; quod
6 illis in caſibus, in quibus frater pro fratre † fert teſtimo-
nium, non erit teſtis omni exceptione maior. Ita Baldus in
l. vltim. C. de probat. Et erit arbitrarium iudici, quam fidem
illi adhibeat. Specul. in tit. de teſte. §. j. & Felinus in c. literas.
nu. 7. verſi. prædicta limita. de præſumpt. & in c. cum opor-
teat. in quinto notab. de accuſa.

Infert etiam Alciatus in d. præſump. xxiij. in fin. quod in-
7 iuria † quæ fit à fratre fratri, dicitur grauior illa, quæ ab ex-
traneo infertur. Id quod ſcripſit & Marſilius in ſing. dlxxiij.
Nam frater inferens iniuriã fratri magis lædit dilectionem
& charitatem, & attingam infra libro v. præſumpt. xv. ad fi-
nem.

Infert quoque ex prædictis Alciatus in d. præſump. xxiij.
8 in fine, inter fratres facile oriri † diſcordiam. Nam illa ma-
gna familiaritas facile contemptum parit. Qua etiam de re,
dicemus in d. præſump. xv. in fi.

## PRAESVMP. LIIII.

### Teſtes ad æternam rei memoriam, quando exa-minari poſſunt, & quando in fraudem examinati ab actore præſumantur.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtium productio aut examinatio ex parte actoris, non eſt licita ante litem conteſtatam. Quibus id tamen caſibus liceat. nu. 2.*
3 *Teſtium examinationem faciens ad æternam rei memoriam, intra annum actionem proponere debet.*
4 *Teſtium examinationem ad æternam rei memoriam, præcedere debet quædam ſummaria cognitio, nec leui de cauſa hæc facultas concedenda eſt.*

ETSI regulari iure ante litem conteſtatam
1 permiſſa non eſt † teſtium productio, exa-
minatioque ex parte actoris: ad æternã rei
memoriam. c. quoniam frequenter, vt lite
non conteſt. late Rolandus in conſil. xxiij.
nu. 15. lib. iij. attamen certi ſunt caſus, qui-
2 bus id permiſſum eſt; nempe quando teſtes † ſunt ſenes vel
valetudinarij, vel peregrè profecturi ſunt; diuque abeſſe co-
guntur. cap. quoniam frequenter: vt lite non conteſta. Qua
de re ſcripſi nonnulla in libr. ij. de arbitrariis iudicum. caſu
lxij. Nunc dicimus, inter alia, quæ requiruntur, vt examina-
3 tio hæc teſtium proſit actori, † debet intra annum propone-
re actionem, ob quam curauit teſtes illos examinari: alioqui
aduerſus eum erit præſumptio examinationem in fraudem,
ad perpetuam rei memoriam factam fuiſſe. Sicuti ſancitum
eſt in d. c. quoniam frequẽter. & ibi gl. in verbo, in fraudem.
quod & affirmarunt Bald. ibidem Alciatus in tracta. de præ-
ſumptionibus in præmiſſis. in ſecunda parte, numero deci-
motertio. & Andreas Gayllius in libro primo practicarum
obſeruationum, capitulo nonageſimoſexto, numero ſexto,
qui præſumptionem hanc iuris & de iure eſſe ſcripſerunt.
Aduerſus tamen hanc præſumptionem, admittitur contra-
ria probatio indirecta, nempe probando, lapſum adhuc non
eſſe annum, ab eo tempore examinatorum citra: ſicuti præ-
citato in loco admonuit Alciatus. Et præterea intelligitur
currere tempus, ſi eſt in facultate actoris agere, ſecus ſi non
poſſet vt quia actio eſſet conditionalis, vel in diẽ, quæ adhuc
non ceſſerunt. Ita Bartol. in authen. ſed & ſi quis. C. de ſen-
tent. & interlocuto. omn. iudic. & manifeſte Myſingerius
ſingularium obſeruationum centuria quarta, obſerua. lxxij.
Illud etiam hac in re obſeruandum eſt, quod vt concedatur
facultas hæc actori examinandi teſtes ad æternam rei me-
moriam, præcedere debet quædam ſummaria cognitio de
valetudine, ſenectute: vel abſentia: & non leui de cauſa
concedi debet facultas hæc: quemadmodum ſcribunt om-
nes in d. capitul. quoniam frequenter, vt lite non conteſta.
& Ioann. Aric ab Otolera Hiſpanus in ſumma nobilitatis
Hiſpanicæ



Hiſpanicæ, parte quinta. cap. j. numero 3. Imò etiam requi-
ritur iudicis interlocutoria, qua declaratur, teſtes eſſe vale-
tudinarios, vel ſenio confectos, vel abeſſe diu oportere.
Bartolus & reliqui in l. lege Acquil. §. ſi delectum. ff. ad l.
Acquil. Rolan. in conſi. xxiij. nume. 21. libr. iij. Quæ tamen
interlocutoria & declaratio ſatis pronũtiata cenſetur, quan-
do iudex committit ipſorũ teſtium examen, nam facto illo
ſignificatur iudicis voluntas & animus. Ita in ſpecie reſpon-
dit Craue. in conſi. cccxix. nu. 7. verſi. cæterùm, non eundo,
poſt Socin. Sen. in conſi. ccxliiij. col. v. verſi. non obſtat. lib.
ij. Etſi ab his diſſentiat Rolan. in d. conſi. xxiij. in fin. lib. iij.
affirmans communem opinionem eſſe contra Socinum &
Crauettam. Quod verum non eſſe crediderim: cum Socinus
& Crauetta concedant, requiri interlocutoriam: ſed dicunt,
iudicem cõmittendo ipſum examen, ſatis dici interlocutum
fuiſſe. Eſt enim tacita interlocutoria, quæ ſufficit, ſicuti ſcri-
bunt Doct. in l. à procedente. C. de dilatio. & dicemus infra
in præſumpt. xlviij.

## PRAESVMP. LV.

### In teſtibus interdum præſumi vitia, quibus eorum fides debilitatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Delinquere nemo præſumitur.*
2 *Teſtes qui ſponte ſe offerunt ad dicenda teſtimonia, in fide ſe ſuſpectos faciunt.*
3 *Teſtes animosè nimis deponentes ſiunt ſuſpecti.*
4 *Teſtes à dicendo teſtimonio ſe ſubtrahentes, gratia, odio, vel timore facere præſumuntur.*
5 *Et quid operetur hæc præſumptio. nu. 5.*
6 *Teſtes deponentes ſermone præmeditato ſuſpecti ſiunt.*
7 *Teſtes ſuper negatiua loco & tempore non coarctata deponentes, ſuſpecti ſiunt.*
8 *Teſtium fides ſuſpecta redditur, quando poſt dictum teſtimonium corrigunt atteſtationem.*

ETSI enim præſumptio iure & ratione probata eſt,
1 neminem præſumi † delinquere. l. meritò. ff. pro
ſocio. tum maxime teſtes, qui iurati in iudiciis
teſtimonium ferunt: Attamen nonnunquam eue-
nire ſolet, vt vitia præſumantur, quibus ſuſpecta eorum fi-
des redditur. Et primum quidem eſt vitium, quando teſtes
2 ipſi ſua ipſa ſponte † ſe obtulerunt ad dicendum teſtimonia,
ſuſpicio namque hinc exoritur, qua fides eorum labaſcit. Ita
ſcribunt Barto. in l. libertorum. C. de teſtibus. Bald. in l. iiij.
C. eod. Capella Toloſa. in q. ccclxxxiiij. Ruin. in conſi. cxlvj.
nu. 1. lib. j. Marſ. in conſi. ij. nu. 41. in conſi. xij. nu. 8. in conſi.
xviij. nu. 31. & in conſi. xx. nu. 38. & in ſing. cxl. & Neuiz. in
conſi. xxv. nu. 17.
3 Secundum eſt vitium † quando animosè nimis ferunt te-
ſtimonia. Nam & tunc ſuſpecti ſunt, ſicuti reſponderunt
Barba. in conſi. xxxij. col. ij. lib. j. Socin. Sen. in conſil. ccxlix.
col. iiij. libro. ij. Craue. in conſi. ccxlix. nu. 4. & Gramma. in
in conſi. xij. nu. 1. in crimi.
4 Tertium eſt vitium, quando † econtra teſtes à ferendo
teſtimonio ſe ſubtrahunt. Nam tunc præſumitur, quòd gra-
tia, vel odio, vel timore ſe ſubtrahant, & ideo ſuſpecti ſiunt.
Ita glo. & ibi Inno. & reliqui in c. j. de teſtib. cogen. Spec. in
tit. de teſte. §. qualiter, verſi. ſed quomodo probatur, Lucas
de Penna in l. iij. in xlj. præſumpt. C. de apochis publ. libr. x.
Feli. in d. c. j. nu. 9. Qui quidem intelligit non habere locum
in cauſa criminali, in qua non præſumitur contra teſtem, niſi
appareat, quod gratia, vel odio, vel timore ſe ſubtrahat. Et
5 ſuſpicio ſeu præſumptio hæc operatur † vt tanquam dolo-
ſus puniatur, pœna extraordinaria, iudici arbitraria, criminis
ſtellionatus, quẽadmodũ poſt alios ſcripſi in cõmentariis de
arbitrariis iud. lib. ij. in caſu ccclxxxj. in fi. vel etiã puniri po-
teſt ad intereſſe parti, ad cuius detrimentũ ſe ſubtraxit, à te-
ſtificando. Si vero pretio fuiſſet corruptus, pœna falſi puni-
retur. Ita Felinus in cap. dilectorum. nu. 4. de teſtibus.
6 Quartum eſt vitium, quando † teſtes per eundem præ-
meditatum ſermonẽ teſtificati ſunt. Hoc etiã vitio ſuſpecti
ſiũt. l. iij. §. idemque. ff. de teſtib. & ſcribunt Specul. in tit. de
teſte. §. j. verſi. item quod idem dixerit, Lucas de Penna in l.
iij. in xlij. præſumptione. C. de apochis publicis. lib. x.

Quintum eſt vitium, ex quo oritur ſuſpicio cõtra teſtes,
7 ne eis fides adhibeatur, † quando depoſuerunt ſuper negati-
ua non coarctata loco vel tempore. Ita Baldus in capit. j. §. ſi
quis per triginta. in fine. ſi feudo controuerſ. ſit inter domi.
& agna. Alex. in conſi. cviij. nu. 10. lib. ij. & And. Gayllius in
lib. j. practicarum obſerua. in obſeru. lxiiij. nu. 4.

Sextum eſt vitium, quo ſuſpecta redditur fides teſtium,
8 quando † ſcilicet poſt iam dictum teſtimonium mutant ſeu
corrigunt atteſtationem ipſam. Quam quidem præſumptio-
nem ſeu ſuſpicionem diligenter explicauit Alciatus in tract.
de præſumptio. reg. ij. præſump. xxix. & nos eo fuſius in libr.
ij. de arbitrariis iudicum. caſu cviij. Et ad rem aliqua ſcriptũ
reliquit Antonius Gabriel in lib. vij. concluſionum. in titul.
de criminal. in concluſio. xxviij. Et de ſuſpicione, ac ipſamet
falſitate, quæ conuincitur ex teſtium varietate & contrarie-
tate diſputabimus infra lib. v. in præſump. xliiij.

## PRAESVMP. LVI.

### Teſtium interrogatione examinationeque alteri mandata, quid aliud commiſſum præſumatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Receptione teſtium commiſſa, non præſumitur commiſſa ipſorum examinatio.*
2 *Mandatum iuriſdictionis eſt ſtrictæ interpretationis.*
3 *Examinatione teſtium commiſſa, præſumitur commiſſa etiam receptio.*
4 *Examinatione teſtium commiſſa, vtrum commiſſa ſit eorum reprobatio, & quod non, probatur. nu. 7.*
5 *Laboribus & impendijs parcendum.*
6 *Actus debet interpretari, vt vtrique partium conſultum ſit; & ſatisfactum.*

CONTINGIT ſæpiſſime teſtes eſſe alio in lo-
co, quam iudicij, vel cauſæ iudicem eos ob im-
pedimentum aliquod non poſſe interrogare,
ea propter onus hoc alteri mandatur, vt ſcribũt
omnes in l. iudices. C. de fide inſtr. & in §. quo-
niam in authen. de teſtibus. Qua de re doctè & copioſè diſ-
ſerit praximque docet Andreas Gayllius in libro primo pra-
cticarum obſeruationum. capitulo nonageſimoſexto. Du-
bitari itaque ſolet, quid commiſſum præſumatur? Hîc cum
tria ſint conſideranda, teſtium receptio, examinatio, & eorũ
reprobatio, ſic tres caſus conſtituendi ſunt.
1 Primus eſt, quando commiſſa mandataque fuit † teſtium
receptio. Hoc ſanè caſu non præſumitur commiſſa ipſorum
teſtium examinatio. Ita Aretinus in capit. licet cauſam. nu.
2. & ibidem Decius in ſeptimo notab. de probatio. illo tex-
tu adducti. Et confert ratio, quod cùm maior diligentia &
induſtria requiratur in examinatione, quàm in leui illo actu
receptionis, non præſumitur quòd examinatio ipſa fuerit
2 commiſſa. Et accedit quòd mandatum † iuriſdictionis ſtri-
ctæ eſt interpretationis, vt dicemus infra, & diligenter eius
fines obſeruandi ſunt. l. diligenter. ff. mand. mandata ergo
receptione, non cenſetur mandata examinatio.

Secundus eſt caſus, quando mandata commiſſaque fuit
3 † teſtium examinatio. Hoc ſanè caſu præſumitur etiã com-
miſſa ipſa teſtiũ receptio. Ita Decius in d. cap. licet cauſam.
in ſeptimo notab. in fine. de probatio. Et huius traditionis
ratio eſt, quia ſine receptione teſtes examinari non poſſunt.
Prius enim debent recipi, deinde examinari. Eſt ergo rece-
ptio neceſſarium antecedens examinationis; & propterea
cenſetur mandatum. l. ij. ff. de iuriſd. omn. iud.

Tertius eſt caſus, quando cõmiſſa mandataq; fuit teſtium
examinatio, an præſumatur etiam cõmiſſa ipſorum teſtium
reprobatio, ſeu examinatio teſtium reprobatoriorum? Et
4 commiſſam † præſumi, affirmauit poſt Hoſtienſem Bella-
mera in capitul. licet cauſam. numero 8. de probatio. qui
dixit, hanc opinionem vt æquiorem amplectendam eſſe. Et
ij quidem ea ratione & argumento vſi ſunt ex auth. & con-
ſequenter.

ſequenter.C.quomodo & quando iudex, cap.prudentiam. de mutuis petitio. & l. terminato. C.de fructibus & litium expenſ.Cæterum reſponderi poteſt, illa locum habere in iudicibus ordinariis vel delegatis, coram quibus reus conuentus, iure permittente poteſt actorem re conuenire, ſicuti copioſè declaraui in lib.j.de arbitr.iud.q.xliiij.nu.2.& 3.

Secundò moti ſunt, quod ſine oppoſitionibus & contradictionibus cognoſci nō poteſt, an adhibenda ſit fides ipſis teſtibus, vel non. Et ideo videtur mandata & commiſſa etiā reprobatio, ſeu oppoſitio & examinatio teſtium reprobatoriorum; tamquam quoddam neceſſarium antecedens, arg.l.ad rem.& l.ad legatum.ff.de procur.Verùm reſpondetur, non eſſe iudicium eius, cui mandata eſt teſtium examinatio, vt cognoſcat an fides ſit adhibenda teſtibus, vel non: ſed id pertinet ad mandantem, coram quo aduerſarius deducere poterit oppoſitiones, & impetrare vt eodem in loco examinatorum teſtium, examinentur & reprobatorij, ſi ibi
5 extant. Tertio adducti ſunt, quòd laborib.† & impēſis parcendum eſt.l.properandum. in prin.C.de iud.&c.finem litibus.de dolo & contum. Atqui ſi ab eodem delegato examinabuntur teſtes reprobatorij, euitabunt litigantes expenſas & labores, denuò examinandi teſtes coram mandante. Ergo præſumitur ita mandatum. Reſpondetur, facile eſſe aduerſario, qui contra teſtes opponit, impetrare ab ipſo delegante commiſſionem ipſi delegato, vt teſtes reprobatorios recipiat & examinet. Quartò afferri poteſt ratio hæc, quod
6 actus † debet interpretari, vt vtrique partium conſultum atque ſatisfactum ſit.l.adoptiuus.§.j.ff. de ritu nupt. & ſcripſi poſt alios in lib.ij.de arbitr.iud.caſu cxcix. nu.13. Porrò, ſi dicimus, eſſe quoque commiſſam teſtium probationem, erit ſatisfactum ei, qui vult reprobare, cùm habeat corā quo ius ſuum deducat. Erit etiam conſultum eius aduerſario: cum & ipſe confidat de ipſo delegato, ex quo ab eo voluit teſtes ſuos examinari. Reſponderi facile poteſt quod & ſi vtrique partium dici poſſet ſatisfactum, non tamen ſatisfactum erit ipſi iudici deleganti, qui non dicitur approbaſſe ipſum delegatum, quo ad teſtium reprobationem: cùm maior induſtria & diligentia eo in caſu requiratur, quàm in ipſa examinatione, vt mox dicemus.

7 Contrariam itaque opinionem, † quod imò mandata teſtium examinatione, non præſumatur mādata eorum reprobatio, ſcripſerunt Innocen.& Baldus in capit.licet cauſam. nu.2.de probat. Specul.in tit.de teſtib.§. qualiter. num.21. Angelus in l.ij.in prin.ff.de iuriſd.om.iud.& ibidē Caſtren. nu.2.in fine, & ibidem Rimin.Sen.nu. 2. Iaſon nu.9. Socin. nu.4.Idem cenſuerunt Felinus in d.c.licet cauſam.nu.14.in fin.Dec.in ſeptimo notab.& Berò.nume.17.& communem teſtatur Aſinius in praxi iudiciorum.§.xxij. cap. viij. Ea ratione vſus eſt Bero. & probauit Aſin. quod maior induſtria & diligentia requiritur in teſtium reprobatione quàm in examinatione. Verùm crediderim minus veram eſſe rationem hanc, cum non ipſe delegatus examinando alios teſtes ſuper reprobatione primorum, reprobaret teſtes iam examinatos, imò nec de eorū fide aliquid quæreret, ſed ſolum examinare & nudum factum examinationis impendere diceretur: Et propterea non maior requiritur induſtria in examinandis his reprobatoriis quàm illis primis. Probabilior itaque huius traditionis ratio ea mihi videtur, quòd mandatum delegationis cauſæ, ſtrictam tantum admittit interpretationem.c.j.vbi gloſ. de off.deleg.in vj.& ſcribunt omnes in l.j.in prin.ff.de offi. eius.& in d.l.ij.ff.de iuriſd.omn.iud. Quocirca nil plus mandatum cenſetur quàm ſonant manifeſta mādati verba, niſi id veniret in neceſſariū antecedens, vel conſequens d.l.ij.Porrò cum hoc in caſu commiſſa fuerit ſimpliciter examinatio primorum teſtium, & nullū verbum factum ſit de examinatione teſtium reprobatoriorum, nec illi ſine ex neceſſario aliquo conſequenti, dicendum eſt, commiſſionem non comprehendere examinationem illam ſecundam.

## PRAESVMP. LVII.

Sigillum quando præſumptionem, vel plenam fidem faciat, tam publicis quam priuatis in negotiis, diligens & accurata explanatio.

*SVMMARIVM.*

1 *Sigillum aliud publicum aliud priuatum.*
2 *Sigilli publici duplex forma.*
3 *Sigillum vt cuius magiſtratus ſit cognoſcatur, literas inſculptas habere debet.*
4 *Sphyngis imaginem Cæſar Auguſtus in annulo gerebat.*
5 *Sigillum characteres nominis Domini, vel eius imaginem habere ſufficit.*
6 *Rei certæ & demonſtratæ, fruſtra adijcitur demonſtratio.*
7 *Sigillum præſumitur appoſitum volente domino ſigilli, vel ſigilli cuſtode.*
8 *Sigillum alterius non conuenit dignitati magiſtratus, & illo adhibito quædam arguitur ſuſpicio.*
9 *Sigillum ſi cur ſcripturæ impreſſum ſit non appareat, verbis debet exprimi.*
10 *Sigillum multis, & quibus de cauſis ſoleat apponi.*
11 *Sigilli appoſitionis cauſa non expreſſa, probabiliter dubitatur de ſigillantis conſenſu.*
12 *Scripta, in carta ſigillata antequam ſcriberetur, non cenſetur princeps confirmaſſe.*
13 *Subſcriptio poſt ſigilli impreſſionem non eſt neceſſaria, quādo verſamur in pertinentibus ad publicum ipſius ſigillantis officium.*
14 *Sigillum epiſcopi abſque alia ſubſcriptione notarij vel teſtium probat.*
15 *Subſcriptio vel notarij, vel teſtium, requiritur in his, quæ ad ſigillantis officium non pertinent.*
16 *Sigillum publicum egrediens terminos ſuæ autoritatis, non amplius publicum, ſed priuatum appellari debet.*
17 *Sigilli autoritas reſtringitur ad cauſam & officium ad quod fuit ordinatum.*
18 *Arcis cuſtos, non debet reſtituere arcem ei, qui venit cum ſigillo domini.*
19 *Filiusfam.mercator ſi ſtatuto obligetur, intelligitur ex contractu cauſa mercimoniorum inito.*
20 *Mercatorum libris fidem adhibendam, intelligitur in pertinentibus ad mercaturam.*
21 *Subſcriptio cancellarij vel teſtium requiritur, in negotio quidem publico ſed ſigillo illi actui non conuenienti adhibito.*
22 *Subſcriptione non eſt opus, ſi ſtylus & conſuetudo aliter obſeruet, vel cauſa ſit leuis.num.24.*
23 *Sigillo ſoli, etiam ſine ſcriptura, ex conſuetudine fidem adhiberi.*
25 *Sigillum principis adiectum actui priuato, illi robur tribuit.*
26 *Sigillum publicum rectè ritéque impreſſum, quam habeat vim.nu.27. 28.& 29.*
30 *Sigillum priuatum plenam facit fidem adhibitum ſcripturæ confectæ de re propria ipſius ſigillantis. Et quid ſit, ſi adhibetur ſigillum alienum. num.31.*
32 *Scripturam vel literas alienas ſuo ſigillo an quis videatur approbaſſe.& num.34.35.& 36.*
33 *Sigillum idem quod ſubſcriptio operatur.*
37 *Sigillum alienæ ſcripturæ appoſitum, non requirit aliam ſubſcriptionem.*
*Et quamuis ipſa ſcriptura loqueretur in tertia perſona.nu.38.*
39 *Sigillando non cenſetur quis approbare ea, quæ in ſpecie ab ipſo ſint reprobata.*
40 *Sigillans alienam ſcripturam eam præſumitur approbare, ſi à parte vel teſtibus ſcriptura ſit approbata.*
41 *Sigillum ſcripturæ vacuæ appoſitum, nil operatur.*
42 *Sigillans ſcripturam, quam nec vidit, nec legit, non præſumitur approbare.*
*Idem ſi per fraudem ſit appoſitum ſigillum.nu.43.*
*Vel ſi verſetur magnum præiudicium, tunc enim ſubſcriptio quoque requiritur.num.44.*
45 *Sigillum non conueniens dignitati ſigillantis, aut ſi in eo literæ non appareant, non præſumit ſigillantem ſcripturam approbaſſe.*

CVM in iudiciis & foro frequens ſit viſus ſigillorum, quibus acta ipſa publica conſignari ſolent: Ea propter hanc nactus occaſionem, etiam de ſigillis priuatorum agam, quod eo libentius faciam, quo intelligo tractationem illam ad rem noſtram magis pertinere. Et quamquam de ſigilli fide multa ſcripſerim in commentariis iudicum. libr.ij. caſu. cxiij. Nihilominus pleniori (quod aiunt) calamo hic pertractabo ea, quæ huc ſpectant. Duo itaque diſputationis capita diſtinguo, iuxta





1 duo ſigillorum genera. Dicimus enim vnum eſſe † ſigillum publicum, aliud vero priuatum.

Primum itaque diſputationis noſtræ caput eſt de ſigillo publico, quo princeps, magiſtratus, iudices, actuarij & his
2 ſimiles vtuntur. Et huius ſigilli † duplex aliquando eſt forma. Nam aliqui loco ſigilli, annulo ſignatorio vtuntur, cuius tanta eſt vis quanta & ipſius ſigilli, vt ſcribunt Inno.in cap. ij.nu.3.verſi.item nota, quod ius ciuile.de fide inſtru.& ibidem Baldus colum.iij.verſi.dicit Innoc.Abbas colum.pen. verſic.& quod dictum eſt. Felinus columna vlti. verſicu.dicunt etiam prædicti. Imola in l.ad teſtium.§.ſignum. & ibidem Areti.in primo notab.de teſtam. Io.Fabri.in §.poſſunt in princ.inſtit.de teſtam. & Anto.Gabriel in ſuis concluſionibus lib.j.tit.de præſumpt.concluſ.iiij.nu.23. Quo autem
3 facilè cognoſcatur cuius principis vel magiſtratus ſit † hoc ſigillum, inſculptæ eſſe debent literæ, quibus ſignificetur, cuius illud ſit, vt puta Rodulphus Romanorum Imperator. Vel Aloyſius Mocenigo Dei gratia Venetiarum Dux. (hic quidem princeps hoc anno 1577. tertio. Non. Iunij, dum hæc ſcriberem, deſiit eſſe in humanis.) Ita ſcribunt Innocen.in d.cap.ij.nu.2. de fide inſtr. & ibidem Abbas. nu. 14. verſi.quo ad primam. Moderni Pariſien. in conſuetud.Pariſien.tit.j.§.v.nu.12. quod ſecutus ſum in commentariis, de arbitrariis iudicum.caſu cxiij.nu.1.& 2.

Cæterùm aliquando ſigilla hæc, habēt inſculptas aliquas ſingulares imagines & ſigna, quibus alter nemo vtitur: & id quidem ſufficit abſque eo, quod aliæ literæ ſint impreſſæ, ſicuti vſu venit in Sylla, qui Iugurtæ deuicti imaginē annulo ſignatorio inſculptā habebat. Et Auguſto Cæſare qui ſphin-
4 gis † imaginem ſimili in annulo geſtabat. Pretereo hic multos, qui certis his ſignis vſi ſunt: & quorum meminit Alex. ab Alex.lib.ij.dierum genial.cap. xix. Hodie ſummi Pontifices expreſſas eorum in ſigillis habēt imagines Beatiſſimorum apoſtolorum Petri & Pauli. Alia verò eſt obſeruatio Cæſarum: ij in ſigillis inſculptas habent ſui imagines, ſedentes in ſolio vnà cū diademate & ſceptro: & circumſcriptum habent ipſorum nomen, vt puta, Rodulphus Romanorum Imperator. Ita ſcribūt Io.Bertachinus in tract. de epiſcopo. lib.iij.parte prima.num.43.& Io.de Graſſis in tracta.de reſcriptis.nu.8.& Reſtaurus Caſtaldus in tract.de Imperatore. q.xlvij.num.5. Nulla tamē eſt differentia inter vnam & alteram ſigilli formam: cum eandem fidem faciat ſigillum ſine ea literarum ſeu nominis circumſcriptione, ſi modo certum eſt, hoc eſſe illius ſigillantis ſigillum: ac illud quod habet inſculptum nomen. Ita tradunt Archid. Ioan. Andreæ & Geminia.in cap.ij.col.ij.de procurat.in vj. Cùm dixerunt, ſuf-
5 ficere, quod ſigillum † habeat caracteres nominis domini ſigilli, vel eius imaginem. Et multo clarius idem cenſuit Innoc.in cap.ij.col.ij.de fide inſtru.cuius verba hæc ſunt. Nec exigitur quod ibi ſint literæ, dummodo alias certum ſit de ſigillo. Idem cenſuit Craue.in tract.de antiq.temp.in quinta particula primæ partis princip.num.46.in fine. Cuius tradi-
6 tionis ea eſt ratio, quòd rei † certæ & demonſtratæ fruſtra adijcitur demonſtratio.l.j.ff. de dote præleg. Cùm autem ſigillum adhibetur atque ita imprimitur ſcripturæ, neceſſe minime eſt, quod exprimatur à quo adhibitum fuerit hoc ſi-
7 gillum, quandoquidem † præſumitur appoſitum volente domino ipſius ſigilli, vel volente ſigilli cuſtode. Solent enim principes habere cancellarios magnos, quibus ſigillorum curam cuſtodiamque committunt. Habent & magiſtratus ſigillorum ſuorum cuſtodes. Cùm ergo alicui ſcripturæ, reſcripto, vel actui imprimitur ſigillum, præſumitur impreſſum primò volente & mandāte ipſo Principe, vel magiſtratu: Et ſecundò volente eo, qui ſigilli cuſtos eſt. Ita in ſpecie publici ſigilli ſcripſerunt Innoc.in d.capitul.ij.nu.2.de fide inſtru. & ibidem Abbas nu.15. & Craue.in tracta. de antiq. temp. in quinta particula primæ partis princip. numero 48. Quod quidem intelligunt ij Doctores, quando ſigillum eſt ipſius magiſtratus proprium: ſecus ſi alterius. Nam tunc requiritur expreſſa atteſtatio, à quo, & quare fuerit adhibi-
8 tum. Et eſt ratio, quia cum ſigillū † alterius non conueniat dignitati magiſtratus, ſi illud adhibetur, quædam ſuſpicio arguitur. Ita ſenſit Abbas in d.cap.ij.nu.15.in fin.& nu. 16. de fide inſtru. Illud præterea obſeruandum eſt, quod quādo
9 † imprimitur ſigillum ipſi ſcripturæ, ſi aliunde non conſtat, vt puta ex ipſa ſubiecta materia, vel alia ex cauſa, quare adhibitum fuerit ſigillum exprimi id debet aliquibus verbis, ſicuti affirmarunt Innoc.in d.c.ij.nu.3.de fid.inſt.& Moderni Pariſien.in conſuetud, Pariſien.tit.j.§.v.nu. 13.Nam (vt
10 inquit Innoc.) ſigillum † multis de cauſis apponi ſolet ſcripturis. Aliquando in ſignum conſenſus. l.ſi fideiuſſor.§.vlti. ff.de pigno. actio.c.ſine exceptione.xij. q.ij. & c. j. de procur. Aliquando in ſignum teſtimonij. l. Caius. ff. de pigno. actio. Aliquando in ſignum auctoritatis. c. redemptor.& c. ſacrorum.xij.q.ij. Aliquando in ſignum confirmationis. ca. inter dilectos. de fide inſtr. Sunt & aliæ cauſæ, quæ nunc omittuntur. Cum ergo multipliciter apponi ſoleat, ne in æquiuoco laborari contingat, exprimēda eſt cauſa, ob quam ſigillum hoc adhibetur, arg. cap.vlti. de libelli oblat. & cap. vlti. de tranſact. Et præterea accedit, quod niſi cauſa appo-
11 ſitionis † ſigilli exprimatur, dubitari probabiliter poſſet, ſigillantem ipſum ignoraſſe cauſam appoſitionis, & conſequenter, non conſenſiſſe: cum ignorantis nullus ſit conſenſus, vt in ſpecie noſtra annotarunt Caſtren. in l. ſecunda.C. de reb.alien.non alienan.& Purpur. in l. admonendi. nume. 177.ff.de iureiurand. qui ſubiungit poſt Angelum in l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus, de verbo.oblig. Principem non
12 cenſeri confirmaſſe † ſcripta in papyro, à ſe priuſquam ſcriberetur, ſigillato. Inquit tamen Purpuratus præſumptionem eſſe, quod viderit & legerit, ideo onus probandi, quod ignorauerit, ad negantem pertinet.

Cæterùm (vt prædixi) neceſſaria minime eſt expreſſio hæc, quando conſtat, qua de cauſa impreſſum ſit illud ſigillum, vt quia ex ipſius ſcripturæ natura, ſubiectaque materia, vel ex ſtylo conſtat, cur ſigillari ſoleant ſcripturæ illi ſimiles. Ita docuit Innoc.in d.cap.ij.numero 3.verſic.ſed ſi in literis.de fide inſt. Dubitari etiam hic ſolet, an poſt ſigilli impreſſionem adhibenda ſit ſubſcriptio manu ipſius ſigillātis, vel teſtium? Et omiſſa diſputatione, diſtinguendi ſunt duo caſus ſecundum Decium in cap.poſt ceſſionem, numero 10. de probat. ex ſententia Innoc. in dicto capitul. ſecundo. in fine de fide inſtr. Et apertius eadem diſtinctione vſus eſt Petrus Perticenſis in l. comparationes. nume.25.C. de fide inſtr.

13 Primus eſt caſus † quando verſamur in pertinentib. ad publicum ipſius ſigillantis officium; & ſuper his ſigillum adhibetur. Hoc in caſu nulla requiritur ſubſcriptio. Ita Decius præcitato in loco ex ſententia Innocen.in dicto capitu. ſecundo in fine.de fide inſtrum. Ioan. Andreæ in additio. ad Specul. in titul. de fide inſtrumen. editione.§. nunc dicendum reſtat verſicul. ſecundum ſupplementum. Baldi in rubric. C.de fide inſtru, numero quadrageſimo. & Abbatis in dicto capitul. poſt ceſſionem. numero quarto, in ſeptima opinione. de probat. Et idem affirmarunt Petrus Perticenſis in d.l, comparationes. numero 25.C.de fide inſtr.& Guido Papæ.q.clxxv. Hinc decidit Rota in deciſ.j.& deciſ. x. in
14 titu. de probat. in nouis ſigillum † Epiſcopi abſque alia ſubſcriptione notarij, vel teſtium probare. Ita pariter decidit Rot in dec.vij. in titul.de offi. deleg. in antiquis, ſigillo executoris ſine ſubſcriptione & teſtibus, fidem adhiberi, quod quis acceptauit beneficium. Et quamquam Rota & Guido Papæ: hoc magis tribuant ſtylo & conſuetudini fori & curiæ quàm iuri: Attamen Dec. ſatis probari cenſuit ex cap.j.xviij.diſt.c.ſi epiſco.lxxv.diſt.cap.nō debet. & c.cum inter.de elect.c.inter dilectos. de fide inſt. c. ſi canonici. de off. ord. in vj.& c.j.de ſent.excom.in vj. Et hic caſus procedit etiam in officio delegati, vt poſt Rotam in d. deciſ.vij. ſcripſit Decius in d.cap.poſt ceſſionem.nume.10. qui idem eſſe dixit in ſigillo arbitri. Hunc autem caſum locum non habere quò ad præiudicium tertij, cenſuit præcitato in loco Decius, qui alias declarationes adiungit, quas quidem infra explicabimus.

Secundus eſt caſus quando ſigillum adhibetur his, quæ
15 ad ſigillantis † officium non pertinent. Hoc ſanè caſu requiritur ſubſcriptio vel notarij, vel teſtium. Ita Decius in d.ca. poſt ceſſionem. numero 11. verſicul. ſecunda concluſio ex ſententia Nicolai de Matarelis & Ioann. Andreæ, quos recenſet, ac etiam auctoritate Baldi in rubric. C.de fide inſt. numero 40. qui ob id ſcriptum reliquit, quod ſi Priores Peruſini ſigillant ſcripturam, in qua contractus alicuius pri-

uati contiuetur; illud ſigillum nil proderit. Hunc etiam ca-
ſum probauit Petrus Perticenſis in d. l. comparationes. nu-
mero 25. de fide inſtrum. Et hoc in caſu, vt inquit præcitato
in loco Decius, defendi poteſt opinio eorum, qui ſcripſe-
runt, hanc ſubſcriptionem eſſe neceſſariam, ſicuti dixerunt
à Decio ipſo multi relati. Et Guido Papæ in d.q.clxxv.& q.
ccccłxxxj. Soc.Sen.in conſi.cclvij.col.iij.verſi.tertiò etiam
reſpondetur.lib.ij.& Didacus libro practica.quæſtio.capit.
16 xxij.in fine. Et ratio huius caſus eſt manifeſta quia dum † ſi-
gillum publicum egreditur terminos ſuæ auctoritatis, non
amplius publicum, ſed priuatum appellari debet, ſicuti dici-
mus in iudice, qui dum aliquem ſpoliat, & ſuæ iuriſdictio-
nis terminos excedit, non iudicis, ſed priuatæ perſonæ no-
men obtinet, vt ſcripſi in commentariis de recuperanda
poſſeſſ. Et præterea, (vt ait Decius præcitato in loco) acce-
17 dit quod auctoritas † ſigilli reſtringitur ad cauſam & offi-
cium, ad quod fuit ordinatum, vt in ſpecie tradunt Baldus &
Aret.in d.cap.poſt ceſſionem.& prius Inno.in cap.ij.nume-
ro 2. propè medium.de fide inſtr.arg. capit. ſignificauit. de
18 appellat. vbi Baldus ſcripſit, quod cuſtos arcis † non debet
arcem ipſam reſtituere ei, qui venit cum ſigillo domini:
Cum ſigillum non ſit ordinatum ad actum illum. & Baldum
ſecuti ſunt ibi Butrius, Abbas & Francus: & Io.Bertachinus
in t act. de epiſcopo.lib.iij.parte prima.num.35. & numero
19 41. Et ſimile eſt quod dicimus, ſi ſtatuto obligetur † filiusfa.
mercator, intelligitur, ex contractu initio cauſſa ipſius mer-
caturæ & negotiationis. Ita Bart.in l.iij. §. & hoc edicto. ff.
natæ caupo. ſtabul. & in l.vltim.C.ad S.C.Macedo.& Alex.
in conſi.ccviij.nu.11.libr.ij. Eſt etiam ſimile cum dicimus,
20 ſi ſtatuto cautum ſit, libris † mercatorum eſſe adhibendam
fidem, intelligitur, in pertinentibus ad mercaturam: non au-
tem quo ad cætera omnia. Ita reſpondit Roma. in conſil.
cciiij.& conſi.ccv. & ſcripſi in lib.ij.de arbitrariis iudicum.
&c.caſ.xcj.nume.23.vbi num.24.dixi in ſpecie idem eſſe de
ſigillo.
21 Hic caſus locum etiam habet, quando negotium † eſſet
quidem publicum, ſed tamen ſigillum non eſſet reſpectu il-
lius negotij conueniens, vt quia alio ſigillo vti ſoleant can-
cellarij ad illius actus ſigillationẽ, vt ſi certi actus conſueue-
runt ſigillari ſigillo magno, & tamen actus aliquis ſigillatur
paruo ſigillo. Nam adhuc requiritur ſubſcriptio cãcellarij,
vel teſtium. Ita ſcripſi in d.libro ſecundo, de arbitr.iudicum.
caſu cxiij. numero 7. vbi huius ſententiæ recenſui Roma.in
l.admonendi.numero 55. & ibidem Catonem Saccum. nu-
mero 51. ff. de iureiuran. Felinum in d. capitul. poſt ceſſio-
nem. numero 7.& Veſtrium in praxi lib.vj.capitul.j. nume.
9. Idem ſenſerunt Abbas in capit.ij.nume.16.in fine.de fid.
inſtr. Ioan.Bertachinus in tract.de epiſcopo. libr.j.parte iij.
num.33.
Hic autem caſus ceſſat, atque ita locum non habet, quan-
22 do † ex ſtylo & conſuetudine aliter obſeruaretur. Nã tunc
nulla ſubſcriptione opus eſt, etſi ſigillo publico priuati
actus conſignantur. Ita Nicolaus de Matarelis, Ioann. An-
dreæ, Innocen. & Baldus iam ſupra commemorati; & quos
ſecutus eſt Dec. in d. capit. poſt ceſſionem. numero 12. de
probat. Et ſcribit Abbas in cap.ij.nu.17.de fide inſtr. quod
ſi extat conſuetudo, vt ſigillo Epiſcopi ſigillentur cõtractus
priuatorum, conſuetudo illa eſt obſeruanda. Et (inquit
Abbas) ille Epiſcopi cancellarius, poteſt abſque alia ſpe-
ciali licentia ſigillum adhibere. Quam quidem traditionem
probarunt ibi cæteri omnes, maximè Imola column.vltim.
verſicul. ſecunda concluſio. Imò conſuetudo operatur, vt
23 ſoli † ſigillo ſine aliqua ſcriptura fides adhibeatur, etiam
extra ea, quarum cauſſa ſigillum fuit ordinatum. vt ſcripſit
Gem.in cap.ij.de procurat.in vj. vbi ait, quod ex conſuetu-
dine Senenſi, homines Caſtorum Senis proficiſcuntur ſolo
cum ſigillo ſui Caſtri & villæ, quo oſtẽdunt, ſe procuratores
ſuarum vniuerſitatum. Et Geminia. ſecutus eſt Decius in d.
cap. poſt ceſſionem. num.12.in fine.de probat. Et his acce-
dit Bertach. in tracta.de Epiſcopo.lib.j.parte iij.nume. 22.
qui teſtatur, ſe vidiſſe ita obſeruari. Præterea hic caſus lo-
24 cum non habet in cauſis † leuibus. Nam tunc ſigillum pu-
blicum appoſitum his, quæ non pertinent ad officium ſi-
gillantis, fidem facit abſque alia ſigillantis, vel teſtium ſub-
ſcriptione. Ita in ſpecie tradunt Abbas in d. cap.poſt ceſſio-
nem. num.4.in ſeptima opinione. de probat. & ibidem col.
iij. verſicul. ſed tunc quæro. & nume. 6. & apertius Decius
nume.13.qui aliquot ſimilibus comprobat. Et tandem non
habet locum hic caſus quò ad ſemiplenam probationem, &
multò magis ad præſumptionem. Ita Decius in d. cap. poſt
ceſſionem. numero 14. qui ſubiungit. nume. 15. nec etiam
25 habere locum caſum hunc in ſigillo † principis, quod adie-
ctum actui priuato illi robur tribuit. Qua de re nunc non
diſputo.
Hac ex diſputatione ſatis ſuperque intelligimus, ſigillum
26 publicum rectè riteque ſcripturæ impreſſum, vim † ma-
gnam habere: cum plenam fidem faciat, vt ſcribunt omnes
in d.cap.ij.de fide inſtru. Salicet. in l.ſi qua per calumniam.
col.j.verſ.quæro generaliter.C.de epiſc.& cler.Et præterea
27 operatur huius ſigilli impreſſio † vt vim habeat clauſulæ, ex
certa ſcientia. Ita docuit Riminal. Sen. in l.pacta nouiſſima
in fine. C. de pactis. quem ſecutus eſt Antonius Gabriel in
ſuis concluſionibus lib.j.tit.de preſump.concluſ.iiij.nu.27.
28 Habet etiã vim † confirmationis. l.Tribunus.§.j.ff.de teſta.
milit.Barto.in l.in fraudem.§.ſicut. eod.tit.Baldus in cap.j.
col ij.de pace conſtan. Bertachinus in tracta.de epiſcop.lib.
j.parte iij.nu.24.& Riminal. in d.l. pacta nouiſſima. in fine.
C.de pactis.& Dec.in cap. ij. in fine de fide inſtrum. Habet
etiam effectum delegationis, vt ſcilicet habens ſigillum de-
29 legantis † impreſſum literis cenſeatur ab eo delegatus.c.ſi à
ſubdelegato. de offi.deleg. in vj.Riminal.in d.l.pacta nouiſ-
ſima.in fi.& alios commemorat Antonius Gabriel. in dicta
concluſio.iiij.num.25.qui nu.26. ſubiungit, probari etiam
commiſſionem citationis.
Secundum huius diſputationis caput eſt de ſigillo priua-
to, an ſcilicet probationem vel præſumptionem faciat. Hac
in re diſtinguendi ſunt aliquot. caſus.
30 Primus eſt, quando ſigillum † hoc priuatum adhibetur
ſcripturæ confectæ de re propria ipſius ſigillantis: & conſtat
ipſum ſigillantem ſuo proprio ſigillo ſigillaſſe. Hoc caſu res
certa & clara eſt, ſigillum hoc plenam fidem facere. Ita in
ſpecie ſcripſi libr. ij. de arbitrarijs iudicum. &c. caſu. cxiij.
nu.10. Cùm dixi, idem operari ac ſubſcriptionem: quæ hoc
caſu plenam fidem facit, vt dicemus infra libr. ſubſequenti,
præſum. Et oſtendit hæc ſigillatio cõtractus perfectionem.
Ita Baldus in l.contractus.col.ij.verſ.ſed quæro hic.C.de fi-
de inſtr.Rimin. Sen.in l.pacta nouiſſima. in fine. C.de pact.
Francus in cap.ſignificauit.col.j.verſi.& quod per priuatam
ſcripturam, de appel. Dec.in c.ij.in fine de fide inſtr.
31 Secundus eſt caſus, quando † ſigillum adhibetur ſcripturę
de re propria confectæ: & ſigillum non eſt proprium ſigil-
lantis, ſed alterius. Hoc in caſu requiritur quod ſigillans ex-
primat cauſam, ob quã alieno ſigillo ſigillauit, ad hoc vt ple
nam fidem faciat: ſicuti & ſuperiore caſu. Ita Inno.in d.c.ij.
num.2.verſ.ſi autem nullum ſigillum.de fide inſtr.& ibidem
Ioan.And.col.ij.Baldus nu.13.& Feli.colu. j. in prima con-
cluſio. Et alios plures cõgeſſit Anto. Gabriel in d.concluſ.
iiij.num.15.& num.19. qui quidem ſcribunt, eſſe exprimen-
dum, ſigillum alienum adhiberi de voluntate ſigillantis: &
eam ob cauſam, quia proprio ſigillo carebat. Et huius ſen-
tentiæ ea eſt ratio, quia ſigillum eſt variatum: & alioqui res
dubia redderetur, iuxta l.ad teſtium.§.penult.ff.de teſta. &
quia ſcriptura ſigillari ita debet, vt diſcerni poſſit à quo fue-
rit ſigillata: Id quod non ſatis appareret, ſi vtens alieno ſi-
gillo, id non exprimeret.
32 Tertius eſt caſus, quando † quis proprio ſigillo ſigillat al-
terius ſcripturam, an eam approbaſſe ita dicatur, vt & ipſe
ex ea obligatus cenſeatur? Hac de re ſunt variæ Doctorum
opiniones. Vna fuit eorum, qui dixerunt inferri præſum-
ptionem approbationis actus deſcripti ea in ſcriptura. Ita
gl.in l.ſi procuratorem abſentem, in verbo, intelligendum.
ff.de procurat. cùm dixit, literas ſigillo munitas videri ab eo
ſigillante approbatas. Verbum illud, videtur, præſumptio-
nem ſignificat, vt declaraui ſupra lib.j. Et gloſſam d.l.ſi pro-
curatorem. ſecutus eſt ibi in ſpecie Caſtren. numero 5. Ita
etiam gloſ. in l. ij. C. de reb. eccleſ. non alienan. & ibidem
Cynus, Baldus, Albericus, Io. Fabri & Salicetus. Idem do-
cuit Bar.in l.quæ dotis.in fin.ff.ſolu. matrim. quẽ ſecuti ibi
ſunt Alex.nu.38.& Iaſon nu.94. Ita etiã Baldus in l. in frau-
dem in princ.& in l.Tribunus.§.j.verſicul.& nota.ff. de teſt.
milit.



milit.& in cap.ij.nu.14.de fide inſtru. qui dixit, eſſe ſignum
conſenſus: & ibidem Abbas in primo notab. Imola colum.
pen.verſ.& adde etiam.& Dec.in fine. Riminal.Sen.in l.pa-
cta nouiſſima.in fine. C. de pactis. Iac. à ſancto Georgio in
l.ſi eum ſeruum.ff.ſi certum peta. Angel.Aretin.in prohem.
inſtit.col.v.verſ. ſextò nota. Decius in capit. tertio loco. in
prin. de proba. Aufrer.ad Capellam Toloſan.q.xxiiij.Mar-
ſilius in rub. C.de probat.nu. 321. Tiraquellus in tracta. de
retractu conſang.§.j.glo.ix.num.159. Ea adferri ſolet ratio,
33 quia ſigillũ † idem operatur quod ſubſcriptio, vt expreſſim
reſpondit Roma.in conſ.ccciij.in fin. & apertè idem docuit
Archid.in cap.ſi canonici.col.j.in verbo, ſigillorum. de off.
ord.in vj.& Crau.in tract.de antiq.tempo.in quinta particu-
la primæ partis prin.nu.49.vbi declarat, niſi ſubſcriptio eſſet
de forma. Atqui ſubſcriptio pręſumptionem facit, vt ſcribũt
omnes in l. ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus. de verbo.oblig.
& dicemus infra ſubſequenti libro, præſumpt. Ergo & ſigilla-
tio præſumptionem inducit.
34 Altera fuit opinio eorum, qui dixerunt, † ſigillum ſemi-
plenam probationem facere. Ita Alber.in d.l.ſi per procura-
torem. col.iij.ver.ſed licet priuata.ff. de procurat. Salicetus
in l.ſi qua per calumniam.col.j.verſ.quæro generaliter.C.de
epiſ.& cler.Felinus in cap.poſt ceſſionem.colu.iij.verſ. fallit
ſecundò, de probat.& Socinus Senior in conſ.cclviij.colum.
penul.verſ.parum facit.lib.ij.
35 Tertia fuit opinio, quod imò † ſigillum plenam proba-
tionem facit. Ita ſenſit Purpu. in l. admonendi. nu. 177. de
iureiuran. qui dixit, quod vbi adeſt ſigillum, non requiritur
alia probatio per teſtes, aut comparationem literarum; Sed
tota vis eſt in probanda veritate ſigilli. Et Purpura. ſecuti
ſunt Craue.in d.tracta.de antiqu.tempo.in quinta particula
primæ partis princ.nu. 44. & Antonius Gabriel in ſuis con-
cluſionibus.lib.j.tit.de præſump.concluſ.iiij.nu.2.& 3. qui
quidem ſcribũt, duas illas ſupra commemoratas opiniones
procedere quò ad præiudicium tertij, contra quem ſolùm
inducitur vel præſumptio, vel ſemiplena probatio: ſecus
quò ad præiudicium eius, cuius eſt ſigillum, contra quem
36 plenè probat. Ego certè non video, quomodo † ſigillum ple-
nam probationem faciat. Nam aut conſtat teſtibus, ſigillan-
tem ſua cauſa & nomine, ſigillum adhibuiſſe: Et tunc plena
probatio quidem oritur: ſed illa à teſtimonio teſtium ma-
gis, quam à ſigillo prouenit. Aut teſtes non extant, atque ita
tota vis pendet ab ipſo ſigillo, ſicuti in ſpecie iſta loquuntur
gloſſæ & ſequaces, & tunc ſolam præſumptionem facit: cum
verè plus operari poſſit ſigillum, quod dicitur eſſe quid ina-
nimatum, vt dicemus ſtatim, quàm ipſa ſubſcriptio, quæ ſo-
lam præſumptionem, (vt diximus) facit.
Extenditur primò recepta illa opinio, quod ſcilicet ſigil-
37 gillum † faciat præſumptionem, vt procedat etiam in ſola
ipſa ſigilli appoſitione, abſque aliqua ſubſcriptione. Nam
non requiritur aliqua ſigillantis, vel teſtiũ ſubſcriptio, quod
ipſe ſigillans ſigillauerit, vel ſigillari curauerit. Ita Baldus in
l.ij.C.de reb. alien.non alien. Felinus & Dec.in c. tertio lo-
co.in prin.de probat.
Cæterùm diſſentire videtur Bar.in prohem. Digeſtorum,
col.iij.verſ.item quæro; ſi eſt ſolum ſigillum.& in l.ad teſtiũ.
§.ſi quis ex teſtibus.ff.de teſta. qui ſubſcriptionem neceſſa-
riam eſſe ſenſit. Diſtinguit Alex. in l.quæ dotis.nume.38.ff.
ſol.matr. Aut eſt actus, qui pro ſui forma & ſolemnitate re-
quirit ſubſcriptionem: ſicuti eſt teſtamentum in ſcriptis: &
tũc præter ſigillum adhiberi debet ſubſcriptio. Ita loquitur.
d. §. ſi quis ex teſtibus. Aut ſubſcriptio pro forma non re-
quiritur, & tunc ſigillum non requirit ſubſcriptionem. Et
diſtinctionem hanc ſecutus eſt Ant. Gabriel in ſuis conclu-
ſionibus lib.j.tit.de præſump.conclu.iiij.nu.3.& 4.
38 Extenditur ſecundò, vt procedat etiam ſi ipſa † ſcriptura
loqueretur in tertia perſona. Nam adhuc ſigillans eam dici-
tur approbare. Ita Inno.in cap.ij.nu, 2.verſ.item non eſt ius.
de fide inſt.& ibidem Hoſtien.colu.iij.verſi. nec vim facio.
Baldus columna tertia verſ. dicit Innocen. & Anch. in colu.
j.verſ.nec eſt vis. Hos ita recenſet & probat Ant.Gabriel in
d.concluſ.iiij.nu.22.
Declaratur primò, vt non procedat hęc præſumptio, quò
39 ad ea † quæ in ſpecie reprobata fuerunt ab ipſo ſigillante.
Nam ea ſigillando non cenſetur approbare. Ita Baldus
in l. Tribunus.§. j. verſicul. nota in iſto. ff.de teſtamen.mi-
lit. quem ſecutus eſt Anton. Gabriel in d. concluſ. iiij. nu-
mero 42.
Declaratur ſecundò, vt procedat hæc præſumptio
40 † quãdo literæ ipſæ, quibus appoſitum fuit ſigillum, appro-
batæ fuerunt à parte, vel teſtibus; ſecus ſi approbatæ non
fuiſſent. Ita Bart. in l.ſi procuratorem. columna prima ver-
ſicul. aut non habens ſigillum. de procurat. Imola in clem.
j.col.xij.verſ.ſi verò literæ.de procura. Ang. Aret.in prohe.
inſtit.colu.pen.verſ.quod autem dicit & Ant. Gabriel.in d.
concluſ.quarta.nu.43.
Declaratur tertiò, vt non procedat quando ſigillum eſſet
41 ſine ſcriptura. Nam appoſitum † chartæ vacuæ, nil operatur.
Ita ſcribunt Baldus & alij plures, quos commemoraui libro
ſecundo de arbitrariis iudicum. &c. caſu cxiij. numero ſe-
cundo. Et quibus accedunt alij multi relati ab Ant.Gab. in
d.concl.iiij.num.44. & 45. & attigi ſupra ad primum huius
diſputationis caput.
Declaratur quartò, vt nõ procedat hęc præſumptio quan
42 do † ſigillans iſte ſigillauit ſcripturam, quam non vidit nec
legit. Ita Bald.in ſua Marguerita, in verbo, ſigillare, quem
ſecutus eſt Gabriel in d.concluſ.iiij.num.45. in fine. Et his
addo Io.Baptiſtam à Sancto Seue.in tract.de tranſact.q.xij.
nu.14.in fine.& Io.Bertach.in trac.de epiſcopo.lib.iij.par-
te prima.nu.21. Et loco iam citato Gabriel.nu.46.47.& 48.
ſubiungit aliquot declarationes. Et huc pertinent, quæ de
ſubſcriptione dicemus in ſubſequenti libro, vbi explicabi-
mus an & quando ſubſcriptio valeat ſcriptura non viſa, &
& ibidem declarabimus, an præſumatur viſa & lecta.
43 Declaratur quintò, vt non procedat quando † ſigillum
fuit per fraudem appoſitum. Nam tunc nil operatur. Ita Ho-
ſtien, in cap.ij.col.ij.verſ.ſed quid de his.de fide inſtr.& ibi-
dem Ioan.Andreæ. columna tertia. Butrius column. penul-
tim. verſi. venio ad textum.& column.vltim.verſic.ſi autem
non principaliter. Io.Baptiſta à Sancto Seuerino in tract.de
tranſact.q.xij.num.15. qui tamen addit, hoc relinqui iudicis
arbitrio, an approbare omninò voluiſſet, etiam ſi ſciuiſſet,
vel non. Anton. Gabriel in d.concluſ.iiij.num.50. qui num.
51. ſubiicit poſt Bald. idem eſſe quãdo ſigillum per errorem
fuit appoſitum.
44 Declaratur ſextò, vt non procedat hæc p̃ſumptio, † quan-
do maximum verſaretur præiudicium. Nam tunc ſolum ſi-
gillum non ſufficit, ſed requiritur etiã ſubſcriptio. Ita ſenſit
Salicetus in l.ſi qua per calumniam. calumnia prima verſicu.
quæro generaliter. C. de epiſc. & cleric. & apertius Alexan.
in l. quæ dotis. numero trigeſimooctauo. ff. ſolut. matrim.
dum declarat. l.ad teſtium.§.ſi quis ex teſtibus.ff.de teſtam.
quem in ſpecie ſecutus eſt Anton. Gabriel in d. concluſ.
quarta numero quarto, & numero 52. Et ibidem num.53.
aliam adiungit declarationem, quam huc non retuli, quod
viſa ſit huic regulæ non conuenire, ſicuti & alia multa ab
eodem Anton. Gabriel in concluſ. traduntur, quæ cũ à pro-
poſita hac diſputatione aliena ſint, de induſtria præterire
ea volui,
Declaratur ſeptimò, vt non habeat locum hæc præſum-
45 ptio, quando † ſigillum ſuſpectum eſt, vt puta, ſi eius ſcul-
ptura non conuenit dignitati eius, qui ſigillaſſe dicitur, ſi li-
teræ ſigilli legi non poſſunt: vel ſi ita fractum eſt ſigillum, vt
intelligi non poſſit, cuius ſigillo ſigillatum ſit. Ita declaraui
in d.libro ſecundo, de arbitrariis iudicum, caſu cxiij. nume-
ro duodecimo, vbi ſcripſi, hoc tamen reliqui arbitrio iudi-
cis. Non repeto hic iam ſcripta.

## PRAESVMP. LVIII.

Sigillum ſcripturæ impreſſum, præſumi voluntate domini ipſius ſigilli appoſitum, breuis, ſed clara enarratio.

### SVMMARIVM.

1 *Sigillum volente domino appoſitum fuiſſe præſumitur. Alia refertur opinio.num.6.*
2 *Mercatoris libro inſcripta, ipſius voluntate ſcripta præſumuntur.*
3 *Prædia aut bona alicuius in libro æſtimi deſcripta, ipſius voluntate de-*

*ſcripta præſumuntur.*
4 *Res illius præſumitur,cuius ſigillum eſt impreſſum.*
5 *Inſtrumentum debiti,cancellatum penes creditorem exiſtens præſumitur eius voluntate cancellatum.*
7 *Sigillum ſuum negans dominus, de mendacio conuictus, præſumitur ſua voluntate appoſitum. Idque etiam locum habet in ipſius hæredibus.nu.8.*
6 *Sigillum appoſitum ſcripturæ continenti aliquid in fauorem eius, qui domeſticus eſt domini ſigilli, potius ſubtractum à domeſtico præſumitur.*
*Et quomodo dilatatur hæc præſumptio.nu.10.& 11.*

DISPVTAVIMVS ſuperiore caſu, an & quando ſigillum præſumptionem facit, & quia aliqua attigimus, an ſigillum præſumatur impreſſum ſcripturæ de voluntate domini ipſius ſigilli, viſum eſt hic paulo fuſius rē hanc explicare.
1 Dicimus itaque præſumptionem † eſſe, quod volente ſigilli domino ſigillum appoſitum fuerit. Ita ſcripſerunt Butrius in cap.tertio loco. in ſecūdo nota.de probat.& ibidem Decius numero 2. Abbas in capitulo ſecundò, columna pen.verſ. ad ſecundam quæſtionem de fide inſtrum. Craue. in tract. de antiqui. temp. in quinta particula primæ partis princip. numero quadrageſimoſexto. & Antonius Gabriel in ſuis concluſionibus lib.j.titul. de præſump. concluſ. iiij. numero duodecimo. Quæ quidem ſententia probatur ex d.
2 cap. tertio loco. Eſt ſimile quod dicimus, ſcripta † in libro mercatoris præſumi ſcripta de eius voluntate. Ita Baldus in rubric.C.de fide inſtrum. verſicul. ſed hic quæro. Alexand. in conſil. cxlvij. numero nono, libro 2. & Decius in dicto capitul. tertio loco.numero ſecundo. Qua de re extat egregius locus apud Ciceronem in oratione pro Q. Roſcio Comœdo., quem hic non commemoro, quod ſim traditionem hanc vberius explicaturus ſuo loco infra libro ſubſequenti.
3 Ita dicimus, quod ſi prædia † cæteraque bona alicuius deſcripta ſunt in libro æſtimi & cataſti, præſumitur quod eo volente fuerint deſcripta. Ita Bartol. in l. rura. C. de omni agro deſerto.libr.x.ex illo textu. & ex l. cenſus.ff.de probation. & dicemus infra.
4 Eſt etiam ſimile,quod dicimus † rem præſumi eſſe illius, cuius impreſſum eſt ſigillum. Ita Baldus in auth. dos data. colum.j.C.de donat. ante nupt. Boeri. quæſtio cv. nume.9. & Benuenutus Straccha in tract.de mercatura.parte ſecūda. numero ſeptuageſimoprimo. De qua quidē præſumptione dicemus ſubſequenti in libro. Eſt quoque ſimile quod dici-
5 mus,ſi inſtrumentum † debiti reperitur cancellatum penes ipſum creditorem, præſumitur voluntate ſua cancellatum. Ita Caſtr.& reliqui in l. Labeo.ff.de pactis. & copioſè diſſeremus ſubſequenti in libro præſump.

Cæterùm in ſpecie præſumptionis, de qua hic agimus,
6 diſſentiunt permulti, qui dixerunt,imò † ſigillum ſcripturæ appoſitum, non præſumi appoſitum de voluntate domini ipſius ſigilli. Ita ſanè Alberic.in l.ſi per procuratorem.ff.de procurat. & ibidem Caſtren. columna prima, verſiculo, in textu. Geminianus in capitu. quamuis.columna tertia.verſ. ad ſecundum crederem. & ibidem Francus columna ſecunda. verſicul. ſi verò literæ. de procurat. Moderni Pariſien.in commentariis ad conſuetud. Pariſienſes titul.j.§.v.numero decimoquarto, & Didacus Couuar. libro pract. quæſtio. capitul.xxij.Quorùm quidem argumenta euitari facile poſſunt. Et primò citant dictum cap. tertio loco,cui reſpondetur,contrarium potius probare. Adfertur ſecundò textus in l.j.§.ille.verſ.ſed ne furandi.C.de latina libert.tollen. quem dixit ſingularem: Romanus in ſing.dcxxxvij. Verùm is textus procedit(vt infra dicemus)in domeſtico,quem lex præſumit ſubtraxiſſe. Tertio conſiderari ſolet ratio,quia alieno ſigillo ſigillari aliquid poteſt,ſicuti teſtamentū.l.ad teſtium, §.ab ipſo.ff.de teſtam.& §. poſſunt.in inſtit. de teſta. ſed reſpondetur,poſſe quidem ſigillari,ſed nō inde ſequitur,quod faciat ſine voluntate domini ſigilli.
7 Hæc præſumptio fortius procedit,quando negaſſet † dominus ipſe ſigilli ſigillum eſſe ſuum, & poſtea de mendacio fuiſſet conuictus. Nam tunc ſine controuerſia præſumendum eſt, quod ſua voluntate adhibitum illud fuerit. Ita Moderni Pariſien. in dicto §.quinto, numero decimoquarto, in fi. arg. auth. contra qui propriam.C. de non numero. pecu.
8 Extenditur hæc ipſa traditio, vt procedat etiam † in hærede vel ſucceſſore,aduerſus quos & ſi negauerint,præſumitur ſigillum fuiſſe adhibitum voluntate defuncti. Ita Moderni Pariſienſes in d.§.v.numero 15.Ea eſt ratio: quia cum hæres, vel ſucceſſor non ſint informati de voluntate ipſius domini ſigilli,iuxta l.ſi quis arbitratu.ff. de verborū oblig. & l.vltim.C.de contrah. empt.& tradit Iaſon in l.ſi quando. numero 53. C.vnde vi. cum inquam ij hæres, vel ſucceſſor, non ſint informati,non poſſunt aſſerere,ita eſſe,vel non eſſe. Et propterea ſtandum omninò eſt iuris præſemptioni,quod ſcilicet voluntate ipſius domini, appoſitum fuerit ſigillum.

Declaratur hæc præſumptio,vt locum non habeat,quan-
9 do † ſcriptura,quæ ſigillata eſt, continet aliquid in fauorem eius, qui eſt domeſticus domini ſigilli, vt ſi quis domeſticus aſſerat, ſe eſſe procuratorem domini ſigilli, id probans ex ſigillo ipſo. Nam hoc in caſu præſumptio non eſt, quod ſigillum ſit appoſitum voluntate ipſius domini, Sed potius præſumitur ſubtractum ab hoc domeſtico. Ita Ioann. Andreæ. & Hoſt. in capitul. ij. de ſolut. Anch. in capit.ij.col.j. verſicul. in dubio autem. de fide inſtrum. Roman. in conſil. ccccxlvj.colum. vltim. & ſing. cccxxxvij. Num quid. Marſilius in l.j.§.qui in rationibus.colum.j.ff.de falſis. quos ita in hanc ſententiam citauit atque ſecutus eſt Anto. Gab. in d.concluſ. iiij. numero 13. & numero 39. & 40. Et moti ij ſunt arg.d.l.j.§.ille.verſic. ſed nec furandi.C. de latin.liber. tollen. Cæterùm, cum aduerſus hanc declarationem obſtare videntur tradita à Felino in d.cap.coràm.num.9.verſicul. ſecundò limit.de off.de leg.perpendenda ſunt ea, quę ſcripſi ſupra in fin.xiiij.pręſumptionis. Hanc autem declarationem intelligit Ant.Gab. in d.concluſ.iiij.nu.14.& nu. 40. quan-
10 do probaretur,ſigillum ita conſueuiſſe † diligenter cuſtodiri,vt veriſimile non ſit,quod fuerit furto ſubtractum. Et huius ſententiæ fuiſſe commemorat Imolam & Felinum. Intelligi etiam poteſt hæc declaratio, niſi is, qui ſigillo vti
11 vult, † eſſet vir probatæ vitæ. Nam in eo ceſſat furti ſuſpicio, ſicuti ſimili in caſu ſcripſi ſupra in xiiij. præſumpt. in iiij.caſu.

## PRAESVMP. LIX.

Scripta in lapidibus, parietibus, & monumentis, quando præſumptionem, vel plenam probationem facere dicantur.

### SVMMARIVM.

1 *Scriptura poſita in loco publico & manifeſto, in his quæ magni ſunt etiam præiudicij plenam facit fidem. Et his ſcripturis probari etiam ius patronatus num.2. Eaque facere notorium.nu.3.*
4 *Scriptura poſita in loco publico etſi recens ſit & noua, plene probat, ſi de nullius præiudicio agatur.*
*Et quid ſi agatur de præiudicio modico.nu.5.*
6 *Scriptura publico loco poſita,non facit fidem contra eum,qui ſcripturæ non conſenſit, ſi præſertim de illius magno præiudicio agatur.*
*Et quid ſi non conſtat de voluntate eius, variæ ſunt opiniones. numero.7.*

FREQVENS eſt in iudiciis diſputatio de ſcripris in lapidibus,parietibus,& monumentis,an probationem, vel præſumptionem faciant? Qua in re ſoleo diſtinguere aliquot caſus.
1 Primus eſt, quando ſcriptura eſt † antiqua, & poſira eſt in loco publico & manifeſto, tunc etiam in his, quæ magni ſunt præiudicij plenam & perfectam probationem facit. Ita gloſſ. in capitul. cum cauſam. de probatio. Specul. in titul. de probatio. §. videndum. verſicul. reſtat nonò per libros. Baldus in conſil. cccx. An patronatus.libr.v. qui reſpondit,
2 ius patronatus † antiquum his ſcripturis plenè probari. Idē affirmarunt Imola in conſil. lx. Calcaneus in conſil. xcix. numero 8. Decius in conſi. cxxxv.colum. j. Lambertinus in tracta. de iure patronatus libr.ij.par.ij.in nono art. decimæ quæſtionis principalis. Purpur. in l.j,num. 155.ff.ſi certum peta.



peta.Marſilius in rub.C.de probatio.nu.191.Alba. in conſ. lxiij.nu.27.Crauet.in tracta.de antiquit.temporum.in prima parte principali, in particula nona, quæ incipit, octauo datur.&c.numero 12. & 14. qui dixit. ſcripturam hanc pu-
3 blicè omnibus patere, & ob id inducere † notorium: ſicuti affirmarunt Bart.& Baldus in l. monumentorum. C. de religioſis.& ſump.fune.
4 Secundus eſt caſus,quando † ſcriptura nō eſt antiqua,ſed recens & noua, ſed de nullius præiudicio agitur. Hoc ſanè caſu ſine dubio perfectè & plenè probat. Ita Crauetta præcitato in loco.nu. 15. adductus auctoritate Inno. in rub.de conſecra.eccl.vel alta.qui exemplum afferunt; quando agitur de probanda eccleſiæ conſecratione.
5 Tertius eſt caſus,quando † ſcriptura eſt recens & noua, & agitur de alterius præiudicio,ſed modico,prout eſt in quæſtione confinium.Ita gl.in d.cap.cum cauſam. de probatio. Geminia.in conſilio 100.columna ſecunda. Craue.in loco præallegato.Quibus accedunt Caſtre.in l.ſi à furioſo. in fine.C.de teſta.Corne.in conſil.clxxj. numero decimo, & in conſilio cccxxxiij. numero quinto libro primo. Guido Papæ in quæſt.cxciij.verſic.ſextò,Calcan.in conſilio nonageſimo nume.7. & Hier.& Monte in tract.de finibus. capi. ſexageſimoquinto.
6 Quartus eſt caſus, quando † ſcriptura eſt recens & noua, & agitur de ſatis magno præiudicio eius, de cuius voluntate apparet,quod illi ſcripturæ non concenſit,vt quia proteſtatus eſt contra eos, qui ſcribi fecerunt. Ita ex mente Bartol.& Baldi in dict.l.monumentorum. C. de religion.& ſumpt.fune.ſcripſit Craue.in dicta nona particula. numero decimoquarto in fine. quam ſententiam exiſtimo veriſſimam.
7 Quintus eſt caſus,quando † ſcriptura eſt recens & noua, & agitur de ſatis magno pręiudicio eius,de cuius voluntate non apparet,an ſcilicet eo volente facta fuerit illa ſcriptura. Hoc in caſu ſunt opiniones. Nam Bartol. & Baldus in dict. l.monumentorum.C.de religio.& ſumpt.fune.affirmarunt, plenam probationem facere,ex quo pręſumitur,quod facta fuerit ſcriptura illa voluntate eius, de cuius præiudicio agitur.

Altera fuit opinio Calcanei in d. conſilio nonageſimo, numero octauo,quod inducat præſumptionem. Tertia vero fuit opinio Crauettæ in loco ſæpius allegato.numero decimoquarto.quod faciat ſemiplenam probationem. Crediderim,tribuendum eſſe multum arbitrio iudicis, qui pro rei, facti,& perſonarum qualitate arbitrabitur,an probationem vel præſumptionem faciat.

## PRAESVMP. LX.

Iuramentum præſumptionem quàm vrgentem & efficacem faciat,explicatur.

### SVMMARIVM.

1 *Iureiurando aliquid aſſerens vel negans, verum fateri vel negare præſumitur.*
2 *Salutis æternæ nemo creditur immemor.*
3 *Geminatio atque actuum pluralitas præſumitur potius, quam teſtium periurium.*
4 *Iurantes ab initio artis & negocij,ex fide & vt viro bono conueniet exercere velle habent pro ſe præſumptionem.*
5 *Officialis iuratus præſumitur vera ſcripſiſſe in libro cenſus.*
6 *Miles Reipub.cauſa abeſſe præſumitur.*
7 *Magiſtratus in ciuitate vel prouincijs ius dicens,præſumptionem pro ſe habet.*
8 *Confeſſio iurata teſtatoris fidem facit.*
9 *Periurus ſemel,verum fateri non præſumitur.*
10 *Teſtis ſemel periurus fidem non facit,imo nec indicium ad torturam aut formandam inquiſitionem.nu.11.*

1 FREQVENS eſt iuſiurandi vſus in foro, & iudicijs,magnaque ex eo exoritur præſumptio. Qui enim iureiurando † aliquid aſſerit,vel negat, verum fateri,vel negare præſumitur. l. vlt. C. ad l. Iulia. repe. Ea eſt ratio(vt eo loci ſcriptum eſt) quia nemo
2 † creditur immemor æternæ ſalutis. Hinc primo infertur, præſumi pro teſte,qui in iudicio dixit teſtimonium, ex quo iurare ſolet & debet.l.iuſiurandi.C. de teſtibus.& c.tuis,de teſtibus.& ſcripſi in commentarijs de arbitrarijs iudicum. lib.j.q.xxvj.Ita ad rem noſtram infert Alciatus in tracta. de præſump.reg.iij.præſump.xvj.nu.iij.verſ.& ex hac,qui ſub-
3 iungit,præſumi potius geminationem † atque ita pluralitatem actuum,quam periurium teſtium,cap.cum tu. de teſtibus,vbi Doct.& multis comprobabimus infra libr.vj. præſump.xxiiij.vbi agemus de præſumptione,quæ verſatur circa pluralitatem actuum.
4 Infertur ſecundò præſumi, qui † ab initio ſuæ artis & negotij iurant ea legaliter & ex fide, vt viro bono conuenit, exercere. Ita Alciatus in d.præſump.xvj.ad fi.qui ob id ſubiungit, horum libros & codices ſemiplenam probationem facere,quo ad tertium.l.quędam.§.numularios.ff.de edend. & tradunt Bart.& reliqui in l.admonendi.ff.de iureiuran. & in l.nuda.ff.de dona.& confert gloſ.in capit. ad audientiam in verbo,iuratur.de præſcrip.quæ dixit,ex illo textu,officia-
5 lem † iuratum præſumi vera ſcripſiſſe in libro cenſus, cui alias non adhiberetur fides.
6 Infertur tertiò præſumi pro † milite, quod ſcilicet abſit cauſa Reipubl.vnde reſtituitur in integrum, Ita gl.in l.pen. ff.ex quibus cauſis maior.& tradit Alciatus in d. præſumpt. xvj.in fine. Ea eſt ratio quia miles dum ad militiam recipitur iuſiurandum præſtat ſecundum gloſſam in dict.l.pen. De quo quidem iuramēto ſcripſi plura in trac.de recuper. poſſ. remedio ix.nume.359.

Inferri poteſt quartò ex eadē.l.vlt.C.ad l.Iul.repe.præſu-
7 mi pro magiſtratibus, † qui vel in ciuitate,vel in prouincijs ius dicunt:ex quo iuſiurandum præſtant,priuſquam ad magiſtratum aſſumantur.l.rem non nouam.& l.vlt. C. de iudicijs vbi Bar.& reliqui.

Infertur quartò,quòd licet confeſſio facta in teſtamento
8 non valeat nec probet:attamen ſi teſtator iurauerit, † valebit confeſſio fidemque faciet; quia præſumitur quod ob iuramentum adhibitum non fuerit immemor ſalutis æternæ. Ita probat.l.cum quis decedens.§. codicillis.vbi Barto.nu. 3.in fin.de leg.iij.auth.quod obtinet.vbi Baldus num. 4.C. de proba.Bart.in l.ij.nume.1.C.communia de legatis.& ad rem noſtram Alciatus de præſumpt.reg.iij.præſum.iiij. nu. 2.Et his accedunt Felinus in c.ſi cautio.nu.24.& 25.de fide inſtr.Iaſon in l.j.in prin.nu.6.ff. de eo, per quem factū erit. & Ruinus in conſi.cxx.num.11.lib.v.& dicemus infra libro quarto,in præſumpt.lviij.vbi explicabimus, quando præſumatur vera confeſſio teſtatoris, ad fauorem eius cui legari non poteſt.

Declaratur hæc præſumptio,vt locum non habeat in eo,
9 qui † ſemel fuit periurus.Nam is præſumitur peierare.c.paruuli.xxij.q.ij.& c.literis.de præſumpt.& ſcribit Alciatus de pręſumpt.reg.ij.præſump.x. Et huc facit egregius locus M. Ciceronis in oratione pro Rabirio Poſthumo, Cum ait. *Vbi quis ſemel peierauerit, ei credi poſtea, etiamſi plures Deos iuret, non*
10 *oportet.* Hinc fit,quod teſti,qui † alias fuit periurus, fides non adhibetur.c.teſtimonium.de teſtibus & dicemus infra libr. v.præſump.ad regulam ſemel malus.
11 Imò teſtis alias periurus † nec indicium quidem facit ad torturam,nec ad formandam inquiſitionem.capit.ſicut nobis.in fin.de teſtib.& reſponderunt Fulgoſius in conſi. cvij. & in conſilio cclxxiij. & Decius in conſilio clxxxix. numero octauo,quos ſecutus eſt Alciatus in dic.præſum.decima, numero ſecundo.Qui quidem ea in præſumptione multa de periurij pœna ſcripſit, qua de re nos plura in commentarijs de arbitrarijs.iudicum.libro ij.caſu.cccxix.

## PRAESVMP. LXI.

Confeſſionem in ſcriptis factam præſumi deliberatè factam,& alia nonnulla ſatis egregia expoſita atque tractata.

### SVMMARIVM.

1 *Confeſſio facta in ſcriptis deliberata præſumitur.*
2 *Confeſſio tutoris permittentis bona ſua deſcribi in pupilli inuentario ſpontanea*

*ſpontanea & deliberata præſumitur.*
3 *Confeſſio ſponte facta præſumitur deliberatè emiſſa.*
4 *Confeſſio geminata ex interuallo facta præſumitur deliberata, & exceptionem non numeratæ pecuniæ excludit.nu.5.*

1 CVM quis in ſcriptis aliquid fatetur,†deliberatè
id dixiſſe præſumatur.cap.ſi quis iratus.ſecunda
quæſtione tertia,iuncta gloſ. in verbo, tractãdi.
& apertius ibidem Præpoſ.numero tertio.Idem
docuit Lucas de Penna in l. tertia, in præſumpt. xlix. C. de
apochis public.libro decimo, qui in hanc ſententiam com-
memorat locum illum Diui Pauli in ſecunda ad Corinth.
capitul. decimo. Epiſtolæ graues ſunt & fortes, præſentia
autem hominis infirma, & ſermo contemptibilis. Hinc
2 † confeſſio facta à tutore, qui paſſus eſt bona ſua ſcribi in
inuentario confecto de bonis pupilli,præſumitur delibera-
tè facta,& ideo maxime preiudicat ipſi tutori.l.vlt.§.primo,
C.arbitr. tutel. qua de re dicemus infra libro quarto præ-
3 ſumpt.lxxiiij.Ita pariter confeſſio voce ſponte † facta, præ-
ſumitur deliberatè emiſſa, vt præcitato in loco annotauit
Lucas de Penna ex c.primo.& cap.ij.xv.quæſtio.v.& ex l.ij.
C.quorum appell.nõ recip.Ita quoque dicimus, quod con-
4 feſſio geminata†ex interualloque facta præſumitur delibe-
ratè facta,vt inquit gloſſa in c.ex literis.de diuortijs.& Præ-
poſ.in dicto capitul. ſi quis iratus. numero tertio, ſecunda,
quæſt.tertia.

Hinc fit, quod gemiuata confeſſio facta ex interuallo
5 †excludit exceptionem non numeratæ pecuniæ. l. in con-
tractibus.§.ſed quoniam.C.de non numera.pecu. & ibidem
gloſſa,Bartolus,Baldus & reliqui,& ſcribunt Abbas in cap.
ſi cautio. in fine. de fide inſtrum.Romanus in conſ.ccccxlv.
numero octauo.Afflictus in deciſione cx,in fi. Iaſon in l. er-
ror.numero decimooctauo.C.de iuris & facti ignor. & in l.
ſecunda.§.creditum.numero decimonono.ff. ſi certum pe-
tatur.& Marſilius in l.prima.§.quæſtioni.numero tertio. ff.
de quæſt.

## PRAESVMP. LXII.

Iudicij vim,quem calorem noſtri appellant,pluri-
mum poſſe ad inducendum præſumptionem,aliquot
exemplis expoſitum,atque declaratum.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudicij calore,multa alias non admiſſa,conſtituuntur.*
2 *Expreſſa apud iudices ,obtinent vim probationis.*
3 *Facta in iudicio maiorem vim habent,quam ea quæ extra illud.*
4 *Fideiuſſores nominati in iudicio à tutoribus, ſi præſentes non contradicant,tenentur atque ſi ſtipulatio interpoſita fuiſſet.*
*Et vtrum illa ſtipulatio præſumpta ſit vel ficta.nu.5.*
6 *Acta facta in iudicio, præſumptionem faciunt,etiam contra teſtium.*
7 *Verba enunciatiua prolata propter aliud in iudicio,faciunt præſumptionem ad tertij fauorem.*

IVDICII vis & calor tantus aliquando eſt, vt
1 multa†conſtituta ſint,quæ aliàs non admittun-
tur.l.j.§.vlt.ff.de interrog.act.Cùm dixit Calli-
2 ſtratus expreſſa apud†iudices, probationis vim
obtinere. Et in l.pacta nouiſſima.C. de pact.vbi Dec.nu.6.
3 annotauit,facta in iudicio † maiorem vim habere quàm fa-
cta extra iudiciũ. Quocirca docuit Baldus in l.ea quidem.
nu.6.C.de accuſ.interdũ ex actu corã iudice facto, inſurge-
re præſumptionẽ non ſolũ iuris:ſed & iuris & de iure:ſicuti
in caſu.l.cum oſtendimus.§.vltim.ff. de fideiuſſ. tut. vbi fi-
4 deiuſſores†à tutoribus nominati,ſi præſentes fuerunt & nõ
contradixerunt, & nomina ſua referri in acta publica paſſi
ſunt, tenentur atque ſi iure legitimo ſtipulatio interpoſita
5 fuiſſet. Hanc ſtipulationem à lege†præſumptam exiſtima-
uit Bald.idque ob vim iudicij, apud quod fideiuſſores paſſi
ſunt ſe obligari. Cæterum diſſentiunt alij,qui crediderunt,
ſtipulationem illam non eſſe præſumptam,ſed fictam. Qua
in opinione fuerunt gloſſa in dicta l.cum oſtendimus.§.vlti.
Bartol. in l. j.in princip. numero ſecundo. ff. de verborum
obligatione. & ibidem reliqui & nouè Albertus Bolo-
gnetus eruditiſſimus iuriſconſ.in rub. de verborum obliga.
ca.vigeſimonono,numero decimoquarto. teſtatur commu-
nem,& ſi ipſe poſt Alciatum & Mãdellum ſcripſerit, nec fi-
ctam, nec præſumptam eſſe ſtipulationem, ſed ex æquitate
quadam dari actionem, ac ſi ſtipulatio interpoſita fuiſſet.
Ego verò crediderim veriorem eſſe receptam Doctorum
interpretationem,nempè fictionem illam eſſe.Habuit enim
pro certo Calliſtratus nullam fuiſſe interpoſitam ſtipulatio-
nem,ſed dixit, perinde teneri ac ſi iure legitimo ſtipulatio
interpoſita fuiſſet. Illæ dictiones perinde ac ſi, ſignificant
fictionem,& ſimilitudinem,Barto.in l.ſacrilegij. la j.ff.ad l.
Iul.pecula.& Soc.Sen.in conſ.ccxl.nu.2.& Decius in conſ.
ccccxcivj.nu.5.Rectius itaq; adferri poteſt exemplũ,quan-
do dicimus, quod etſi res inter alios acta nõn probat, nec
præſumptionem facit quò ad tertium; attamen cum ſunt
6 †acta facta in iudicio,illa præſumptionem faciunt. Ita gloſ-
ſa & Doct.in l. ſi duo patroni. ff. de iureiurando. Ripa in l.
ij.nu.36.C.de eden.& Crauet. in tractat. de antiquit. tem-
por.in tertia particula primæ partis principalis.numero 29.
Et ſcribit Ripa præſumptionem illam operari ſemiplenam
probationẽ.Id quod ſenſit & Tiraquellus in tract.Res inter
7 alios acta, in limit.xix. Ita pariter verba†enuntiatiua pro-
pter aliud prolata, præſumptionem ad tertij fauorem non
faciunt niſi in iudicio prolata ſint:ſicuti reſpondit Abb. in
conſi.lxij.in tertio dubio.lib.ij.quem ſecutus eſt Crauetta
præcitato in loco.num.28.& dicemus infra libro ſequenti,
vbi agemus de præſumptione, quæ ex verbis enuntiatiuis
exoritur.

## PRAESVMP. LXIII.

Concluſio in cauſa quando reuocata præſumitur.

*SVMMARIVM.*

1 *Concluſiones in cauſis factas reuocare iudicibus cum cauſa permiſſum eſt.*
*Idque etiam parte contradicente,tunc fieri.nu.2.*
3 *Concluſionem à partibus factam,iuſta etiam ſubſiſtente cauſa iudex reuocare non poteſt.*
4 *Concluſio in cauſa,quando tacite à iudice reuocata præſumatur.*

CONTINGIT perſæpe iudices reuocare con-
1 cluſiones in cauſis factas. Id quod † permiſſum
eis eſt,quãdo iuſta adeſt cauſa ſic reuocandi.Ita
ſcribunt Abbas in capi. quoniam contra.nume.
25. de probatio.Aegidius Bellamera in concluſ. lv. lvj. &
lvij.Alex.in l.admonendi. nu. 20. ff. de iureiurando.& in l.
quod iuſſit.col.pen.ff.de re iud.Decius in cap.quoniam cõ-
tra.nu. 38. ver. in gloſſa, in verbo, productiones.& ibidem
Bero.nume.204.Crau.in conſ.cxliiij.nu.20.& Io. Baptiſta
Aſinius in praxi de ordine iudiciorum.§.xxiij.capi.vj.limit.
xxj.& ij quidem affirmarunt, expreſsè reuocari poſſe con-
2 cluſionem in cauſa†etiam parte contradicente, dum modo
iuſtæ reuocationis cauſæ extent,ſi verò iuſta reuocandi cau-
ſa ceſſat.parte contradicente non eſt permiſſa reuocatio, ſi-
cuti præcitati Doctores ſcribunt, Et hoc etiam intelligi-
3 tur, quando † concluſio facta fuit ab ipſo iudice, ſecus ſi à
partibus. Nam illam reuocare non poteſt iudex etiam iuſta
ſubſiſtente cauſa,cum concluſio non ſit actus ſuus, ſed par-
tium,aduerſus quarum conuentionem nil facere poteſt iu-
dex ipſe.Ita Aſinius in d.limit.xxj.in fine;auctoritate Baldi
in l.ij.col.v.ff.de re iud.& Iſerniæ in conſtitutione Regni in
pragmat.de proceſſib. ordinandis per magiſt.acto. Et eiuſ-
dem opinionis addo Ripam in d.l.leg.quod iuſſit.nu. 40. in
fine.ibidem & Petrus Rebuffus.n. 86. qui alia plura ad rem
ſcribunt.

Tacitè autem reuocata præſumitur & cenſetur concluſio
4 in cauſa,†quando iudex teſtes, inſtrumenta, aliaſque pro-
bationes admittit.Cum enim(vt diximus) poſt concluſio-
nem in cauſa recipiuntur probationes; neceſſe eſt dicere.
illis admiſſis, in neceſſarium antecedens reuocatam præſu-
mi & dici,ipſam concluſionem,argu.l.illud.ff.de acquiren.
hæred. Ita in ſpecie Abbas in capitul. quoniam contra.
columna xiij. de probat. Butrius & Imola in cap.auditis.de
procura.



procura.Alex.in conſilio lxxxiiij.num. 9.libro quarto.& in
conſi.lxxij.nume.ſeptimo libro iij. Ripa in d.l.quod iuſſit.
numero 49.& ibidem Petrus Rebuffus num.41.de re iud.&
Aſinius in d.limit.xxj.idem ego ipſe ſcripſi in lib.j.de arbi-
tra. iudicum. q. xxxv. numero 15. Et ij quidem intelligunt,
quando iudex,qui probationes recepit, ſciuit factam fuiſſe
concluſionem ipſam in cauſa:ſicuti præſumitur ſciuiſſe, ſi
cauſſa coram eo fuit pertractata, ſecus ſi coram ſuo ante-
ceſſore.

## PRAESVMP. LXIIII.

Exceptio oppoſita, quando præſumatur à iudice
reiecta,per proceſſum ad vlteriora.

*SVMMARIVM.*

1 *Exceptione non oppoſita,iudex procedendo in cauſa,non dicitur illam reieciſſe.*
2 *Exceptione declinatoria oppoſita,iudex etiam re cognita ad vlteriora procedens,non præſumitur illam reieciſſe. Et quibus id caſibus non habeat locum.nu.3.4.& 5.*
6 *Exceptione oppoſita quæ extinguit iuriſdictionem ob iuſtam ſuſpicionis cauſam,ad vlteriora iudex procedendo, non præſumitur eam reieciſſe.*
7 *Exceptione ſimpliciter propoſita,ſi ſtatuto iudex ad vlteriora procedere prohibeatur, non cenſetur reiecta exceptio, etiam ſi ad vlteriora procedat.*
8 *Iudex non præſumitur elegiſſe viam,qua ſententia reddatur nulla.*
9 *Exceptio,qua proceſſus & acta redderentur nulla,ſi fuerit oppoſita, iudex ad vlteriora procedens,non præſumitur reieciſſe.*
10 *Exceptionem dilatoriam quæ non eſt præiudicialis propoſitam, iudex procedens vlterius,reieciſſe præſumitur.*
11 *Iudex ad quem ab interlocutoria fuerit appellatum ad vlteriora procedendo appellationem admiſiſſe præſumitur.*
12 *Exceptione contra teſtes oppoſita,iudex vlterius procedens,eam reieciſſe præſumitur.*
13 *Exceptionem actoris de ſpolio agentis ſuper dominio articulos recipi non debere,quando reieciſſe præſumatur iudex.*
14 *Citari pars debet,ad actum quo ad vlteriora proceditur.*
15 *Iudice procedente ad vlteriora,pars grauata, appellare, & quibus in caſibus poſſit.*
16 *Actus taciti non ſunt ita latè interpretandi,vt expreſſi.*

POST iurium productiones tam ab actore quàm
à reo factas, ſolent deduci, & opponi exceptio-
nes ad elidenda confutandaque iura illa. Quare
dubitari perſæpe contingit,an iudex proceden-
do in cauſa ad vlteriora,nulla illarum exceptionum ratione
habita,reieciſſe illas ita præſumatur, ne proceſſus reddatur
nullus? Diſtinguendi hìc ſunt aliquot caſus, tametſi Feli-
nus in capitu.ſuborta.colum.iij.iiij.& v.de ſenten.& re iud.
conſtituerit regulam, quam octo declarationibus expli-
cauit.
1 Primus itaque eſt caſus,quando exceptio † non fuit op-
poſita, atque ita iudex neſciuit eam competere. Hoc ſanè
caſu iudex procedendo in cauſa,nõ dicitur exceptionem il-
lam reieciſſe.Ita Innocen.in capi.ſolet.in fine.de ſenten.ex-
cõ.Baldus in l.qui accuſare.col.iij.C.de eden.& in l.licet.in
ſecundo notab.C.de procurat. Angelus in conſil. cciiij. In
cauſa accuſationis.Felinus in cap.ſuborta.nu.7.verſic.quin-
tò limita,de ſenten.& re iud. Eſt ratio, quia iudex, cui non
non conſtat de aliqua exceptione,non dicitur eam reijcere:
cum ignorantis nullus ſit conſenſus. His declaratur ſtatu-
tum Papiæ in ciuilibus primum, ſub rubric. de ordine cau-
ſæ ciuilis; dum vult exceptiones dilatorias cenſeri reiectas
in ſententia diffinitiua,quarum non fuit facta mentio; intel-
ligo,quando exceptio fuit oppoſita,& à iudice cognita. Id
quod & ſtatutum innuere videtur. Extat & ſimile ſtatutum
Brixiæ xvj.rub. De ordine iudiciorum.
2 Secundus eſt caſus,quando fuit oppoſita†exceptio defe-
ctus iuriſdictionis,ſicque declinatoria,vt quia allegatus fuit
incompetens;& ipſe iudex re etiam cognita,proceſſit ad vl-
teriora.Hoc etiam caſu, non cenſetur reiecta illa exceptio:
cum requiratur expreſſa pronuntiatio, & interlocutoria.
Ita gloſſ.in capit.diſpendia.de reſcrip. in vj. Innoc. Baldus,
Butrius,Geminia.Imola,Romanus, & Abbas, quos recen-
ſet,& ſequitur Felinus in d.cap.ſuborta.nu.6.verſicu.limita
quarto.Et his accedũt Iaſon in l.ij.nu.45.ff.ſi quis in ius vo-
catus non ierit.& in conſi.100.in fine.& in conſ. cv.num.2.
lib.j.Soc.Sen.in conſi.xcix.nu. 20.verſi.præterea.Papa. lib.
iij.Ruinus in conſi.cxiiij.nu.19.& in conſilio clxiiij.nu.12.
lib.v.& Vantius in tract.de nullitate.in titul.Quibus modis
ſenten. nulla reparari poſſit. numero octauo.in fine. Huius
traditionis ratio,& fundamentum eſt,quia cum non conſtet
adhuc, an ſit iudex, debet expreſſim pronuntiare: alioqui
proceſſus erit nullus.

Diſſentiunt tamen à prædictis,Butrius in cap.paſtoralis.
columna prima,de except.& in cap.ſi duobus.columna ſex-
ta,de appellat.Angelus in conſilio cxcvij. In ciuitate Luca-
na.columna tertia.Ancharan.in conſ.cclxv.in primo dubio
ſic quoque diſſentiunt Angelus in l.ij.ff.ſi quis in ius voca.
non ierit.Corne.in conſilio lxxxv.numero 10.libro quarto.
Barba.in capitul.Cæterum. numero 16. de reſcrip. Aretin.
in conſi.cvij.columna ij. Ruinus in conſilio cxvij. numero
18.libro quinto, & Aſinius in praxi de ordine iudiciorum.
§.xviij.capitu.vj.Sed à præcedenti magis recepta, receden-
dum non eſt.

Declaratur primò hic caſus, vt locum non habeat in ex-
3 ceptione,quæ†reſpicit defectum iuriſdictionis prorogati-
uæ,ſeu quæ iuuat ipſam iuriſdictionem. Nam tunc non re-
quiritur expreſſa pronuntiatio:& propterea per proceſſum
ad vlteriora,cenſetur reiecta.Ita Baldus in l. ij. columna ſe-
cunda,verſi.modo quæritur,ſi prætermiſſo.C.de ordine iud.
quem ſecutus eſt Felinus in d.c.ſuborta. nume. ſexto, verſi.
primus caſus.
4 Declaratur ſecundò,vt non procedat,quando†iuriſdictio
erat tantummodo elidibilis exceptione. Nam tunc ſufficit
tacita pronuntiatio.Ita Butrius,Geminia.& Angelus, quos
refert,& ſequitur Felinus in dicto capitul. ſuborta. numero
ſexto,verſicul.ſecundus caſus. Ita etiam intelligo Ruinum
in conſilio lxj.numero 36. verſicul. nec obſtat,quod libro
quinto cùm dixit, quod ſi duo ſunt iudices, qui poſſunt de
eadem cauſa cognoſcere, & iam cæptum fuit iudicium co-
ram vno; & deinde moueatur coram alio, ſi opponatur ex-
ceptio litis iam cœptæ,& iudex proceſſit ad vlteriora, dici-
tur reieciſſe exceptionem illam;ex quo hic iudex habebat
ſuo iure iuriſdictionem etſi elidibilem. Declaratur tertiò,vt
4 non procedat,quando † iudex pronuntiauit procedendum
eſſe ad vlteriora,oppoſitis non obſtantibus,licet de compe-
tentia expreſſe non dixerit. Nam ſufficit tacita hæc pronun-
tiatio.Ita Butrius,Imola & Angelus, quos refert, & probat
Felinus in dicto capitul.ſuborta.numero ſexto,verſicu. ter-
tius caſus eſt.
5 Declaratur tertiò†non habere locum in illis ciuitatibus,
in quibus ſtatutum vult intelligi reiectas etiam exceptiones
declinatorias ſi earũ mentio facta non eſt in diffinitiua:ſicut
ti cautum eſt ſtatuto illo Brixiæ xvj.De ordine iudiciorum.
ſtatutum vero Papiæ, dum ſolum loquitur de dilatorijs,
comprobat ius commune, vt declinatoriæ non cenſeantur
reiectæ.
6 Tertius eſt caſus, quando oppoſita fuit † exceptio, quæ
adimit & extinguit iuriſdictionem, ob iuſtam ſuſpicionis
cauſam:ſicuti quando opponitur exceptio inimicitiæ,exor-
tæ inter iudicem,& ipſum opponentem,qui proteſtatus eſt;
quod non procedat in cauſa. Hoc ſanè caſu ſi proceſſit iu-
dex ad vlteriora, non præſumitur reieciſſe exceptionem il-
lam:cum non ſufficiat tacita reiectio ſed requiratur expreſſa
pronuntiatio.Ita Bal.in l.non diſtinguemus.§.cum quidam.
ff.de recept.arbitris.& Felinus in d.ca.ſuborta.nu. 5.verſ. li-
mita tertiò.de ſent.& re iud.Pariſius in con.xcviij.num. 15.
lib.iij.qui alios refert.Hoc in caſu exiſtimo non habere lo-
cum prædictum ſtatutum xvj.Brixiæ:cum hæc non ſit pro-
priè declinatoria.
7 Quartus eſt caſus, †quando lex, vel ſtatutum ſpecialiter
& expreſſe diſponit,quod propoſita ſimpliciter exceptione
iudex non procedat in cauſa. Hoc ſanè caſu,oppoſita exce-
ptione ſi iudex procedit ad vlteriora, nõ cenſetur reiecta il-
la exceptio:cum illa ſit impeditiua proceſſus,& redderetur
tum nullus. Ita Felinus in dicto capitul. ſuborta. numero
9.verſic.

9.verſicul.limita ſeptimò. de ſentent.& re iudic. Qui huius ſententiæ recenſet Baldum in l.j.co'. j.C.ſi quacunque prędıtus poteſtate, Alexand.in l.quia poterat. ff. ad Trebell. & Butrium in cap. ſuper literis.colum.xxij.verſic.ſed aduerte tu diceres.de reſcript. Qui quidem Butrius ſcriptum reliquit, quod ſi ſtatuto cautum eſt, vt in ciuitate Peruſij inſtrumentũ pro quo ſoluta non erit gabella, executione paratam habere nõ debeat, & ſi cõtingerit aliter fieri, quod proceſſus ſit ipſo iure nullus, ſi contingit peti executionem alicuius inſtrumenti, contra quod opponatur exceptio gabellæ non ſolutæ: & iudex non obſtante ipſa exceptione, proceſſerit ad executionem, non dicitur reiecta illa exceptio gabellæ non ſolutæ: quia ſi proceſſus principalis non valet: nec etiam quod eſt acceſſorium. Et Butrium ſecutus eſt Alexand. in conſilio lxxxiiij.colum.vltim.lib.iiij.qui reſpondit, quod ſi ſtatuto cautum eſt, præſtari debere cautionem, & ſi nõ præſtetur, proceſſum eſſe ipſo iure nullum, ſi obijciatur exceptio non præſtitæ ſatiſdationis, & iudex proceſſit ad vlteriora, nõ præſumitur reiecisse exceptionem illam, quia alioqui proceſſus eſſet nullus. Et Alexandrum ſecuti ſunt Felinus in d.c.ſuborta.nu.9.verſic.& ex hoc dicto.& Iaſon in d. l.ij.nu.46.ff.ſi quis in ius voc.non ierit.& in conſi.cv. nu. 2. lib.j.& Decius in conſi.cclxxv.col.iiij.verſi.ſolùm ſupereſt reſpondere. Alciatus in reſp.ccccix.nu.3. Et confert (inquit præcitato in loco Felinus) quod præſupponendo tacitam pronuntiationẽ, cauſaretur præpoſteratio ordinis, eiuſdem cauſæ ad ſe ipſam, & ſic annullaretur proceſſus. Exemplum affert Felinus, quando ſtatutum diceret; quod exceptiones intelligantur reſeruatæ in fine litis, tempore ferendæ diffinitiuæ, ſi opponeretur aliqua exceptio, & procedente iudice ad vlteriora, is opponens ab eo proceſſu appellaret, non teneret appellatio: quia non præſumitur iudicem procedendo ad vlteriora, reiecisse exceptionem illam: imò cenſentur reſeruatæ in fine litis, ſecundum ſtatuti diſpoſitionem. Non enim præſumitur † iudex elegiſſe viam, qua ſen-
8 tentia reddatur nulla. argu.leg.iij.ff.de teſtam.mil. Quæ ſanè traditio egregia eſt, ad ſtatutum primum Papiæ in ciuilibus.in verſicul.ſtatuentes, dum ſtatuit, exceptiones omnes reſeruari debere in finem litis: ſicuti etiam ſancitum eſt ſtatuto Brix.xvj.

9 Quintus eſt caſus, quando † opponitur exceptio præiudicialis, qua per proceſſum ad vlteriora acta ipſa & proceſſus annullarentur ipſo iure. Hoc etiam caſu, non cenſetur reiecta illa exceptio procedendo ad vlteriora. Ita voluit dicere Felinus in dict.capitu.ſuborta.numero 5.dum citat Doctores in capit exhibita.de iudicijs.vbi ipſemet numero 6. explicat.recenſet etiam Angelum & Imolam in l.ſi quæramus. ff.de teſt.

10 Sextus & vltimus eſt caſus, quando oppoſita fuit † exceptio dilatoria, quæ præiudicialis non eſt, & iudex procedit ad vlteriora. Hoc caſu præſumitur reiecta illa exceptio. Ita Cardinalis Zabarella in capitu.ex parte.il ij.de appell.ex illo textu, quem ſingularem dixit. Et ob id infert ipſe Cardinalis, quod ſi propoſitæ fuerunt poſitiones, & iudex iuſſit reſponderi, & non fuit reſpõſum, & iudex pronuntiauit diffinitiuam, cenſetur declaraſſe tanquam contra confeſſum. Et hanc traditionem probauit Felinus in d. capitul. ſuborta.numero quarto, verſicul. habes ex his. Eſt ſimile (ſubiungit idem Felinus ibidem verſicul. ſimiliter.) quod docuit idem Cardinalis in capitul. vt debitus. ad finem. de appella.quod ſi ab interlocutoria fuit appellatum, & iudex
11 † ad quem, procedit ad vlteriora, cenſetur admiſiſſe appellationem, & conſequenter pronuntiaſſe male iudicatum. Ita quoque (adiungit Felinus) ſcripſit Aret.in capitul. ex parte
12 Ade.columna vltim.de teſtibus.quod ſi iudex oppoſita † exceptione contra teſtes, proceſſit ad vlteriora, cenſetur reiecisse exceptionem illam. Et ſimile etiam docuit idem Aretinus in l.naturaliter.§.nihil commune.col.vij.ver.& quia, de acquirend. poſſeſſ. ſi reus opponit dominij exceptionem contra agentem ex ſpolio, & actor replicat vel opponit, articulos ſuper dominio admitti non debere, & iudex procedit ad vlteriora, admittendo articulos, cenſetur reiecisse actoris replicationem. ſimile etiam reſpondit Signorolus in conſ.ccxlij.numer.19.ver. item non obſtat, quod ſi contra accuſationem oppoſita fuit aliqua exceptio ineptitudinis accuſæ, & quod in ea deſcriptus non fuerit locus perpetrati delicti, ſi iudex ad vlteriora procedit, cenſetur reijcere exceptionem illum.

14 Cæterũ hic caſus intelligitur, qñ † ipſe iudex conouit de exceptione illa, vt alioqui nõ cẽſeatur reiecta exceptio. Ita tradunt Bart.in l.nã & poſtea.§.ſi minor.ff.de iureiu.in l. qui Romæ.§.duo fratres.q.v.n.12.de ver.oblig. & in l. à procedẽte.n.3.ver.quãdoq; iudex.C.de dilatio. Ang.in cõ.cxcvij. In ciuitate Lucana. Caſtr.in l.vlt.in princ.ff.ſi cer.pet.& in l. nam & poſtea.§.ſi damnetur.ff.de iureiur.& in cõſ.cccxxxv. Viſa appellatione.nu.5.lib.j.Rom.in conſ.ccxlj.& in conſ. ccxx.nu.8.& in conſ.ccxlj.num. 7. Et hos refert ac ſequitur Felin.in d.c.ſuborta.nu.4.ver.limita tñ prædicta.de ſent. & re iud.& prædictis accedunt Aret.in conſi.cvij.col.j.ver. & hoc eſt verum. Barb.in cõſ.xlv.col.pen.in fin.lib.ij.Ruin.in conſ.cxiiij.nu.19.lib.v. Dec.in c.ex parte.M.in iiij.notab. de appel.Marſ.in l.ſi quis ne quæſt.nu.90.de quæſt.& Boer. in q.xliij.nu.3.

Diſſentiunt tamen à prædictis Bal.in l.pactum curatoris. C.de pactis.Butrius in c.ij.de iur.calum.Imola in ca. ſuper per literis.de reſcrip.Francus, Aretinus in cap.ex parte, il ij. de appella.Ruin ſibi parum conſtans in conſi.cxvij. nu. 19. lib.v. Illa tamen prima opinio magis recepta, intelligi atq; temperari poteſt, vt ſatis dicatur cognitum, quando inter partes fuit diſputatum. Ita Angelus in d conſi.cxcvij. In ciuitate Lucana. Caſtre.in l.nam & poſtea.§.ſi damnetur.ff.de iureiu.& Ruin.in d.conſi.cxvij.nu.18.lib.v.qui ſcripſerunt, ſatis dici diſputatum, quando oppoſita exceptione ei replicatum fuit.

14 Requiritur etiam hoc in caſu, quod pars fuerit † citata ad eum actum, quo dicitur proceſſum ad vlteriora; & ex quo in conſequentiam dicitur reijci exceptio. Ita Aret.in cap. xxj. col.vlt.de teſtib. Felinus in d.c.ſuborta.num.8.de ſent.& re iud.& in cap.in nomine domi.col.pen.de reſtib. & Alciatus in reſp.ccccix.nu.3. His declarantur prędicta ſtatuta Brixiæ & Papiæ.

Prędictis autem in caſibus, in quibus iudex etiam ſimpli-
15 citer procedendo ad vlteriora, grauat † partem, illa appellare poterit perinde ac ſi expreſſim pronuntiatum fuiſſet. Id quod intelligitur illis in caſibus, in quibus interlocutoria vim habet diffinitiuæ: quemadmodum præcitati Doctores ſentiunt, & manifeſtius Caſtre.in conſilio cccxxxv. Viſa appellatione interpoſita.numero 4.libro j. Quo loci nume. 5. & 6.egregiè admodum cõſtituit differentiam, inter expreſſam declarationem ſeu interlocutoriam, & tacitam, per proceſſum ad vlteriora. Cum enim (inquit Caſtrenſis) iudex expreſſe declarat, & interloquitur reijciendo exceptionem, vel petitionem, cenſetur excluſa omnis alia exceptio, & petitio futura reſpectu eiuſdem rei. Exempli gratia, ſi actor vel reus deducit aliquos articulos, vel poſitiones, & petat eas admitti, aduerſarius verè negat admitti debere, & iudex expreſſe interloquitur, non debere admitti; Debet is deducens appellare: Cum non detur ei facultas iterum petendi debere admitti: cum ſit à quauis futura petitione admiſſionis illorum capitulorum excluſus. Diuerſum eſt, quando facta petitione admiſſionis capitulorum iudex proceſſit ad vlteriora; atque ita tacite eſt interlocutus. Nam tunc is qui articulos propoſuit, ſi ab eo proceſſu ad vlteriora, non appellauit intra debitum tempus, excluſus quidem eſt à remedio appellationis reſpectu huius primæ petitionis admiſſionis capitulorum: Attamen poterit hic deducens denuo petere articulos illos admitti: & ſi iterum iudex procedet ad vlteriora, poterit ille deducens appellare. Quandoquidem (inquit Caſtrenſis) excluſus à prima illa petitione per proceſſum ad vlteriora, non dicitur excluſus à ſecunda petitione admiſſionis illorum articulorum. Eſt ra-
16 tio ſecundum Caſtrenſem, quia actus † taciti non ſunt ita late interpretandi, vt expreſſi, ſed eatenus, quatenus ſe extendunt actus ex quibus reſultant. l. j. §. Iulianus. ff. de itinere actuque priua. l. voluntariæ. ff. de excuſ.tuto. & ſcribit Bartol.in authent.qui rem.in ſi. C.de ſacroſan.eccl.cum ergo proceſſus ad vlteriora, & ſic tacita illa interlocutoria, reſpiciat ad ſolam illam petitionem primam; ſequitur dicendum, non extendi ad ſecundam. Et huius traditionis auctores citat Caſtren.Hoſtien.& Speculatorem. Et hos ſecutus eſt



tus eſt Tiraq.in tract.de legib.connubialibus in gl.v.nu.50.

## PRAESVMP. LXV.

### Concluſio in cauſa an facta præſumatur, quando ad partium inſtantiam facta eſt citatio peremptoria.

*SVMMARIVM.*

1 *Concluſio in cauſa tribus ſit modis.*
2 *Concludere tacite in cauſa quomodo partes præſumantur.*

1 CONCLVSIONEM in cauſa † trib. modis fieri, expoſui in commẽtariis de arbitrariis iudicum. lib.j.q.xxxv. numero 4. legis diſpoſitione, iudicis mandato, & partium conuentione. Eo etiam in loco ſcripſi, hanc partium conuentionem, & voluntatem aliquando eſſe expreſſam, ſicuti quando expreſſim renuntiant probationibus & ſententiam ferri poſtulant; tacite cũ petunt cauſam committi conſilio ſapientis. Hic addendum
2 putaui etiam tunc præſumi, tacitéque † cenſeri concluſum in cauſa, quando partes ipſæ citari ſe inuicem curarunt, peremptoriè, & legitimè ad ferendam ſententiã, cum citatio facta inſtando iudicem ad ferendam ſententiam præſupponat ipſum iudicem eſſe de cauſa inſtructum, & iudex fateri id dicitur: quia alioqui, niſi inſtructus eſſet, ferre ſententiam non poſſet; dicitur ergo probationib. renuntiatum, & conſequẽter in cauſa concluſum. Ita in ſpecie docuit Bero. in c. quoniam contra.nu.215.de probatio.quem ſecutus eſt Aſinius in praxi de ordine iudiciorum.§.xxiij.c.iij. Qui quidem intelligit, & rectè, quando vtraque pars inſtetit peremptorie citari, & ſententiam ferri, ſecus ſi vna earum tantum id poſtulauit.

## PRAESVMP. LXVI.

### Concluſio in cauſa, an præſumatur facta, intra debitum tempus.

*SVMMARIVM.*

1 *Concluſio in cauſa intra debitum tempus facta præſumitur, & quæ ſit eius ratio.nu.2.*
3 *Appellationem in dubio deſertam eſſe non præſumitur.*

DVBITARI etiã aliqñ conſueuit, an concluſio in cauſa præſumatur intra debitũ tempus? Et
1 præſumi † reſpondit Pariſius in conſilio cxv, numero primo, libro primo, quem ſecutus eſt Aſinius in praxi de ordine iudiciorum.§. xxiij.
2 c.xiiij. Ea ratione moti ſunt; quia ſic † præſumendo conſultum eſt vtriq; parti, & ius nullius perit ſicuti in ſimili docuit Caſtren.in l.j.nu.4.ff.ſi quis cautio. cum dixit, quod in du-
3 bio † eſt præſumendum atque pronuntiandum, appellationem non eſſe deſertam: quia ſic pronuntiando & præſumendo nemo læditur. Qua de re dicemus inf. in præſump. vltima hoc libro.

## PRAESVMP. LXVII.

### Quę ac quanta ſit præſumptio, pro rectitudine iudicis, in geſtis ab eo tractatio luculenta.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudex bonus præſumitur, & rectè quæ muneri & officio ſuo incumbunt agere, ante ſententiam latam.*
2 *Lex ſemper pro iudice præſumit.*
3 *Verba iudicis etiam impropriando, ad ius ipſum referri debent.*
4 *Præſumptio pro iudice generaliter eſt in his, quæ ad officium ſuum pertinent.*
5 *Iudicandi muneri præfici ſolent & debent viri docti, eruditi, & ſpectatæ probitatis.*
6 *Iudex quia iuramentum præſtat ritè & rectè ſe iudicaturum, præſumptio eſt rectè functum eſſe officio ſuo.*
*Idque etiam inquirendo locum habet, vbi perſonam partis videtur ſuſtinere.nu.7.*
*Idem etiam in iudice delegato.nu.8.*
9 *Præſumptio quæ eſt pro iudice, nõ habet locum regulariter quando non habet aliquam poteſtatem, niſi certo in caſu vel cauſa quam probari neceſſe eſt.*
10 *Actum qui non niſi cum cauſa facere poteſt, ei non creditur, niſi expreſſa ſit.*
11 *Epiſcopo ordinanti clericum alienæ diœceſis creditur, ſi de ordinarij licentia id factum aſſerat.*
12 *Iudici aſſerenti ſe iuſtam ob cauſam detuliſſe iuramentum ſuppletorium, non creditur.*
13 *Iudice faciente quæ ad officium eius non pertinent, nulla pro eo eſt præſumptio.*
*Idem eſt in nuncio.nu.14.*
15 *Mercatorum libris, vltra cauſam ſuarum negociationum non creditur.*
16 *Iudex faciens aliquid extra officiũ in ſuum habetur pro priuato, atque impune ei reſiſtitur.*
17 *Iudex aliquid inſolitum faciens, nullam pro ſe habet præſumptionem.*
18 *Iudicis præceptum ſub inſolita pœna citantis, impune ſpernitur.*
19 *Præſumptio nulla eſt pro iudice ignaro & literis carente.*
20 *Iudices idonei tantum illi præſumuntur, qui eruditi ſunt, & rerum experientiam habent.*
21 *Iudice non bene informato de negotio ceſſat quæ pro ipſo eſt præſumptio.*
22 *Sententia lata ſemper pro iudice præſumitur.*
*Idque etiam in ſententia excommunicationis.nu.23.*
24 *Sententia etiam retractata, pro iudice tamen eſt præſumptio.*
*Vel ſi lata illa ſit, ex cauſa partim vera, partim falſa.numero 25.*
26 *Appellationis termino pendente, pro ſententia eſt præſumptio.*
27 *Auctoritas iudicaria, præſumi facit, pro ſententia iudicis alioquin indiſcreti & improbi.*
*Niſi ex actis cauſæ de iniuſticia appareat.nu.28.*
29 *Metum reſpectu iudicis, an pati, qui eſt in carcere, dicatur.*
30 *Præſumptio quæ eſt pro iudice & eius ſententia, tollitur fortiori & potentiori præſumptione. Eæque ſunt temporis breuitas.nu.31.*
*Vel ſi ex abrupto parte inaudita proceſſerit.nume.32.*
*Vel ſententia contineat expreſſum errorem.nu.33.*
*Vel de manifeſta appareat iniuſticia.nu.34.*
*Vel ſi faciat aliquid aduerſus maiorum ſuorum conſtitutiones. nu. 36.*
30 *Appellatione à ſententia interpoſita, pro ſententia non præſumi. Contraria affertur opinio.nu.37.*
38 *Appellatione interpoſita, quo ad aliqua præſumi pro ſententia, quo ad aliqua vero minus.*
*Et quæ ſint illa.nu 39.40.41.42.43.num.44.ſecundum doctrinam Alciati.*
45 *appellatione interpoſita, in dubio ſemper pro ſententia præſumi, & quæ ſit ratio.*
*Quo autem caſu non procedat.nu.46.*
47 *Sententia in iudicatum tranſita, magna pro ipſa eſt præſumptio, & quidem iuris & de iure.*
48 *Res iudicata à lege pro veritate habetur.*
49 *Sentẽtia, de cuius nullitate manifeſta apparet, nec in iudicatum tranſit, aut pro ſe habet præſumptionem.*
50 *Sententia quibus modis nulla appareat.nu.51.cum ſeq.*

DICENDVM nunc eſt de præſumptionibus, quæ verſantur circà geſta eius, qui principis locum obtinet; nempè de geſtis ius dicentis. Porrò quia ſolet à noſtris dupliciter conſiderari hæc præſumptio, hoc eſt, vna quæ verſatur circa rectitudinem facti, quam iuſtitiam appellamus: Altera quæ verſatur circà ſolemnitatem geſtorum, hoc eſt, quod ritè proceſſum ſit: ea propter ſeparatim de vtraque agemus. Et hoc in loco explicabimus ea, quæ circa rectitudinem præſumi ſolent: & deinde de altera tractabimus ſubſequenti in præſumptione. Hæc noſtra tractatio aliquot diſtinctis atque propoſitis caſibus explicanda eſt: ſicuti multa tempora cõſiderari ſolent. Et primum eſt ante latam ſentẽtiam. Secundum poſt latam ſententiam, ante tamen interpoſitam appellationem. Tertium poſt interpoſitam appellationem. Quartum poſteaquam ſententia tranſiuit in iudicatum.
1 Quo itaq; ad primum tempus dicimus, † præſumi iudicem bonum,

bonum,& quod rectè agat quæ ſuo incũbunt muneri & of-
ficio.l.ij.C.de off.ciu.iud. in illis verbis quod non arbitra-
mur. Quo quidem adductus cenſuit Bal.in l.vni.in fin.C.ne
quis in ſua cauſa iud. vel ius ſibi dicat, præſumi quod iudex
inquirens iuſtè inquirat. Et dixit idem Baldus in l.ij. ex illo
textu.ff.vbi pup.ed.debeat,quod veritate ſuggeſta iudici,is
faciet quod iuſtum & honeſtum erit. Et idem Baldus in l.
iubemus.§.ſanè. columna vltima.ver.ego addo.C.de ſacro-
2 ſan.eccl.quod inquantum quis eſt iudex†ſemper lex pro eo
præſumit.Et poſt Caſt.in conſilio cclxx. libr. ij.ſcripſit Al-
ciat.in tract.de præſumptionibus. reg.iij.præſump.ix.nu.1.
3 Iudicis verba oportere referri † ad ius ipſum, etiam ea im-
propriando:quia veriſimile eſt,talem fuiſſe iudicis mentem.
Et ſcribit Decius in l.vlt.numer. 17. C. de edicto diui Adr.
tollen.quod præſumitur promiſſo in poſſeſſionem à iudice,
vt bona illa eſſent defuncti,cui dicitur ſucceſſiſſe is in poſ-
ſeſſionem miſſus.Qua de re ſcripſi in commentarijs de adi-
piſcenda poſſeſſione,remedio quarto. nu. 822. cum ſubſe-
4 quentibus.Et generaliter † præſumi pro iudice in his, quæ
ad ſui officium pertinent, ſcripſit Innocen. in capitul.inno-
tuit,de eo,qui furtim ord.recep.quem ſecutus eſt Lucas de
Pennna in l.iij.col.iiij.verſi.xlvj.præſumitur. C.de apochis
publ.lib.x.Et huius præſumptionis ea eſt ratio,quam ſenſe-
runt omnes in d.c.quoniam contra.ibi Dec. numero 33. de
probat.& Alciatus in d.præſumpt.ix.nume.1. verſi. & facit;
5 quod ad iudicandi munus†eligi ſolent,& debent viri docti,
eruditi,& ſpectatæ probitatis.Vnde meritò pro eis præſu-
mitur.capitu.in noſtra.de procurat.& cap.niſi eſſent.de pre-
ben.Et dicimus iudicem eſſe virum bonum. l. vir bonus. ff.
iud.ſolui.& ſcripſi in præludijs commentariorum, de arbi-
trarijs iudicum.Pro viro autẽ bono ſumma eſt præſumptio.
l.non omnes.§. à Barbaris. ff. de re milit.& tradit Tiraq. in
tract.de pænis legum.&c.cauſa.lj.nume.34.& dicemus inf.
6 lib.vj.præſum.Accedit & altera ratio,quia iudex†iuramen-
tum præſtat;quod ritè,& rectè iudicabit.l.vlt.C.ad l.Iul.re-
pet.& in auth.iuſiurandum,quod præſtatur ab his. in princ.
Et nemo præſumitur immemor ſalutis æternæ.d. l. vlti. Eſt
ergo præſumptio quod rectè ſuo functus ſit officio, atq; ita
quod rectam protulerit ſententiam.

Extenditur primò, vt procedat etiam ſi ipſe iudex certo
7 quodã modo ſuſtinere videatur†perſonam partis, ſicuti qñ
de delicto inquirit. Et ſi enim inquirendo accuſatoris per-
ſonam ſuſtinere videatur, nihilominus pro eo præſumitur.
Ita egregiè docuit Baldus in l.vnica.in fine.C.ne quis in ſua
cauſa iud.vel ius ſibi dicat. ¶ Extenditur ſecundò vt proce-
8 dat,& in iudice†delegato.Bar.l.ij.n.26.ſi quis in ius vocat.
non ierit.Bal.in c.cum in iure peritus. de offi. deleg.Soc. in
tract.fallen.reg.ccclxij.in verbo,ſententia.Guido Papæ. q.
cccxxij.Dec.conſi.ccxiiij.& cccxix.

9 Declaratur primò, vt locum non habeat hæc † præſum-
ptio illis in caſibus,in quibus iudex regulariter non habet
aliquam poteſtatem,niſi certo in caſu,vel niſi certa ex cau-
ſa. Nam tunc non præſumitur hæc cauſa in iudice, niſi illa
probetur. Ita in ſpecie declarat Alciatus in dicta præſum-
ption.nona,numero vndecimo.ex ſententia Barto.in l.item
ſi ſuſpectus. ff. de procurato. Socin. Sen. in conſilio xcj.li-
bro primo,& Moder. in l.nemo poteſt, in primo notab. de
leg.primo.Idem affirmarunt Iaſon in l.prima, in princi. nu-
mero ſexageſimo. ff. de officio eius.cui mand.eſt iuriſdicti.
Decius in capitul. quæ in eccleſiarum. numero vigeſimo-
octauo,de conſtit.& alij quos ſtatim cõmemorabo. Exem-
plum adferri poſſe videtur ex ſentẽtia Alciati,in iudice, qui
cauſas meri,& mixti imperij delegare non poteſt,niſi ex iu-
ſtis,& legitimis cauſis,vt abſentiæ.dict.l.j. in princip. ff. de
offic.eius.vel infirmitatis.capitul.ſi pro debilitate. de offic.
delega.ſi iudex delegat has cauſas meri,& mixti imperij, &
aſſerat ſe ob legitimum impedimentum delegare,pro eo nõ
præſumitur, vt ei fides adhibeatur. Ita ſcripſerunt Iaſon in
dicta l.j. in pri. numero ſexageſimo. ff. de offic. eius. &c.
& ibidem Iacobus Niger. numero 122. Decius in dicto ca-
pit.quæ in eccleſiarum.nu.28.de conſt.& in ca. cum ſit Ro-
mana in tertio notab.de appellat.Qui quidẽ ea ratione mo-
10 uentur,quod quando † quis non poteſt facere actum libere,
ſed ſolum cum cauſa, ei non creditur, quod cauſa adfuerit.
ex l.ſi forte.ff.de Caſtren.pecul. Et ibidem Bartol. annota-
uit,quod ſi quis non poteſt donare,niſi ex cauſa benemeri-
torum,non ei creditur,benemerita extare.Et ſimilia tradunt
Iaſon in præludijs feudorum. numero 89.& Decius in l. ſi
donatione. numero 18. C. de collat. Cæterùm hoc exem-
plum habet maximam dubitationem, cum à Iaſone, Decio
& Nigro diſſentiant cæteri omnes, vt cõmunem eſſe aſſer.
aduerſum eos,idẽ Decius in d.l. j.in prin.nu.69.de off.eius
qui & ipſe eã probauit;& alios propè innumeros cõgeſſi in
commentarijs de arbitrarijs iudicum,&c.q.lxxvj.num. 15.
Quibus non obſtat illa regula.l.ſi forte.ff.de Caſtren. pecu.
quia prætermiſſa Decij,& aliorũ reſponſione,facilè reſpon-
detur,illam non procedere in his,quæ ſunt modici præiudi-
cij. Ita declarat Abbas in capitul. vltim. numero ſecun-
co, de probat. At in caſu huius exempli leue eſt præiudi-
cium,quando cauſa alteri demandatur, vt ſcripſit Alexand.
in dicta l.j.in prin.nume. 56.ff.de off.eius.Ergo &c. Com-
probatur ex doctrina Cardinal. in capitul. ſi Albericus. de
11 teſtibus.dum dixit, Epiſcopo † ordinanti clericum alienæ
dioceſis credi,ſi aſſerit,ſe de ordinarij licentia ordinaſſe, ex
quo de leui præiudicio agitur. Prætereà reſpondetur. d. le-
gem, ſi forte, procedere, quando actus ſit in præiudicium
tertij reclamantis. Si enim ille acquieſceret, ſine dubio
aſſerenti crederetur,cum agatur de commodo eius, qui ac-
quieuit: cui ſanè commodo potuit renuntiare lege penult.
C.de pactis. Ita dictam legem ſi forte, declarauit Crauett.
in tractat. de antiquitat. tempor. in ſecunda parte princi-
pali numero vigeſimoſecundo. Cum itaque in caſu huius
delegationis nil ad litigantes pertineat, quod cauſa magis
ab vno quàm ab altero, iuſto, & æquo iudice dirimatur,
non eſt quod conqueri poſſint. Si quid enim eſt, quod ad ali-
quem pertineat,ad principem certè pertinet, qui magiſtra-
tum illum elegit. Cum autem ipſe princeps illius perſonam
approbauerit, ei quoque fidem adhibere dicitur,quod non
niſi iuſtis de cauſis delegabit.argum.legis primæ, verſicul.
credidit. ff. de offic. præfecti prætor. ſequitur ex his iudi-
ci ita aſſerenti eſſe credendum, atque ita pro eo præſu-
mitur. Rectius itaque exemplum adferri poteſt in iudice
12 † qui aſſerit, ſe iuſtam ob cauſſam, detuliſſe iuramentum
ſuppletiuum probationum. Non enim ei creditur, cauſ-
ſam adfuiſſe ita deferendi, vt ſcribunt Iaſon in repe.l.admo-
nendi.colum.vij.verſicu. quæro, an ſtetur.ff.de iureiurand.
Aliud quoque eſt exemplum in iudice, qui non niſi ex cauſ-
ſa euitandi ſcandali ſequeſtrare poteſt fructus,non creditur
iudici quod ea de cauſa motus,ſequeſtrum conceſſerit. Ita
ſcripſerunt Angel.in conſi.cvij. Iacobellus in fine. & De-
cius in conſil. ccclxvj. columna penultim. Hæc declaratio
confirmatur à fortiori ex his, quæ ſcripſi ſupra vbi dixi,non
etiam credi principi,cùm aliquid facere non poteſt niſi ex
cauſſa.

Declaratur ſecundò, vt non habeat locum hæc præſum-
13 ptio†in iudice,qui facit ea,quæ ad ſuum officium non per-
tinent. Nam tunc pro eo non præſumitur. Ita declarat Al-
ciatus in d.preſump.ix.in fine,ex ſententia Baldi, Aret. Feli-
ni & Decij, in c.poſt ceſſionem.de probat.ac Baldi in rub.
C.de fide inſtr.nũ.38.verſic. ſecundum ſupplementum; ad-
ducti ex cap.ſignificauit.de appell. Eſt ſimile quod dicimus
14 de nũtio † pro quo non præſumitur in his, quæ ſunt ex-
tra officium ſuum. capitul. cum parati. de appell. & dice-
mus infra.

15 Ita quoque dicimus non credi libris † mercatorum vltra
cauſam ſuarum negotiationum, vt ſcribunt Baldus in leg.
vltim.C. ad S. C. Macedon. & Iaſon in lega. age cum Ge-
miniano. numero quarto. C. de tranſact. & ſcripſi libro ij.
de arbitr.iudicum.caſu. . . . Ea eſt huius declarationis ratio
16 (inquit præcitato in loco Alciatus) quia iudex † aliquid
agens extrà ſuum officium, habetur pro priuato, & ei po-
teſt impunè reſiſti.l.ij.ff.de appel.recip.& l. defenſionibus.
C.de iure fiſci.lib.x.& ſcribunt Iaſon in l.vt vim.ff. de iuſt.
& iure. & ibidem Decius, Claudius de Seyſellio. in prima
lect.numero 26.& in repe.numero 48. & ibidem nouiſſime
erudiciſſ. Riminaldus Iunior numero 272.multis compro-
bat,& ſcripſi in commentarijs de recuperanda poſſeſſione,
remedio v.

Declaratur tertiò, vt non habeat locum quando iudex
17 †aliquid inſolitum facit; Nam tunc pro eo non præſumitur.
Ita in



Ita in ſpecie reſpondit Crau.in conſi.ciij.nume.11. Et ideò
18 dicimus,quod ſi iudex†ſub inſolita pæna,aliquem citari iu-
beat,impunè ſperni poteſt præceptum, vt tradunt omnes in
l.j.§.is videtur.ff.ſi quis iud.nõ obtẽp.Brun.in conſ.lxxxvij.
nu.41.& Neu.in conſ.lxj.nu. 15. quod intelligitur etiam ſi
præceptum ſit factum motu proprio ipſius iudicis, vt poſt
Baldum in l.fideicommiſſa.§. ſi ſeruo. de lega.iij. reſpondit
Rolandus in conſi.xxxix.nu.28.lib.j.

Declaratur quartò, vt non procedat hæc præſumptio in
19 iudice†ignaro & literis carẽte,quem pedaneum, vulgò ap-
pellant; Nam pro eo non præſumitur. Ita Baldus in l.tuto-
res.ff.de confir. tut. & Marſilius in ſingular. ccccxxxviij. &
dicemus infra vbi agemus,quando præſumatur pro decreto
à iudice interpoſito.Hic enim ceſſat illa ratio,ob quam pro
iudice præſumitur,nempè peritia & eruditio. Cum illi tan-
20 tùm†præſumantur idonei iudices,qui eruditi ſunt & rerum
experientiam habent.l.certi.C.de iudicijs.& in authent. de
iudicibus.in princi.& tradit Lucas de Penna in l. iij.col. vj.
verſi.centeſimauigeſimaquarta præſumptio. C. de apochis
publ.lib.x.

Declaratur quintò, vt non habeat locum prædicta præ-
21 ſumptio † in iudice, qui non fuit bene informatus & edó-
ctus de negotio.Ita reſpondit Bal.in conſ. ccclxxv. lib. iiij.
quem ſecuti ſunt Alciatus in d.tract.de præſumptionib.reg.
j.præſump.x.nu.9.& Ant.Gabr.in ſuis concluſionibus, lib.
ij.ti.de ſententijs. concluſ.vj.in fine.

Secundum eſt tempus, vel ſecundus caſus huius noſtræ
diſputationis, quando ſcilicet à iudice lata fuit ſententia.
Hoc ſanè caſu multò magis quam ſuperiore præſumitur
22 †pro ipſo iudice eiuſque ſententia. l. Herennius. §. Caia.
ff.de euictio.& ſcribunt Alciatus in tracta. de præſumptio.
regul.iij.præſumpt.ix.nu. 2. & alij plures congeſti ab Ant.
Gabriel.in ſuis concluſionibus,lib.ij.tit.de ſententijs. con-
cluſ.vj.nume.j.

Extenditur primò, vt procedat hæc præſumptio, etiam in
23 †ſententia excommunicationis,etſi in iudicatum non tran-
ſeat:attamen pro ea præſumitur.Ita Inno.in c.bonæ memo-
riæ.nu.8.de elect.& in c.quoniam contra.in fine.de probat.
& ibidem Felinus nu.22.in fine.

24 Extenditur ſecundò, vt procedat etiam ſi deinde†ſenten-
tia ipſa retractetur. Nam adhuc præſumptio eſt pro iudice,
quòd ſcilicet nil per fraudem egerit.Ita probat c.cum olim.
il ij.de priuileg.vbi gloſſa antep.& in c.cum Ioannes de fid.
inſtrum.& ſcripſit Alciatus in dict.præſump.ix.nume.1.ver.
& prætereà.

25 Extenditur tertiò, vt procedat etiam ſi ſententia † lata ſit
ex cauſſa partim vera & partim falſa. Nã adhuc pro ipſa ſen-
tentia præſumitur. Cũ ſententia ex cauſa vera ſuſtineatur, vt
ſcribunt Inn.in c.in præſentia.de renun. Alex.in conſ.cxiiij.
libr.vj.& alij multi congeſti à Tiraq.in tract. quod ceſſante
cauſa ceſſet effectus,limit.xxij.num.6.quib.addo Alciat.in
tract.de præſumptionibus.reg.iij.præſump.xxxv.nu. 5. ver.
quarto. adde ſi ergo ex cauſſa vera ſuſtinetur ſententia, inde
etiam ſequitur, quod pro ea ſit præſumptio.

Extenditur quartò, vt procedat etiam pendente termino
26 †ad appellandum. Nam adhuc pro ipſa ſententia præſumi-
tur.Ita Abb.in c.quoniam contra.colum.ix.verſic.in ſecun-
do membro.de probat.& ibidem Felin.nu.22. ver. ſecunda
concl.& Dec.nu.33.ver.ſecundò Abbas concludit. Felin.in
c.j.ccl.vlt.ver.non placet.de of.ord.& hos ſecutus eſt Ant.
Gab.in d.concl.vj.nu.20.

Extẽditur quintò, vt procedat etiam in iudice alioqui in-
diſcreto atq; improbo. Nam adhuc pro eius ſententia præ-
27 ſumitur,†ob iudiciariã auctoritatẽ.Ita ſcribunt Bal.in c. ſi-
cut.de re iudic.ex illo textu.Iaſon l. pacta nouiſſima. in iij.
notab.C.de pactis.Decius in c.quoniã contra.nu.33. verſi.
& ad hoc etiam.de probat. Alciatus in tract de preſumptio-
nibus.reg.iij.præſump.ix.numero 6.& Purpur.in l.j.nu.24.
de iuriſd. omn. iud. Quam tamen traditionem intelligit Al-
ciatus præcitato in loco.nu.6.verſic. ſecundò limitatur, ni-
28 ſi concurrat aliqua alia coniectura, vt ſi ex actis† conſtaret,
quod in ea cauſa commiſit aliquam iniuſtitiam. Nam tunc
quò ad eam cauſam preſumptio non erit pro ipſo iudice.Ita
intelligit Alciatus doctrinam Hoſtien.& Inno.in cap. acce-
dens.il primo, vt lite non conteſta. Confert, quod licet ille
29 qui eſt in carcere † non dicatur pati metum reſpectu iudi-
cis, vt tradunt glo.& Docto.in l.qui accuſationis.C.de his,
quæ vi metúſve cauſ. & Bald. in l. ſi quis hoc genus. C. de
epiſc.& cler. Attamen non procedit in his iudicibus, & Po-
teſtatibus oppidorum atq; villarum, qui habent vultum ter-
ribilem & ſolent metum incutere. Ita Io. Andreæ in capitu.
quia propter.de elect.Bal.in c.§.j.iniuria.de pace iura.firm.
Abb.in c.cũ dilectus.quod metus cauſa.qui idem affirmant
in principe, qui ſolet talia cõmittere. Et ita intelligitur glo.
in c.conuenior.in verbo, morere.xxiij.q.viij. Et de his iudi-
cibus, Prætoribus, alijſque publica officia gerentibus, in-
telligendus eſt tex.l. neminem.C.de ſuſcepto.& arca.lib.x.
cum ait, preſumi voracitatem, & fraudem in his officialibus.
Et de his loquitur gloſſ.in l. defenſionis. in verbo, ad vſur-
pationem. C. de iure fiſci.lib.x.cum inquit, quod ij officia-
les plura mala ſciunt, & committunt quàm alij. Et confert
text. in §. nec latet nos. in auth.vt omnes obed.iud.prouin.
dum dixit Iuſtinia. ſolere aliquos iudicantes plus deferre
partibus, quàm iuſtitiæ.

Declaratur nunc primò hic caſus, vt locum non habeat,
30 †quando aduerſus iudicem vrgeret aliqua fortior atq; po-
tentior præſumptio. Ita declarat Alciatus in d.tract.de præ-
ſumptionibus.regu.iij.præſump.ix.nu.8. Exemplum adfert
31 ille, qñ ex temporis † breuitate conijceretur, quod non ad-
hibuit cauſæ cognitionem. Nam tunc pro ipſo iudice non
præſumitur. Ita Bart.in l. prolatam.in fine. C. de ſent. & in-
terlocut.om.iud. Alexan.in conſi.ccxviij.nu.9.libr.ij. Iaſ.in
l.mandata.num.6.ff.de officio eius.in l.ij.§.prætor ait.ff. de
in ius vocan.& in l.iudices.numer.8.C.de iudicijs.qui qua-
tuor ſimilibus comprobat Felinus in d. cap. quoniam con-
tra.nu.33.verſ. ſecundò declara. Soc. Sen.in conſil.ccxliiij.
col.iiij.in fin.lib.ij.in cõſ.cxxj.nu.3.lib.iij.& in cõſ.lvij.nu.
7.lib.iiij.Dec.in l.ij.num.36 C.de eden.& in conſi.ccxcvj.
in fine.& idem in cõſi.cccccxliiij.nu.18.qui idem eſſe dixit
in ſententia ſummi Pontificis, vel Cæſaris, pro qua non pre-
ſumeretur, ob temporis breuitatem. Marſilius in l. ſtatu li-
ber.nu.9.ff.de quæſtio.& in pract.criminali. §. nunc viden-
dum.nu.32.& eiuſdem opinionis alios commemorat Ant.
Gabriel in ſuis concluſionibus lib.ij.tit. de ſententijs. con-
cluſ.v.nu.34.& concluſ.vj.nume.3.quo loci.nu. 15. intelli-
git,& declarat ex ſententia Craue.in conſil.clxxix.col.j.niſi
veriſimile ſit, quod in ea temporis breuitate, potuerit is iu-
dex eſſe de cauſa ipſa inſtructus. Idem quãdo à lata hac ſen-
tentia intra tã breue tempus non fuit appellatum à cõdem-
nato, quo præſente pronuntiatum fuit. Ita Gabr.in d.concl.
vj.nu.18.ex traditione Lapi alle.xxviij.verſic. hæc vera. Bu-
trij in.d.c.quoniã contra.col.pen.verſicu. quod eſt verum.
de probat.& ibidem Aret.in fine. Imola col.pen.verſi. item
adde. Felinus num. 33. verſic ſecundò declara.& Ruinus in
conſi.cxxxv.col.vlt.verſi.nõ obſtat poſtremò.lib.v. Adfert.
& ſecundũ huius declarationis exemplum Alciatus in d.pre-
32 ſump.ix.nu.8.quando iudex†ex abrupto, parte non audita,
proceſſit. Nam tunc (ait Alciatus) pro ipſo iudice non præ-
ſumitur. Ita Bald.in cap.j.numer.10.verſicul.& quia de in-
ueſtitura in maritum facta. Cardinal.in cõſi.cxxxix.col.iiij.
verſ.& ſic hæc vera. Abb.in c.quintauallis.nu.45.de iureiur.
Soc.Sen.in conſil.lxxxvij.nu.7.lib.iiij.qui dum de arbitro,
& arbitratore hoc affirmant, & de quibus vberius infrà præ-
ſumptio. à fortiori idem ſentiunt de iudice, qui magis à lege
arctatur obſeruare iudiciarium ordinem. Et pro iudice non
obſeruante ordinem iudicij, non eſſe præſumẽdum, ſcripſit
Bal.in l.ſancimus.nume.19.C.de iudicijs. & ibidem ſequi-
tur Iacobinus à ſancto Georgio, & idem ſcriptum reliquit
Marſil. in ſingul. cccliiij. In dubio præſumitur. Tertium
exemplum huius declarationis adfert Alciatus in d.preſum.
33 ix.nume.8.in ſententia, quæ continet†expreſſum errorem.
Nam tunc pro ea non præſumitur, vt probatur in l.ſi expreſ-
ſim.ff.de appel.& in c.cum inter.de ſenten.& re iud.& dice-
mus infra. Quartum eſt exemplum ſecundum Alciatum
34 in d. præſumptio. nona.numero 10.in ſententia, de † cuius
iniuſtitia apertè conſtat. Nam tunc præſumptio pro ea om-
nino ceſſat. capitul.ſolicitudinem.§.ſi verò.de appella. & c.
inter cæteras.de ſent.& re iud.& ſcribunt Felinus in capitu.
quoniam contra.numero 25.de probat. & dicemus infrà in
quarto caſu huius præſumptionis. Quintum exemplum
eſt, ſecun

eſt,ſecundum Alciatum in d.præſumpt. ix. nu. 10. poſt Ro-
35 tam deciſ. j. tit. de probat. in nouis, quando iudex † aliquid egit aduerſus conſtitutiones maiorum ſuorum, vt in ordinario qui ſcribit contra breue apoſtolicum: & aſſerit, ſe prius contuliſſe beneficium quàm Pontifex, vel exequutor eius. Nam tunc non præſumitur pro eo. Idem ſenſit Abbas in ca. poſt ceſſionem. col. vij. verſi. iij. dico. de probat.

Tertium eſt tempus ſeu caſus huius diſputationis, quando à lata ſententia fuit appellatum. Hoc in caſu, an pro ipſa ſententia præſumatur, dubium eſt non leue. Nam tres ſunt
36 Doctorum opiniones. Prima eſt, quod non † præſumitur pro ſententia. Ita tradunt gloſſ. in c. dilectis filijs. de appella. Inno. in capitul. in præſentia de renunt. in cap. bonæ memoriæ. numero 8. de elect. & idem in capitul. quoniam contra. in fine. de probat. & ibidem Abbas. verſic. prædicta omnia procedunt Aretin. colum. vlt. ver. & quia ſuperius dictũ eſt. Felinus numer. 21. & ibi quoque Pariſius de probat. Iaſ. in conſil. lxxxviij. numero 3. lib. j. & alij plures, quos recenſet, & probat Anton. Gabriel in prædictis ſuis concluſionibus libro. ij. in titul. de ſententijs. conclu. iiij. numero 31. & concl. vj. nume. 23. Et hanc eſſe communem opinionem aſſeruit Dec. in dict. capitul. quoniam contra. numero 33. de probat. & ij quidem adducti ſunt ex text. in §. illud quoque. in authen. de ijs, qui ingred. ad appell. in capitul. quoniam contra. de proba. in c. cum ad ſedem. de reſt. ſpol. & in capit. cum inter. de re iud. Ea quoque ratione vſi ſunt, quod appellatio ſuſpendit, immo extinguit iudicati virtutem. l. j. §. vlt. ff. ad S.C. Turpill.
37 Secunda eſt opinio, quod immo adhuc † præſumatur pro ſententia, pendente ipſa appellatione. Qua quidem in opinione fuerunt Imola in capi. in præſentia. de renunt. Bald. & Caſtrẽ. in l. ſi inſtituta. §. de inoff. ff. de inoff. teſta. Abb. in c. cauſam, quæ. in ſecundo notab. de re iud. Dec. in dict. capi. quoniam contra. nume. 33. de proba. qui octo argumentis hanc tueri conatur, & idem Dec. in rub. de appell. numer. 8. Tertia fuit opinio eruditiſſimi Alciati in tract. de præſumptionibus, regul. iij. præſumpt. ix. nu. 4. qui diſtinguit; quod
38 † quò ad aliqua non præſumitur pro ſententia, pendente appellatione: quo ad aliqua etiam præſumitur. Et primò non
39 præſumitur † pro ſententia pendente appellatione, vt illa præſumptio, quæ extabat ante interpoſitam appellationem, & transferebat onus probandi in aduerſarium, etiam transferat poſt appellationem. Verè enim poſt appellationem interpoſitam, ceſſat iſte effectus. Ita tradunt Abbas in capi. in præſentia. nume. 15. de renunt. Bald. in capit. cum ſuper. numero 4. verſic. tu dic. de ſent. & re iud. Et manifeſtè hoc probat text. in d. §. illud, in authen. de ijs, qui ingred. ad appell. Ea eſt ratio, quia iſte, qui ſententiam pro ſe obtinuit, non dicitur muneri ſuo ſatisfeciſſe: dum ſuam ipſam intentionẽ in ea prima inſtantia non probauit: Nec ſententia; quam obtinuit, ſupplere poteſt hunc probationis defectum. Id quod ſenſit & Decius in d. cap. quoniam contra. numer. 33.
40 verſicul. vltimo non obſtat. Secundò non præſumitur † pro ſententia pẽdente appellatione, quò ad effectum executionis. Non enim exequi poteſt illa ſentẽtia, cum eius effectus ſuſpendatur per appellationem. Ita loquitur text. d. l. j. §. vlt. ff. ad S.C. Turpill. Et ita intelligunt Dec. in d. cap. quoniam contra. numero 33. verſic. non obſtat, quod appellatio, de probat.

Quo vero ad alia multa, adhuc pro ſententia, pendente appellatione, præſumitur. Et primò quò ad eum effectum,
41 † vt, qui ſententiam obtinuit, conſequi poſſit alimenta, & litis impenſam, ſi aliunde non habet; vt probat tex. l. ſi inſtituta. §. de inofficioſo. ff. de inoffici. teſta. quem ſic ad rem noſtram interpretati ſunt Dec. in d. capit. quoniam contra. numero 33. verſicu. quartò facit. de probat. & Alciatus in dict. reg. iij. præſump. ix. numero 5. latè Didacus lib. pract. quæſtio. cap. vj. nume. 5. Et ſubiungit Alciatus hoc eſſe generaliter verum in quouis litigante ſuper bonis, quæ præ tendit eſſe communia, vel in totum ad ſe pertinere: Qua de re ſcripſi in commentarijs De arbitrarijs iudicium. libr. j. q. xxxij. Secundò effectum hunc parit ſententia etiam pendente ap-
42 pellatione, † vt fructus ſequeſtrari poſſint, vt probat text. in clemen. j. de ſequeſtr. poſſ. & fructuum; & in ſpecie annotarunt Alciatus in dict. præſumpt. ix. numero quinto, verſicul. alius effectus, & Didacus d. lib. pract. quæſtio. c. vj. nume. 5. propè finem.

Tertiò ſententia pendente appellatione præſumptionem
43 pro ſe habet quò ad effectum, † eorum, quæ erant iudici arbitraria. Non enim eorum effectum appellatio ſuſpendit. Ita ſcripſit Alciatus præcitato in loco, ex ſententia Inn. in c. quò ad conſulationem. de ſenten. & re iud. qui tamen vix ad rem hanc cõſiderari poteſt. Ego alia ratione exiſtimo veram hanc traditionem: Ea inquam ratione, quod nulla interponi potuit appellatio aduerſus ea, quæ pro ſuo arbitrio iudex facere potuit; vt ſcripſi in commentarijs de arbitrarijs iudicum.
44 Quartò † ſententia lata in iudicio poſſeſſorio, & admiſſa appellatione per ſtatutum, operatur quidem appellatio effectum deuolutiuum; Non tamen ſuſpendit executionem miſſionis in poſſeſſionem: vt ſcripſi in commentarijs de adipiſcenda poſſeſſ. remedio quarto. numero 838. Et hoc in caſu procedit ſecunda illa opinio Baldi, Imolæ, Decij & aliorum.

Hæc Alciati diſtinctio, & doctrina procedit quò ad caſus ita à lege ipſa diffinitos. At quando ſumus verè in dubio di-
45 cendum eſt, † præſumi pro ſententia, tametſi interpoſita ſit appellatio, vt probat tex. in capitul. in præſentia. de renunt. cum ait ſemper præſumi pro ſententia, donec aliquid probetur in contrarium, & manifeſtè etiam probat capitul. bonæ. il primo de elect. ibi erat interpoſita appellatio. & tamẽ dicitur præſumi pro iudice, niſi notorie conſtet de eius iniuſtitia. Et huius traditionis ratio eſt, quia negari nõ poteſt, quin etiam poſt appellationem interpoſitam, ſit ſentẽtia iudicis, de quo conſiderit lex. dic. l. j. C. de off. ciui. iud. Et præſumptio quæ à qualitate ipſius perſonę iudicis ducitur, concomitatur ſemper eius factum, donec euidẽter probetur iniuſtè factum. Et hoc etiam in caſu procedit illa ſecunda opinio Baldi, Imolæ, Decij & ſequacium.
46 Declaratur hic caſus, vt non procedat, quando † lata fuit ſententia de his, quæ erant in arbitrio iudicis. Nam tunc ſi condemnatus appellat, ipſe debet probare. Ita in ſpecie declarat Felin. in d. c. quoniam contra. nu. 21. verſi. hanc concluſionem.

Quartum eſt tempus ſeu quartus huius noſtræ diſputatio-
47 nis caſus, quando iam lata ſententia † tranſiuit in iudicatum. Hoc ſane caſu, maxime præſumitur pro ipſa ſentẽtia. Ita ſcribunt omnes in d. ca. quoniam contra. de probat. ibi Imola. Felin. numero 23. Dec. numero 34. & Bero. qui quidem af-
48 firmant hãc eſſe præſumptionem iuris, & de iure. Cum † res iudicata à lege habeatur pro veritate. l. ingenuum. ff. de ſtatu hom. l. res iudicata. ff. de regul. iuris. & in capi. quo ad cõſultationem extra eo. Ex quo intelligimus quantum differat hic quartus caſus à præcedenti; hoc ſane in caſu non admittitur contraria probatio, ſicuti fert natura ipſius præſumptionis iuris, & de iure, vt diximus ſuprà lib. j. quęſt. Et tamẽ præſumptio præcedentis caſus, cum ſit iuris tantum, cõtrariam præſumptionem admittit. Hic caſus multo magis procedit in re iudicata antiqua. Ita Decius in d. c. quoniam contra. nume. 34. poſt Alex. in conſ. xxx. lib. v. & Barba. in conſi. xlvj. lib. j.

Declaratur primò hic caſus, vt locum non habeat, quan-
49 do † ſentẽtia eſt nulla; & de eius nullitate manifeſtè apparet. Dicitur autẽ multis in caſibus apparere, vt explicat poſt alios Decius in d. cap. quoniam contra. num. 35. Et ſummatim caſus illos hic recenſebo.
50 Primus eſt, quando error † contra ius ſcriptum expreſſus legitur in ipſa ſententia. Ita Decius prędicto in loco, qui declarat. Et præter Doctores ab eo commemoratos idẽ ſcripſerunt Alex. in conſi. lxxv. numer. 4. lib. v. & Moderni apoſtill. ibidem.
51 Secundus eſt caſus, quando † notorie conſtat de iniuſtitia ſententiæ. Nam & tunc dicitur nulla. Ita dicunt interpretes noſtri, manifeſtam iniuſtitiam nullitati æquiparari. Ita ſane ſcribunt Decius in d. c. quoniam contra. nume. 36. & in cap. nouit. nu. 13. de iud.
52 Tertius eſt caſus, quando † appareat de errore iudicis, per relationem ad acta, vt ſi dicat, eſſe probatum per Caium, & Sempronium teſtes, qui tamen nihil eo de negotio atteſtetur. Nam tunc error iſte manifeſtus efficit, nõ ſententia dicatur



catur tranſiuiſſe in iudicatum. Ita ex aliorum ſententia tradunt Decius in d. c. quoniam contra. nu. 37. de probat. Afflictus deciſio. xlvij. nu. 3. & copioſe Vantius in tract. de nullitatibus, in tit. de nullitate ex defectu proceſſus. nu. 129. Et ij quidem intelligunt procedere hunc caſum, quando iudex per modum cauſæ ſe retulit ad acta: ſecus verò ſi generaliter, & enuntiatiue, vt ſi diceret, viſis actis, &c.
53 Quartus eſt caſus, quando † condemnatus fuit de facto admiſſus ad probandum de iniquitate ſententiæ. Ita poſt multos docuit Decius in d. c. quoniam contra. nume. 38. de probat. Qui quidem intelligit, quando fuit admiſſus aduerſario non contradicente. Et præterea quando admiſſus fuit à competenti iudice. Et rurſus intelligit, niſi iudex eam admiſſionem reuocet: quam quidem reuocationem facere poſſe ille exiſtimauit, ob id quod admiſſio illa interlocutoria eſt, quæ reuocari à iudice poteſt. l. quod iuſſit. vbi omnes. ff. de re iudicat.
54 Quintus eſt caſus, † quando is, qui obtinuit ſententiam remque iudicatam, fatetur illam iniquam, & iniuſtè latam. Nam tunc ceſſat omnis præſumptio, quę ex iudicato oritur. Ita Decius in d. cap. quoniam contra. num. 39. de probat. & idem in c. nouit. de iud. Et illi accedunt Socin. in l. j. in fin. ff. de excepti. rei iud. Iaſon in l. ſi duo patroni. §. idem Iulianus. nu. 8. ff. de iureiura. in l. ſi ſeruus plurium. §. j. num. 6. de leg. j. & in l. cum te. nume. 8. C. de tranſact. Quocirca retractari poteſt hoc iudicatum: Immo poterit is victor compelli cenſura eccleſiaſtica, vt damnatum illum liberet, perpetuumque imponat ſilentium. Ita egregie Inno. in c. vltim. de maio. & obed. & Baldus in l. ſi quis inſtituatur. §. ſed ſi ſub conditione. in fi. ff. de hæred. inſt. & in auth. ad hæc. col. pen. C. de iudiciis. Et hic caſus procedit etiam in confeſſione ficta. Ita in ſpecie Aret. in d. cap. quoniam contra. num. 15. de probat. ex ſententia Bart. in l. abſentem. in fine. ff. de pænis. & Bald. in l. non ignorat. colu. v. C. qui accuſ. non poſſ. cùm dicunt, aduerſus præſumptionem iuris, & de iure, admitti probationem ex confeſſione ficta; qua de re ſcripſi ſuperiore lib. q. lxij. Hic autẽ caſus intelligitur, quando is qui obtinuit iudicatum, fatetur ad ſui præiudicium, & detrimentum, latam fuiſſe iniuſtam ſententiam: ſecus ſi ad ſui commodum, & alterius damnum id fuiſſet confeſſus; vt puta, ſi hæres dicat legatariis, ſe iniquè obtinuiſſe ſententiam, ob fauores, amicitias, vel iudicis corruptionem; & hoc vt euitet onus legatorum. Nam tunc non adhibetur fides huic confeſſioni. Ita probat. l. ſi ſeruus plurium. §. ſi hæreditatis. de leg. j. vbi Baldus in ſpecie annotauit, & ſecuti ſunt Soci. in l. ſi à te. numero 10. ff. de excep. rei iud. & Iaſon in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis forte. in fi. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 50. ff. de verb. oblig.

## PRAESVMP. LXVIII.

Quando, & quomodo pro ſolennitate actorum, & proceſſus iudicis, preſumatur, accuratè explicatur.

### SVMMARIVM.

1 *Sententia nondum lata, non præſumitur pro iudice, quoad acta, & proceſſum.*
2 *Proceſſus requirit ſcripturam, quod tamen in leuioribus locum non habet. nu. 3.*
4 *Sententia lata partibus præſentibus, & non appellantibus, poſt tempus appellandi lapſum, pro iudice eſt præſumptio,*
*Aliud ſi terminus appellandi adhuc pendeat. nu. 5.*
6 *Sententia contra verè contumacem lata, enuntiato proceſſu, & actis in ſententia, præſumptio eſt pro ſententia, & proceſſu ipſo.*
*Et quid ſi contra ficte contumacem lata ſit. nu. 7.*
*Vel lata ſit de recenti contra præſentes, vel veros contumaces, nõ tamen fuerunt enunciata acta proceſſus. num. 8.*
*Et quid ſit in ſententia antique lata contra præſentes, vel veros contumaces. num. 9.*
10 *Iudici atteſtanti de actis creditur.*
11 *Actorum reſpectu quæ pertinent ad iuſtitiam cauſæ, pro ſententia præſumitur, ſiue referat ipſa acta in ſpecie, ſiue non.*
12 *Solemnitatum reſpectu vt pro ſententia præſumatur, requiritur ſolemnitatum enunciatio, & qualis illa enunciatio eſſe debeat. numero 13.*
14 *Verba ſententiæ vel decreti, etſi concipiantur in perſonam notarij, nomine tamen iudicis cenſentur enunciata.*
15 *Verba notarij in inſtrumento contractus cenſentur verba partium.*
16 *Acta iudicij, & proceſſus ſpecifice in ſententia enunciata, ſi non contra reum condemnatum ſed tertium abſentem agatur, nulla eſt pro ſententia præſumptio.*
*Idque etiam in ſententia antiqua. num. 17.*
18 *Verba enunciatiua in antiquis, non probant contra tertium, maxime in grauis præiudicio.*
19 *Tempus quod dicatur antiquum in ſententia, iudicis eſt arbitrari.*
20 *Sententia in qua enunciantur, quæ nec in iudicis nec partium ſunt arbitrio, vtrum pro ſe habeat præſumptionem remiſſiuè.*
21 *Sententiam vbi ſine cauſæ cognitione latam apparet, omnis pro ea ceſſat præſumptio.*
22 *Sententia exhibita in forma non probante, non habet pro ſe præſumptionem.*
23 *Sententiam vel non latam, vel de ea non apparere, paria ſunt.*
24 *Iure carere dicitur, qui id quod allegat non probat.*
25 *Sententia exiſtente interlocutoria, pro actis & proceſſu non præſumitur.*

EXPLICAVIMVS ſuperiore præſumptione, quomodo, & quando præſumatur pro ſententia iudicis quò ad rectitudinem, & iuſtitiam. Nunc diſſerendũ eſt, quando præſumatur pro eodẽ quò ad acta, & proceſſum, atque ita quò ad ſolennitatem, & ordinem iudiciarium. Qui a in re diſtinguendi ſunt aliquot caſus.
1 Primus eſt, quando adhuc † nulla lata eſt ſententia. Nam tunc non præſumitur pro ipſo iudice quò ad ea acta, & proceſſum. Ita probat capitul. quoniam contra de probat. & ibidem Abbas numero 26. & apertius Alciatus in tract. de præſumption. reg. iij. præſump. iij. num. 7. Ea eſt ratio, quia
2 proceſſus † requirit ſcripturam, vt dicitur in d. ca. quoniam contra. Quæ ſanè ſcriptura eſt quid facti: & ideò non præſumitur. l. in bello. §. factę. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. & in ſpecie ſcripſit Inn. in c. innotuit. de eo, qui furtim ord. ſuſcep. Et dicemus infrà.
3 Declaratur hic caſus, vt non habeat locum in cauſis † leuioribus, quæ pro ſui ſolennitate ſcripturam non requirunt, ex quo de leui præiudicio, & damno agitur. Nam tunc pro ipſo proceſſu præſumitur. Illa Bartol. in auth. niſi breuiores. nume. 4. C. de ſent. ex breui. recita. Cum dixit, credi ſimplici informationi iudicis, & idem affirmarunt Alex. in l. ſciendum. nu. 12. de verbo. obl. Felinus in cap. quoniam contra. numero 18. de probat. Iaſ. in conſi. xij. num. j. lib. j. Soc. Sen. in conſil. xlvj. nume. 43. lib. iiij. Ruinus in conſi. lxviij. nu. 3. lib. j. Alciat. in d. tract. de præſump. reg. iij. præſump. ix. nu. 7. & Ant. Gabriel in ſuis concluſ. lib. ij. tit. de ſenten. concluſ. iiij. in fine. Hanc autem Bart. & ſequacium traditionem intelligit, & declarat Butrius in cap. quintavallis. nume. 12. de iureiura. & cum eo Craue. in conſi. cclxv. num. 4. procedere quò ad ordinatoria iudicij, & proceſſus: non autem quò ad probatoria. Idem reſpondit Aret. in conſi. clxiiij. nu. 5. verſ. vnde etiam alibi.
4 Secundus eſt caſus, quando iam † lata fuit ſententia, partibus præſentibus, & non appellantib. & in ea enuntiata ſunt ipſa acta, & lapſum eſt tempus appellandi. Hoc caſu præſumitur pro iudice. Ita Abbas, & Imola in d. capit. quoniam contra. de probat. ille num. 15. iſte num. 20. quos ſecutus eſt Alciatus in d. præſumpt. ix. nu. 7. verſi. eodem modo. Et his accedunt Bar. in l. acta. num. 3. ff. de re iud. in l. vlt. ff. quando appell. ſit. & in l. j. numero 6. C. de relat. quo in loco egregiè admonet, cautè illum agere qui in actis ſcribi facit, præſente & non contradicente aduerſario ita actũ fuiſſe. & in auth. ſi quis in aliquo. num. 10. C. de eden. Baldus in conſi. ccxvij. Citatio. lib. iiij. Abbas in conſi. xcij. columna prima. lib. j. & in conſi. lx. numero 5. lib. ij. Butrius in conſi. xxxij. qui communem eſſe aſſeruit. Alex. in conſ. xlij. nu. 9. lib. iiij. Cepolla in conſi. lxiij. col. iij. in ciuil. lib. Barba. in conſi. xviij. col. v. & in conſi. xliiij. col. vlt. lib. j. Iaſon in auth. ſi quis in aliquo. in fine. C. de eden. Decius in d. cap. quoniam contra. num. 40. verſic. ſecundò prædicta concluſio. in conſi. xlij. col. vj. verſ. ſecundò hoc deducitur. Aufrerius in additio. ad Capellam Toloſa.

Toloſa.q.cccxxviij.Marſil.in l.j.§.ſi quis dicatur.nu. 10. ff.
de quæſtio.Craue.in tract.de antiq.tempo.in ſecunda parte
princip.num.1.& ibidem.num.4.manifeſte intelligit,quan-
do elapſum eſt tempus ad appellandum. Eandem probauit
opinionem Doctiſs. Cardinalis Albanus in lucubrationi-
bus ad Barto.in d.auth.ſi quis in aliquo.nume.9.C.de eden.
Et his intelligimus male reſpõdiſſe Baldũ in conſi.ccccxcij.
In cauſa vertente inter Blaſium.col.iij.verſ.modò reſtat.lib.
iij. Cùm dixit, non præſumi pro ordine iudiciario, lata ſen-
tentia,elapſo termino ad appellandum. Et in ſpecie à Baldo
diſſentit Craue. loco præallegato. nume. 52. Et hoc in caſu
neceſſaria non fuit prouiſio ſtatuti Bononiæ libr. j. ſub rub.
de officio notariorum præſidentium ad cauſas.§. quibus ca-
ſibus; quo ſancitum eſt,quod præſumatur pro ſententia etiã
quo ad acta,quando ipſa ſententia fuit depoſita,ſeu regiſtra-
ta in camera. Hoc enim noſtro in caſu etiam ſi ſententia non
eſt regiſtrata præſumitur.
Tertius eſt caſus,quando iam lata fuit ſententia, partibus
5 præſentibus, & non appellantibus: ſed † tamen adhuc pen-
det terminus ad appellandum. Et in ipſa ſentẽtia ſunt enun-
tiata acta. Hoc in caſu non pręſumitur pro proceſſu,& actis.
Ita Baldus in conſil. ccxvij. citatio. libr.iiij. Caſtren. conſi.
xvj.ſi ponderetur.col.ij.lib.ij.Abbas in c. quoniam contra.
nume. 22.de probat. & ibidem Butrius.col.xij.verſic. ſi lata
eſt ſententia, & noudum. poſt Spec.in tit.de prolat.ſenten.
§.vt autem.verſi.& nota.Corn.in conſi.cclxxviij.colu.ij.nu.
7.lib.iiij.Ruin.in conſi.lxij.nu.21.lib.j.Ant.Gabriel in ſuis
concl.lib.ij.tit. de ſenten.concluſ.iiij.nu.32.& Craue. in d.
tracta.de antiq.tempo. in ſecunda parte principali.nume.4.
Dec.tamen in d. cap. quoniam contra.nume.33.à prædictis
diſſentit.
6 Quartus eſt caſus, quando † ſententia fuit lata contra
contumacem vera contumacia: & acta proceſſuſque, enun-
tiata ſunt in ipſa ſententia. Hoc in caſu præſumitur pro ipſa
ſententia, & proceſſu. Ita Abbas in d.c. quoniam contra.
num. 26.de probat. & ibidem Imol.nume.24. quos ſecutus
eſt Alciatus in d. præſump.ix.num.7.Et illis accedit Craue.
in tract.de antiq.temp.in ſecunda parte principali.nume.2.
& Ant.Gabr.in prædicta concluſ.iiij.nume.20.qui eiuſdem
opinionis commemorant Rotam in deciſi. cccj. in nouis.
Geminia. in conſil.liij.col.iij.Roma.conſi.cccxcvij. in fin.
Aret in conſi.lxij.col.ij.& Corneum in conſi.cccxlviij.col.
iij.lib.j.& in cõſi.cclxxviij.nu.7.lib.iiij.Barb.in conſ. xviij.
col.vj.lib.j.Alex.in conſi.xxij.col.j.lib.ij.& in cõſi.xxv.nu.
7.lib.vj.Hoc etiã caſu neceſſaria non fuit prouiſio prædicti
ſtatuti Bononiæ; cum ius ipſum commune ſatis prouiderit.
Quintus eſt caſus,quando ſententia fuit lata cõtra fictum
7 † contumacem, enuntiatis actis in ſententia, Alciatus in d.
tract. de præſumpt. reg.iij. præſump.ix. numero 7. ſcripſit,
hoc etiam in caſu præſumi pro proceſſu:atque ita huius opi-
nionis commemorat Abb.& Imola in d.c.quoniam contra.
de probat.& ibidem apertius idem docuit Felin. colu.xiiij.
verſi.quarta concluſio. Et his accedunt alij permulti relati
ab Anton. Gabriele in prædictis ſuis concluſionibus.lib.ij.
titu.de ſententiis. concluſ.iiij.num.21.& 22.qui inter cæte-
ros recenſet Roma in conſil.ccccxcvij. in fi. & Ruinum in
conſi.xxxvij.num.4.lib.v.qui teſtatur hanc eſſe communem
opinionem.
Cæterùm ab hac opinione diſſentit Craue. in tractat. de
antiq.tempo.in ſecunda parte principali. numero 3. Hac ra-
tione is mouetur,quod fictus contumax poteſt appellare. l.
vlt.ff.de in integr. reſtit.l.properandum.§.ſin autem reus.C.
de iudicii.& l.ea,quæ.C.quomodo,& quando iudex.appel-
lare inquam poteſt infra decem dies, à die ſcientiæ latæ ſen-
tentiæ,iuxta auth.hodie.C.de appell. & c.concertationi. de
appella. in vj.& reſpondit ad rem poſt alios Neuizan.in cõſ.
lx.nu.2.Si ergo fictus contumax poteſt appellare; ſequitur
dicendum; quod non dicitur approbare latam ſententiam;
& proinde pro ipſa ſententia quò ad acta, & proceſſum non
præſumitur. Dici forte poteſt communem illam opinionem
locum habere ante interpoſitam appellationẽ ab ipſo ficto
contumace.
Sextus eſt caſus, quando in ſententia lata contra præſentes,
8 vel contra veros contumaces † non fuerunt enuntiata acta
proceſſus:& ſententia fuit de recenti lata. Hoc in caſu ſunt
etiam opiniones. Nam Innoc. in c. cum in iure peritus. de
offi. deleg. affirmat præſumi pro ipſis actis, & proceſſu. Et
Innocentium ſecuti ſunt Cæpolla in conſilio xxvj.in ſecun-
do dubio. & in conſ.lxiij.col.iiij.verſi.vltra etiam prædicta.
Corneus in conſi.cccxxxiij.col.iiij.libr.j.Cùm dixit, credi
ſententiæ licet acta non producantur,maxime ſi acta refert.
Ergo. idem videtur velle, etſi acta non referat. Ita pariter
cenſuit Gozad.in conſi.xcvj.col.vlt.
Verùm diſſentit Caſtre.in conſi.ccij. In cauſa confinium.
col.iij.lib.j.& cum eo ſenſit Craue in tract.de antiq.tempo.
in ſecunda parte principali.nu. 5. Et verè idem ſenſit Alcia.
de præſump.regu.iij.præſump.ix.numero 7.verſi.præſume-
retur etiam. Et de laudo,& vnione,idem ſenſerunt Caſtren.
& Oldra.quos infra ſtatim commemorabo. Et hæc ſecunda
opinio verior mihi videtur. Quæ non habebit locum in ca-
ſu ſtatuti Bononiæ; de quo dixi ſuprà,ſic & ſtatutum Brixiæ.
xcvij.In ciuilibus,ſub Rub. Quod pro ſententia præſuma-
tur,requirit enuntiationem.
Septimus eſt caſus, quando in ſententia iam antiqua
9 † lata contra præſentes, vel contra veros contumaces, non
ſunt enuntiata acta proceſſus. Hoc in caſu præſumitur pro
ipſis actis, & proceſſu, quod ſcilicet confecta fuerint. Ita
Caſtren.in d.conſil.ccij.col.iij.Cæpolla in conſi.xxvj.in ſe-
cundo dubio,& in conſi.lxiij.col.iiij.verſi.vltrà prædicta.in
ciuilibus. Felinus in cap. quoniam contra.col.xix. verſicul.
quinimò eſt vnus caſus. de probat. qui quidem Felinus ita
dixit,de decreto antiquo vt pro eo præſumatur, etiam quò
ad acta in eo non enuntiata. Qua de re dicemus infra, vbi
agemus de præſumptione circà decretum. Et opinionẽ hanc
apertius probarunt Aret.in conſi.xxxvj.col.vlt.verſi. venio
ad ſecundum,Iaſon in l.iiij.§.condemnatum.num.6.ff.de re
iud.& Dec.in conſi.ccclxxv.nu.3.
Cæterum ab hac opinione diſſentiunt multi, nempe ip-
ſemet Caſtren. in conſi.lxxvj. In facto iſto quatuor. colu. j.
libr.ij.qui manifeſtè reſpondit, non præſumi pro ſententia
etiam in antiquis, quò ad acta,niſi de eis fiat mentio in ſen-
tentia. Idem reſponderunt in ſpecie Baldus in conſil. cciiij.
Longum thema.colu.ij.verſic.& hæc vera ſi conſtat. lib.iij.
Alex.in conſi.cxxiij.col.ij.nu.4.lib.ij.& reſpondit Aretinus
in conſi.lxviij.col.iij.verſi.prætereà poſito. &c. quod iudici
10 † atteſtanti de actis creditur. Et idem ſcripſit Alciatus in
tract. de præſumptio. reg.iij.præſumpt.ix.numero 7.verſic.
præſumeretur etiam:qui quidẽ huius opinionis multos com
memorat. Eſt ſimile, quod de ſolennitatibus laudi lati ab
arbitris, reſpondit Caſtren.in conſilio cxxxix. Pro declara-
tione eius, de quo quæritur. libr. j.cum dixit, non præſumi
pro inſtrumento laudi, ſi in eo non ſunt enuntiata acta ipſa.
Et hac de re dicemus etiam infra in præſumptio. lxxvj.cum
agemus de præſumptione laudi.Ita quoque reſpõdit Oldra-
dus in conſi.cclxij.In quæſtione.col.ij.verſic. ſed prædictis
obſtare videtur, inſtrumentũ vnionis,in quo aſſeritur,vnio-
nem factam fuiſſe cum omnium iurium ſolennitate, nõ pro-
bare ſolennitatẽ pręceſſiſſe, niſi in ſpecie ſolẽnitates omnes
exprimantur. Et ſubiungit Oldradus ex ſententia Compo-
ſtella. non ſufficere, quod dicatur fuiſſe appellatum, niſi di-
catur intra decem dies. Id quod decidit, & Rota in deciſ.
xc. Quò ad reuocationem. in nouis, quam ſic recenſet Cra-
ue. in conſi.xxix.colu.ij.Ita etiam dicimus præſumi pro de-
creto iudicis, quando ſolennitates fuerunt in eo enuntiatæ:
ſicuti dicemus in ſubſequenti præſumptio. in primi caſus
declaratione. Has opiniones diſtinguendo, conciliat.Cra-
ue. in tractat.de antiq.tempo. in ſecunda parte princip. nu-
mero 8. Aut loquimur de præſumptione ſententiæ reſpectu
actorum; aut reſpectu ſolennitatum. Si reſpectu actorum,
11 † quæ pertinent ad iuſtitiam cauſæ,puta circà teſtes,inſtru-
menta, & alias probationes. Hoc caſu præſumitur pro ipſa
ſententia ſiue referat ipſa acta in ſpecie,ſiue non. Ita de pro-
bationibus loquuntur Baldus in d.c.in præſentia.col.vltim.
de renunt. & Alexand. in conſil.cv.in princ.lib.v.Nam (ait
Crauetta)facilius præſumitur pro ſententia quò ad acta ſub-
ſtantialia, quàm quo ad ſolennitates: Cum credendum non
ſit, iudicem iudicaſſe ſine probationibus, & ex ſuo capite.
Id quod affirmarunt Bald. in conſilio ccccxcij. In cauſa ver-
tente inter Blaſium. columu. ſecunda verſicul. modo reſtat
reſpondere. libr. iij. Socin.Sen. in conſilio clviij. columna
iij. verſi.



iij. verſicul. ſed ego etiam reſpondeo clarius.libro ſecundo.
Decius in capit. ſuper eo. libr.ſecundo.col.j.nu.6.verſicul.
quartus & vltimus caſus.& in c.conſuluit.lib.j. de appell. &
ſcripſimus ſuperiore præſumpt.
Secundo caſu, quando ſcilicet loquimur de ſolennitati-
12 bus † ſententiæ; requiritur ipſarum ſolennitatũ enuntiatio.
Et hoc in caſu procedit poſterior illa opinio Caſtrenſis. Ve-
13 rùm ambigitur hoc in caſu, qualis † eſſe debeat enuntiatio
hæc? Et ſpecificam ac ſingularem eſſe debere ſcripſerunt
Alber. in l.ſciendum.col.iiij.verſi. nota vnum de verb. obl.
Aretin.in d. conſi. lxviij.col.iij.verſic.prætereà poſito. Iaſ.
in d.l.ſciẽdum.col.v.verſi. limita iſtam doctrinam.Alciatus
in d.præſump.ix.nu.7.verſi. præſumeretur etiam. & Anton.
Gabriel in ſuis cõcluſionibus lib.ij.tit.de ſenten.in conclu.
iiij.nu.47.Diſſentiunt tamẽ ab hac traditione alij permulti,
qui exiſtimarunt ſufficere, quod expreſſio atque enuntiatio
facta ſit in genere. Ita ſanè cenſuit Caſtren. in l. cum ij.§. ſi
prætor. ff.de tranſact.cum dixit, ſatis eſſe, quod in decreto
iudicis exprimatur, Prætorem cauſa cognita ad illius inter-
poſitionem proceſſiſſe: licèt in ſpecie non exprimãtur ſo-
lennitates omnes requiſitæ ad illud decretum.Idem Caſtrẽ.
in conſil. clxxiiij. Contra ſuperius conſulta.col.ij. verſicul.
præterea dicebat Bald. libr.j.Alex.in conſi. lxxx.numero 6,
lib.v.in conſi.clxxix.nu.8.in fi.& in conſi.ccxiij.in fine. lib.
vij.Iaſon in conſ.xl.col.pen.verſ.tertiò reſpondetur.lib. iij.
Decius in conſi.cccxlj.nu.12.& in conſi.ccclxxiij.nu. 6. Et
poſteriorem hanc opinionem viſus eſt probare Craue. in d.
tract.de antiq.tempor.in ſecunda parte principali.num. 10.
verſi. ſed aduertendum; quo loci reiicit diſtinctionem De-
cij in c.quoniam contra.nu.40.verſ.poſtremò in caſibus.de
probat.dũ diſtinguebat Decius,quod aut verba enuntiatiua
ſolennitatis concepta ſunt in perſonam iudicis;aut in perſo-
nam notarij. Cum in iudicis perſonam concepta ſunt, tunc
ſufficit expreſſio generalis. Cum verò concepta ſunt in per-
ſonam notarij: tunc requiritur ſpecialis. Hanc diſtinctio-
nem (vt dixi) reiicit Crauetta; ea ratione præcipua, quod
Doctores vim non cõſtituunt in perſona iudicis:ſed in præ-
ſentia,aut ſcientia partium: quibus imputãdum eſt,cur non
appellauerint: ſed actui geſto à iudice conſenſerint; tacen-
do, & non appellando. Quæ ſane ratio locum habet, & in
actibus notarij ac priuatorum, quibus partes conſenſerunt
vel expreſſe, vel tacite. Quocirca (ait Crauetta) non eſt
conſtituenda differentia, quod verba concipiantur in per-
ſonam iudicis, vel in perſonam notarij. Præter Crauettam,
exiſtimauerim vel ea ratione etiam confutari poſſe Decij
14 diſtinctionem,quod etſi verba † ſententiæ vel decreti con-
cipiantur in perſonam notarij; attamen nomine iudicis, &
ex illius perſona cenſentur enuntiata: & ob id iudicis verba
15 dicuntur: ſicuti dicimus,verba ſcripta † à notario in inſtru-
mento contractus, cenſeri verba partium, quæ per notarij
os, & organum loquuntur.vt ſcribunt Bald.in l.mater.nu.6,
C.de rei vend. & in l.errore.C. de teſta. Soc. Sen. in conſil.
clix.col.iiij.lib.ij.Dec.in conſi.ccccl.nu.3.in cõſi. dcxxxix,
nu.9.in conſi.dcliij.nu.6.idem in l.ſi librarius.nu.4. de reg,
iur.& Alciatus in tract.de præſumpt.reg.iij.præſumpt. xiij.
nu.1.Ita ergo hic:ex quo ſequitur,nullam eſſe differentiam,
in cuius perſonam verba ſententię,vel decreti concipiantur.
Hæc tota diſputatio ceſſat Bononiæ, ſi obſeruatur prudens
illa ſui ſtatuti diſpoſitio,in d. rub. de officio nota.præſid. ad
cauſas.§.quibus caſibus.
Octauus eſt caſus, quando in ſententia fuerunt expreſſe ac
ſpecifice enunciata acta iudicij, & proceſſus; ſed tamen
quæſtio de his eſt,non contra reum condemnatum:ſed con-
16 tra † tertium abſentem. Hoc ſane caſu,nulla eſt pro ſenten-
tia præſumptio, quæ huic tertio noceat: nec illi aſſertioni
iudicis contra tertium hunc creditur. Ita cenſuit, & recte,
Craue. in d. tract. de antiq. tempo. in ſecunda parte princi-
pali.nume.11. qui ita ait loqui Doctores, quos ſupra com-
memorauimus in ſecundo caſu, dum conſiderant, partium
præſentiam, vel ſcientiam. Ea eſt ratio, quia in hoc tertio
ceſſat illa approbatio, illeque conſenſus, qui conſideratur
in reo condemnato,tacendo,& non appellando.
Extenditur hic caſus,vt locum etiam habeat in ſententia
17 † antiqua. Nam adhuc pro ea non præſumitur in præiudi-
cium tertij. Ita extendit Crau. in d. ſecunda parte.num.42.
poſt Caſtre.in conſi. xcix. Circa primum quæſitum. colu.ij.
verſi.nec obſtat,quod præſumitur.lib.ij.Soc.Sen. in conſil.
clviij.col.iij.verſic.ſed ego etiam reſpondeo clarius. lib. ij.
Abb.in c.cum inter R.col.iij.de elect. Felinum in c.quoniã
contra,col.xiiij.de probat.Ripam in l.ij.§.voluntatem.col.
18 v.ff.ſol.matr. Ita etiam dicimus, quod verba † enuntiatiua
in antiquis,non probant cõtra tertium,maxime vbi de graui
præiudicio agitur. Ita tradunt Caſtr. in conſil. cxxxix. Pro
declaratione eius.col.ij.lib.j.Alex.in conſi.50.col. ij. verſi.
ſed poſito ſine præiudicio.libr.v. Soc. Sen. in conſi. cclxvj.
col.v.verſi.confirmatur iſta concluſio.lib. ij. & alios recen-
ſet. Craue in tractat.de antiquit. tempo. in quarta particula
primæ partis prin.nu.4.vbi declarat. His declaratur ſtatutũ
Patauinum ſub rubr.de citationib. & ordine procedendi.§.
de. cætero, dum ſtatuit, præſumi pro ſententia iam decem
elapſis annis lata, & ſi de proceſſu non conſtat; ſi modo ſen-
tentia apparet lata obſeruatis iuris ſolennitatib. atque ita (vt
interpretor) enuntiatis actis. Hoc ſanè ſtatutum non habet
locum quando ſententia eſſet antiqua, quia etiã ſi acta in ea
nõ eſſent enuntiata,pro ea præſumeretur. Niſi dicamus,hoc
ſtatutum voluiſſe ſentẽtiam iam decem elapſis annis latam,
cenſeri antiquam,iuxta opinionem eorum, quos recitaui in
lib.ij.de arbitra.iudicum.caſu.iiij.nu. 2. & nihilominus ſta-
tuiſſe,requiri enuntiationem: Ego multum tribuerem iudi-
19 cis arbitrio: cum & ſuum † ſit arbitrari,quod tempus dica-
tur antiquum in ſententia,vt dixi in d. caſu iiij.
Nonus eſt caſus,quando in ſententia enuntiãtur acta illa,
quæ non ſunt in libera poteſtate ipſius iudicis & partium,
atque ita ea,quib.nec ipſe iudex,nec pars potuit renuntiare.
Hoc in caſu ſunt opiniones.Crauetta in dicto trac.de antiq.
temporum in ij.par.prin.nu.12.14.& nu.20.Cæterum,cum
hac de re copioſe pertractaturus ſim in præſumptione lxxv.
dicere hic ſuperſedeo.
20 Decimus eſt caſus, quando clare apparet † ſententiam
fuiſſe latã ſine cauſſæ cognitione. Hoc ſane caſu certum eſt,
ceſſare omnem præſumptionem, cum in claris opus non ſit
coniecturis. Ita in ſpecie tradunt Felin.in c.quoniã contra.
colum.xv.verſi.ij.declara.de probat. & Crauet.in d.tract.de
antiq.temp.in ij.par.princi. nu.51.qui declarat Calcaneum
in conſi.lxxxviij.nu.7.dum reſpondit,non præſumi pro ſen-
tentia;quæ eſt nulla aliunde quam ex defectu conſenſus par-
tium.Et idẽ Crauet.præcitato in loco.nu. 53. ſcripſit,quod
quando producuntur acta,ex quib.conſtat de nullitate, aut
iniuſtitia ſentẽtię,tunc vere,& clare probari dicitur nullitas,
& iniuſtitia,nec tractari poteſt de aliqua præſumptione pro
ipſa ſentẽtia. Ita Bar.in l.j.ff.ſi tutor,vel cura.app.& in l.qui
ad ciuilia.C. de app.& in conſi.xcviij. Apparet ſententia. in
fi.lib.j.Aret.in conſi.lxij.ex facto.in fi.Iaſ.in l.iiij.§.cõdem-
natum.col.ij.verſi.ij.contra Bar.facit.ff.de re iud. Soc.Sen.
in conſi.xlvj.col.ix.verſi.ſed clare etiam.lib.iiij.Ita dicimus
quod etſi præſumatur pro inſtrumento confecto à notario,
quod omnes ſolẽnitates fuerint in eo adhibitæ, attamẽ ſi ex
inſpectione inſtrumenti apparet adhibitas non fuiſſe, ceſſat
omnis præſumptio. Ita poſt multos ſcriptum reliquit Cra-
ue.in tract.de antiq.temp.in tertia parte prin.num.27. Qua
de re dicemus infrà in præſumpt. lxxix. Cum differemus de
præſump.notarij.Simile tradit idem Cra.in præcitato tract.
de antiq.temp.in prima part. tertiæ partis princ.nu.24.cùm
dixit, quod etſi præſumitur pro exemplatione inſtrumenti
facta à notario,quod ſcilicet fuerit ſolenniter facta:attamen
ceſſat hæc præſumptio, cùm apparet de ipſo ſolennitatum
defectu.Qua etiam de re dicemus infra in præſum.Eſt etiam
ſimile quod de ſolennitate decreti dicimus. Non enim pro
ea præſumitur,quãdo ex ipſa inſpectione apparet,illam non
fuiſſe obſeruatam,Ita Crauetta in d.ſecunda parte principa-
li.nu.54.Et dicemus in præſump.lxxv.Et ex prædictis intel-
ligimus ſtatutum prædictum Bononiæ, de officio notario-
rum. &c. §. quibus.in fi.conuenire cum iure communi. Eſt
enim eo ſancitum, quod hoc in caſu ceſſet præſumptio ſen-
tentię.
Vndecimus eſt caſus, quando in ipſa ſententia ſunt qui-
dem enunciata etiam ſpecificè acta proceſſus: ſed tamen
22 ſententia † ipſa exhibetur in forma non probante, vt quia
non eſt publicum ipſius ſententiæ inſtrumentum. Hoc ſanè
caſu,fruſtra tractatur de præſumptione ſententiæ, quæ non
 apparet.

appæret. Ita Baldus in l.j. ff. de his, quæ in teſtam.delen. & ibidem Imola. quos ſecutus eſt Socin. Sen.in cóſi.ij.nu.10. lib.iij.Idem affirmarunt Corneus in conſi.xxij.col.iij. verſi. inſuper quàm plura,lib.iij.& Craue.in tract.de antiq.temp. in ſecunda parte principali.nu.57. & in tertia parte princip.
23 nu.26.Ea eſt ratio,quia paria † ſunt;quod nulla ſententia ſit lata,vel quod de ea nõ appareat.l.in lege.ff,de contrah.emp.
24 & l. duo ſunt Titij.ff.de teſta. tutel. Et qui non † probat quod allegat,iure carere dicitur.l.argẽtarius.§. cum autem. ff.de eden.& l.quidam tabularum. ff. de furtis. & reſpondit Baldus. in conſi.lxvij.Quia ex facto.col.ij.lib.iij.

Duodecimus eſt caſus, quando ſententia non eſt diffini-
25 tiua, ſed ſolùm interlocutoria. Nam tunc † non præſumitur pro actis ipſis, & proceſſu. Ita Anton. Gabriel in ſuis concluſionibus.libro ſecundo tit.de ſententiis.concluſ. quarta, numer. 45.poſt Fede.de Senis in conſi.clxx.& Rebuffum in l. quod iuſſit.in ſecundo notab.numero 312.ff. de re iud. Et hoc in caſu locum non habet prædictum ſtatutum Bononię, quod loqui mihi videtur de ſolis diffinitiuis; quẽadmodum colligitur ex. d. §. quibus caſibus,iuncto.§.mandantes.ibi, omnes ſententias diffinitiuas.

## PRAESVMP. LXIX.

Sententia an præſumatur lata contra præſentem, vel contra abſentem, breuis, vtilis tamen explanatio.

### SVMMARIVM.

1 *Sententia quæ contra abſentes,& contumaces ferri conſueuit, præſumitur contra abſentem lata.*
2 *Sententia quæ contra præſentem ferri ſolet.ſi in ſcriptura ſententia ſit ipſius præſentia mentio,præſumitur contra præſentem lata,*
3 *Sententiam ſi contra præſentem latam iudex aſſerat,in quibus ei credatur,& ſententia contra præſentem lata præſumatur.*
4 *Sententia contra præſentem lata non præſumitur,ſi vel à iudice vel notario mentio fiat,citationem peremptoriam emiſſam eſſe.*
5 *Sententiã in dubio ex magis recepta opinione præſumi contra abſentem latam. Niſi ſimus in ſententia antiqua.numero 6.*

CVM non ſemel ſuperioribus in præſumptionibus mentio facta ſit, ſententiæ latæ contra præſentes, & contra abſentes, vt pro ea vel præſumatur, vel non præſumatur; hoc in loco viſum eſt explicare illam ſatis celebrem iuris quæſtionem an in dubio ſententia præſumatur lata contra præſentem, vel contra abſentem? Hac in re vnà cum Abbate in capit.tenor. numero decimo, de re iud. diſtinguendi atque conſtituendi ſunt aliquot caſus.

1 Primus eſt, quando agitur de ſententia illa, quæ † ferri ſolet contra abſentes contumaceſque, ſicuti eſt excommunicationis ſententia. Hoc caſu præſumitur lata contra abſentem. Ita omnium primus reſpõdit Fede.de Senis in conſilio clxx.quem ſecuti ſunt Abbas in dicto cap. tenor. colu. penultima verſicul. an autem præſumatur,de re iud.Butrius. in capit. quoniam contra, numero quinquageſimooctauo, de probati. & Antonius Gabriel in libro ſecundo concluſionum titul. de ſententiis, concluſ. quarta numero vigeſimoſeptimo. Ea eſt ratio,quia præſumitur factum quod fieri ſolet.l.quod ſi nolit.§.qui aſſidua.ff.de ædilit. edicto. & ſuo loco diſſeruimus.

Secundus eſt caſus, quando agitur de ſententia, quæ
2 † ferri ſolet contra præſentẽ: & in ſcriptura ſententiæ, ſcripta receptaque ab actuario, vel notario mentio ſit præſentiæ ipſius partis. Hoc in caſu præſumitur lata contra ipſum præſentem. Ita Abbas in dicto capitul. tenor. columna penultima verſicul. & omnium concluſio. de re iud. & Anto. Gabriel in dicta concluſio. quarta, numero trigeſimo & ſcripſit Abbas, ita ſenſiſſe Ioann. Andreæ in addition. ad Specul. Et huius traditionis ratio eſſe poteſt, quia hic concurrit fides notarij, cui in his ſolet adhiberi fides, vt ſuo loco dicemus.

Tertius eſt caſus, quando ſolus ipſe iudex aſſeruit, ſen-
3 tentiam fuiſſe latam, parte † præſente, & agitur de re leui, modicoque præiudicio. Hoc caſu præſumitur lata contra præſentem; cum fides in his leuibus adhibeatur aſſertioni iudicis. Ita Abbas in d.cap.tenor colum.pen. verſic. & omnium concluſio,ex traditione Bar.in auth.niſi breuiores. C. de ſenten. & interlo.omn.iud. & in l.iubemus nulli.C.de ſacroſ. eccl.

Quartus eſt caſus,quando iudex,ac etiam notarius men-
4 tionem fecerunt ſolum, quod citatio † peremptoria emiſſa fuit. Hoc in caſu non præſumitur lata ſententia parte præſente: quia illa aſſertio citationis peremptoriæ, eſt de præterito; nec infert neceſſariò, quod ita vocatus venerit ad iudicium. Abbas in dicto.cap.tenor. numero decimo,in fine. verſicul. aut iudex atteſtatur. Et idem affirmauit Imola in capitul. quoniam contra. nume. 29.prope medium de probatio.poſt Ioann. Andreæ, & Compoſtelanum, quos commemorat.

Quintus eſt caſus, quando verè ſumus in dubio; vt eſt, quando ſimpliciter apparet latam eſſe ſententiam contra aliquem. Hoc in caſu ſunt opiniones. Vna fuit opinio eorũ, qui ſcripſerunt, ſententiam præſumi latam, parte præſente. Ita Imola in c. quoniam contra. numero 30. de probatio. qui huius opinionis recenſet Inn. in capitul. cum in iure peritus. de offic. deleg. Altera verò fuit opinio eorum, qui di-
5 xerunt,† ſententiam non præſumi latam parte præſente, ſed ea abſente. Ita Abbas in cap.tenor.numero decimo,in fine. de re iud. qui dixit, ſe ita reſpondiſſe, vt verè reſpondit in conſilio xcij, columna vltima. libro primo. Butrius in capitul, quoniam contra. numero 58. verſic. in dubio autem. de probat. & in conſi,xxiiij.numero ſexto, & tenendo iſtam opinionem. Idem ſenſit Bellamera deciſio. viij.ix. Hæc poſterior opinio eſt magis recepta & fulcitur ratione illa,quod facta non pręſumuntur.l.in bello.§.factæ.ff.de cap.& poſtli. reuerſ.

Declaratur prædicta traditio, vt locum non habeat in
6 † ſententia antiqua. Nam ob temporis diuturnitatem præſumitur lata parte præſente. Ita Abbas,& reliqui ſupra citati. & conferunt quæ diximus ſupra in preſump.viij.in ſecunda declaratione; & quæ dicemus infra in pręſump.lvj.in penult.declaratione,vbi dicemus pręſumi ſententiã antiquam latam contra citatum.

## PRAESVMP. LXX.

Sententiam latam contra abſentem, præſumi ob eius contumaciam,non quia malam foueat cauſam, latam; quod aliquot declarationibus explicatur.

### SVMMARIVM.

1 *Sententia contra abſentem lata, præſumitur ob contumaciam, non autem malam quod cauſam foueat, lata.*
2 *Condemnatum quem eſſe ob contumaciam,non ob malam cauſam magni eſt effectus.*
*Et qui ſint illi effectus.num.3.vſque ad.num.10.*
11 *Sententia lata in contumacem,non præiudicat alteri, etiam in caſibus quibus alias præiudicaret.*
12 *Contumax etſi ob malam cauſam non præſumatur ſuccubuiſſe, habet tamen aliquam contra ſe malæ cauſæ præſumptionem.*
13 *Dilationibus qui iudicium ſubterfugere quærit,cõtra ſe habet præſumptionem.*
14 *Bannitus in contumaciam pro aliquo crimine, admiſſus ad nouas defenſiones, pro qualitate perſonæ, torqueri poteſt etiam abſque aliis indicijs.*
15 *Sententia contra contumacem lata,ſi de probationib. conſtet,ob rei veritatem lata præſumitur.*
16 *Probationibus aliquid dicitur conſtare,quando illæ claræ ſunt & manifeſtæ.*
17 *Sententia lata contra abſentem ex iniuſta cauſa, præſumitur lata ob malam cauſam.*
18 *Condemnatus ob malam cauſam præſumitur præſens in tota cauſa, & contumax tempore ſententiæ.*
19 *Sententiam contra abſentem latam ob contumaciam præſumi,non habet locum,quando non de veritate ſententiæ,ſed ſolum de eius actu, ageretur.*

Diſſeramus



DISSERAMVS nunc, an ſententia illa,quæ contra abſentem lata eſt, præſumatur lata ob contumaciam, vel ob malam cauſam? Recepta eſt
1 Doctorum opinio, præſumi latam † ob contumaciam,non autem ob malam cauſam, Ita Bartol.in l.Papinianus. §. meminiſſe, numero tertio, ff. de inofficio teſta. & in lege,ſi ideo,ff,de euictio. Bartolus in l.ſecunda. nume. quarto,C,quibus res iud.nocent. Roman.in conſi. cccxxix. numero decimo.Alexand. in l. ſæpe. numero ſeptuageſimo octauo. ff. de re iud. & in conſilio quarto, columna prima, libro tertio.Felinus in capitul. literis,numero decimooctauo, de conſtitut. in capitul. cum Bertholdus. numero 20. & in capitul. ſicut. numero decimoquarto, de ſenten. & re iud. & in cap. fraternitatis. columna ſecunda,de hæret.Bertrandus in conſi. cxv. columnn. iij.& columnn.vltim.libro ſecundo, Marſil.in ſing.iiij.& in ſingul.dciiij.& in l.vnica,nu. 134. C, de raptu virg, Alciatus in tractat. de præſumptio. regu.tertia, præſumpt.xxij. Rubeus in repet.l.non ſolùm.§. morte,numero 469.ff. de oper. noui nuntia. Tiraquellus in tractat, quod ceſſante cauſa ceſſet effectus, parte prima nu. 63, & in tractat. de nobilitate capitul. xxxvij. numero duodecimo. Anton. Gabriel in ſuis concluſionibus. libro ſecũdo,titul.de ſententiis concluſi.tertia numero primo,& Rolandus in conſilio xxxj.numero decimotertio, libro primo, Et ij quidem adducti ſunt ex,d.l.Papinia.§. meminiſſe, & l. qui repudiantis. in fine. ff. de inoffi. teſtam. & ex, l. ſi ideo. ff. de euictio. Et quamquam Felinus in dicto capitul. cum Bertholdus. nume, 21. referat Caſtren. in conſilio cccxxiij. diſſentire: attamen non video, quo in loco id ſcripſerit Caſtrenſis, qui & alioqui male ſenſiſſet: ſicuti, & ipſe Felinus aduertit.

Hæc præſumptio eſt certe magni effectus, & vtilitatis;
2 cum multum referat quod quis ſit † condemnatus ob contumaciam,non autem ob malam cauſam.

3 Et primus † eſt effectus,quia ſcribit Bartol.in lege cum filius.in prin.numero tertio,& quarto.ff.de verborum obligation. ſi cautum eſt ſtatuto, quod pater teneatur pro filio de homicidio condemnato, non erit locus ipſi ſtatuto, filio in contumaciam damnato: etiamſi contumax ex alio ſtatuto habeatur pro conuicto, & confeſſo. Idem affirmauit ipſe Bartol. in diſputatione tertio ſtatuto Peruſino, quem ſecuti ſunt Butrius conſilio quinto. Roman. in conſilio cliiij, numero quinto. Corneus in conſilio clxxxj. numero ſexto, libro primo, & in conſilio cxliij. numero ſeptimo, libro ſecundo. Feli.in dicto capit.cum Bertholdus, numero vigeſimo, de re iud, Iaſon in dicta.l.cum filiusfa. de verbor. obligat, vbi communem eſſe opinionem aſſeruit Iacobus de Nigris in l, prima in princ. numero ſexageſimonono. ff. de verbor. obligat. Alciatus in dicta præſumpt. xxij. numero ſecundo. & Cæphalus in conſilio ccxlj. numero 81. libro ſecundo, Roland.conſilio xxix.numero 21. libro tertio, & ibidem numero 28.affert ſimile de famulo,& domino,& de communitate, quod teneatur emendare damnum datum in ſuo territorio.

4 Secundus eſt effectus; † quod etſi notarius ſemel conuictus de falſo, non poteſt in poſterum recipere inſtrumenta, vt tradunt omnes in l.Barbarius.ff.de officio. prætor.vbi Iaſon. Nihilominus ob ſolam contumaciam damnatus, non priuatur hac facultate. Ita Bartol. in dicta lege ſi ideo.ff. de euictio. & poſt Bald. & Alexand. tradit Marſil. in ſingul, dciiij. Idem ſcripſit Felinus in capitu. cum Bertholdus. numero vigeſimo, de re iudic. & alios refert Roland. in dicto conſilio xxxj. numero 13. libro primo, & in conſilio xxix, numero xxvij.libro iij.

5 Tertius eſt effectus, † quod licet certis in caſibus, pæna commiſſi criminis tranſeat ad hæredes: attamen non tranſit illa, quando ille defunctus fuit ob contumaciam damnatus, Ita Bartol. in l.ij. ff. de bonis eorum, qui mortem ſibi conſciuerũt; qui declarat, ſpeciale eſſe in crimine læſæ maieſtatis,& hæreſis,vt pæna damnati etiam ob ſolam cõtumaciam tranſeat ad hæredes: tametſi in crimine læſæ maieſtatis dubitauerit Hieronym. Gigas in tracta.de crimine læſæ maieſtatis.lib,iij.tit.j.quæſtion.xiij.

6 Quartus eſt effectus † ſi cautum ſit ſtatuto, quod ſi notarius conſcripſerit inſtrumentum in aliqua ſui parte falſum, totum falſum præſumatur, & cancelletur: Non habebit locum ſtatutum, notario ob ſolam contumaciam damnato. Ita Baldus in lege vltima.numero ſeptimo.C. de fide inſtru. Riminal. Senior, in lege ſi ex falſis.numero duodecimo. C. de tranſact. Alciatus in dicta pręſump.xxij.numero 3.

7 Quintus eſt effectus, † quod ſi aliquis bãnitus commiſit delictum irrogans infamiam, quæ & eum extrà territorium ſequatur; attamen condemnatus ſeu bannitus ob contumaciam tantum, non erit aliquo in loco infamis. Ita Alber. in lege ex ea.ff,de poſtulat, Bartol,in lege ictus fuſtium,numero quinto.ff,de ijs, qui nota, infam, Alexand, in conſilio cxiiij, numero ſeptimo, libro ſecundo, Felinus in capitul, cum Bertholdus. numero vigeſimo, verſicul. ſic etiam Paulus,de re iud, Alciatus in dicta præſumption.xxij. num, quarto,

8 Sextus effectus eſt, † quòd ſi ſtatuto ſancitur, damnum emendari debere; intelligitur, ſi prius vere conſtat,de damno dato, non autem ſi fictè per contumaciam. Ita Baldus in lege ſi quando,C.vnde vi.& Alciatus in dicta præſumption. xxij.num.5.

9 Septimus eſt effectus, † quòd ſi ſententia lata eſt ſecundum poſitiones cõfeſſas fictè per contumaciam, poteſt hic contumax probare contrarium: ſecus ſi lata eſt, confeſſione vera. Ita Butr,in c.vlt.de cõfeſſi.Imol,in l,creditor.§, iuſſus. ff.de appell,latè Aret.in conſil, cxlvij. in j.dub. Alciat,in d. præſump.xxij,nu,6,

10 Octauus eſt effectus; † quòd ſententia lata ob contumaciam non parit præiudicium in alia cauſa, etiã inter eaſdem perſonas.l.ij.§. Diuus, & l.eius, qui delatorem. ff. de iure fiſci. Quod non eſſet, ſi lata fuiſſet ſentẽtia ob malã cauſam. Ita Bal.in l.ij.C.de eden.& ibidem Dec.num.47. Roma.in cõſi.cccxxix.nu.10.Corn. in conſi.ccxj.in fi.lib.iij.Alex. in conſi.lxxxiiij.col.ij.lib.ij.Et hinc etiam fit,vt ſententia lata
11 † in contumaciam non præiudicet alteri etiam in caſib. in quib.aliàs præiudicaret.l.qui repudiantis in fi.ff.qui inoffic. teſta.& l.& ideo.ff.de euict.gl.in §.vlt.in inſt.de noxa.actio. Bar.in l.cũ filiusfa.ff.de verb.obl.Bal.in l.j.q.vj. C. ne filius pro patre.Marſ.in ſing.iiij.Didac.in lib.pract.q.c.xiij.nu.5. verſ.hæc ſanè ratio.& Rolan.in conſi.xxix.nu.23.lib. iij. Et procedit etiã in ſententia principis.Ita Feli.in d.c.cum Bertholdus.nu.20.in fine.

Declaratur primò, hæc præſumptio, vt licet non præſu-
12 matur hic † contumax ſuccubuiſſe ob malã cauſam:attamen cõtra ſe habet aliquam præſumptionem malæ cauſæ.Ita declarat Alcia.in d.reg.iij.præſump.xxij.in fi.adductus primò argumento ſumpto ex c.nullus de præſump, vbi præſumitur
13 contra eum,qui dilationib.† quærit ſubterfugere iudicium, Qua de re diſſeremus inf.in præſump.lxxiij.ſecundò cõprobat Alcia,egregia traditione Bal.in l.j.nu.13.in fi.C.de her.
14 inſt.cum dixit,quòd ſi aliquis eſt bannitus † in contumaciã pro aliquo crimine, deinde admittitur ad nouas defenſiones,ſuberit tamen contra eũ aliqua ſuſpicio,qua ſine aliis indiciis torqueri poterit, arg.l.milites.C,de quæſtio.& l.ij. ff.de requir. reis Quæ ſanè traditio egregia eſt, ad declarationem ſtatutorum, quæ concedunt condemnatis in contumaciã,vt poſſint intra aliquod tẽpus admitti ad nouas defenſiones.Nam ij ſic admiſſi torqueri poterunt abſque aliis indiciis pro qualitate tamẽ perſonæ & delicti, vt dicebat præcitato in loco Bal.Quo circa mihi valde probatur praxis illa quam ſapientiſſ.ſenatus Mediol.obſeruat, quamque recẽſet Iul.Clar.in praxi crimin.§,fi.q.xliiij.verſi. Quæro, quando reus,&c.quòd contumax admiſſus ad nouas defenſiones,debet probare ſuam innocentiam vel ſaltẽ elidere indicia,quæ contra eum ſunt in præceſſu alioqui ſententia condemnationis,executioni mittitur,vel ſaltem torquetur,vel extra ordinem punitur.

Declaratur ſecundò,vt non habeat locũ hæc præſumptio
15 † quãdo conſtaret de probationib. Nam tunc ob rei veritatem.non autem ob contumaciam lata præſumitur.Ita Bald. in l.ij.nu.4.C,quib.res iud,noceat.& in l.ij,C,de contr.iud. tutelæ.Abbas in c.pen,nu,7.de re iud.Alex.in l.ſæpe.nu.79. ff.de re iud.Feli.in c. cũ Berthold.nu,24.ff. de re iud. Zaſius in conſil.x.lib.j.Tiraq.in tract. Quod ceſſante cauſa, ceſſet effectus,par.j,nu.66.& Anto.Gabr.lib.ij,concluſ.in titu.de ſent,concluſ.iij.nu.2.Cæterum tunc de probationibus con-

n 3 ſtare

16 ſtare dicitur,quando illæ ſunt omnino † claræ & manifeſtæ.
Ita egregie declarat Romanus in conſi.cccxxix.nu.10.verſi.
nec refragatur.

Declaratur tertiò,vt non procedat,quando abſentia eſſet
17 iniuſta.Nam tunc † ſententia præſumitur lata cõtra eum ob
malã cauſam. Ita Bald.in l.ij.col.pen.C. quibus res iud. no-
ceat.Abbas in c.pen.nu.12.de re iudic.Alex. in additionib.
ad Bar.in l.Papinia.§.meminiſſe.ff.de inoff. teſta. & ibidem
Alex.in l.ſæpe.num.79.ff.de re iud.Feli.in c.cum Berthold.
nu.24.verſ.limit.v.& vlt.de re iud.& Ant.Gab.in d.conclu.
iij.nu.3.Declaratur quartò,vt non habeat locũ quãdo con-
18 demnatus fuiſſet † præſens in tota cauſa : ſed abſens atque
ita contumax tantummodo tempore ſententiæ. Nam tunc
non præſumitur condemnatus ob cõtumaciam, ſed ob ma-
lam cauſam. Ita Bart.in l.ſi ſuperatus.ff.de pig.Bal.in d.l.ij.
col.ij.C.quib. res iud. noceat. Abbas in c. pen. col.v. de re
iud.& in conſi.xlv.lib.ij.Fel.in c.cum Berthol. nu. 13. de re
iud. Gabr.in d.conclu.iij.nu.4.

Declaratur quintò,vt locum nõ habeat hæc pręſumptio,
19 † quãdo non ageretur de veritate,ſeu iuſtitia ipſius ſentẽtiæ:
ſed ſolum de eius actu. Exempli gratia, ſi ſtatutum dicit,
quòd pater teneatur pro filio cõdemnato Hic ſtatutum con-
ſiderat tantummodo actum cõdemnationis:& ideo ſufficit,
quòd filius fuerit condemnatus in contumaciam. Ita Bart.
in l.cum filiusfa.nu.3.ff.de verb.obl.& in diſput. iij. incipit
ſtatuto Peruſino. Bald. in l.ij. q.vj. C. ne filius pro patre. &
alios recenſet Felin. in d. c. cum Berthol. numero 22.de re
iud. Iaſon in d.l. cum filiusfa. nu. 13. qui hanc eſſe commu-
nem opinionem teſtantur. Et eum quoque ſecutus eſt ex re-
centioribus Ant.Gabr. in d.concluſ. iij. in fin. Diſſentiunt
alij in d.l.cum filiusfam.vbi etiam Alciatus.num. 18. à Bar-
tol.receſſit.

## PRAESVMP. LXXI.

Opinio verior quæ præſumatur, vt eam in feren-
da ſententia ſequatur iudex.

### *SVMMARIVM.*

*1 Opinio ea in iudiciis ſeruanda eſt, quæ verior, meliorque præſumitur.*
*2 Opinio verior ea præſumitur, quæ à maiori Doctorum parte recipitur & approbatur.*
*3 Litigantem condemnari in expenſis, cui communis Doctorum opinio repugnat.*
*4 Opinionem D D. communem vim conſuetudinis obtinere.*
*5 Ignarus dicitur, qui aduerſus communem opinionem iudicat.*
*6 Numerus eligentium vbi maior eſt, maior præſumitur Zelus.*
*7 Inuenitur facilius, quod à multis quæritur.*
*8 Senatus & conſilia, cauſas, ſecundum votum maioris partis conſiliariorum determinare debere.*
*9 Opinio doctorum alicuius collegij, præfertur opinioni aliorum ſingularium.*
*Quod tamen quomodo accipiendum. nu.10.*
*11 Patauini collegij mos de iure reſpondendi.*
*12 Papienſis collegij de iure reſpondendi inſtitutum.*
*13 Opinio quæ ſenatui, Rotæ, conſilio & parlamento placuit magnam pro ſe habet præſumptionem.*
*14 Rotæ Romanæ deciſionibus tantum deferendum eſſe, quantum ipſa ratio vrget.*
*15 Deus ſolus, vel cui Deus ſingulari gratia conceſſit, errare non poteſt.*
*16 Opinio quæ ſenatui aut Rotæ, conſilio parlamentoque placuit, nulla etiam lege ſic determinante magnam pro ſe habet præſumptionem.*
*Item licet auctoritas Pontificis repugnet vel alterius ſummi Doctoris.*
*Vel contraria opinio videatur verior. nu.18.*
*Aut contra ipſam aliquando fuiſſet iudicatum. nu.19.*
*Vel extaret ſtatutum, certam alicuius opinionem ſequendam, nu.20.*
*Idque adeo procedit, vt iudex in ſyndicatu condemnari poſſit. numero 21.*
*22 Opinio aduerſus communem conſuetudine & ſtylo approbata, præualet opinioni, ſenatus, conſilij, Rotæ aut parlamenti.*
*23 Opinio alicuius ſancti, munita auctoritate noui vel veteris teſtamenti, præfertur opinioni communi.*
*24 Opinio contra communem fulcita melioribus & validiorib. rationib. præualet.*
*25 Opinio æqua & benigna, præualet opinioni communi rigoroſæ.*
*Idem eſt ſi communem opinionem conſtituentes, in ea ſcientia vel arte ſint imperiti. nu.26.*
*27 Opinionem communem iuſta aliqua cauſa ſuadente poſtponi poſſe.*
*28 Sententia aduerſus communem opinionem lata, iniqua ſolum, non autem nulla redditur.*
*29 Opinio contra communem acceptanda eſt ſi communis ſit extra terminos quæſtionis quæ agitatur.*
*30 Opinio aduerſus communem retinenda eſt, ſi cauſa contra quam eſt communis, valdè eſſet fauorabilis.*
*Id tamen rectè intelligendum. nu.31.*
*32 Opinio quæ teſtamento faueat amplectenda.*
*33 Opinio qua peccatum euitatur, ſequenda.*
*34 Opinio libertati fauens accipienda.*
*Item quæ fauet reo. nu.35.*
*Aut eſt contra fiſcum. nu.36.*
*37 Opinio quæ communis ſit, vbi non conſtat, iudex quam maluerit ſequi poteſt.*
*38 Opinionibus dubiis iudex ſequi debet eam, quam in ſui conſcientia iudicat veriorem.*
*39 Opinio communis quæ dicatur. & nu.40.*
*41 Doctores grauiores & maioris auctoritatis, ſequendos eſſe, & tunc demum quidem quando ſcripta eorum in fonte legi queunt: num.42.*
*43 Opinio eius, qui duobus in locis eam ſecutus eſt, ad conſtituendam communem, præferenda ei, qui vno in loco tantum.*
*Sic & ea pro qua plus ſcripſit. nu.44.*
*Vel quam vltimo loco affirmauit & probauit. nu.45.*
*46 Opinio poſterior diligentius conſiderata præſumitur.*
*47 Opiniones vbi duæ ſunt, ea ſequenda eſt quæ alias conciliat & reducit ad concordiam.*
*48 Opinio Doctoris an ſeruanda potius ea ſit, quam de iure reſpondendo vel quam docendo legendoque approbauit, aut quam ſecutus eſt in aliquib. commentariis.*
*49 Opinionum in conflictibus inter Theologos & interpretes iuris Pontificij, plus deferendum eſt canoniſtis.*
*50 Opinionibus adeo dubiis vt veritas nequeat diſcerni, iudex iure ſuo poteſt rem controuerſam æqualiter inter contendentes diuidere.*
*51 Iudex excuſatur reiecta opinione cõmuni ſequutus eam, quam aliquando præceptor ſuus approbauit, ſi vir erat doctus.*

CVM aliqua de re & cõtentione, ſunt opiniones,
1 illa † in iudicijs & foro ſequenda eſt, quæ verior
meliorque præſumitur. Cæterùm ambigi ſolet,
quæ præſumatur melior & verior opinio. Nos
ex ordine aliqua non cõtemnenda exponemus.

Primùm dicimus, opinionem illam præſumi veriorem,
2 † quæ à maiori parte Doctorũ recipitur & approbatur. Ita
Bar.in l.vlt.C.de pæna iud.qui male iud.Bald.in l.j.ff.de ſe-
nat.& in c.j.§.iudices.in titu.de pace tenend. & eius viol. in
vſibus feudorum. Rom.in conſi.lxj.nu.2.Alex.in conſi. vij.
nu.10.lib.iiij.& in cõſ.xix.nu.13.lib.vij.Cor.in cõſ.clxxxvj.
nu.7.lib.iij.Iaſ.in auth.nouiſſima.nu.22.verſ.iſtis omnibus.
C.de inof.teſt.Dec.in conſ.ccccIxxx.Stephan. de Federicis
in tracta.de interpretatione iuris,parte vlt.nu.118. Feratius
cautela xxxj.Afflict.in deciſ.j.nu.3.Alciat.in tracta. de præ-
ſump,reg.j.præſump.lj.num.1.Neuiz.in lib.v. ſiluæ nuptia.
nu.1.Martineus Nauarrus in manuali confeſſorum,c. xxvij.
num.287.in fine.& Io.Baptiſta Aſin.in praxi de ordine iudi-
cior.§.vlt.c.vlt.num.1.qui ob id ait,litigantem condemnari
3 † in expenſis,ſi ei repugnat cõmunis Doctorũ opinio.Quo-
circà docuit Bal.in c.ne innitaris.de conſtit.cõmunem Do-
3 ctorum opinionẽ † vim conſuetudinis obtinere,ſcripſit etiã
Ang.in l.vlt.ff.de pęna iud.qui malè iud.Ignarum eſſe illum
5 † qui aduerſus communem iudicat.Et hæc quidem traditio
ſatis probatur in l.j.ff.de ſena.in l.j.verſ.& ſanè crebrior. ff.
de officio Quæſtoris. & l. Athlet. ibi, & generaliter omnes
opinantur.ff.de ijs,qui nota.infam.in l.ita vulneratus,ibi di-
citur vulgò.ff.ad l.Aqui.& in l.quæſitum. §. ſed ſi fundus. ff.
de fundo inſtru. inſtrumentoque legato.ibi,quam ſententiã
quotidie creſcere & incaleſcere videmus. Et confert, ratio
6 quia vbi eſt maior numerus † eligentium, ibi præſumitur
maior zelus. capitul. eccleſia noſtra. de electio. & capitul.
ſi quando; eod. titul.in vj. quæ ſic ad rem perpendit Alciat.
in d. præſumpt. lj. numero 1. Et accedit quod dicimus, fa-
cilius



7 cilius inueniri † quòd à multis quæritur.l.vltim.C.de fidei-
comm.& tradit Luc.de Penna in l.iij.in præſump.C.de apo-
chis publ.lib.x.Et propterea decidit Afflict.in deciſ.j. num.
8 3. † Senatus & Conſilia diffiniri debere cauſas, ſecundum
vota & ſuffragia maioris partis ſenatorum atque cõſiliario-
9 rum.Hinc dicimus,opinionem vnius † collegij Doctorum,
præferri opinioni aliorum ſingularium, Ita Abb.in capitul.
prudentiam in tertio notab.de officio deleg.Curtius Sen.in
conſi.xlvj.colum.iij.Calcan.in conſi.j.col.iij.in fine. Iaſ. in
conſi.xliij.col.iij.in prin.lib.iij.Dec.in conſi.ccccx.in prin.
& in conſi.dcxv.nu.4.Galliaul.in l.centurio.num.393.ff. de
vulg.& pup.ſubſt.Ferat.in caut.xvij.nu.2.& Crau. in tracta.
de antiq.temp.in vj.particula primæ partis princip.num.68.
& in conſi.cxxxij. nu. 16. Quæ ſanè traditio intelligitur ſe-
cundum Dec.in d.conſi.ccccx.col.vlt.verſi. ſolum ſupereſt,
10 quando † omnes collegiati parem adhibent diligentiam &
ſtudium in diſputatione dubitationis:ſecus verò cum plures
in paucorum,qui cognitioni cauſæ inuigilarunt,ſententiam
11 illotis (quod aiunt) manibus iuerunt. Qui mos † ſeruari
ſolet in hoc alioqui celeberrimo Collegio doctorum Pata-
uino,in quod viginti ab hinc annis (tam diu enim bene fa-
uente diuina bonitate, hoc in Gymnaſio hactenns docui)
cum cooptatus. Cum enim mandato eſt cauſa,vt de iure re-
ſpondeatur vel ſententia feratur,Collegium ipſum ſolet,da-
tis ſuffragiis eligere quatuor Doctores, quos cauſæ relato-
res appellamus,duos exteros pfeſſores collegiatos, & duos
ciues,qui vnà cum ipſius Collegij Priore acta videant,& de
partium iuribus cognoſcant. Si in eadem ij quinque conue-
niũt opinione,vel maior eorum pars,hoc eſt quatuor ex eis;
vt de iure reſponderi,vel ſic ſententia ferri poſſit, Iunior Pa-
tauinus iuxta aliorum vota conſcribit reſpõſum, vel ſenten-
tiam, & iterum Collegio conuocato, omnibus adſtantib.
partib.legitur reſponſum vel ſentẽtia.Et ſi quis habet,quòd
aduerſus ea dicat, benignè auditur,ſin minus dantur ſuffra-
gia,vt,quod maiori parti placuerit,ſeruetur. Quod vetus in-
ſtitutum probare nunquam potui, cum vt plurimum nemo
ſit,qui à quinque illis relatorib.diſſentiat. Quare non colle-
gij,ſed quinque relatorum reſponſum,vel ſententia appella-
ri iure poteſt. Vtinam quòd de Rotæ Florentiæ Auditori-
bus conqueritur Dec.in d.conſi.ccccx.col.vlt. dici hic non
poſſit; Quod cõmune eſt negligitur.l.ij.C. quando & quib.
12 iiij.par.libr. x. Conſueui ego ipſe cõmendare † inſtitutum
ampliſſimi collegij Papiæ, quæ mihi eſt patria. In eo enim
duobus,vel tribus electis relatoribus,non prius de iure red-
ditur reſponſum vel fertur ſententia, quàm ſinguli patres
propoſitis ſibi à relatoribus cauſæ dubitationib.priuato di-
ligentique adhibito ſtudio, quid ſentiant coràm ipſo colle-
gio expoſuerint,deinde vbi maior pars conuenerit, reſpon-
ſum redditur,vel ſententia fertur.

His etiam intelligitur, magnam eſſe præſumptionem ea
13 pro † opinione quæ ſenatui,Rotæ, Conſilio & Parlamento
(vt Galli appellant) placuit;cum præter numerum in eis ſe-
dere ſoleant iuriſconſulti doctrina,eruditione,& integritate
præſtantiſſimi.Et dicuntur conſtituere communem opinio-
nem vt ſcripſerũt Imol.& Barb.in c. ſi olim.de litis conteſt.
quos refert Vantius in tract.de nullit.in tit.de null.ſententię
ex defectu iuriſd.deleg. num.20. tametſi euenire aliquando
ſoleat,vt errore decepti labantur, quemadmodum Docto-
res à Neuiza. in d.lib.v.ſyluæ nuptia.nu.62. commemorati
teſtantur.Et ob id ſcripſerit Gemi.in conſi.xxxiiij.col.ij.in
14 fi. Deciſionib. Rotæ † Romanæ tantum eſſe deferendum,
quantum ratio ipſa vrget. Cæterum excuſandi ſunt, tum ob
negotiorum multitudinem : tum quòd & ipſi homines ſunt,
15 vnus enim ſolus Deus † vel cui Deus ipſe ſua ſingulari gra-
tia conceſſit,errare non poteſt,
16 Extenditur primò, procedere † etiam ſi nulla extaret lex
ſic determinans. Ita Neuiz. in d.lib.v.ſyluæ nupt.nu.20. Et
accedit Gomeſ.in §.pœnales.num.21.in fi.in inſti.de actio.
cum dixit, opinionem magni Doctoris eſſe recipiendam,
etiamſi lege non probatur, modo nil in contrarium vrgeat.
17 Extenditur ſecundò, etiãſi repugnaret auctoritas † Pon-
tificis tanquam Doctoris, & interpretis,vel alterius ſummi
Doctoris. Ita Neuizanus in dicto libro v.nume.25.qui latè
diſſerit.
18 Extenditur tertiò, etiamſi † contraria opinio, videatur
verior; vt copioſe tradit Neuiza. in dicto libro quinto. nu-
mero 61.
19 Extenditur quartò,etiamſi aduerſus † ipſam communem
opinionem,fuiſſet aliquando iudicatum.Ita Neuiz.in d.lib.
v.nu.62.
20 Extenditur quinto,etiamſi † extaret ſtatutum,ſicuti exti-
tit aliquando in Regno Hiſpaniarum & Mediolani, referen-
te Neuiz.in d.lib.v.nu.63.verſi.amplia ſexto, quod in iudi-
ciis ſequenda ſit Bartho. opinio.Nam ſtatutum hoc debet
intelligi cæteris parib. Non autem quando opinio aduerſus
Bartolum eſſet communis.
21 Extenditur ſextò, etiam vt † iudex condemnari poſſit in
ſyndicatu. Ita Neuiz.in d.lib.v.nu.63. Quod intelligo cum
Alcia.in d.præſump.lj.nu.2.verſi.item intellige,quando illa
communis opinio obſeruari ſolet in foro : atque ita detegi-
tur dolus ipſius iudicis.
22 Declaratur primò, non habere locum, quando † opinio
aduerſus communem eſſet cõſuetudine & ſtylo approbata.
Ita copioſe Neuiz.in d.lib.v.ſyluæ nupt.nu.64. Idẽ reſpon-
derunt Soc.Sen.in conſi.cxx.num.24.lib.iiij.Pariſ.in conſi.
lxxvij.nu.18.& in conſi.xcij.num.64.lib.iij.& in conſi. lxij.
nu.23.lib.iiij.Rip.in l.qui Romæ.§.duo fratres.num.32. de
verb.obl. & Martinus Nauarrus in manuali confeſſorum. c.
xxvij.nu.385.Stepha.de Feder.in tracta. de interpretatione
iuris in vltima parte,nu.105.Id quod ea ratione comproba-
tur,quia tunc opinio communis non dicitur vſu recepta, &
propterea non eſt obſeruanda:ſicuti dicimus, ſtatutum vſu
non receptum,non ligare ſubditos.Dec.in conſi.dcxxxviij.
nu.12.& dicemus infra lib.vj.præſump.v.

Declaratur ſecundò, non procedere, quando aduerſus
23 † communem eſſet opinio alicuius ſancti, munita auctori-
tate noui,vel veteris teſtamenti, Nam illa præfertur opinio-
ni communi.Ita poſt alios copioſè probat Neuiza.in d.lib.
v.nu.66.& Nauarrus in d.c.xxvij.nu.286.
24 Declaratur tertio, non proceddre, quando † opinio con-
tra communem fulciretur melioribus & validioribus ratio-
nibus. Ita auctoritate multorum ſcripſit Neuiz. in d.libr.v.
num.67.Et illis accedunt Barb.in clem.ne Romani de elect.
Decius in conſi.ccccIxxxj.in fine & in conſi.dcxix. ſic quo-
que Iaſon in auth.nouiſſima.nu.22.qui recenſet Io.Andreæ
& Abbatem ſic ſcripſiſſe.Idem quoque affirmarunt Stepha-
nus de Federicis in tracta.de interpretatione iuris,in vltima
parte.nu. 107. qui declarat quæ dicatur melior & efficacior
ratio. Curtius Iunior in conſi.clx.in fin.Pariſ.in conſil.xcij.
num.62.lib.iij.Martinus Nauarrus in d.c.xxvij.nume. 286.
Rolandus in conſil.vlti.in fi.lib.ij. & Io. Baptiſta Aſinius in
praxi de ordine iud.in §.xxxij.§.vlt.in fin.
25 Declaratur quartò, non habere locum quando † commu-
nis opinio eſſet rigoroſa:illa verò contra communem æqua
& benigna, Ita Neuiz.in d.lib.v.ſyluæ nupt.nu.68.Pariſ. in
conſi.vj.nu.24.& in conſi.lxvj.nu.17.lib.iij.& in conſi.lxij.
nu.24. lib.iiij.& Nauarrus in d.c.xxvij.nu.287.

Declaratur quintò, non habere locum, quando illi qui
26 † communem opinionem conſtituerunt, non eſſent in ea
ſcientia,vel arte periti.ſic declarat Neuiz.in d.lib.v. nu. 69.
cum peritis in arte,non autem imperitis credendum ſit.

Cæterùm declaratio hæc ad rem ſatis pertinere non vide-
tur : cum imperitorum iudicium nullum ſit. non enim. (vt
eſt in prouerbio) cæcus iudicat de colore.
27 Declaratur ſextò, non habere locum, quando † iuſta ali-
qua cauſa ſuadet,vt recedatur à cõmuni ipſa opinione.Nam
tunc recedi poteſt. Ita declarat Neuiz. in d.lib.v.nu.70. qui
tamen poſt Feli.in c.j.col.xiij.de conſt.& Dec. in c. conſul-
uit,libr.j.de appella. ſcriptum reliquit,iudicem ex cauſa iu-
dicantem contra communem opinionem exprimere debere
cauſam ipſam in ea ſententia,ſic dicimus, quod quando iu-
dex recedit à legis diſpoſitione aliqua ex cauſa, debet cau-
ſam ipſam exprimere,ſicuti ſcripſit Tiraq.in tracta.de pænis
legum.&c.in præfatione.nu.54.poſt Bald.in l. quid ergo.§.
pæna grauior. ff. de ijs,qui nota.infam. & alios plures. Ve-
rùm declaratio hæc remota videtur à diſputatione noſtra,
quæ eſt,an verior & melior præſumatur communis opinio,
quam ſingularis.

Declaratur ſeptimò, non procedere quò ad nullitatem
28 ſententiæ. Non enim nulla, ſed † ſolummodo iniqua red-
 ditur

ditur ſententia prolata aduerſus communem opinionem.ſic
declarat Neuiz.in d.lib.v.nu. 71. Quæ declaratio pariter ad
rem ſatis pertinere non videtur.
29 Declaratur octauò,non habere locum, quādo † commu-
nis opinio eſſet extra terminos quæſtionis quæ agitatur. Ita
Neuiz.in d.lib.v.nu.72.ſed & hęc declaratio extrà terminos
dici poteſt.
30 Declaratur nonò,vt non procedat,quando†cauſa,contra
quam ſtat cōis opinio, eſſe valdè fauorabilis & priuilegia-
ta,vt cauſę matrimoniales,viduarum,pupillorū & teſtamen-
torum. Nam tunc opinio aduerſus cōmunem retinenda eſt,
ſecundùm Neuiz in d.lib.v.nu.73.qui tamen intelligit, poſt
31 Dec,in c.j.de cōſtit.& alios quos recēſet,procedere†quan-
do ipſa opinio communis eſſet dubia:ſecus ſi clara:quia tūc
ita fauendum non eſt cauſæ fauorabili,vt alijs fiat iniuſtitia.
In dubio quidem recipienda eſt opinio fauens matrimonio.
Barba,in conſi.iij.col.pen.& in conſ.vj.col.ij.lib.j.ſic & illa
fauens doti.Iaſ.in conſ.clxxviij.in fi.lib.ij.ſic etiam illa pro-
32 banda eſt opinio † quæ fauet teſtamēto,vt illud ſuſtineatur.
Iaſ.in conſi.xiij.in fine.lib.iij.& in conſ.cxij.nu.1.lib.iiij.&
Neuiz.in conſi.xxvj.nu.7.& 8. Ita pariter ſequi debemus in
33 dubio,opinionem illam, qua † peccatum euitatur.Pariſi.in
34 conſi.xcij.nu.63.lib.iij. Ita ſequenda eſt opinio † libertati
fauens.l.quoties.de reg.iur. Nauarrus in d.c.xxvij.nu. 287.
qui alia refert,& præſertim,quod in dubio eſt probanda illa
35 opinio † quæ reo fauet : qua de re dicemus inf.in præſump.
36 lxxij.& quæ † eſt contra fiſcum, vt dicemus in ſubſequenti
præſumptione
Declaratur decimo,vt non habeat locum, quando mani-
37 feſtè non conſtat quæ ſit † communis opinio, quippe quod
ſunt multi vnam & alteram tuentur, & qui atteſtantur hanc
& illam eſſe communem:Ita Neuiz. in dicto lib.v.num. 74.
qui poſt Iaſonem & alios refert, eſſe caſus pro amicis, hoc
eſt,iudicem poſſe ſequi eam opinionem,quam maluerit:nec
reprehendi poterit iudex.
Cæterùm etſi dubiæ admodum opiniones:attamē iudex
38 ſequi debet eam, quam in ſui cōſcientia† veriorem eſſe exi-
ſtimat. Ita Baldus in conſil.j. Qualiter. libr. v. & alij, quos
recenſet Neuizanus in libr.vj.Siluæ nup.numero 4. Et illis
accedunt Ancharan. in conſilio cxxj. Varia. Socin. Senn.in
conſi.cl.columna antep. libro primo.Dec.in conſil.clxxvj.
numero 6.Socin.Iunior in conſi.cxxxj.numero 2.lib.j.& in
conſi.xxxiij.nu.1.lib.ij.Neu.in conſi.xxxiiij.nu.53.& Crau.
in conſi.cxxxv.num.40.qui ſcripſerunt,excuſari iudicem ſe-
quentem ex dubiis opinionibus, illam quam in ſui cōſcien-
tia credit veriorem. Idem reſponderunt Curtius Iun. in cōſ.
vj.nu.24.Boer.in q.clv.nu.27.& Cephalus in conſil. ccxlv.
nu.51.lib.ij.
Cùm verò dubitari contingit, quæ dicatur communis
39 † opinio,dicēdum eſt illam eſſe, quæ habet plures auctores
eam firmantes arguendo & diſputando : non autem quæ ha-
bet plures,qui nulla diſputatione habita, ſed perfunctoriè
ſimpliciter &(vt aiunt)per tranſennam quoddammodo opi
nionem illa ſequuntur,ij enim,qui aliqd dicunt incidenter,
& vt fit ad colorem ſui propoſiti,præſertim in reſponſis red-
dendis, non dicuntur verè approbare opinionem illam. Ita
Alciatus in tractat.de præſumptionibus.regu.j.præſump.lj.
nume.2.verſi.item intellige.& lib.iiij.parerg.iuris.cap.xvij.
& egregiè Martinus Nauarrus in manuali confeſſorum.cap.
xxvij.nu.289.ſcripſit, cōmuniorem ſe exiſtimare opinionē,
40 quam † ſex aut ſeptem auctores claſſici,rem ex profeſſo tra-
ctantes,aſſererent,quam probatam à quinquaginta,ſola ferè
auctoritate priorum ductis. Et dicuntur ij Doctores alios
ſic ſequentes, eſſe tanquam aues, quæ cum vna volat,volant
& ipſæ omnes,vt dicere cōſueuit Decius in conſ. ccccxciiij,
colum.vltim.& in cōſi.ccccclx.in fine.Illud etiam ſcriptum
reliquerunt Iaſon in l.ij.numer.20.ff.de iureiuran.& in l. re
coniuncti. num. 142.ff.de leg.iij.Gozad.in conſi.xxxix, nu.
17.Martinus Nauarrus in d.cap.xxvij.numero,289. in fine,
Alcia. in d. præſumpt. lj. numero ſecundo ſpectandos eſſe
41 Doctores † grauiores, & maioris auctoritatis, quales ſunt
illi,quorū ſcripta in auditorijs, & foro magis accepta ſunt,
& præſertim antiquiores; vt copioſè annotauit Neuiz. in
dict.libr,v.Syluæ nupt.numero quinto.Non enim tantā ha-
benda eſt ratio recentiorum iuriſconſultorum, qui vel do-
cendo,vel de iure reſpondendo(quod malum?)non legibus,
& rationibus, ſed aliorum auctoritatibus, imperitè muneri
ſuo putant ſatisfactum.
Cæterum aduertendum erit, tunc demum deferendum
42 eſſe antiquis ipſis Doctoribus, † quando eorum ſcripta in
fonte legi poſſunt; ſi verò legi nequeunt, cōnumerandi non
ſunt, ad conſtituendam communem opinionem,ſicuti rectè
aduertit Dec. in conſil. ducenteſimoquinquageſimonono.
numero querto verſic.præterea.Et rurſus ad conſtituendam
43 communem opinionem † erit præponenda opinio eius,qui
duobus in locis eam ſecutus eſt illi opinioni,quam vno tan-
tum in loco approbauit.Iaſon in conſi lxxxix.col.vlt.lib.iij.
Soc.Iun.in conſi.cxxviij.nu.211.lib.j.& Rolandus in conſ.
lxvij.n.33.lib.j.ſic etiā illa opinio Doctoris præualet & reti
44 nenda eſt, pro † qua plus ſcripſit.Gomeſ.in §.primo.nume.
29.in inſtit.de actio. Neuiz.in conſi.xxx.nume.2. & Socin.
Iun.in conſi.j.nume.143.lib.j. Et præterea illa opinio reti-
45 nenda eſt,† quam Doctor vltimo loco affirmauit & proba-
uit.Iaſon in l.ſi idem cum eodem.§.vlt.ff.de iuriſdict. omn.
iud.Curtius Senior in conſi.lxxij.num.41.& in conſi.lxxiij.
46 nu.40.lib.j.Præſumitur enim poterior† opinio diligentius
conſiderata. Rom.in conſil.cccxxvij.colum.ij. & Neuiz. in
d.lib.v.nu.32.prope finem.
Illud etiam obſeruandum eſt, quod vbi dubiæ ſunt opi-
47 niones; illa ſequenda eſt, quæ † alias conciliat, ad concor-
diamque reducit. Neuiz. in d.libr.v.nume.32.Gomeſ.in §.
rurſus. numero decimoquarto. in inſtit. de actio. Curtius
Iun.in conſi.x.nu.1.in fine.& Pariſius in conſil.xlvij.nu.76.
libro iij.
Eſt quoque conſiderandum quibus in ſcriptis Doctor
opinionem illā affirmauerit. Nam ſunt qui exiſtimant, opi-
48 nionem † illam Doctoris eſſe retinendam probandamque,
quam is, de iure reſpondendo probauit. Ita ſanè Gomeſ.in
§. quædam. numero 26. in inſtit. de actio. Socinus Iunior
conſilio xxiij.num.10.lib.j.Boer.in q.clv.num.24.& Alcia.
in reſpon.cclxiij.in fine. Aliqui tamen verius eſſe dixerunt,
49 ſequendam eſſe opinionem, † quam Doctor probauit do-
cendo legendoque.Sic ſane Pariſius in conſilio cx.num.20.
libro j.Rubeus in conſi.cxxvij.nume.8.Socin.Iun.in conſi.
lvj.nume.57.lib.j. Craue.in tract. de antiq. tempo. in tertia
particula primæ partis principalis. num.48. & zaſius in lib.
j.ſingularium reſponſorum.c.ſeptimo.num.11.Sunt & alij,
qui credunt,probandam magis eſſe opinionem, quam Do-
ctor in commentariis, quos tractatus appellare ſolemus,af-
firmauit. Ita cenſuit Neuizanus in dicto libro quinto ſyluæ
nuptia.numer.vigeſimoſexto.poſt Claudium Seyſellium in
l.ſi idem cum eodem.§.vlt.ff.de iuriſd.omn.iud.
Illud etiam obſeruandum eſt, quod in conflictu opinio-
49 num,† quæ aliquando eſſe ſolent inter ſacros Theologos,&
iuris Pontificij interpretes aliqua de dubitatione, quæ ab
eorum interpretatione pendet, vt puta de contractibus ma-
trimonij, vel vſurarum,deferendum eſſe magis Canoniſtis,
vt ſcripſerunt poſt Ancharanum Alexander in conſilio pri-
mo, columna quarta : verſic. & ſi aliqui. libro quarto. Ne-
uizan.in d.lib.v.ſyluæ nupt.numero ſexageſimonono,Pari-
ſius in conſi. lxvij.num.31.lib.iiij.
Eſt quoque annotandum, quod quando opiniones ſunt
adeo dubiæ, vt diſcerni nequeat veritas, iure ſuo poterit
50 iudex † rem controuerſam diuidere æqualiter inter con-
tendentes,ſicuti obſeruauit Imperator in l.& hoc Tiberius.
ff.de hæred.inſtit. Qua de re ſcripſi in commentariis de reti-
nenda poſſeſſione in tertio remedio.nu. 755. vbi multorum
auctoritate comprobaui.
Illud quoque omittendum non eſſe duxi, iudicem excu-
ſari,ſi omiſſa recepta communi Doctorū opinione, ſecutus
51 eſt illam † quam aliquando eius præceptor veram eſſe affir-
mauit. Ita Abbas in cap. primo,columna ſexta,verſicul. ſed
vide notabile dictum, de poſtula. Prælato. Felinus in cap.j.
colum.vlti,verſic.quinto nota,quod iudex.de conſti.Socin.
Sen. in conſilio xliiij. columm.iij.libr.j. Petraſanct. in ſing.
lxij.incipit ſcolares, Petrus Rebuffus in tract.de priuil.ſcol.
in priuil.lxxij, & Thomas Feratius in cautela xxxj. qui poſt
Ludouicum Bologninum in auth. habita. C, ne filius pro
patre intelligit, quando præceptor ille erat vir doctus &
ſolennis.

Præſump.



## PRAESVMP. LXXII.

Iudex in dubio aduerſus fiſcum,an & quando prę-
ſumptionem ſumere; & iudicare debeat, diligens &
accurata explanatio.

### SVMMARIVM.

*1 Præſumptio in dubio contra fiſcum capitur.*
*2 Fiſcus & ſi non regulariter,multis tamen in caſibus eſt priuilegiatus.*
*3 Fiſcus in caſibus non priuilegiatis, iure communi vtitur, & priuato
æquiparatur.*
*4 Dos regulariter priuilegiata eſt,& in eo differt à fiſco.*
*5 Fiſco agente de lucro captando, aduerſus priuatum de damno certan-
tem,iudicatur in dubio contra fiſcum.*
*6 Titulus,De iure fiſci,quid tractet.*
*7 Pronuntiandum in dubio contra eum, qui agit de lucro captando, &
ad commodum eius qui de damno vitando.*
*8 Fiſco agente ex cauſa oneroſa contra priuatum de cauſa lucratiua, pro
fiſco præſumptio eſt,& pro eo iudicandum.*
*9 Donatio perfecta dici non poteſt,ex quo in controuerſia poſitum eſt, an
donare quis potuerit vel non.*
*10 Fiſco & priuato in pari cauſa lucratiua exiſtentibus,vter præferatur,
duæ ſunt opiniones.nu.11.*
*12 Fiſcus cum priuato in pari cauſa oneroſa certans, vtrum præferatur,
tres ſunt opiniones numero decimoſexto.& decimoſeptimo.*
*13 Contendentibus priuatis ſi pares ſine probationes pro reo pronuntian-
dum eſt.*
*14 Sententiis duobus contrariis latis,vna pro fiſco, altera pro priuato reo
conuento, quænam præferatur,&c.nume.15.*
*18 Fiſco contendente cum muliere cauſa dotis,in dubio pro dote pronun-
tiandum.Alia refertur opinio.nu.24.*
*19 Priuatus habens cauſam oneroſam, præfertur fiſco habenti lucrati-
uam.*
*20 Dotis cauſa ſemper eſt oneroſa.*
*21 Priuilegiatis duobus concurrentibus,is qui priuilegium potentius habet,
præfertur.*
*22 Dos habet potentius fiſco priuilegium,& qua de cauſa.nu.23.*
*25 Primipili munus quale fuerit.*
*26 Annonæ cauſa totius exercitus robur eſt,& Reipubli.ſalus.*
*27 Dotem & fiſcum aliquando & in quibus æquiparari.*

CELEBRE eſt reſponſum Modeſtini in l. non
puto.ff.de iur. fiſci. cuius verba hæc ſunt : Non
puto delinquere eum, qui in dubiis quæſtioni-
bus contra fiſcum facile reſponderit.Ita legitur
in Pandectis Florentinis,teſte eruditiſſimo Antonio Augu-
ſtino in lib.j.emēd.iuris.c.iij.reiecta lectione Alberici, qui
ſic legendum opinabatur.Non puto facilè delinquere eum
&c.Quo ſanè in reſponſo Dinus,Bartolus & Albericus an-
1 notarunt,in dubio†capi præſumptionem contra fiſcum. Et
idem affirmarunt Mattheſ.in notab.lxxij.& alij congeſti ab
Alciato in trac.de præſumptionibus reg.iij.pręſum.iiij.& à
Didaco Couuar.in lib.j.varia.reſolut.cap.xvj. nu. 2. Cæte-
rum quò difficilis & perplexa hæc diſputatio explicetur,di-
ſtinguendi atq; cōſtituendi ſunt duo præcipua capita; Quo-
rum primum eſt,quando extat contentio inter fiſcum & pri-
uatum.ſecundum,quando eſt diſputatio inter fiſcum & alte-
rum priuilegiatum, vt puta mulierem ob dotis cauſam, vel
eccleſiam, vel aliam his ſimilem, ſingula hæc capita,diſtin-
guendo aliquot caſus explicabimus.
2 Prius tamen ſciendum eſt, fiſcum non eſſe † regulariter
priuilegiatum,ſed certis,multis tamen in caſibus, quemad-
modum permultos caſus commemorant Franciſcus Luca-
nus Parmenſis in tracta.de priuileg.fiſci,Martinus Laudēſis
in tracta.de fiſco.& Afflict.in rub.de fratrib.de nouo bene-
fic.inueſtitis.nu.15.In aliis verò caſibus,in quib.nō apparet
3 clare priuilegiatus,vtitur†iure cōmuni:& propterea priuato
æquiparatur.l.quòd placuit.ff.de iure fiſci, & l.j. C. de con-
duct.& procura.præd.fiſci.lib.xj.& ſcribunt gloſſ. in l.item
veniunt.§.in priuatorum.ff. de petit.hæred. manifeſte De-
cius in conſilio ccccxxxj. numero 3.& apertius Socin. Iu-
nior in l.j.numero 19. ff. ſoluto matrim. qui ob id differen-
tiam conſtituit, & recte quidem, inter fiſcum & dotem.
4 Nam dos†eſt regulariter priuilegiata;fiſcus verò in caſibus
lege expreſſis.
His ſic præmiſſis,de primo diſtinctiōis capite diſſeramus.
Primum itaque eſt caput, quando eſt contentio inter fi-
ſcum & priuatum: Quo ſanè in capite diſtinguendi ſunt ali-
quot caſus.
5 Primus eſt,quando fiſcus†aduerſus priuatum contendēs
agit de lucro captando,priuatus verò de damno euitando;vt
puta quando agitur de exigenda pœna(cauſam hanc eſſe lu-
cratiuam probauit Dec. in l. eo, quod vel is,nume.quarto.
ff.de regulis iuris.) à priuato, qui delictum perpetraſſe di-
citur,vt quod eius patrimonium dicatur fiſco delatū. Hoc
in caſu in dubio præſumitur,atque ita iudicari debet contra
fiſcum. Ita omnium primus docuit Beluiſius in l. j. in fine.
C.de cad.tollen.& ſi hoc ſibi tribuat Comens.in l. j. nume-
ro 11.ff.ſoluto matrimon.& ſecuti ſunt ibidem Socin. Sen.
numero octauo.& Iaſon numero 37.Idem Iaſon in §.ſi quis
agens in fin.in inſtit.de actio.& in conſil.xxxix.nume.3.lib.
j.Felinus in capi.paſtoralis.numero 9.de reſcriptis. Decius
in l.in ambiguis.de reg.iur.& in cap.iij. de proba. Marſilius
in rubr.C.de proba.nu.392. Ripa in l.j.nume. 4. & ibidem
Pariſius nume.12.verſic. conſidera etiam. Socinus Iunior
numero 24.& Bolognetus numero 17. ff. ſoluto matrimo-
nio.Alcia.in reſpō.cccccxxij.in fine.Neuiz.in lib.vj. Syluæ
nuptia.nu.47.verſ.item in dubio contra fiſcum. Didacus in
libro primo,variar.reſolut. cap. decimoſexto, numero pri-
mo, & Hieronymus Gabriel in conſilio centeſimoſeptua-
geſimotertio,in fine.libro ſecundo.Et ij quidem moti ſunt
eo reſponſo.dictæ l.non puto,quod loqui de cauſa lucrati-
ua, ſunt interpretati. Eſt enim collocatum ſub illo titulo
6 de iure fiſci,in†quo agitur de bonis delinquentiumm fiſco.
delatis,ob id ſic in dubio debet interpretari.iuxta l.Impera-
tor.ff.de in diem adiect.Sed mea quidem ſententia,leuis eſt
conſideratio;cum & in eo titulo agatur de iure fiſci in aliis
cauſis quam in his, de bonis delatis:ſicuti in l.tertia.§.Diui
fratres vſque ad finem in l. ſi curator. in l. bonorum, in l.
Titius.in l.res quæſt.in l.ſi is,qui. in l.eum, qui. in l. in frau-
dem.§.penultimo,& in l.vltim. in quibus agitur de contra-
ctibus venditionum, locationum.& ſimilium inter fiſcum
& priuatos. Et accedit, quod ipſemet Modeſtinus in l. in
ſumma, eodem titulo de iure fiſci, ita reſpondit : in ſum-
ma ſciendum eſt, omnium fiſcalium pœnarum petitio-
nem creditoribus poſtponi. Loquitur Modeſtinus, quan-
do verſamur in dubio, alioqui ſi clara res eſſet iniuria fie-
ret fiſco. Et ideo habuit Modeſtinus pro abſoluto in cau-
ſis lucratiuis ſeu dictis pœnalibus, fiſcum poſtponi cre-
ditoribus. Quare in dicta l. non puto,ſi de his locutus eſ-
ſet, non dixiſſet eum non errare, qui in dubiis pronuntiat
contra fiſcum : ſed abſolute dixiſſet, eſſe contra eum pro-
nuntiandum abſolutè. Et accedit, quod alius eſt ſenſus
dictæ l. non puto, quem conſiderauit Socinus Senior in
dicta l. prima, & qui mihi probatur, vt infra dicemus. Et
interpretationem illam Beluiſij & Comenſis manifeſte
improbarunt Alexander in dicta l. prima, numero 3.ff. ſo-
luto matrimonio. & ibidem Ruinus numero quarto,& nu-
mero decimo in fine,& Pariſius numero duodecimo;verſic.
& licet Iacobus,& Alciatus in d. præſumptio. xlj. Rectius
caſus iſte probatur in d.l.in ſumma iūct.l.quod placuit, eo.
tit.Dixerat Modeſtinus, omnium fiſcalium pænarum peti-
tionem creditoribus poſtponi. Papinian. deinde ſubiunxit
in dicta l.quod placuit; Quod placuit fiſco non eſſe pænam
petendam, niſi creditores ſuum recuperauerint : eo perti-
net, vt priuilegium in pæna contra creditores non exer-
ceatur, non vt ius commune priuatorum fiſcus amittat.
Dixit Papinian. fiſcum non amittere ius priuatorum, hoc
eſt, quod ſi clare apparet, creditores ius ſuum acquiſi-
uiſſe, poſteaquam conſtat bona eſſe delata, atque ita quod-
dammodo fiſco quæſita,fiſcus eis anteponatur:quia & qui-
libet creditor priuatus anteponeretur; cum verò dubium
eſt, ſecundum Modeſtinum, quis prior, vel poſterior ſit,
fiſcus vel creditores, fiſcus poſtponitur creditoribus.Com-
probat ſententiam hanc reſponſum Alexandri Seneri in
l. vnica. C. de pænis fiſcalibus libro x.Rem ſuam (inquit
Alexander)perſequentibus,pænæ exactio poſtponitur. Et
7 accedit ratio, quod in dubio † pronuntiandum eſt con-
tra eum qui agit de lucro captando, & ad commodum
eius,qui

eius,qui agit de damno euitando.l.non debet actori.§. in re obſcura.ff.de regulis iuris. quo loci Decius ſcriptum reliquit,priuilegiatum qui tractat de lucro poſtponi alteri,qui tractat de damno.l. vltim. ff. ex quibus cauſis maio. & ſcribunt Baldus & alij à Decio allegati.Et ad rem confert tex.l. vlt.§.ſinautem creditores.C.de iure delib.quo ſcripſit Neuiz.in lib.vj.ſyluæ nuptia.numero 47.ver. item in dubio faueamus, fauendum eſſe in re dubia ei, qui agit de damno euitando.

Secundus eſt caſus,quando fiſcus aduerſus priuatum cõtendẽs,agit de cauſa oneroſa,priuatus verò è contra de cauſa lucratiua. Hoc in caſu pro fiſco præſumitur, atq; ita pro eo iudicandum eſt in dubio. Ita gloſſa, Odoffredus, Lucas de Penna, Ioan. de Platea & Iacobus Rebuffus in l. prima. C.de iure fiſci.libro x.Angelus in §.illud quoque in authen, de triente & ſemiſſe, Caſtren. in l. matrem,C.de probatio, Roma.in ſing.clix.Agens hypothecaria,Salicetus in l.ſi debitor.ff.de pign.Alexan.in additio.ad Bart.in d.l.j.C.de iure fiſci libro x.Antonius Corſetus in ſingul.in verbo, actio hypothecaria. Afflictus in rub. de fratribus de nouo beneficio inueſt.nu.47.Soc.Sen.Bulgarinus & Seyſellius in l.j. ff. ſol.matr.& ibidem Pariſius num.13.Alciatus nu.6. & Socinus.Iunior nu.21.& Didacus in lib.j.varia.reſolut.cap.xvj. numero 2.ver.imo ſi fiſcus. Et ij quidem ſic ſunt interpretati.d.l.j.C.de iure fiſci.lib.x.Cuius verba hęc ſunt,ſi priuſquam fiſci rationibus pater veſter obligaretur, perfectam prædiorum donationem feciſſe fuerit probatus, quod citra fraudem creditorum geſtum eſt, non reſcinditur. Hic conſtat, donatarios probare debere prius perfectam fuiſſe donationem, quam donator fiſco obligaretur. Cum tamen onus probandi obligationis prioritatem ſpectare debuiſſet ad fiſcum actorem; ſicuti facit priuatus, qui agendo ex cauſa oneroſa, contra priuatum rem ipſam poſſidentem ex cauſa lucratiua,probare debet,ante donationem ipſi reo factam,ſibi ius hypothecæ ad rem illam competere. l. in rebus.C.de dona.ante nupt.Et propterea,cum aliter ſtatutum ſit in fiſco,in d.leg.prima.dicendum eſt, id contigiſſe, quia tribuitur aliquis fauor fiſco, vt ſi habet cauſam oneroſam, præferatur priuato habenti cauſam lucratiuam.

Cæterùm Bartol.in d. leg. prima & in l.& quæ nondum. §.quod dicitur.in fine.ff.de pign.ſcripſit in caſu.d. leg. primæ id contingere fauore fiſci,vt etiam ille, qui poſſidet teneatur probare rem fuiſſe ſibi prius obligatam. Et Bartol. ſecuti ſunt Baldus in l.ſi debitor.C. de priuil.fiſci. Angelus in l.matrem.C.de prob.Baldus Nouellus in tractat. de dote,in nona parte,in primo priuilegio. Neguſ.in tract. de pignoribus in quinta parte, ſecundo membro. nu. 43.Et hæc notabilis eſt declaratio,ſi vera eſt, ad l.circa. ff. de probat. vbi pro poſſeſſore præſumitur, & ob id, qui aliter dicit debet probare.Hoc inquam non haberet locum fauore fiſci.

Verùm interpretatio hæc mihi non placet: cum fiſcus illo in loco non conſideretur vt fiſcus priuilegiatus, ſed vt creditor.Nam ipſe Alexand. ſubijungit,quod citra fraudem creditorum geſtum eſt, non reſcinditur. Accedit, quod alia lege cautum non reperitur, fiſcum eſſe in hoc priuilegiatum, ob id quod caſus dict. leg. primæ ſit dubius, non eſt in dubio tribuendum priuilegium fiſco: ſicuti in huius diſputationis initio diximus. Verius itaque exiſtimo quod docuit Ruinus in dict. leg. prima, numero quarto verſicul. vel tenendo, quod. ff. ſoluto matrimon. in caſu dict. leg. primæ.C.de iure fiſci, eſſe credendum, quod fiſci intentio erat fundata, quippè quod probatum fuerat, donatorem obligaſſe bona omnia fiſco,& quod eo tempore obligationis hæc bona donata, erant in illius debitoris ſicque donatoris bonis. Quare donatarius, qui contendebat ſibi prius donata fuiſſe ipſa bona,quam obligarentur fiſco, probare id debuit: atque ita nullum ſpeciale eſt in dict. leg. prima conſtitutum fauore fiſci. Cum idem ſit & in priuatis,quemadmodum explicat Ruinus, & idem probat ibidem Pariſius numero 13. Rectius ita caſus iſte probatur ea ratione, qua vſi fuimus ſupra, quod in dubio præſumi & pronunciari debet pro eo, qui tractat de damno euitando, contra eum qui agit de lucro conſequendo. Nec ad rem pertinet conſideratio Pariſij in dict. leg. prima numero decimotertio.ſoluto matrimon.cum dixit; quod in caſu dict. leg. primæ. C. de iure fiſci, agebatur de damno ex parte donatariorum ex quo erat perfecta donatio: Nam verius
9 eſt, non poſſe dici perfectam † donationem, ex quo eſt poſitum in controuerſia, an donare potuerit, vel non cum prius diceretur obligaſſe bona ipſa fiſco. Et hic quidem caſus procedit multò magis,quando intentio fiſci eſt fundata, & nil apparet probatum ex parte priuati,iuxtà ſenſum prædictum Ruini ad d.leg.primam,C.de iure fiſci. Nã pro ipſo fiſco tũc pronuntiãdum eſt,etiamſi aduerſarius ſit in poſſeſſione ſicuti in ſpecie annotarunt Herculanus,Pontanus,Socinus & Ripa in d.l.j.ff.ſolu.mat.quos ſic retulit, & ſecutus eſt Didacus in dict.libro primo.varia.reſol.capitul.xvj.numero 7.in fi.

Tertius eſt caſus,quando tam fiſci quàm priuati cauſa eſt lucratiua,exempli gratia,ſi vterque prætendit ſibi prius donatum,vel hæredem inſtitutum.Afferri etiam poteſt exemplum,vt ſi per contractum,legem,vel ſententiam, pæna aliqua pecuniaria alicui indicta partim fiſco & partim priuato defertur,ſi contigerit damnatum non eſſe ſoluendo, nec ex eius bonis poſſe ſolui totam ipſam pœnam, ſed dimidiam tantum:Hoc ſanè caſu dubitatur, an ſit præferendus fiſcus
10 vel priuatus?Recepta eſt ſententia†pro fiſco non præſumi, atque ita pro eo non eſſe in dubio pronuntiandum, Ita Gulielmus Cuneus,Iacobus Butrigarius, Baldus, Angelus & Alexander in l.reſcriptum.ff.de pact.Neguſant.in tracta, de pignoribus in ſecunda parte principali, in quarto membro.num.115.& Didacus in d.lib.j.varia,reſolut.cap.xv.nu. 8.qui teſtatur communem.Et ij quidem adducti ſunt text. l.quod placuit.ff.de iure fiſci.Qui tamen non probat,ſi ſenſum, quem ſupra retuli, conſiderabimus. Affertur etiam l.j. C.pænis fiſcalibus creditores præferri, lib. x. Verùm nil ad rem pertinet,cum loquatur eo caſu, quo fiſcus agit ex cauſa lucratiua, priuatus verò ex onerata. Nam ibi creditor, proprie is dicitur,cui titulo oneroſo quid debetur, vt ſcribunt Doctor.in l.j.ff.ſi cert. petat. Rectius probari poteſt textu.l.non puto.ff.de iure fiſci,de quo diximus ſupra,& in ſubſequenti caſu diſſeremus. Contrariam opinionem probauit † Pariſienſe conſilium,quod Galli Parlamentum ap-
11 pellant, vt refert Ioannes Gallus in Areſtis Pariſienſibus in quæſtio.cxxx. qui commemorat tertium exemplum ſupra relatum,& inquit, pro fiſco fuiſſe pronuntiatum. Et quamquam Didacus præcitato in loco ſcripſerit, pro Areſto illo Pariſienſi eſſe dict. l. non puto, ſecundum ſenſum Comenſis,& l.eius,qui delatorem. ff. eo.titu.attamen mea quidem opinione,textus.d.l.non puto,repugnat, vt demõſtrabimus infra,& d.l.eius,qui delatorem,nil ad rem pertinet.Conferre melius videtur.l.apud Iulianum.ff.de iure fiſci,vbi priuatus dicebat hæreditatem, fiſcus verò vt ſuam vindicabat. Reſpondit Pomponius Iulianum ſecutus: cauſam fiſci prius eſſe tractandam. Reddit rationem,ne publicæ cauſæ præiudicetur. Verum reſponderi poteſt, tributum eſſe priuilegium fiſco ſolùm reſpectu ordinis iudiciarij; non reſpectu meritorum cauſæ, hoc eſt quis ſit potior in hæreditate.

Quartus eſt caſus, quando fiſcus & priuatus ſunt in pari cauſa oneroſa, Hoc in caſu trea ſunt interpretum opiniones.

Prima fuit eorum†qui ſcripſerunt,pro fiſco præſumi, iu-
12 dicariq; debere.Ita Baldus in l.ſi debitor.C. de priuil. fiſci. Roma.in authen. ſimiliter. num.30.C. ad l. Falcidiam. Socinus Senior in l.j.nume. 6. ff. ſoluto matrim. & ibidem Iaſon nu.4.ſic & Baldus Nouellus in tractat. de dote in parte nona,in primo priuilegio.Neguſa.in tracta. de pignoribus, in ſecunda parte,in ſecundo membro nu. 117. qui communem teſtatur:ſic & Didacus in d.cap.xvj.nume.2.ver.ſed & ſi fiſcus. Et ij quidem adducti ſunt primo textu.l.ſi is, qui. ff. de iure fiſci.vbi in rebus quæſitis à debitore poſt hypothecam priuato quæſitam, fiſcus, qui tempore poſterior eſt;præfertur:tametſi in quæſitis ante hãc hypothecam, priuatus, qui potior eſt; fiſco etiam expreſſam habenti præferatur,nõ ſolum ſi priuatus habeat expreſſam priorem:ſed & tacitã:ſicuti conſiderant Dinus & Bart. in dict.l.ſi is, qui.& communem eſſe ſenſum, teſtatur Baldus Nouellus in tractat. de dote, parte decima, numero 2. Verum reſpondetur ſecundum Pariſium in dict.l. j.nume. 13.verſ.nec obſtabit. dict.l.



dict.l.ſi is,qui.ff.ſolu.matri.ibi ita in priuilegium fuiſſe expreſſim conceſſum,vt præcedens generalis obligatio & hypotheca, omnium bonorum præſentiũ & futurorum facta priuato, impediat obligationem factam deinde fiſco, in poſtea quæſitis. Et ſi ergo in eo fuerit priuilegiatus fiſcus, non tamen in reliquis dici debet priuilegiatus. Et ſi recte perpendatur,idem ſenſit Ruinus in d. l.j.nume. 1. ver. non obſtat etiam.ff.ſoluto matri.Secundo adducitur argumentũ quod hic fiſcus & priuatus ſunt pares in cauſa: cum vtriuſque ſit oneroſa.Atqui quando pares ſunt probationes,fiſci actoris & priuati rei conuenti, pro ipſo fiſco pronuntiandũ eſt,etiam ſi actor ſit,ſecũdum Specula.in tit.de teſte.§.poſtquam.nume.7.Ioan.Andreæ in capit.in noſtra.de teſtibus. Alexand.in l.j.numero 2. ff. ſol. matr.Decium in l.in ambiguis.nu.2.ff.de reg.iuris.& in cap.iij.nu.5.de proba.& Frãciſcum Lucanum in tract.de fiſco,in priuil.lxxxij. Ergo etiã pro ipſo fiſco habente cauſam pariter oneroſam ac ipſe priuatus,præſumendum & iudicandum eſt. Cæterùm reſponderi poteſt;negando minorem illam propoſitionem: quia quando ſumus in dubio atque ita cum non apparet de priuilegio fiſci,is à pari procedit cum priuato (vt diximus ſu-
13 pra).At vbi inter priuatos†eſt contentio, & pares ſunt probationes,pro reo eſt pronuntiandum.l.Arianus.ff.de act. & oblig.& dicemus infra.Idem ergo eſt dicendum & in fiſco, quidquid dixerint Speculator & ſequaces,qui moti ſunt ex illa lege non puto, & ſimilibus, quæ non probant. Tertio
14 affertur argumentum,quod quando†latæ ſunt duæ ſententiæ contrariæ, vna pro fiſco actore, altera pro priuato reo cõuento.Illa pro fiſco pronuntiata præferri debet.Ita Spec. & Ioan. Andreæ vbi ſupra.& Iaſon in dicta l. prima numero 37. ff. ſoluto matr. Ergo & in caſu noſtro, vbi par eſt cauſa fiſci & priuati, pro fiſco eſt præſumendum. Verùm reſponderi poteſt à Specul. Ioan. Andreæ & Iaſone diſſentire Comenſem,Herculanum, Iaſonem ipſum & Zaſium in l.inter pares. ff. de re iudic. Cùm dixerunt, ſententiam
15 †pro priuato reo conuento latam,aduerſus fiſcum pręferri.

Secunda fuit opinio præcedenti omninò contraria,
16 †quod ſcilicet in dubio pronuntiandum ſit contra fiſcum. Ita Bart.in d.l.non puto. ff. de iure fiſci. cum dixit, quòd ſi duo extant inſtrumenta contractus pro fiſco & pro priuato eadem die cõfecta,inſtrumentum priuati præſumitur prius confectum. Et Bartolum ſecuti ſunt Matheſ.in notab. lxxj. Alex.in l.j.nu.3.ff.ſol.matr.

Et ij quidem adducti ſunt eo text.d.l. non puto, qui (vt nunc dicemus)alium habet ſenſum.

17 Tertia fuit opinio†quod ſit in iudicis arbitrio & facultate,præſumere & pronuntiare vel pro fiſco, vel pro priuato, vt ei viſum erit.Hac in opinione fuit Soc.Sen.in d.l.j.ff. ſoluto matr.dum interpretatur d.l.non puto,cuius ſenſum dixit ibidem Soci.Iun.numero 29.eſſe veriſſimum, Non puto (inquit Modeſtinus)delinquere eum,qui in dubiis quæſtionibus contra fiſcum facile reſpõderit. Dubitandi ratio erat apud Modeſtinum,quòd dicẽdum videbatur,in dubiis quęſtionibus eſſe reſpondendum pro fiſco: ſicuti & pro dote, iuxta l.in ambiguis.ff. de reg. iur. cum fiſcus ita multa habeat priuilegia vt ipſa dos,vt in eo titulo. ff. de iure fiſci, & in tit.C.de priuilegio fiſci,& diximus ſupra. Decidit cõtrarium Modeſtinus quod ſcilicet, non errat iudex, qui in dubijs facile reſpondit contra fiſcum. Ratio ipſa deciſionis eſt:quia vbi fiſcus non reperitur expreſſe priuilegiatus non differt à priuato ſicuti diximus ſupra.Quemadmodum ergo eſt in iudicis arbitrio & poteſtate poſitum, pronuntiare in cauſis priuatorum vel pro reo,vel pro actore,ita etiam permiſſum ei eſt in cauſa fiſci contra priuatum, Et hic quidem ſenſus ſemper mihi placuit,quidquid dubitant & obijciant Ruinus in d.l.j.numero quarto,verſicu.non placet etiam.& Pariſ.num.12.prope medium. ff.ſol.matr.

Secundum eſt huius diſputationis caput, quando contẽ-
18 tio†eſt inter fiſcum & mulierem,cauſa dotis.Hoc in caſu recepta eſt Doctorum ſententia, in pari cauſa, in dubio eſſe pronuntiandum pro dote. Ita Baldus in l. dotis. C. de iure dotium.& in l.ad exactionem.C.de dotis promiſſ. Iaſon in l.j.nu.37.ff.ſoluto matri.& ibidem Soc.Sen. nume. ., Ripa nu.10.Pariſius nu.14.Soci.Iun.nu.36.Neguſan. in tract. de pignoribus in ſecundo membro tertiæ partis principalis. nu.109.Alcia.in tract.de præſumptionibus,reg.iij.præſum. xlj.ad finem,ver.ſed mihi placet.& Didac.in lib.j.varia. reſol.c.xvj.nume.6.

Primò affertur argumentum ductum à fortiori ex his,quę
19 diximus ſupra, quod priuatus†habens cauſam oneroſam, præfertur fiſco,qui dicitur habere cauſam lucratiuam.Ergo
20 multo magis præfertur cauſa dotis, † quæ ſemper eſt oneroſa.Verùm reſpondetur;argumentationem ſolum concludere,quando cauſa fiſci eſt lucratiua:non autem quando eſt oneroſa. Non enim ſemper lucratiua eſt: ſicuti diximus ſupra.

Secundò vrgere magis videtur, quod quando duo priui-
21 legiati†concurrunt,is qui habet priuilegium potẽtius, pręfertur.l.verum,in fine.ff.de mino.Bart.& reliqui in authent. quas actiones.C.de ſacroſan.eccleſ.

22 Atqui dos†habet priuilegium potentius ipſo fiſco. Ergo cauſa dotis præferri debet ipſi cauſæ fiſci.Illa minor propoſitio probatur ex l.ſi pignus.ff.qui potio, in pign. hab. iuncta.l.aſſiduis.C.eo.In ea enim.l.ſi pignus. reſpondit Vlpia: tacitam hypothecã priorem priuati, præferri poſteriori hypothecæ tacitæ fiſci. Et ad idem adducitur. l. vnica. C. rem alien.gere. Et tamen in d.l.aſſiduis.conſtitutum eſt,tacitam hypothecam,fauore dotis præferri priori hypothecæ tacitę priuati.Cæterum reſponderi poteſt,verùm non eſſe minorẽ illam propoſitionem:cùm tex.dict. l. ſi pignus.non loquatur de hypotheca tacita,ſed de expreſſa,quam ſpecialem appellat Vlpianus,ſicuti expreſſam interpretãtur gloſſ. & Doctores ibidem.Nil etiam ad rem confert.d.l.j.vnica.C. rem geren.quam Socin.Iun.in d.l.j.nu.38.ff.ſolu.mat.allegauit. Reſpondetur ſecundò,quod ſi concedimus veram eſſe minorem illam propoſitionem,dicendum eſt id contingere in priuilegio expreſſim conceſſo doti; ob id argui non poteſt, idẽ eſſe,quouis alio in caſu dubio. Tertio itaque ac melius
23 facit,quòd dos†eſt regulariter priuilegiata.dict. l.j.ff.ſolu. mat.fiſcus verò non ſed certis tantum in caſibus, vt diximus ſupra.Quemadmodum ergo pro dote pręſumitur cõtra priuatum.d.l.j.& ibi Doct.Ita quoque pro ea præſumitur contra fiſcum,qui cum non reperiatur in hoc priuilegiatus,perſonam priuati ſuſtinet ſicuti diximus ſupra. ¶Contrariam
24 tamen†opinionem, quod ſcilicet in dubio præſumendum ac pronuntiandum non ſit pro dote contra fiſcum:ſed quod à pari procedant,affirmarunt Baldus,Nouellus in tractat.de dote,in nona parte priuilegio primo,Herculanus in l. j. numero 5.ff.ſoluto matrim.& ibidem Ruin.numero 11.idem videtur ſentire. Idem ſcribit Tiraquellus in tractat. de iure primogen.q.17.numero 15.Primò moti ſunt text.l.ij.C. de priuileg.fiſci. Verùm reſpondetur,nil ad rem pertinere,cùm ibi fiſco iam obligata eſſent bona mariti, qui deinde contraxit martimonium, & pro dote mulieri ſe obligauit. Præfertur enim fiſcus,qui prior eſt in tẽpore:ſicuti è contra pręfertur dotis cauſa,ſi pro ea prius obligata fuerũt bona. Illius reſponſi verba hæc ſunt. Quamuis ex cauſa dotis, vir quondam tuus tibi ſit condemnatus; tametſi priuſquàm res eius tibi obligarentur,cum fiſco contraxit:ius fiſci cauſam tuam præuenit. Quod ſi poſt bonorum eius obligationem rationibus meis cœpit eſſe obligatus:in eius bona ceſſat priuilegium fiſci. Hæc litera adeo clara eſt, vt vana ſit alia interpretatio Socini Iun.in dicta l.j. numero 39.ff.ſoluto matr. dum neſcio quid de illius reſponſi correctione, comminiſcitur.Secundò adducitur tex.l.ſatis.C. in quibus cauſis pignus,vel hypoth. tacitè contrahitur. Cæterùm reſpondent Alcia.in tract.de præſumptionib.reg.iij.præſum.xlj.in fi.& Didacus in lib.j.varia,reſol.cap.xvj.nu. 6.in fine, d.l.ſatis, loqui de caſu primipilari, cui tributũ fuit ſpeciale hoc priuilegium,vt dos, etiã vxoris ipſius primipili, obnoxia ſit in ſubſidiũ fiſco,pro debitis contractis ab ipſo primipillo. Eius enim cauſæ primipilaris fauore,multa ſunt conſtituta. l. j. & vltim.C.de primipilo. lib.xij. Et ratione quidem, ſiquidem
25 primipili†munus erat partiri & diuidere annonam legioni, cui præerat,vt declarat Cuiacus in l.iij.C.de cohort.lib.xij.
26 cuius ſanè annonæ cauſa ſummè fauorabilis eſt, cũ ſit † totius exercitus robur,nec non & Reipub. ſalus, quemadmodum ad rem explicat præcitato in loco Didacus. Et propterea cauſa hæc dicitur adeo priuilegiata, vt comparatiuè ad cauſam dotis, illa dicatur publica, hæc vero dotis priuata.

priuata.l.iij.C.de primipilo.libr.xij.& ibidem Cuiacius.
Quæ autẽ dignitas & munus eſſet primipilum,declarat Di-
dacus poſt Alciatum,Cotareum & Antonium Auguſtinum,
quos cõmemorat.Tertio vrgere videtur,quod fiſcus & dos
parificentur in priuilegiis.Ita gloſſ.in l.ij. C.de priuil. fiſci.
& probat text. §. his conſequens in authent. de æqualitate
dotis,iuncta.l.quod quis.ff.de priuileg.credito.In eo. §. his
cõſequens,ſancitum eſt,quod dos præferatur ei,qui mutua-
uit in refectionem,ſic & in d.l.quod quis.fiſcus prefertur ſi-
mili mutuanti in refectionem. Verùm reſpondetur, dotem
27 † & fiſcum in aliquibus æquiparari, quando cauſa contra
tertium ttractatur, ſed non quando inter eos, cum dos
ſit regulariter priuilegiata, fiſcus vero certis in caſibus
tantùm.

## PRAESVMP. LXXIII.

### Sententia ad cuius inſtantiam prolata præſumatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Sententia lata pro actore,qui petijt in libello pro ſe eam ferri ad eius inſtantiam præſumitur lata,& quæ ſit ratio.nu.2.*
3 *Sententia lata pro reo, qui pro ſe pronuntiari petijſſet, ad eius inſtantiam lata præſumitur.*
4 *Reus in exceptionibus dicitur actor.*
5 *Sententia lata pro reo præſente vna cum actore,ad inſtantiam rei lata præſumitur,etſi à reo nil dictum fuerit.*

CVm dubitatur,ad cuius inſtantiam præſumatur
prolata ſententia, diſtinguendi atque conſide-
randi ſunt aliquot caſus.
Primus eſt, quando lata eſt pro actore, qui
iam petijt in libello,pro ſe ferri ſententiam. Hoc caſu præ-
1 ſumitur†ad eius inſtantiã deinde pronuntiata. Ita Caſtren.
in l.vnica.num.4.C.vt quæ deſunt aduoca. & ibidem Alex.
2 nu.11.Ea eſt ratio†quia ſufficit ipſius actoris petitio, facta
in ipſo libello,quæ cenſetur continuata & repetita, tempo-
re ferendæ ſententiæ.
3 Secundus eſt caſus,quando† ſententia fuit lata pro reo,
qui in ſuis exceptionibus petiiſſet pro ſe pronuntiari. Hoc
ſanè caſu præſumitur lata ſententia ad ipſius rei inſtantiam.
Ita Alex.in d.l.vnica.nume.12.Eſt ratio,quia ſufficit, reum
4 petijſſe, pro ſuis exceptionibus, cum & reus † ipſe in exce-
ptionibus dicatur actor.l.ij.ff.de except.
5 Tertius eſt caſus,quando†à reo nihil fuit dictum,ſed ſen-
tentia fuit pronunciata pro reo, præſentibus ipſis actore &
reo.Hoc etiam caſu præſumitur prolata ad ipſius rei inſtan-
tiam.Ita Caſtren.in dict. l.vnica.numero quarto.& Alexan.
numero 11. Qui quidem Alexander recenſuit traditionem
Bartol.in l.furioſo.in fine. ff. de re iudic. quo in loco ſcri-
pſit, quod ſi apparet ſententiam fuiſſe prolatam pro reo,
præſumitur, quod fuerit præſens & citatus, atque ita quod
eo inſtante pronuntiatum fuerit.

## PRAESVMP. LXXIIII.

### Sentẽtia prolata præſente domino qui per procuratorem litigauit, quando præſumatur citatus ad audiendum proferri ſententiam ipſam.

*SVMMARIVM.*

1 *Dominus citatus ad audiendam ſententiam,ſi tempore ſententiæ præſens ſit præſumitur ad illam audiendam comparuiſſe.*
2 *Reſponſio ſubſecuta,præſumitur facta ſecundum præcedentem interrogationem.*
3 *Actus præſumitur factus in exequutionem mandati præcedentis.*
4 *Dominus quidem non citatus, præſens tamen tempore ſententiæ, & à iudice certioratus, præſumitur ad audiendam ſententiam præſens eſſe.*
*Idem ſi nec citatum conſtet nec certioratum, eo tamen tempore præſens ſit.nume.5.*
6 *Præſens & tacens præſumitur conſentire in his quæ ſibi ſunt vtilia, ſecus in his quæ ad ſui detrimentum ſpectant.nu.8.*
7 *Dominus nec citatus nec certioratus, ſi tempore ſententiæ præſens ſit lata contra eum ſententia, non præſumitur ad eam audiendam citatus.*
8 *Notarius atteſtans dominum tempore ſententiæ fuiſſe præſentem, præſumptionem facit eum fuiſſe citatum.*
*Idem ſi ex remota regione Dominus venerit.nu.10.*
*Quod etiam in ſententia antiqua obtinet.nu.11.*

DVBITARI aliquando ſolet, quando ſententia
prolata preſente domino,qui per procuratorem
litigauit,præſumatur is citatus ad ipſam ſenten-
tiam?Hac in re diſtinguen di ſunt multi caſus.
Primus eſt,quando conſtat ipſum dominum fuiſſe cita-
tum ad audiendum ſententiam,& tempore ferendæ ſenten-
1 tiæ reperitur præſens.Hoc caſu†preſumitur ea de cauſa pre-
ſens,vt ſententiam audiat.Ita Bar.in l.furioſo. nu.6.ff.de re
iud.& ibidem Alexand.num.9. qui eo ſimili probant,quod
2 ſubſecuta reſponſio,†præſumitur facta ſecũdum præceden-
tem interrogationem.§.præterea.in inſtit.de inutili.ſtipula.
Et præterea ſecundum eos confert tex. in l.hæredes palam.
§.in teſtamẽtis.ff.de teſt.vbi teſtis rogatus,vt ſit præſens te-
ſtamento,ſi deinde reperitur præſens, præſumitur, quod ea
3 de cauſa præſens ſit. Et accedit quod † actus præſumitur
factus in executionem præcedẽtis mandati,& cauſæ.l.quæ-
dam.ff.de rei vend.& reſpondit Craue.in cõſilio ccxxj. nu-
mero 11.verſ.ſecundo pro.& in conſilio cclxxxiiij. numero
ſexto. Ita ergo præſentia huius domini præſumi debet ex
cauſa, ob quam fuit citatus, atque ita ad audiendum ſen-
tentiam.
4 Secundus eſt caſus, quando † dominus non fuit citatus
ad audiendum ſententiam,ſed tamen cum præſens eſſet,fuit
à iudice certioratus,quod volebat pronuntiare, & quod ibi
permaneret ad hunc effectum audiendi ſententiam.Hoc ca-
ſu præſumitur,quod ea de cauſa fuerit ibi præſens.Ita Bart.
in d.l.furioſo.numer o6.ver. ſi verò non fuit. & ibidem Ale-
xand.numero 9.verſicul. aut non fuit. ff. de re iud. Qui mo-
ti ſunt eo ſimili.d.l.heredes palam.§.in teſtamentis.ff.de te-
ſta. vbi teſtes præſentes teſtamento, certiorati vt adeſſent
illi actui, præſumitur, quod ea de cauſa ibi permanſerint.
Qua de re dicemus infra ſuo loco.
5 Tertius eſt caſus, quando † non conſtat dominum fuiſ-
ſe citatum,vel certioratum: ſed tamen fuit præſens, & ſen-
tentia fuit pro eo prolata. Hoc caſu præſumitur,quòd eam
ob cauſam fuerit præſens. Ita Bartol.in dicta l.furioſo.in fi.
ver.ſi vero dotali.& Alexan.numero 9.ver.ſi autem. Ea eſt
6 ratio,quia præſens†& tacens,præſumitur conſentire in his,
quæ ſibi ſunt vtilia.l. qui patitur. ff. mand. & dicemus infra
ſuo loco.
7 Quartus eſt caſus,quando†non conſtat dominum fuiſſe
citatum,vel certioratum, ſed tamen fuit præſens & ſenten-
tia fuit contra eum lata. Hoc caſu non præſumitur, quod
fuerit citatus ad audiendum ipſam ſententiam. Ita Bartol.
in dicta l.furioſo.in fine.& ibidem Alexand. numero 9.ver.
ſecus ſi contra.& idem ſenſit Dec. in conſilio xlij. numero
14.dum refert declarationem,de qua ſtatim.Huius traditio-
8 nis ea eſt ratio quia præſens†& tacens, non præſumitur ad
ſui detrimentum conſentire.l.inuitus. §. filiusfa.ff. de pro-
curat.
Declaratur primò hic caſus, vt non procedat, quando
9 †notarius in ſententia atteſtatur,ipſum dominum fuiſſe pre-
ſentem.Hoc ſanè caſu præſumitur, quod fuerit citatus. Ita
Baldus in l.j.C.de ſentent.ex breui.recita.Dec.in d. conſil.
xlij.nu.14.Verùm Alex.in d.l. furioſo. nu. 10. intelligit eſſe
verum,quando præſente ipſo domino notarius id ſcripſit.
Declaratur ſecundò nõ habere locum, quando dominus
10 ſicque ille,qui citari debuit † venit ex remota regione. Nã
tunc præſumitur citatus.Ita declarat Decius in d.conſi.xlij.
nume.14.verſi.& hoc omnino. adductus auctoritate Anto-
nij Butrij in c.j.de iud.& diximus ſupra in præſump. octaua,
in fine.
11 Declaratur tertiò,vt locum non habeat, quando†ſenten-
tia eſſet antiqua.Nam tunc præſumitur,quod dominus fue-
rit citatus ad audiendum ipſam ſententiam . Ita declarat
Dec.in d.conſ.xlij.nu.14.ver.& de hoc.





## PRAESVMP. LXXV.

### Decretum in alienationibus bonorum eccleſiæ & minorum,in emancipatione,adoptione, ac his ſimilibus iuriſdictionis voluntariæ,ritè ac rectè interpoſitum,an & quando præſumatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Decreta aliqua magni,alia leuis momenti ſunt.*
2 *Decretum ſuper alienatione bonorum minoris vel eccleſiæ, magni eſt momenti.*
*Aliud eſt in emancipatione,manumiſſione.&c.nu.3.*
4 *Sententia aut decretum, vtrum pro ſe habeat maiorem præſumptionem.& nu.8.*
5 *Decretum pro ſe præſumptionem habet, & ſi nulla facta ſit mentio, quod cauſæ cognitio fuerit adhibita,quod non eſt in ſententia.*
6 *Decretum inter volentes & conſentientes interponitur.*
7 *Decretum interponens iudex, poteſt ſe extra iudicium informare.*
9 *Iudicis perſonam conſiderantes,magis pro eo in foro contentioſo quam voluntario præſumimus.*
10 *Iudicum diligentia in decretis interponendis leuior eſt quam in ſententiis ferendis.*
11 *Perſonam iudicis in decretis ſuſpectam magis quam in ſententiis legumlatores haber.Id an verum ſit.Vide nu.18.*
12 *Solennitates,actus, qui diligentem cauſæ cognitionem requirit, ſi in decreto fuerint enunciatæ,præſumptio eſt pro ipſo decreto. Et quid ea præſumptio operetur.nu.14.*
13 *Iudicem falſis allegationibus,circumuentum eſſe minor aſſerens,id probare debet.*
15 *Decretum obruptum eſſe,affirmans probare debet.*
16 *Lex de magiſtratu multum confidit.*
17 *Iudici aſſerenti,ſolennitates in decreto requiſitas interueniſſe, donec contrarium probetur,creditur.*
19 *Sententia lata à qua non appellauerunt partes, ſi acta enunciata fuerint,pro illa præſumitur.*
20 *Fraus in his quæ voluntariæ ſunt iuriſdictionis facilius committitur.*
21 *Solennitates extrinſecas interueniſſe,non præſumitur.*
22 *Solennitates actus qui diligentem cauſæ cognitionem requirit, ſi in genere fuerint enunciatæ,pro ipſo decreto præſumptio non eſt.*
*Idem eſt ſi enunciatæ non ſint, & lapſum ſit longum tempus. numero 23.*
*Aliud,ſi lapſum ſit longiſſimum tempus,velut annorum 30.nu.24.*
*Quod tamen quando nec id pſum procedat.nu.25.& 26.*
27 *Præſumptio cedit veritati,& contrariis probationibus eliditur.*
28 *Decretum leuem requirens cauſæ cognitionem, ſi ſolennitates enuntiatæ ſint, habet pro ſe præſumptionem.Id quod extenditur duobus modis.numero 30.& 31.*
29 *Solennitatibus in actu non enunciatis,pro decreto non præſumitur.*
32 *Præſumptio magis vrgens.excludit eam quæ pro decreto eſt præſumptionem.*
*Et quæ ſit huius ratio.nu.33.*
34 *Decretum iudicis non impedire remedium.l.2.C.de reſcind.vend.læſione probata.*
35 *Decreto præcipitanter interpoſito, non præſumitur ſolennitates adhibitas.*
36 *Sententia præcipitanter lata,nec quo ad ſolennitates,nec quo ad iuſtitiam pro ſe præſumptionem habet.*
37 *Decreto interpoſito,à iudice non plene & perfecte de negocio edocto, oritur coniectura,ſolennitates in eo adhibitas non eſſe.*
38 *Decretum ſubreptum vel obreptum à iudice,falſa nimirum cauſa expreſſa, aut ſuppreſſa vera, non præſumitur habuiſſe ſolennitates requiſitas.*
39 *Iudex impeditus tunc cum ſolennitates decreti requiſitæ, adhiberi debuerunt, non præſumitur eas obſeruaſſe.*
40 *Error manifeſtus aut vitium viſibile,præſumptionem facit,ſolennitates in decreto requiſitas non fuiſſe adhibitas.*
41 *Decretum interpoſitum longe poſt vel ante ipſum actum,non præſumitur ſolennitates requiſitas habuiſſe.*
42 *Decretum à iudice idiota & ignaro interpoſitum,non præſumitur habere ſolennitates requiſitas.*
43 *Solennitas iuris nõ ciuilis,vnicuiq; ſed ſolũ peritis cognita præſumitur.*
44 *Iura ſcire quomodo quilibet præſumitur.*
45 *Iudices idiotæ,cur ſpernant peritorum conſilium.*
46 *Decreto à iudice quidem interpoſito,ſolo autem notario aſſerente ſolennitates adhibitas eſſe,ſiue de grauioribus ſiue leuibus cauſis agatur, pro decreto non præſumitur.*
47 *Tutori aut curatori dicenti ob æs alienum pupilli bona vel minoris vendita,non creditur.*
48 *Decretum magni ponderis interpoſitum,ſi ſolennitates obſeruatas appareat,iuſticiæ & rectitudinis habet præſumptionem.*
*Idque etiam ſi leues ſint ſolennitates,aut tenuis cauſæ cognitio. numero 49.*
*Et quamuis alias iudex ſit improbus aut indiſcretus.nu.50.*
51 *Cauſæ cognitionem vbi non adhibitam apparet,pro rectitudine & iuſtitia decreti non præſumitur.*
*Et quæ ſint eius coniecturæ.nu.52.*
53 *Decretum in alienationibus bonorum Eccleſiæ vel minoris, ad eorum vtilitatem factum præſumitur.*
54 *Decreto interpoſito contractus cenſetur factus palàm & bona fide:omniſque fraudis & & doli ceſſat præſumptio.numero 55.*
56 *Decreto datus tanquam,minori tutor vel curator, talis præſumitur.*
57 *Furioſus præſumitur cui tanquam furioſo prætor curatorem decreuit.*

DE præſumptionibus, quæ verſantur circa acta
contentioſæ iuriſdictionis, nec non & iudicis
ſententiam, plura hactenus expoſuimus : Nunc
locus iſte poſtulat, vt aliqua diſſeramus de præ-
ſumptione, quæ verſatur circa ea, quæ ſunt iuriſdictionis
voluntariæ, hoc eſt, circa decreta, quæ ſolent interponi in
alienationibus bonorum eccleſiæ, minorum, in adoptioni-
bus, emãcipationibus, aliiſq; his ſimilibus.Qua in re ſcien-
1 dum prius eſt,aliqua eſſe†decreta, quę magni ſunt momen-
ti:aliqua verò leuis;cum in aliquibus magnum,in aliquibus
leue detrimentum poſitum ſit.Decretum,quod interponi-
2 tur ſuper † alienatione bonorum minoris, vel eccleſiæ, ma-
gni eſt momenti:ſicuti ſcripſit Alcia.in tract. de præſumpt.
regul. iij. præſumpt. decima. numero quarto. Decretum
3 verò quod interponitur ſuper † emancipatione , manu-
miſſione & ſimilibus, leuis eſt momenti. Ita ſenſit idem
Alciat. in dict. præſumpt. decima. numero quarto. ver. aut
loquimur; Cum dixit adhiberi leuem diligentiam. Et huc
facit,quod docuit Bald.in l.ſi præſes. & numero 4. C. quo-
modo & quando iudex, dum ſcripſit,quod vbi non requiri-
tur magna cauſæ cognitio, præſumitur pro decreto, ex l.
actor.ff.rem ratam hab. ſenſit Baldus, aliqua eſſe decreta,
quæ leuem cauſæ cognitionem admittunt. Eſt etiam ſcien-
dum, contentionem eſſe non mediocrem inter Doctores
4 noſtros:an magis†præſumatur pro ſententia,quam pro de-
creto iudicis & magiſtratus. Multi in ea fuerunt opinione,
magis præſumi pro decreto.Ita omnium primus ſenſit Bal-
dus in l.non enim aliter.numero 3.ver.& nota tamen. ff. de
adoptio. cùm ſcripſit, quod vbi decretum reperitur inter-
poſitum, quod eſt neceſſarium ad confirmationem actus,
ſemper præſumitur,quod ordo iuris & cauſæ cognitio præ-
ceſſerit in decretis fori non contentioſi. Idem ſenſit Bald.
in ex his columna ſecunda ver.item oppo.C.de teſt. mili.&
apertius docuit ipſemet Baldus in l.cum hi.§.ſi Prætor. il j.
in fine.ff. de tranſact.dum explicando traditionem Innoc.
in capitul. innotuit.de eo,qui furt.ord.ſuſcep.dixit,quod in
iudicijs, in quibus proceditur per diſceptationem , non
præſumitur ſolennitas iudicij:ſecus in extraiudicialibus,in
quibus de partium conſenſu agitur. Et Innoc. ſic etiam vi-
ſus eſt intelligere Aretin.in l.ſciendum.column. quinta.ver.
tertio limitatur.de verbo.oblig.Idem ſenſit ipſe Bal.in c. in
præſentia.colum.ij.ver.in decretis autem.de renunt.Et Bal-
dum ſecuti ſunt Imola in conſil.xcviij.nume.9. Corneus in
conſi.lxxj.colum.j.ver.& quod quando ſuperior.lib.iij.So-
cin.Sen.in conſi.cxv.nu.5.lib.j.Alex.in conſil.cxxv.num.5.
5 lib.j.& in conſi.lxxx.nu.5.lib.v.cum ſcripſit,præſumi † pro
decreto,etiam ſi nulla facta ſit mentio, quod cauſæ cogni-
tio fuerit adhibita,cum tamen in iudicis ſententia requira-
tur hæc expreſſio.& Alex.ſecutus eſt Ludo. Bolog. in conſ.
lix.col.j.Idem ſenſit Bart.in l.ambitioſa.nu.28.ff.de decre-
tis ab ordine facien. Cùm dixit, magis credi aſſertionibus
Decurionum in extraiudicialibus,quam in iudicialibus. Et
Bart.in ſpecie ſecutus eſt Ruinus in conſilio iij.numer. j. &
in conſilio xcv.nume. 10.libro v.& idem ſenſit Oldradus in
conſi.

conſil.cj.Quia in cuiuſlibet,numero quinto.Huius ſententiæ duplex ratio adfertur.

6 Prima, quia decretum † interponitur inter volentes & conſentientes:ſecus in ſententia, quæ inter contendentes & diſſentientes profertur.Quæ ſane non multum vrget, ſicuti etiam animaduertit Crauetta, quem mox commemorabo. ſi quidem nil refert,quod in cauſæ diſceptatione contenderint, cum tamen in prolatione ſententiæ non diſſenſerint,dũ ab ea non appellarunt.Ille igitur partium conſenſus,qui in decreto à prædictis Doctoribus conſideratur, ita pariter conſiderari poteſt in ſententia.Adfertur ſecunda ratio,quia
7 in interpoſitione † decreti,potuit iudex ſe informare extra iudicium:Id quod non contingit in ipſa ſententia, quæ acta omnia iudicialia requirit. Hæc ratio non etiam ſatis firma eſt,quia etſi iudex in proferenda ſententia, debuit ex actis informari:attamen cum acta ipſa extant, & non niſi auditis partibus ad ſententiam deuenit,credendum eſt, optimè cognouiſſe,quid à ſe agendum erat.

8 Altera itaque fuit opinio † eorum, qui exiſtimarunt, magis præſumi pro iudicis ſententia,quam pro decreto.Quam quidem opinionem aperte firmauit Craue.in tract. de antiquit.tempo.in ſecunda parte principali.nume. 17.qui huius ſententiæ commemorat Angelum in l. quæcunque.§. vltimo.ff.de publ.in rem actio.& ibidem Baldus in fine ſibi parum conſtans. idem ſenſit & Alexander in conſi. cv. colum. j.verſi.& procedit.lib.v.qui tamen Alexander, hoc ſi rectè perpendatur, non ſcripſit, ſenſit enim tam pro vno, quàm pro altero præſumi.Id quod ſenſit & Butrius in capitu.quoniam contra.nume.58.verſi.inquantum dixi,de probat.Angeli tamen & Crauettæ ſententiam viſus eſt probare & Alcia.in dicta præſumpt.x.numero 2.verſic. ſecundo videtur, illa ratione, qua is vſus eſt ad confutandam opinionem eorum,qui ſcripſerunt pro iudicis decreto,quo ad acta ſeu ſolennia præſumi.Idem verò ſenſit Socin.Sen.in conſil.clviij, nume.17.lib.ij.Et horum opinio mihi magis placet. Nam
9 (vt rectè animaduertit Crauetta)ſi ipſam iudicis † perſonam reſpicimus & conſideramus, magis præſumi pro eo debet in foro contentioſo, quam in foro voluntario: atque ita magis pro ſententia,quæ contentioſæ eſt iuriſdictionis,quã decreti,quod eſt voluntariæ.Cum in contentioſa timeat, & timere iure debeat,de à ſe geſtorum reuocatione,quod non ita contingit in iuriſdictione voluntaria, atque ita in decreto;cum partes omnes conſenſerint. Et præterea, leuior eſt
10 diligentia † quam adhibent iudices in interponendis decretis, quam in ferendis ſententijs. Cum in interpoſitione decreti,nil plus quærant iudices,quam placere partibus, & earum concordiam ſequi. l. ſi conuenerit. ff. de re iudi. quod non contingit in ſententia. Et propterea maturius in iudicialibus ſolet procedi,quam quidem rationem ſenſit & Socinus Sen.in d.conſ.clviij.nume.17.lib.ij.

Huic rationi accedit & illa,quam cõſiderauit Alciatus in d.præſumpt.x.numer.2. ver. ſecundò videtur, cum ſcripſit,
11 † legiſlatores in his decretis magis habere ſuſpectam perſonam iudicis,quam in ſententiis. Non enim permiſerunt legumlatores ipſi,vt liceret his iudicibus alteri mandare & delegare hanc facultatem interponẽdi decretum.l.nec quidquam.§.vbi decretum.ff.de off.proconſul.& lega. & l.ij.C. de aſſeſſo. Cum tamen regulariter in ſententijs conceſſum illis ſit vices ſuas alteri committere.l.placet.C.de peda.iud. & ſcribunt omnes in l.j.ff.de offi. eius, cui mand. eſt iuriſd. Si verò perſonas partium reſpicimus & conſideramus, eadem videtur ratio(inquit Crauetta præcitato in loco ) præſumẽdi,præſuppoſita ipſarum partium præſentia & taciturnitate,ex quibus inducitur ſententiæ approbatio.

His paucis expoſitis atque declaratis, diſſeramus nunc de præſumptione,quæ verſatur circa ipſum decretum. Qua in diſputatione duo capita conſtituenda ſunt quorum vnũ eſt,quando agitur de præſumptione,quæ verſatur circa ſolennitates, quæ requiruntur antequam decretum ipſum à magiſtratu interponatur,iuxta ea, quæ ſcripſi in commentarijs de arbitrarijs iudicum.lib.ij.caſu clxj.Secundum caput huius diſputationis eſt, quando agitur de præſumptione, quæ verſatur circa rectitudinem atque iuſtitiam ipſius decreti,an ſcilicet iuſtè fuerit interpoſitum,vel non.

Primum itaque eſt huius diſceptationis caput,in quo(vt diximus)agitur de præſumptione ſolennitatum, quæ adhibentur in actibus, priuſquam decretum interponatur, an ſcilicet præſumantur interueniſſe. Quo ſanè in capite aliquot caſus ita ſunt diſtinguendi.

12 Primus eſt caſus,quando agitur de ſolennitatibus † illius actus,qui requirit magnam & diligentem cauſæ cognitionem.ſicuti in alienationibus bonorum eccleſiæ, vel minoris. Et in ipſo decreto ſolennitates ſunt enuntiatæ. Hoc in caſu recepta magis interpretum ſententia eſt, præſumi pro ipſo decreto, quòd ſcilicet interuenerint obſeruatæque fuerint hæ ſolennitates. Ita ſcripſit Specul. in titul. de emptione & venditione.§. nunc videndum. numero quinto, verſicul. & breuiter; qui de decreto interpoſito in alienationibus bonorum minoris, quod(vt diximus) magnam cauſæ cognitionem requirit. dixit pro eo decreto præſumi, quo ad ipſas ſolennitates, nempe quod ob æs alienum facta fuerit alienatio, quod tutoris, vel curatoris acceſſerit auctoritas & licentia, quod adhibita fuerit ſubhaſtatio, & reliqua neceſſaria. Et Speculatorem ſecuti ſunt Baldus in l.cum ij. §. ſi prætor. ff. de tranſactio. & in l. quæcunque. §.vltimo. ff. de publicia. in rem actio. idem in l. prima, in tertio notab.ff.de rebus eorum, in l. vltima. C. de prædiis minor.& in l.quæcunque. columna ſecunda,verſiculo,item præſumitur. C. de bonis. quæ liberis. & idem Baldus in conſilio quadringenteſimoſeptuageſimoquinto. Quidam. I. Abbas columna ſecunda, verſiculo, & nota. libro primo, & in conſi. ſexageſimoſexto. Factum tale eſt. col. j. verſiculo, quo ad vltimum,& col.ij.verſ.ji. quæritur lib.iij. Signorolus in conſilio ducenteſimoquinquageſimoprimo, numero quarto. Federicus de Senis in conſilio ducenteſimoquadrageſimonono. in fine. Idem verè ſenſit Aretinus in l.ſciendum. numero duodecimo, verſicul.tertiò limitatur. de verborum obligatione, & in conſilio ſexageſimoſexto. numero ſecundo.verſicul.nec eſt vera,qui intelligens ſpeculatorem loqui quando in decreto ſolennitates non ſunt enuntiatæ,inquit illum male loqui.Senſit itaque quod vbi ſunt enuntiatæ,quod pro decreto præſumatur. Eandem opinionem apertius probarunt Imola in l.ſi quis cum aliter in fine. ff. de verborum obliga. & in conſilio nonageſimooctauo,columna prima.verſicul. ſed certe. Alexander in l. ſciendum numero duodecimo, de verborum oblig.in conſilio 50.numero octauo,& in conſi. lxxx.numero octauo,& in conſi.xcij.nu.14.lib.v.Corneus in conſi.xcviij.col.ij.ver. nec prædictis.& in conſi.cccxlix.nu.7.verſ.tamen non videtur.libro primo,& in conſi.cix.nu.5.lib.iij.Guido Papæ in conſi.xxiij.num.6. Cæpoll.in cautel. cclix. Tutores.Maria. Soci.Sen.in conſilio xv,num.32.lib.j.& Soci.Senior,ideſt, Bartholomæus in conſi.clviij.num.17.lib.ij.Iaſon in l.ſciẽdum.nume.21.ver.ſeptimo limita.de verbo.obl. in l. pacta nouiſſima.nu.6.C.de pactis,in rubri.C.qui admitti. nume. 7. & in capitul. j. numero 8.ver. confirmo per optimum, qui feudum dare poſſunt.& idem in conſil.cxix.colu.j.verſ. confirmo.lib.j.Curtius Sen.in cõſ.xliij.col.iiij. Ludouicus Bologninus in conſi.lix.colum.ij.Decius in l.de alimentis. numer. 9. C.de tranſact.in capit. quoniam contra.numero quadrageſimoſecundo,de probatio.idem in conſi.ccix. numero ſecundo,& in cõſi. ccxxij. numero nono, Brunus in tracta.de forma.pagi.lxxxiiij.colum. quarta, verſicu. in decreto autem Fabinanus de mõte ſancti Sabini. q. v. principali.de ſolennitate alienat. bonorum minoris. nume. 101. Marſi.in ſingu.cccxlviij.Lex multum. Pantaleon Cremẽ.in l.ij.nu.105.C.de reſcin.vend. Purpur.in l. pacta nouiſſima. nume.65.C.de pactis.Pariſius in cõſ.xxxiij. nu.2.& in cõſ. xcv.nume,29.libro primo,& eundem in conſilio duodecimo,numero lvij.libro ſecundo.Stephanus Berberius inter conſilia vltimarum voluntatum in conſilio cv.nume. xxiiij. tomo primo, Trigonius in ſing. cxxij, Damhoude. in praxi ciuili,in tit.de ſubhaſt. compe.exeg.capitul.ij.numero 25. Crauett.in tract.de antiq,temp.in ſecunda parte principali. numero 19.& numero vigeſimo,idem in reſponſo pro Genero.numero decimo.Antonius Gabr.libro ſecundo concluſionum,in tit.de ſententijs.cõcluſio.quinta,numero primo. Natta in conſ.clxix.numer. 19.libro primo.Rolãdus in conſi.xc.numero decimo,& numero 42.& in conſ.xcix. nume.21. libro primo,& in conſilio ſecundo nu. 62.libro tertio.Ri



tio.Riminaldus Iunior in conſilio ſexto.numero 78.& in conſi.xlij.nume.56. libro primo.Thobias Nonius in conſilio lvij.numero octauo,& in conſilio lxxxviij.numero 17. Hieronymus Gabriel in conſilio xxiij.numero ſexto,& in conſilio xxxiij.nume. vigeſimoquarto,& Octauius Simoncellus in tractat.de decretis libro tertio,titulo ſeptimo, numero quadrageſimoprimo.qui omnes penè iam relatos cõmemorat. Et horum quidem magis recepta opinio,iure & ratione fulcitur.Iure inquam ex tex.l.etſi Præſes.C.de præ-
13 dijs minor.cùm ait, † minorẽ aſſerentẽ iudicem fuiſſe falſis allegationib. circumuentum, probare id debere. Eſt ergo præſumptio pro ipſo actu geſto,atque ita pro ipſo decreto,
14 quæ ſanè † præſumptio operatur, vt transferatur probandi onus in aduerſarium.l.generaliter.§. ſi petitum. ff. de fideicommiſ.liber.& diximus ſuo loco. Idem probat. text. in l. j.in fin. principij.ff.de rebus eorum. Cùm ait,eum,qui aſſe-
15 rit † decretum fuiſſe obreptum,à prætore, probare id debere.Ea eſt ratio,quia pro ipſo decreto ſtea præſumptio. Ratione autem munitur hæc ipſa ſententia, quia magiſtratus eſt munus,ne ſuum interponat decretum,niſi fuerint obſeruatæ adhibitæque ſolennitates & cauſa ipſa cognita, vt diximus ſupra.Eſt ergo præſumendum,quod id obſeruauerit
16 magiſtratus,cum lex † de eo multum confidat.l.ſecunda.C. de officio ciuil. iudic. cum ſimilibus ſuperiore præſumptione allegatis. Et credendum non eſt, quod magiſtratus iſte voluerit legem fallere, & contrahentes eludere atque decipere.

Et his conſtat minus rectè ſenſiſſe eos, qui opinati ſunt, pro decreto non præſumi quoad ſolẽnitates enuntiatas.Cuius quidem opinionis multi commemorantur ab Alciato,& alijs recentioribus,quos ſtatim referam.Et inter multos allegatur Bartolus in l.actor.numero duodecimo. ff. rem ratam hab. qui tamen non loquitur de decreto magiſtratus, ſed de ſolo actu vniuerſitatis,cui à lege nulla fides auctoritaſque tribuitur : ſicuti Bartolum ſic declarat Aretinus in conſ.lxix.numero ſecundo,in fine.Hanc tamen opinionem probauit Baldus ſibi parum conſtans, in conſilio ccclxxvj. Quæſtio.columna prima,verſicul.in contrarium lib.j.& in conſi.clxxxiiij.Ad intelligentiam lib.ij.Ita & Angelus in l. quæcunque.§.vltim.columna prima verſic.eſt verum,quod gloſſ.ff.de publ.in rem act.& in l.j. C. de fide inſtru. & iure haſtæ fiſcal.libro decimo, & ibidem Ioan.de Platea. numero ſecundo .Caſtren.in conſilio xxxviij.ſuper eod. columna prima,ver. in contrarium facit. libro ſecundo quem tamen infra declarabimus. Et clarius hanc opinionem probarunt Romanus in l.ſciendum.numero lxvj.de verborum obliga. Iaſon in l.nec quidquam.§.vbi decretum.numero 70. ff. de officio.proconſ.& legati. Decius in conſilio cccclvj. columna prima.Marſilius in ſingul.cccxcix.Multi ſunt, & in l. qui cædem.numero 19.ver.ſed ego vltra.ff. ad l. Cornel. de ſicarijs qui tamen viſus eſt ſentire,quod præſumptio ſit pro ipſo decreto qñ in decreto ipſarum ſolennitatũ facta eſt expreſſa mentio. & præterea loquitur Marſilius, qñ notarius ipſe ſolus aſſerit ſolennitates tunc fuiſſe obſeruatas:ſicuti etiam loquitur Caſtrenſ. ab eo allegatus & infra referam. Pariſius in conſilio nonageſimooctauo,numero decimoſeptimo, libro primo. Alciatus in tractatu de præſumptionibus, regula tertia,præſumptio. decima, numero 2. & 3. Zuchardus in rubric.C. qui admitti.numero 39. Rebuffus in commentarijs ſuper concordata rubric.de concluſione Lateranenſis Concilij.verſi.tertiò infertur.Hæc opinio (vt diximus)vera non eſt,nec retinenda. Nam iura & rationes, quæ pro ea adferuntur nil vrgent.

Primò enim citari ſolet textus.l. minorum. vbi venditio bonorum minoris fieri non poteſt,niſi interueniente decreto:& apud acta cauſis probatis.Requirit ergo legiſlator ille probationem, atque ſoli præſumptioni non acquieſcit. Et loquitur textus ille per ablatiuum abſolutum. Non ergo ſufficit præſumptio, iuxta ea, quæ ſcripſimus ſupra libro j. quæſt. Verũ nil penitus vrget hoc reſponſum:quãdoquidẽ loquitur de probatione illa,quã facere debet minor,vel illius curator, cum impetrare voluit licentiam à iudice & magiſtratu,vt alienare poſſint. Nam ijs fidem non adhibet
17 lex. Nos verò loquimur,quando iudex † ipſo ſuo decreto atteſtatur,requiſitas à lege ſolennitates à ſe obſeruatas fuiſſe, cui ſane aſſertioni fides adhibetur, donec contrarium demonſtretur.

Secundò adducitur textus in l. j. C. de prædijs decurio. lib.x. vbi licet interueniat decretum : attamen conſtitutio illa requirit, quod ſub fide actorum de neceſſitate diſtrahentis appareat.

Cæterùm reſpondetur,vt iam diximus,nempe & d.l.j.loqui de ea probatione, quæ fieri debet iudici, à quo requiritur alienandi facultas & licentia. Non enim is iudex requirenti fidem adhibere debet,niſi id probet:diuerſum in caſu noſtro vt iam explanauimus.

Tertiò adfertur ratio hęc ab Alciato loco ſupra allegato, in his decretis(dicebat Alciatus ) lex magis habet ſuſpectã perſonam iudicis,quàm in ſentẽtijs,id quod probatur:quia hæc decreti interpoſitio delegari non poteſt. l. nec quidquam.§.vbi decretum.ff. de offic. proconſ. & legati. & l. ij. C.de aſſeſſo. Quod regulare non eſt in ſententiis. l. placet. C.de peda.iud.Si ergo non præſumitur pro ſententijs quo ad acta,vt dictum fuit ſuperiore præſumptione:Ergo minus debet præſumi pro decreto.Verùm altero de duobus modis reſponderi poteſt.

18 Et primò,legem † non habere ſuſpectam perſonam iudicis,cui facultatem dedit interponendi decretum : ſed potius multum tribuit eius fidei, cum induſtriam elegerit : & propterea exiſtimauit nil ab eo aduerſus iuris conſtitutiones factum iri. Et hac de cauſa eſt, vt non permiſerit vices ſuas alteri mandare.

Reſpondetur & ſecundò , verum non eſſe, quod dicebat Alciatus, non præſumi pro ſententia quoad acta. Nam
19 quando in † ſententia iam lata, à qua partes non appellarunt, enunciata fuerunt acta,præſumitur pro ipſa ſententia. Ita ex omnium penè traditionibus ſcripſi, ſuperiore præſumptione in ſecundo caſu.Qui ſane caſus huic noſtro adaptatur:cum & nos loquamur de ſolennitatibus, ideſt, actis enuntiatis in decreto à iudice,partibus conſentientibus interpoſito,ſuper alienationibus:vt ſupra declarauimus.

Quartò motus eſt Alciatus ea ratione, quod cum interpoſitio decreti, ſit voluntariæ iuriſdictionis, facilius poteſt fraus interuenire & committi quàm in ſententijs , in quibus ſtatim pars læſa contradicit. Hæc argumentatio fa-
20 cilè diluitur , quia etſi facilius in his, quæ ſunt † voluntariæ iuriſdictionis committi poteſt fraus : non tamen poſteaquam decretum ipſum interpoſuit prætor iudexve: præſumendum eſt , quod fraus aliqua fuerit commiſſa. Et qui commiſſam aſſerit probare eam debet, vt eſt notiſſimum.

Quinto & vltimò ſolet adferri argumentum; quod hæ ſolennitates ſunt extrinſecæ, ex quo actui ſui natura non inſunt,vt declarant omnes in l.ſciẽdum. de verborum obli-
21 gatione. Eſt autem certum, † ſolennitates extrinſecas non præſumi interueniſſe in actu.l.quæcunque.§.vlti.ff.de pub. in rem actio.Non ergo præſumitur, quod hæ ſolemnitates interuenerint. Verùm facilè reſpondetur, quod ſolennitas extrinſeca non præſumitur, quando nullum extat ſignum, nulláve præſumptio,quod adhibita fuerit. Hic autem extat ſignum, & præſumptio ex aſſertione magiſtratus, qui aſſeruit, ſe decretum illud interpoſuiſſe,obſeruatis prius ſolennitatibus.

22 Secundus eſt caſus, quando † agitur de ſolennitatibus illius actus,qui requirit magnam & diligentem cauſæ cognitionem,& in ipſo decreto enunciatæ ſunt hæ ſolennitates in genere,non autem in ſpecie.Hoc in caſu non præſumitur pro ipſo decreto;quod hæ ſolennitates interuenerint cum non ſufficiat generalis enuntiatio, ſed requiratur ſpecialis;vt tradunt Baldus in capitu. in præſentia.columna vltima, verſicul. & iſtud.de renunt. & in conſilio centeſimooctuageſimoquarto. Ad intelligentiam columna prima, libro ſecundo.Caſtrenſ.in conſilio trigeſimooctauo. ſuper eo.columna prima,& in conſilio ſeptuageſimoquarto.Contra ſuperius conſulta,columna ſecunda,verſicu præterea dicebat Baldus libro ſecundo.Io. Fabri.in l.vlti.in inſti. de fideiuſ.Socinus Senior in conſilio vigeſimonono, columna quinta,verſ.ſecundum argumentum.libro primo, Felinus in capitu.quoniam contra. columna vigeſimaprima, verſicul. limita,ſeu declara.de proba. & ibidem Decius nume. quadrageſimo

numero vigeſimo. His conſtat, hanc eſſe maximè receptam opinionem, & ob id ab ea non eſt recedendum, etſi diſſentire viſi ſint Dec. in l. pacta nouiſſima. in ſecundo notab. C. de pact. & ibidem Alc. in verbo, maximè.

Nec obſtat quod præſumendum ſit, hos iudices ſcire iura, iuxt. l. leges ſacratiſſimæ. ff. de legib. & conſequenter ea ſeruare. Nam reſpondetur primò ex mente Aretini in dicta l. ſciendum. de verbor. obligat. Cùm dixit, quod ſolennitas contractuum, quæ vnita eſt communi vſui gentium, præſumitur nota vnicuique: non tamen idem eſt in ſimplici ſolen-
43 nitate † iuris ciuilis: quia illa non præſumitur cognita vnicuique, ſed ſolùm peritis. argu. cap. cum olim. de priuileg. & doctrinæ Bartoli in l. ſecunda. §. Diuus. ff. de iure fiſci. Præterea & ſecundò reſpondet Alciatus in d. præſump. x. nume-
44 ro viij. verſic. poteſt etiam, quod ideò quilibet † pręſumitur ſcire iura, quia tenetur ea ſcire per ſe, vel per alium, puta adeundo vel conſulendo peritiores, & iuris doctores, vt ſcribunt Baldus, Salicetus, Iaſon & Decius in l. iuris ignorantia. C. qui admitti. & differemus infrà lib. vj. pręſum. Noſtro autem in caſu nõ eſt veriſimile, quod iudices ij idiotæ adire velint peritos, & doctores pro facto alieno, in quo requiritur impenſa, argumen. l. cum de indebito. ff. de probatio. & l. vlt. C. de alimen. pupillo præſta. Non etiam eſt veriſimile
45 ob id, quod vt plurimum ij idiotæ † & ignari tãtum ſibi tribuunt, vt opinentur neminem ſe peritiorem, & propterea ſpernere ſolent alterius conſilium.

46 Tertius eſt caſus, quando † decretum fuit quidem interpoſitum à iudice, ſed ſolus notarius iudice ipſo nõ mandante aſſeruit, adhibitas fuiſſe ſolẽnitates, antequam decretum interponeretur. Hoc in caſu non pręſumitur pro ipſo decreto, ſiue de leuibus, ſiue de grauioribus cauſis agatur. Ita ſenſit Bartolus in l. actor. numero 12. ff. rem ratam hab. vt eum intellexit Aretinus in conſi. lxix. nume. 2. in fine. Et apertius Caſtr. in conſi. xxxviij. ſuper eo. lib. ij. Marſilius in l. qui cædem. nume. 13. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. Decius in conſil. cccccl vj. col. ij. & clarius Rebuffus in commentariis ſuper concordata Regni Franciæ. verſ. ſecundò infertur, qui ſub-
47 iungit ex aliorum ſententia, ſic non credi † tutori, vel curatori, dicenti ob æs alienum vendidiſſe bona pupilli vel minoris. Idem de aſſertione notarij ſcripſit Purpuratus in l. pacta nouiſſima. nu. 71. C. de pact.

Secundum eſt huius diſputationis caput, in quo agẽdum eſt de præſumptione, quæ verſatur circa iuſtitiam & rectitudinem decreti: quod ſcilicet fuerit iuſtè adhibitum atque interpoſitum. Quo quidem in capite vnus tantum caſus conſtituitur, quando ſcilicet ambigitur de iuſtitia & recti-
48 tudine decreti, quod magni † eſt ponderis, in quo requiritur magna & diligẽs cauſæ cognitio, & ſolennitas: ſicuti quando agitur de decreto interpoſito in alienationibus bonorum eccleſiæ, vel minoris, & his ſimilibus, vt diximus ſupra: Hoc in caſu poſtea quam apparent obſeruatæ neceſſariæ ſolennitates, & ipſum decretum fuiſſe à magiſtratu interpoſitum, pro ipſius decreti iuſtitia & rectitudine præſumitur. Ita Baldus in l. iuriſgentium. §. quod ferè in tertio notab. ff. de pactis. in l. cum ij. §. ſi prætor. verſicu. item plus dicit. ff. de tranſactio. Idem viſus eſt ſentire ipſe Baldus in l. ſecunda. §. vlt. in fine. ff. ſi ex noxa. cauſa agatur. Non diſſentiunt ab hac opinione Bartolus, & alij quos recenſebo infra in ſecundo caſu. Et apertè hanc ſentẽtiam firmarunt Romanus in l. ſciendum. nu. 66.

Extenditur primò hic caſus, vt procedat etiam quando
49 † leues ſolennitates, & tenuis cauſæ cognitio requiritur, vt tradunt Bartolus in l. actor. numero duodecimo. ff. rem ratam habe. Alexand. in conſi. lxxxv. colum. tertia. verſ. & pro tali libr. ſecundo. & Corneus in conſilio ſexageſimonono. numero trigeſimo. verſ. item concurrit libro primo, quos quidem, & infrà referam, cum agemus de effectu huius præſumptionis.

Extenditur ſecundo hic caſus, vt locum etiam habeat
50 in decreto † iudicis, aliàs improbi & indiſcreti. Nam adhuc pro iuſtitia & rectitudine ipſius decreti præſumitur, vt tradunt Baldus in cap. ſicut, numero tertio, de re iud. Iaſon in l. pacta nouiſſima. numero ſeptimo. C. de pactis. & in cap. primo. numer. nono. de iis, qui feudum dare poſſunt. Antonius Gabriel libro ſecundo, concluſ. tit. de ſententiis, concluſ. v. numero duodecimo. Qua de re ſcripſi alia his ſimilia ſuperiore præſumprione.

51 Declaratur primò hic caſus, vt locum nõ habeat, † quando appareret adhibitam nõ fuiſſe cauſæ cognitionem. Nam tunc non præſumitur pro iuſtitia, & rectitudine decreti. Ita reſponderunt Caſtren. in conſil. trigeſimooctauo ſuper eo. columna prima. verſicu. in contrarium facit. libro ſecundo. Federicus de Senis in conſilio cxlvij. columna ſecunda. verſicul. poſſibile enim eſt. Imola in conſilio xcviij. columna j. verſ. nam regulare. Comenſ. in conſi. clxxx. colum. ſecunda. verſic. & videtur probare. Barba. in conſil. vj. colum. iij. & in conſilio xlj. columna iij. verſi. & ſic poſito, quod pater. libr. iiij. Iaſon in l. nec quidquam. §. vbi decretum. nu. 70. verſ. & ſecundo. de officio proconſ. & legati, & in l. ſed ſi hac. §. Prętor ait. in primo notab. ff. de in ius vocã. & in l. pacta nouiſſima. numero ſeptimo. verſicul. ſecundò limitetis. C. de pactis. Felinus in capitu. eccleſiæ ſanctæ Mariæ. col. viij. verſi. vndecimo, pro hac parte. de conſtitu. Claudius de Seyſellio in l. ſciendum. colum. vlt. verſ. & prædicta intellige de verbo. obliga. Marſilius in l. qui cædem. colum. tertia. ver. & in hac materia. ff. ad l. Corneliam de Sicar. & idem in practica criminali. §. nunc videndum. columna ſeptima. verſicul. & ideo dixit Purpuratus in l. pacta nouiſſima. col. vlti. verſi. ſecundò limitetis. C. de pactis. Feratius in cautela vltima. columna prima. verſi. nam per illa verba, Pariſius in conſ. xcix. numero nono. lib. primo. Rebuffus in commentariis ad concordata Regni Franciæ, in rubr. de concluſione Lateranẽſis Concilij, verſi. tertio annullatur. Antonius Gabriel in dicta concluſ. v. nu. 26.

52 Et coniectura † eſt probabilis ac ſatis vrgens, quod cauſæ cognitio non fuerit adhibita, quandò conſtat intra breue tempus fuiſſe interpoſitum ipſum decretum. Nam quemadmodum ob temporis breuitatem, non præſumitur cauſæ cognitio adhibita in ſententia, vt diximus ſuperiore præſumptione, ita nec in hac ipſa decreti interpoſitione, ſicuti ſupra hac noſtra præſumptione in ſecunda coniectura explicauimus.

Effectus permulti ſunt, qui ex hac ipſa præſumptione oriuntur. Et primus quidem eſt: quod vbi interpoſitum eſt
53 decretum † in alienationibus bonorum eccleſiæ, vel minoris præſumitur factum ad eorum vtilitatem. Ita Bal. in ca. j. in prin. verſi. & ego addo, de iis, qui feudum dare poſſunt, & in c. ſicut ad finem. de re iud. Alexan. in conſi. lxxix. colum. j. verſ. fortificatur. lib. j. Corneus in conſ. clxxxj. col. xj. verſi. quæ etiam præſumitur. lib. ij. Iaſ. in l. pacta nouiſſima. nu. 8. C. de pactis. Decius in capit. quoniam contra. numer. 42. de probat. Ant. Gabriel. lib. iij. concl. in tit. de ſententiis. conclu. v. nu. 2. & Octauius Simoncellus in trac. de decretis lib. iij. tit. vij. nume. 44. His addo Tiraq. de retractu commen. ad fi. nu. 152. qui alios recenſet, & Vantium in tract. de nullitate in tit. à quo & quibus mod. nu. 10.

54 Secundus eſt effectus huius decreti, quod † contractus ille cenſetur factus palam & bona fide. Ita tradunt Bartolus in l. frater à fratre. nu. 50. verſic. tertiò quæro. ff. de condict. indebi. Imola in l. prima. §. fuit quæſitum. columna iij. ff. ad Treb. Alex. in l. tranſactione. C. de tranſact. Iaſon in l. pacta nouiſſima. nume. 9. verſ. quartò facit. C. de pact. Riminaldus Iunior in conſi. v. nume. 180. lib. j. & Octauius Simoncellus in tract. de decretis. lib. iij. tit. vij. nume. 46. Et his accedunt Curtius Iunior in conſ. lxvij. nume. 3. in fine, & Alciatus in tracta. de præſumptionibus in reg. j. præſump. xxj. & probat tex. l. vlt. vbi gl. ff. quod me. cau.

Tertius eſt decreti effectus, qui à præcedenti fluit, vt in-
55 de ceſſet † omnis pręſumptio doli, metus, vel fraudis. Ita ſcribunt Bartolus in d. l. frater à fratre. nu. 51. ff. de cond. indeb. idem in l. prima. C. de prædiis Decurio. lib. x. Baldus in l. iubemus. nume. 3. C. ad Trebellia. & in cap. j. num. 14. de confirma. vtili vel inutili. Abbas in capitu. cum cauſa. colum. ij. verſic. & vide aliam. de empt. & vendit. Caſtren. in conſilio clxxiiij. contra ſuperius conſulta. libr. j. Alexan. de Neuo in conſ. xxx. nu. 2. Pariſius in conſ. xxxix. nu. 15. lib. iiij. Curtius Iunior in conſ. lxvij. nu. 2. in fi. & in conſ. cxviij. col. iij. Natta in conſ. dcxxxj. nu. 26. lib. iij. Rolandus in conſ. xc. nu. 11. libr. j. Cæphalus in conſil. ccvij. nume. 16. libro ij. Aemilius Ferretus in conſi. xliij. nu. 3. Riminal. Iunior in conſil. xlij. nume. 56. & nu. 81. lib. j. Mantua in conſi. cxcvij. nu. 1. libr. j. Damhouderus in patrocinio pupillorum in tit. de tutorum, & Curatorum munere. cap. viij. num. 41. & in ſubhaſt. compend. exeg. cap. ij. nu. 28. Simoncellus in tracta. de decretis, lib. iij. tit. vij. nu. 45. Lancellotus Conradus in templo omnium iudicum lib. j. c. j. de Imperatore. c. iiij. de præſtantia & potentia Imperatoris. ver. iij. nu. 19.



56 Quartus eſt huius decreti effectus, vt is, cui tãquam † minori decretus fuit curator, vel tutor, tanquam pupillo, talis præſumatur. Ita Baldus in l. iure noſtro. §. propter litem in quinto nota. ff. de teſtamen. tutela. in l. cum te minorem. columna ſecunda. verſicu. interdum ætas. C. de probatio. & in conſi. lxvj. columna prima. verſic. quoad vltimum. libro iij. Purpuratus in d. l. pacta nouiſſima. nume. 70. & alios recenſet Simoncellus in d. tracta. de decretis. lib. iij. tit. vij. nume. 43. & copioſius differemus infrà & diximus ſupra de præſumptione ætatis.

57 Quintus eſt huius decreti effectus, quod is furioſus † pręſumatur, cui tãquam furioſo, ſuo decreto præter curatorem dedit. Ita reſponderunt Alexan. in conſil. lxxxv. col. iij. verſi. & pro tali decreto. libro ſecundo. Corneus in conſi. lxix. numer. 30. lib. primo. Antonius Gabriel lib. ſecundo concluſionum. titu. de ſententiis concluſione quinta. numero 3. & vberius dicemus infra libro ſexto. pręſumpt. quadrageſimaquarta. vbi explicabimus ſigna & præſumptiones, quibus quis furioſus creditur.

## PRAESVMP. LXXVI.

### Arbitrorum ſententiæ ſeu lauda quando ritè & rectè lata præſumantur.

### SVMMARIVM.

1 *Arbitria ad inſtar iudiciorum redacta ſunt.*
2 *Lauda dicuntur ſententiæ arbitrorum.*
3 *Laudi de rectitudine & iuſtitia ſemper præſumitur.*
*Idque maxime ſi arbitri ſint ſummæ honeſtatis homines. nu. 4.*
5 *Bonus quilibet, & non lædere præſumitur.*
6 *Reductionem ad arbitrium boni viri petens, probare debet laudi iniquitatem, & nu. 23.*
7 *Laudo ſtare iurans intelligitur modo iuſtè laudetur.*
8 *Iudices ordinarios, plerunque arbitris eſſe peritiores.*
9 *Laudo arbitri ſtatur, donec petita ſit reductio, & eius probata iniquitas.*
10 *Arbitris electis partium conſenſu, eorum perſonæ cenſentur approbatæ, nec ipſis quid obijci poteſt, niſi adſit contraria coniectura.*
11 *Laudum arbitratoris rectum & iuſtum præſumitur eiuſque ratio. numero 12.*
13 *Laudi natura eſt, non vt feratur ſecundum iuſtitiam, ſed ſecundũ quod credit arbitrator, partes debere acquieſcere.*
14 *Arbitrator ſolam partium concordiam ſpectat, & poteſt dare alteri de iure alterius.*
15 *Arbitratores pronuntiant ſecundum æquitatem.*
16 *Aequitas ius humanum appellatur.*
17 *Fraus, dolus, & malitia, in arbitratore non creditur adeſſe.*
18 *Laudum iuſtum præſumitur, etiam ſuper eius nullitate dubio pendente, vel ſi in iure ſpeciali fundatum ſit. nu. 19.*
20 *Reductione ad arbitrium boni viri petita, pro laudo non præſumatur. nu. 21. & 22.*
24 *Reductionem laudi petens arguendo dolum arbitratoris, prius de dolo contra ipſum agere debet, eumque ante reſciſſionem laudi probare.*
25 *Laudum reductione pendente, non poteſt exequi.*
26 *Arbitrator cum ob temporis breuitatem de rei veritate cognoſcere non potuit, ceſſat rectitudinis & iuſtitiæ præſumptio.*
27 *Arbitro excedente fines compromiſſi, laudi ceſſat præſumptio.*
28 *Laudum quoad ſolennitates & ordinem, non habet pro ſe præſumptionem, idque præſertim temporis breuitate accedente. nu. 29.*
*Niſi coniectura adſit, arbitratores ſatis de cauſa cognouiſſe. nu. 30.*
31 *Arbitratoribus probis & honeſtis, quod de cauſa inſtructi fuerint, creditur, & præſertim ſi in laudo optime ac diligentiſſime narrent iura ipſarum partium. nu. 32.*
33 *Laudi pronuntiationi ſi partes præſentes non contradicant, præſumitur de cauſa cognitum & omnes ſolennitates interueniſſe.*
34 *Laudo parendum eſt, ſi in compromiſſo partes nullitatibus renuntiarint.*
35 *Laudo antiquo, ob temporis diuturnitatem cauſæ cognitio adhibita præſumitur.*
36 *Antecedens videtur velle, qui cupit conſequens.*

1 CVM iudiciorum inſtar redacta † ſint arbitraria, ob id poſt præſumptiones, quæ verſantur circa ſententias iudicum, & eorum decreta, dicẽdum
2 eſt de præſumptionibus circa lauda, quæ † arbitrorum ſententiæ appellantur. Qua quidem in re duos caſus diſtinguo atque conſtituo.

3 Primus eſt, quando agitur † de iuſtitia & rectitudine laudi. Hoc caſu pro eo præſumitur, Ita Ioann. Andreæ in additio. ad Specul. in tit. de arbitris. §. ſequitur. Dynus in conſil. xix. nu. 15. Bal. in l. idem Pomponius. §. recepiſſe. & §. idem quæro. ff. de arbitris. in l. vnde ſi Neruæ. ff. pro ſocio. & in l. vlti. colum. penul. verſi. vndecimo quæro. C. de contrahen. emp. & idem in conſi. viij. Punctus quæſtionis. in fin. lib. iij. Butrius in cap. in præſentia. colum. penul. verſic. hæc omnia procedunt. de renuntia. in capit. quoniam contra. colum. xv. verſic. nunquid autem de probatio. & in capit. quintanallis. colum. xx. ſed eſt dubium. de iureiuran. idem in conſi. xxiiij. columna prima. verſic. item, quia pro ſententiis, & in conſilio xxxij. numero 2. Abbas in capitul. quoniam contra. columna decimatertia. verſic. circa præfata quæritur, de probatio. & in conſi. lxiiij. colum. ſecunda. verſi. his tamen non obſtantibus. lib. j. Caſtren. in conſi. clxiij. Proponitur in facto, quod columna ij. ver. ſed in cõtrarium. lib. ij. Cardinal. Zabarella in conſi. cxxxix. col. vj. in ſecundo dubio. verſicu. pro parte autem fratrum. Calderinus in conſi. v. columna j. ver. & in hoc teneo. tit. de arbitris. & in conſ. x. in titu. de rerum permuta. Romanus in l. ſciendum. nu. 61. verſ. ex his infertur. de verborum obliga. Imo. in cap. niſi eſſent. in ſecundo notab. de præben. Aretinus in conſ. 50. colum. pen. verſi. circa tertium. Præpoſ. in rub. de appellat. colum. xxij. verſi. tamen præſumptionem. Salicetus in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. colum. vlt. verſ. quæro vigeſimo. ff. pro ſocio. Alex. in l. ſciendum. nu. 22. de verbo. obliga. in conſi. cxix. nu. 13. lib. ij. & in conſi. xliij. col. j. libr. vj. Corneus in conſil. ccxxj. col. iiij. ver. quod videtur ex alio. lib. ij. Iaſon in cõſ. lxxxviij. ad finem. verſi. item aduertendum. lib. j. Socinus Sen. in authen. ſi quis in aliquo. num. 14. C. de eden. & in conſi. lxxxij. nu. 8. lib. j. Felinus in capit. quoniam contra. colum. xx. ver. ſexta concluſio. de probat. Decius in cõſi. ccclxxv. nu. 1. Pariſius in conſ. xlv. nu. 98. & conſ. lxxxix. nu. 8. lib. j. & in cõſi. xxiiij. nu. 153. lib. ij. Antonius Gabriel in ſuis concluſionibus lib. ij. tit. de ſententiis. concluſ. v. nume. 14. & Crauet. in tractat. de antiquit. tempo. in prima parte, in ſeptima particula, quæ incipit. Quid in libro officialis. nume. 15. qui poſt Calder. vbi ſupra, inquit, multo magis procedere, quando
4 † arbitri ſunt ſummæ honeſtatis homines, Quæ ſanè receptiſſima ſententia ſatis manifeſtè probatur in l. prima. de legat. ſecund. vbi lex præſumit arbitrum pro viribus patrimonij competenter & ſine mora iudicaturum. Idem clarè probat textus, l. vnde ſi Neruæ. l. ſequen. ff. pro ſocio. ibi, arbitrium ita prauum eſt, vt manifeſta eius iniquitas appareat. Niſi ergo manifeſta ſit iniquitas, pro laudo ipſo præſumitur. exemplum affertur in l. ſubſequenti, quæ incipit, Quid enim, vt ſi arbiter declarauit, vnum ex ſociis conſequi lucrum pro vna milleſima; alterum verò ſocium pro duabus milleſimis, non ex hoc ſtatim eſt iudicandum iniquũ; Cum iuſta ſubeſſe potuerit cauſa, quæ mouit arbitrum ad ita declarandum, & laudandum, nempe maior induſtria & maior opera vnius, quam alterius ſocij, juxta l. ſi ſocietatem mecum. & l. ſi non fuerit. ff. pro ſocio. Eandem ſententiam probat textus in capitul. niſi eſſent, de præbend. de quo ſtatim
5 dicemus. Et accedit quod quilibet † præſumitur bonus, & quod nemo lædat, capitul. vltim. de præſumpt. & delictum non præſumitur. l. merito. ff. pro ſocio, & ſuo loco dicemus. Eſt ergo præſumendum, quod arbiter iuſtè iudicauerit. Et rurſus facit, quod arbitria redacta ſunt inſtar iudiciorum. l. prima. ff. de arbitris. In iudiciis autem præſumitur pro rectitudine ſententiæ iudicis, vt diximus ſupra. Præſumi ergo debet pro ſententia ſeu laudo arbitri. Et demum con-
6 fert, quod ille, qui petit reductionem † ad arbitrium boni viri,

viri, probare debet laudi iniquitatem, vt ſtatim dicemus.
Ergo præſumptio eſt pro ipſo laudo: alioqui neceſſe non
haberet probare iniquitatem illam. Nec obſtat quod ſcri-
bit Alciatus in tractat.de præſumpt.regu.iij.præſumptio.
duodecima.numero ſeptimo, id cõtingere propter pactum
compromittentium. Nam reſpondetur, pactum eſſe, vt iu-
ſtè pronũtiet, capitulo quintauallis.de iureiur, vbi is, qui iu-
7 rauit † ſtare laudo, intelligitur, modò iuſte laudetur. Quo-
circà ille, qui aſſerit non fuiſſe obſeruatum pactum, ſic-
que ille, qui dicit minus rectè fuiſſe iudicatum, probare
id debet.

His intelligimus, malè ſenſiſſe Butrium in conſilio vige-
ſimoquarto.numero ſexto.propè medium, Alexandrum in
conſilio cxix.in fine.libro ſecundo.& Alciatum in tracta.de
præſumptio.regul.iij.præſumptio.xij.numero 2. Cum ne-
garunt præſumi pro iuſtitia rectitudine laudi. Primò ea ra-
8 tione motus eſt Alciatus, quod cum † iudices ordinarij
ſint peritiores ipſis arbitris, qui aliquando idiotæ & ignari
eliguntur; non eſt plus præſumendum pro ipſis, quam pro
iudicibus.argu.l.vltim.verſicul.ſed ne quis ita effusè.C.vbi
& apud quem in integrum reſtit.poſtula. Pro iudice autem
non præſumitur, quando eſt appellatum. Ergo nec pro lau-
do, petita reductione ad arbitrium boni viri. Verùm reſpon
detur, minorem illam argumenti propoſitionem, non ita
abſolutè eſſe intelligendam, quod ſcilicet petita reductio-
ne ad arbitrium boni viri, non præſumatur pro laudo. Sed
intelligitur ſolùm quoad aliquos effectus, vt infra dicemus.
Quo autem ad effectum detegendi ipſius laudi iniuſtitiam,
pro ipſo laudo præſumitur, & ideo is, qui reductionem pe-
tiit, iniquitatem probare debet.

Secundò argumentatur Alciatus quod quando prohibe-
tur alienatio, prohibetur etiam compromiſſum.capit.cum
tempore.de arbitris.vbi Butrius & Abbas. Et tamen ſi præ-
ſumeretur pro arbitro, videretur permittendum compro-
miſſum, non conceſſa alienatione in caſu licito. Vnde (ait
Alciatus) videmus, quod ſicuti procurator generalis, non
poteſt donare & inutiliter diſtrahere bona & res domini,
ita nec poteſt compromittere.capitul.per tuas de arbitris.
Bartolus in l.mandato.ff.de procurato.& Alexan.in l.tranſ-
actionis.C.de tranſactio. Et tamen (inquit Alciatus) appa-
ret, quod ſi præſumeretur pro iuſtitia laudi, videretur iſtud
permittendum, nec annullaretur laudum ab initio: Sed ex
poſt facto tantùm probata iniuſtitia: quod falſum eſt. Hæc
Alciati argumentatio mihi non probatur: non enim video
quam bene concludat. Nam ſupponendi ſunt termini habi-
les, cum aliqua de re diſputamus.capitul.primo de ætate &
qualitate. Eſt ergo præſupponendum, quod compromiſ-
ſum fieri potuerit, & quod etiam potuerit ferri laudum. Et
ſolùm eſt contentio, an laudum illud fuerit iuſtè vel iniuſtè
prolatum. Et præſumendum eſt, fuiſſe iuſtè latum.

Tertiò adducit Alciatus textum.l.proferre.§.ſtari.ff.de
arbitris, vbi ſtatur laudo arbitri, non quod pro eo præſuma-
9 tur, ſed me u pœnæ. Reſpondetur, laudo † arbitri ſtari, do-
nec petita ſit reductio ad viri boni arbitrium, qua petitione
facta, is qui eam petit, probare debet laudi iniquitatem:
qua non detecta, pro ipſius laudi iuſtitia præſumitur. Quar-
tò citat Alciatus in contrarium dictũ capitul.niſi eſſent. de
præbend. vbi pro laudo illo præſumitur, ob perſonarum
qualitatem: quia arbitri, vel arbitratores illi erant prouidi
& honeſti, & eorum ordinatio fuerat ab vtraque partium
recepta & approbata. Vnde innuit textus (inquit Alciatus)
quod his qualitatibus non concurrentibus, pro eo laudo
10 non præſumeretur. Reſpondetur, quod cum † arbitri & ar-
bitratores eligantur partium conſenſu, eorum perſonæ cen-
ſentur approbatæ, & propterea nil ea de cauſa contra lau-
dum ab eis prolatum obiici poteſt.argument.l.ſi quis teſti-
bus.C.de teſtibus. Quod intelligitur, niſi aliqua adſit con-
traria coniectura, ſicuti extabat in caſu dicto capitul.niſi eſ-
ſent: vt ſignificant verba poſita in initio illius canonis, ibi
propter exempli perniciem. Et interpretationem hanc à
fortiori confirmat, quod diximus ſupra præſumpt. trigeſi-
manona.in ſecundo caſu. in quinta extenſione, pro iudicis
alioqui indiſcreti & improbi ſententia præſumi, ex multo-
rum auctoritate & præſertim Alciati in tracta.de præſump.
reg.tertia.præſump.ix.nume.6.qui tamen intelligit, in con-
trarium niſi adſit aliqua coniectura iniuſtitiæ, in ea cauſa
commiſſæ.

11 Extenditur primò recepta hæc opinio, vt locum † habeat
etiam in laudo arbitratoris. Ita in ſpecie affirmarunt Cal-
der.in conſilio quinto. columna prima. verſicul. & in hoc
teneo.titul.de arbitris. Abbas in conſilio ſexageſimoquar-
to.columna ſecunda.verſicul.ſed his non obſtantibus.libro
primo. Præpoſi.in rubric.de appella.columna vigeſimater-
tia.verſicul.tamen præſumptionem. Felinus in capitu.quo-
niam contra.columna vigeſima.verſicul.ſexta concluſio de
probat.& ibidem Decius.numero 41.teſtatur communem.
Et horum traditio fulcitur eiſdem argumentis & iuribus,
quibus & præcedens regula de arbitro. Et maxime probat.
text.in dicto capitul.niſi eſſent.de præbend. Præterea mul-
to magis locum habere exiſtimo hanc præſumptionem lau-
di arbitratoris, quàm illam laudi arbitri. Quandoquidem
12 † eligi ſolent arbitratores ſumme probi, veritatis & æqui-
tatis amatores. Et ideò ij ex bono & æquo iudicare conſue-
uerunt, vt ſcripſi in conſilio ccij. numero decimonono.
libro tertio.

Non obſtant nunc argumenta Alciati, qui in d.præſump.
xij.numero ſecundo.contrariam opinionem poſt Butrium
in conſilio vigeſimoquarto.numero ſexto.propè medium,
13 probauit. Ea ratione motus eſt Alciatus, quia † laudi natura
non eſt, vt feratur ſecundum iuſtitiam, ſed ſecundum quod
arbitrator credit veriſimiliter partes debere acquieſcere.
14 Cum arbitrator † ſolam ipſam partium concordiam ſpecta-
re ſoleat, & poteſt dare alteri aliquid de iure alterius, vt do-
cuit Bartolus in l.ſi de meis.ff.de arbitris, & in l.ſi ſocieta-
tem.§.arbitrorum.numer. decimoquarto.ff.pro ſocio. Vn-
de cum de natura talis actus ſit, vt proprie non feratur lau-
dum de iure, ſequitur dicendum non debere præſumi.argu-
men.l.ſi vno.ff.locati.& l.ſi ſtipulatus.ff. de vſuris. Verùm
reſpondetur, quod etſi arbitratores poſſint pronuntiare, vt
ſibi viſum erit, non inſpecto ipſo iure ſcripto, & ſecundum
15 eius rigorem: attamen pronuntiant † ſecundum æquitatem,
atque ita ſecundum humaniorem iuſtitiam. Aequitas enim
16 † ius humanius appellatur, vt ſcribunt Doctores in l. pla-
cuit.C.de iudiciis. Vnum hoc eſt, quod in arbitratore non
17 creditur adeſſe † dolus, nec malitia, fraúſve aliqua. Et pro-
ptereà præſumitur, quod iuſtè ſecundum veritatem pronun
tiet. Non etiam repugnat tex.cap.niſi eſſent.de præben. ab
Alciato adductus: quia ex dictis ſuprà iam conſtat probare
contrarium.

Extenditur ſecundò, vt locum habeat hæc præſumptio,
18 vt procedat etiam pendente † dubio ſuper nullitate laudi.
Nam adhuc pro eius iuſtitia præſumitur. Ita Butrius in con-
ſilio trigeſimoſecundo.numero ſecundo. & Antonius Ga-
briel in ſuis concluſionibus libro ſecundo.tit.de ſententiis
concluſ.v.nu.17.

19 Extenditur tertiò, vt procedat etiam quando † in iure ſpe-
ciali fundatum eſſet laudum. Nam adhuc præſumitur ſecun-
dum illud ius prolatum. Ita ſcripſit Lucas de Penna in l.ter-
tia.in ſeptuageſimaſeptima præſumpr.C.de apochis publ.
libro decimo.cum dixit, præſumi eum, in cuius arbitrium
aliquid fuit collatum, ita arbitrari, ne ſuum illud arbitrium
repugnet ſpeciali iuris diſpoſitioni.ex lege prima.ff. ſi quis
caut. lege prima. ff. de vſuris. & lege quanquam. ff. de ri-
tu nupt.

Declaratur primò, vt non procedat hæc præſumptio
20 † cùm petita eſt reductio ad arbitrium boni viri. Nam, ea
pendente, non præſumitur pro laudo. Ita Butrius in capitul.
in præſentia.columna penulti.verſi.hæc omnia procedunt,
de renuntia.in cap.quoniam contra.colum.xv.ver.ſed nun-
quid de probat.& in c.cum ad ſedem.col.vlt.ver.ex hoc de-
ciditur.de reſti.ſpol. Abbas in d.c.quoniam contra.colum.
xiij.verſi.circa præfata. Rom.in l.ſciendum.nu.lxj.de verb.
oblig.& ibidem Alex.colum.v.ver.ſed aduerte, quia Dy.&
idem Alexan.in conſi.cxix.in fine.libro ij.& in conſil.xliij.
nu.7.lib.vj. Iaſon in conſi.lxxxviij.col.vlt.verſi.item aduer-
te.lib.j. Curtius Sen.in conſi.xxiij.in fi.& Pariſ.in conſilio
xlv.nu.98.lib.j.

21 Cæterùm ab hac traditione † diſſentiunt Felinus in dicto
capitu.quoniam contra.nume.37.verſi.ſecundò aduerte, &
ibidem Decius.nu.41.ver.ſecundò limitatur.de probatio.



poſt Calderinum, & Zabarellam, quos commemorant. Exi-
22 ſtimo has opiniones poſſe conciliari, † vt dicamus, quod
quo ad aliquos effectus adhuc pſumptio ſit pro ipſo laudo,
pendente reductione hac. Et primus eſt effectus, quod is,
23 † qui petiit reductionem hanc, probare debet ipſius laudi
iniquitatem. Ita Dynus in conſilio xix.nume.decimoquin-
to. Ioan. Andreæ & Baldus in additio.ad Specul.in titul. de
arbitris.§.ſequitur.idem Baldus in l.nec quidquam. §. vbi
decretum.numero ſeptimo.ff.de officio proconſul.& legat.
& in l.ſi de meis.ff.de arbitris. Imola in capitul.in præſen-
tia.de renuncia. Alexand. in conſilio quadrageſimotertio.
numero quarto.libro ſexto. Ita verè hoc in caſu loquuntur
Felinus & Decius in dicto capitul.quoniam contra. Et hic
24 aduertendum eſt, quod is, qui petiit reductionem ad arbi-
trium boni viri, arguendo dolum arbitratoris, prius agere
debet de dolo contra ipſum arbitratorem, atque ita dolum
ipſum probare, deinde petere laudi reſciſſionem. Ita egre-
giè poſt multos ſcripſit Curtius Iunior in l.ſi ex falſis. nu-
mero tertio.C.de tranſactio. & in conſilio clxxix. in fine.
Quod eſt annotandum ad declarationem ſtatuti Papienſis
xxv.in ciuilibus, ſub rubric.de compromiſſis. Quo verò ad
reliqua non præſumitur pro ipſo laudo. Non enim penden-
25 te ipſa reductione † exequi illud poteſt. Baldus in l.tale pa-
ctum.§.qui procurauit.columna vltima.ff.de pactis, Abbas
in capitul.quintauallis.numero quadrageſimoprimo.de iu-
reiurand. Soci.Seni.in conſilio vigeſimoſeptimo. columna
penultima, libro quarto. Francus in capitu.dilecto. numero
trigeſimonono.de appellat.& Boer.in quæſtion.cclxxxiiij.
numero 24.& 26. Et ad rem maximè noſtram Alex. in con-
ſilio cxix.numero 17.libro ſecundo.& in conſilio quadra-
geſimotertio.numero nono. libro ſexto. Et ſimili diſtin-
ctione vſus ſum ſupra in præſumpt.xxxj.dum explicaui cer-
tis caſibus præſumi pro ſententia, etiam interpoſita appel-
latione.

Declaratur ſecundò, vt locum non habeat hæc præſum-
26 ptio † quando ob temporis breuitatem non potuit arbiter
de rei veritate cognoſcere. Nam tunc ceſſat præſumptio re-
ctitudinis & iuſtitiæ. Ita Baldus in l.prolatam. columna vl-
tima.verſicul.quærit hic Butriga. C. de ſentent. & interlo-
cut.omni.iudic. Abbas in cap.quintauallis.columna vltim.
verſicu.ſed ad præcedentia.de iureiurand. Felinus in capitu.
eccleſiæ Sanctæ Mariæ.columna octaua.verſic.decimoter-
tio.de conſtitu. Decius in l.ij.numero trigeſimoſexto. C.de
eden.& in ca.cum venerabilis.columna quinta.ver. & idem
de laudo.de except.& Ant.Gabriel in ſuis concluſionibus.
libro ſecundo.titul.de ſententiis.conclu.ſexto.numero no-
no. Quæ tamen declaratio ceſſat in caſibus, quos infra ex-
plicabimus.

Declaratur tertiò, vt locũ non habeat hæc præſumptio,
27 quando † arbiter exceſſit fines compromiſſi. Ita Angelus in
conſil.ccxcviij. Viſa narratione quem ſecutus eſt Alciat.in
tract.de præſum.reg.iij.præſum.xij.nu.8.

28 Secundus eſt caſus huius diſputationis, cum agitur † de
ſolennitatibus & ordine ipſius laudi. Hoc in caſu regula eſt
in contrarium, nempè pro laudo non præſumi. Ita Præpoſi.
in rubric.de appella.nu.70.ver.tamen præſumptionem, & ſi
diſſentiat, & malè Comenſ.in conſi.50.col.vlti.verſ.quam-
uis enim Blancus in trac.de compromiſſo in q.ix.principa-
li, de ſententiis & earum effectu.in fin.qui poſt alios & hoc
ſcripſit, non præſumi compromiſſum enuntiatum in laudo
præceſſiſſe. Et hæc quidem præſumptio multò magis ceſſat
29 † quando ob temporis breuitatem de cauſa cognoſci non
potuit. Ita Bal.in d.l.prolatam.col.vlt.ver.quærit hic Butri.
C.de ſen.& interloc.om.iu.& alij, quos ſuperiore caſu in ſe-
cunda declaratione commemoraui.

Declaratur primò hic caſus, vt locum non habeat, quan-
32 do aliqua extat † coniectura, quæ ſuadet arbitros, vel arbi-
tratores ſatis de cauſa cognouiſſe, ſicuti contingit quando
cauſa iam inſtructa coram primis arbitris eorum, loco ſe-
cundi ſucceſſerunt, qui deinde reaſſumptis actis iam factis
coram ſuis anteceſſoribus, laudum tulerunt, & præſertim ſi
eo in laudo aſſeruerunt, ſe plenè de cauſa inſtructos fuiſſe.
reſpondit Soc.Sen.in conſi.cxxj.col.iij.verſi. ſed præmiſſis
non obſtantibus.lib.iij.qui etiam dixit, ſe pluries vidiſſe ar-
bitratores diſcutere iura partium, & quando videbant poſſe
eas componere, curabant fieri compromiſſum & immedia-
tè pronuntiabant laudum. Vnde (inquit Soc.) dici non po-
terat laudum ſine cauſæ cognitione prolatum. Idem Socin.
Sen.in conſi.lxvj.col.ij.verſic.ij.quia arbitri.lib.iiij. Et hoc
maximè procedit, quando arbitri, vel arbitratores ſunt viri
31 ſummæ probitatis & honeſtatis. Nam horum † aſſertioni,
quod fuerint inſtructi & edocti de cauſa, fides adhibetur.
Ita Soc.præcitato in conſi.cxxj.col.iij.lib.iij. Idem cenſuit
Card. Zabarella in conſi.cxxxix.factum tale eſt.col.iiij.ver.
ſecundò quia, & conſi.ſeq.col.ij. Imò dixit Soci.quod licet
ob temporis breuitatem, præſumatur pronuntiatum cauſa
non cognita: attamen hoc ceſſat in laudo prolato à viris ho-
neſtis & prouidis. Et tanto magis cùm habuerũt facultatem
procedendi ſine ſcriptis, iuxta traditionem Bar.in auth.niſi
breuiores.in fi.C.de ſen.& interlocu.om.iud.& Comenſ.in
conſi.clxij.col.ij. Idem quando cauſa eſt leuis momenti. Ita
Blanc.in tract.de compromiſ.q.ix.princ.de ſententiis & ea-
rum effectu.nu.29.ver.crederem ſic eſſe. Poteſt etiam con-
ſiderari altera coniectura, vt eſt quando ipſi arbitri, vel arbi-
32 tratores ſuo in laudo † optimè ac diligentiſſimè narrant iura
ipſarum partium, & ſingulatim controuerſiarum capita de-
terminant. Nam hinc inſurgit præſumptio, quod inſtructi
fuerint, & de cauſa cognouerint. Ita reſpondit idem Soci.in
d.conſilio cxxj.columna quarta.verſicu.præterea ipſæmet
partes.libro tertio.

Declaratur ſecundo, vt locum non habeat, quando par-
33 tes ipſæ fuerunt præſentes † pronuntiationi laudi, & nõ con
tradixerunt. Nam tunc præſumitur cognitum de cauſa, &
omnes ſolennitates fuiſſe adhibitas, quia alioqui contradi-
xiſſent.ita Bald.in l.prolatam.in fine.C.de ſentent.& inter-
locu.om.iudi. Roma.in l.ſciendum.nu.70.de verbo.oblig.
& ibidem Aret.in fine.ac Claudius Seyſellius. Felinus in c.
quoniam contra.nu.37.de probatio. Soci.Sen.in conſil.lxj.
colum.j.verſi.tamen ex duobus.lib.iiij.& Ruinus in conſi-
lio cxxxv.col.vlt.verſi.non obſtat poſtremò.lib.v.& copio-
ſe Blancus in tractat.de compromiſſo, in q.ix.principali, de
ſententiis, & earum effectu.col.pe.verſic.ſecundo caſu, qui
affirmant, quod ſi in laudo ſit mentio compromiſſi, de quo
non apparet, attamen præſumitur interceſſiſſe, ob præſen-
tiam partis.

34 Declaratur tertiò, vt locũ non habeat, quando † iam ipſæ
partes in compromiſſo renũtiarunt nullitatibus. Nam tunc
laudo parendũ eſt, nec allegari poteſt præſumptio ipſa lau-
di. Ita Bartol.in l.vbi pactum.C.de tranſact. Ang. in conſil.
cc.A.& B.contraxerunt. Alexand. in conſil.xxij.nu.5.libro
ij.& apertius Alciatus in tracta.de præſumpt.regul.iij. præ-
ſumpt.xij.in fine.qui dixit, & rectè, hoc prouenire ex ipſo
compromiſſo, in quo promiſſum eſt, ſtari laudo: non autem
ex præſumpt.

35 Declaratur quartò, vt locũ nõ habeat in laudo † antiquo.
Nam ob tẽporis antiquitatẽ præſumitur adhibita cauſæ co-
gnitio, & ritè prolatũ. Ita in ſpecie affirmarunt Feli.in ca.ſi-
cut.nu.41.de re iudi. Gratus in conſi.cxxxiij.nu.8.libr.ij.&
M.Anto.Blancus in tract.de compromiſſo.q.ix.principali,
de ſententiis, & earum effectu.nu.100.ver.cõtrarium quod
immo, reiecta opinione Soc.Sen.in authẽ.ſi quis in aliquo.
col.j.C.de eden.qui poſt Io.de monte Sperello, aliter ſcri-
pſit. Et ij quidem ſcripſerunt, quod propter tẽporis antiqui
tatem præſumitur compromiſſum, de quo non apparet, niſi
ex ſimplici relatione facta in laudo. Subiungit etiã Blancus
vbi ſ.in verſ.iij.caſu, quod etiam præſumitur cõpromiſſum
in laudo de recenti prolato, abſente parte aduerſus eum, qui
porrexit petitionem, & petiit corã illo arbitro aduerſarium
ſuum condemnari. Nam ex hoc videtur elegiſſe illũ in arbi-
trum. Cum aliàs condemnare nõ poſſet. Qui enim vult con-
ſequens, videtur velle etiam antecedens, l.ad rem mobilẽ.&
l.ad legatũ.ff.de procu. Præterea, facta petitione, eaq; per ar
bitrum admiſſa, dicitur ille arbiter acceptaſſe compromiſ-
ſum: quod magis patet ex laudo deinde ſubſecuto. Ita An-
cha.in conſi.cclxij.

## PRAESVMP. LXXVII.

Vtrum tanquam arbiter, vel tanquam arbi-
trator de cauſa compromiſſa cognouerit, lau-

dumque tulerit is, in quem fuit compromiſſum, ex-
plicatur.

*SVMMARIVM.*

1 ***Compromiſſo facto in aliquem tanquam arbitrum, & arbitratorem, præſumi tanquam arbitratorem eum cognouiſſe, & quæ ſit ratio. numero 2.***
*Alij vero tanquam arbitrum eum cognouiſſe.nu.3.*
*Alij demum tanquam arbitrum, & arbitratorem.nu.5.*
*Diuerſa eſt opinio Alciati.nu.6.*
4 *Arbitri ſententia potentior eſt, & citius ſortitur effectum, quam arbitratoris.*
7 *Arbiter de iure procedere tenetur.*
8 *Arbitrator poteſt auferre de iure alterius.*
9 *Compromittens in aduerſarium, cenſetur compromiſiſſe tanquam in arbitratorem.*
10 *Laudum ab arbitratore latum non præſumitur, cum tanquam ab eo latum valere non poſſet aut ſuſtineri.*
11 *Arbiter ſententiam condemnatoriam, non expreſſa quãtitate, ferre non poteſt, nec ex poſt facto ſententiam emendare.*
12 *Arbitramenta ſub conditione reſolutiua ferri poſſunt.*

POSTEAQVAM dicere cæpimus de præſumptio-
nibus, quæ verſantur circa arbitrorum, & arbitra-
torum lauda, libet hic appingere hanc diſputatio-
nem. Dubitari equidem ſolet, vtrum tanquam arbiter, vel
tanquam arbitrator de cauſa compromiſſa cognouerit, lau-
1 dumque tulerit is, in quem fuit compromiſſum: vt ſi † com-
promiſſum ſit in aliquem tanquam in arbitrum, & arbitra-
torem, & is pronuntiauerit in hæc verba. Nos arbiter, & ar-
bitrator: an pronuntiauerit tanquam arbiter, vel tanquam
arbitrator? Hac in re ſunt opiniones. Vna fuit eorum, qui
ſcripſerunt, præſumi cognouiſſe, & iudicaſſe tanquam arbi-
tratorem. Ita Baldus in l. ſi ſeruus plurium. §. vltim. de leg. j.
& in l. nõ codicillum. C. de teſta. Angelus in ſua diſputatio-
ne duo ad inuicem. in fi. ſecundæ concluſionis, qui dixit, ita
in foro ſeruari. Arct. in l. nemo poteſt. nu. 12. de leg. j. Alex.
in conſi. xiij. nu. 6. lib. j. & communem eſſe opinionem aſſe-
ruit Feli. in c. cum ex officij. nu. 21. in fi. & nu. 32. de præſcri.
Eandem probarunt Ruinus in conſi. clxj. nu. 7. lib. iiij. Gal-
liaula in l. centurio. nu. 136. ff. de vulg. & pup. ſubſtitu. Et ij
quidem ea ſolida ratione moti ſunt, quòd hoc æquius eſt,
2 † vt peti poſſit reductio ad arbitrium boni viri: id quod fa-
uorabile eſt; vt euellatur omnis iniquitas. Altera fuit opi-
3 nio, quod † tanquam arbiter pronuntiauerit. Ita ſibi parũm
conſtantes Bal. in l. iij. ff. de teſta. milit. & Alex. in l. ſi ſeruus
plurium. §. vlti. de leg. j. Hac ratione vſi ſunt, quod ſententia
4 arbitri † eſt potentior. Et rurſus arbitri ſententia citius ſor-
titur effectum. l. cũ antea. C. de receptis arbitris. Ergo pro
ea præſumi debet. Verùm facile reſponderi poteſt ſecũdum
Felin. in d. c. cum ex officij. nu. 32. dum declarat d. l. iij. ff. de
teſta. mil. Tertia fuit opinio Abba. in cap. niſi eſſent. de præ-
5 bend. præſumi † cognouiſſe, & iudicaſſe tanquam arbitrum,
& tanquam arbitratorem ex quo vtriuſque perſonam ſuſti-
nere potuit. Non eſt vera hæc opinio, quia poteſt quidẽ ſu-
ſtinere vtranq; perſonam ab initio: ſed debet eligere ex qua
procedere velit.
6 Quarta fuit opinio † Alciati in tracta. de præſumpt. regu.
iij. præſump. xxxv. nu. 10. ita diſtinguentis. Aut pars, quæ re-
clamat, aſſerit ſe læſam, & grauatam: & tunc ſi conceditur
(ita credo dicere voluiſſe Alciatum) reductio ad arbitrium
boni viri, dicendum eſt, illum iudicaſſe tanquam arbitrato-
7 rem, ex quo arbiter † tenetur procedere de iure: arbitrator
8 † verò poteſt auferre aliq̃d de iure alterius. l. ſi de meis. ff. de
arbitris. ſed permiſſa eſt reductio ad arbitriũ boni viri. Hoc
in caſu (ait Alciatus) procedit prima opinio, quæ probatur
ſecundum eum in capitu. niſi eſſent. de præben. Aut appare-
bit (ſubiungit Alciatus) non fuiſſe grauatum, & tunc cenſe-
bitur iudicaſſe, vt arbitrum. Hoc caſu (ait Alciatus) proce-
dit ſecũda opinio. Atque ita ex poſt facto cognoſcetur, qua
poteſtate vſus ille ſit. Hæc conciliatio eſt valde dubia: Nam
ſupponamus, quod ſtatim lato laudo iſto, vnus compromit-
tentium dicat ſe læſum, & petat reductionem ad viri boni
arbitrium: Alter verò contendat locum non fore huic redu-
ctioni, ob id quod ab arbitro, non autem ab arbitratore fuit
de cauſa cognitum, & iudicatũ. Hoc certè in dubio ex poſt
facto cognoſci non poteſt quomodo cognouerit, & iudica-
uerit. Retinenda itaque eſt prima illa opinio magis recepta.
Quæ quidem maximè procedit, quando colligitur ex qua-
litate perſonæ, in quam fit compromiſſum, illum electum
fuiſſe tanquam arbitratorem, vt eſt in caſu de quo ſcripſit
Bal. in cap. j. §. inter pares. de lege Corradi. quem ſecutus eſt
9 Alcia. in d. præſump. xxxv. in fi. dixit Bal. quod ſi quis † com-
promiſit in aduerſarium ſuum, cenſetur compromiſiſſe in
eum tanquam in arbitratorem: cum non præſumatur velle
litigare, dum ſe ponit in manibus aduerſarij. Nam videtur
eum elegiſſe tanquam amicum, non autem tãquam litis di-
ſceptatorem. arg. l. creditor. §. penul. ff. mand. Eſt etiam vſus
alia ratione Bal. de qua mox dicam.
Declaratur hæc traditio, vt locum non habeat quando
10 † laudum ſuſtineri ac valere non poſſet tanquam latum ab
arbitratore. Nam tunc præſumitur illum cognouiſſe, & iu-
dicaſſe tanquam arbitrum. Ita econtra quando non valeret
tanquam latum ab arbitro, ſumetur interpretatio, quod is
cognouerit & iudicauerit tanquam arbitrator. Ita Bald. in l.
iij. ff. de teſta. milit. Felinus in cap. cum ordinem. numer. 12.
de reſcrip. in cap. præſentata. nume. 7. de teſtib. & in capitul.
cum ex officij. nume. 32. de præſcrip. Alciatus in d. præſum.
11 xxxv. nu. 2. Qui ſubiungit, quod licet arbiter † nõ poſſit fer-
re ſententiam condemnatoriam, nõ expreſſa quantitate, ad
quam condemnauit: nec poſſit ex poſt facto emendare ſen-
tentiam. l. quid tamen. §. Pomponius. ff. de arbitr. & in ſpe-
cie reſpondit Butr. in conſi. 50. Attamen ſi talis arbiter ho-
die condemnaret in ea quantitate, quam deinde ſubſequen-
ti die declaraſſet, valeret laudum: & is cenſeretur pronun-
12 tiaſſe tanquam arbitrator, ex quo arbitramenta † ferri poſ-
ſunt ſub conditione reſolutiua, vel ſuſpenſiua, vel alio mo-
do, ſicuti & cõtractus celebrari ſolent & poſſunt; vt tradunt
Ancha. in conſi. ccviij. Cardi. in conſi. xxxj. Soci. Sen. in con
ſilio cxxiiij. nu. 8. lib. j. & Dec. in c. præterea. il ij. colum. pe-
nul. de appella.

## PRAESVMP. LXXVIII.

Notarius quis, & quando præſumatur, diligenter,
& accuratè exponitur.

*SVMMARIVM.*

1 *Notarius ad naturam iudicis propè accedit, & iudex dicitur chartularius.*
2 *Notarius nemo præſumitur.*
3 *Notarius in matricula notariorum deſcriptus, talis & ipſe præſumitur.*
*Idem de familiari Cardinalis, mercatore, & ſcholari, cum pro matricula præſumatur. nu. 4.*
*De qua autem id matricula accipiendum. nu. 5. & 7.*
6 *Matricula eſt tanquam inſtrumẽtum referens aliud, cui non creditur, niſi conſtet de relato.*
8 *Notarios creandi facultas ſoli principi eſt reſeruata.*
9 *Notarius præſumitur, qui ſciente, & patiente principe, multo tempore ſe pro notario geſſit.*
10 *Inſtrumentum allatum ex remota regione, habens debitã & publicam formam, à notario confectum præſumitur, & fidem facit.*
11 *Inſtrumentum antiquum excedens curſum centum annorum, præſumitur conſcriptum à notario.*
12 *Notarius præſumitur, qui multos annos fuit in quaſi poſſeſſione, & actus notario conuenientes confecit.*
*Id autem quando procedat. nu. 13.*
14 *Notarius præſumitur, qui in inſtrumento ex alio loco allato, talis eſſe aſſeritur.*

1 PROPE ad iudicis naturam accedit † notarius,
quem & Chartularium iudicem aliquando ap-
pellare ſolemus: quemadmodum ſic eum appel-
lant gl. Bar. Bal. & reliqui in l. j. in prin. ff. de iudi
ciis, & alij multi, quos congeſſit Tiraq. in tract. de iure con-
ſti. in iij. parte, limi. xxx. nu. 28. Cũ itaque de munere, & offi-
cio notarij aliqua dicturi ſimus, prius explicandum eſt, an
notarius



notarius quis, & quando præſumatur? Et pro regula con-
2 ſtituendum eſt; neminem præſumi † notarium. Ita tradunt
Spe. in tit. de inſtrumentorum editione. §. reſtat. nu. 24. Old.
in conſi. ccxxvij. col. ij. Anch. in conſi. ccxvij. col. ij. Alex. in
cõſi. clxvj. col. ij. lib. ij. Soc. Sen. in cõſi. xxiij. col. j. li. j. Iaſ. in
l. Barbarius. nu. 55. ff. de offi. Prætor. Dec. in conſil. xxxvj. &
in conſi. xlij. Marſilius in l. ſi quis ne quæſtio. num. 138. ff. de
quæſtio. Boerius in q. xxxvj. nu. 10. Alc. in tract. de præſum.
reg. iij. præſum. xiij. nu. 9. verſi. ſed quid ſi. & Crauet. in trac.
de antiquit. tempo. in prima particula tertiæ partis principa
lis. nu. 2. & in conſi. lxxij. nu. 2. in cõſ. cxxij. nu. 16. & in cõſi.
cl. nume. 2. Non enim hæc dici poteſt qualitas nata cũ ipſo
homine; & ob id non præſumitur. Sic dicimus neminem
præſumi clericum, vt explicabimus infra libr. ſexto. in præ-
ſumptio. xlviij.
Declaratur primò, vt locum non habeat, quando quis
3 reperitur † deſcriptus in matricula notariorum. Nam tunc
præſumitur & ipſe notarius. Ita Baldus in l. ij. ff. de officio
Prætor. in l. ij. nu. 11. C. de ſenten. & interlocut. omn. iudi. &
idem in l. Scriniarios. C. de teſtam. militis, & ibidem Caſtr.
& Decius nu. 19. Idem quoque affirmarunt Specul. in tit. de
inſtrumentorum editione. §. reſtat. nu. 24. Angelus in conſi.
cxl. Quidam Matthæus nu. 3. Roma. in l. in illa. ff. de verbo-
rum obligation. Iaſon in l. Barbarius. numero 56. qui com-
munem eſſe opinionem teſtatur. ff. de officio Prætoris. Fe-
linus in capitul. j. numer. 19. & ibidem Decius numero 18.
de fide inſtrumen. & Afflictus in deciſi. cclj. nume. 3. & Soc.
Iunior in conſil. cxxxviij. num. 13. lib. iij. Ita dicimus, Scho-
laſticum præſumi eum, qui reperitur deſcriptus in matricu-
la Scholarium. Bar. in l. vlt. C. de reb. cred. Pariſ. conſil. clix.
in fi. lib. iiij. & Alciatus in reſp. lxx. ſecundum antiquam im-
preſſionem Lugdunenſem, ſic reſpondit Pariſ. in conſilio
cxxxvj. nu. 31. lib. iiij. familiarem & commẽſalem Cardina-
lis aliquem eſſe, vel non eſſe ex matricula familiarium præ-
ſumi. Ita quoq; præſumitur mercator, qui in matricula mer-
catorum eſt deſcriptus. Soc. Iun. in d. conſi. cxxxviij. nu. 12.
lib. iij. & Ripa in l. in illa. nu. 32. de verb. oblig. Præſumitur
4 enim pro † matricula. l. matriculam. C. de agen. in reb. vbi
Bart. & matricula probat aliquem eſſe ex numero eorũ, qui
matriculari debent. Bar. in l. petitionem. C. de aduoc. diuerſ.
iud. Eſt ſimile quod dicimus, ex libro æſtimi, & Cataſtri præ
ſumi pro eo, qui eſt in eo deſcriptus, l. forma. §. j. ff. de cẽſib.
& l. vlt. C. de prædiis minor. vbi Bar. & ſcribunt Iaſon, & re-
liqui in l. decem. §. decem. ff. de verbo. obliga. & diſſeremus
infra lib. vj. in præſum. lxiiij. Et opinionem hanc ſecuti ſunt
Bononiẽſes, qui in lib. j. ſtatutorum. rub. de exceptionibus.
§. ſi verè, ſtatuerunt, ſatis probari aliquem eſſe notarium, ſi
deſcriptus apparet in matricula. Idem cautum eſt ſtatuto
Patauino ſub rubric. de citationibus. §. quod quis ſit tabel-
lio. Ceterùm à prædicta opinione diſſentiunt Martinus Sil-
limanus, quem refert, & ſequitur eius diſcipulus Io. Andreæ
in additio. ad Specul. in tit. de inſtrumentorum editione. §.
reſtat. nume. 24. in verbo. & ſcias. Albericus in l. cum preci-
bus. C. de fide inſtrumen. qui dixit, hanc opinionem eſſe de
iure veriorem. Eandem probarunt Inno. Butrius in capit. j.
de fide inſtru. Ita quoque hanc veriorem eſſe ſcripſit Alcia-
tus in tract. de præſumptionibus. reg. iij. præſum. xvij. Con-
ciliat has opiniones Alciatus ex ſententia Butrij, Alexãdri,
& Felini, diſtinguendo duos caſus.
5 Primus eſt, quando † matricula fuit confecta auctoritate
eius, qui potuit creare notarium. Hoc caſu locum habet opi
nio illa prima, quam communem diximus, quod ſcilicet de-
ſcriptus in ea matricula præſumatur notarius. Nam etſi ma-
6 tricula † eſt tanquam inſtrumẽtum referens aliud inſtrumen-
tum, cui non creditur, niſi conſtet de ipſo relato. authenti. ſi
quis in aliquo. C. de eden. attamen quando relatio eſt facta
ab eo, qui poteſtatem habet conficiendi, ei creditur, etſi de
relato non apparet: vt declarat Dec. in dicta authent. ſi quis
in aliquo. in fine.
7 Secundus eſt caſus, quando matricula † fuit cõſcripta ab
eo, qui non habet auctoritatem creandi notarios. Hoc caſu
matricula non facit præſumptionem pro ipſo deſcripto. Ita
procedit ſecunda opinio. Eſt enim res hæc inter alios acta:
Et ideò non facit præſumptionem, ſed ſuſpicionem quan-
dam, vt ſcribit Alciatus in dicta præſumpt. decimaſeptima.
ex aliquorum traditione in l. ſecunda. C. de edend. Hinc in-
fert Alciatus in dicta præſumptio. xvij. in fine; quod quam-
uis notarij in aliqua ciuitate habeãt collegium, & notario-
rum matriculam: Non tamen matricula illa probat aliquem
eſſe notarium, ex quo collegium illud caret auctoritate
8 creandi notarios: cum † ea ſit facultas ſoli principi reſeruata,
vt ſcribunt Innocen. in capitul. cum P. tabellio. de fide in-
ſtru. & Bartol. in l. nec ei. ff. de adoptio. Quod intelligo, niſi
ipſe Princeps illi collegio facultatem contuliſſet creandi
notarios; quemadmodum ſcio conceſſam collegio notario-
rum Papiæ.
Declaratur ſecundò, vt non habeat locum, quando ali-
9 quis geſſit ſe pro † notario ſatis multo tẽpore, ſciente, & pa-
tiente principe, qui notarios eo in loco creare ſolet. Hoc
ſanè caſu præſumitur ille, quod notarius ſit, & ab illo prin-
cipe creatus. Ita Butrius in dicto capitulo primo de fide in-
ſtrumen. Iaſon in l. qui in aliena. numero 160. ff. de acqui-
renda hæredita, & eruditiſſimus Cardinalis Albanus in Lu-
cubrationibus ad Bartolum in lect. l. Barbarius. numero 5.
ff. de officio Præto, & conferunt quæ ſcripſi ſupra, in ſepti-
ma præſumptione in tertio caſu. Secus verò quando is prin-
ceps non haberet facultatem creandi notarios. Ita Ruinus
in conſi. xv. nu. 7. lib. ij.
Declaratur tertiò, non procedere, quando ex remota
10 † regione allatum fuit inſtrumentum habens debitam for-
mam publicam, nec aliquod vitium in eo apparet, & nemo
contradicit. Nam & tunc præſumitur notarius, qui illud
confecit: & ideò illi inſtrumento adhibetur fides. Ita Abbas
in dicto capitul. j. verſicul. vnum, de fide inſtrument. & ibi-
dem Decius, numero decimonono. qui declarat, Cæterùm
Crauet in conſilio centeſimoquinquageſimo. nume. 2. ſcri-
pſit, quod ſi nemo contradicit, abſque alio adminiculo præ-
ſumitur ille notarius.
11 Declaratur quartò, vt inſtrumentum † antiquum excedẽs
curſum centum annorum, dicatur conſcriptum à notario,
iſque præſumatur talis. Ita affirmarunt Baldus in authentic.
quas actiones. colum. vlti. C. de ſacroſanct. eccleſ. Alexand.
in conſi. cj. colum. iij. lib. vij. Socin. Senio. in conſi. clxxxvij.
columna tertia lib. ij. Iaſon in l. Barbarius. numero 56. ff. de
officio Præto. Decius in conſi. xxxvj. nu. 11. & in capit. j. nu-
me. 25. verſi. quidquid tamen ſit, de fide inſtru. Afflictus in
deciſi. cclj. in fine. Capella Tholoſana in q. cccxxx. in fine. &
alios nonnullos refert, & ſequitur Craue. in conſil. cclxxiiij.
in fine. Idem ſcripſit Didacus in libro pract. q. c. xxj. nu. 6.
verſic. Secundus caſus. Et his conſtat, hanc eſſe receptam o-
pinionem, etſi idem Craue. in tracta. de antiq. temporum in
prima particula quartæ partis principalis. nu. 3. & nu. 7. ſen-
ſerit, requiri aliquod aliud adminiculum, præter ipſam tem-
poris antiquitatem.
Declaratur quintò, vt locum non habeat, quando hic,
12 qui aſſeritur notarius, fuit † in quaſi poſſeſſione aliquot an-
nos, & multos actus notario conuenientes confecit, vt quia
recepit multa inſtrumenta. Hoc etiam caſu præſumitur no-
tarius, tametſi quaſi poſſeſſio non eſt multum antiqua. Ita
Baldus in conſilio cxviij. Quia pleniſſimè. columna ſecun-
da. libro tertio, & in l. ſecunda. numero 11. C. de ſentent. &
interlocuto. omnium iudic. Requiritur tamen hoc in caſu,
quod plura inſtrumenta, vel actus publicos receperit: cum
non ſufficiant duo, vel tres. Ita Angel. in conſilio cxl. col. j.
& Felin. in dicto capitu. primo. nume. 18. de fide inſtr. Boer.
in q. xxxvj. nu. 11. & Afflictus in deciſi. cclj. nume. 2. qui de-
13 clarant non procedere, † quando eſſet contentio inter no-
tarium, & aliũ ſuper titulo ipſo principali notariatus. Nam
tunc quaſi poſſeſſio non ſufficit ad probandum ipſum titu-
lum. Et hoc in caſu ſic poſſunt declarari ſtatutum Bononiæ
ſupra allegatum. § ſed ſi notarius. & ſtatutum Patauinũ rub.
de citationib. §. quod quis ſit tabellio.
14 Declaratur ſextò, vt locum non habeat, quando † in in-
ſtrumento ex alio loco allato, extant literæ teſtimoniales,
quod is, qui recepit illud inſtrumentum, eſt publicus nota-
rius. Hoc ſanè caſus præſumitur ita eſſe, & ei fides adhibe-
tur. Ita Imola in dicto cap. j. de fide inſtr. & ibidem Felinus
nu. 18. Et vſu adeo ita comprobatum hodie videmus, vt du-
bitandum non ſit. tametſi Dec. in d. c. j. nume. 19. ſcripſerit,
iure non probari.

## PRAESVMP. LXXIX.

Notarius,an & quando præſumatur iuſtè, & fideliter,ſuum exercuiſſe officium.

### SVMMARIVM.

*1 Notarij pro rectitudine & peritia præſumendum eſſe.*
*2 Notarius cum de omnibus rogatus eſſe debeat,præſumitur omnia partium voluntate ſcripſiſſe.*
*3 Notarium aliquid ex ſuo capite ſcripſiſſe,qui aſſerit, durioribus afficitur probationibus.*
*4 Clauſulam codicillarem,& alias in teſtamento,cenſetur notarius voluntate teſtatoris appoſuiſſe.*
*5 Notario aſſerenti in inſtrumento fideiuſſionis à muliere factæ, ſe eam de beneficio S.C.Velleiani certioraſſe creditur.*
*Item aſſerenti partes ita egiſſe,aut contraxiſſe ex certa ſcientia.numero 6.*
*Vel quod dicta in vna parte inſtrumenti,ſint repetita in alia.n.7.Idem & de teſtibus.nu.8.*
*Item aſſerenti alios notarios,qui ſecum inſtrumentum reciperent, rogatos fuiſſe.nu.9.*
*Atque etiam de ſui ipſius proprio rogitu.nu.10.*
*11 Notario etiam idiota exiſtente , ſemper tamen pro ipſo eſt præſumptio.*
*Quamuis aliter ſcriptum ſit,quam dictum.nu.12.ſi tamen ſe ſtatim corrigat.nu.14.*
*Niſi aliàs eſſet malus.nu 13.*
*15 Notarij ſcriptura,præualet cõtradictioni teſtis in cauſa ciuili,& quandoque etiam in cauſa criminali.nu.16.*
*17 Notario de geſtis coram ſe,non autem geſtis à ſe creditur.*
*18 Notario de mandato ſibi facto non creditur.*
*Fallit quoad executionem ipſius commiſſionis.nu.19.*
*Vel quando ex ſtylo curiæ,adhiberi ſolet fides notario.nu.20.*
*21 Notario non creditur, quando aliter ſcriptum reperitur in originali, quam in authentico,*

DIximus ſuperiore præſumptione, notarium
dici iudicem Chartularium, & propterea ad iu
dicis naturam proximè adeò accedit, vt quem-
admodum pro rectitudine & bonitate iudicis
præſumitur, ſicuti explicauimus ſupra in præ-
1 ſumpt.xlix.ſic & pro † notarij rectitudine & peritia præſu-
mendum eſt.l.ſi quis Decurio,C.de falſis.c.ad audientiam.
de præſcript.& docuit Bald.in l.Imperator.prima lectu.l.j.
verſi.ſed an poterit.ff.de ſtatu homi. notarium poſſe corri-
gere errorem, quia ipſe eſt auctor veritatis. & ideo pro eo
præſumitur. Et Bal.ſecutus eſt Alciatus in tract.de præſum-
ptio.reg.iij.præſumpt.xiij.ſic & Pariſius in conſil. lxxxviij.
nu.21.libr.iij.reſpondit,pro notario magis præſumi quàm
pro teſtibus. Ita quoque dicimus, præſumi notarium eſſe
ſui officij peritum:glo.in §.item ſi ſcriptum.in inſtit.de in-
util.ſtipu.Corneus in conſi.cxcv.libro j.Neuiz. in conſilio
xxviij.nume.19.& Socinus Iunior in conſil.cj.numero 11.
ver.præterea.lib.j.
2 Hinc dicimus,quod cum notarius † ex ſuo capite nihil
ſubſtantiale vel accidentale ſcribere poſſit in inſtrumento,
ſed de omnibus debeat eſſe rogatus ; præſumitur quod om-
nia ſcripta in ipſo inſtrumento ; fuerint voluntate partium
ſcripta.Ita Bald. in l.errore.C.de teſta.Curtius Sen.in con-
ſil.50.Memoriæ.colum.lviij.verſicu.dum autem vltimo lo-
co.& plures retuli in d.conſil.xxxvij.nu.131. Quocircà qui
3 aſſerit, † notarium aliquid ex ſuo capite ſcripſiſſe,duriorib.
probationibus afficitur.vt reſpondit Decius in conſi.cv.nu-
me.4.Alciatus in d.præſump.xiij.nu.2.quos ſecutus ſum in
conſi.xxxvij.nu.134.
Hinc intelligimus, veram eſſe ſententiam illorum, qui
4 dixerunt,clauſulas†ſcriptas in teſtamento,vt codicillarem
& ſimiles, à notario cenſeri appoſitam voluntate ipſius te-
ſtatoris,ſic ſanè aduerſus Bar.in l.j.nu.10.ff.de iure cod.af-
firmarunt tres& viginti Doctores,quos enumeraui & ſecu-
tus ſum in d.conſi.xxxvij.nu.131.& ibi nu.135.& 136.con-
futaui diſtinctionem Alciati,conſtituentis differentiam in-
ter clauſulas contractuum & vltimarum voluntatum. Et
quanquam in eodem conſil.xxxvij.nu.156.ſcripſerim mul-
tos ſecutos fuiſſe Bart.in d.l.j.nume.10.de iure cod.nempè
Barbatiam,Socinum Seniorem,Decium,Bertrandum, Ri-
pam,Curtium Iuniorem, Socinum Iuniorem, Rubeum, &
Grammaticum,attamen ibidem in col.vlt. ſcripſi, commu-
nem opinionem eſſe aduerſus Bar.qua de re dicemus etiam
infrà lib.iiij.in præſumpt.lxxxiiij.vbi agemus de hac clau-
ſula codicillari.
5 Ita quoque dicimus,præſumi pro notario † qui aſſeruit
in inſtrumento fideiuſſionis factæ à muliere, ſe eam certio-
raſſe de beneficio S.C.Velleiani.Ita communem eſſe opi-
nionem teſtatur Alciatus in d.præſumpt.xiij.nu.3.quam &
ego ipſe ſecutus ſum in dicto conſi.xxxvij.nu.145.Sic pari-
6 ter præſumitur crediturque notario†aſſerẽti partes ita egiſ-
ſe & contraxiſſe,ex certa ſcientia,ſicuti reſponderunt Iaſon
in conſi.cxxxvij.nu.5.lib.iiij.Soci.Sen.in conſil.xl.col.iiij.
lib.j.& in conſi.ccxliiij.col.v.lib.ij.Dec.in conſil.ccccviij.
nu.4.& idem ſcripſit Alcia.in d.præſump.xiij.nu.4.& acce-
dunt alij quos ſecutus ſum in conſi.xxxvij.nu.132.Ita pari-
7 ter prȩſumitur pro notario eique fides adhibetur,quod†di-
cta in vna parte inſtrumẽti ſint repetita in alia parte, vt ſcri-
pſi in lib.ij.de arbitrariis iudicum.caſu lxiiij.n.5.Sic etiam
8 creditur notario,cum in inſtrumento ſcripſit, † teſtes fuiſſe
ſpecialiter vocatos & rogatos,vt reſpõderunt Rui.in conſi.
cliij.nu.7.lib.iij.& Pariſ.in conſi.lxj.nu.3.lib.iij.
9 Ita quoque creditur notario†aſſerẽti alios notarios, qui
vnà ſecum receperunt inſtrumentum,rogatos fuiſſe,vt affir-
marunt Rui.in conſi.xiij.nu.26.libr.ij.Boer.in q.xxxv. col.
vlt.& Roland.in conſi.xliiij.nu.42.lib.j.
10 Imò creditur etiam ipſi notario,†de ſuo proprio rogitu,
quod ſcilicet ipſe fuerit rogatus recipere & conſcribere ip-
ſum inſtrumentum.vt aliorum auctoritate reſpondit Pariſ.
in conſi.ciiij.nu.72.lib.j.& in conſi.xxvij.nu.12.& in conſi.
xxviij.nu.52.lib.ij.
Extenditur primò,vt locum habeat etiam ſi alias†nota-
11 rius eſſet perſona idiota.Ita Alciat.in d.præſump.xiij.nu.2.
ex ſententia Roma.in conſil.clxxix.qui meo in codice hoc
non ſcripſit.
Extenditur ſecundò, vt locum non habeat hæc præſum-
12 ptio†etiam ſi reperiatur aliter ſcriptum quàm dictũ. Nam
adhuc pro ipſo notario præſumitur,quod ſcilicet non falsò,
ſed per errorem ſcripſerit.Ita tradunt Barto.in l.quoties.§.
j.nu.3.ff.de hæred.inſtitu.& in l.ſi librarius.ff.de regulis iu-
ris.Anc.in conſ.cclxxxv.n.3.Comẽſ..in conſi.cxxxv.col.ij.
ver.cæterum non obſtantibus Aret.in conſi.xlvij.nu.3.Alc.
in conſi.xl.nu.4.lib.j.Barb.in conſi.xxix.col.iij.libr.j.Dec.
in d.l.ſi librarius.in fi.in conſi.clxxv.nu.5.Marſi.in l.j.nu.9.
C.ad l.Corneliam de falſis.& in conſ.lxxvij.nu.12.Boer.q.
cxv.nu.3.Gomeſ.in §.item,ſi quis in fraudem.nu.25.in fin.
in inſti.de actio.& Gramma.in dec.lx.nu.7.
13 Hæc tamen extenſio intelligitur,niſi notarius † iſte aliàs
fuiſſet malus. Nam tunc in eo potius præſumitur dolus quã
error.vt ſcripſit Baldus in d.l.quoties.§.j.ff.de hæred.inſti.
Ita quoque dolus in eo præſumitur,quando omiſit adhibe-
re ſolennitates,quæ ab eo & aliis,communiter ſolent adhi-
beri.Ita tradit Alciatus in d.præſump.xiij.num.9.Prædicta
14 tamen declarantur,quando notarius ſtatim † correxit erro-
rem,antequam inſtrumentum tradidit partibus. Ita Socin.
Sen.in conſi.xcviij.nu.10.lib.iij.
Extenditur tertiò,vt procedat etiam quãdo teſtis exami-
natus in cauſa ciuili,contradiceret notario,aſſerendo,ſe ali-
ter depoſuiſſe & atteſtatum fuiſſe,quàm fuerit ſcriptũ.Nam
15 adhuc pro notario præſumitur,& ideò præualet eius † ſcri-
ptura contradictioni teſtis.Ita Specu.in tit.de teſte.§.j.ver.
ſed pone.Abb.in c.cum cauſam.il j.& ibidem Feli.in fin.de
teſtib.Idem Abb.in c.ad audientiam.nu.7.de præſcr.Alex.
in conſi.lxxiiij.libr.vij.Alc.in d.præſum.xiij.in fi.& Didac.
in lib.ij.var.reſol.c.xiij.nu.10.Qui quidem omnes intelli-
gunt,(vt diximus)in cauſis ciuilibus ſecus in criminalibus,
in quibus contradictione teſtis, fides notarij vacillare di-
16 citur : niſi vnà cum notario † adeſſet ſcriptoris teſtimo-
nium, cui mandatum fuiſſet ſcribi atteſtationes. Nam tunc
etiam in cauſis criminalibus præualebit notarij aſſertio.Ita
Alciatus præcitato in loco,qui affirmat, ita obſeruari in iu-
diciis vidiſſe.
Declaratur primò,vt locum habeat hæc præſumptio,
quo ad



17 quo ad ea,quæ geſta ſunt†coram ipſo notario:Nam de illis
notario creditur:ſed ſecus eſt de geſtis ab ipſomet notario,
Ita Iaſon in l.ſanum mente.numero 4.C.de tranſactio.& in
conſi.lxij.nume.3.lib.j.Afflictus in deciſ.ccxlv. numero 7.
Marſilius in ſingu.cccclxij.Pariſius in conſil.xlvj.nu.8.& in
conſil.v.nu.6.lib.iij.Boerius in quæſtio.xxiij.nu.73.Crauc.
in conſ.lxxxviij.nu.20.& in conſi.ccxl.nu.2.Exemplum af-
ferri ſolet in notario atteſtante teſtatorem fuiſſe ſanæ men-
tis quando teſtamentum confecit.Ita quoque atteſtari non
poteſt de geſtis ab aliis, vt decidit Afflictus vbi ſupra. Ita
quoque non creditur notario aſſerenti in inſtrumento ali-
quem abeſſe à ciuitate,vt reſpõdit Craue.in d.cõſi.lxxxviij.
nu.20.alia exempla ſciens omitto.
Declaratur ſecundò,vt non procedat hæc præſumptio,
18 quoad commiſſionem & † mandatum ipſi notario factum;
vt puta ſi mandatum ei fuit quod examinet teſtes. Nõ enim
de ea cõmiſſione poteſt ipſe notarius eſſe rogatus.Ita Bald.
in l.iudices.in fine.C.de fide inſtru.Barba.in conſi.cxviij.in
fi.lib.iij.Decius in conſi.xlij.num.5.qui reſpondit de com-
miſſione facta notario accedendi ad confines, & eos deter-
minandi,& ſimili in caſu idem Decius in conſi.clix.nu.8.&
in cap.quoniam contra.nu.45.de probat.Ruinus in conſil.
lxviij.nume.17.in conſilio lxix.nu.10,& in conſil.clxxxix.
numer.6.& 7.libr.j.& idem reſpondit Pariſius in conſil.lxj.
nume.7.lib.iiij.
19 Hæc tamen declaratio locum non habet,quò † ad execu-
tionem ipſius cõmiſſionis,pro qua ei adhiberi debet fides.
Ita Decius in d.conſi.xlij.nu.5.poſt Bald.in d.l.iudices.Et
20 rurſus non habet locũ hæc declaratio†quando ex ſtylo cu-
riæ adhiberi ſolet fides notario de commiſſione ſibi facta:
ſicuti de ſtylo Rotæ Romanæ atteſtatur Verallus in deciſi.
cclxvj.in ſecunda parte.
Declaratur tertiò,vt locum non habeat hæc prȩſumptio,
21 †quando aliter reperitur ſcriptum in originali quàm in au-
thentico. Nam tunc non creditur notario, quod authentico
ſtandum ſit.Ita reſpondit in conſi.ccccxxxj.nu.2.

## PRAESVMP. LXXX.

Inſtrumenti exemplationem,à notario ſolenniter factam præſumi.

### SVMMARIVM.

*1 Inſtrumenti exemplationem rite & ſolenniter factã à notario cur non præſumatur.Id autem ob temporis antiquitatem non procedere. numero 2.*
*Et quod ſit illud tempus antiquum.nu.3.*

NOn eſt incongruus hic locus, vt differa-
mus, quando exemplatio inſtrumenti facta
à notario,præſumatur ſolenniter facta. Qua
in re pro regula conſtituendum eſt, hanc
1 exemplationem†non præſumi ritè & ſolen-
niter factam:Cum ſit ſolennitas extrinſeca,
quæ non præſumitur adhibita in actu.l.quæcunque.§.vlti.
ff.de publicia.in rem actio.& multis comprobabimus ſub-
ſequenti in libro in præſum.lxviij.vbi explicabimus,quãdo
præſumatur ſolennitas extrinſeca.
2 Declaratur primò,non habere locum ob temporis†anti-
quitatem & diuturnitatem. Nam tũc exemplatio præſumi-
tur à notario ſolenniter facta; vt puta vocata parte, & aliis,
ſeruatis quæ ſeruari ſolent.Ita Ho.Io.Andreæ, Butrius,Bal.
Aretinus,Guido Papæ,Corneus,Iaſon,& Dec.quos recen-
ſet & ſequitur Crauetta in tract.de antiq.temporum.in ter-
tia parte principali,in prima particula,quȩ incipit,vidimus,
nu.12.Et illis accedunt Corn.in conſil.clviij.col.ij.Floria-
nus in l.ij.ff.de fide inſtr.Alex.in conſi.50.col.ij.lib.v.& in
conſi.cj.col.j.lib.vij.Soc.Sen.in conſi.clxxxvij.lib.ij.Affli
ctus in deciſ.ccclxviij.nu.6.Boer.in quæſt. cclxxxj. nu. 15.
Pariſ.in conſi.ciiij.nu.43.libr.j.Moderni Pariſien. in com-
mentariis ad conſuetudines Pariſienſes ti.j.§.v.nume.59.&
Didacus libro pract.quæſtionum.c.xxj.nu.6.ver.ſed & pro
3 pter.Quod autem tempus†antiquũ hoc in caſu dici debeat,
explicant Crauetta & Didacus præcitatis in locis.

## PRAESVMP. LXXXI.

Notarius quando præſumatur rogatus de eo inſtrumento,quod conſcriptum ab eo apparet,diligenter explanatur.

### SVMMARIVM.

*1 Notarius in dubio de inſtrumento conſcripto,non præſumitur rogatus. Et quæ ſit ratio.nu.2.& 3.*
*4 Facta præſumuntur cum ſolita ſunt fieri,& quomodo.nu.6.*
*5 Notarium de inſtrumento rogatum præſumi,malè defendunt aliqui.*
*7 Notarium rogatum de inſtrumento præſumitur, vbi aliqua extarent eius rei coniectura,quæ autem ſint illæ coniecturæ.nu.8.10.11.12.& aliis ſeq.*
*Ab hac tamen opinione diſſentit Bal.nu.13.*
*9 Publicatio inſtrumenti facta à notario includit rogitum.*
*15 Signum tabellionis appoſitum,ſignificat actum à partibus perfectum & abſolutum.*
*16 Notarium de inſtrumento rogatum ex coniecturis præſumi,verum eſt, ſi penes ipſum reperiatur,ſecus ſi vel apud alteram ex contrahentibus partem,vel perſonam aliam priuatam.*

DVbitari ſæpè contingit, an & quando no-
tarius præſumatur rogatus cõficere inſtrumen-
tum, quod cõſcriptum reperitur? Qua in re ſta-
tuenda eſt nobis illa iuris ſententia, quæ & cre-
1 brior & verior eſt,in dubio † notarium non præſumi roga-
tum.Ita equidem ſcripſit Inno.in cap.j.de fid.inſtru,nume.
7.de fide inſtru.qui ob id docuit,quod ſi mortuus eſſet ipſe
notarius,vel viuens non recordaretur,ſe de eo rogatum,non
poſſet illa ſcriptura in publicam formam redigi.Cum Inno-
centio ſenſerunt Bart.in l.ſi quis ex argentariis.§.ſi initium.
in ij.lect.nu.29.ff.de edend.& in l.ſciendum.numero 11.ff.
de verborum obligatio.& ibidem Ange.Imola & Alexand.
eo etiam loci hanc eſſe communem aſſeruit, Iaſon numero
40.etſi ipſe (vt infra referam) diſſentiat. His accedunt An-
gelus in conſi.ccxx.nu.1.in conſi.cclxxv.nu.2.& in conſilio
cccc.nu.3 Alb.in rub.C.de fide inſtr.in ſi.Butrius in cap.j.
col.iij.de fide inſtru.Alexand.in conſi.cliij.nu.9.lib.ij.& in
conſi.xlviij.nu.4.lib.v.Corne.in cõſi.lxx.nu.4.lib.iiij.Tho-
mas Faſtoli cauſa ſeu deciſ.j.in ij.dubio.Hanc eſſe commu-
nem aſſeruit Deç.in c.j.nu.20.de fide inſtr.& Boer.q.xxxv.
col.vlt.Eandem probarunt Pariſius in cõſil.ciiij.nu.72.lib.
j.in conſi.xxvij.nume.17.conſi.xxviij.nu.52.libr.ij.& Ro-
landus in conſ.xliij.nu.26.& nu.42.lib.j.Neuiz. cõſi.xxvj.
nu.41.Rubeus in conſi.xiiij.nu.2,Rimi.Iun.in l.ſi emanci-
pati.nu.55.C.de collat.
Primò ea ratione atque argumento hi mouentur, quòd
2 ea,quæ†ſunt ſolennitatis extrinſecȩ non præſumũtur.l.quȩ-
cunque.§.vlt.ff.de publicia.in rem actio.Atqui quod nota-
rius rogatus ſit,extrinſecæ ſolennitatis eſt. Ergo notarius
rogatus non præſumitur.Nec huic ſatis ſolidæ argumenta-
tioni officit, ſi dicatur imò ſolennitatem extrinſecam præ-
ſumi,vt multis probat Alberic.in rubric.C.de fide inſtrum.
columna vltima.qui ad d.l.quæcunque.§.vltimo.reſpondet
procedere fauore pupilli.Nam reſpondetur receptam & ve-
ram eſſe ſententiam, quòd imò extrinſeca ſolennitas non
præſumitur , ſicuti ſcribunt ferè omnes in l.ſciendum. de
verbor.obligat.& abundè explicaui ſuprà.Non etiam repu-
gnat quod ſaltem ſolennitas extrinſeca præſumatur ob pro-
bitatem perſonæ exercentis actum.Ita docuit Abb.in capi.
fraternitatis.in fine,de teſtib.& atteſta.& clarius in cap.niſi
eſſent.nu.3.de præben.cùm inquit, clericum ordinatum ab
Epiſcopo,optimæ probatæque vitæ præſumi ſolenniter or-
dinatum,& ſubiungit quod ob id nonnunquam(ita enim in
codice Abbatis,qui corruptus circumfertur,legendum eſt)
ſolennitas extrinſeca præſumitur ob probitatem perſonæ.
Notarium autem eſſe perſonam probatæ vitæ,cùm è publi-
co probatus ſit,vt alias diximus.Hinc Didacus libro Pract.
quæſtio.capit.xix.numer.5.ſcribit,infamem notarium eſſe
non poſſe.Boer.quæſtion. ccxxij. numero 8. Non inquam
hæc conſideratio repugnat,quandoquidem Abbatis tradi-
tiones procedunt & intelliguntur, cum de modico præiu-
dicio

dicio agitur. ita declarat Ioã. Crotus in l. ſciendum. numero 18. de verborum obligat. & ſcripſi ſupra. Cum ergo noſtro in caſu maximum verſetur præiudicium, nempè de fide adhibenda ſcripturæ, dicendum eſt hanc rogitus ſolennitatem extrinſecam non præſumi.

3 Secundò adfertur ratio hæc, † rogitus non eſt quid iuris, ſed quid facti, vt re ipſa conſtat. Atqui ea, quæ facti ſunt, non præſumuntur. l. in bello. §. factæ. ff. de cap. & poſtlim. reuerſ. Ergo notarius non præſumitur rogatus. Hoc argumento in ſpecie vſus eſt Angel. in conſi. ccxx. numer. 1. Nec
4 obſtat quod † facta præſumuntur, cùm ſolita ſunt fieri. l. vlti. ad finem. C. de fideiuſſo. & in ſpecie ſcribunt Bald. in rubri. C. de fide inſtr. nu. 8. & Iaſon in l. ſciendum. col. j. ver. reſpõde melius. de verborum obligatio. Nam huic obiectioni infra ſatisfaciam.

Tertiò allegatur tex. l. vlt. §. ſin autem dubius. in fi. C. de iure deliber. in illis verbis, & iubente eo Tabularium pro ſe ſcribere. Et eo loci Alb. nu. 11. in fi. in ſpecie annotauit tex. hunc in hanc ipſam ſententiam.

Verùm (vt dicam, quod ſentio) nil ad rem confert hic locus. Si quidem hæc duo ſunt ſeparata, quod notarius debeat eſſe rogatus, & quod rogatus præſumatur. Non enim dubiũ eſt, quin rogatus eſſe debeat. §. nos autem. in authen. de Tabell. Et ob id dicimus, notarium nil penitus ex ſuo capite ſcribere vel poſſe, vel debere. Sicuti multis probaui in conſilio trigeſimoſeptimo. numero 105. & tradunt Afflictus deciſi. ccxlv. numero 8. in fine. & Boer. quæſtio. xxxv. nume. 1. & 2. Hoc caſu loquitur tex. dicto §. ſin autem dubius, cum vult notarium conſcribentem inuentarium, id facere debere rogante hærede. Nos autem diſputamus, an præſumatur notarius rogatus (præſupponimus enim rogitũ eſſe neceſſarium, cum diſputamus, an præſumatur.) Atque ita ſentiũt glo. in d. §. nos autem Barto. in d. l. ſi quis ex argentariis. § ſi initium. ij. lect. nu. 29. ff. de eden. Iaſ. in d. l. ſciendũ. n. 40. de ver. obli. dum ante omnia præſupponunt, notarium debere eſſe rogatum, deinde diſputant, an notarius præſumatur rogatus ſcripſiſſe, quod ſcriptum reperitur. Hæc itaq; recepta & vera iuris ſententia, rectius fulcitur duobus illis, iam relatis priore loco, argumentis.

Contrariam ergo opinionem, quod ſcilicet in dubio no-
5 tarius † præſumatur rogatus, malè firmarunt Accurſius & Iacobinus Beluiſius in §. nos. in auth. de tabellio. Specu. in tit. de inſtrumen. editio. §. primo. nu. 44. Et idem ſenſit cum his vno verbo Bartol. in l. Dominus. numero 2. ff. de teſta. Baldus in conſi. clviij. ſi inuenitur. in fine. lib. ij. idem Baldus in auth. rogati. C. de teſtib. & ibidem Salicetus. col. j. verſi. tertio fortius facit. idem Bald. in rub. C. de fide inſtr. nu. 8. & in l. j. nu. 18. C. de fide inſtr. & iure haſtæ fiſcal. lib. x. Bellamera dec. cclxvij. Capella Tholoſana. q. clxxxiij. Aret. in l. ſciẽdum. nu. 15. ver. aduerte. ff. de verbo. obli. & ibidem Iaſ. nu. 40. & Chriſtophorus Caſtellion. nu. 26. & Buttigela. nu. 59. & Decius in conſilio xj. nume. 17. verſicu. & iſta concluſio. Anton. de Prato veteri inter conſilia Alexand. conſil. lxxiij. nu. 7. lib. j.

Primò mouetur Accur. in d. §. nos autem, argumento ducto in ſimili: ex tex. in §. ſi ita ſcriptum. inſti. de inutil. ſtip. & §. vlt. inſti. de fideiuſ.

Secundò ea ratione alij vtuntur; quod notarius ſcribere nil poteſt tanquam notarius, niſi à partibus rogatus ſit d. §. nos autẽ in auth. de tabell. & diximus ſuprà. Atqui notario fides adhibetur, cum ſit perſona publicè approbata, vt clarum eſt. Ergo cùm notarius ait, ſe ſcripſiſſe, præſumendum eſt, quod rogatus ſcripſerit: ne aliàs malè & contra officium ſuum aliquid egiſſe videatur, iuxta ea, quæ ſcripſi in conſil. xxxvij. nu. 108. & in ſpecie ita conſiderat Card. Zabarel. in conſi. cxxxiij. col. ij. ver. item pro hoc. Et confirmat Iaſ. in d. l. ſciendum. nu. 40. ver. quid tenendum. de ver. obl. cum ſcripſit, quod ſicuti notarius præſumitur rogatus, quando dixit publicaui, ita etiam debemus dicere, quod rogatus præſumitur, ſi dixit, ſe ſcripſiſſe: ex quo ſemper vt notarius id egiſſe dicitur.

Verùm hæc argumentatio egreditur terminos noſtræ diſputationis; quæ quidem illa eſt, quando nulla extat cõiectura, qua dicere poſſimus hunc notarium fuiſſe rogatum. Atqui dicere, ſe vt notarium ſcripſiſſe ſignificat, ſe rogatũ; quia ſi rogatus non eſſet, tanquam priuatus diceretur ſcripſiſſe. Et hoc apertius conſtat ex ratione, qua vſus eſt Iaſon, contra quẽ illa probè retorqueri poteſt. Et in ſpecie noſtra ita etiam conſiderat Dec. in c. j. numer. 20. de fide inſtr. poſt Alex. in conſi. xlviij. nu. 4. lib. v.

Tertiò adfertur hoc argumentum, Notarius non conſueuit ſcribere niſi rogatus, iuxtà d. §. nos autem. At qui ſolitus ſcribere, ſi ſcribit, ob vim illius conſuetudinis præſumitur ſcribere. l. vel vniuerſorum. ff. de pigno. actio. & l. Titianus. ff. quod cum eo. & ſimili in caſu de argentario, & ſimilibus quorum officium eſt ſcribere, docuit Bartol. in l. prima. nume. 5. C. de edend. Ergo præſumitur quod notarius rogatus ſcripſerit. Accedit, quod factum præſumitur id, quod fieri conſueuit. l. vltim. C. de fideiuſſo. Ita in ſpecie Baldus conſiderat in rubric. C. de fide inſtrument. numero 8. Cæterùm facilè reſponderi poteſt, quod tunc demum ita præſumitur
6 factum † vt conſueuit fieri, ſi ſit in vim illius conſuetudinis, ſi enim notarius ſcribit tanquam notarius, tunc præſumitur rogitus, quia aliter ſcribere notarius non conſueuit: ſed hæc non eſt noſtra diſceptatio: de eo enim contendimus, qui potuit ſcribere vt notarius, & vt priuatus; cum ignoretur quomodo ſcripſerit; nos dicimus non ſcripſiſſe vt notarium, cum de rogitu, qui extrinſecæ ſolennitatis eſt, non appareat. Nec obſtat ille textus dicta l. vltima. C. de fideiuſ. quia non probat conſiderationem illam Baldi, ſicuti aduertit poſt alios Riminal. Iunior in dicta l. ſi emancipati. numero 56. C. de collat.

Quartò mouetur Baldus in rubric. C. de fide inſtrument. nume. 8. ea ratione, quod ob artis peritiam ſolennitas adhibita præſumitur in actu geſto. ex l. j. C. de vſuris. At notarius peritus præſumitur, cum vt talis approbatus ſit, & in ſpecie reſpondi in conſil. xxxvij. Ergo præſumitur, quod rogatus ſcripſerit. Eadem reſponſione, qua vſi ſumus ſupra confutari poteſt hæc argumentatio; nos ſcilicet diſputare; quando verè ignoramus, an confecta ſcriptura fuerit ſcripta tãquam à notario, vel tanquam à priuato. Et dicimus, non præſumi ſcriptam vt à notario, ex quo de rogitu non conſtat, nec aliqua extat coniectura, qua dicere poſſimus, eum ex ſpeciali quadam ſui perſona ſcripſiſſe.

Quintò hoc argumento vſus eſt Iaſon in d. l. ſciendum. nume. 40. in fine. de verbo. obliga. argumentari licet in hac materia à teſte ad notarium; cũ teſtis ita rogandus ſit vt notarius, cum de ſubſcriptione ab ipſo teſte facienda agitur, authen. rogati. C. de teſtibus. & ibi Baldus & cæteri. At qui quando teſtis ſubſcripſit inſtrumento, præſumitur, quod rogatus ſcripſerit. ita docuit Bartol. in dicta l. ſciendum, & ibi cæteri ſecuti ſunt. idem Bartolus in lege Domitius. ff. de teſtamen. Ergo multò magis rogatus præſumitur notarius, qui eſt perſona publica, cuique maior fides adhibetur. Cæterum ſatisfacit huic obici, ipſemet Iaſon in dicta l. ſciendum. numer. 40. in fine. cùm ait, & rectè, Bartolum loqui de teſte, qui ſe ſubſcripſit præſentibus partibus ſcientibuſque, vel teſtatore præſente ſciẽteque, ob id rogatus præſumitur. Nos verò loquimur cùm ſcriptura ita ſimpliciter à notario ſcripta reperitur, & ignoratur, an præſentibus ſcientibuſque partibus conſcripta fuerit, ſi enim conſtaret notarium ſcripſiſſe præſentibus contrahentibus, & actum fuiſſe perfectũ, præſumeretur rogatus à cõtrahentibus ipſis, ſicuti in teſte diximus. Et in ſpecie reſpondit Decius in conſilio xj. nu. 17. verſi. quinto, quod notarij. His manifeſtè conſtat illam magis receptam Innocentij ſententiam eſſe veram; Quocircà ſi reperitur aliqua ſcriptura manu notarij conſcripta, extrà tamen eius protocollum, releuari ſeu redigi in publicam formam non poterit: id quod in ſpecie reſpondit Angel. in dicto conſilio ccxx. & in conſilio cclxxv. & alij plures ex ſuprà relatis.

Receditur à præſumptione hac, quando in contrarium
7 † extat aliqua coniectura, quæ ſignificet, notarium fuiſſe rogatum, coniecturæ hæ plures conſiderari poſſunt.
8 Prima eſt, cùm ſcriptum reperitur, † quod notarius dixit, ſe illud inſtrumentum publicaſſe. Nam tunc præſumitur, quod rogatus illud ſcripſerit. Ita docuit Bartolus in dicta l. ſciendum. nume. 11. de ver. oblig. & ibidem Iaſon. num. 39. eiuſdem opinionis recenſet Angelum, & Imol. ibi & Bald. in l. j. C. de fide inſtrumen. & iure haſtæ fiſca. lib. x. nec non

Butrium



Butrium & Abbatem in ca. j. de fide inſtr. Quibus accedunt Ang. in d. conſi. cclxxv. nu. 2. & Cor. in conſi. lxx. nu. 4. libro iiij. Dec. in c. j. nu. 20. de fide inſtr. Pariſ. in conſi. ciiij. num. 72. lib. j. Rolan. in conſi. xliiij. nu. 48. lib. j. Alci. & Io. Bolognetus in l. ſciendum. ille nu. 24. iſte nu. 248. de verb. oblig. Rimi. Iun. in l. ſi emancipati. nu. 57. C. de colla. Ea eſt huius coniecturæ ratio, quam perpendit Bart. in d. l. ſciendum. nu.
9 11. vbi & Alc. nu. 24. quia † publicatio in ſe rogitũ includit, & ideò ipſe rogitus dicitur eſſe de ſolennitate intrinſeca publicationis: cum ergo notarius aſſerit, ſe publicaſſe, aſſerit etiam, ſe de eo eſſe rogatum. His conſtat male reſpondiſſe Corneum ſibi contrarium in conſil. ccxxvj. nume. 5. libr. iij. & cum eo Paridem in cõſil. xxvij. nu. 16. lib. ij. Bolognetum in d. l. ſciendum. nu. 249. cùm dixerunt, hanc clauſulam nil operari, quia adhiberi potuit à notario, cum crederet, quod pars conſentire deberet, & quod de eo inſtrumento deberet eſſe rogatus. malè inquam reſpondit, quia non ſolent notarij adhibere hanc clauſulam, niſi actu perfecto & adhibito partium conſenſu. Et ideò in praxi erit iſte ſtylus & mos probandus, vt & reddatur clarior.
10 Secunda eſt coniectura † cùm ſcriptum ita reperitur, actum, &c. Nam hæc verba ſignificant notarium fuiſſe de eo rogatum, ita in ſpecie reſpondit Cardinalis Zabarella in conſi. cxxxiij. col. ij. ver. ſic ergo, &c. Caſtren. in l. ſi is qui. ff. de teſt. & cum eo Alex. in conſi. xiiij. nu. 6. & in fi. lib. vj. Par. conſi. lxj. nu. 7. lib. iij. & Rola. in cõſi. xliiij. nu. 43. lib. j. Cur. Iun. in conſil. clxij. col. ij. ver. confirmantur. Neuiz. conſilio xxiiij. nu. 7. & cõſi. xxvj. nu. 42. qui & alios recenſet. Rubeus in conſi. xiiij. nu. 8.

Ea eſt ratio, quod hæc clauſula actum, &c. ſignificat inſtrumenti perfectionem, atque publicationem, vt tradunt Caſtr. in conſi. cxj. Viſis & põderatis, quæ ſupraſcripta, col. j. verſi. breuiter in conſi. ccxcij. Quia in puncto. col. ij. verſi. prætereà. libr. j. Soc. Sen. in conſil. cxlij. col. ij. libr. j. Iaſ. in l. Gallus. §. idem credendum. in fi. de liber. & poſthu. Neuiza. d. conſi. xxvj. nu. 42. Quæ ſanè perfectio non adeſſet, ſi rogitu careret inſtrumentum. Cæterùm hanc coniecturam non admittit Angel. in conſi. cccc. numer. 3. Si quidem (ait ille) habent hæc verba ſenſum hunc, quod eo præſente, ita à partibus fuit actum & diſpoſitum. Reſponderi facilè poteſt, quod imò eum habent ſenſum, quod inſtrumentum fuerit perfectè confectum atque ita à ſe receptum, vt dicunt relati interpretes ſcriptum: Cum non conſueuerint notarij in inſtrumentis à ſe non receptis rogatiſque, eam adhibere clauſulam. Et ita rem conſiderando ceſſat, quod reſpondit ſibi parum conſtans Pariſius in conſi. xxvij. nume. 16. lib. ij. poſt Cor. conſi. ccxxvj. nu. 5. lib. ij. hanc clauſulam, actum &c. nõ ſignificare rogitum quia fieri poteſt, quod no. ita ſcripſerit, credens, quod partes inuicem cõſentient: Non ergo ex hoc ſequitur concludens argumentum quod conſenſerint: Ceſſat inquam hæc conſideratio, quia mos eſt notariorum, non apponere hanc clauſulam niſi re perfecta & abſoluta, vt etiã ſupra declaraui ad clauſulam publicaui, &c. Quæ ſanè clauſula vim hanc habet, cùm in fine conſcripti inſtrumenti adhibita fuit, non autem quando in illius initio. ita declarant Caſtren. in dicta l. hac conſultiſſima. in fine. C. de teſta. Alexander & alij ſupra relati, quos ſecutus eſt Rolandus in conſilio xliiij. nu. 43. lib. j. Quinimò etiam ſi in initio appoſita ſit, eundem effectum parit, vt ex aliorum ſententia reſpondit Neuiz. in conſi. xxvj. nume. 42. Ego hac in re opinor eſſe ſpectandam conſuetudinem notariorum illius regionis, an ſcilicet adhibeant hanc clauſulam in prin. vel in fine inſtrumenti, actu ipſo abſoluto & perfecto.
11 Tertia eſt coniectura, cum ſcriptum eſt, teſtibus præſentibus rogatis, &c. Nam hæc verba ſignificant notariũ fuiſſe de eo inſtrumento rogatum. Ita reſpondit Neuiz. in conſil. xxiiij. nu. 7. & conſi. xxvj. nu. 43. ex ſententia Alex. in conſil. xiiij. nu. 32. lib. vj. Rimi. Iun. in d. l. ſi emancipati. numer. 58. C. de colla.
12 Quarta eſt coniectura, quando ita † ſcriptum reperitur: Ego Sempronius notarius ſcripſi. His verbis demonſtratur, quod rogatus fuit. Ita affirmarunt Barto. Angel. Imola & Alexand. in dicta l. ſciendum. de verb. oblig. quos ibi recenſet Iaſon nume. 39. ad finem & Alciatus ibidem. nu. 42. Quibus addo Cardin. Zabarellam, quem mox referam. Ea eſt huius ſententiæ ratio, quia exprimendo nomen officij, videtur ex qualitate ſuæ perſonæ ita feciſſe.
13 Verùm ab hac ſententia † diſſentiunt Bald. in l. prima. nume. 22. C. de fide inſtr. & iure haſtæ fiſcal. lib. x. & Iaſ. in d. l. ſciendum. nu. 39. de verb. obliga. Corne. in conſi. cxcj. nu. 1. libro j. qui ita etiam intelligit Imolam in d. l. ſciendum. vbi etiam Io. Bologne. nu. 249. opinatur hanc eſſe veriorem. Ea ratione vſus eſt Bal. quia quando inſtrumentum conficitur, & illud iam notarius ſcripſit, non ſufficit quod ſcriptum ſit, ſed conſtare debet etiam lectum fuiſſe coram partibus, & quod illæ conſenſerint, ſicuti ſcribunt gloſſa & Bart. in l. ſi deicõmiſſa. §. j. de leg. iij. & multos recenſui in cõſil. xxxvij. nu. 122. Et ſi ergo ex his verbis, Ego Sempronius notarius ſcripſi, poſſit conſtare eum ſcripſiſſe, non tamen dicitur conſtare, quod coram partibus legerit & quod illæ cõſenſerint. Reſponderi huic conſiderationi poteſt ex ratione, qua vſi ſunt Barto. & ſequaces, quod ſcilicet, non poſſumus dicere notarium ſcripſiſſe tanquam notarium, niſi etiam concedamus adhibitas fuiſſe ab eo omnes ſolennitates, quæ requiruntur ad confectionem publici inſtrumenti, & ideo præſumitur lectum atque publicatum coram ipſis partibus, & illas conſenſiſſe. Non etiam vrget illa conſideratio Bolog. in d. l. ſciendum. nu. 250. cum ait, quòd hæc coniectura procedit etiam quãdo ita ſcriptum eſt; Ego Sempronius notarius &c. Nam etſi deficiat illud verbum, ſcripſi, attamen ob vim illius clauſulæ ſeu dictionis, & cætera, ſubintelligitur ſcripſi. Ita in ſpecie reſpondit Card. Zabar. in conſi. cxxxiij. col. ij. verſi. aliter reſpondemus. Idem eſt ſi notarius ita ſcripſit, Ego Sempronius notarius recepi, &c. Ita reſpondit Rolan. in conſi. xliiij. nu. 44. lib. j. Qui nu. 46. & nu. 47. idem reſpõdit, quãdo adeſt illa clauſula. Et inde &c. Idem eſt cum ſcriptum ita fuit, Ego Sempronius notarius ſcripſi, &c. Illa dictio, &c. arguit, quod fuerit rogatus. Ita Ang. in cõſi. cclxxv. Boer. q. xxxv. in fin. Riminal. Iunior in d. l. ſi emancipati. nu. 58. C. de collat.
14 Quinta eſt coniectura † quãdo notarius adhibuit ſignum ſui tabellionatus. Nam & ſi tunc ſimpliciter dixerit, ſe ſcripſiſſe, idque nil concludat: attamen ſigni appoſitio ſignificat actum fuiſſe perfectum & inſtrumentum à ſe rogatum. Ita docuit Bald. in l. j. nume. 22. C. de fide inſtrumen. & iure haſtæ fiſcal. lib. x. quem ſecuti ſunt Iaſon in dicta l. ſciendũ. nume. 39. & ibi Alci. nu. 24. de verbo. oblig. idem reſpondit Alex. in conſil. xlviij. nu. 4. libr. v. motus eſt ea ratione Bald. quia ſignum notarij dicitur quidam terminus diſpoſitionis redactus in ſcriptura, ſicuti termini lapidei agrorum ſunt.
15 Vnde iſte terminus ſigni tabellionatus † ſignificat actũ abſolutum & perfectum à partibus. l. apertiſ. C. de fid. inſtr. ergo neceſſe eſt, quod ſit publicatum coram partibus & ab eis approbatum, quia aliàs non poſſet dici perfectum. Ego opinor ſigni tabellionatus appoſitionem hoc ſignificare: quia verè non conſueuerunt notarij illud adhibere, niſi perfecto & à ſe recepto rogatoque inſtrumento.

Declarantur atque intelliguntur hæ omnes coniecturæ
16 † procedere, quando inſtrumentum reperitur apud ipſum notarium: ſecus ſi apud alterum ex cõtrahentibus, vel aliam perſonam priuatam, ita declarat Cor. in cõſi. cxcj. col. j. ver. & tanto fortius. lib. j.
17 Sexta eſt coniectura, † quando ſcriptura hæc reperitur in libro Rogationum, habente titulum ſeu inſcriptionem in principio: liber rogationum mei notarij, &c. Nam tũc præſumitur quod idem notarius ſit rogatus de ea ſcriptura. Ita affirmarunt Boer. in d. q. xxxv. col. vlt. Rimi. Iun. in dicta l. ſi emancipati. nu. 59. Ea ratione adducti ſunt, quia rogitus ille cenſetur repetitus in dicta ſcriptura. Id quod copioſè declarabimus, infra.

## PRAESVMP. LXXXII.

**Diuini nominis inuocatio, an repetita præſumatur ab vno inſtrumento, in aliis ſubſequentibus.**

*SVMMARIVM.*

1 *Solennitates inſtrumentorum, dicuntur ſubſtantialia.*
2 *Solennitates inſtrumentorum nouem eſſe.*

Inuocatio

*3 Inuocatio diuini nominis facta in principio libri,præſumitur in ſubſequentibus repetita.*
*Idem de anno,& indictione.nu.4.& 5.*
*Et quid ſit de die.nu.6.*
*6 Mors non præſumitur,& eam allegans,probare debet.*
*7 Hominem centum annos vſque viuere,quomodo intelligendum.*

POSTEAQVAM explicauimus præſumptiones atque coniecturas,quæ circa fidem &,probitatem notarij verſantur,aliquas ſubiiciamus,quæ ad ſolennitates inſtrumentorum pertinēt. Per-
1 multæ autem ſunt hæ ſolennitates † quæ noſtri ſubſtantialia inſtrumenti appellant.Nam gloſſa in l.generali.C.de tabul.lib.x.commemorat octo ſubſtantialia.Rectius & ordi-
2 natius,ſicuti etiam fere vbique obſeruatur,nouem † recenſet Specul.in titul.de inſtru.editione.Primò,inuocationem Diuini nominis, Secūdò, annum eius,Tertiò,indictionem, Quartò,diem actus.Quintò nomen Imperatoris,vel Papæ, Sextò, locum, Septimò,teſtes.Octauò nomen tabellionis, Nonò ipſius tabellionis ſignum. Et Speculatorē ſecuti ſunt Bartol.(ſiue quiſquis is ſit)in repet.l.ſi quis ex argentariis. §.ſi initium.nume.61.ff.de edend.Feli.latiſſi.in cap.j.nu.2. de fide inſtru.

Dubitari itaque perſæpe ſolet,an diuini nominis inuocatio facta in vno inſtrumento repetita præſumatur in ſubſequentibus?Barto.in d.§.ſi initium,num.7.verſ.ſed poſito, ſcriptum reliquit,quod cum inuocatio hæc reſpiciat totum
3 ipſum librum notarij,nempè protocollum,facta†in principio libri præſumitur repetita in omnibus aliis inſtrumentis ſubſequentibus.Hæc enim inuocatio eſt in tota & tota in qualibet parte ipſius libri:ſicuti de ſeruitute viæ dicitur.l.ſi cui.ff.de ſer.vbi idem Bar.Et ſubiungit ipſe Bartol.in d.§.ſi initium.nu.8.in ſi.quod hæc ſolennitas inuocationis diuini nominis ſit vniformis & præſumpta in actibus cuiuſlibet Chriſtiani fidelis,ſiue opponatur in principio, ſiue in medio,ſiue in fine,ſemper intelligitur in omnibus actibus relata,vel repetita.

4 Idem de anno†qui præſumitur repetitus in ſubſequentibus inſtrumentis.Barto.in d.§.ſi initium.numer.10. qui tamen declarat,non procedere,quando ita eſſet ſcriptum anno 1575.die 20.Decembris,& deinde ſequerentur alia inſtrumenta confecta mēſe Ianuario, Februario & aliis. Nam tunc conſtat,annum illum 1575.non præſumi repetitum in ſequentibus inſtrumentis.

5 Idem dicendum eſt†de indictione, quæ poſita in principio protocolli,præſumitur repetita in inſtrumentis ſubſequentibus,reſpectu vnius anni.Ita Barto. in d.§.ſi initium, numero 13.Ruinus in conſilio clix. numero 10.libro 4. & Soc.Iun.in conſi.cxxvij.nu.3.lib.iij.Quando verè indictio eſt poſita in medio,tunc refertur ſolum ad ſubſequētia, non autem ad præcedentia.Bart.in d.§.ſi initium. nu.14. Quando verò indictio eſt poſita in fine,tunc diſtinguit Bart.in d. §.ſi initium.nume.15.& eum ſecutus eſt Ruinus in conſilio xxiij.libro quarto.

6 De die†an præſumatur repetita in ſubſequentibus inſtrumentis,latiſſime diſſerui in libro ſecundo de arbitrariis iudicum,caſu ſexageſimoquarto.& præter ibi ſcripta videndi ſunt Baldus in conſilio ccccliχ.columna ſecunda,verſicul.præterea.libro quinto. & Caſſaneus in conſilio xviij. numero 18.

## PRAESVMP. LXXXIII.

Nomen ſummi Pontificis, Cæſaris, vel alterius Principis,quod inſtrumentis à notario apponi ſolet, an præſumatur repetitum ab vno inſtrumento in aliud.

### SVMMARIVM.

*1 Imperatoris nomen in principio inſtrumenti poni debere, cur ſit conſtitutum.*
*2 Imperatoris vel Pontificis nomen poſitum in vno inſtrumento, quibus caſibus repetitum cenſeatur in ſequentibus.nu.5.*
*3 Dies & conſul æquiparantur.*
*4 Tempore vno & eodem quæ fiunt,ſimul fieri dicuntur.*

DISSERAMVS nunc de quinta ſolennitate,nempe de nomine Pontificis,vel Cæſaris,quod ſcribi debet in inſtrumento, iuxta conſtitutionem Iuſtiniani in auth.vt præponatur nomen Imperatoris,& ſcribunt omnes in rub.ff.de ope.no.nun.quod ea ratione conſtitutum creditur, vt aliqua extet apud poſteros illius memoria.

Contingit autem interdum dubitari,an nomē Pontificis vel Cæſaris,ſicque Principis,appoſitum in vno inſtrumēto, præſumatur repetitum in ſubſequētibus?Bar.in l.ſi quis ex argentariis.§.ſi initium.in repe.nu.25.ff.de edend.viſus eſt diſtinguere aliquot caſus.

Primus eſt,quando verſamur in illis caſibus,in quib.vna die,plura inſtrumenta ab illo notario recipi potuerunt:atq; ita dies appoſita in vno inſtrumento,præſumitur repetita in ſubſequētibus.Quos ſane caſus explanaui in præcitatis cō-
2 mentariis de arbitrariis iudicum.libr.ij.caſu lxiiij.His † inquam in caſibus(inquit Bartolus) multò magis nomē Pontificis,vel Cæſaris,præſumitur repetitum in ſubſequētibus. Et cum Bar.idem ſcripſerunt alij.

3 Ea ratione adductus eſt Bart.quia dies†& conſul æquiparantur in d.§.ſi initium,quemadmodum ergo dies cenſetur repetita,ita & conſul,ſicque principis nomen. Præterea & ſecundo,inquit Bart.ſi eodem die factum eſt, ſequitur q́ cenſeatur factum tempore eiuſdem Cōſulis atque ita prin-
4 cipis:Nam quæ vno & eodem†tempore fiunt,ſimul fieri dicuntur.l.in operis.ff.locati.& l.ſi fundus.§.ſi duo.ff.de pig. Rurſus & tertiò accedit,quod tēpus principatus plus complectitur quam tempus vnius diei:cum (ſicuti re ipſa experimur)principes viuant multos mēſes & annos.Si ergo tempus vnius diei præſumitur repetitum ab vno inſtrumento in ſubſequentia,quæ ea die fieri potuerunt, multò magis præſumitur repetitum tēpus principatus. Et verè hic caſus non habet multum dubitationis.

5 Secundus eſt caſus,quando liber † inſtrumentorum eſt adeo magni voluminis, ita quod impoſſibile eſt, quod vna die notarius tot inſtrumenta receperit. Hoc in caſu concludit Bart.quod illis in caſibus,in quibus dies præſumitur repetita in ſubſequentibus inſtrumētis,præſumatur etiam repetitum nomen principis.Verùm exiſtimo, vel caſum hunc nil differre à præcedenti,vel Bartol.loqui pugnantia. Cum enim dicimus diem appoſitam in primo inſtrumēto cenſeri repetitam in ſubſequentib.præſupponitur, quod veriſimile poſſibiléque ſit,illa ipſa die recepta fuiſſe tot inſtrumēta ab illo notario,ſicuti declaraui in dicto caſu,lxiiij. Et hoc modo intelligendo,vt verè intelligere debemus, hic caſus non differt à præcedenti. Si verò volumus intelligere, quando veriſimile non eſt, ſed potius impoſſibile, quod eadem die tot inſtrumēta fuerint recepta ab notario:ſicuti verè loquitur Bartol.tunc Bartol.loquitur pugnantia,cùm voluit cenſeri repetitum nomen principis, vt etiam cenſetur repetita dies.Nam dies dici nō poteſt repetita ob id, quod veriſimile non eſt eadem die tot inſtrumenta fuiſſe recepta.Rectius itaque dicendum eſt (& fortè idem voluit dicere Bartolus) quod quando plura ſunt inſtrumenta,quæ eadem die nō potuerunt rogari recipique ab illo notario, ſi in primo adſcriptum ita eſt, anno & die decima Auguſti, Imperante Rodulpho Cæſare,quod etſi illa dies non cenſetur repetita in omnibus ſubſequentibus aliis inſtrumentis, præſumitur tamen repetitum nomen Cæſaris. Et hoc quidem manifeſtè ſcripſerunt Baldus in rubrica.ff.ſoluto matrimonio. numero primo,& Iacobinus à ſancto Georgio in dicto. §. ſi initium.numero quinto.Ea eſt ratio ſecundum Bar.quia mors
6 †non præſumitur,ob id qui aliquem eſſe vita defunctum aſſerit,probare debet.l.ſecunda.§.ſi dubitetur.ff.quemadm. teſta.aperiantur,& ſcripſi in tractatu de adipiſcenda poſſeſſione,remedio quarto,& diſſeremus infrà lib.vj.præſumpt. Ille ergo,qui aſſerit nomen Imperatoris nō eſſe à primo inſtrumento repetitum,in ſubſequētib.aſſerere oīnò dicitur, Imperatorē illū eſſe deſiiſſe:ſicuti ille, qui dicit, inſtrumēta ſubſequentia non fuiſſe eadem die confecta qua primū,præſupponit diem illā effluxiſſe.Debet ergo iſte probare mortem



tem ipſius Imperatoris,& nouum Cæſarem impetrare cæpiſſe.Cæterùm,cum res hæc tota ſit cōiecturalis, plurimum tribuendum erit prudenti arbitrio iudicis, qui conſideret, an fieri poſſit pro ingenti inſtrumentorum copia, quod imperante eodem Cæſare, vel ſedente eodem Pontifice, qui vt plurimum ſenio confecti creari ſolent, ea omnia inſtrumenta fuerint ab eodem notario conſcripta.Nec erit,quod conſideret iudex ipſe,vt Bartol. dicebat, præſumi homines viuere vſque ad centeſimum annum,vt ſcribunt gl.in l.vlti. C.de ſacroſan.eccle.Nam non ita res accipienda eſt, ſed po
7 tius†fieri poſſe,hominem eam ætatem viuere, qua de re copioſè diſſeremus ī.lib.vj.præſump.lviij.

## PRAESVMP. LXXXIIII.

Locus & loci locus,in quo confectum fuit documentum, an & quando præſumatur repetitum ab vno inſtrumento,in aliis deinde ſine eis conſcriptis.

### SVMMARIVM.

*1 Inſtrumenti locus in eo adſcribi debet.Item & locus loci.nu.2.*
*3 Locus loci maxime in teſtamentis adſcribi debet,ob maius falſitatis periculum.*
*Idque etiam in teſtamentis ad pias cauſas.nu.4.*
*5 Locus in inſtrumento ſi non expreſſim,ſaltem præſumptiuè,quando præſumatur adſcriptus.nu.6.Cum declaratione.nu.7.& 9. Et nume.10. cum declaratione.nu.11.& 12.*
*8 Appellatio ab interloqutoria,pro forma requirit grauaminis expreſſionem.*
*12 Qualitas appoſita in primo actu,non cenſetur repetita in ſecundo, qui aliquo interuall poſt fuit confectus.*
*13 Præſentia non præſumitur,ſed allegans eam probare debet.*

DE Sexta inſtrumenti ſolennitate agēdum nunc eſt,nempè de loco in quo conficitur ipſum inſtrumentum,vt putà in ciuitate Paduæ,Papiæ,
1 Brixiæ.Qui ſanè locus†adſcribi debet, vt ſcribunt gloſ.in authen.vt proponatur nomen Imperato.in princip.Barto.in l.generali.C.de tabul.libro x.& ibidem Ioann.à Platea.Bald.in l.optimam.numero 4.C.de contrahend.& committ.ſtip.Ioan.Andreæ, Gemi.& Francus in capitu.abbate de re iudic.in vj.Practic.Pap.in forma productio.inſtrumentorum,in verbo,exhibens. numero 8. Alexand.Iaſon & reliqui in l.lecta.ff.ſi certum petat.& ibidem Iacobin.& Dec.in primo nota.& Cagn.numer.65.Ita
2 etiam locum†loci adſcribere debet notarius in inſtrumento,vt putà,in ciuitate Paduæ, in domo habitationis Iacobi Menochij iuriſconſulti,ſita in parochia Sancti Thomæ. Ita declarat Pract.Papien.præcitato in loco.nume.9.poſt Ioā. Andreæ, Butrig.Bartol.& alios,quos allegat.Idem quoque ſcripſerunt Albericus in l.optimam.nu.4.C.de contrahē.& committ.ſtip.Bal.in conſi.lv.Anno Domini,col.ij.libro ij. Alex.& Iaſon in l.de pupillo.§.qui nuntiat.ff.de oper.noui nun.ille,nu.4.iſte,nu.3.Ruin.in conſil.cliiij.nu.10.libr,iij. Dec.in cap.j.nu.8.de fide inſtr.Boerius.q.xxxiij. nume.37. Beroius in conſi.ij.nu.5.lib.ij.Socinus Iun.in conſi.cxxvij. nu.5.& num.26.lib.iij.Cagnol.in l.ſi librarius.nu.82.ff.de reg.iur.Franc.de Marchis.q.clxxxij.parte prima.Rebuffus in commentariis ad regias conſtitutiones Galliæ,tomo primo,in tract.de chirographis & ſchedularum recognitione. nu.95.Craue.in conſil.ccxvj.nu.2.Natta in conſil.cccxxix. nu.1.lib.ij.Idem ſenſit Didacus lib.pract.quæſtio.c.xx.nu. 2.verſicu.quintò neceſſarium.& Matthæus Vveſenbechius Germanus,in conſi.xiiij.nu.64.

Et hæc quidem ſententia,conſuetudine ac ſtylo multis in locis huius regionis Italiæ obſeruari ſolet: Et contraria conſuetudo non valeret,ſicuti decidit Rota in dec.vj.in tit. de conſuetud.in antiquis.Idem ſcribunt Corneus in conſilio lx.nume.7.lib.iiij.Socin.Sen.in conſi.iij.numero 9.lib. iij.Decius in capitu.j.numero 8.de fide inſtr.Bertrandus in conſi.cclxxv.col.iiij.libro iij.& Didacus præcitato in loco. Et hæc videtur magis recepta Doctorum opinio, etſi ab ea diſſenſerint Alexā.in d.l.de pupillo.§.qui nuntiat.nu.10.de oper.no.nun.Felinus in capit.j.col.ij.de fide inſtru.Pariſ.in conſi.xxviij.nume.10.libr.ij.& Rolandus in conſil.xxxviij. nume.8.lib.j.

3 Et prædicta ſententia,quod†locus loci adſcribi debeat in inſtrumento,procedit maximè in teſtamentorum confectione,ob maius falſitatis periculum.Ita reſponderunt Caſtren.in conſilio ccccxx.Viſo & examinato. colum.j.lib.ij. Corneus in conſil. lx.numero quarto.libro quarto.Boerius quæſtio.xxxiij.nume.37.Cùm dixerunt,teſtamentum à notario receptum,non adhibito loco,& loco loci, in quo fuit confectum,eſſe nullum.& Corneum viſus eſt ſequi Decius in capitul.primo.numero octauo.de fide inſtrumen.Et fortiori in caſu reſpondit Baldus in conſilio clxvj. Allegatio-
4 nes,in primo dubio.libro primo.etiam in teſtamento†conſcripto ad pias cauſas,conſcribendum eſſe locum & locum loci.Eſt etiam adſcribendus locus loci ſingularis,vt puta,in aula Prætorij,vbi ius redditur.Et hoc quidem quādo in loco ipſo ſingulari,actus conficiendus eſt: alias non. Ita tradunt Bartolus Caſtrenſ.& alij in dict.leg.de pupillo.§.qui nuntiat.ff.de operis noui nuntia.Caſtrenſi.in conſi.ccccxx. Viſo & examinato.columna prima.libro primo.& Capella Tholoſa.quæſtion.ccccxcij.vbi Auffrerius in additio. His expoſitis.

Dubitari nunc contingit,quando ex aliquibus coniecturis præſumatur adſcriptus locus,vel loci locus, inſtrumento,vel de vno in aliud repetitus.

Prima eſt præſumptio & coniectura,quando inſtrumē-
5 tum†confectum eſt de aliquo actu,qui non niſi certo in loco confici conſueuit.Nam tunc etſi in eo inſtrumento non fuit expreſſim adſcriptus locus, attamen præſumptiuè cenſetur adſcriptus,ex quo eo in loco actus ſimiles confici ſolent,ſicuti contingit in actibus iudiciariis, qui ſolent conſcribi apud tribunal magiſtratus. Ita tradunt Alexander & Iaſon in dicta l.de pupillo.§.qui nuntiat.de oper. noui nuntia.ille,nume.5.iſte.nume.3.ex ſententia Gulielmi Cunei, Bal.& Butrij,& ſatis probari creditur in l.ſi prius.§.placuit. ff.de aqua quoti.& æſtima.

6 Secunda eſt coniectura & præſumptio, quando†conſcriptum eſt inſtrumentum,in quo loca ipſa fuerunt deſcripta, & deinde ſubſequitur aliud inſtrumentū eadem die confectum,cui adiecta eſt clauſula,actum vbi ſupra, &c. Nam & tunc præſumitur hoc ſecundum inſtrumentum fuiſſe confectum eodem in loco:in quo & antecedens confectum fuit. Ita reſpondit Socinus Iunior in conſi.cij.nu.2.in ſi.libr.iij. Et hæc quidem expreſſio dicitur facta per relationem ad aliud,nempe ad ſuperius, iuxta traditionem Doctor.in l.ij. ff.de lib.& poſth.Caſtren.in l.hac conſultiſſima.nu.3.C.de teſta.& Pariſij in conſi.lxxx.nu.49.lib.ij.

Declaratur hæc coniectura, vt non procedat, quando
7 †locus eſſet pro forma exprimendus.Nam tunc non præſumeretur,nec ſufficeret expreſſio facta illis verbis,actum vbi ſupra,&c.Quandoquidem non ſufficit expreſſio per relationem ad aliud quando pro forma illa requiritur, vt tradunt Angelus,Alexan.& Iaſon in l.j.ff.de lib.& poſthu.Alexan. in l.vbi autem non apparet.§.illud.ff.de verbo.oblig.idem in conſilio lxxx.nu.9.lib.j.Dec.in conſil.dlxxiij.in fine.qui
8 exemplum adferunt in appellatione†ab interlocutoria,quę pro forma requirit, expreſſionem grauaminis, vt non ſufficiat expreſſio per relationem ad aliud.Et comprobatur declaratio hæc egregia traditione Alberici in trac.ſtatutorum parte prima. q. cl. poſt Dynum, quem commemorat,cùm ſcripſit,ſtatuto ciuitatis Veronæ cautum eſt, quod in inſtrumentis apponi debeat proprium nomen diei,puta die lunæ, vel die Martis menſis Auguſti,ſi reperitur inſtrumentum,in quo ſit ſcriptum,die decimaſexta menſis Auguſti, non erit ſatisfactum ſtatuto,& ſi diei certitudo habeatur per relationem ad aliud.Et Albericum ſecutus eſt Iaſon in l.prima.numero vigeſimoſecundo.ff.de liber. & poſthumis.& in conſilio nonageſimoſeptimo.columna penultima. libro quar-
9 to.Eſt idem quando † ſingularis expreſſio requiritur. Nam tunc non ſufficit per relationem ad aliud,vt egregie ſcripſerunt Ruinus in conſilio clxv. numero octauo. libro ſecundo.& Tiraquellus in tractat.de legibus connub. in gloſſ.v. numero 187.

10 Tertia eſt coniectura & præſumptio, quando†duo inſtrumenta confecta fuerunt ab eodem notario eadem die,& inter eaſ

ter eaſdem partes,vel de duobus actibus ab ea perſona con-
fectis,ſicuti contingit, quando teſtator confecit teſtamen-
tum, & eadem die codicillos, quæ ab eodem notario rece-
pta fuerunt. Hoc caſu locus appoſitus in teſtamento ſicque
in primo inſtrumento præſumitur repetitus in codicillis,
atque ita Bartol.in l.ſi quis ex argentariis.§.ſi initium,in ſe-
cunda lectura.numero vigeſimoſeptimo.verſicul.quia cum
appareat.ff.de edend.& apertius Baldus in conſilio ccviij.
Præmiſſis tribus. numero ſecundo. libro primo. Cum re-
ſpondit,ratione conuentionis inſtrumenti locus in vno ap-
poſitus in altero præſumitur atque cenſetur repetitus. Idem
reſponderunt ipſemet Baldus in conſilio clxvj. Allegatio-
nes libro quarto.& apertius Ruinus in cõſilio cliiij.nu.10.
libro tertio. Quorum traditiones ego intelligerem,quando
incontinenti duo ipſa inſtrumenta fuerunt conſcripta, ſicu-
ti verè loquitur Baldus in d. conſilio ccviij. vt infra ſubii-
ciam. Et hæc ſententia maxime procedit,quando adeſt alia
coniectura,qua præſumitur locum non fuiſſe mutatum, vt
puta quando teſtator erat valde ægrotus illa die,qua confe-
cit teſtamentum & codicillos. Nam tunc inſurgit magis vr-
gens præſumptio,quod locum non mutauerit in confectio-
ne codicillorum;& propterea codicilli recipiunt declaratio
nem ab ipſo teſtamento.vt ſcribunt Ancha.in conſil.ccxlij.
nu.2.& 3.in fi.& Iaſ.in d.l.ſi quis ex argẽtariis.§.ſi initium,
col.ij.nume. . . .

11 Declaratur hæc coniectura,vt procedat, quando † incon-
tinenti,vt puta eadem hora conſcripta fuerunt duo illa in-
ſtrumenta, Secus ſi ex interuallo & hora diuerſa. Ita in ſpe-
cie declarat Alexan.in conſi.lix.nume.6.libr.ij. Quæ decla-
ratio comprobatur traditione eorum,qui dixerunt,qualita-
12 tem † appoſitam in primo actu,non cenſeri repetitam in ſe-
cundo,qui aliquo interuallo poſt fuit confectus. Ita Caſtrẽ.
in conſilio cccxlvij.Reſponderi ordinem,numero 1.libr.ij.
Alexand.in conſil.cxxij.numero 2.libro ſecundo. Socinus
Senior in conſilio vigeſimoſeptimo, numero decimoquar-
to.libro quarto.& Ruinus in conſilio centeſimononageſi-
mooctauo,numero decimoſexto.libro primo. Comproba-
tur hæc declaratio ea ratione,quod homo ſui natura moue-
tur,nec vno in loco ſemper conſiſtit,ob id non præſumitur,
quod in eo loco,in quo vna hora fuit, ibidem hora ſubſe-
13 quenti adfuiſſe credatur. Atque ita † præſentia non præſumi-
tur:ſed qui eam aſſerit probare debet, vt poſt alios reſpon-
dit Crauetta in cõſilio ducenteſimoquadrageſimo, colum-
na ſecunda.verſiculo,ſed tamen verius.& dicemus infra,li-
bro ſexto.

14 Declaratur ſecundò,vt † non procedat quando in ſecun-
do inſtrumento eſt deſcriptus locus:ſed non in primo. Nam
tunc non præſumitur, quòd is locus referri debeat ad pri-
mum inſtrumentum.

Ita in ſimili de appoſitione diei, vt appoſita in ſecundo
inſtrumento,non retrotrahatur ad primum,ſcripſerunt glo.
& Barto.in l.ſi quis ex argentariis.§.ſi initium.ibidem Bart.
nume.21.ff.de eden. Alex.in l.patris & filij.in fine.de vulg.
& pupilla.ſubſtit.& Ruinus in conſi.xxiij.in fi.lib.iiij.quos
ſecutus ſum in commentariis de arbitrariis iudicum. libro
ſecundo,caſu lxiiij.numero decimoſeptimo.vbi numer.vi-
geſimo.rationem præter alios interpretes conſideraui. Et
cum illo in caſu lxiiij.plura ſcripſerim, de repetitione diei
ex vno inſtrumento in aliud, quæ & adaptari poſſunt huic
præſumptioni, ea hic repetere nolui, ne ex ſcriptis ſcripta
conficiam.

De duabus poſtremis ſolennitatibus nempe appoſitione
teſtium,& ſigni tabellionatus dicere ſuperſedeo.

## PRAESVMP. LXXXV.

### Officium gerentem, præſumi rectè illud admini-ſtrare.

*SVMMARIVM.*

*1 Officium adminiſtrans,ſi quid neglexerit,non ſua,ſed partis culpa accidiſſe præſumitur.*
*2 Officialis non præſumitur in culpa,vbi priuatus præſumeretur.*
*3 Officij neceſſitas excuſat inquiſitorem,vt in eo dolus non præſumatur.*
*4 Officialis rem à fure ſubtractam recipiens,præſumitur bona & laudabili mente feciſſe.*
*5 Officialium eccleſiaſticorum, dicta & facta, lex maxime in meliorem partem interpretatur.*
*Idem eſt in officialibus fiſci.nu.6.*
*Quod etiam tempore ſyndicatus procedit.nu.7.*
*8 Præſumptio quæ eſt pro officialibus,non habet locum quo ad prouidendum circa negotia futura,ſed potius eſt contra eos.*
*9 Officiales magis deferre potentibus quam petentibus iuſtitiam.*
*10 Rapacitatem & furtum lex præſumit contra numerarios,ſuſceptores & exequutores.nu.11.& 12.*
*13 Magiſtratum gerentibus extra patriam, quæ, & quam ob cauſam interdicta.*
*14 Officialis faciens aliquid contra naturam officij,facit ceſſare eam quæ pro ipſo eſt præſumptionem.*
*15 Mortuum in carceribus lex præſumit culpa cuſtodis obijſſe.*
*16 Carcerato fugiente ex carceribus contra cuſtodem præſumitur.*
*17 Officialis videns teſtem vacillare,illud in actis deſcribi,mandabit.*
*18 Officialis imponens pœnam inſolitam,& contra officij naturam cõtra ſe habet præſumptiones.*
*19 Officialis ſemel aliquid iniuſte agens,præſumitur illud quacunque via tueri velle.*
*20 Officialibus non-niſi de pertinentibus ad officium eorum creditur.*
*21 Officialis effectus diues , præſumitur ditatus ex rebus fiſci adminiſtratis.*
*22 Officiali tempore ſyndicatus fugiente,contra ipſum præſumitur.*

HIc quoque annectam præſumptionem illam,
qua dicimus præſumi pro his, qui aliquod offi-
cium adminiſtrant. Eſt enim pro illis præſum-
ptio,adeo vt,ſi quid neglectum reperitur, præ-
1 ſumptio eſt † id culpa partis,non autem officialis contigiſſe.
l.j.C.de ſuſcepto.& Arca.lib.x.quo text.adductus Barto.in
l.damni.§.Sabini,nume.8.in fine.ff.de damno infecto.ſcri-
pſit,quod licet teſtes iurauerint in termino:ſi tamen exami-
nati non fuerint,præſumitur culpa partis non fuiſſe exami-
natos,non autem iudicis. Et traditionem hanc ad rem no-
ſtram commendauit Alciatus in tract.de præſumptionibus,
reg.iij.præſump.xv.nu.1. Et his accedit Baldus in l.ij.C.qui
2 accuſa.non poſſunt,cum dixit, quod officialis † non præſu-
mitur in culpa,vbi priuatus præſumeretur, Idem Baldus in
conſilio clxxviij. Præſuppoſito ſtatuto in princip.libr.j.re-
3 ſpondit,in † inquiſitore non præſumi dolum,licet rei inqui-
ſiti fuerint abſoluti. Nam officij neceſſitas eum excuſat, Et
idem Baldus in conſi.ccccxciiij.ſciendum eſt,quod,colum.
vlt.verſi.de tertia inquiſitione,libr.j.reſpondit,quod ſi offi-
4 cialis † rem à fure ſubtractam recipit,præſumitur id ex bona
& laudabili mente feciſſe. Qua de re diſſeremus etiam infra
lib.v. in præſumptio. xxv. in tertio caſu. Et demum idem
Bald.in conſi.ccccl j. Quia in accuſatione inſtituta.verſicul.
quarta ratio.lib.j.reſpondit,quod ratione officij quis excu-
ſatur,niſi probetur dolus. Et Bal.ſecutus eſt Tiraq.in tract.
de pœnis legum.cauſa lviij.nume.2.qui & alios recenſet. Et
ibidem nu.1.ſcriptum aliorum auctoritate, reliquit, leuius
puniri officiales,propterea quod officio excuſantur.

Extenditur primo hæc præſumptio, vt multò magis lo-
5 cum habeat in officialibus † eccleſiaſticis, quorum dicta fa-
ctaque,lex maxime interpretatur in meliorem partem.cap.
abſit.xj.q.iij.vbi lex præſumit pro Abbate corrigente mo-
nachum,nec monacho conceditur appellandi facultas, niſi
Abb.exceſſerit correctionis modum. Id quod annotauit ad
rem noſtram. Alcia.in d.præſump.xv.nu.1.

Extenditur ſecundò,vt locum habeat etiam in officiali-
6 bus † fiſci,pro quibus præſumitur dum pecunias fiſco infe-
runt,vt dicantur cauiſſe, vt cauere debuerunt.§.ſuper hoc,
in auth.vt nulli iud.quem tex.ad rem hanc annotauit Alcia.
in d.præſumptio.decimaquinta.numero primo.& eo prius
Lucas à Penna in l.tertia.in præſumpt.clxxx.C.de apochis
pub.libro x.

Extenditur tertiò, vt procedat hæc præſumptio etiam
7 tempore † ſyndicatus. Etſi enim officialis dum ſyndicatur
ſuſpenſus eſt ab officio,vt ſcribunt Bartolus in l.ordine.§.
quæſtionibus. ff. ad municip. Paris de ſyndicatu. in titul.
de officio.ſynd. Romanus in conſilio ducenteſimononage-
ſimoſeptimo,& Grãma.in conſi.x.nu.2.& 3.in criminalib.
Attamen



Attamen adhuc præſumptio eſt pro eo, de his, quæ in offi-
cio geſſit,& ob id probationes contra eum debent eſſe effi-
caciores,& validiores. Bald.in l.obſeruare.§.proficiſci.q.x.
ff.de officio Proconſ.& legati. Grammat.in conſilio xxxv.
numero 36.& in conſi.liiij.numero 5.in crimine. Boſſius in
tracta.cauſarum criminalium,in tit.de offi.corrup.pecunia.
nu.14.& alia plura ad rem ſcripſit Plotus in l.ſi quando.nu.
634.C.vnde vi.

Quod eſt annotandum ad declarationem ſtatuti Papiæ,
De regimine Poteſtatis.

Declaratur primò, vt locum non habeat hæc præſum-
8 ptio † quò ad prouidendum circa futura negotia. Nam tunc
lex non præſumit pro officialibus,ſed potius contra. Ita de-
clarat Alciatus in dict.præſump.xv.numero 2.qui ita inter-
pretatur text.§.nec latet nos.in auth.vt omnes obedian.iu-
9 di.vbi præſumitur,officiales † magis deferre potentibus,quã
petentibus iuſtitiam. Et in l.ex aula.C.de priuil.eorum, qui
in ſacro pala.& in l.prima.C.de numera.libro duodecimo.
10 vbi lex præſumit rapacitatem † & furtum contra numera-
rios, id eſt, contra eos, qui principis rationes agunt & per-
tractant. Et in l.neminem.C.de ſuſcepto.libro xviij.præſu-
11 mitur † ſuſceptores vexare prouincias. Et in §.ad excluden-
das.in auth.de litigio.& in authen.de execut.in princip. vbi
12 executores † præſumuntur fraudulenti. Hinc gloſſ.in l.de-
fenſionis.in verbo,ad vſurpationem.C.de iure fiſci.libro x.
ſcripſit officiales plura mala ſcire & cõmittere, quàm com-
13 mittant alij. Hac ratione ſancitum creditur, † interdictum
eſſe gerentibus officia & magiſtratus extra patriam, emere
prædia, mutuo pecuniam ſuſcipere, & alia negotia pertra-
ctare.l.principalibus.ff.ſi certum petatur. Eſt ſanè ratio ſe-
cundum Iaſonem ibi.colum.j.ver.alia melior:quia lex præ-
ſumit & ſuſpicatur de ipſo officiali,ne metu inducat ſubdi-
tos ad ſecum contrahendum.l.ſi quod per impreſſionem.C.
quod me.cau.& arg.l.j.C.ſi rector prouin.

14 Declaratur ſecundò,vt non procedat,quãdo † aliquid eſt
factum contra naturam officij. Nam tunc lex non præſumit
pro officiali:ſed contra eum. Ita Alciatus in d.præſump.xv.
15 nume.3. Et propterea ſi reperitur aliquis mortuus † in car-
ccrib⁹,lex præſumit culpa cuſtodis eueniſſe,niſi cuſtos pro-
bet,caſu illum deceſſiſſe.l.vlt.ff.de cuſt.reorum. Ita pariter
16 ſi carceratus † aufugit è carceribus præſumitur contra cu-
ſtodem.d.l.vlt.& diſſerui in lib.ij.de arbitrariis iudicũ.caſu
cccij. Huc pertinet (inquit Alciatus præcitato in loco.) l.j.
C.de cenſibus.lib.xj.vbi lex præſumit,quod tabularij ciui-
tatum,per colluſionem ſuperiorum ſarcinas ad inferiores
transferant. Confert & doctrina Innocen.in capit.quoniam
17 contra.de probat.cum dixit quòd † officialis videns teſtem
vacillare, debet vacillationem illam ſcribi facere in actis:
alioqui iudex appellationis potius præſumet, eum ſua im-
prudentia nõ adhibuiſſe fidem teſtibus, quàm defectu ipſo-
rum teſtium. Et ad rem quoque pertinet,quod ſcripſit Cra-
uetta.in conſilio ciij. numero vndecimo. Cùm reſpondit,
18 præſumi contra officialem,qui impoſuit † pœnas inſolitas,
& contra naturam officij.

Declaratur tertio,vt non habeat locum hæc præſumptio,
quando alia contraria præſumptio eſſet contra ipſum offi-
cialem. Ita Alciatus in d.reg.tertia.præſumpt. decimaquin-
19 ta.in fine.qui ob id ſcripſit, quod officialis † aliquid ſemel
iniuſte egit,præſumitur quod velit factum ſuum tueri,qua-
cumque via poterit:ſecundum Innocen.in capit.ij.de arbit.
& in cap.diuerſis.de cler.coniug. Idem ſi aliquid fecit con-
templatione potentioris , vel aliquid ad ſe non pertinens,
ſemper fit præſumptio contra eum cap.bene quidem. in fi-
20 ne.xcvj.diſt.& reſpõdit, non credi officialibus † niſi de per-
tinentibus ad eorum officium,& ſcripſi in libr.ij.de arbitr.
iud.caſu cxij.nu.12.

Declaratur quartò, vt non habeat locum hæc præſum-
21 ptio,quando apparet effectus † diues. Nam præſumitur di-
tatus,ex rebus fiſci adminiſtrati. Ita gloſſ.in l.facultas.C.de
iur.fiſci libro decimo.& Barba.in conſilio xxxix. columna
penult.libro iiij.

Declaratur quintò,vt non procedat hæc præſumptio in
22 † officiali,qui tempore ſyndicatus receſſit & aufugit. Nam
tunc contra eum præſumitur. Ita Bartol.in l.conſiliarios.C.
de aſſeſſo. Iaſon in l.prima.numero tertio.C.vt omnes iudi-
ces tam ciuiles,quam mil.& alios plures recenſet Plotus in
l.ſi quando.nu.631.C.vnde vi.qui nu.632.ſubiungit decla-
rationem,quando ſtatim eſt reuerſus.

## PRAESVMP. LXXXVI.

### Officialem effectum,præſumi dignum,aptum,atque idoneum.

*SVMMARIVM.*

*1 Electus ad officium,præſumitur aptus,dignus & idoneus.*
*Quæ tamen præſumptio admittit probationem in contrarium,vt repertus minus idoneus poſſit remoueri.nu.8.*
*2 Pontifex,Epiſcopus,magiſtratus, Doctor, peritus in arte, ſemper electus præſumitur idoneus.nu.3.4.5.& 6.*
*7 Oratores electi præſumuntur idonei,& grati principi ſuo.*
*9 Prælatus minus idoneus repertus deponi debet, ſic & medicus. numero 11.*
*Id autem non procedit in Pontifice.nu.10.*
*12 Officium quod potius ob dignitatem quam annexum onus datur, non aufertur ab eo qui ob ſenium vel morbum minus aptus redditus eſt.*
*Aliud eſt in officio,quod datur ob exercitium, à quo minus idoneus ob ſenectutem,vel morbum remouetur.nu,13.*
*14 Officiales qui in principis ſeruitijs inſenuerũt, cõſequi ab eo ne egeant, debent.*

NOn longe diſcedit à præcedenti hæc præ-
ſumptio, qua dicimus, præſumi pro electo
1 ad aliquod † officium,quòd ſit dignus, aptus
& idoneus. Quam quidem præſumptionem
multis ſimilibus comprobauit Alciatus in
tract.de præſum.reg.iij.præſum.xix.

Et primò dixit præſumi pro ſanctitate & integritate Ro
2 mani † Pontificis,quem apex tantę dignitatis attollit.c.non
vos.diſtinctio.iiij.

3 Secundò præſumitur pro † epiſcopo & ſacerdote.c.abſit.
xj.quæſtio.iij.

4 Tertio præſumitur pro eo,qui ad magiſtratum † fuit ele-
ctus,vt in auth.vt defuncti ſeu funera eorum in prin.& dixi-
mus ſupra.

5 Quartò præſumitur pro † Doctore,quòd ſit ſufficiens.l.
vnica.C.de profeſ.qui in vrbe Conſt.lib.xij.& in l.j.§.ideo-
que.C.de Iuſti.cod.comp.

Quinto ſic dicimus pręſumi pro eo:qui alicui officio præ
poſitus fuit:quod nec ipſe fallat nec fallatur.l.ij.C. de pon-
dera.& auri.lib.x.

6 Sextò ita dicimus præſumi pro alijs † peritis in arte, &
propterea illis fides adhibetur.l.ſemel.C.de re mili.lib.xij.
Bar.in l.j.in princ.nu.4.ff.de ventre inſpic.& in l.vlt.ff.ad l.
Cor.de ſica.Bal.in c.inter canonicas.de elect. Iaſon in l.j.§.
vlt.ff.de ver.ob. Ruinus in conſ.liij.in fi.lib.v. Neuiz.in lib.
v.ſyluæ nupt.nu.69.& Soc.Iun.in conſil.clxxxiij.nume.12.
libro tertio.

7 Septimò accedit quod electi † oratores præſumũtur ido-
nei & grati principi ſuo.l.inter claras.§.liquet.in fine.C.de
ſum.Trin.& fide catho.& in cap.illud.viij.q.ij. Hinc docuit
Abbas in cap.ſuper eo.in fin.de elect.quod ſi electio alicu-
ius fuit caſſata,præſumitur vitio fortunæ, non autem perſo-
næ,caſſata.

Cæterum,(vt dixit Alciatus in d.præſumptio.xix. nume-
8 ro 4.) hæc † præſumptio admittit probationem in contra-
rium. Quare ſi electus ad officium vt idoneus, reperitur de-
inde minus aptus & ſufficiens,poteſt & debet remoueri.l.vt
gradatim.§.reprobari.ff.de mun.& hon. Ita etiam Prælatus
9 † minus ſufficiens repertus,debet deponi,vt inquit gloſſ. in
cap.j.in verbo,inſufficientem.de renũ.libr.vj. Quod tamen
10 † non procedit in Papa vt ibi dicitur. Hinc etiam medicus
11 † inſufficiens reprobatur.l.ſed vt reprobari.ff.de excuſ.tut.
vbi Baldus. Idem de Doctore legum.l.ſecunda.C. de pro-
feſſ.& med.libro xj. Barto.in l.cum quid.in fine.ff.ſi certum
peta. Abbas in c.in ſui de magiſtris.& in c.cum venerabilis.
in fi.de excep.

Et hæ quidem traditiones probabilem dubitationẽ non
habent,

habent, quando à principio ij fuerunt cogniti & iudicati in-
ſufficientes & indigni. Verùm dubitatio in eo verſatur, quan
do iam ſemel ab initio fuerunt idonei & ſufficiẽtes: ſed nunc
non ſunt, forte ob ſenectutem, vel ob aliquã infirmitatem,
an ſcilicet hoc caſu ab officio remouendi ſint? Alciatus in d.
præſump.xix.diſtinguit duos caſus.

12 Primus eſt, quãdo officium † datur potius ob dignitatem
quàm ob annexum onus, vt officium, epiſcopatus. Hoc ca-
ſu, qui effectus, eſt ob ſenium vel morbum minus aptus &
idoneus non remouetur ab eo officio, ſed potius datur ei
coadiutor. Ita loquuntur cap.quamuis triſte.vij.quæſtio.j.
vbi Archid.numero 4.capitulo primo.de parochiis.& capi.
grandi de ſupplenda neglig.prælato. in vj.& ibi Corſetus,
& Francus.nume.5.

13 Secundus eſt caſus quando † officium datur principaliter
ob exercitium, ſicuti eſt officium iudicis, vel aduocati. Hoc
ſane caſu effectus inſufficiens & minus idoneus, ob ſenectu-
tem, vel aliam ſimilem cauſam, remoueri poteſt.l.ſi quos iu
dices.C.de offic.Præfecti Præto.vbi Alber.& reliqui, con-
fert.l.ſi longius.ff.de iud.His tamen (inquit Alciatus) qui
propter iuſtas cauſas remouentur præſtari debet integrum
honorarium illius anni.Ita Barto.in l.prima.§. Diuus.nu.8.
ff.de variis & extraordi.actio.dum ſcripſit, honorarium his
dari conſueuiſſe, partim ob induſtriam ſcientiamque, & par
tim ob laborem corporis.Et Bartol.ſecutus eſt poſt alios
Decius in l.diem functo.nume.17.ff.de offi.aſſeſ. vbi num.
18.ſubdit, idem eſſe in interprete, cui debetur ſalarium to-
tius anni, & ſi non potuit iuſtis de cauſis impeditus, vel mor
te præuentus interpretari. Et præterea (ſubiungit Alciatus
14 in d.præſump.xix.in fine,) officiales † qui ita diu principi in-
ſeruierunt, vt in illius ſeruitiis inſenuerint, conſequi ab eo
debere, ne in ſenectute ipſa egeant.l.Lucius.ff.de euict.ibi,
Veteranis in præmium aſſigna.

## PRAESVMP. LXXXVII.

Condemnatus iudicis ſententia, quando præſu-
matur habuiſſe iuſtam litigandi cauſam.

*SVMMARIVM.*

*1 Sententia iudicis condemnatus, in dubio præſumitur habuiſſe cauſam iniuſtam, adeo quod in expenſis condemnari debeat.nu.2.*
*Ab hac tamen præſumptione receditur coniecturis contrariis.nu.3.*

DISSERENDVM eſt congruo hoc in loco, an
malam & iniuſtam litigandi cauſam habuiſſe
eum, qui deinde fuit ſententia condemnatus,
præſumatur?

1 Et dicendum eſt, in dubio † præſumi habuiſ-
ſe iniuſtam. Ita gloſſ. in authen.generaliter.C. de epiſcopis
& cleric.& in capitu.calumniam.de pœnis.Ioan.Andreæ in
capitu.primo.§ vltimo.de electio.in ſexto.Cynus in l.pri-
ma.C.de aduoca.diuerſ.iudic.Baldus & Salicetus in l.pro-
perandum.§.ſinautem alterutra.C.de iudiciis.Abbas in ca-
pitu.finem litibus.nu.22.de do.& contu.Didac.lib. practi-
carum quæſtio.cxxvij.ver.vj.condemnatio.Natta in conſ.
cviij.nu.5.lib.j.& Aſinius in praxi de ordine iudiciorum.§.
xxxij.tit.de expenſis, in prima limi.nu.5.& in limita.v.in fi.
num.5.Ex quo ſequitur, quod condemnari etiam debet hic
2 victus † in expenſis: quẽadmodum præcitati Doctores ſcri-
pſerunt. Receditur tamen ab hac præſumptione aliis con-
3 trariis coniecturis † & præſumptionibus, quibus iuſtam af-
fuiſſe cauſam litigandi demonſtratur: quemadmodum de-
cem cauſas, atque ita præſumptiones commemoraui in lib.
ij.de arbitrariis iudicum.caſu clxxvij.& aliquos proſequi-
tur etiam Aſinius in d.§.xxxij.in ſecunda limitatione prin-
cipali cum multis ſubſequentibus.

## PRAESVMP. LXXXVIII.

Iudicem appellationis, condemnando appellan-
tem victum in expenſis, præſumi condemnaſſe etiam
in expenſis primæ inſtantiæ.

*SVMMARIVM.*

*1 Appellationis iudex cõdemnando in expenſis, præſumitur etiam de expenſis primæ inſtantiæ.*
*2 Sententiæ verba nunquam debent trahi ad eum ſenſum, quo iudex iniuſtitiam facere videatur.*

EVENIT aliquando, vt iudex appellationis
ſimpliciter cõdemnet appellantem victum
in expenſis, nec verbum aliquod faciat de
expenſis in prima inſtantia factis: & pro-
pterea ſolet dubitari, an præſumatur con-
demnaſſe etiam in expenſis primæ inſtan-
1 tiæ? Et præſumi † ſic condemnaſſe affirmauit Feli.in c.ſigni-
ficauerunt.nume.7.de excep.quem ſecuti ſunt Marſilius in
l.patre, vel marito.nu.71.ff.de quæſtio.& Aſin. in praxi iu-
diciorum.§.xxxij.in ſeptima ampliatione, qui recenſent A-
lexandri reſponſum, quod non impreſſum hactenus legitur.
Ea ratione vſi ſunt, quod quando verba ſententiæ poſſunt
plura, vel pauciora comprehendere vel diuerſos effectus
2 habere, nunquam † ad eum ſenſum debent trahi, quo iudex
iniuſtitiã facere videatur. Atqui hoc in caſu verba hæc con-
demnationis ſic ſimpliciter prolata: victum victori in ex-
penſis condemnamus, ſunt apta comprehendere etiam ex-
penſas primæ inſtantiæ, & niſi comprehenderet iudex ap-
pellationis iniuſtitiam faceret: quia conſtat condemnatum
duabus ſententiis temere & iniuſte litigaſſe. Eſt ergo di-
cendum, iudicem voluiſſe comprehendere etiam expen-
ſas illas.

## PRAESVMP. LXXXIX.

Victum in expenſis non condemnatum, præſumi
abſolutum.

*SVMMARIVM.*

*1 Victum expreſſe non condemnando in expenſis, præſumitur iudex abſoluere.*

QVANDO iudex expreſſum non condemnat vi-
1 ctum in expenſis, † eum abſoluiſſe præſumitur.
l.terminato.C.de fructib.& litium expen.vbi
Bald.Lanfrancus in tractat.de expenſis.nume-
ro 12.Iaſon in l.properandum.§.ſinautem al-
terutra. nume.7.C.de iudic.Lancellotus Corradus in tract.
de prætore in §.iij.de officio.prætor.in cauſis criminalibus,
in titul. de ſententia definitiua criminali in xxviij.amplia-
tione & Aſinius in praxi iudiciorum.§.xxxij.in limit.xxij.

## PRAESVMP. XC.

Quando magis pro reo, quam pro actore, & è con
tra præſumatur, & interpretatio fieri debeat.

*SVMMARIVM.*

*1 Rei fauorabiliores potius quam actores, & pro eis in dubio præſumptio ſumitur.*
*2 Actor ſemper poteſt & debet venire paratus ad iudicium.*
*3 Dilationes longiores conceduntur reo ad defendendum, quam actori ad proſequendum actionem motam.*
*4 Rationum in conflictu, melius eſt nocentem abſoluere, quam condemnare innocentem.*
*5 Iudicis officium exuberat in abſoluendo.*
*6 Iudex in ſententia abſoluens & condemnans ſimul, potior eſt in ea perplexitate abſolutio.*
*7 Sententia in fauorem rei in dubio debet interpretari.*
*8 Teſtes actoris licet ſint aliquantulum digniores teſtibus rei, attamen pro reo iudicandum.*
*9 Teſtibus maſculis etſi maior fides tribuatur quam fœminis, fallit tamen ſi illæ teſtimonium pro reo dixerint.*
*10 Pœnam remittendo iudex condemnato, præſumitur etiam remittere infamiam.*
*11 Reus etiam qui per accidens ſit actor, ſemper in dubio pro ſe præſumptionem habet.*





*12 Teſtes clariores extantes pro actore quam reo, non tollunt eam quæ pro reo eſt, præſumptionem.*
*Idque tam in criminalibus quam ciuilibus.nu.13.*
*14 Præſumptio quæ pro reo eſt, tam eſt efficax, vt actor temere & per calumniam litem mouiſſe cenſeatur, ſitque in expenſis cõdemnandus.*
*15 Actore fiſco, & reo conuento priuato, pro reo eſt præſumptio.*
*16 Actoris fauor in cauſa fauorabili an præualeat fauori rei conuenti.*
*17 Actori magis quam reo in præparatoriis iudicij fauetur.*
*18 Reo in medio cauſæ non pluſquam actori fauemus.*
*Nec ei in cauſis ciuilibus maiores dantur ad probandum dilationes.numero 19.*
*Excepti ſunt tamen aliqui caſus.num.20.21.& 22.*
*23 Præſumptio quæ eſt pro reo, non procedit in foro animæ, ſi tutius eſt pro eius ſalute.*
*22 Reo plus quã actori non fauemus, quando dubium eſt ſuper iuriſdictione iudicis, item quando de delicto conſtat.num.25.*
*26 Delictum quando conſtat commiſſum eſſe, permiſſa eſt extenſio vt reus puniatur.*

1 PRO reo præſumptionem, † ſumi in re dubia
ſcripſit Alciat. in tracta. de præſumpt, regu.iij.
præſumpt, xliiij.ex l.fauorabiliores. ff. de regul.
iuris. cum dixit Caius, fauorabiliores rei potius
quàm actores habentur. Et Paulus in l. inter pares. ff. de re
iud.reſpondit, inter pares numero iudices ſi diſſonæ ſenten-
tiæ proferantur, in liberalibus cauſis pro libertate, in aliis
etiam publicis pro reo ſtatutum obtinere. Id quod Epiſt.
libr.xj. teſtatur etiam Seneca: *Reus, inquit, ſententiis partibus ab-
ſoluitur, & ſemper quidquid dubium eſt humanitas inclinat in melius.*
Et Plutarchi, ac aliorum auctoritatibus comprobauit
Petrus Fabri in d. l. fauorabiliores. & Pontifex in capitul.
cum ſint de regulis iuris in vj. ita ſtatuit, cum ſint iura par-
tium.

Huc pertinent cap, ex literis.§.pen.de probat. & cap. in-
ter dilectos, in fine. de fide inſtru. Huius præſumptionis ra-
tiones commemorat Alciatus, ex Ariſtotele in problema.
2 ſect.xxix.problem.xiij. Quarũ prima eſt, quod actor † ſem-
per poteſt & debet venire paratus ad iudicium. Reus vero
non poteſt. Quare cum potuerit reus omiſiſſe aliqua ad ſui
defenſionem pertinentia, æquum eſt ei fauere & pro eo præ-
ſumi. Quæ ſane ratio & iure noſtro probatur, nempe l, qui
accuſare. C.de eden. §. omnem, in auth.de litigio, & in ca-
pitul. ſciant, ſecunda quæſtio. octaua. & tradunt Specul. in
titul.de præpara. iudicio. §. primo. & Decius in dict. l. qui
accuſare. numero ſecundo. Et huc facit traditio Bartol.in l.
qui in alterius. numero tertio. ff.de reg.iur, cum dixit, quod
licet actor ſucceſſerit in ius alterius: attamen non habet iu-
ſtam cauſam; qua, ſi ſuccumbat, excuſetur ab expenſis. Et
Bartol.ſecuti ſunt ibidem Decius numero quinto, & reliqui
omnes. Et hac ratione factum eſt, vt longiores concedi ſo-
3 leant dilationes † reo ad ſe defendendum, quàm actori ad
proſequendum motam actionem.capitul. ſecundo. de dila-
tio. Et apud antiquos obſeruatum legimus, horæ tempus
præſtitutum fuiſſe accuſatori ad accuſandum, duarum vero
horarum reo ad ſe defendendum.

Altera eſt ratio (inquit Ariſtoteles) quia talis præſum-
ptio ſuadet liberationem. Quæ quidem ratio optime pro-
batur in l. Arianus.ff.de action. & obligatio. Quod autem
humanior ſit, vel ex eo probat Ariſtoteles, quod in conſli-
4 ctu rationum † melius eſt nocentem abſoluere, quàm inno-
centem condemnare.l.abſentem. ff. de pænis. Et Cicero in
oratione, pro Sext. Roſcio Amerino in hæc verba ſcribit,
*Vtilius eſt abſoluere innocentem, quam nocentem cauſam non dicere.*
5 Hinc dicere ſolemus, iudicis † officium exuberare in abſol-
uendo. Ita Ioan. Andreę & Butrius in capit.veniens.de accu-
ſatio, & Cæpolla in conſilio quadrageſimoprimo; licet in-
uitus in criminal. Decius in l. fauorabiliores. numero ſe-
cundo. de reg.iuris. & in conſilio dexc. in fine, Et reſpondit
idem Decius in conſilio centeſimooctuageſimoquinto.col,
vlt.quod curia maiorem honorem conſequitur abſoluendo,
quàm condemnando.

Tertiam rationẽ huius præſumptionis attulit Alciatus in
dicta præſump.quadrageſimaquarta, numero quarto, verſic.
ſed tu adde: Actor, qui agit aduerſus reum, re vera eius de-
lictum, vel culpam, ſeu noxam arguit ex quo aliàs reus non
cõpelleretur ſuſcipere iudicium. l. ſi reus paratus, ff. de pro-
curat.& §.vlt.in inſti.de perpe.& temp.acti, cum autem nec
delictum, nec culpa, nec mora præſumatur, iuxta l. meritò.
ff.pro ſocio, ſequitur dicendum, pro ipſo reo ſtare præſum-
ptionem.

Hac ex præſumptione infertur, quod ob conflictum præ-
ſumptionum, reus abſoluendus eſt. Ita Baldus in rubric. de
controuerſ.inueſt. numero ſeptimo, & ibidem Afflictus col.
xiij. verſicul. quartus caſus, Decius in conſilio cccclviij.
numero octauo, & Cæphalus in conſilio quarto. nu, trigeſi-
6 moprimo. ſi iudex † in ſententia abſoluat & condemnet vnà
ſimul, in hac perplexitate potiorem eſſe abſolutionem. Ita
Baldus in l. prima. numero decimooctauo. C, de furtis.
Cardinal. in conſilio xxix. col.vj.& Crau.in reſpon.pro Re-
pub. Sauiliani, num, 104.

7 Hinc etiam dicimus, quod in dubio ſententia † debet in-
terpretari ad fauorem rei, vt minus ſit condemnatus, quam
ſit poſſibile.l. hæc enim cauſæ.ff.de ſuſpect. tuto. Alexander
in conſilio xlvj.colum. prima. libro quinto. Socinus Senior
in conſi. cxxxiiij. columna ſecunda, libro primo, Decius in
conſ.xliij.columna prima, & Craue.in conſilio lxxiiij. num.
decimo, & in conſ.clxxxviij.nu.2.Et reſpondit idem Craue.
in conſi. vj. numero quadrageſimoprimo. auctoritate Baldi
in conſi.xxviij. In quodam inſtrumento. lib.j. verba impro-
priari ſecundum fictionem, vt reus excuſetur atque ita ne
puniatur, & hoc ſecutus eſt ampliſſimus Cardinalis Albanus
in lucubrationibus ad Bart.in l.j.nu.2.ff.ne quis eum; qui in
ius voca.eſt, vi eximat.

Hinc etiam ſcripſit Abbas in c, ad noſtram de probat.
8 quòd licet teſtes † actoris ſint aliquãtulum digniores teſtib.
rei: attamen adhuc iudicandum eſt pro reo. Idem Abbas in
c.forus, de verb.ſign.annotauit, ꝙ & ſi maior fides adhibea-
9 tur teſtib. † maſculis quam fæminis: Hoc tamen locum non
habet quando fæminæ teſtimonium dixerunt pro reo. Et
traditiones has ſecutus eſt Marſ. in conſi.ij.nu.19.& nu.21.
10 Huc etiam facit, quod ſi iudex remittit pænam † reo con-
demnato, præſumitur etiam remiſiſſe infamiam. l. etſi ſeue-
rior.C. ex quib.cauſis infa.irrog.& tradit Luc.de Penna in
l.iij.in præſump.cxxxij.C.de apochis publ.lib.x.

Extenditur primò, vt locum habeat hæc præſumptio
11 † etiam in reo, qui per accidens eſt actor, ſicuti quando reus
intẽtaret remedium, de quo in l.diffamari.C.de ingenuis &
manumiſſis. vt eſt, quando is, qui alioqui reus eſſet, petit
imponi perpetuum ſilentium alicui, qui iactaret ſe credito-
rem eſſe: vel ſi peteret cancellari inſtrumentum. Nam & ad-
huc ei fauendum eſt in dubio. Ita in ſpecie extendit Alciatus
in d.reg.iij.præſump.xliiij.num.4.verſi. ampliatur iſta præ-
ſumptio ex ſententia Butrij Felini & Decij in cap. ex lite-
ris. de probatio. Idem Decius in conſil. cccclxxxvij. & in
conſilio dclxxxvj.i.fauorabiliores.nu.2.verſi. & iſta regula.
de reg.iuris.& ibidem Cagnolus nu.4. & nouè Cæſar Con-
tardus in repe.d.l.diffamari.in quæſtionibus.nu.8.

Extenditur ſecundo, vt procedat hæc præſumptio etiam,
12 ſi pro † actore extarent clariores teſtes. Quocirca, ſi accu-
ſator probaſſet crimen teſtimonio duorum clericorum: reus
verò contrarium teſtimonio duorum laicorum: fauore rei
præualebit teſtimonium laicorum. Ita gloſſ. in cap. clerici.
diſtinct.lxxxj.Baldus in l.data opera.C.de iis, qui accuſa. nõ
poſſ. Roma.in l.j.§.vlt.& in l.in illa.ff.de verbor, oblig.De-
cius in d.l.fauorabiliores.nume.1.idem in cap, ex literis. de
probatio.& in conſi.cccclxiiij.num.2.Idem ſcripſit Alcia-
tus in d. præſump.xliiij.nu.5. qui aduerſus recentiores in d.
13 cap.ex literis, intelligit procedere tam in cauſis † ciuilibus
quàm in criminalibus, cum eadem militet ratio vtroque in
caſu. Et multò fortius procedit, quando probationes eſſent
pares. Nam ſine controuerſia probationes rei præualebunt.
Ita poſt alios plures ſcripſit Dec. in l. qui accuſare, numero
decimoſexto.C.de eden.& in conſil.cccclxiiij. numero ſe-
cundo.

14 Extenditur tertiò hæc præſumptio, vt adeo efficax † ſit
contra actorem, vt præſumatur temerè & per calumniam
litem mouiſſe: & conſequenter, quod in expenſis condem-
nari debeat, iuxtà l.eum, qui temerè.ff. de iudiciis. Ita ex-
tendit Alciatus in d. præſump.xliiij.nu.5, verſi.ampliatur &
tertiò. Et ibi declarat, quando apparere dicatur habuiſſe iu-

ſtam cauſam litigandi, vt ab expenſis abſolui mereatur. Et
ego omnium copioſius diſſerui in commentariis de arbitra-
riis iudicum.lib.ij.caſu clxxvij.
Extenditur quartò, vt locum habeat etiam, quando fiſcus
15 † eſt actor, priuatus verò reus conuentus. Nam adhuc pro
ipſo reo præſumendum eſt. Ita Comenſ.Iaſon & Zaſius in l.
pares.ff.de re iud.& Didacus in lib.j.varia reſol.cap.xvj. nu.
4.in fine.
Declaratur primò hæc præſumptio, vt locum non ha-
16 beat, quando actor † ageret pro cauſa fauorabili, vt puta pro
libertate, matrimonio, dote, cauſa pia & ſimilibus. Nam
tunc fauor illius cauſæ præualet fauori rei conuenti. Ita de-
clarant poſt alios Iaſon in l. de die in prin.colum.vlt.verſic.
ſecundò principaliter. ff. qui ſatiſd. cogant. Decius in d. l.
fauorabiliores.nu.3. & ibidem Cagnol.nu.7.de regul.iuris,
& Alciatus in dict. præſumptio. quadrageſimaquarta. num.
ſeptimo. Et inter has cauſas fauorabiles, connumerauit Ia-
ſon & Decius cauſam fiſci. Quam traditionem exiſtimo ve-
ram non eſſe, & repugnare reſponſo. l. non puto. ff. de iure
fiſci, quam alibi explanaui.
Declaratur ſecundò, vt locum non habeat hæc præſum-
17 ptio † in præparatoriis iudiciorum. Nam in illis magis fa-
uemus actori quam reo. Ita poſt gl.in cap.cum ſunt. de reg.
iuris in vj. & alios antiquos affirmarunt Bartol. in l. de die
in princ.ff.qui ſatiſd. cogan.& alios refert ibidem Iaſon.nu.
2.& Dec. in d.l.fauorabiliores. numero 2. & ibidem Cagn.
num.8.
Cæterum à recepta hac opinione diſſentiunt Iaſon in d.
l. de die.in prin.numero ſecundo verſ.nunc aſſume.& Alcia.
in d.tract.præſumpt. reg.iij.præſump.quadrageſimaquarta.
nume.8.reſpondet Alciatus argumentationibus communis
opinionis: Iaſon verò multis rationibus oſtendit, hanc po-
ſteriorem ſententiam, quæ & mihi magis probatur, ve-
ram eſſe.
18 Declaratur tertiò, vt non procedat in medio † cauſæ.
Nam tunc non plus fauemus reo quam actori, ſed æqualiter
eos tractamus. Ita Bar. Angelus & Caſtren. quos refert Ia-
ſon in d.l.de die. in prin.nume.2.ff.qui ſatiſd.cogan.qui co-
lumna tertia verſ.capio ſecundum membrum, idem affirma-
uit, confutata vna argumentatione. Idem docuit Decius in
l.fauorabiliores.num.5.& ibidem Cagnolus.num.8.de reg.
iuris.idem Decius in capi.ex literis.numero quinto de pro-
19 batio. Quocirca maiores † dilationes ad probandum dari
ſolent in cauſis ciuilibus reo quàm actori.l.vltim.vbi Imola
& Alexand. columna prima.ff.de feriis. Iaſon in d. l. de die.
in princ. columna tertia verſicul. ſecundo fallit. Diſſentit
tamen ab hac opinione Alciatus in d. præſumpt. quadrage-
ſimaquarta numero 9. ob id, quod hac declaratione nimis
coanguſtetur regula d.l.fauorabiliores. Extant tamen aliqui
caſus, in quibus magis fauemus reo quàm actori, etiam in
medio cauſæ. Sicuti quando dantur dilationes. Nam duæ
20 † dari ſolent actori, tres verò reo.leg.vltim.ff. de feriis.vbi
Alexand. columna prima in fine, poſt Imolam, gloſſa. in
capitul. cum ad ſedem. de reſtit. ſpolia. & Iaſon in d.l. de
die. in princ. columna tertia verſicul. primò fallit: Ita etiam
21 (inquit idem Iaſon) reo permiſſum eſt, † lite adhuc non
conteſtata, examinari facere teſtes ad æternam rei memo-
riam, quando teſtes ſunt receſſuri; vel quando in extremis
laborant: ne reo fortuitis caſibus ſubtrahatur probatio.leg.
facultas. C. de iure fiſci libro decimo, Et tamen diuerſum
eſt ex parte accuſatoris, capitul, quoniam frequenter. vbi
gloſſa in verbo, ciuiliter. vt lite non conteſta. & ibidem
Baldus columna iij. & Iaſon præcitato in loco, & aliqua
ſcripſi in commentariis de arbitrariis iudicum, libro ſecun-
do. caſu. Et præterea (ſubiungit Iaſon in d.l.de die.in prin-
cip. columna tertia. verſicul. tertiò fallit) prædictos teſtes
ad perpetuam rei memoriam examinatos pro reo, publica-
ri etiam poſſe, quod fortius eſt.l.in lege Acquilia, ſi deletum
vbi Bartol. ff. ad l. Acquiliam. Diuerſum eſt in actore. di-
cto capitul. quoniam frequenter. vbi Baldus, columna quar-
ta, & Felinus numero vigeſimo. Extat & alter caſus, in quo
22 magis fauemus reo quam actori † in medio cauſæ, nempe
in editione rationum & inſtrumentorum, quam reus non
tenetur facere actori. l. prima.l.qui accuſare & l. vltima. C.
de edend. Et tamen actor tenetur ea edere reo. l. non eſt
nouum.& l.iuſtum. & dicta leg.vltim.C.eo.de eden.ibidem
Docto.
Declaratur quartò, vt non procedat hæc præſumptio
23 in foro animæ. Nam tunc fit interpretatio & ſumitur præ-
ſumptio contra reum: ex quo tutior eſt pro ſalute animæ.
Ita gloſſa in capitulo primo. de ſcrutino. Et in ſpecie ſic
declarant Decius in capitul.ex literis.numero ſexto.de pro-
batio. & Alcia. de præſumpt.regu.iij.præſumpt.quadrage-
ſimaquarta. numero vndecimo, qui quidem Alciatus adiun-
git, non ſolùm procedere in foro animæ: ſed etiam in foro
canonico, quo ad pœnam ſuſpenſionis à diuinis. capit. pre-
ſbyterum.capitul. ſignificaſti. libro ſecundo. & capitul. ad
audientiam de homicidio. & reſpondit Comenſ.in conſilio
centeſimotrigeſimoquarto, columna vltima.in princip. Et
hæc intelligit Decius præcitato in loco procedere, quando
ſumus in dubio, cùm ſcilicet non conſtat de delicto: ſecus
verò quando conſtat. quia tunc etiam in foro conſcientiæ
& canonico, mitior pæna eſt indicenda. Ita Decius poſt Ab-
batem ibidem. Et ad declarationem hanc pertinet, quæ di-
cemus infra lib.v.præſump. tertia, dum explicabimus regu-
lam.l.merito.ff.pro ſocio.
Declaratur quintò, vt locum nõ habeat hęc præſumptio,
24 † quando eſt dubium ſuper iuriſdictione iudicis: & iudex
ante eam fundatam cognoſcit. Nam tunc non plus fauemus
reo quam actori. Ita in ſpecie declarant Alexand.& Iaſon in
dicta l. de die. in fine principij.ff.qui ſatiſd.cog.& Alciatus
in dict.præſumptione quadrageſima quarta.in fin.
Declaratur ſextò, vt non habeat locum hæc præſumptio,
25 quando † conſtat de delicto. Nam tunc reo non fauemus,
ſed potius condemnandus eſt, quam abſoluendus. Ita Ne-
uizanus libro ſexto ſyluæ nuptia. numero quadrageſimo-
ſeptimo, verſicul.intellige ſecundo, qui ſic declarat tradi-
tionem Bartol. in l. quemadmodum.numero vndecimo. C.
de agric. & cenſ. libro vndecimo. Cum dixit legem pæna-
lem eſſe extendendam, cum agatur de fauore publico, vt de-
licta puniantur, Et apertius idem Bart.in l.Lucius. §. exerci-
tium.nu2.ff. de ijs, qui nota.infam. ſcripſit, quod quando
26 † conſtat delictum fuiſſe perpetratum, permiſſa eſt extenſio,
vt puniatur.ne alioqui delictum maneat impunitum. & Bar-
tolum ſecuti ſunt Ruinus coſilio ſexageſimo, numero quin-
to, & numero vndecimo, libro quinto, Decius in conſilio
quinquageſimoſecundo, numero nono. Gozadin. in conſi.
v.numero 6.& Didacus libro j. varia. reſolutio.capitul.xj.
numero 5.

## PRAESVMP. XCI.

Iudicium ſubterfugiens, probationes occultans, quando malam fouere cauſam præſumatur, egregia tractatio.

### SVMMARIVM.

1 *Iudicium ſubterfugiens præſumitur de ſua iuſtitia diffidere.*
*Et aliquando punitur tanquam calumniator.nu.2.*
3 *Actor non comparens in termino ad quem citauit reum, ex cauſa iniuſta præſumatur abeſſe.*
4 *Occultans iura & inſtrumenta præſumitur fouere malam cauſam.*
5 *Teſtamentum diu occultatum præſumitur falſum.*
*Idem de emancipatione num.6.*
7 *Iudicium mouere qui diſtulit diu, præſumitur fouere malam cauſam.*
8 *Reus diu differens opponere exceptiones, præſumitur fouere malam cauſam.*
*Idem in differente querelam falſo proponere.nu.9.*
10 *Aduocatum aduerſario ſubtrahens.præſumitur fouere malam cauſam.*
11 *Teſtibus volens probare, quod poteſt inſtrumentis, præſumitur malam cauſam fouere.*
12 *Teſtes paucos examinari faciens, multis præſentibus negotio ſuſpectum ſe facit.*
*Idem ſi eos qui de ſolo auditu auditus, cum alij qui vel viderint vel audierint adſint.nu.13.*
14 *Præſentantem ſe iudici pro tribunali ſedenti, confidere de iure ſuo, nec contumacem iudicari.*
15 *Vocatus in iudicium non veniendo, iudicem contemnere præſumitur*
16 *Præſentans ſe ſponte iudici, innocens præſumitur.*





1 QVI iudicium refugit de ſua iuſtitia diffidere
† præſumitur, inquit Gelaſius in capitul.Chri-
ſtianis. in fine. xij. quæſtio. prima, & Bonifa-
cius in capitul. nullus. de præſumpt. reſcripſit
in hæc verba. *Nullus dubitat, quod ita iudicium
nocens ſubterfugit, quemadmodum vt abſoluatur, qui eſt innocẽs quæ-
rit. Confitetur enim de omnibus, quis ſe ſubterfugere iudicium dila-
tionibus putat.* Hæc ille. Quo loci Abbas, Felinus, & reliqui,
multa ad rem hanc ſcripſerunt, illud maximè eſt Bald. in c.
in præſentia. columna penultima de præſumptio. qui dixit,
quod ille, qui de innocentia confidit non vadit per mendi-
cata ſuffragia: ſed feſtinat, vt veritas inquiratur, & reſpon-
dit Roman. in conſilio clxix. numero 3. quem ſecutus eſt
Afflictus in deciſ. xiij. numero vigeſimoſecundo Quocirca
2 ſubterfugiens iudicium, aliquando † punitur tamquam ca-
lumniator. §. oportet autem. verſicul. ſi tamen is. in auth.
quomodo oportet epiſ. Archid. in capitul.cum olim. verſi-
cul. qui iudicium. de hæret. in vj.& Lucas de Penna in l. iij.
verſicul. cxxxiiij. præſump. C.de apochis pub.libro. x.Huc
facit quod ſcripſit Ioan.Andreæ in capitul.j.de dolo & con-
3 tuma.in vj.cum dixit, quod is, qui non † comparuit in ter-
mino, ad quem citari fecit reum, præſumitur abeſſe ex in-
iuſta cauſa, atque ita ſubterfugere iudicium. Ita pariter di-
4 cimus, præſumi fouere malam cauſam, qui † occultat iura
& inſtrumenta. Barba. in conſi.xxxv.columm, ſecunda libro
tertio. Afflictus in deciſ.xiij.numero vigeſimoſecundo. Pa-
riſius in conſilio ſexageſimoſeptimo. numero 27.& 29. lib.
iij.Craue.in conſilio vj.num.8.in conſi.cxxxj.nu. 17. & nu.
34. & in conſi.ccxcviij.nu.11.& Plotus in l.ſi quando.num.
389.nu.613.& numero 857. C. vnde vi, qui his ſimilia con-
gerunt.
5 Eſt ſimile quod dicimus, † teſtamentum diu occultatum
præſumi falſum, ita reſpondit Barb. in conſi. lxxxviij. colu.
pen.lib.iiij.& ſimile etiam cenſuit Baldus in l.fraus.nu.1.ff.
6 de legib. emancipationem † diu occultatam falſam præſu-
mi, Et habet locum præſumptio hæc, contra mulierem &
ruſticum. Roman.conſi.ccccvj.colum.j. & Craue. in conſi.
clxxviij.nu.5.
7 Ita quoque præſumitur fouere malam cauſam, qui † diu
diſtulit mouere iudicium, quod iàm antea mouere debebat
aduerſus eos, qui ea de re & negotio inſtructi erant. Exem-
plum in eo, qui viuo debitore petere poterat: & tamen adeo
diu diſtulit petere, vt ille ſit vita defunctus, quod feciſſe præ-
ſumitur, vt peteret ab hæredibus minimè inſtructis; & qui-
bus cognitæ non ſunt exceptiones, ſuo anteceſſori compe-
tentes, vel quando tam diu diſtulit agere, quo aduerſario
perierint defenſiones. Ita gloſſ. in clem. ſæpe. §. & quia in
verbo, nõ obſtante. in fi.de verb.ſig.egregiè tradunt Afflict.
in deciſ.xiij.nume.21.verſic.nona coniectura deciſi.lviij.in
fine. Moderni Parienſes in tracta.de vſuris,nu.187.Putheus
in deciſi. ccxlv. nume. 2. libro ſecundo.& Pariſius in conſi,
lxxxiij.numero 27.lib.j.qui reſpondit, contra eum præſumi,
qui cum aſſereret creditorem, diſtulit petere donec debitor
eſſet vita functus. Extat celebris locus apud Ciceronem in
oratione pro P.Quinto, cuius verba adſcripſi. *In hac re te in-
quam teſtem Næui citabo: annum & eo diutius poſt mortem.C. Quintij
fuit in Gallia tecum ſimul Quintius, doce te petijſſe ab eo iſtam, neſcio
quam innumerabilem pecuniam: doce aliquando mentionem feciſſe. di-
xiſſe deberi: debuiſſe concedimus: Moritur C.Quintius, qui tibi, vt ais,
certis nominibus grandem pecuniam debuit: hæres eius P. Quintius in
Galliam ad te ipſum venit in agrum communem: eo denique, vbi non
modo res erat, ſed ratio quoque omnis & omnes literæ. Quis tam diſſo-
lutus in re familiari fuiſſet? quis tam negligens? quis tam tui Sexte diſ-
ſimilis? qui cum res ab eo qui contraxiſſet, receſſiſſet, & ad hæredem
perueniſſet, non hæredem cum primùm vidiſſet, certiorem faceret? ap-
pellaret? rationem afferret? ſi quid in controuerſiam veniret, aut intra
parietes, aut ſummo iure experiretur? Ita ne eſt?* Hæc Cicero, qui
& aliis multis inuehebatur in Sextum Næuium: ſed paucula
8 hæc afferre volui. Non eſt diſſimile, quod dicimus, † reum
ipſum conuentum præſumi fouere malam cauſam, quando
diu diſtulit opponere exceptiones. Ita reſponderunt Ancha.
in conſilio ccxxxiiij, col.j.Caſtren.in conſi.cclxxxj.In cauſa
iſta quinque.col.j.& conſi.ſeq.col,iij.lib.j. & Craue in cõſ.
lxxv.nu.8.in conſi.lxxv.nu.9.& in conſil.cxij.nu.16. Ita pa-
riter præſumitur cõtra eũ, qui diu diſtulit proponere quere-
9 lam falſi: vt † dicemus infra libro vj.præſump.xix, vbi de fal-
ſi crimine diſſeremus. Simile tradit Rebuffus in commen-
tariis ad Regias conſtitutiones Galliæ tomo primo, in titul.
de ſenten. executio. art,iij.glo.ij.num.3.in fine, cum dixit,
quod differens opponere exceptionẽ nullitatis, in executio-
ne ſententiæ, præſumitur calumnioſè diſtuliſſe; ex quo antea
10 opponere poterat. Sic dicimus præſumi fouere † malam
cauſam, qui aduerſario aduocatum ſubtrahit. l. prouidendũ.
§.vlti.C.de poſtula, & tradit Io. Andreæ in additio, ad Spe-
cul.in tit.de præſumpt.§.ſpecies.nu. 5.in verbo, in prædictis
concord.qui dixit, hanc eſſe ſolius hominis præſumptionẽ,
quod ſenſit & gloſſ. in d. §. vltim. cum dixit, ſubtrahentem
hunc non puniri ex hac præſumptione. Huc etiam pertinet
quod reſponderunt Curtius Iunior in conſi,lxiiij,colum.iij,
& Craue. in conſil. clxxviij, numero quinto cùm dixerunt,
11 præſumi illum malam cauſam fouere, qui vult teſtibus † pro-
bare quod inſtrumentis probare poteſt. Et ſimile reſpondit
Aretinus in conſilio ſexageſimotertio columna ſexta verſi-
cul. præterea, cum in matrimonio, & in conſilio octuage-
ſimoſecundo, columna tertia verſicul. niſi forte obſtaret.
Cum dixit, eſſe ſuſpicionem contra eum, qui examinari fe-
12 cit paucos † teſtes, cum tamen multi fuerint præſentes ne-
gotio. Et ſimile ex hac traditione Aretini ſcripſit Craue. in
tractat. de antiquit. tempor. vndecima particula primæ par-
tis principalis. numero octauo cùm cenſuit, præſumptio-
13 nem eſſe contra eum, qui examinari fecit teſtes † deponen-
tes de ſolo auditu auditus: cum potuerit examinari facere
teſtes illos, qui vel ſuis oculis viderunt, vel auribus audie-
runt.
E conuerſo autem ad iam explicata, dicimus à iure præ-
14 ſumi, quod ille, qui ſe † præſentat iudici pro tribunali ſe-
denti, confidat de iure ſuo, nec contumax iudicari poſſit. l.
Diuus.ff.de in integr.reſtitut. Et quemadmodum vocatus
15 † ad iudicium ſi non iuit, iudicem contemnere præſumitur:
Ita econtra ſi citò ad iudicem iuit, non contemnere credi-
tur, & ob id ad ius ſuum cauſamque reſtituitur, vt declarat
Bartol. in d.leg.diuus. numero ſeptimo. Hanc præſumptio-
nem eſſe iuris & de iure, ſcripſit Ioan. Andreæ in additio.ad
Specul. titu. de præſumptio.§.ſpecies.nu.quinto, in verbo,
In prædictis concordantibus. verſ.tertius. Ita dicimus eum,
16 qui ſe iudici ſua ſpontè † præſentat, innocentem à crimine
præſumi, ſicuti dicemus infra libro quinto, præſumpt. dum
explicabimus, ex quibus innocentia præſumatur.

## PRAESVMP. XCII.

Pignora à iudice aſſignata victori ob cauſam iudicati, præſumi pro toto ipſo debito aſſignata.

### SVMMARIVM.

1 *Pignora à iudice victori aſſignata, pro toto debito aſſignata præſumuntur, & ratio redditur.nu.2.*
3 *Pignore conuentionali non tranſit dominium, niſi pro valore & quantitate pignoris, ſecus in pignore iudiciali aut prætorio.*
4 *Pignora limitate aſſignata à iudice; pro certa quantitate, non præſumuntur pro toto debito aſſignata.*
*Idem ſi creditor proteſtetur, ſi pignus nolle, niſi pro ſuo iuſto valore, numero.5.*

1 CVM victori, qui ſententiam pro ſe obtinuit,
pignora † aſſignantur à iudice in cauſam iudi-
cati, pro toto debito aſſignata præſumuntur. l.
à Diuo Pio.§.ſi pignora. ff.de re iudic, quo lo-
ci annotarunt gloſſa, Imola, Alexander & Ia-
ſon. numero ſecundo, & quinto, hanc eſſe præſumptio-
nem iuris & de iure, quæ non admittit probationem in con-
trariũ, vt ſcripſi ex hoc textu ſuperiore libro quæſt. lx. Idem
præter Imolam, Alexandrum & Iaſonem affirmarunt Lucas
de Penna in l. iij. in præſumptio. clxxij. C.de apochis publ.
libro decimo, Euerardus in centuria legali, in loco à veriſi-
mili. numero decimooctauo, in fine. & ſenſit Pariſius in
conſilio quadrageſimoſecundo, numero decimoſexto, libro
2 primo. Et huius præſumptionis ea eſt ratio, † quia in pi-
gnore iudiciali & prætorio, adiudicatione facta per iudicem

dominium tranſit in creditorem, & pignus efficitur ſuum, quaſi æſtimatum pro toto ſuo credito. Creditor ergo ſua ipſa voluntate ſibi præiudicauit in reſiduo. Et hinc apparet manifeſta differentia, inter pignus hoc iudiciale vel prætorium, & pignus conuentionale. Nam in pignore ipſo conuentionali minus idoneo, pro integro credito conſtitutum eſt, ne creditor in reſiduo ſibi preiudicet. l. creditor, qui non idoneum. ff. ſi cer. pet. & l. j. C. de pign. Et eſt ratio, quia in
3 hoc pignore † conuentionali non tranſit dominium, niſi pro valore & qualitate ipſius pignoris, l. neq; pignus. ff. de regulis iuris. In iudiciali vero & prætorio dominium tranſit in totum. Ita Iaſ. in d. §. ſi pignora, numero ſecundo. Et ſi Decius in d. l. creditor, qui non idoneum. numero quinto. ff. ſi certum petatur, rationes has viſus ſit improbare. Et alia ſcribunt Zaſius in dicto §. ſi pignora. Alciatus in dict. l. creditor. & libro ſexto paradox: capitul. tertio. Duarenus libro primo diſputatio. anniuerſ. capitul. ſexto. & Robertus Aurelianus libro primo ſentent. iuris, capitul. vigeſimoſecundo. quibus demonſtrant alium eſſe ſenſum. d. §. ſi pignora.

Declaratur primò hæc præſumptio, vt locum habeat, quando ipſe iudex ſimpliciter aſſignauit hoc pignus credi-
4 tori in ſolutum: ſecus verò quando † limitatè dediſſet pro certa quantitate. Nam tunc ceſſat hæc præſumptio. Ita in ſpecie declarant Baldus in l. ordo. in ſecundo notab. C. de execu. rei iud. & poſt alios Iaſ. in d. §. ſi pignora. numero quinto. Eſt ratio, quia limitata cauſa limitatum parit effectum. l. in agris. ff. de acq. rerum dom. Et vere hic ſumus in claris, in quibus non eſt opus coniecturis.

Declaratur ſecundò, vt locum non habeat hæc præſum-
5 ptio, quando ipſe creditor † contradiceret atque ita proteſtaretur, ſe nolle pignus illud acceptare pro integro ſuo credito: ſed ſolum pro ipſius pignoris iuſto valore. Nam tunc ceſſat hæc præſumptio. Ita gloſſ. in d. §. ſi pignora. in verbo, addicatur, & ibidem Comenſis, Imola & Alexander, quorum opinionem æquiorem & tutiorem eſſe, dixit Iaſon ibidem in fine. Eſt ſane durum & iniquum vt dicebat Comenſis, quod creditor inuitus & cõtradicens, cogatur acceptare pro toto ſuo credito pignus hoc minoris valoris. Nec vrget illa ratio Petri Beſutij, quod cum non fuerit repertus emptor, qui emeret pignus, creditorem cogi illud acceptare: cum ſibi adſcribendum ſit, quod iuſto pretio non emerit tamquam tertius, eo tẽpore quo ſubhaſtabatur, iuxta l. ſecundam, vbi gloſſ. C. ſi in cauſam iudi. Nam reſpondetur, creditorem noluiſſe fraudem aliquam, vel fraudis ſuſpicionem de ſe præbere, tacite ſe ſubmittendo loco tertij emptoris. Et propterea, cum liberum ſit emere. C. de iure deliber. nil huic creditori imputari debet, ſi emere noluit. Hæc itaque declaratio retinenda eſt, reiecta opinione gloſſæ in dict. l. ordo. ac Bartol. & Beſutij in dicto §. ſi pignora,

## PRAESVMP. XCIII.

Rem datam à reo debitore condemnato, creditori pro executione ſentẽtiæ, præſumi loco pignoris, & non in ſolutum datam.

### SVMMARIVM.

*1 Debitor condemnatus ad certam quantitatem, dans rem aliquam creditori, loco pignoris dediſſe præſumitur.*

*Idque etiamſi res eſſet eiuſdem cum delito æſtimationis. nu. 2. Et quando id locum non habeat. nu. 4. 5. & 7.*

*3 Pignus in dubio præſumitur idoneum & ſufficiens.*

*6 Verbum, aſſigno, ſignificat dationem in ſolutum.*

HVIC loco ſatis conueuit, vt paucis diſſeramus, quando debitor ad certam quantitatem cõdemnatus, rem aliquam dat creditori ſuo, pro executione ſententiæ, an præſumatur dediſſe in ſolu-
1 tum vel loco pignoris, donec ſatisfaceret? Et præſumi † datum loco pignoris decidit Afflictus in deciſ. ccclxxiij. multis egregiis adductus rationibus quas nõ commemoro, cum facile apud eum legi poſſint,

2 Extenditur, vt procedat hæc præſumptio † etiamſi res ipſa eſſet eiuſdem æſtimationis, qua ipſum debitum: attamen adhuc data præſumitur loco pignoris. Ita Afflict. in d. deciſ. ccclxxiij. numero ſecundo. E ratione motus eſt Affli-
3 ctus, quia in dubio † pignus præſumitur idoneum & ſufficiens. l. ij. vbi gloſſ. in verbo, redigere. C. de pigno. & Alex. in l. creditor. ff. ſi certum petatur. & ibidem Dec. numero primo. Cæterum ſi recte perpendatur, ab Afflicto diſſentit ibi Vrſilius in additionibus. nu. 5.

Declaratur primo, vt non habeat locum hæc præſumptio
4 † quando iam debitor in eo inſtrumento, quo ſe debitorem conſtituit, dediſſet facultatem ipſi creditori capiendi ſua auctoritate rem illam, & retinendi eam in ſolutum. Et creditor rem illam conſecutus eſt à debitore, diuque poſſedit. Hoc ſane caſu præſumitur iuſto pretio & ex titulo præambulo poſſidere, eamque habuiſſe. iuxta l. quædam mulier. ff. de rei vend. Ita in ſpecie declarat Vrſilius. in additionib. ad dictam Afflicti. deciſ. ccclxxiij. nu. 1.

Declaratur ſecundò, vt locum non habeat hæc præſum-
5 ptio † quando ex aliquibus verbis conijci poſſet, debitorem dare voluiſſe in ſolutum, non autem in pignus, ſicuti quando dixiſſet aſſigno tibi pro debito meo rem illam. Nam
6 verbum hoc † aſſigno, ſignificat dationem in ſolutum. Ita auctoritate multorum ſcripſi in conſil. xx. nume. 6. libro iij.
7 Et ibidem. nume. 9. idem dixi, quando debitor † dixiſſet, ſe rem tradere cum ceſſione iurium & tranſlatione dominij. Et alia plura in diſcurſu illius reſponſi ſcripſi, quæ ad rem hanc pertinent.

## PRAESVMP. XCIIII.

Sententiæ acquieuiſſe condemnatum, quibus ſignis & coniecturis apparere poſſit.

### SVMMARIVM.

*1 Condemnatus petens vel faciens aliquid, quod ſententiæ exequutionem reſpicit, præſumitur ſententiæ acquieuiſſe.*

*2 Precium dans vt actor ab accuſatione deſiſtat, videtur delictum fateri.*

*3 Condemnatus acceptans terminum à iudice condemnante aſſignatum, non præſumitur appellationi interponendæ renunciare.*

*4 Condemnatus ad actum negatiuum, non faciendo, ſententiam tamen approbare non præſumitur.*

*5 Condemnatus non appellans, facit ſententiam tranſire in rem iudicatam.*

*Vel ſi appellauerit quidem, & poſtea renunciauerit appellationi. numero 6.*

CONDEMNATVS præſumitur acquieuiſſe ſen-
1 tentiæ, quando † aliquid petit, vel facit, quæ ſententiæ executionem reſpiciunt, vt puta ſi petita iudice terminum ad ſoluẽdum. l. ad ſolutionem. C. de re iud. & tradunt Lucas de Penna in l. iij. in præſumpt. cxiij. C. de apochis public. libro x. Calcaneus in conſi. xxij. numero 8. Socin. Senior in conſi. ccxx. in fin. libro ſecundo. Dec. in conſilio dcxviij. numero ſecundo. Crauett. in conſ. lxxvij. in fine. in conſilio cclxj. numero tertio in conſilio cclxxvj. numero ſecundò & in conſilio cclxxviij. columna ſecunda verſicul. quinto dico, Alciatus in reſp. ccclxxvij. num. 10. & Tiraquell. in tract. de retractu conuentio. §. primo, glo. ij. nu. 61.

Et hæc quidem præſumptio locum habet multo magis, quando is cõdemnatus ſoluit re ipſa, totum vel partem eius, ad quod condemnatus fuit. Ita Decius in d. conſil. dcxviij. num. 2. Cum plus ſit ſoluere, quam petere terminum ad ſoluendum. Et ſaltem quo ad approbationem actus & ſententiæ procedunt à pari, vt in ſpecie reſpondit Crauet. in d. cõſ. lxxvj. in fin. Et comprobatur eo ſimili quo dicimus, quod
2 accuſatus qui † pretium dedit, vt ab accuſatione deſiſtat accuſator, fateri dicitur delictũ. l. in fiſci cauſis. ff. de iure fiſci & tradit Alexand. in l. tranſigere. numero 1. C. de tranſact.

Extẽditur hæc præſumptio, vt locum habeat etiam, quando condemnatus petiit dilationem per ſuum procuratorem. Ita Marſi, in ſing. clxxxvj. Tuſcis.





Declaratur primò, vt non habeat locum, quando ipſemet iudex aſſignauit reo condemnato terminum ad ſoluen-
3 dum: & ipſe † condemnatus acceptauit terminum ipſum. Nam tunc præſumitur quidem renunciaſſe appellationi interpoſitæ: ſed non interponendæ. Ita declarat Soc. Sen. in d. conſi. ccxx. in fin. lib. ij. poſt Inno, & alios, quos recenſet.

4 Declaratur ſecundò, vt locum non habeat in actu † negatiuo: vt ſi quis fuit condemnatus, ne ſolueret, vel ne rem alicui traderet; & is condemnatus non ſoluit, nec tradit. Hoc ſanè caſu non præſumitur ex eo actu negatiuo approbare ſententiã. Ita egregie Inn. in c. cum olim il iij. de reſtit. ſpol. quem ſecutus eſt Soc. Sen. in d. conſi. ccxx. nu. 11. lib. ij.

Eſt & aliud ſignum approbatæ ſententiæ, quando con-
5 demnatus † non appellauit. Nam tunc dicitur ſententia in iudicatum tranſiuiſſe. l. is, qui. C. de appel. c. quo ad conſultationem. de ſent. & re iud. vbi latè Doct. & Craue. in conſi. lxxix. nu. 3. & manifeſtius Lucas de Penna in l. iij. in præſum. lxxxvj. C. de apoch. pub. lib. x. Idem eſt, quando condemnatus non appellauit intra terminum. l. qui abſente, C. de procur. & tradit Lucas de Penna in d. l. iij, in prẹſump. cxiiij. Qui traditionem hanc intelligit procedere etiam eo caſu, quo hic appellauit intra terminum: ſed deinde intra xxx. dies non comparuit, vt peteret inſtanter ſibi dari apoſtolos, ſeu literas dimiſſorias, iuxta c. ab eo. de appella. in vj. & ſcribunt Inno. & Arch. in cap. cordi. de appel. in vj.

Eſt & aliud ſignum approbationis ſententiæ, quando
6 † condemnatus appellauit: ſed deinde ipſi appellationi renuntiauit. Nam tunc cenſetur fateri ſe iuſtè condemnatum, atque ita ſententiæ acquieſcere dicitur. Ia Bald. in c. iij. §. iudices. in fi. de pace iura. firma. quem ſecutus eſt Tiraq. in tract. de legib. connubial. in gl. v. nu. 69.

## PRAESVMP. XCV.

Appellatio, an & quando præſumatur intra debitum tempus interpoſita.

### SVMMARIVM.

*1 Condemnatus ſententia iudicis, intra decem dies appellare debet.*

*2 Appellatio intra decem dies interpoſita præſumitur, Baldo tamen cum aliis diſſentiente. nu. 3.*

*4 Appellandi tempus intra decem dies, cenſeri de ſubſtantia ipſius appellationis.*

*5 Dictio, &, quando ſtet continuatiuè, vel augmentatiuè.*

*6 Dies decem ad appellandum currunt de momento ad momentum.*

*7 Abſens appellans poſt 20. dies à tempore latæ ſententiæ, præſumitur appellaſſe intra decem dies à tempore ſcientiæ.*

1 IVDICIS ſententia † condemnatus appellare hodie debet intra decem dies. c. concertationi. de appel. in vj. Quare dubitari contingit, quando non apparet quo tempore fuit appellatum, an præſumatur intra decendium interpoſita appellatio? Et præ-
2 ſumi † ſcripſerunt Bald. in l. oportet. §. ſcire. ff. de excuſ. tut. Francus in c. bonæ. nu. 20. de appel. Rimin. Sen. in l. ij. in fi. C. qui admit. & Cæpol. in caut. lix. Quando eſt lata in fi. Cæ-
3 terum à prædictis diſſentiunt † permulti, vt idem Bald. ſibi parum cõſtans in auth. hodie. in prin. C. de appel. cùm dixit, quod probatio huius negatiuæ: tu non appellaſti intra decem dies, non incumbit appellato, ſed appellanti. Non ergo præſumitur appellans intra decendium appellaſſe, ſic & Cõpoſtellanus in c. cum dilectus. de elect. & ibidem Butr. in fi. Gemin. in c. Romana. §. ſi verò colum. ij. de appel. in 6. Paul. Eleaz. in c. tertio loco. col. ij. de proba. Franc. in c. j. col. iiij. de appell. Rota in dec. xxx. in tit. de appel. in nouis, & in dec. xiij. in fi. de conceſſ. præb. in antiq. Aretin. in cap. ſignificauerunt. in iiij. notab. de teſtib. Feli. in c. quo ad conſultationem. nu. 25. de ſenten. & re iud. Lambertin. in tractat. de iure patro. libr. ij. par. j. artic. xxv. j. q. prin. nu. 3. & in fi. Myſingerius libr. iij. ſing. obſerua. c. xv. verſi. porrò tertium. Et huius quidem ſententiæ ea eſt ratio, quia appellare intra decem dies, eſt quædam extrinſeca ſolennitas, quæ nõ præſumitur. l. quæcunq; in fin. de publicia. in rem actio. Et præterea tem-
4 pus hoc † appellandi intra decem dies, ſecundum alios, cenſetur quodammodo de ſubſtantia ipſius appellationis: ob id probari debet ab eo, qui appellaſſe ſic aſſerit. Ita Innoc. in c. qualiter. de accuſ. His declaratur ſtatutum Papiæ primum in ciuilib. dum ſtatuit, intra quatuor dies à lata ſententia eſſe appellandum,

Extenditur hæc ſententia, vt locum habeat etiam ſi in actis ſcriptum eſt, Caium appellaſſe à grauamine ſibi noto à decem diebus citrà. Nam adhuc non præſumitur appellaſſe intra decendium. Ita Rota in dec. xxxix. ſi poſſeſſor de appella. in nouis, & Feli. in d. c. quoad conſultationem. nu. 25. verſ. tertia concl. qui hoc iuris rigore, non autem æquitate vera eſſe ſcripſerunt. Illud etiam addunt, quod quando in actis legitur Caium à decem diebus & citra appellaſſe: Nam tunc præſumitur appellaſſe intra decẽdium: quia illa dictio, &, ſi-
5 gnificat temporum continuationem. Crediderim † dictionem, &, ſtare augmentatiuè, iuxta l. ea tamen adiectio. de leg. iij. & reſpondit Pariſ. in conſi. vij. nu. 29. lib. iij. & propterea ſignificare, quod & intra decem dies & poſt appellauit.

Extenditur ſecundò, vt locum habeat in eo, qui in die decima appellauit. Nam & tunc non præſumitur appellaſſe in-
6 tra decendium, quia † decem ipſi dies, currunt de momento ad momentum. authen. hodie. C. de appel. c. quo ad conſultationem vbi Abbas. nu. 4. de ſent. & re iud. Et ideo fieri poteſt, quod ſententia fuerit lata die prima Iulij, hora duodecima, & tamen appellatum ſit die decima Iulij hora xj. Ita Caſtren. in auth. hodie. C. de appel. Comenſ. & Ange. Aret. in l. ij. §. dies. ff. quando appell. ſit, quos ſecutus eſt Felin. in d. c. quoad cõſultationẽ. nu. 26. Idem affirmauit Andr. Gaill. lib. j. pract. obſeru. c. cxxxix. nu. 5. Cæterùm traditio hęc non obſeruatur in curia Romana, vbi ex Bulla Innocentij ſummi Pontificis recipi poſſunt appellationes interpoſitę poſt momentum temporis, ſeu per totam ipſam diem decimam. Ita ſcribunt Octauianus Veſtri. in praxi iudiciorum libr. vij. nu. 26. & Bald. Senenſis in tract. de temp. vtili. & continuo. c. iij. nu. 1. verſ. hoc tamẽ tẽpus. Et cũ Pontificiã legẽ nõ exiſtimẽ localem, idem cæteris in curiis Pontificiis obſeruandũ erit.

Extenditur tertiò, habere locũ etiã quando de appellatione conſtaret ex appellati confeſſione. Cum enim appellatus fatetur appellationem fuiſſe interpoſitã, præſumitur etiã ꝙ fuerit interpoſita intra decendium. Ita decidit Rota in deciſ. xxx. de appel. in nouis. & ſi recte perpendatur idem ſenſit Aegidius Bellam. in concl. dclxxxiij. num. 3. verſi. ſed non placuit aliis. Etſi Feli. in d. cap. quoad conſultationem. num. 25. aliter intellexerit ipſum Aegidium.

Declaratur primò, non habere locum, quando abſens
7 † qui appellat poſt viginti dies à tempore latæ ſententiæ, præſumitur appellaſſe intra decem dies à tempore ſcientiæ: quia ſcientia non præſumitur. Ita Feli. in d. c. quo ad conſultationem. nu. 25. verſi. & adde, poſt Aegidium Bellameram in concluſ. cccxlix. nu. 1. Idem ſenſit ipſe Bellamera in d. cõcluſ. dclxxxiij. nu. 4. verſ. ſed hic oportet.

## PRAESVMP. XCVI.

Appellationem non eſſe deſertam prẹſumi.

### SVMMARIVM.

*1 Appellans intra tempora præſtituta à lege appellationẽ proſequi debet.*

*2 Appellatio in dubio non præſumitur deſerta. & quæ ratio ſit. nu. 3.*

QVI appellauit neceſſe habet appellationẽ pro-
1 ſequi † intra præſtituta tempora à lege, vt extat conſtitutio. l. ij. C. de temp. appel. alioqui deſerta pronuntiatur appellatio, & ſentẽtiam eſſe exequendam Cum verò in dubio verſamur, de-
2 ſerta an ſit appellatio, vel non, præſumptio ſumenda † eſt, deſertam non eſſe: ſicuti ſcribunt Caſtren. in l. j. nume. 4. ff. ſi quis cautio. & ibidem Iaſ. nu. 16. Dec. in c. vt debitus. nu. 18. de appellat. & in conſi. ccclvj. nu. 1. Pariſ. in conſi. cxv. num. 1. lib. j. Soc. Iun. in conſi. cxvij. nu. 11. lib. j. & in conſil. xxxj. in fi. lib. iij. Craue. in cõſi. ccliiij. In fin. & Ioan. Baptiſt. Aſin. in praxi de ordine iudiciorum. c. xiiij. Et huius quidem tra-
3 ditionis ea eſt ratio, † quia ſic præſumendo, vtrique partium eſt magis conſultum & ſatisfactum.

FINIS LIBRI SECVNDI.

# LIBRI TERTII, PRAESVMPTIONVM CAPITA.


1 MATRIMONIVM quibus præſumptionib.& coniecturis,cõtractum præſumatur. 234

2 Matrimonium an præſumatur contractum annuli traditione vel immiſſione vel geſtatione. 242

Matrimonium vel ſponſalia, quibus verbis contractum præſumatur. 243

3 Matrimonium metu contractũ,quando præſumatur,& quando metus præſumatur continuatus,& quando purgatus. 244

4 

5 Dotis fauore ſtipulatio interpoſita an præſumatur vel fingatur in dotali inſtrumento, pro ipſius dotis reſtitutione. 247

6 Dos quando in omnibus bonis, vel in eorum parte præſumatur conſtituta ab vxore marito. 248

7 Dotata an præſumatur mulier,quæ iam nupta reperitur. 257

8 Dotalia vel paraphernalia, vel extra dotem, an præſumantur bona illa,quę mulier promittit vel tradit marito, cui non dedit,vel iam dedit dotem. 258

9 Fructus bonorum dotalium,paraphernalium,& extra dotem,an & quando præſumatur mulierem ita conceſſiſſe marito,vt is dicatur eos ſuperlucratus. 259

10 Dos quando à muliere donata præſumatur ſtipulatori,ab illa adhibito, vt ſoluto matrimonio dos ipſa ei reſtitueretur,luculenta explanatio. 264

11 Donatio inter viuos vel cauſa mortis,an præſumatur illa,quam mulier facere dicitur ſtipulatori,qui eſt ſtipulatus dotem ſibi reſtitui,in caſu dotis reſtituendæ. 267

12 Dos confeſſata à marito, quando præſumatur numerata,in eius & hæredum ſuorum detrimentum, & præiudicium. 269

13 Dos confeſſata à marito,quando præſumatur ei numerata,in detrimentum,& præiudicium creditorum ipſius mariti. 278

14 Dos ad quem perueniſſe præſumatur,quando pater & filius, eodem in inſtrumento confeſſi ſunt, ſe recepiſſe dotem vxoris ipſius filij. 281

15 Dos à patre data vel promiſſa pro filia,an & quando præſumatur ex bonis patris vel filiæ conſtituta. 282

16 Dotem datam vel promiſſam à fratre pro ſorore,præſumi datã vel promiſſam ex bonis ipſius fratris ſicq; eam donatam cenſeri. 286

17 Dos ab auo data vel promiſſa,pro nepte, an & quando præſumatur promiſſa contemplatione filij, vel ipſius neptis. 286

18 Dotem quam maritus confeſſus eſt in dotali inſtrumento recepiſſe,tẽpore confeſſionis receptam præſumi. 287

19 Donatum à ſponſo ſponſæ,præſumi donatum,ſi ſubſequatur matrimonium. 288

20 Patrem alienando bona omnia,præſumi reſeruaſſe filiis lucra matrimonialia. 288

21 Mulierem pro alio intercedentem,præſumi aliquando pro ſui commodo id feciſſe,& ob id Velleiano non iuuari. 288

22 Mulierem non præſumi pretij partem recepiſſe, etſi vna cum marito rem alienauit. 288

23 Donatio facta inter virum & vxorem,an & quando præſumatur reuocata,vt donantis morte confirmata dici non poſſit. 289

24 Maritus an,& quando præſumatur donaſſe vxori ea, quæ illi tradidit. 290

25 Maritus an & quando donaſſe, & remiſiſſe præſumatur alimenta,& vſuras ſeu intereſſe ſibi debitum. cauſa dotis non ſolutæ. 290

26 Donata mulieri à conſanguineis mariti,an & quando præſumantur ita donata, contemplatione ipſius mulieris vel mariti vt vel vni,vel alteri,acquirantur. 292

27 Donata legatis,an & quando præſumantur eorum contemplatione & cauſa, vel cõtemplatione Principis donata,vt vel eis,vel Principi cenſeatur acquiſitum. 294

28 Donatum filiofamilias,an & quando præſumatur donatum,ſui vel patris contemplatione. 295

29 Donatio inter patrem & filium,an & quando conſiſtat, & præſumatur vel ob filij benemerita vel alijs ex cauſis. 297

30 Pater dando, tradendo vel concedendo rem aliquam filio, an donare, vel peculij loco præſumatur concedere. 305

31 Donare quando præſumatur is, qui ſoluit & præſtat quod non debet. 309

32 Donaſſe quando præſumatur,ſcienter in alieno ſolo ædificans,& ibi de meliorationibus factis æſtimandis. 310

33 Donationem certis in caſibus præſumi. 311

34 Donatio an ſit,aut mutuum,vel contractus alius,amico ſi quis dixerit: Tolle,ſume tibi hanc pecuniam. 312

35 Donatio quando præſumatur inter viuos, etiam mortis facta mentione. 314

36 Donatio quando præſumatur cauſa mortis, nulla ſi mortis fiat commemoratio. 317

37 Donatio cauſa mortis,quando præſumatur reuocata. 318

38 Contractum ſecundum ſui naturam,& diſpoſitionem legis,confectum pręſumi. 322

39 Contractus an nominatus vel innominatus pręſumatur. 322







40 Pactum præſumi nudum,cum pacti ſimplex mentio fit,& quando præſumatur veſtitum. 323

41 Pactum nudum vel ſtipulationem an iniuiſſe præſumantur, qui vſi ſunt verbo, conuentionis, promiſſionis vel placiti. 324

42 Pactum præſumi,ex promiſſione facta præſenti, & tacenti,cum de eius vtilitate,& commodo agitur. 325

43 Pactum,& conuentum de his præſumi inter contrahentes, quæ vſu, & conſuetudine ſolent in contractibus adhiberi. 328

44 Promittens facere & præſtare,quãdo contra ſeipſum præſumatur promiſiſſe. 328

45 Creditor recipiens vinum vel quid ſimile mutuo datum,an præſumatur remiſiſſe intereſſe quanti plurimi, ad quod debitor ratione moræ tenebatur. 329

46 Contrahentem aliquidve acquirentem, præſumi proprio, non autem alieno nomine, contraxiſſe, & acquiſiſſe. 332

47 Contrahentem paciſcentemq; præſumi contrahere, & paciſci,ſuorum quoque hæredum nomine. 332

48 Patrem acquirentem pro ſe & filiis,præſumi acquirere voluiſſe filiis vt hæredibus. 333

49 Quando procurator,nomine ſui principalis contraxiſſe præſumatur,& quando id nomine alterius. 334

50 Acquiſita à filio,quando ex bonis patris vel propriis acquiſita præſumantur. 336

51 Acquiſita per vxorem, quando ex bonis mariti acquiſita præſumantur. 337

52 Acquiſita ab adminiſtratore bonorum Principis vel Reipub.quando præſumantur quæſita propria pecunia, vel illa Principis,& Reipub. 341

53 Acquiſita à Clerico,& Eccleſiæ prælato,ex quibus bonis præſumantur acquiſita. 342

54 Quando fraus à Prælato commiſſa præſumatur in alienatione bonorum Eccleſiæ facta in proprios affines, & ſanguine coniunctos. 343

55 Quando pecunia à prælato mutuo ſuſcepta Eccleſiæ cauſa,præſumatur verſa in ipſius Eccleſiæ vtilitatem, & ibidem de aliis his ſimilibus. 344

56 Societas omnium bonorum vel alicuius negotiationis,quando contracta præſumatur inter fratres, vel alios ſanguine coniunctos. 345

57 Societas diſſoluta,quando renouata præſumatur. 349

58 Pecuniam ſolutioni paratam fuiſſe,quando præſumatur,nec eſſe ſpeciale in mutuo, quod pecunię ſolutioni paratę,dominium tranſeat in mutuatarium. 350

59 Mercator an præſumatur ſoluendo,vel non. 351

60 Societatis diuiſio,quando facta præſumatur. 351

61 Diuiſionem factam inter fratrem ætate minorem, & maiorem,præſumi factam,prouocãtę ipſo maiore,quando verum ſit. 353

62 Librum ſocietatis,& mercatorum,præſumi ſcriptum conſenſu ſociorum, & ob id probationem inter eos facere. 353

63 Librum mercatoris præſumi continere vera in reliquis parcellis,cum earum aliquæ fuerint probatæ, & iuſtificatæ. 354

64 Signa,& nomina præſumptionem,& coniecturam facere, res illorum eſſe, cuius inſcripta vel impoſita ſunt ipſa nomina,& ſigna. 355

65 Socius,mercator,& debitor,nulla contradictione facta,literas ad ſe datas accipientes, an in eis ſcriptam obligationem,contractum & debitum,approbaſſe præſumantur. 355

66 Scripturam alienam ſcribens,inſcribens aut ſubſcribens, quando aut quomodo eam approbaſſe præſumatur. 356

67 Mutuum præſumi ita contractum,vt tantundem eiuſdẽ bonitatis reſtituatur,& an hęc ſit fictio legis vel pręſumptio. 360

68 Mutuam pecuniam à ſcolare,à legato,& milite ſuſceptam,pręſumi in cauſas Scolaſticas,legationis, & militię impenſam,vt eam pater reſtituere teneatur,& ceſſet Senatuſconſultum Macedonianum. 360

69 Mutuum vel depoſitum an pręſumatur,quando pecunia in ſacculo alicui traditur. 361

70 Mutuum ſub vſuris,cuius gratia celebratum pręſumatur. 361

71 Mutuans abſentis nomine,an ipſi abſenti pręſumatur donaſſe. 361

72 Satiſdatio quam arrogator pręſtat de reſtituendis rebus arrogati,an pręſumatur vel fingatur. 361

73 Pretij quantitatem coniecturam facere,an res comprehendãtur in emptione,& in diuiſione, ſignificare etiam an contractus ſit emptionis vel locationis, vel emphyteuſis vel feudi. 362

74 Pretij,& ęſtimationis mentionem,arguere contractum eſſe emptionis,& venditionis. 362

75 Pretium rei venditę recipiens, venditionem ipſam approbaſſe atque ratificaſſe pręſumi. 363

76 Pretio ſimpliciter promiſſo, quę moneta promiſſa pręſumatur. 363

77 Vinum in dolio vendens,an & dolium pręſumatur vendidiſſe. 363

78 Vendere nolle pręſumitur is,qui immodicum poſcit pretium. ibid.

79 Emptorem tradentem rem pręſumi fidem habere de pretio. 364

80 Emere,& alios contractus celebrare,quãdo palam,& bona fide pręſumatur tutor cum pupillo, cuius tutelam gerit. 364

81 Contrahentem cum pupillo non pręſumi, quod ſine tutoris autoritate contraxerit,vt inde tutor obligetur. 365

82 Minores & mulieres contrahentes,pręſumi facile lędi,& ob id facile eis ſubueniendum eſſe. 365

83 Minoris lęſionem ex præſumpta affectione erga rem diſtractam,vel emptam conſiderari. 366

84 Pretium,venditæ rei à minore,an præſumatur in eius vtilitatem conuerſum. 367

85 Conductor quando reconduxiſſe præſumatur rem coductam. 376
86 Locatorem pręſumi adhibuiſſe patientiam, vt conductor re conducta poſſet vti & frui. 371
87 Mercedem pręſumi promiſſam, eo ipſo quod mancipium fuit naui impoſitum, aut res mulioni ferenda tradita, 371
88 Contrahens cum aliquo, pręſumitur habere cognitam illius conditionem. 371
89 Seruitutem non pręſumi, ſed libertatem. 372
90 Ius patronatus in Eccleſia acquiſitum, quando & quibus pręſumatur. 373
91 Feudalis res quando pręſumatur, & quando libera & allodialis. 374
92 Feudi vel emphyteuſis inueſtituram primam obſeruandum eſſe, ſecũdam vero vel errore vel dolo ſuſceptam præſumi. 378
93 Feudum antiquum vel nouum, an & quando pręſumatur. 378
94 Feudum an pręſumatur hereditarium, vel potius ex pacto, & prouidentia. 379
95 Feudum rectum, & proprium in dubio pręſumi. 380
96 Caſtrum an pręſumatur à Principe infeudatum, vel donatum, aut cuſtodię cauſa traditum. 381
97 Caſtro in feudum dato, vel donato, vel vendito, quando iuriſdictio, & merum ac miſtum imperium cõceſſum pręſumatur. 381
98 Caſtro recognito in feudum à Principe, an pręſumatur etiam recognita iuriſdictio, & imperium ſeu territorium. 385
99 Feudo caſtri vel oppidi conceſſo vel recognito, an & quando pertinentiæ conceſſę, & recognitę pręſumãtur, & quę dicantur eſſe ex pertinentiis. 385
100 Caſtro, oppido & ciuitati prędia adiacentia, an & quando pręſumantur eſſe principis, & domini ipſius Caſtri oppidi & ciuitatis. 386
101 Feudalia an & quando pręſumantur pręd ia ſita in territorio oppidi vel caſtri feudalis. 387
102 Subuaſalli ſubinfeudati, cuius effecti Vaſalli præſumantur, an primi mediati, vel ſecundi immediati Domini. 389
103 Priuilegium ſeu conceſſio, an & quando pręſumatur vel realis vel perſonalis, & qui ſit huius tractationis vtilis effectus. 391
104 Emptionis, & venditionis, vel locationis & conductionis contractus an pręſumatur, cum princeps vel vniuerſitas aliquam vectigalium exactionem alicui certo pretio concedit. 394
105 Contractus emphyteuticus vel locationis quibus coniecturis, & pręſumptionibus iudicari poſſit. 397
106 Contractus emphyteuticus vel cenſualis, quibus coniecturis, & pręſumptionibus demonſtretur. 398
107 Cenſus conſtitutio, an præſumatur ſeu aſſimiletur contractui mutui vel emptionis, & vẽditionis, vel emphyteuſis, vel locationis. 399
108 Emphyteuta quando quis curſu temporis præſumatur, & quanti temporis præſcriptio requiratur. 400
109 Emphyteuta curſu temporis effectus, an & quando præſumatur perpetuus factus, vel vſque ad tertiam generationem tantum. 401
110 Emphyteuſi ad tempus conceſſa, an præſumatur ad certum tempus vel perpetuo conceſſa. 402
111 Emphyteuſis an & quando curſu temporis ad commodum & beneficium directi domini præſumatur. 402
112 Caducitatis pœna, an, & quando præſumatur remiſſa à Domino emphyteuſis vel feudi, recipiente canonem, & penſionem. 402
113 Creditorem recipiendo ſortem, pręſumi remiſiſſe vſuras. 405
114 Remittens iniuriam, an & quando pręſumatur remittere damna, & expenſas. 405
115 Diuiſione bonorum inter cohęredes facta, an & quando pręſumatur remiſſum ius fideicõmiſſi, & bonorum emphyteuticorum. 405
116 Ius fideicommiſſi vel bonorum emphyteuticorum, an remiſſum pręſumatur à fratre, qui pręſens fuit, & tacuit, quando alter frater bona ipſa fideicommiſſi vel emphyteuſis alienauit. 413
117 Ius legati vel fideicõmiſſi remiſiſſe, an, & quando pręſumatur legatarius vel fideicommiſſarius, qui rem ipſam emit, alióve titulo acquiſiuit. 413
118 Diuiſione bonorum inter cohęredes facta, ſi ſequuta eſt euictio portionis alterius eorum, quando alter pręſumatur obligatus & teneatur. 415
119 Creditor conſentiendo rem ſibi obligatam alteri pignorari, quando & quomodo pręſumatur ius pignoris remiſiſſe. 417
120 Pignoris, & hypothecæ diuiſionem, eo modo inter creditores factam pręſumi, quo & ſors ipſa principalis diuiſa fuit. 417
121 Creditor primus, quando iure ſui crediti pręſumatur emiſſe rem pignoratam vel hypothecatam, ne ſecundus creditor offerre ei poſsit. 417
122 Pignoris, & hypothecæ contractus vſurarius, & ſimulatus, vel emptionis, & venditionis, an & quando pręſumatur. 419
123 Vſura quando & quomodo in contractu mutui commiſſa pręſumatur. 430
124 Alienatio bonorum in fraudem fiſci ſimulatè facta, ad euitandam publicationis bonorum pœnam, quando pręſumatur. 431
125 Simulatio quando de perſona ad perſonam pręſumatur commiſſa. 437
126 Metus an & quando illatus pręſumatur, & quando perdurarę, ac purgatus dicatur. 4[illegible]7
127 Metus reuerentialis, quibus coniecturis & pręſumptionibus detegatur. 439


128 Metum




128 Metum & dolum abeſſe præſumi in eo, qui præſentibus ſanguine coniunctis vel amicis contraxit. 442
129 Ceſſio actionum, quibus coniecturis, & præſumptionibus detegatur ficta, & ſimulata. 442
130 Bona fides, & mala fides poſſeſſoris, an & quando præſumatur. 445
131 Titulus quando & quomodo temporis curſu reddatur validus, vel nouus inducatur, vel præſumatur. 448
132 Solennitas intrinſeca, & extrinſeca, quando & quomodo, vel temporis curſu, vel alia ex cauſa, præſumatur in contractibus, aliiſque actibus inter viuos. 458
133 Verbis enunciatiuis prolata à contrahentibus, quando & quibus in caſibus vera præſumantur. 466
134 Nouatio quando, & quibus in caſibus, facta & inducta præſumatur. 467
135 Creditori ſolutum atque ſatisfactum, quando præſumatur. 472
136 Debitor multis ex cauſis, quam in cauſam ſoluiſſe præſumatur. 473
137 Creditorem damnum ſentire pręſumi, cum creditum quod erga vnum, in plures debitores partitur. 474
138 Quando re perempta, eo modo quo apud creditorem periiſſet, liberetur debitor, & ibi, quando præſumatur, quod eodem modo apud ipſum creditorem periiſſet. 475
139 Debitorem annuum in pręteritum ſemper ſoluiſſe, cum conſtat ſoluiſſe per tres continuos poſteriores annos, an & quando præſumatur. 476
140 Debitori an, & quando præſumatur remiſſum debitum à creditore, qui ei tradidit ſui crediti inſtrumentum. 479
141 Debitor an, & quando liberatus præſumatur, inſtrumento debiti cancellato. 481
142 Compenſandi cauſa, quando aliquid datum præſumatur. 483
143 Soluens creditori, an & quando præſumatur ſoluiſſe vt ſibi cedantur actiones contra debitorem principalem. 484
144 Præſumptio an & quando ſumatur, cauſa euitandi pœnam, in contractu appoſitam. 485


D.I A

# D. IACOBI MENOCHII, IVRISCONSVLTI,

## *DE PRÆSVMPTIONIBVS, CONIECTVRIS, ſignis, & indicijs, qui verſantur circa contractus,*

# LIBER TERTIVS.

## PRÆFATIO.

### *SVMMARIVM.*

1 *Contractus matrimonij, vt omnibus antiquior, ita nobilior, & aliorum veluti fons, & origo.*
2 *Matrimonij prima inſtitutio, in paradiſo deliciarum cur facta ſit.*
3 *Matrimonij inſtitutio ſecunda extra paradiſum cur facta.*

CVM diſſerendum nunc nobis ſit de præſumptionibus, coniecturis, ſignis, & indiciis, quæ verſantur circa contractus: exordiendum eſſe ab eo exiſtimauimus, qui vt eſt omnium † antiquior: ita eſt & nobilior, ac aliorum veluti fons & origo: hoc eſt à contractu matrimonij. Eſt enim certum matrimonij contractum à Deo Opt. Max. inter primos noſtros parentes inſtitutum Geneſ. capitu. ſecundo. cuius quidem contractus inſtitutio prima in Paradiſo delitiarum facta eſt, vt † eſſet immaculatus thorus, & honorabiles nuptiæ, ex quibus ſine ardore concupiſcentiæ conciperent, ſine dolore parerent. Inſtitutio verò † ſecunda propter illicitũ motum eliminandum, extrà Paradiſum facta eſt, vt infirmitas prona ad ruinam turpitudinis, honeſtate exciperetur conjugij. Ita Diuus Hierony. ſuper Lucam, relatum in cap. ſicut. xxxij. quæſtio. ij.

## PRAESVMP. I.

Matrimonium quibus præſumptionibus, & coniecturis, contractum præſumatur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Matrimonium contractum non præſumitur. ideo id aſſerens probabit. numero 2.*
3 *Matrimonium contractum vel veris vel præſumptis probationibus demonſtratur.*
4 *Matrimonium aliud verum, aliud præſumptum dici.*
5 *Matrimonium præſumptum, quomodo dicatur.*
6 *Matrimonium per ſponſalia præſumitur contractum, copula carnali ſubſequuta, Eaq; dicitur iuris & de iure præſumptio. num. 7. contra quæ non admittitur contraria partis confeſſio. nu. 9.*
8 *Actum faciens præſumitur facere, ob cauſam præcedentis obligationis.*
10 *Confeſſioni litigantium in cauſa matrimoniali non ſtatur, ad infirmandum matrimonium contractum.*
11 *Confeſſioni illius qui pro matrimonio contendit, quando adhibeatur fides vel non.*
12 *Matrimonium diſſoluere non eſt in coniugum poteſtate.*
13 *Matrimonium contractum præſumitur cum ea, quam quis ex ſponſis incertis carnaliter cognouit: Et eò vſque procedit, etſi propter coitum ſe matrimonio conſentire nolle, ſit proteſtatus. nu. 15.*
14 *Sponſalia ſub conditione contracta, tranſeunt in matrimonium copula ſubſequuta.*
16 *Actus qui ſine peccato mortali fieri poſſunt ob ſpem nuptiarum, ſi proteſtationem ſequantur, non inducere præſumptionem matrimonij.*
17 *Sponſalia ſi ſint contracta cum duabus, in præiudicium primæ ſponſæ præſumitur matrimonium, ſi ſecunda fuerit carnaliter cognita.*
18 *Sponſa poſt ſponſalia ante coitum cum ſponſo, etiam cum alio fornicante, nihilominus ob ſubſequutam copulam matrimoniũ contractum præſumi. Et ratio aſsignatur. nu. 19.*
20 *Maritus poſt adulterium ab vxore commiſſum, cognoſcendo eam carnaliter, dicitur remiſiſſe iniuriam, criminiſque accuſationem.*
21 *Mulier inuita viro tradita, ſi patitur ſe carnaliter cognoſci, præſumitur in virum tanquam maritum conſenſiſſe, idque præſumptione iuris, & de iure. nu. 22.*
23 *Sponſam, cum qua de futuro quis contraxit, rapiendo, & coeundo, præſumitur quis matrimonio conſenſiſſe.*
24 *Sponſus timore mortis cognoſcens carnaliter ſponſam, tanquam in vxorem præſumitur conſenſiſſe, Aliquibus tamen diſſentientibus. numero 25.*
26 *Coitus ſubſequutus, non arguit matrimonium contractum, ſi ſponſalia vel mutuo conſenſu, vel aliàs legitimè ante coitum fuerint diſſoluta,*
*Idem ſi ob iuſtum impedimentum nulla, fuerint. nu. 27.*
28 *Probatio indirecta aduerſus præſumptionem iuris, & de iure admittitur.*
29 *Coitus ſubſequutus, matrimonium contractum non præſumit, ſi in foro conſcientiæ, ſponſus non maritali affectu, ſed fornicario ad ſponſam ſeſe dicat acceſſiſſe.*
30 *Matrimonium ex defectu conſenſus, non iudicatur in foro conſcientiæ.*
31 *Re dubia, & ſalutem animæ tangente, tutius eligendum eſt, vbi præciſa conceditur electio.*
32 *Factum ſubſequutum, declarat voluntatem dubiam præcedentem.*
33 *Matrimonium in foro conſcientiæ non cenſeri contractum etiã per verba de præſenti, ſi maritus non animo contrahendi, ſed in copulã alliciendi cauſa, ſe feciſſe aſſerat.*
*Et quando credendum illi ſit. nu. 34. 35. & 37.*
36 *Voce ſua quod quis dilucidè proteſtatus eſt, indignum eſt in eundem caſum proprio poſſe teſtimonio infirmare. Quod tamen in foro cõſcientiæ non procedere aſſeritur. nu. 41.*
38 *Lingua quod loquitur, lex præſumptione violenta, iudicat eſſe in corde.*
39 *Verba oris præſumptionem faciunt eorum quæ in corde ſunt.*
40 *Facta ad declarandam hominis voluntatem efficacia ſunt.*
42 *Coitus antecedens ſponſalia, non præſumit matrimonium contractum, reiecta opinione contraria. nu. 44.*
43 *Sponſalia ſunt futurarum nuptiarum promiſſiones.*
45 *Matrimonium carnali copula non ſequuta, quibus caſibus Papa diſpenſando poteſt diſſoluere, iiſdem poſſe etiam in eo, quod copula carnalis præceſſit.*
46 *Matrimonium ex cohabitatione viri, & mulieris quo ad filiorum legitimationem tantum præſumitur.*
47 *Concubitus in dubio ſponſalia ſubſequutus eſſe, non præceſſiſſe præſumitur.*
48 *Conatus ſolus ad concubitum, non ſufficit vt matrimonium præſumatur contractum.*
49 *Pubes proprie dicitur adoleſcens.*
50 *Virginitatem ſponſæ, cum ſponſo, nõ niſi per matrimonium deperditam lex præſumit.*
51 *Extenſio non debet fieri in materia exorbitanti, & contra communes iuris regulas.*

52 Præſum



52 *Præſumptiones non admittunt extenſionem.*
53 *Sponſalia impuberum contracta etiam per verba de præſenti, intelliguntur de futuro.*
54 *Conatus ſolus ad copulam, etiam prope ætatem perfectam, non efficit matrimonium.*
55 *Sponſus ſponſam ad domum traducens, matrimonium præſumitur contraxiſſe. Hancque præſumptionem iure Cæſareo, non Pontificio introductam. nu. 56.*
57 *Traductione ad domum præſumuntur ſponſalia fuiſſe de præſenti.*
58 *Traductione ſolenniter facta, & eo modo quo vxores deduci ſolent, matrimonium præſumitur contractum eſſe iure pontificio.*
59 *Sponſalia contracta de futuro, verbis conſenſum præſentem exprimentibus, quib. ſignis in matrimonium præſumantur tranſiſſe.*
60 *Sponſalia de futuro, aliquando dicuntur re, & verbis. Aliquando verbis quidem de præſenti, ſed iuris interpretatione de futuro. numero 61.*
62 *Sponſalia re & verbis de futuro, ex aliquibus ſignis non tranſeunt in matrimonium.*
63 *Subarratione per annulum facta, quando præſumatur contractum matrimonium.*
64 *Sponſalia interpretatione iuris de futuro, quib. ſignis tranſeant in matrimonium.*
*Et quo tempore illa ſigna apparere debeant. nu. 65.*
*Id autem in contrahente minore ſeptennio non obtinere locum. nu. 66.*
67 *Cohabitatione viri & mulieris matrimonium præſumi contractum.*
*Idque procedere abſolute de iure ciuili. nu. 68.*
*Iure autem pontificio quo ad virum, & mulierem, potius præſumi fornicationem. nu. 69.*
*Aliud eſſe quo ad legitimationem liberorum. nu. 70.*
71 *Cohabitationem longam, decem annorum dici.*
72 *Matrimonium inter pares facile præſumi.*
73 *Cohabitatione longa non præſumitur contractum matrimonium, nec iure ciuili ſi mulier corporis ſui quæſtum fecit.*
*Aut ſi maritus mulierem non tractarit honorifice eo modo quo ſolent tractari vxores. nu. 74.*
*Vel habitatio non fuerit in vna eademque domo. nu. 75.*
*Aut cohabitantes coram teſtibus, ſe tanquam coniuges cohabitare non declarauerint. nu. 76.*
77 *Cohabitantibus vita defunctis etiam iure pontificio quo ad liberorum legitimationem, matrimonium præſumitur.*
78 *Legem ciuilem obſeruari, quo ad legitimationem, & ſucceſſionem filiorum, eorum qui ſimul cohabitarunt.*
79 *Matrimonium inter cohabitantes, qua de cauſa lex pontificia non præſumat.*
80 *Matrimonium contrahentes ſub conditione, copula carnali ſe commiſcentes, purè contraxiſſe præſumuntur.*
*Atque hæc præſumptio iuris, & de iure dicitur. nu. 81.*
82 *Matrimonium contraxiſſe præſumuntur vir & mulier, inuicem ſeſe tanquam coniuges tractantes. Eam autem præſumptionem hominis tantum eſſe. nu. 84.*
83 *Facta verbis anteponi.*
85 *matrimonium præſumuntur contraxiſſe, ſeſe inuicem nomine mariti vel vxoris qui dignantur.*
*Idem ſi liberos natos, filios nominent vt legitimos. nu. 86.*
*An tamen illa præſumptio iuris ſit, & de iure. nu. 87.*
*Et quod denominationes hæ leuem faciant præſumptionem, niſi aliæ coniecturæ concurrant. nu. 88.*
89 *Matrimonium ex literis inuicem datis, quibus ſe coniuges nominant, præſumitur contractum.*
90 *Matrimonium contractum ex inſtrumento dotali præſumitur, ſi in eo expreſſum ſit. nu. 91.*
*Procedere id autem quo ad contrahentes ſolum, vel virum, & mulierem non alios. nu. 92.*
93 *Mulier habitu & veſtitu honorifico vtens, quibus vti ſolent vxores ſimilium, arguit matrimonium contractum.*
*Idem præſumitur ex geſtatione annuli. nu. 94. ſi tamen aliquis tractatus matrimonij præceſſerit. nu. 95.*
96 *Annuli geſtatio, quando faciat coniecturam matrimonij contracti.*
97 *Mulierem male indutam & conficientem ea, quæ vir vxorem facere, non permitteret, nupſiſſe cohabitanti non præſumi.*
98 *Mulier nolens conſentire copulæ niſi honeſtè & cum honore, viro conſentiente matrimonium præſumitur.*
99 *Matrimonia omnia præſumpta, etiam præſumptione iuris & de iure, hodie ex diſpoſitione concilij Tridentini ſublata eſſe.*
100 *Filios ex matrimonio præſumpto quauis præſumptione, hodie legitimos non eſſe, nec ſucceſſibiles.*
101 *Raptor & rapta olim in matrimonium conſentientes: raptus pœnam euitabant.*
102 *Matrimonium præſumptum, quem habeat effectum ex concilij diſpoſitione.*

MATRIMONIVM inter virum & mulierem con-
1 tractum fuiſſe non † præſumuntur, cum quid facti ſit quẽadmodum in ſpecie ſcripſerunt Barto. in conſ. xlij. lib. j. Corn. in conſ. lxviij. nu. 13. lib. iij. Alexan. in conſi. cl. nume. 1. & in conſil. cliiij. numero 1. lib. vj. Cæpolla in caut. xviij. Dec. in l. ſi emancipati. nu. 3. C. de collatio. & in conſi. cccx. col. j. Par. in conſi. lix. nu. 1. & in conſi. lxj. nu. 1. lib. iiij. Soc. Iun. in conſi. lxxxj. n. 5. & in cõſ. lxxxviij. nu. 7. lib. ij. & Palæotus in tract. de nothis ſpuriiſq; filiis. c. xx. nu. 1. & 6. & idem ego reſpondi in conſilio cxcix. nu. 2. lib. ij. Qui ergo aſſerit inter aliquos contractum fuiſſe
2 matrimonium, † probare id debet, cum autẽ altero de duo-
3 bus modis probari ſoleat celebratum matrimonium † veris ſcilicet & præſumptis probationib. inde fit, vt à noſtris ma-
4 trimoniũ appelletur aliquando † verum nempe à veris probationibus, aliquando præſumptum, à probationibus præſumptis. Ita Io. Lup. in tract. de matrim. part. j. nu. 52. Præſumptum matrimonium (vt omittamus diſputationem de
5 vero huc non pertinentem) aliquando dicitur † præſumptione iuris & de iure, aliquando ſola iuris præſumptione, aliquando hominis, vt ex infra dicendis apparebit.

Prima itaq; eſt præſumptio & coniectura, qua præſumi-
6 mus contractum fuiſſe matrimonium, quando † inter eos iam contracta fuerunt ſponſalia, & deinde ſecuta eſt copula carnalis ſicuti diffinitum eſt in cap. is, qui fidem. de ſponſal.
7 Et hanc eſſe præſumptionem † iuris & de iure, affirmarunt glo. & Doctor. ibidem, Specul. in titu. de præſumpt. §. ſpecies. nume. 5. Abbas & Felinus in c. quanto, de præſump. Io. Lup. in tract. de matrimo. parte prima. num. 52. Euerardus in centuria legali, in loco à veriſimili. numero 19. Alciatus in tract. de præſumptio. regul. tertia præſumptio. xxxviij. Didacus in epitome de ſponſalib. in prim. par. c. iiij. §. j. nu. 1. & ex Theologis Durãdus in iiij. ſent. diſt. xxviij. q. j. qui idẽ eſſe dixit, quãdo ſpõſalia ſunt verè de futuro. Idẽ dixit Caſt. in l. pen. nu. 3. C. de epiſ. & cler. Hanc autem præſumptionẽ lex introduxit, quia exiſtimauit ex illa carnali coniunctione nouum ſuperueniſſe conſenſum, atque ita voluiſſe perducere ad effectum promiſſionem illam in ſponſalibus factam: alioqui ex ſola ipſa copula carnali, fornicatio atq; ita mortale peccatum cauſaretur. Hanc rationem conſiderauit Didacus in d. §. j. deſumptam, vt opinor ex Calde. & Zabarella in cap. vlt. de ſponſal. Et comprobatur eo quod dicimus, le-
8 gis eſſe præſumptionem quod faciens actum † præſumatur facere ob cauſam præcedentis obligationis. l. quædam. ff. de rei vend. Bart. in l. cum ſolus in fi. ff. de vſucap. Ruin. in conſ. cxxij. nu. 7. lib. iiij. & Crau. in conſ. ccij. num. 18. Actus ergo ſubſecutæ copulæ præſumitur hic factus ob cauſam præcedentium ſponſaliorum.

Extenditur hæc præſumptio, vt procedat etiamſi ipſe vir vel mulier, qui vel quæ contendit matrimonium fuiſſe contractũ, ſua deinde confeſſione affirmaret ſe non coiuiſſe aĩo cõtrahendi matrimonium. Nã adhuc præſumitur hoc matri-
9 monium. Cum confeſſio hæc † non admittatur contra præſumptionem hanc iuris & de iure. Ita Abbas in dict. cap. is, qui fidem. de ſponſal. & Felinus in d. c. quanto. nu. 3. de præſump. & Alciatus in tract. de præſumpt. in ſecundo præmiſſo nu. 8. in fine. Ea ratione ij moti ſunt, quia in cauſa matrimo-
10 niali non ſtatur confeſſioni † litigantium ad infirmandum ipſum matrimonium iam contractum. c. ſuper eo, de eo, qui cogno. conſang. vxo. ſuæ.

Cæterùm ab hac opinione diſſentit Didacus in d. §. primo. numero quarto. Nam licet (ait Didacus) confeſſioni litigantis contra matrimonium credendum non ſit, attamen confeſſioni illius, qui contendit matrimonium eſſe contractum, & valuiſſe, ſtari debet aduerſus ipſum matrimonium. Ita gloſſa. in capitu. atteſtationes, de deſpõſa. Impub. quam ibi Abbas. numero quinto ſingularem eſſe dixit, & idem aſſeruit Roman. in ſing. ſexcenteſimouigeſimo, idem tradunt Hoſtien. & Abbas in capitul. penul. de rapto. & Dec. in conſi. cxxxiij. columna j.

Verùm

Verùm reſponderi poteſt,quod aut agitur ſolùm pro ſe-
11 paratione thori, & tunc confeſſioni † illius,qui pro matri-
monio contendit, fides adhibetur contra ſe ipſum. Aut
agitur de diſſoluendo penitus ipſo matrimonio, & tunc
non creditur illius confeſſioni. Ita poſt Abbatem declara-
ui in commentariis de arbitrariis iudicum libro ſecundo.
caſu ciij. numero ſeptimo, & numero octauo. Et poſtre-
mi illius caſus rationem eſſe dixi,quia non eſt in coniugum
12 † poteſtate diſſoluere matrimonium. Cum itaque exiſti-
men Didacum loqui etiam de poſtremo hoc caſu, quippè
quod abſolutè negat ob hanc confeſſionem adeſſe matri-
monium; ſua conſideratio non ſatis tuta videtur. Credide-
rim tamen alia probabiliori ratione, Abbatis, & ſequacium
traditionem veram non eſſe. Eſt enim magna differentia
inter caſum d.ca.ſuper eo.& d.c.is,qui fidem, Nam in c. ſu-
per eo, conceditur verè ob adhibitum conſenſum fuiſſe
contractum matrimoniem, ſed illud eſſe vel ex toto diſſol-
uendum, vel ſeparandum thorum,ob aliquod impedimen-
tum,de quo impedimento non ſtatur confeſſioni coniugum
ad illud matrimonium omnino diſſoluendum:cum ( vt dixi-
mus) in eorum poteſtate id poſitum non ſit. Diuerſum eſt
in caſu noſtro,ſeu.d.cap.is,qui fidem, in quo agitur,an ma-
trimonium cenſeatur contractum:& lex præſumit fuiſſe cō-
tractum, ob conſenſum præſumptum,vt diximus ſuprà ex
eiuſdem Didaci ſententia, ex ſubſecuta copula. Cum ergo
vir & mulier, fatentur coiuiſſe alio animo quàm contra-
hendi matrimonium,iam ſublatus eſt ille præſumptus con-
ſenſus:atque ita matrimonium non diſſoluitur, ſed contra-
ctum non fuiſſe declaratur. Huic tamen confeſſioni fides
adhibenda non erit; ſi aliqua aderit fraudis ſuſpicio; ſicuti
animaduertit Did.& annotaui in prææallegato caſu ciij.in fi.

Extenditur ſecundo,vt procedat etiam hæc præſumptio,
13 quando † ſponſa eſſet incerta, puta, ſi quis iurauit ductu-
rum vnam ex tribus ſororibus in vxorem; & deinde earum
vnam carnaliter cognouit. Hoc in caſu lex præſumit con-
tractum eſſe cum ea matrimonium.Ita Hoſti. & Abbas in
capit. ex literis il ſecundo de ſponſa. Diuus Antoninus in
ſumma parte iij.tit.j.capitu.xviij.col.ij. Syluester Prierius
in ſumma,in verbo,matrimonium.il ſecundo q.xj.qui com-
munem eſſe dixit. Didacus in epitome de ſponſal.parte pri-
ma cap.iiij.§.j.nu.17.Ea ratione prima moti ſunt;quia cum
ille ſponſus teneatur ex vi promiſſionis vnam illarum du-
cere in vxorem,præſumitur illam, quam cognouit, vxorio
atque maritali affectu cognouiſſe,ex d. c. is, qui fidem. Et
præterea ſponſalia hæc ſunt,& ſi incerta dicantur, ante factā
electionem atque ita ante euentum huius conditionis pote-
14 ſtatiuæ. Atqui ſponſalia † ſub conditione contracta tran-
ſeunt in matrimonium,ſecuta copula. cap. ſuper eo,& capi.
per tuas.de condi.appo.Ergo & hæc ſponſalia.ncerta, ob e-
lectionem tranſeunt in matrimonium, ſecuta ipſa carnali
copula,

His intelligimus minus rectè à prædicta traditione diſ-
ſenſiſſe glo.Ioan.Andreæ,Butrium,Henricum. & Cardin.in
dicto capitul.ex literis.il ſecundo de ſponſal. Qui quidem
ea ratione adducti ſunt,quòd hæc dici non potuerunt ſpon-
ſalia cum muliere illa cognita.Ergo nec matrimonium. Il-
lud antecedens probatur ex capitulo primo, in princip. de
ſponſa.in ſexto, vbi ex ſponſalibus certis, quamuis nullis,
oritur impedimentum publicæ honeſtatis iuſtitiæ. Et ta-
men ex his ſponſalibus incertis nullum oritur impedi-
mentum; quandoquidem ante copulam carnalem, poteſt
quamlibet ex eis ducere. Ergo hæc non ſunt ſponſalia, ſi
enim eſſent ſponſalia oriretur ex eis impedimentum. Huic
conſiderationi reſpondetur ſecundum Didacum & alios;
quod immo hæc ſunt ſponſalia quamuis incerta. Quæ ſane
ſponſalia incerta non operantur impedimentum publicæ
honeſtatis iuſtitiæ: ex quo ante electionem non plus vni
quam alteri dicitur facta promiſſio. Verùm tamen ſponſalia
hęc operantur,vt cogi iſte poſſit vnam ex illis eligere. Quam
quidem electionem feciſſe præſumit lex, ex ea ſubſecuta
carnali copula.

15 Extenditur tertio, vt procedat hæc præſumptio † etiam
ſi ſponſus proteſtetur,præſente,& conſentiente ipſa ſponſa,
ſe nolle per coitum matrimonio conſentire. Nam adhuc
præſumitur contractum matrimonium,ſi ſequatur copula:ſi
quidem canon præſumit propter coitum ſponſos ab hac
proteſtatione receſſiſſe.Ita glo.in capitul. per tuas, de con-
dit. appoſ. quam ibi omnes recipiunt. Abbas in capit. cum
M. Ferrarienſis. numero vigeſimo de conſtit. & ibidem
Felinus. numero octuageſimo, & Ripa. numero nonageſi-
moquinto. qui aſſerit, hanc opinionem eſſe communem.
Idem ſcripſerunt Aretinus in conſilio cxlij.numero octauo
verſicul.tertia concluſio eſt,Iaſon in l.non ſolum. §. morte.
nume.14.ff.de operis noui nunt.& ibi Rubeus.nu. 225. idē
in conſi.lx.numero tertio. Nicolaus Arelat. in addition.ad
Alciatum in tract.de præſum.in ſecundo præmiſſo. numero
vigeſimo.Didacus in epitome de ſponſal.parte prima capi.
iiij.§.primo decimooctauo,& diximus ſupra libro primo.q.
lxxvj.in prima declaratione ſecundi caſus.Ea eſt ratio, quia
ex ea proteſtatione induceretur peccatū mortale, ſi illa ha-
beret effectum:quod dicendum non eſt.Quocircà Areti. in
dicto conſilio cxlij.numero octauo,verſic.tertia concluſio,
declarat hanc extenſionem non habere locum,quando age-
16 retur de illis † actibus.qui ſine peccato mortali,fieri poſſent,
ob ſpem nuptiarum,ſicuti ſunt amplexus,oſcula, cohabita-
tio,& ſimilia,hæc ſanè ſi ſequantur proteſtationem non in-
ducunt præſumptionem contracti matrimonij. Id quod ra-
tionib.comprobat Aretinus.

Extenditur quarto,vt hæc præſumptio locum etiam ha-
17 beat,quando ſponſalia fuiſſent contracta † cum duabus, &
ſecunda deinde cognita fuiſſet carnaliter. Nam cum hac ſe-
cunda pręſumitur contractum matrimonium,in præiudiciū
illius prmæ ſponſæ.Ita Ioan.Andreæ & Butrius in dict.cap.
is,qui fidem.de ſponſal.& ibidem Præpoſ. numero quinto.
qui tamen ambigit. Idem Præpoſ.in capit. de illis.colum.
pen.de ſponſal Brunellus in tractat.de ſponſal.q.viij.nume.
3.Syluester Prierius in ſumma,in verbo,ſponſalia,q.x.Ioan.
Maior in quarto ſententiarum diſtin.xxvij. quæſtion. quin-
ta.caſu ſecundo,& Didacus in epitome de ſponſal.parte j.
capit.iiij.§.primo numero 10.Quæ ſententia probatur pri-
mo ex c.pen.de ſponſ.& ex cap.licet & capi.vlti.de ſponſal.
duo.vbi coniugiū primum nondum copula carnali cōſum-
matum,nō tollitur per ſecundum,etſi conſummetur carnali
copula; quia in primo coniugio iam aderat conſenſus con-
iugalis, ſi ergo in primo non interceſſiſſet coniugalis iſte
conſenſus,ſed tantum ſponſio,tolleretur per ſecundū,quod
hic datur ex coitu. Comprobatur ſecundò ex cap. duo pue-
ri.de deſponſ. impub.vbi Præpoſ.columna prima. Eo enim
canone conſtitutum eſt,ſponſalia tolli per matrimonium,
quod ab initio vim ſponſaliorum tantùm habuit: ſed ſuc-
ceſſu temporis effectum eſt coniugium:tametſi ergo matri-
monium ex ſecundis ſponſalibus ſtatim contractū non fue-
rit:ſed tantùm ſponſio quædam futuri conſenſus, attamen
quia ex coitu conſenſus ille coniugalis datur præſumptione
legis, tolluntur priora ſponſalia. Et quamquam obiici ali-
qua poſſint huic traditioni: attamen cum ſatisfaciat ſatis
abundè Didacus,non eſt quod plura ſcribam.

Extenditur quintò hæc præſumptio,vt locum habeat,e-
tiamſi poſt ſponſalia ante coitum cum ſponſo,fuerit ſponſa
18 † cum alio fornicata. Nam adhuc ob ſecutam copulam cum
ipſa ſponſa,præſumitur contractum matrimonium. Ita Di-
dacus in epitome de ſponſal.part. prima. capit.iiij. §. j. nu-
mero octauo,ex ſententia Henrici Boic & Præp. in d. c. de
illis de ſponſ.duo.reiecta contria opinione Neuiz. libro ij.
ſiluæ nuptia. numero 12. Ea ratione ij moti ſunt, quod etſi
ob ſecutam fornicationem diſſolui poſſint ipſa ſponſalia.
capit.quemadmodum, de iureiuran. Attamen donec iudi-
cio eccleſiæ fuerint diſſoluta,manet ſponſaliorum vinculū.
d.c.de illis.Cum ergo vinculum hoc diſſolui ex cauſa forni-
cationis non petierit ſponſus,ſed ſpōſam carnaliter cogno-
19 uerit,dicitur ei † remiſiſſe omnem culpam & delictum for-
nicationis,atque,ita in eam vt in vxorem conſenſiſſe, ſicuti
20 dicimus in marito,† qui dum carnaliter cognoſcit vxorem
poſt adulterium ab ea commiſſum,dicitur ei remiſiſſe iniu-
riam criminiſque accuſationem.l.caſtitati.& l.crimen.C.ad
l.Iuliam de adult.

Extenditur ſextò,vt procedat hæc præſumptio etiam in
21 muliere † quæ etſi inuita tradita eſt viro, attā ſi deinde pati-
tur ſe



tur ſe ab illo carnaliter cognoſci,præſumitur in eū tāquam
in maritum conſenſiſſe,atq; ita cum eo matrimonium con-
traxiſſe.c.ſignificauit.de eo,qui duxit in matr.quam polluit
per adulter.& in capitu.inſuper,qui matr.accuſare poſſ.Eſt
enim purgata omnis vis & metus, ſicuti dicemus infrà in
præſum.iiij.in fin.

22 Et hanc præſumptionem † eſſe iuris & de iure ſcripſerunt
Specul.in tit.de præſump.§.ſpecies.numero primo.verſi. &
eodem modo,& Euerardus in centuria legali, in loco à ve-
riſimili.nu.19.

23 Extenditur ſeptimò habere quoque locum in eo † qui
ſponſam ipſam factis ſponſalibus etiam de futuro,rapuit, &
cum ea coiuit.Ita Caſtrenſ.in l.pen.nu.3.C.de epiſ. & cler.
ex tex.cap.pen.de rapto.

Extenditur octauò hæc præſumptio,vt locum etiam ha-
24 beat,quando timore mortis ſponſus † coactus fuit cognoſ-
cere carnaliter ipſam ſponſam. Nam & tunc præſumitur
contractum matrimonium.Ita Hoſtien.in cap.is qui fidem.
de ſponſal.Petrus de Palude in iiij.ſenten.diſt.xxix.q.j.art.
iiij.Didacus d.§.j.nu.11.Soto in iiij.ſent.diſt.xxix.q.j. arti.
iij.col.pen.ver.ſed quia.

25 Verùm diſſentiunt † Abbas & Præpoſ.in cap.conſultatio-
ni de ſponſal.Butrius & Henricus Boic in d. capit.is,qui fi-
dem.de ſponſal.& ibidem Præpoſ.columna quarta,numero
7.in fin.Parſi.in conſil.lviij.nu.69.lib.iiij. & ex Theologis
Diuus Antonius in ſumma, parte tertia tit.j.c.vij. ad finem
& Durandus iiij.ſen.diſt.xxix.q.ij.Qua de re diſſeremus in-
fra præſumptione iiij.in tertio capite,vbi diſputabimus de
purgatione metus in matrimonio.

Declaratur primò,vt non procedat hæc præſumptio, qñ
26 conſtaret ſponſalia † illa ante coitum fuiſſe mutuo conſen-
ſu,vel aliàs legitimè ſoluta,iuxta capit. ij. de ſponſal. Nam
tunc ex ſubſecuto coitu non præſumitur contractum matri-
27 monium. Idem eſt quando certum eſſet, ſponſalia † fuiſſe
nulla,ob aliquot iuſtum impedimentum.Ita declarant Ab-
bas in d.cap.is,qui fidem de ſponſal.Præpoſ.in cap,de illis.
numero quarto,verſicul.& ſic notare. de cond. appoſ. Feli-
nus in capitul. Cum M. Ferrarienſis. columna penultim.
de conſtitut. & Didacus in epitome de ſponſal. parte pri-
ma, capitulo quarto.§.primo. numero ſeptimo. Hæc enim
probatio vel diſſolutionis, vel impedimenti ſponſaliorum,
28 dicitur indirecta quæ admittitur † aduerſus præſumptio-
nem iuris & de iure, ſicuti explicabimus ſupra libro ij.
quæſt.lxv.

Declaratur ſecundò,vt non procedat hæc præſumptio in
29 foro † intentiori animæ,quem conſcientiæ appellant,quan-
do ſcilicet ſponſus diceret,ſe ad ſponſam acceſſiſſe, nō qui-
dem affectu maritali, ſed fornicario. Hoc ſanè caſu non iu-
dicatur contractum eſſe matrimonium. Ita explicant Ab-
bas in d. c.is,qui fidem.de ſponſa.& ibidem But.& Præpoſ.
Ancha.in cap.poſſeſſor.columna vij.de regu.iuris in vj. So-
cinus Sen.in conſilio xxviij.numero quarto, lib. j.& Dida-
cus in epitome de ſponſalibus in prima parte.capit. iiij.§.j.
numero 9.qui ex Theologis commemorat Diuum Thomā
in quodlibeto quinto,ar.xv.& Syluestr.Prierium in ſumma
in verbo,matrimonium,il ij. q.xv. Idem affirmauit Duran-
dus in iiij.ſenten.diſtinct.xxviij.q.prima. Et ij quidem ad-
ducti ſunt ex capitulo tua nos,de ſponſal.vbi quo ad forum
conſcientiæ creditur aſſertioni viri,ſe coiuiſſe animo forni-
cario,nō autē maritali,& propterea nō dicitur matrimoniū
contraxiſſe.Et tex.illum ſic intelligunt ibi Doc.& Soc.Sen.
in conſi.cxix.libr. iij. & alij, quos infra referam. Accedit &
30 ratio,quod eccleſia in foro conſcientiæ iudicat † matrimo-
nium non eſſe ex defectu conſenſus cap.cum locum.de ſpō-
ſal. de quo ſanè defectu conſenſus conſtat ipſi eccleſiæ ex
cōfeſſione ſpōſi:cuius aſſertioni creditur, ex quo eſt de his,
quæ in animo ſuo tantū ſunt,iuxtà glo.in §.aliæ.in inſtit.de
act. & copioſè diſſeremus infra lib.vj.præſum. Atque ita in
foro conſcientiæ ex veritate, non autem ex præſumptione
res iudicatur;vt diximus ſupra libr.j.q.lxxxj. Hanc declara-
tionem intelligit Syluester etiam procedere,quando ſpon-
ſus aſſerit,ſe omninò dubitare,an tempore coitus affectum
habuerit coniugalem, vel fornicarium. Verùm à Syluestro
diſſentit Didacus, ea ratione, quia certius eſt,habuiſſe ani-
mum contrahendi matrimonium, quàm fornicandi,vt eui-
tetur peccatum mortale ſicuti probat ratio illa dicto ca-
pitul. is qui fidem. Intelligit tamen Didacus Silueſtri opi-
nionem poſſe procedere, quando is ſponſus poſt copulam
cum ſponſa, verum & indubitatum matrimonium cum al-
tera contraxiſſet. Nam tunc(ait Didacus,& rectè)tutius eſt
ſecundo coniugio certiori adhærere.cap.iuuenis.de ſponſa.
cap.ij.§.item ſi quis.de pœnit.dinſtinct. vij. Cum enim res
31 dubia † eſt,& tāgit ſalutem animæ, oportet eligere certius,
vbi præciſa conceditur electio,vt probat text.dict. §. item
ſi iunctis traditionibus Diui Antonini in ſumma parte pri-
ma,tit.iij.cap.x.colum.iij.& Nauarræ in cap.ſi quis autem.
num.34.de pænit.diſt.xxxiiij.Crediderim etiam dici poſſe,
propter certum matrimonium,cum altera ſubſecutum, illā
animi dubietatem,ſatis eſſe declaratam, quod ſcilicèt cum
prima non affectu maritali,ſed fornicario coiuerit:quando-
32 quidem factum ſubſecutum † declarat voluntatem dubiam
præcedentem.§.Pauonum.inſtitu.de rerum diuiſ.cum ſimi-
libus. Et hanc Didaci declarationem confirmat auctoritas,
& ratio Duran.in iiij.ſent.diſt.xxviij.q.j.col.pen.ver.quan-
tum ad ſecundum.

Hæc declaratio,& Doctorum traditio, ni fallor, locum
33 etiam habet,quando matrimonium † fuit per verba expreſſa
de præſenti contractum,& deinde alter coniugum, putà vir
ante ſecutam copulam,aſſerit, quod licet protulerit verba
illa contractus matrimonij, non tamen habuerit animum
contrahendi:ſed id egiſſe, vt extorqueret copulam carna-
lem. Nam adhuc in foro conſcientiæ, quoad ipſum virum,
vt mox declarabo,non dicitur matrimonium. Et quo hoc
facilè intelligatur,duæ hic inſpectiones conſiderantur. Vna
eſt,an hoc cenſeatur matrimonium, ſi conſtat virum hunc,
non habuiſſe animum contrahendi. Et certum eſt, hoc non
eſſe matrimonium ob defectum conſenſus,d.capi. tua nos,
de ſponſal.& affirmant Diuus Thomas in iiij.ſenten.diſtin.
xxvij.q.j.art.ij.& q.iiij.& ibidem Ricardus, Syluester, Prie-
rius in ſumma in verbo.matrimonium,il j.numero 3.& Do-
minicus Soto in iiij.ſenten.diſt.xxvij.q.j.art.ij.& ex noſtris
Socinus Sen.in conſi.xxviij.nu.4.lib.j.& in conſil.cxix. lib.
iij.& Socinus Iun.in conſil.lxxxvj. in fine. lib. ij. Altera eſt
inſpectio,an huic viro aſſerenti,non habuiſſe animum con-
trahendi matrimonium,credi debeat in foro hoc conſcien-
tiæ & animę. Hic ego ſubdiſtinguo duos alios caſus.

34 Primus eſt † quando agitur de adhibenda fide ipſi viro
reſpectu mulieris, vt ſcilicet ipſa mulier debeat credere vi-
ro, & ei credendo non cenſeatur alligata illi matrimonio.
35 Secundis eſt † caſus,quod agitur de adhibenda fide ipſi viro
reſpectu ſuæ perſonæ.

Illo primo in caſu loquuntur Ricardus in quarto ſenten-
tiarū,diſt.xxix.q.iij.Dom.Soto in iiij.ſent.diſt.xxvij. q. iij.
ar.iij.col.viij.ver.quò ergo gradatim.&c.quod ſi mulier ha-
bet certitudinem quandā moralem,quam à bonis coniectu-
ris cauſari dixit Soto poſt Ricardum, vt quia ipſa ſit multò
inferioris cōditionis & ſortis,& vir ſit nobilis & probatę vi-
tæ,debet mulier illi fidē adhibere,pręſertim ſi illicò ipſe vir
negauit. Et proptereà libere mulier illa poteſt nubere, cum
non ſit alligata primo. Si verò mulier non habet moralem
hanc certitudinem,vt ſi cōiecturæ ſunt vehementes,quippe
quod non ſint conditione multum diſpares, & talibus ver-
bis, & modo vir conſenſit, vt ipſa ſapientium conſilio poſ-
ſit non credere,illum conſenſiſſe præſertim,ſi poſt notabile
tempus id negat. Hoc caſu ( inquit Soto poſt Ricardum)
non debet mulier adhibere fidem ipſi viro, etiam ad alias
nuptias tranſeunti, & ob id ipſa mulier manet ligata, ſic-
que libere non poteſt, ſalua ſua conſcientia, alteri nubere;
Et ratio quare mulier hæc fidem adhibere non debeat vi-
ro, illa eſt, ( inquit Soto) quia nimis indignum eſt, ( vt ha-
betur in capitu.per tuas de probatio:) vt quod ſua quiſque
36 voce † dilucide proteſtatus eſt, in eundem caſum proprio
valeat teſtimonio infirmare. ¶ Alter eſt ſicque ſecundus ca-
37 ſus, † quādo agitur de adhibenda fide ipſi viro reſpectu ſuæ
perſonæ. Hoc caſu dicendum eſt indiſtinctè,credendum eſ-
ſe ipſi viro,ita aſſerenti,& ſi eius verba iam prolata aliud ſi-
gnificauerint. Nam ſupponamus virum dixiſſe, ſe ducere in
vxorem mulierem per verba de præſenti: Hæc verba ſunt
quidem clara in ſe; ſed nil plus poſſunt operari,quàm vt ſi-
gnificent animum, & voluntatem ipſius loquentis iuxtà
l.Labeo.

l.Labeo. ff. de ſuppelect.legata. Et hæc ſignificatio eſt pro-
prie præſumptio, violenta quidẽ, quam facit lex præſumens
38 id eſſe in corde, † quod loquitur lingua; non autem ſignifi-
catio iſta, eſt vere & proprie conſenſus, & voluntas, vel ani-
mus: cum aliud (vt dici ſolet) eſſe potuerit in ore, aliud in
corde. Et multi reperti ſunt, & in dies (quod vtinam ita
non eſſet) reperiuntur, qui aliud, quàm in animo habent,
39 loquuntur. Verba itaque oris † ſignificant, & præſumptionẽ
faciunt eorum, quæ ſunt in corde. Et hoc quidem compro-
batur auctoritate Ariſtotelis libr. j. Perihermenias, ſiue de
interpretatione. capitul. j. Cum ſcripſit hæc verba. Ea igi-
tur, quæ in voce verſantur ſigna ſunt affectuum, quæ in ani-
mo ſunt, & ea, quæ ſcribuntur notæ ſunt eorum, quæ in voce
verſantur. Dixit ergo manifeſte philoſoph⁹, verba eſſe ſigna
voluntatis: ſigna autem ſunt ſpecies præſumptionis, ſeu cõ-
iecturæ, vt his nominibus aliquando appellantur à Cicero-
ne, Quintiliano & alijs commemoratis ſupra lib. j. q. vij. Et
Ariſtotelem ſecutus eſt Baldus in capi. mandatum. numero
1. de reſcriptis. & idem reſpondit Soc. Sen. in conſi. x. nume.
2. lib. primo. Ea ratio eſt, quia voluntates non ſunt manife-
ſtæ, vt inquit idem Ariſtoteles libro x. Ethicorum capitul.
viij. & dicebat Diuus Thomas, quem & ſuprà retuli, Quo-
libeto v. ar. xv. dum de hac voluntate in contractu matrimo-
nij verba faceret; Veritatem latere in his, quæ pertinent ad
interiora cordis quæ humano teſtimonio probari non poſ-
ſunt; etſi aliqua ſigna exteriora de his poſſint, aliqua conie-
ctura haberi. Cum ergo, & voluntas illa ſignificata expreſſis
verbis ſit quid à lege præſumptum, vehementi quidem præ-
ſumptione, inde fit, hoc etiam appellari matrimonium præ-
ſumptum, vt in ſpecie ita appellat Richardus in iiij. ſenten.
diſt. xxix. q. iij. primæ diſtinctionis. Hinc etiã ſequitur, quod
in foro conſcientiæ cedit ipſi veritati, demõſtratæ per con-
trariã aſſertionẽ eiuſdẽ dicentis, ita eſſe pro animæ ſuæ ſalute.
Et ideo quò ad hoc nil differt hic caſus à caſu d. c. tua nos, de
ſponſal. Ita enim hic adeſt voluntas præſumpta, & ſignifica-
ta, vt in caſu illo; etſi differentia eſt, quò ad modum quo cau-
ſata eſt ipſa præſumptio. Illa enim ex facto quodam cauſata
fuit; hæc ex verbis; Illa videtur tacita quædam declaratio
voluntatis; hæc verò expreſſa: attamen quò ad vim declara-
40 tiuam eadem eſſe videtur: Cum facta † ſint valde efficacia ad
declarandam hominis voluntatem, vt probat. l. Paulus. ff. rẽ
ratam haberi, & tradunt Dec. in conſ. cclxix. nu. 9. & copio-
sè Crau. in conſil. clix. numer. 5. Cæteros omitto. Si itaque
nil differt caſus iſte noſter à caſu. d. cap. tua nos, ſequitur ne-
ceſſariò concludendum, adhibendam eſſe fidem aſſertio-
ni viri, cum dixit, ſe non habuiſſe animum contrahendi ma-
trimonium. Nec repugnat ratio illa ducta ad capitul. per
tuas, de probatio. quod nimis indignum ſit, quod quiſq; ſua
voce dilucide proteſtatus eſt, in eundem caſum proprio
valeat teſtimonio infirmare. Quæ quidem fuit. l. gene-
raliter, in fine. C. de non numera. pecun. Nam reſpondetur,
41 † quod licet indignum hoc videatur in foro contentioſo;
non tamen in foro conſcientiæ, vbi ſola veritas, omni præ-
ſumptione reiecta, ſpectatur, adeò indignum eſt, quin atten-
di id debeat. Et ſi in foro conſcientiæ procederet ſententia.
d. capitul. per tuas, malè etiam ſcripſiſſet Soto in primo illo
caſu, quod mulier habere debeat fidem, quando vir altioris
conditionis & ſortis, illicò præſertim id aſſeruit. Eſt quidẽ
durum quod infirmari poſſit vel debeat confeſſio illa: ſed
etiam durum eſt, vt cæteris vrgentibus præſumptionibus
non credatur in hoc ipſo foro conſcientiæ: & tamen vere nõ
creditur, vt diximus ſupra. Quemadmodum ergo, reiectis il-
lis præſumptionibus, creditur aſſertioni ita aſſerentis, de ſuo
animo. Idem dicendum eſt iſto in caſu.

Declaratur tertiò, vt hæc præſumptio locum non habeat,
42 quando † coitus anteceſſit ſponſalia. Nam tunc ex eo non
præſumitur contractum matrimonium. Ita Abbas in ca. ve-
niens. il ij. de ſponſ. Hẽric. Boic in c. atteſtationes. col. vlt. de
ſponſa. impub. Soc. Sen. in conſ. xxviij. nu. 6. libr. j. Silueſter
Prierius in ſumma in verbo diuortium. quæſt. j. & in verbo,
ſpõſalia. q. x. Io. Maio. in iiij. ſententia. diſt. xxviij. q. j. & Di-
dacus in epitome de ſponſal. c. iiij. §. j. numer. 13. Et horum
ſentẽtiam probant tex. à ſenſu contrario, in d. c. veniens, ibi,
ſi poſt fidem præſtitam cognouerit. & in dic. c. is, qui fidem.
ibi, carnali copula ſubſecuta. Præterea conſiderari poteſt
ratio quod ipſimet ſponſi ob ſponſalia cõtracta poſt coitum
declaraſſe dicuntur, ſe non cõtraxiſiſſe matrimoniũ per coi-
43 tum, ſed velle in futurum contrahere: ex quo ſponſalia † ſunt
futurarum nuptiarum promiſſiones. l. j. & l. ſecunda. ff. de
ſponſal. Et hinc fit, quod ſi teſtis dixit, Caium eius ſponſam
carnaliter cognouiſſe, non concludit, vt ex ea copula iudice-
tur matrimonium. Potuit enim eam cognoſcere ante ſpon-
ſalia. Eſt enim opus probare, quod poſt ſponſionem eam
cognouerit; vt ſcribunt Abbas, Butrius & Præpoſ. in dict.
c. veniens. Decius in ca. in præſentia. nume. 24. de probatio.
Crottus in tract. de teſtib. nume. 288. & Gramma. in conſil.
xxvj. col. j. in ciuilib. quos ſecutus eſt Didacus præcitato in
loco. Quibus intelligimus male ſenſiſſe Marſ. in ſing. ccccc.
44 cum ſcripſit, etiam ex coitu præcedenti, † præſumi contra-
ctum matrimonium ſubſecutis deinde ſponſalibus. Et hu-
ius opinionis commemorat Claudium Seyſſellium in rub.
ff. ſoluto matr. nu. 12. & Neuiz. lib. ij. Syluæ nuptia. nu. 12.
qui tamen, vt etiam animaduertit Didacus, hoc non ſcribũt.
Solùm vrgere videtur argumentum, quod ex ipſo Clau-
dio colligitur: cum ait, matrimonium cenſeri copula carna-
li conſummatũ etiam ex coitu præcedenti: & propterea ſi-
cuti Pontifex max. non poteſt diſpenſare, vt diſſoluatur ma-
trimonium copula carnali conſummatum, quando copula
poſt matrimonium contingit: ita nec dirimere poteſt ma-
trimonium, cui præmiſſa fuit commixtio carnis. Et huius
opinionis Claudius citat Baldum in ca. vlti. ad finem, de trã-
ſla. epiſcop. Verùm reſpondet, & rectè Didacus, quod im-
mo matrimonium non cenſetur conſummatũ ex coitu præ-
cedẽti, ſed is coitus dicitur fornicarius, vt probat Soc. Sen.
in d. conſi. xxviij. nu. 6. lib. j. & ſenſit Neuiz. in d. libr. ſecun-
do Syluæ nuptia. nume. 12. Nec repugnat auctoritas Baldi,
quia Baldus id non affirmauit. Hinc aduerſus Claudium ſe-
45 quitur, quod illis in caſib. in quib. poteſt Papa † diſpenſare,
& diſſoluere matrimoniũ nondũ carnali copula conſumma-
tum, poteſt etiã diſſoluere hoc, cui præceſſit carnalis copu-
la. Quandoquidem hæc copula non reddit ipſum matrimo-
nium, vt dici poſſit omninò perfectum. Non etiam obſtat
tex. in c. tanta, qui filij ſint legitimi, quem citauit Marſilius.
Nam illud ſtatutum fuit ab eccleſia fauore prolis ſuſceptæ,
vt legitima ſit ex matrimonio ſubſecuto poſt eorum natiui-
tatem, non tamen ex eo fit, quod matrimoniũ per eam copu-
lam fuerit contractum. Ita etiam videmus, ex cohabitatio-
46 ne viri & mulieris non præſumi † matrimonium quò ad eos,
præſumi tamen quò ad filiorum legitimationem. Abbas
in c. lator. numero 6. qui filij ſint legi. & dicemus paulo in-
fra. Et ſi vera eſſet (ait Didacus) Marſilij opinio, ſequeretur,
quod filij ſuſcepti, non ſolùm legitimi dicerentur per ſubſe-
quens matrimonium; ſed etiam per ſponſalia de futuro: quia
eo modo, hoc eſt, per copulam præcedentem, ſecundum ip-
ſum Marſilium, diceretur contractum matrimonium: Et ta-
men falſum eſt, quia ſolummodo filij redduntur legitimi, ex
ipſo ſubſecuto matrimonio, vt expreſsè ſantitum fuit in d. c.
tanta.

Ex prædictis infertur declaratio ad c. ij. de cõuerſ. coniug.
quo cautum eſt, ſponſam poſſe, coniugali conſenſu præſti-
to, ante copulam religionem profiteri, atque ex ea profeſ-
ſione diſſolui coniugium illud. Idem enim erit dicendum, ſi
ante conſenſum coniugalem copula carnalis interceſſit. Illa
enim cõiugalis non fuit, ſed fornicaria. Ita Didacus in d. §. j.
nu. 16. auctoritate Caſtren. in l. pen. num. tertio. C. de epiſ. &
cler. & Io. Boſchæi lib. j. de nuptiis. col. ij. nu. 8. Et ideo non
impeditur ex ea copula præcedenti religionis profeſſio; quæ
quidem impediret, ſi vera eſſet Marſilij traditio. Cùm verò
ambigitur, an cõcubitus anteceſſerit vel ſubſecutus ſit ſpõ-
47 ſalia, præſumendum eſt; † ſubſecutum fuiſſe: vt præſuma-
tur concubitus factus tempore licito. Ita decidit Rota Ro-
mana referente Verallo in deciſ. ccxj. parte ij.

Declaratur quarto, vel procedat hæc præſumptio, quan-
do vere carnalis copula ſecuta eſt: ſecus verò ſi ſolus nixus,
48 & tentatio. Non enim ſolus iſte † conatus ſufficit, vt præſu-
matur contractum hoc matrimonium. Ita Io. Andreæ, Ge-
minia. & Francus in c. j. §. idẽ. de deſponſa. impub. Abb. in c.
vlt. nu. 2. de ſponſal. & ibidem Præpoſitus teſtatur commu-
nem, & ſi ipſe diſſentiat. Aret. in conſ. cxlij. num. 5. Sylueſter
Prierius in verbo, matrimonium il. ij. q. xvj. Alciat. in tract.
de præ



de præſump. reg. iij. præſum. xxxviij. nu. 1. verſi. ſed quid ſi. &
Didacus in epitome de ſponſal. parte prima cap. iiij. §. j. nu.
19. Et hos ſecutus ſum ſupra lib. j. q. xx. Affertur tex. d. capi.
vlt. de ſponſal. Nec obſtat interpretatio Calderini. ibi; cum
dixit tex. illum loqui, quando ſponſus non potuit perficere
Secundum curſum naturalem: quia erat impubes, non au-
tem quando non potuit ſecundum accidens; putà quia mu-
lier erat nimis arcta, atque ita is tex. videtur intelligendus in
impuberibus, in quibus ceſſat ratio præſumpti conſenſus ad
matrimonium. Non inquam obſtat hæc interpretatio, quã-
doquidem ex ea nimis reſtringeretur, atque impropriare-
tur contextus ille, qui loquitur de adoleſcente, ſicque de fa-
49 cto pubere. proprie enim † pubes dicitur adoleſcens. l. Au-
relio. §. j. vbi Bar. ff. de libera. leg.

His intelligimus veram non eſſe contrariam opinionem
Calder. & Præpoſ. in d. c. vlt. qui ea ratione vſi ſunt, quod cũ
ſponſus iſte facere non potuiſſet conatum illũ ſine peccato;
ad euitandam igitur peccati ſuſpicionem, præſumẽdum eſt,
quod animo contrahendi matrimonium conatum illum fe-
cerit; cum ſolus ipſe conſenſus nuptias perficiat. l. nuptias,
de reg. iuris. Huic rationi ſatisfacit Alciatus in d. præſumpt.
xxxviij. nume. 1. verſic. nec obſtat; quod ratio hæc non pro-
cedit hoc in caſu, vbi etiã agitur de periculo animæ. c. iuue-
nis. de ſpõſal. Et præterea (ait Alciatus) nec tex. in d. c. is qui
fidẽ. fundat ſe ſimpliciter in hac ratione; quod apparet, quia
illa procedit ſecundum ſimplicem præſumptionem, diſpo-
ſitio autem d. c. is, qui fidem, ſecundum præſumptionem iu-
ris, & de iure; vt diximus ſupra. Et potuit (ſubiungit Al-
ciatus) illud eſſe introductum, quia lex præſumit, quod
50 † virginitas ſponſæ non ſit deperdita cum ſponſo, niſi per
matrimonium. Et de tali voluntate vtriuſque præſumit ex
actu ſubſecuto, & ſuper præſumpto diſponit. Et prætereà re-
ſpondetur, quod in d. c. is, qui fidem. ſolum eſt expreſſum de
copula carnali, quæ intelligi debet cum effectu, nullum au-
tem verbum de ſolo conatu, & attentatione. Et cum ſimus
51 in materia † exorbitanti, & contra communes iuris regulas,
non debet fieri extenſio. c. quæ à iure, de reg. iur. Et præſer-
52 tim in præſumptionibus, † quæ extenſionem non admittunt.
Abbas in d. c. vlt. nume. 3. de ſponſal.

53 Hæc declaratio locum habet etiam in ſponſalibus † im-
puberum, contractis per verba de præſenti: quæ quidem ob
ætatis defectum intelliguntur de futuro iuxtà c. atteſtatio-
nes, de deſponſa. impub. ſi enim impubes, qui ita contraxit,
pluries nixus fuerit ad copulam, attamen adueniente ætate
perfecta poterit à ſponſalibus his recedere, cum verè ex eo
nixu, & conatu non tranſierint in matrimonium. Ita expli-
cat Didacus præcitato in loco ex d. c. atteſtationes. Et idem
ſenſit Aret. in conſi. cxlij. numero 6. verſic. ſecunda conclu-
ſio, & affirmat Ruin. in conſi. cciij. numero ſecundo. verſ. iij.
concluſio. lib. j. Hoc tamen locum nõ habet, quando impu-
bes proximus pubertati conſenſiſſet, poſt illũ nixum ad co-
pulam, etiam ſi is nixus præceſſiſſet multo ante conſenſum
illum. Nam tũc tranſiret in matrimonium. Ita Butrius, Car-
dinalis, Abbas & Præpoſ. in dict. c. atteſtationes, & Didacus
in dict. §. nume. 20. verſi. ſubdit tamen. Idem reſpondit Are-
tinus in d. conſ. cxlij. nume. 7. Ea eſt ratio, ſecũdum Præpoſ.
& Didacum, quia hic duo concurrunt, nempe diſcreto ad
conſenſum, ratione ætatis proximæ pubertati, ſecundum
potentia, quæ colligitur ex nixu ad copulam. Illud etiam an-
notandum eſt ex Didaco, reiecta Præpoſiti opinione, ſolum
54 † conatum ad copulam etiam prope ætatem perfectam, non
efficere matrimoniũ. Quandoquidem nixus ad copulam ſi-
gnificat quidem coeundi potentiam, non tamen ſignificat
conſenſum, ſine quo matrimonium non contrahitur.

Secunda eſt præſumptio, & coniectura, qua dicimus præ-
ſumi contractum fuiſſe matrimonium, quando ſcilicet ſpõ-
55 ſus † ſponſam ad domum propriam traduxit. l. mulierem. ff.
de ritu nuptia. & tradunt Ioan. Andreæ in cap. vlt. de ſponſa.
Angelus in §. vlt. in authent. quib. modis natural. efficia. le-
git. Dec. in c. iurauit. col. j. de probat. Alcia. in trac. de præ-
ſum. reg. iij. præſum. xxxviij. nu. 1. Paleotus de nothis ſpu-
riiſq; filiis. c. xix. nu. 6. & Didacus in epitome de ſpõſalibus,
parte prima ca. iiij. §. ij. nu. j. Et ij quidem intelligunt hanc
56 præſumptionem eſſe à iure † Cæſareo introductã: nõ autem
à iure ipſo Pontificio, quo non approbatur: ſicuti manife-
ſtius aſſeruerunt Calder. Butrius, Abbas & Præpoſ. in dict.
cap. vlti. Aret. in conſi. cxlij. numer. 6. & Baldus Nouellus in
tractat. de dote. parte vndecima. in ſecundo membro. num.
18. qui communem eſſe ſententiam teſtatur. Ita etiam vi-
demus, ius ipſum pontificium non præſumere matrimo-
nium ex cohabitatione viri, & mulieris, ſicuti infra ſuo loco
dicemus.

Declaratur primò illa iuris canonici diſpoſitio, quæ ex
traductione non præſumit matrimonium, vt non habeat lo-
cum, quando eſt graue dubium, an præceſſerint ſponſalia de
futuro, vel de præſenti: ſtante enim hoc dubio ex traductio-
57 ne † ad domum præſumi poteſt, præcedentia ſponſalia fuiſſe
de præſenti: & ſic præſtitum fuiſſe conſenſum coniugalem
ante ipſam traductionem. Ita Didacus in d. §. ij. num. 1. ver-
ſi. primo, quando. ex ſententia Baldi in l. cum te. numer. 1. C.
de donatio. ante nupt. & apertius ibidem Salicetus, propè
initium. Et his accedunt alij commemorati receptique à
Socino Sen. in conſi. cxxiij. col. iij. verſic. confirmantur præ-
dicta. lib. j. quo in loco nu. 3. recenſet & Bald. in c. quia veri-
ſimile, de præſum. idem affirmantem. Hæc Didaci declara-
tio, procedit quidẽ ſine controuerſia quo ad ius ciuile, quod
matrimonium ex ſola traductione (vt diximus) præſumit:
ſed quò ad ius canonicum res mihi videtur dubia; quia ſi eo
iure non præſumitur ex traductione matrimonium, quando
iam conſtat de ſponſalibus, quantò minus, qñ nullum eſt
ſignũ. Et ſatis eſt quod ex traductione præſumãtur ſpõſalia,
non autẽ matrimonium. Et Baldus, Salicetus, & reliqui, iure
ciuili inſpecto loquuntur. Quinimo Abbas in capitul. ex
parte. numero vigeſimoquinto. in fine. de reſtit. ſponſa. aſſe-
rit, nec per hanc traductionem acquiri quaſi poſſeſſio-
nem matrimonij; vt mulier deinde à viro abducta ei reſti-
tuatur.

Declaratur ſecundò, vt nõ procedat illa iuris põtificij di-
58 ſpoſitio, quando ſponſa fuit † traducta ad domum ſpõſi, illa
cum ſolennitate, qua duci ſolent vxores ad maritorum do-
mos. Nam tunc præſumitur contractum matrimonium,
Ita Didacus in dict. §. ij. numero 1. verſi. ſecundo poteſt, ex
ſententia Abb. in c. ex parte. nu. 26. de reſt. ſpol. & Ioan. Lu-
pi in rubr. ff. de donatio. inter virum, & vxo. §. lvij. & arg. ca.
vidua, de regula. Et ait Didacus, ita eſſe intelligendam d. l.
mulierem. ff. de ritu nuptia. ſic etiam intelligi debent. l. cum
hic ſtatus. §. pen. ff. de donat. inter vir. & vxo. & l. cum fuerit.
ff. de cond. & demon. De veteri ritu, & ſolennitate traducẽ-
di vxores ad maritorum domos, ſcripſerunt Briſſonius in
commentariis de ritu nuptiarum, & Anton. Coſtanus in
commentariis de matrimonio, tit. de ritu nuptia.

59 Tertia eſt præſumptio, & coniectura, qua dicimus, † ſpon-
ſalia de futuro iuris interpretatione, verbis tamẽ conſenſum
præſentem exprimentibus contracta, præſumi traſiuiſſe in
matrimonium coniecturis & ſignis, ætate perfecta ſuperue-
nientibus vt puta ex amplexibus oſculis & ſimilibus.

Cæterùm priuſquam vlterius progrediamur ad huius præ-
60 ſumptionis explanationẽ, ſciendum eſt, † ſponſalia aliquan-
do dici re & verbis de futuro; ſicuti verè ſunt illa, quæ per
verba futuri temporis à puberib. contrahuntur; ſicuti qñ vir
promittit, ſe eam ducturum in matrimonium: Aliquando
61 verò † ſponſalia, verbis quidem de præſenti, ſed iuris inter-
pretatione de futuro, ſicuti ſunt ſpõſalia, quæ contrahuntur
ab impuberibus per verba de præſenti. Nam & ſi verbis de
præſenti contracta fuerint, attamen ab eorum inhabilita-
tem lex interpretatur, vt contracta cenſeantur, eueniente
vtriuſque pubertate, atque ita tempus futurum expectatur.
ca. atteſtationes vbi Doctor. de ſponſa. impub. Illa prima
62 ſponſalia, † hoc eſt, re & verbis de futuro, non tranſeunt in
matrimonium ex aliquibus ſignis, vt per amplexus, oſcula,
munera, annulli ſubharratione, & his ſimilia. cap. j. de matr.
contracto contra interdict. eccleſ. vbi Io. Andreæ, & ibidem
Abbas, qui ſingulare eſſe dixit, vt quoque cenſuit Ant. Cor-
ſetus in verbo, matrimonium, incipit. matrimonium con-
tractum. Iem ſcripſerunt Ioan. Andreæ in capitul. §. idem
de deſponſa. impube. lib. vj. Inn. in ca. vlt. de ſponſa. Ruinus
in conſi. cciij. nu. 1. lib. j. Decius in conſi. ccclxviij. nu. 2. Pa-
riſius in cõſ. lxij. col. j. lib. iiij. & Didacus in epitome de ſpõ-
ſal. parte prima. cap. iiij. §. ij. nu. 2. Quibus conſtat minus re-
ctè ſenſiſſe Butriũ. & præpoſ. in d. c. vlt. de deſpõſa. impube.
cum di

cum dixerunt, hæc ſponſalia, re & verbis de futuro ex annuli
ſubarratione tranſire in matrimonium, ex d.c.vlti. Qui qui-
dem tex. dum dicit, deſpõſauit, intelligitur per verba de præ-
ſenti, vt ibidem annotarũt Inn. & alij multi. Et præterea ver-
ba intelliguntur in potentiori ſignificatu. l.j.§. qui in perpe-
tuum. ff. ſi ager, vectig. vel emph. peta. Eſt ſanè potentior ſi-
gnificatio, vt intelligatur deſponſatio per verba de præſen-
ti, cum arctius liget, vt re ipſa patet. Non ergo hic text. pro-
bat opinionem hanc Butrij, & Præpoſiti. Quorum tamen
traditionem, eo in caſu, tuetur præcitato in loco Didacus,
quando ex ipſa ſubarratione conſenſus coniugalis collige-
63 retur, vt putà quando ſubarratio, † facta fuiſſet eo annulo,
qui dari conſueuit, cùm verè matrimonium cõtrahitur, iux-
ta gloſſ. capit. fæminæ, iij. q. v. & tradunt Abbas & cæteri in
c. vlt. de deſponſa. impub. vbi inter cæteros Henricus Boic
egregie explicat. & Pariſ. in conſil. lv. nu. 43. & in conſil. lx.
col. vlt. lib. iiij. quos ſecutus eſt Didacus præcitato in loco,
Et his addo Aret. in conſi. xiij. nu. 4. & num. 5. ex cap. ſi quis
vxorem, xxvij. quæſt. xj.

De ſponſalibus iuris interpretatione de futuro nunc di-
64 camus. Hæc tranſeunt in † matrimonium iuris præſumptio-
ne, quando poſt ætatem perfectam ſuperueniunt ſigna ali-
qua, vt oſcula, amplexus, munera, annuli ſubarratio, & ſimi-
lia. Ita gl. in cap. j. §. j. de ſponſa. impube. nume. 6. Henricus
Boic in cap. atteſtationes. col. ij. de deſponſa. impub. Bald.
conſi. cxciiij. Incipiam. lib. iij. Alex. in l. quod Seruius. nu. 4.
ff. de cond. ob cauſam, & in conſ. cxlix. in fine. lib. v. Aret. in
conſi. cxlij. nu. 7. Soc. Sen. in cõſi. xxviij. nu. 4. lib. iiij. Rui. in
cõſ. cciij. nu. 2. ver. iiij. cõcl. lib. j. Dec. in cõſ. ccclxviij. nu. 2.
verſ. ſecundo modo, & in conſi. dciij. nu. 6. vbi communem
aſſerit, Gozad. in conſ. ij. nu. 12. & Pariſius in conſi. lj. col. ij.
lib. iiij. Et ij quidẽ adducti ſunt illo textu c. j. §. j. de deſpõſa.
impub. in vj. vbi ex conſenſu tacito ſponſalia indicant ma-
trimonium. Ibi gloſſ. & Doctor. interpretantur, tacitum il-
lum conſenſum colligi ex cohabitatione, amplexibus, oſcu-
lis & ſimilibus ſignis. Et prætereà, ſicuti per copulã ſummus
Pontifex ibi præſumit conſenſum, vt illa ſponſalia in matri-
monium tranſeant; ita per alia ſigna, quibus detur perſeue-
rantia in conſenſu iam præſtito in ea ætate minori, indicat
eſſe matrimonium, adueniente ipſa maiori ætate. Cæterùm
ab hac opinione diſſentit Didacus in dict. §. ij. numero 4.
ſed in iudicando à receptiſſima illa ſententia non erit rece-
dendum.

Declaratur primò prædicta traditio, vt locum habeat, qñ
65 † ſigna illa emiſſa ſunt, ætate iam perfecta, & completa; ſe-
cus ſi ætate adhuc imperfecta, etiã ſi fuiſſet valde proxima;
Ita decrarant Inn. Butrius, & Præpoſ. in capit. atteſtationes,
de deſponſat. impub. Aretinus in conſi. cxlij. numer. 7. Rui-
nus in conſi. cciij. num. 5. verſi. & quia. lib. j. & Didacus in d.
§. ij. num. 4. Et intelligit Ruinus procedere, etiam ſi malitia
ſuppleret ætatis defectum.

Declaratur ſecundò, vt non procedat prædicta opinio, qñ
66 ſponſalia fuiſſent contracta à minore † ſeptennio. Nam hęc,
adueniente perfecta ipſa ętate, non tranſeunt in matrimoniũ
ex illis ſignis, hoc eſt amplexibus, oſculis, & ſubarratione.
Ita declarat Didacus in d. §. ij. in fine, poſt Io. Andreæ, Hen-
ricum & Rotam, quos allegat.

Quarta eſt præſumptio, & coniectura, qua dicimus, præ-
67 ſumi matrimonium fuiſſe contractum, qñ † vna ſimul vir, &
mulier habitarũt. Cæterùm, quia hac de præſumptione per-
plexè ac ſubobſcure diſſeruerunt interpretes noſtri, ego
aliquot caſus ſic diſtinguo atque conſtituo.

Primus eſt, quando dubitatur, an legis ciuilis diſpoſitio-
ne præſumatur matrimonium inter pares, ob cohabitatio-
68 nem? Et præſumi † admittunt omnes, vt glo. in l. in concubi-
natu, de concub. & in c. j. xxx. q. v. Roma. in ſing. ccccxlvj. &
poſt multos Alcia. in tract. de præſum. reg. ij. præſum. v. nu.
1. Paleotus de nothis ſpuriiſque filiis. c. v. nu. 4. & Didacus
in epitome de ſponſal. in ſecunda parte. c. j. num. 5. Et ij qui-
dem idem ſentiunt, abſolutè præſumi matrimonium etiam
quò ad filiorum legitimationem; ex l. in liberæ. ff. de ritu
nuptia.

Secundus eſt caſus, an ex viri, & mulieris cohabitatione
pręſumatur matrimonium iuris pontificij diſpoſitione, quò
ad ipſos virum, & mulierem omni conditione pares? Hoc ca-
69 ſu receptiſſima eſt omnium ſententia, non † præſumi matri-
monium, ſed potius fornicationem. Ita gloſſa. in dict. capit.
j. xxx. q. v. Abbas in capitul. illud, de præſump. & ibi Felin.
num. 15. Lucas de Penna in l. iij. in xiij. præſump. C. de apo-
ch pub. lib. x. Io. Lupus in tract. de matrimon. parte ſecũda.
num. 12. Geminia. in conſi. xxvij. col. ij. Iaſon in l. j. num. 18.
C. qui teſta. facere poſſ. & in conſi. clxviij. lib. iiij. Decius in
l. nuptias. nu. 4. de reg. iuris. Alcia. in tract. de præſum. reg. ij.
præſum. v. nu. 1. Paleotus in tract. de Nothis ſpurijsq; filijs.
c. v. nu. 4. cap. xix. nu. 12. & c. xx. nu. 4. & Didacus in epitome
de ſponſal. in ſecunda parte. cap. j. nu. 5. & alij multi, quos
infra referam. Et ij moti ſunt ex cap. aliter. xxx. q. v. c. illud,
de præſum. & ex clem. j. de conſang. & affinit. Ea ea ratione,
quòd in foro animę tutior via eligi debet. c. iuuenis. de ſpõſ.
Et hic caſus multo magis procedit, quando agitur de præiu-
dicio alterius matrimonij. Ita Pariſ. in conſ. lix. nu. 7. lib. iiij.
& Didacus. d. cap. j. nu. 5.

Tertius eſt caſus, quando quæritur, an ex viri, & mulieris
longa cohabitatione, præſumatur à lege põtificia matrimo-
nium, quo ad filiorum legitimationem, vt ſuccedere deinde
70 poſſint? Et receptior eſt ſententia, præſumi † hoc caſu ma-
trimonium. Ita tradunt gloſſ. in dict. cap. j. xxx. q. v. Inno. in
c. ex parte. de reſtit. ſpolia. Abbas & Imola in c. illud, de præ-
ſum. Idẽ Abb. in c. lator. & in c. ex tenore, qui filij ſint legit.
Io. lupus in tract. de matrimonio parte ij. nu. 12. Cæpolla in
conſilio v. numero 16. in ciuilibus. Soc. Sen. in conſ. xxxix.
nu. 6. in fine. lib. j. Iaſon in conſi. clxviij. col. j. lib. iiij. Felin.
in cap. illud. nume. 15. in fine. de præſump. Dec. in l. nuptias,
nu. 4. de reg. iuris, & in c. eccleſiæ ſanctæ Mariæ. nu. 44. verſ.
ſeptimo caſu, de conſt. idem in conſi. cliij. nume. 2. & in cõſ.
cccclxxj nume. 3. Curtius Iun. in conſi. lij. nu. 3. Cagnolus
in l. ſi qua illuſtris, numero 12. C. ad S.C. Orphitia. Pariſius
in conſi. xiij. nume. 22. lib. ij. Soc. Iun. in conſi. xxxix. nu. 17.
lib. iij. Palhotus in tract. de noteis ſpuriiſq; filiis. c. xix. n. 12.
Didacus in epitome de ſponſal. parte ij. c. j. nu. 5. Gramm. in
cõſ. xxvj. nu. 9. in ciuilibus. & Cephalus in cõſ. ccccxxxv. nu.
64. lib. iij. quos ſecutus ſum in cõſ. cxcix. nu. 48. lib. ij. Et hic
quidẽ caſus procedit, qñ plura cõcurrunt. Et primò lõga (vt
71 diximus) cohabitatio, † quæ intelligitur decem annorũ, vt
ſcribunt Hoſt. & Butrius in c. lator. qui filij ſint legit. Cæ-
polla in d. conſi. v. nu. 16. & Didacus in d. c. j. num. 5. reiecta
opinione Felini in c. illud. colum. pe. verſicu. immo dicebat
ſingulariter. Alcia. reg. j. præſum. xlj. numer. 1. & Euerardi in
centuria legali, in loco à veriſimili. numero 19. qui opinati
ſunt ſufficere habitationem vnius anni cũ dimidio. Requi-
ritur ſecundo, quod vir, & mulier pares ſint. Ita Soci. Sen. in
cõſi. xxxix. nu. 4. lib. j. Cagnolus. in l. ſi qua illuſtris. nu. 12. in
fine. C. ad S.C. Orphitia. Celſus Hugo in conſ. lxxiij. nume.
5. Paleotus de nothis ſpuriiſque filiis. c. ix. nu. 2. Soc. Iun. in
conſi. lxxxix. nume. 3. lib. ij. Gramma. in conſil. xxvj. nu. 9. &
10. & Didacus in d. c. j. nume. 5. quos ſecutus ſum in conſil.
cxcix. nu. 49. lib. ij.
72 Nam inter pares facilè † præſumitur contractum matri-
monium, vt poſt alios ſcribit Tiraquellus in legibus connu-
bial. lege. v. num. 28. Cæterùm Celſus Hugo. in conſi. lxxiij.
numero 5. poſt alios nonnullos, ſentit, hanc paritatem, nil
operari de iure canonico, vt præſumatur matrimonium. Re-
quiritur tertio, quod mulier ipſa ſit fueritque vitæ honeſtæ,
non autem ſi corporis ſui quæſtum fecit. Nam tunc nec iure
73 † ipſo ciuili inſpecto, præſumitur ex cohabitatione matri-
monium cum viro contractum. Ita probat tex. d. l. in liberæ.
ff. de ritu nuptia. & tradit Paleotus de nothis ſpuriiſque fi-
liis. c. xix. nu. 1. in fi. quem ſecutus ſum in d. conſil. cxcix. nu.
49. lib. ij.
74 Requiritur quartò, quod vir ipſe pertractet † mulierem
honorifice, eo ſcilicet modo, quo vxores pertractari, & ha-
beri ſolent. Caſtren. in l. donationes in prin. ff. de donat. Fe-
linus in c. illud. nu. 10. & nu. 11. de præſump. Ioan. Lupus in
cap. per veſtras. in iij. notab. §. vij. nu. 7. de dona. inter virum
& vxo. & Didacus in d. c. j. nume. 5. Et ij quidem omnes ad-
ducti ſunt ex c. illud, de præſump. ibi, in lecto, & menſa Diſ-
ſentiunt tamen Baldus in c. ex tranſmiſſa. col. j. de reſt. ſpo-
lia. Inno. in c. ex parte. eod. tit. & Celſus Hug. in conſi. lxxiij.
75 numero 6. Requiritur quintò, vt habitatio ſit † in vna ea-
demque domo; non autem ſufficeret, quod vir habitaret in
ſolita



ſolita ſua domo, vt puta in paterna, & mulier in domo con-
ductitia. Ita Hoſtien. Butrius, Imol. Alex. Gramm. Ioann.
Baptiſta Ferrettus, & Socin. Iun. quos ſecutus ſum in dicto
conſi. cxcix. numero quadrageſimono. verſic. tertio, quod
dicitur. libro ſecũdo, vbi dixi, idem ſenſiſſe Baldum in conſi.
cxcv. lib. iij. Idem reſpondit Cæpolla in conſi. v. nume. 3. in
ciuilibus; qui à ſenſu contrario dixit, non præſumi contra-
ctum matrimonium cum ea, cui extrà domum præſtantur
alimenta.

Requiritur ſextò, vt ij ita cohabitantes coram teſtibus
76 † declarent, ſe cohabitare tamquam coniuges. Ita Angelus
quem ſecutus ſum in dicto conſi. cxcix. numero quadrageſi-
mo nono. in fine. libro ſecundo.

Quartus eſt caſus, quando vir, & mulier, qui ſimul coha-
bitabant vita functi ſunt; & ambigitur de filiorum legitima-
tione. Hoc in caſu etiam, iure pontificio inſpecto, præſu-
77 mitur † matrimonium fuiſſe cõtractum inter illos cohabi-
tantes. Ita gloſſa in capitul. lator, qui filij ſint legitimi, &
ibidem Abbas, Felinus in capitul. per tuas. columna vltima.
de probat. Decius in capitul. eccleſiæ ſanctæ Nariæ. nume.
39. de conſti. Iaſon in conſi. clxviij. colum. j. lib. iiij. Curtius
Iun. in conſi. lij. colum. j. & Didacus in epitome de ſponſal.
parte ij. cap. j. num. 5. verſi. quibus addendum erit. Et ij qui-
dem adducti ſunt ex d. cap. lator, qui tamẽ ſecundum Dida-
cum non probat; quia ibi filius reputabatur, & communi
opinione credebatur legitimus. Rectius itaque probari ea
ratione poteſt, quod præſumendum non eſt, quod illi mo-
riẽtes mori voluerint in peccato mortali; & quod propterea
contraxerint matrimonium.

Diſſentiunt tamen ab hac opinione Henricus Boic in d.
capitul. lator. & Alciatus in tractat. de præſump. regul. iij.
præſumpt. j. numero 3. verſicul. & hoc facit. Cuius quidem
Alciati conſiderationem diluemus infrà lib. vj. in præſump.
xl. vbi agemus, an filius præſumatur legitimus, & ſub patris
poteſtate.

Cæterùm dubitari hic contingit, quando ſola extat co-
habitatio inter pares, ita quod ſecundum ius ciuile pręſumi-
tur contractum matrimonium inter virum & mulierem; ſe-
cundum verò ius canonicum non præſumitur; an in foro ci-
uili quo ad filiorum legitimationem, & ſucceſſionem obſer-
78 uari debeat lex ipſa ciuilis? Et obſeruari † legem ciuilem
debere, ſcripſerũt Baldus in l. etſi contra, C. de nupt. & in
cap. ex tranſmiſſa. de reſtitut. ſpolia. Felinus in c. illud. colu.
vlti. de præſumpt. Dec. in conſi. cliij. num. 4. Pariſ. conſi. xiij.
nu. 23. lib. ij. Alciatus in tract. de præſump. reg. ij. præſum. v.
nu. 2. Palæotus in tract. de nothis ſpuriiſque filiis. cap. v. nu.
7. & apertius fuſiuſque, cap. xix. nu. 10. Ea ratione motus eſt
79 Alciatus; quia, † quod lex pontificia non præſumat matri-
monium ex ſola cohabitatione, eſt ob id, quod cum ſimus in
dubio peccati, ſumitur præſumptio tutior pro anima, atque
ita quod ſit peccatum. gl. in c. aliter. xxx. q. v. & in ca. vnico,
de ſcrut. ab ord. facien. Hæc autem ratio ſolùm locum ob-
tinet quò ad ipſum virum, & mulierem, lex ergo pontificia
corrigens Cæſaream, aliqua ratione extendi non debet, niſi
quatenus infert ipſa ratio. l. adigere. §. quamuis. de iure pa-
tron. & tradit Iaſon in auth. quas actiones. nume. 18. C. de
ſacroſ. eccle. Ex quo ſequitur (ait Alciatus) manifeſta ratio
differentiæ, inter ipſos virum & mulierem principales, &
eorum filios acceſſorios. Quo caſu acceſſorium nõn ſequi-
tur naturam ipſius principalis. l. etſi is. C. de prædijs mino.
Et ob id (ſubinfert Alciatus.) d. l. in liberæ. ſatis videtur
approbata à iure ipſo pontificio, quò ad filios, ex quo ratio
correctionis non infert, niſi quo ad virum, & mulierem, non
autem quo ad filios. Nec repugnant conſiderationes Abb.
in cap. lator, qui filij ſint legit. diſſentiẽtis; quia eis ſatisfacit
præcitato in loco Alciatus.

Quinta præſumptio, & coniectura contracti matrimo-
80 nij eſt; quando vir & mulier † contraxerunt matrimonium
ſub conditione; deinde carnali copula ſe iunxerunt. Nam
tunc præſumuntur purè contraxiſſe, atque ita conditionem
illam remiſiſſe. c. de illis. c. ſuper eo, & c. per tuas, de condit.
81 appoſit. Et hanc † præſumptionem eſſe iuris, & de iure, ſcri-
pſerunt glo. in d. c. de illis, Specul. in tit. de præſumpt. §. ſpe-
cies. num. 5. verſicul. item ſi quis. Abbas in d. cap. per tuas,
in primo not. qui dixit, quod ille, qui deducit matrimonium
verum, & probat præſumptum præſumptione iuris, & de
iure, obtinere debet; cum dicatur verum matrimonium. His
accedit Euerardus in centuria legali in loco à veriſimili. nu-
mero decimonono. Hæc autem præſumptio ſolum induci-
tur per copulam carnalem ſubſecutam, non autem per alios
actus, vt puta per amplexus, oſcula, & his ſimilia. Ita decla-
rat Aretinus in conſilio cxlij. numero 8. quem ſecutus eſt
Syluester Prierius in ſumma. in verbo matrimonium. libro
iij. nu. 8.
82 Sexta eſt præſumptio & coniectura contracti † matrimo-
nij, quando vir & mulier ſe inuicem habuerunt & tractarunt
tanquam coniuges. Ita Baldus in l. non ignorat. numero
quinto. C. qui accuſ. non poſſ. qui dixit, hanc eſſe præſum-
ptionem efficaciorẽ illa quæ à ſola denominatione deſcen-
83 dit: Cum facta † verbis anteponantur. Eandem ſententiam
probarunt alij multi à me congeſti in conſil. cxcix. num. 50.
lib. ij. quibus accedit Alciatus in tract. de præſumpti. regul.
iij. præſump. xxxviij. num. 1.

Cæterum Salicetus in l. quidam. colu. vlti. ff. de probatio.
fuſius hac de re diſſerit ex cuius longa, egregia tamen diſtin-
ctione, plures caſus conſtitui poſſunt. tam quando agitur de
matrimonio principaliter; quàm incidenter, vt putà quan-
do agitur de legitimatione filiorum, in cuius cauſæ antece-
dens incidenter tamen de matrimonio pertractare neceſſe
eſt. Et ſimilis eſt diſputatio circa filiationem, quando ſci-
licet ex tractatu præſumatur quis filius. Qua de re ſcripſi in
commentariis de arbitrariis iudicum. lib. ij. caſu lxxxix. nu-
mero 69. & 70. Et ad rem noſtram aliquas declarationes
commemoraui in dict. conſilio cxcix. nu. 50. lib. ij. ſufficiat
locum retuliſſe. Illis addo Verallum in deciſione ccx. nu. 2.
parte ſecunda, cùm dixit, tractatum non inducere coniectu-
ram & ſignum matrimonij, quandò initium erat concubi-
natus. Et hæc quidem præſumptio, quæ à tractatione ſumi-
84 tur † non eſt præſumptio iuris, ſed hominis, non enim video
qua lege ita conſtitutum fuerit.

Septima eſt præſumptio & coniectura contracti matri-
85 monij, quæ colligitur à denominatione, cum † ſcilicet vir
& mulier ſe inuicem nominant cõiuges, vel maritum & vxo-
rem. Ita ſcribũt Archid. in cap. j. de ſponſa. imp. in vj. Abbas
in c. lator. qui filij ſint legitimi, & ibidẽ Præpo. Luc. de Pen-
na in l. iij. in præſump. xiij. C. de apochis publ. lib. x. Cæpol-
la in conſ. v. nu. 18. & 19. in ciui. Soc. Sen. in cõſ. xxxix. nu. 8.
lib. j. Decius in conſ. cliij. num. 3. Pariſ. in conſi. xiij. nu. 25.
lib. ij. Palæotus in tract. de nothis ſpuriiſq; filijs, ca. xix. nu.
11. & Cæphalus in conſi. ccccxxxv. nu. 60. lib. iij.
86 Et hæc quidem præſumptio poteſt etiam ſumi † conſide-
rari ex perſona filiorum, vt ſi pater nominat filios, vt legiti-
mos. Nam præſumptio eſt, quod duxerit eorum matrem in
vxorem. Ita ſcriptum reliquit Iacobus Beluiſius in §. ad hoc.
verſicul. ex hoc. in auth. vt liceat matri & auiæ, qui dixit ex
illo textu hanc eſſe præſumptionem iur. & de iure. Et Belui-
ſium ſecutus eſt Luc. de Penna in d. l. tertia. in præſum. xiiij.
C. de apochis publ. idem reſpondit Decius in conſilio quin-
quageſimoquarto columna prima. Ego verius exiſtimo,
87 hanc † præſumptionem non eſſe iuris & de iure, ſed iuris
tantùm, quando tamen in publico inſtrumẽto, vel ſua manu
ſcripto, triumque teſtiũ ſubſcriptione comprobato, aſſeruit
pater illum eſſe filium ſuũ. Quandoquidem ſolennis eſt iſta
de nominatio, & profeſſio. Diuerſum autem eſt in ſimpli-
cibus ipſis denominationibus, quæ ita paſſim fiunt inter vi-
88 rum, & mulierem. Nam tunc denominationes † hæ leuem
quandam præſumptionem faciunt; & propterea parum pro-
ſunt, niſi aliæ coniecturæ concurrant. Ita Curtius Iunior in
conſilio cclxxxix. numero 15. & Hiero. Gabriel in conſilio
xxj. & in conſilio xxv. numero 44. quos ſecutus ſum in conſi.
cxcix. numero 51. verſic. reſpondeo quartò. Et ibidem aliàs
nonnullus declarationes commemoraui, quas hic referre
nunc ſuperſedeo. Et dixi ſolùm procedere, inter ipſos vi-
rum & mulierem ſic ſe denominantes, non autem quò ad
alios.

Octaua eſt coniectura & præſumptio cõtracti matrimo-
89 nij, quæ † ſumitur ex literis inuicem datis, in quibus ſe in-
uicem appellarunt coniuges. Ita in ſpecie ſcribunt Pariſius
in conſilio quinquageſimoquinto, numero primo, libro
quarto. Soc. Iun. in conſi. xxix. columna prima, & ſecunda.

libro ſecundo.Zaſius in conſilio tertio numero ſeptimo.lib. ſecundo.& Coraſius libro tertio miſcella.iuris.capitul. iiij. num.7.

Verùm præſumptio hæc parum à ſuperiore differt, cùm illa à voce viua,hæc à mortua ſolùm deſcendit.

Nona eſt præſumptio & coniectura contracti matrimo-
90 nij:quæ † colligitur ex inſtrumento dotali. Ita Roma.ſing. ccccxlvj. Barba. in conſil. viij. calumna decimatertia. libro ſecundo. Socin. Senior in conſilio trigeſimonono. numero quinto. & numero decimo, libro primo. Curtius Iunior in conſilio xcv. numero ſecundo. & Pariſius in conſi.clxx. numero octauo libro quarto. Eſt tamẽ dubia hæc præſumptio ex traditis ab Inno. & aliis in capitul. illud,de præſumpt.Et
91 intelligitur quando in eo inſtrumento dotis expreſſum†fuit matrimonium fuiſſe contractum. Bald. in rub. C. de priuil. dotis.col.vlt.

92 Et rurſus procedit ſolùm†inter ipſos virum & mulierem, non autem quò ad alios. Baldus in l.ij.numero 8. C. de executio. rei iud. Et idem dicimus in denominatione, vt attigi ſupra.

93 Decima eſt præſumptio & coniectura, quæ † ſumitur ex habitu & veſtitu, vt ſi mulier incedit veſtibus honorificis, quibus vxoris ſimilium incedere ſolent. Ita reſpondit poſt alios Cæphalus in conſilio ccccxxxv.num.ſexageſimoquin-
94 to.& lxvj.libro tertio. Ita & annulum † ferre, coniecturam contracti matrimonij facit. Aret.in conſilio decimotertio numero quarto. Imola in conſi. clxj. numero 6. Cæpolla in conſilio quinto numero decimoquarto & decimoquinto in ciuilib. Grammat.in conſi.xxvj.nume.14.& Cæphalus in d. conſi.ccccxxxv.nu.62.

95 Cæterùm geſtationem hanc annuli, † non facere coniecturam contracti matrimonij, niſi præceſſerit aliquis actus & tractatus cõtrahendi matrimonium. Ita declarat Pariſius & Didacus de ſponſal.quos ſecutus ſum in conſ.cxcix. num. 52.verſi.prætereà & ſecundò.lib. ij. vbi paulo ſupra ſcripſi,
96 quod ita demum annuli † geſtatio coniecturam hanc facit, quando mulier ſciente, & patiente viro ſecum habitante, annulos ita defert. quod dixi ſcripſiſſe Butrium, Abbatem, Alex. & Pariſium in locis ibi commemoratis. Ita econtra
97 quando vir habuit † mulierem malè indutam, & patientem facere ea, quæ non conuenirent, ſi ei foret vxor, non præſumitur ab eo ducta in vxorem. Ita Cæpolla in d.conſi.v.nu.5. in ciuilibus.

Vndecima eſt præſumptio, & coniectura contracti ma-
98 trimonij, quando † priuſquam vir carnaliter cognoſceret mulierem, mulier ipſa dixit, ſe nolle ab eo cognoſci niſi honeſtè,& cum honore,& vir conſenſit. Ita Barba.in conſil.vj. col.iiij.lib.j.qua de re dubitat valdè poſt alios Neuiz.lib.ij. Syluæ nuptia.in fin.

Prædictæ tamen præſumptiones, & coniecturæ omnes, nihil hodie prodeſſe poſſunt, vt tanquam matrimonium obſeruetur: Quandoquidem ſacroſancto concilio Tridentino ſeſſio.xxiiij.c.j.de reformatione matrimonij, ſancitum eſt; matrimonia non cenſeri legitimè contracta:ſed omnia clandeſtina,& ob id nulla, niſi præſente Parocho, vel alio ſacerdote, de ipſius Parochi, ſeu ordinarij licentia, adhibitis aliis ſolennitatibus fuerit contractum. Ex quo ſequitur hodie
99 matrimonia omnia † præſumpta, etiam præſumptione iuris, & de iure, ſublata eſſe, quemadmodum in ſpecie ſcripſit eruditiſſi. Martinus Nauarrus, qui dum ij noſtri commentarij excuderentur deceſſit Romæ hoc anno 1586.die xiij.Iunij, cum centeſimum,& octauum vt creditur, attigiſſet annum. Nauarrus inquam in manuali Confeſſorum c. xxv. numero 144.qui manifeſte dixit, locum amplius hodie nõ eſſe diſpoſitioni c. is, qui fidem. de ſponſal. Et hinc fit, vt hodie filij
100 † nati ex matrimonio præſumpto, quauis præſumptione, legitimi non ſint,& conſequenter inſucceſſibiles, vt reſpondi in conſi.cxcix.numero 57.lib.ij.ſicuti nec illegitimè nati non legitimantur ob ſequens matrimonium clandeſtinum Boe. q. cvij. Ex hoc etiam ſequitur, quod etſi olim raptor
101 † & rapta, conſentientes in matrimonium ſiue ex præcedenti, ſiue ex ſubſequenti actu, euitarent pœnam raptus, raptorque ille eſſe deſineret c.cũ cauſa, de rapto.vbi Abb.& tradit Caſtren.in l.raptores.nu.3.C.de epiſcop.& Cler.attamen hodie ille raptor eſſe non deſinit, nec raptoris pœnam effugit, niſi matrimonium, obſeruata prædicta Concilij forma, contraxerit. Eſt etiam obſeruandum, quod etſi matrimonium præſumptum eſt in ſe nullum, ita diſponente ſacro
102 ipſo Concilio Tridentino, non tamen†caret effectu. Nam matrimonium dicitur quò ad hoc, vt inter eos, qui ſic contraxerunt, non poſſit denuò contrahi, cum effecti ſint inhabiles: ſicuti eos inhabiles reddit, quodlibet aliud matrimonium clandeſtinum: vt concilio ipſo ſancitum legimus in ſeſſione xxiiij. c. j. de reformatione matrimonij. Quæ ſanè ſacri concilij conſtitutio, declarata fuit ab Illuſt.dom.Interpretib.vt intelligãtur illi effecti inhabiles, ad ſic denuò contrahendum, non autem vt ſint omnia inhabiles. Interpretationis verba hæc ſunt. Ordinarius iudicare debet, matrimonia illa eſſe nulla, quæ præſente Parocho, vel alio ſacerdote de ipſius Parochi, vel Epiſcopi ordinarij licentia,& duobus vel tribus teſtibus contracta non ſunt. Statuere autem non debet quod illi, qui non ſeruata forma prædicta contraxerunt, ſint inhabiles ad rurſus contrahendum. Quia eſt contra diſpoſitionem c.j. ſeſſ. xxiiij.Concilij Trident.de reformatione matrimonij. nam verba illa decreti ad ſic contrahendum, non intelliguntur, quod qui ex formula decreti matrimonium non contraxerunt, ſimpliciter inhabiles fiant ad rurſus contrahendum, ſed ad contrahendum ſic, nempe eum in modum ſine Parocho, & teſtibus. Quam ob rem, qui in contrahendis matrimoniis decreti formulam ſecuti non ſunt, rurſus contrahere ſi velint ex decreti præſcripto, adhibito Parocho, & teſtib. hoc ordinarius concedere debet, niſi ſanguinis coniunctione aut propinquitate aut aliis ſacrorum Canonum exceptionibus excludantur. Qui idem ordinarius, in eos qui matrimonium ſine Parocho, & teſtibus contraxerint: tum in eos etiam qui iſtiuſmodi contractibus interfuerunt, pœna arbitraria animaduertere debet.

## PRAESVMP. II.

Matrimonium an præſumatur contractum annuli traditione, vel immiſſione, vel geſtatione, diligens explanatio.

### SVMMARIVM.

1 *Annuli traditionem ſignum eſſe æquiuocum.*
2 *Annulo tradito expreſſo conſenſu accedente, vel ſponſalia vel matrimonium contractum cenſetur.*
3 *Annuli traditio, regulatur ſecundum expreſſa verba, & actum præcedentem.*
4 *Annulus ſi mulieri tacenti traditus ſit à viro, verbis matrimonium ſignificantib. præſumitur matrimonium contractum.*
*Id etiam procedere in muliere non intelligente viri verba, ſed manum tantum porrigente.nu.5.*
6 *Annulo tradito ſit nil dictum ſi ſecundum loci conſuetudinem, vel matrimonium vel ſponſalia præſumuntur.*
7 *Annulo tradito in apparatu matrimonij, præſente ſacerdote, vel ad fores eccleſiæ, matrimonium præſumitur, etiam in loco vbi annuli traditio nihil ſignificaret.*
*Et quid ſi eo in loco traditus ſit, à patre, ſine matrimonij apparatu.numero 8.*
9 *Annulum mulieri tradens filius, eiuſque digito immittens, non in apparatu matrimonij, quid præſumatur.*
10 *Annulus quando defertur quidem, at digito non immittitur, nil præſumit.*
11 *Annulus traditus etſi non immiſſus digito puellæ, quando tamen præſumi faciat matrimonium contractum.& nu.12.*
13 *Annulum geſtans mulier viro cohabitans, ſi de traditione à viro facta non conſtet, matrimonium non præſumitur.*

1 EST & frequens diſceptatio, an matrimonium præſumatur contractum, traditione, vel immiſſione, vel geſtatione annuli? Et quamquã annuli † traditio ſit ſignum æquiuocum, vt tradit Abb. in c.vlti. in fi.de deſponſa.impub. Verùm tamen perſæpe ſignificat cõtractum fuiſſe matrimonium. Quò autem hæc apertius explicentur, conſtituo atque diſtinguo aliquot caſus.





2 ¶ Primus eſt, quando traditus eſt annulus, † expreſſo conſenſu accedente, quo vel ſponſalia tãtum, vel matrimonium contrahere declarat vir,& mulier, Hic caſus eſt clarus, quod ſcilicet ſit vel matrimonium, vel ſponſalia, ſicuti expreſſus conſenſus ſignificat, Ita Hoſt, in titul.de ſponſal,§,quot ſunt ſpecies, Lapus allegat.lvj,nu.5.Butr.in c.vlt.nu.8.verſicu.ad propoſitum. & ibi Abb, in fin.de deſponſ. impub. Pariſ. in conſil.lx.nume.48,lib.iiij.Bero.q.vj. & Did, in epitome de ſponſalib.c.iiij,in princ.nume.3.In claris enim non eſt opus coniecturis.l,ille aut ille.§.cum in verbis.de leg.iij.Regula-
3 tur † enim annuli traditio ſecundum expreſſa verba, & præcedentem actum,

4 Secundus eſt caſus, qñ traditus eſt annulus, † adhibitis à verbis viro, ſignificãtib, matrimonium,& mulier tacet.Hoc caſu præſumitur matrimonium. Ita affirmarunt gl.in c. tuæ. & in c.ſi inter.de ſponſal.Butr.in d.c.ſi inter,nu.9.idem in c, vltim. numero 8. verſicul, quandoque ſubarratio intercedit ſponſalib, & ibidem Abb, in fi.de deſponſa.impub, Did,in d.c,iiij,nu.3.Eſt ratio, quia tacens hoc caſu pro cõſentiente habetur, imò facto ipſo conſentit, dum patitur annulum immitti.argu.l. Paul. ff. rem ratam hab.ſolent enim puellæ ob verecundiam, præſertim cum adſunt parentes, tacere. Imò ſcribit poſt Hoſt.Lapus alleg.lvj.nu.13. quod etiã ſi mulier
5 non intelligit † verba viri, ſed porrigit manum, vt annulus digito immittatur, contractum eſſe matrimonium. Idem ſcripſit Præpoſ. in d. capit.vltim.numero tertio de deſponſ, impub,

Tertius eſt caſus; quando traditus eſt annullus, & nihil fuit dictum,& ſumus in loco, in quo annuli traditio, ſignificat vel ſponſalia, vel matrimonium, Hoc caſu præſumitur
6 † vel matrimonium, vel ſponſalia, ſecundum loci conſuetudinem. Ita Butr.in d.c.vlt.nu.8.verſicu.quandoque interuenit ſubarratio, Abb.in c.illud de præſump, Lapus in d.alleg. lvj.nu.5.& nu.14.& 16.Aret.in conſi.xiij.nu,4. Cæpolla in conſi.j.num,14.verſi.item etiam, in ciuilib.Bero. in d. q. vj. col,vlt.verſ.vel ſecũdo id,& Did.in d,c.iiij,nu.3.in fi. Pariſ, in conſi.lv.lib.iiij,

Quare infert Zabarella in d.c. ſi inter, q. ij. de ſponſal. & in d.c,vlti.q.j.de deſponſa.impub.quod cum hic Paduæ exſtet conſuetudo, vt detur annulus in contrahendo matrimonium, in dubio annuli traditio à viro facta, ſignificabit matrimonium fuiſſe contractum. Et Aret.in d.conſi.xiij.nu.4, inquit, hanc cõſuetudinem eſſe in tota Italia notoriam. Imò fortius affirmat eo loci Aret. quod annuli immiſſio ſignificat præſumptum matrimonium.

Quartus eſt caſus, quando ſumus in loco, in quo annuli
7 † traditio nihil ſignificat,& annulus eſt traditus in apparatu matrimonij, præſente ſacerdote, vel ad fores eccleſiæ. Hoc caſu præſumitur matrimonium. Ita Butr.in d. capit. vltima. numero 8. verſicul, ſi nihil diſponit. Aret. in conſilio xiij. numero 4.

8 Quintus eſt caſus, quando ſumus in loco in quo†annuli traditio nihil ſignificat, & annulus eſt traditus à patre, ſine apparatu matrimonij. Hoc caſu eſt clarum, quod non præſumitur matrimonium. Ita Butr.in d.c.vlt.numero 8. verſi. aut hoc fit. de deſponſa.impuberum, quo loci Butr. vel ſubobſcure loquitur, vel Codex eſt corruptus, legitur enim in in noue impreſſis, aut hoc fit in apparatu. Exiſtimo eſſe legendum negatiue aut non fit, cum paulò ſupra poſuerit caſum affirmatiuum. Et hic caſus apud me non habet dubitationem. Imò crediderim, quod etiam ſi pater tradidiſſet annulum in ipſo apparatu matrimonij, nil egiſſet, niſi conſenſu filij tradidiſſet. Et hoc ſenſit ſatis aperte Præpoſ, in d, c.vlt.nu.6.

9 Sextus eſt caſus, quando ipſemet filius † in non apparatu matrimonij, tradidit annulum mulieri,& immittit in eius digito. Hoc caſu, inquit Butr. præcitato in loco, præſumitur contractum matrimonium, Ego certe valde dubito, quando quidem vbi non ſumus in apparatu matrimonij, videtur potius id actum cauſa futuri matrimonij, atque ita præſumi debent ſponſalia. Niſi dicamus Butrium loqui, quando in loco extat conſuetudo, quod annuli immiſſio ſignificet matrimonium.

10 Septimus eſt caſus, quando defertur annulus † & digito non immittitur. Hoc caſu non præſumitur matrimonium, ſed ſponſalia. Ita Butr.in d,cap.vlt,num,8. verſicul. ſi autem defertur, de deſponſa. impub. Idem in c,illud.nu.7,de præſumpt. Nam talia munuſcula (inquit Butr.) quandoque interueniunt inter virum, & mulierem. Idem reſpondit Aret. in conſi.xiij.nu.4.

Octauus eſt caſus, quãdo ſumus in apparatu matrimonij, & verba prolata ſunt dubia, an ſignificẽt matrimonium, vel
11 ſponſalia, & traditus eſt † annulus, ſed non immiſſus digito puellæ, & non conſtat de loci conſuetudine. Hoc caſu crediderim præſumi matrimonium, quamquam annulus non fuerit immiſſus digito puellæ. Nam immiſſio requiritur, niſi aliis ſignis præcedentib. vel ſequentib. ſignificent matrimonium, Ita ſenſerunt Cæp. in conſil. j. nume. 14. verſicul, item etiam in ciuilib, & Pariſ. in conſi.lv.num.44. & conſi. lx.numer.48.libr.iiij. & apertius Bero. in q.vj, columm.vlti, verſi. præterea. Idem vere ſenſit Lapus allega.lvj.nume, 17. verſi.ſed quando factum, quem ſecuti ſunt Abb. in c. illud, nu.13.de præſum.& Barb.in conſi.vj,col.xij.& xvij.lib.j.& omnium clarius Præpoſ.in d.c,vlt,num,4.prope medium de deſponſa.impuber. ¶ Nonus eſt caſus, quando ſumus omnino in dubio an annuli immiſſio, vel traditio ſignificet matrimonium. Hoc caſu (inquit Butr, in d.c.vlt.nu.8,in fi.) iudi-
12 candũ † erit pro matrimonio.c.vlt. de re iud. vel conſulendus erit princeps, iux.c.j, de tranſact. Ita & Abb, in d. cap, vltim.in fin. Et accedit quod Aret.in d, conſilio xiij. nume. 4.& 5.poſt aliquos reſpõdit, ſolam ipſam annuli immiſſionem, ſui natura ſignificare matrimoniũ fuiſſe contractum.

13 Decimus eſt caſus, quando non conſtat de aliqua†annuli traditione à viro facta; ſed mulier cum viro illo habitans geſtat annulum. Hoc caſu nõ præſumitur cum viro illo contraxiſſe matrimonium. Ita Oldra. in conſil.clix.nume.6.Iaſon. in prælud.feudo.nu.12.verſi.ad contrarium, & ſcripſimus ſupra hoc libro præſump.j.in coniectura decima.

## PRAESVMP. III.

Matrimonium vel ſponſalia, quibus verbis contractum præſumatur.

### SVMMARIVM.

1 *Matrimonium præſumitur contractum, quando verba proferuntur de præſenti, veluti accipio te in vxorem &c.*
2 *Sponſalia contracta ſolum præſumuntur, quando verba ſonant in futurum,& ſignificant principium actus tantum.*
3 *Matrimonium an præſumatur contractum, quando verba ſonant in futurum, ſed tamen ſignificant exequutionem actus perfecti & conſumati.*
*Et quid ſi præceſſerint verba ſignificantia ſponſalia.nu.4.*
5 *Matrimonium præſumi contractum, quando verba præcedentia ſunt dubia; ſequentia vero certa, matrimonium ſignificantia.*
6 *Sponſalia tantum præſumi contracta his verbis, volo accipere te in ſponſam & vxorem,& in te conſentire, per verba de præſenti.*
7 *Matrimonium contractum cenſeri his verbis, nolo habere aliam in vxorem, niſi te.*
*Item per verba, promitto quod non habebo aliam vxorem, niſi te. numero 8.*
9 *Matrimonium potius, quam ſponſalia in caſu dubio, præſumitur.*

PROFERRI ſæpe ſolent verba, tum à viris tum à mulierib, quib. maximè ambigitur, an matrimonium, vel ſponſalia tantum contrahere voluerint, & propterea dubitatur, an præſumatur matrimonium, vel ſponſalia, Quo circa, vt hac de re in foro perutili aliqua ſcribam, aliquot caſus diſtinguam ex traditione Abbatis in c.ex parte. numero ſeptimo, de ſponſal. & aliorum alibi.

1 Primus eſt caſus, quando † verba in contractu proferuntur de præſenti, vt ſi vir dicit, accipio te in vxorem, & econtra, Hoc caſu contractum dicitur matrimonium cap.pen.de ſponſ.Ita docuit Abbas in c.ex parte.nu.7.in j.caſu.de ſpon-& ibidem Zabarella in primo notab. & apertius Butr. num, 10.verſ.primus quando. & Ang.Clauaſius in ſumma, in verbo, matrimonium.lib.ij.nu.8.

2 Secundus eſt caſus, quando † verba ſonant in futurum,&

ſignificāt principium actus tantummodo, vt ſi vir dicit promitto, quòd te ducam in vxorē. Hoc caſu ſolùm præſumuntur contracta ſponſalia. c. de illis. & c. pen. de ſponſa. Abbas in d. cap. ex parte nu. 7. verſi. quandoque verba ſonant in futurum, & tunc aut &c. Et idem apertius ſcripſerunt ibidem Zabarella. in q. ij. & Butrius nu. 10. verſ. ſecūdus caſus. Alex. in conſ. cliij. nu. 2. lib. v. & Io. Baptiſta Ferretus in conſilio cclix. nu. 1. & in conſi. cclxxxj. nu. 3.

3 Tertius eſt caſus, quando † verba, ſonant in futurum, ſed tamen ſignificant executionē, actus conſummati ſeu perfecti: & alia verba non præceſſerunt. vt ſi vir dicit, promitto, quod habebo te pro legitima vxore, Hoc caſu aliquorum eſt opinio: contractū præſumi atque cenſeri matrimonium. Ita Abbas in d. c. ex parte. nume. 7. verſic. quandoque verba ſonant in futurum, ſed denotant. &c. & ibidem Zabarella in q. j. & Butrius num. 10. verſi. quandoque proferuntur verba executiua. Ea ratione vſi ſunt, quod non poteſt vir habere illam pro legitima vxore, niſi præcedat matrimonium. Hæc enim verba ſignificant executionem matrimonij: vnde tacite videtur de præſenti contrahere, ex quo obligat ſe ad executionem. arg. d. cap. de illis. de ſponſal. Et ſubiūgit Abbas, quod hic caſus maxime procedit, ſi apponantur hæc verba, ab hoc tempore, vel de cętero, vt ſi dicit, promitto, quòd habebo te de cætero pro legitima vxore.

Quartus eſt caſus, quando verba ſonant in futurum, & ſignificant executionē actus conſummati atque perfecti: ſed
4 tamen † præcedunt verba ſignificantia ſponſalia, vt ſi vir dicit, promitto quod ducam te in vxorem. Et tenebo te pro legitima vxore. Hoc caſu cenſentur contracta ſponſalia tantummodo. Ita tradunt Abbas in d. cap. ex parte. numero 7. verſi. hæc procedunt, niſi, & ibidem Butrius nu. 10. verſic. ſecus in verbo, te ducam. Roman. ſing. cccxxxviij. Alex. in conſi. clij. nu. 4. & in conſi. cliij. nu. 3. lib. v. Dec. in cap. iurauit. in tertiò notab. de proba. Io. Baptiſta Ferretus in conſilio cclxxxj. numero 3. & Didacus Couuarr. in epitome de ſponſal. parte ij. capitul. iiij. §. j. numero 5. in fine, qui alios refert. Ea vſi ſunt ratione, quia illa verba dubia ſignificantia actus executionem & perfectionem, declarantur atque reſtringuntur à verbis præcedentibus claris, ſponſalia tantum ſignificantibus. arg. l. vlt. §. cui dulcia. ff. de vino, tritico oleoque legato. c. ſedes. de reſcrip. & clem. non poteſt. de procur.

Quintus eſt caſus, præter Abbatem & alios in dicto ca-
5 pitul. ex parte, quando verba † præcedentia ſunt dubia, vt quia poſſunt ſignificare ſponſalia, & matrimonium: ſequentia vero ſunt certa, matrimonium ſignificantia, vt ſi vir dicit. Non ducam aliam in vxorem: & accepto te pro vxore. Hoc caſu verba illa prima dubia, recipiūt interpretationem à ſequentibus certis, ſicuti diximus ſuperiore caſu, verba dubia ſequentia recipere interpretationem à precedentibus claris. Et in ſpecie reſpondit Ioann. Baptiſta Ferretus in d. conſilio octuageſimoſexto. numero primo, & numero ſecundo, qui conſuluit, contractum fuiſſe matrimonium his verbis. *Sete voi contenta d'eſſer mia mogl e, ſecundo ch'altre volte m'haueti promeſſo?* Et mulier reſpondit, *Che ſi.* Et ſi enim illa verba, *Secundo ch'altre volte m'haueti promeſſo*, ſint verba præteriti temporis; & ſignificatiua ſponſaliorum: attamen quia illa ſubſequentia, *Sete voi contenta d'eſſer mia moglie*, ſignificant, contractum matrimonij; reſpondit Ferretus eſſe matrimonium. Et illo in loco declarat traditionem Abbatis in dicto cap. ex parte, & Alexandri in cōſi. cliij. nu. 3. libro quinto. Et in ſpecie, ſic & ego ipſe reſpondi in conſil. ccclxvj. numero trigeſimoſexto, verſi. quintus eſt caſus.

6 Sextus eſt caſus, quando vir ita dicit, † volo accipere te in ſponſam & vxorem, & in te conſentire per verba de præſenti. Hoc caſu reſpondit Corneus in conſilio nonageſimoprimo. numero decimo, libro tertio, contracta cenſeri ſponſalia tantùm, tametſi prima verba ſignificent ſponſalia: poſtrema verò matrimonium, vt ipſe Corneus ibid. numero vndecimo, ſcripſit. Cæterùm aduerſus Corneum quod etiā illa poſtrema verba ſignificent ſponſalia tantum communem eſſe ſententiam teſtatur Ferretus, in d. conſilio cclxxxj. col. pen. verſ. ſupereſt reſpondere.

7 Septimus eſt caſus, quando † vir dicit, nolo habere aliam in vxorem, niſi te. Hoc caſu dicitur contractum matrimonium: cùm verba ſint præſentis temporis. Et Abbatem ſecuti ſunt reliqui omnes: ſicuti teſtatur Alciatus in reſp. xiij. numero 5. Et illis accedit Angelus Clauaſius in ſumma, in verbo, matrimonium. libro ſecundo. numero 12. Et huc facit quod ſcripſit Baldus in l. ſecūda. columna vigeſimaquinta, verſicul. nota tamen, quod differentia. ff. de iureiuran. cùm dixit, quod ſi quis iurat tractare aliquam in vxorem, cenſeri contractum matrimonium: cum ſit cōſenſus verbis expreſſus.

8 Octauus eſt caſus, quando vir dicit promitto, † quod non habebo aliam vxorem, niſi te, vel quàm te. Hoc caſu dicitur contractum matrimonium. Ita poſt Specul. & Ioan. Andreæ docuit Abbas in d. c. ex parte. nume. 8. de ſponſal. & ibidem Præpoſ. num. 6. teſtatur communem eſſe opinionem. Alex. in conſi. clij. nu. 4. & in conſi. cliij. nu. 3. lib. v. Barba. in conſ. vj. col. iiij. lib. j. Syluester Prierius in ſumma in verbo, matrimonium. nu. 10. Vngarellus in additionibus ad Angelum Clauaſium in verbo, matrimonium. libr. ij. nume. 12. Iaſon, Decius, & Curtius Iunior in l. actione. C. de tranſact. Alcia. in d. reſp. xiij. num. 5. verſic. tamen contrarium. & Didacus Couuarr. in epitome de ſponſal. parte ſecūda. c. 4. nu. 4. Quorum quidem auctoritate conſtat hanc eſſe communem ſententiam, & ſi ab ea diſſentiāt Butrius in d. c. ex parte. nu. 7. & Cæpolla conſil. j. columna penul. in ciuilibus. Qui quidem Cæpolla ibi in col. pen. verſ. tertio nō obſtat, concedit communem illam opinionem eſſe veram quando præceſſit aliquis tractatus de matrimonio contrahendo, vel traditus fuit annulus, qui dari ſolet in contrahendo matrimonio. Et ſimile tradit Didacus in dicto capitul. quarto. §. primo. numero quarto.

9 Nonus & vltimus eſt caſus, quando verè ſumus † in dubio. Hoc ſane caſu præſumitur potius matrimonium quàm ſponſalia. Ita Butrius in dicto capitul. ex parte. numero decimo, verſiculo quandoque proferuntur verba dubia. de ſponſal. Lapus allega. quinquageſimaſexta. nume. decimoquarto. Clauaſius in dicto verbo, matrimonium. lib. ij. nu. 4. & ibidem Vngarellus in additio. nu. 12.

## PRAESVMP. IIII.

### Matrimonium metu contractum, quando præſumatur, & quando metus præſumatur continuatus, & quando purgatus.

*SVMMARIVM.*

1 *Matrimonij tanta eſt libertas, vt ſi metu contractum ſit, ipſo iure reddatur nullum.*
*Idque adeo verum eſt, vt cum alia deinde contrahens eidem obligetur; nec ad primum adſtringatur. nu. 2.*
3 *Metus qui matrimonium impediat qualis eſſe debeat.*
4 *Metus regulariter non præſumitur.*
5 *Metum illatum probari coniecturis.*
6 *Metus præſumitur illatus, quando de eo inferendo tractatus præceſſit, etſi in ipſo matrimonij actu non appareat.*
7 *Adoleſcenti deprehenſo in facinore præſumitur illatus metus.*
8 *Metum illatum præſumi, ſi ad oſtium domus vbi matrimonium contrahitur, armati homines adhibiti ſint.*
*Vel in ea fuerit auditus clamor. nu. 9.*
*Aut iuuenis qui contraxiſſe dicitur, exiuerit pallidus & tremebundus. num. 10.*
11 *Metum illatum præſumi ei, qui in contractu matrimonij lacrymatur, niſi aliqua fletus iuſta cauſa adſit.*
12 *Metu conſenſiſſe præſumitur, quem veriſimile non erat, eo tempore matrimonium contracturum, niſi hoc iuſta cauſa factū appareat. nu. 13.*
14 *Matrimoniū clam contractum, metu & timore contractū præſumitur.*
15 *Metu contraxiſſe præſumitur, qui poſtquam in loco tuto & ſecuro eſt, fuerit ea de re proteſtatus.*
16 *Metus illatus præſumitur, quādo inter cōtrahentes magna eſt imparitas.*
17 *Metu contraxiſſe cenſetur, qui in loco vt contraheret fuit concluſus.*
*Idem ſi poſtquam contraxit, aufugit. nu. 18.*
*Vel qui contraxit, mandante principe, qui voluntates & mandata ſua conſueuit exequi. nu. 19.*
20 *Metu contraxiſſe præſumitur puella per vim rapta.*
21 *Metu contractum fuiſſe matrimonium præſumitur. ſi publica extet vox & fama.*



22 *Metus ratione & cauſa perdurante, ipſe etiam metus perdurare præſumitur.*
23 *Oſculum quod beneuolentiæ ſignum eſt, vtrum metum in rapta ceſſare, ſignificet.*
24 *Metum, ex longa cohabitatione purgatum præſumi, data recedendi facultate.*
*Quæ autem dicatur longa cohabitatio, relinqui arbitrio iudicis. numero 25.*
26 *Metus illatus purgatus præſumitur, quando contrahens è loco potuit tutò recedere, idque non fecit,*
*Item ſi poſt aliquod tempus petijt ſibi dotem numerari. nu. 27.*
28 *Metus purgatus in contrahente præſumitur, qui aliquem actum omnino voluntarium & inſolitum fecerit,*
*Vel qui poſt aliquot dies viſus eſt hilaris, & tripudiare. num. 29.*
30 *Copula carnali voluntaria, præſumitur purgatus omnis metus precedens.*
*Atque id locum habere in viro etiam inuito, vt ſponſalia illius in matrimonium tranſeant. numer. 31. reiecta opinione contraria. nume. 34.*
32 *Mors potius eligenda quam peccato conſentiendum.*
33 *Fornicario affectu cognouiſſe ſe aſſerens, non poteſt dici vir conſtans.*
35 *Copula carnalis ſubſequuta in muliere, nō præſumit metum purgatum.*
36 *Vis præciſa, quid ſit, & quid conditionalis ſeu cauſatiua. numero 37.*

ET ſi de metu, qui in vniuerſum inferri ſolet in contractibus, dicturus ſum infra hoc libro: attamen placet hoc in loco diſſerere de metu, qui ſolet aliquando interuenire in matrimonio, Qua in diſputatione tria capita diſtinguo,

Primum eſt, quando metus præſumatur in ipſo actu contrahendi matrimonium, illatus,

Secundum, quando metus iam illatus præſumatur continuatus,

Tertium quando præſumatur purgatus. Primum caput
1 vt explicem, ſciendum prius eſt; tantam † eſſe matrimonij libertatem, vt ſi metu contractum ſit, nullum ipſo iure reddatur. c. cum locum. & cap. veniens. lib. ij. de ſponſa. tex. notab. in c. ſignificauit. de eo, qui duxit in matr. quam polluit per adult. & affirmarunt gloſſ. in c. ij. de his, quæ vi metusve cauſa. late Imo. in cap. tuæ. nu. 12. de ſponſa. Barba. in conſil. liiij. nu. 10. lib. j. qui cōmunem eſſe teſtatur. Gratus in conſi. xxxviij. num. 7. lib. ij. Syluester Prierius in ſumma in verbo, matrimonium viij. nu. 11. verſi. circa prædicta tamen. Pariſ. in conſi. clxx. in fin. lib. iiij. Didac. in epitome de ſponſal in ij. par. c. iij. §. v. nu. 1. Et adeo eſt nullum matrimonium metu
2 contractum, vt ſi is, † qui ita coactus fuit, cum ſecunda deinde contraxit, obligatur ſecundo matrimonio, non autem primo. d. c. ſignificauit. vbi Abbas & Butri. & Syluester præcitato in loco.

3 Porrò metus † iſte talis eſſe debet, qui cadere poſſit in conſtantem virum, pro iudicis tamen arbitrio, inſpecta qualitate perſonarum. Ita poſt alios Didac. in epitome de ſponſal. par. ij. cap. iij. §. iij. nu. 6. & multis ſequentib. & Martinus Nauarrus in manuali confeſſorum. c. xxij. nu. 51.

4 Metus autem † regulariter quouis in actu non præſumitur, vt dicemus infra in præſump. xxxiiij.

5 Verum coniecturis † & præſumptionib. detegitur illatus metus. Alex. in conſi. clvj. nu. 1. lib. v. Cępolla in conſi. ij. nu. 5. in ciuilibus, & Alciatus in reſpon. v. nu. 3.

6 Prima eſt coniectura, quando præceſſit † tractatus de inferendo metu, vt contraheretur matrimonium. Nam & ſi deinde non apparet, quod in ipſo actu contractus matrimonij, fuerit illatus metus, nihilominus præſumitur. Ita in ſpecie Cæpolla in conſi. ij. nu. 5. verſic. prima coniectura. in ciuilibus. Petrus Barbobus inter conſilia matrimonialia in conſi. xxiiij. num. 7. lib. j. & Crau. in conſi. cxv. nu. 6.

7 Secunda eſt coniectura, quando adoleſcens † fuit deprehenſus in ipſo facinore, quo iuſte timere potuit occidi. Ita Abbas in capitul. veniens. in fine de ſponſal. Cæpolla in d. conſilio ij. numero quinto. verſicul. ſecunda coniectura eſt. Alexan. in conſi. xcix. in princip. lib. iij. Petrus Barbobus in d. conſi. xxiiij. nu. quinto, & Pariſius in conſi. lx. nu. 20. libr. quarto. & Rimin. Iun. inter conſi. matrimo. & in cōſi. lxxvij. num. 21.

8 Tertia eſt coniectura, quando † ad hoſtium domus, in qua matrimonium fuit contractū, adhibiti fuerunt homines armis muniti, qui facile vim inferre poterant, ſic reſponderunt Cæpol. in dicto conſilio ſecundo, numero quinto, verſ. tertia coniectura, & verſ. quinta coniectura, & Corn. in conſ. xlj. nu. 11. lib. ij.

9 Quarta eſt coniectura, † quando in eo loco contractus matrimonij auditus fuit clamor, & armorum ſtrepitus. Ita Cæpolla in d. conſi. ij. nu. 5. verſic. quarta coniectura. Alex. in conſi. xcviij. nu. 5. & in conſ. xcix. nu. 3. lib. iij. & latè Pariſius in conſi. lx. nu. 13. lib. iiij.

10 Quinta eſt coniectura, quando adoleſcens † qui dicitur contraxiſſe matrimonium, exiuit è domo illa facile pallidus & tremebundus. Ita Cæpolla in dicto conſilio ſecundo. num. 6. verſi. ſexta coniectura. & Petrus Barbob. in d. conſi. xxiiij. nu. 22.

11 Sexta eſt coniectura, quando in ipſo actu † contractus matrimonij ille, vel illa lacrymabatur, ſic reſpondit Alciatus in reſponſo ccccciiij, numero quinto, ex l. vlti. §. ſed quia. C. de iure deliberan. Id quod declarat ipſe Alciatus ibidem, numero ſeptimo, verſi. nec obſtat prima, non procedere, quando iuſta aliqua fuiſſet cauſa illius fletus, quæ ſignificaret, non cauſa metus fleuiſſe, exemplum eſt ſecundum Alciatum in puella nupta ea die, qua eius pater deceſſerat, Nam præſumitur, quod fleret ob mortem patris.

12 Septima eſt coniectura † quando non eſt veriſimile, quod eo tempore quis contraxiſſet matrimonium, vt puta in filia, quæ ea die, qua pater mortuus eſt, ab affinibus matrimonio tradita fuit.

Hoc ſanè caſu præſumitur quòd metu & inuita conſenſerit. Alciatus in d. reſp. ccccciiij. nu. 5. verſi. deinde, quia. Eſt exemplum memorabile ſecundum Alciatum apud Liuium libro tertio, tertiæ Decadis. de Maſaniſſa, qui Sophoniſbam Syphacis vxorem duxit. Hanc tamē coniecturam intellexit Alciatus in d. reſpon. ccccciiij. numero ſeptimo, verſic. nec
13 obſtat quod tam citò, procedere, niſi aliqua † iuſta affuiſſet cauſa, tam cito contrahendi, vt ſuo illo in caſu conſiderabat Alciatus, filiam illam nuptui traditam ea die, qua deceſſerat pater, ob dubium quod ſuberat, nè à quibuſdam commiſſariis, alteri viro per vim matrimonio collocaretur.

14 Octaua eſt coniectura, quando matrimonium † fuit clam contractum. Nam & tunc metu & timore præſumitur contractum vt reſpondit Cæpolla in dicto conſilio ſecundo, numero ſeptimo, verſiculo, ſeptima coniectura, qui intellexit, clàm dici contractum, vt ſi noctis tempore fuit factum, Idem eſt quando adhibiti non fuerunt ſanguine coniuncti & amici, ſicuti adhiberi conſueuerunt. Nam & tunc metu contractum præſumitur. Ita conſuluerunt Alciatus in reſp. v. numero octauo, verſi. tertiò concurrit, & in reſponſ. diiij. numero quinto, verſiculo, ad hæc augetur. & Gratus in conſilio trigeſimooctauo. nu. 18. & 20. lib. ij.

15 Nona eſt coniectura, quando is, qui † contraxit matrimonium, ſtatim quò peruenit alio in loco tuto & ſecuro, proteſtatus eſt, quod nolebat contrahere. Ita Alciatus, in dicto reſponſo quinto, numero octauo, verſicul. ſecundo concurrit. & Gratus in conſilio trigeſimooctauo. numero 22. qui reſpōdit de puella, quæ conqueſta eſt. Et ſimilibus comprobabimus infra in præſumptione,...,

16 Decima eſt coniectura, quando adeſt imparitas † vt quia vir eſt admodum nobilis & diues; mulier verò vilis & pauper. Hoc etiam caſu præſumitur, quod vir metu contraxerit. Ita Cæpolla in dicto conſilio ſecundo, numero ſeptimo, nona coniectura.

17 Vndecima eſt coniectura, quando quis † fuit clauſus in loco, in quo deinde contraxit matrimonium, Ita Abbas in cap. cum locum. in fin. de ſponſal. Syluester Prierius in ſumma. in verbo matrimonium lib. viij. nu. 11. in fine. Corneus in dicto conſilio quadrageſimoprimo, numero vndecimo, lib. ij. Barb. in conſilio quinquageſimoquarto, numero decimonono, lib. j. Petrus Barbobus in d. conſ. xxiiij. num. 21. Pariſ. in d. conſilio lx. num. 15. lib. iiij. & Riminald. Iun. in d. conſilio lxxvij. num. 19. Intelligit autem Abbas in d. c. cum locum in fine, quando is fuit recluſus ad hoc vt contraheret matrimonium, ſecus ſi ob aliam cauſam.

18 Duodecima eſt coniectura, † quando is, qui contraxiſſe

dicitur matrimonium metu, poſt ipſum contractum aufugit. Nam tunc præſumitur, quòd metu contraxerit. Ita Petrus Barbobus in d. conſi. xxiiij. nu. 7.

Decimatertia eſt coniectura, quando contractum fuit
19 † matrimonium iuſſu & mandato principis, qui conſueuit exequi ſuam voluntatem & mandata. Ita Abbas in cap. vlti. qui cler. vel voue. Syluester Prierius in ſumma, in verbo, matrimonium 8. num. 11. in fine. Idem dicimus cæteris in contractibus qui metu geſti præſumuntur, quando princeps, qui conſueuit exequi iuſſa ſua, ita mandauit: ſicuti dicemus infra in præſump....

20 Decimaquarta eſt coniectura, † quando puella fuit vi rapta. Nam tũc præſumitur matrimonium etiam ex poſt contractum, fuiſſe metu contractum. Ita Gratus in conſi.... nu. 12 lib. ij.

21 Decimaquinta eſt coniectura, † quæ à communi voce & fama ducitur. Nam & hoc caſu metus præſumitur. Ita in ſpecie reſpondit Cæpolla in d. conſi. ij. num. 8. in ciuilibus. Comens. cõſi. lxv. & Alciatus in reſpon. ccccciiij. nu. 5. verſ. confirmatur etiam.

Secundum eſt huius diſputationis caput, quando metus iam illatus in matrimonio præſumatur continuatus. Hic primum dicendum eſt, quod quando eadem cauſa & ratio
22 illati † metus perdurat, perdurare etiam præſumitur metus. Ita Abbas in capitul. ſuper hoc, de renunt. Cum dixit, quòd etiamſi puella vi rapta riſit, dum deſpõſaretur raptori, eum-
23 que eſt † deoſculata: attamen ex quo durabat eadem cauſa metus, præſumitur adhuc metu conſenſiſſe, & riſum illum finxiſſe. & Abbatem ſecutus eſt Alcia. in reſpon. v. numero 14. Idem reſpondit Barba. in conſi. liiij. colum. penul. libr. j. Ita quoque ſi matrimonio metu contracto, ſubſecutum eſt ſtatim ferè dotis inſtrumentum, cui cõſenſit ille metu compulſus, adhuc præſumitur duraſſe metus in ipſo inſtrumento dotis ſtatim confecto. Ita Calder. in conſi. ij. in tit. quod metus cauſa. Ancha. in conſil. ccxx. Facit dubium, quos ſecutus eſt Alex. in conſil. xcviij. in fine, libr. iij. qui. nu. 7. idem dixit de alio actu ſimili, quo alioqui confirmatum videtur matrimonium. Ita pariter idem Alex. in conſi. xcix. nume. 6. lib. iij. reſpondit, quod etſi poſt matrimonium metu contractum, is metu coactus deoſculatus eſt coniugem, attamen præſumitur metu deoſculatus eſſe. Idem ſcripſit Abbas in d. c. ſuper hoc. Quod verùm eſſe exiſtimo, etſi Cæpolla in conſi. ij. nu. 16. in ciuilib. reſponderit, ob ſubſecutum oſculum, quod eſt beneuolentiæ ſignum, præſumi metũ ceſſaſſe: ſicuti etiam (ſubiungit Cæpolla, nu. 17.) eſt tactus manus. Quorum vtrumque falſum eſt, quando ipſi actus (vt dicebat Alexander) facti ſunt, durante eadem metus cauſa: ſecus poſt aliquod tempus quando metus cauſa omnino abfuit, vt ſequenti in capite dicemus. Ita pariter reſpõdit Corneus in conſi. xlj. nume. 15. libr. ij. quod ſi mulier compulſa fuit minis, & armis ſecum contrahere matrimonium, præſumitur quod toto illo tempore conſtantis matrimonij perdurauerit metus, ex quo extitit ſemper cauſa eiuſdem metus; nempe maritus, qui potuit illam verberare, & corporis cruciatibus afficere: ſic etiam reſpondit.

Tertium eſt caput huius diſputationis, quando ſcilicet metus iam in ipſo contractu matrimonij illatus, præſumatur aliquibus ſignis purgatus. Qua in re dicendum eſt plura eſſe ſigna, quibus colligitur, metum fuiſſe purgatum.
24 Eſt ſanè primum ſignum † quando vir & mulier diu ſimul cohabitauerunt. cum tamen ita vnus ac alter potuiſſet recedere. Et ſi enim difficilius ſit mulieri recedere à viro, quàm viro à muliere: attamen data pari recedendi facultate: ſi vterque perſiſtit in matrimonio, metus purgatus præſumitur. Ita probat text. c. ad id, quod, de ſponſal. qui decidit, præſumi purgatum metum in puella, quæ poſt illatum metum diu cum marito habitauit, cum tamen potuiſſet ab eo diſcedere. Et illo in loco annotarunt gloſſ. Abbas & reliqui. Idem reſponderunt Oldradus in conſi. xxxv. factum tale. & Alciatus in reſp. v. numero decimoquinto. Idem affirmarunt Syluester Prierius in ſumma in verbo, matrimonium, viij. numero 11. verſicul. ſexto. Pariſius in conſil. clxx, numero 18. & 24. libro quarto. Eſt ſimile in matrimonio ſpirituali. Ingreſſa etenim monaſterium, non poteſt metum allegare, quando diu in eo cohabitauit, Abbas in capitul. cum vnum, de regula, & Puthæus in libro tertio deciſ. cclxij. numero ſecundo.

Dubitant autem prædicti Doctores, quãti temporis eſſe debeat hęc cohabitatio? Et communis quidem eſt ſententia
25 † iudicis arbitrio relinqui, vt is conſideret, quantitatem temporis cohabitationis & opportunitatem recedendi & fugiendi.

Secundum eſt ſignum præcedenti proximum quando
26 † poſt illatum metum, is, qui metu contraxit matrimonium, potuit è loco illo tutò recedere, & non receſſit: ſicuti quando oſtium domus fuit apertum, & nemo impediebat fugere. Nam tunc ille metus præſumitur purgatus: ſicuti ex gl. d. cap. ad id, reſpondent in ſpecie Barba. in conſil. liiij. colu. pen. lib. j. Cæpolla in d. conſi. ij. nu. 18. verſi. octaua præſumptio. Alc. in reſp. v. nu. 15. Pariſi. in conſilio clxx. numero vigeſimotertio, lib. iiij.

27 Tertium eſt ſignum, purgati metus, quando † vir poſt aliquod tempus petiit dotem ſibi numerari. Ita Alc. in d. reſp. v. nu. 15. verſi. confirmatur iſta ſolutio, qui declarat & intelligit Cald. in conſi. ij. in tit. quod metus cauſa, quem ſupra retuli, loqui, quãdo dos vel ſtatim fuit conſtituta, vel numerata, viro recipiẽte: ſecus verò, quãdo ipſe maritus ſua ſponte eam petiit.

28 Quartum eſt ſignum purgati † metus, quando actum aliquem omninò voluntarium & inſolitum fecit, vt ſi vir tribus annulis ſubarrhauit ipſam mulierem. Ita Alciatus in reſp. v. numero 17. idem in muliere, quæ detulit ſemper annulos, quos omittere potuiſſet. Par. conſil. clxx. nu. vigeſimoquinto lib. iiij.

29 Quintum eſt ſignum, quando † poſt aliquot dies metum paſſus in matrimonio, viſus eſt hilaris, & tripudiare, vel ſimilem actum facere. Ita Pariſius in conſil. clxx. numero 20. lib. iij.

Sextum eſt ſignum & quidẽ notabile, de quo multa ſunt nobis dicẽda, quãdo ſcilicèt ſecuta eſt carnalis copula. Qua quidem in re diſtinguendi ſunt tres caſus.

Primus eſt, quando ſiue in viro ſiue in muliere poſt illatum metum, in contrahendis ſponſalibus, vel matrimonio,
30 † voluntaria carnalis copula ſubſecuta eſt. Hoc ſanè caſu dubium non eſt, quin purgatus præſumatur & cenſeatur præcedens metus: de muliere metum & vim paſſa, ſi carnali copulæ conſentiat, vt dicatur purgaſſe metum, ſancitum eſt in capitul. ſignificauit, de eo, qui duxit in matr. quam polluit per adulter. & in capitul. inſuper. qui matri. accuſ. poſſ. & attigi ſupra in prima præſumptione in ſexta extenſione. & in ſpecie ita cenſuit Syluester Prierius in ſumma, in verbo, matrimonium. viij. numero 11. verſicul. quinto. ſimiliter de viro metu compulſo contrahere, & deinde voluntariè cognoſcente carnaliter mulierem, vt dicatur purgaſſe metum, reſpondit Pariſius in conſilio clxx. numero 25. libro quarto. Et hic caſus confirmatur à fortiori ex quarto & quinto ſigno commemoratis ſupra, dum diximus, ex actibus voluntariis geſtis à metu compulſo, purgari metum ipſum.

Secundus eſt caſus, quando dicitur ſubſecutam copulam
31 carnalem in viro † fuiſſe coactam & violentam. Hoc etiam caſu perfectum eſt matrimonium, atque ita purgatus præcedens metus adhibitus in contrahendis vel ſponſalibus, vel matrimonio. Et hoc in caſu veriorem eſſe exiſtimo opinionem eorum, qui ſcripſerunt, viri ſponſalia tranſire in matrimonium, & verum perfectumque eſſe matrimoniũ, quando ſubſecuta eſt ipſius viri carnalis copula, etſi metu & vi cognouiſſe mulierem, alleget. Qua in opinione vere fuerunt Hoſtien. in capitul. is, qui fidem. de ſponſa. Petrus de Palude in quarto ſententia. diſtinct. xxix. q. j. art. iiij. & ibidẽ Dom. Soto art. iij. col. pen. verſi. ſed quia. & Didacus in epitome de ſponſalibus, parte prima. cap. iiij. §. j. num. 11. quos quidem recenſui etiam ſupra in præſumpt. j. in octaua extenſione. Et hos quidem rectè ſenſiſſe exiſtimo: Etſi rationes aliquæ ab his conſideratæ minus veræ ſunt.

Et primò quidem ea adducti ſunt ratione, quod etſi carnalis illa copula, fuerit metu acerrimo peracta, attamen maritali affectu præſumendum eſt, peractum fuiſſe, quia ſi affectu fornicario fuiſſet emiſſa, peccatum mortale commiſiſſet, capitu. ſacris. de his, quæ vi metúſve cauſa. Id quod dicen



32 dicendum non eſt, quia debet quis potius eligere † mortem quàm peccato conſentire. Hæc conſideratio leuis & minus vera eſt. Nam procederet, quando vir iſte coactus non affirmaret peccare potius voluiſſe, quam conſentire affectu maritali, ſed noſtro in caſu præſupponimus, virum hunc negare affectum ipſum maritalem, quia ſigillum fateretur dubio procul matrimonium valide cõtractum fuiſſe. Et propterea ceſſat illa præſumptio, qua dicũt ij Doctores, virum hunc peccare noluiſſe.

Secundò adducitur ratio hæc, Metus ille ſolus, qui in conſtantem virum cadere poteſt, reddit matrimonium nullum, capit. cum locum, capitul. veniens, & capitul. conſulta-
33 tioni. de ſponſal. At qui ille, qui aſſerit † affectu fornicario coiuiſſe, vir conſtans dici non poteſt. Ergo metus ei illatus talis non eſt, vt dici debeat non conſenſiſſe. Illa minor probatur; quia vir conſtans ille dicitur, qui fortis eſt, & potius omnes corporis cruciatus vult ferre quàm peccare. Hęc argumentatio adeò perturbauit Dominicum Soto eruditiſſimum Theologum, vt præcitato in loco modò vnam, modò alteram opinionem viſus ſit affirmare. Verùm reſpondetur, illum dici conſtantem, qui communi hominum opinione, non niſi, vel mortis metu, vel graui corporis cruciatu territur. Ita Inno. in capitul. cum dilectus. colu. pen. quod metus cauſa. & poſt alios Decius in l. in omnibus cauſis pro facto, & ibidem Cagnol. num. 2. ff. de reg. iuris. Et ſi aliter diceremus, nunquam daretur iuſtus metus, quo reſcindi poſſent actus geſti metu. Nec ſacri canones hoc in caſu intelligunt hominem conſtantem illum dici ſolum, qui mortem potius eligit, quàm peccare: ſed etiam illum, qui graues corporis cruciatus ob actus humanos pertimeſcit.

Tertiò, veriorem eſſe exiſtimo rationem, quã & aliqui ex prædictis ſenſerunt, quod ſcilicèt in viro coeunte, conſiderari non poſſit metus aliquis, quia ſi metus adeſſet, ceſſaret deſiderium, ſine quo fruſtra adhibetur coeundi conatus: ſicuti experientia ipſa humana docet. Mulier (vt mox dicemus) inuita, & coacta cognoſci quidem poteſt: at vir inuitus, & deſiderio carens, nec erigere, nec coire vnquam poterit. Quo circà dicendum eſt, quod ſi admittimus virum coiuiſſe, inde fiet, voluntariè id feciſſe, & conſequenter matrimonio conſenſiſſe. His intelligimus, veram non eſſe con-
34 trariam opinionem eorum, qui † ſcripſerunt, matrimonium non dici contractum, quando vir metu compulſus carnaliter cognoſcit mulierem. Qua in opinione fuerunt Abbas & Præpoſ. in capitul. cõſultationi. de ſponſal. Butrius, & Henricus Boic in capitul. is, qui fidẽ. de ſponſal. & ibidem Præpoſ. numero 7. ad finem, Pariſius in conſi. lviij. num. 69. lib. iiij. & ex theologis Diuus Antonius in ſumma, in tertia parte. tit. j. cap. vij. ad finem, Durandus in quarto ſentent. diſtinctio. vigeſimanona, quæſt. ſecunda, & Martinus Nauarrus in manuali confeſſorum. capitul. vigeſimoſecundo. numero quinquageſimoprimo, verſicul. tertium, qui communem hanc eſſe teſtatur. Et ij quidem, ea ſola ratione vſi ſunt, quod ad contrahendum matrimonium conſenſus eſſe debet omninò liber, & ſpontaneus. capitul. veniens. de ſponſal. & diximus ſuprà in principio huius præſumptionis. At qui metus iſte impedit liberum, & ſpontaneum conſenſum. Ergo & matrimonium. Hæc ratio ex iam dictis confutatur: quia immo ſecuta carnali copula, adeſt liber, & ſpontaneus conſenſus.

Tertius eſt caſus, quando aſſeritur, ſubſecutam copulam
35 † carnalem in muliere fuiſſe coactam, & violentam. Hoc caſu veram eſſe credo opinionem Abbatis, & ſequacium, quos ſuprà commemoraui; quod ſcilicet perfectum non fuerit matrimonium, atque ita non purgatus metus. Ita in ſpecie ſenſerunt Hoſtienſis, & Didacus præcedenti in caſu allegati. Ea eſt ratio, quia matrimonium requirit (diximus) liberum & ſpontaneum conſenſum. At qui metus iſte etſi præciſus non eſt, attamen liberum, & ſpontaneum conſenſum impedit. Non ergo præſumi poteſt conſenſiſſe matrimonio. Illa minor propoſitio ita probatur, declarando prius, quæ dicatur vis præciſa, & quæ conditionalis, ſeu
36 cauſatiua. Eſt ſanè vis † præciſa, quæ nos ita compellit aliquid agere, vt in nobis non ſit, vtrum agamus, vel non agamus: ſicuti quãdo ventus impellit, & defert nos aliquem in locum. exempla ſunt in l. Cæſar. & in l. interdum. §. ſi propter. ff. de publicanis & vectigal. in capitul. conſtat. prima quæſtion. prima, & in capitul. presbyteros. §. primo, diſtin. quinquageſima. Hæc vis omninò impedit cõſenſum, & voluntatem. Et hoc eſt ſiue controuerſia verum, Vis verò
23 in d.conſil.ccliiij.nu.21.dotem † non dici venire in conſe-
quentiam neceſſariam ipſius matrimonij: cum matrimoniũ
ſine dote ſtare poſſit. Et propinqui, qui matrimonio conſen-
ſerunt, cum ignorauerint dotis quantitatem, & promiſſio-
nem, dici non poſſunt illi conſenſiſſe.
Declaratur hic caſus, vt non procedat, quando iam hæc
24 mulier primo † marito conſtituiſſet dotem in omnibus ſuis
bonis, adhibito propinquorum conſenſu, & deinde nupſiſ-
ſet ſecundo, nõ adhibito ipſo conſenſu. Nam hoc caſu præ-
ſumitur dediſſe eadem omnia bona in dotem ſecundo ma-
rito. Et hoc in caſu defendi poteſt opinio Soc.Sen. in d. cõ-
ſi.lxxx.lib.iiij.& Ruini in cõſ.lxj.lib.iij.quemadmodum in
ſpecie explicat Phanucius in d.tract.de lucro dotis in gl. x.
nu.27. Qua de re dicemus, & infrà in ſubſequenti caſu.
Quartus eſt caſus, quãdo mulier erat ætate maior, & iam
25 † fuit alteri nupta, cui quidem primo viro dederat omnia
bona ſua in dotem. Hoc in caſu, præſumitur eadem dos
repetita in ſecundo hoc matrimonio. Ita Cynus authen.
quamuis.quæſt.iij.C.de rel vxor. actio. Bartol. in ſua quæ-
ſtione vij.in ſolutione.colum.j.verſicul.primo caſu. Baldus
in l.nulla.C.de iure dotium. Caſtrenſ.in l.ſi mulier.§.pen.ff.
ſol.matr. Salicetus in d.auth.quamuis.colum.vlt.q.v.Rom.
in conſil.cccxiiij.nume.2. Abbas in conſ. xlvj. in ſecundo
dubio.lib.j.Imola in l.j.colum.v.ff.ſolu.matr.Alex.in con-
ſi.cxliiij.col.ij.lib.v.& in conſi.cxxij.colu.ij.lib.vij. Calca.
conſ.iiij.col.iij.Curtius Sen.in conſi.lxxviij.col.vij.Baldus
Nouellus in tractat. de dote in ſexta parte, priuilegio lxxj.
Soc.Sen.in conſi.lxxxj.in fi.lib.iij.& in conſil.lxxx.nu.1.&
nu.18.lib.iiij.Ruinus in conſi.lxj.nu.2.& 3.lib.iij.& in cõſ.
lvj.colu. pen.conſi.cxxxvj.nu.5. & in conſi.clj.col.j.lib.v.
& idem in rub.ff.ſolut.matr.numero 204.Curtius Iunior in
auth.præterea.nu.13.C.vnde vir & vxor.idem in conſil.iiij.
col.v.

colum.v.& in conſil.clxiiij.col.iij,Pariſ.in cõſ. xxxiiij. col. j,lib.iij,Soci.Iun.in conſil.xxix.col.vlt.lib.j.& in conſ.viij. nu.18.lib.ij.Ber.in cõſ.xl.n.58.lib.j. & Crau.in tract.de antiquit.temporum in ſecunda particula ſecundæ partis principalis.nu.43.Rolandus à Valle in tracta.de lucro dotis. q. lxxv.nu.6.& Phanucius in commentariis de lucro dotis in gloſſa decima,nu.31.Et ij quidem moti ſunt ex l.dotẽ, quæ in prius.ff. de iure dotium. Cuius verba hæc ſunt. Dotem, quæ in prius matrimonium data eſt,nõ aliter cõuerti in poſterius matrimonium dicendum eſt, quàm cùm hoc agitur: dum hoc agi ſemper interpretemur,niſi probetur, aliud cõueniſſe. Nec dicendum eſt,reſtringi hoc reſponſum Pauli, à ſubſequenti reſponſo Papiniani, vt dicebat Corneus in conſilio ccliiij.lib. j. Nam d.l,dotem, generalem quandam diſpoſitionem continet,quę complectitur duos caſus,nempe illum;quando re ipſa contrahitur matrimonium cum ſecundo viro,& illum,quando primum matrimonium diuortio ſolutum reintegratur,vel verius iterato cum eodem primo viro contrahitur. Qui quidem caſus quo ad effectum non differunt:ex quo reuera præſupponitur vtrunque, matrimonium primum eſſe à ſecundo diuerſum.

Secũdus autẽ ille caſus,eſt ille,qui à Papiniano reſtringitur,vt ſcilicet intelligatur,quando verè diuortium eſt ſubſecutum:ſecus ſi aliquod iurgium tantùm,hoc eſt lis & contentio de diuortio forte faciendo, vel quæ diuortij cauſam præbere poterat. Et eandem ſententiam probant.l.Diuus, & l.poſt diuortium. ff.eod.de iure dotium.l. cum maritus. §.Titius.ff.de pactis dotal. & l. pen. §.ſi vxor. ff.ſolu.matr. quæ etſi loquantur de ſecundo matrimonio reintegrato cũ eodem viro : attamen cum eadem ſit ratio,quæ & in ſecundo matrimonio, cum alio viro contracto, ex quo, quoad effectum eſt diuerſum matrimonium, idem dicendum eſt, de vno caſu,quod de altero.Quibus intelligimus,minus recte ſenſiſſe Corneum in conſil. ccliiij.num.3. ver,item præmittendum.lib.j.& Caſtren.in conſ.lxj,Viſis ſtatutis cõmunis Vicentiæ.lib.j.Cùm dixerunt,ſententiam hanc iure non probari,ex quo prædictæ leges omnes loquuntur de ſecundo matrimonio cum eodem primo viro reintegrato. Non recte ſatis ij ſenſerunt, tum ob generalitatem d. l. dotem, tum ob id, quòd nulla eſt differentia inter vnum & alterum caſum,

26 Extẽditur primò hic caſus,vt locũ etiam habeat,qñ†primum illud matrimonium fuit nullum, vt pote de facto tantum contractum:non autem de iure ſicuti contingere poſſet noſtra ætate,quando contractum fuiſſet matrimonium non obſeruata diſpoſitione ſacroſancti Cõcilij Tridẽtini ſeſſione xxiiij.capit.j.de reformatione matrimonij. Nam & hoc in caſu dos data in eo matrimonio præſumitur repetita in ſecundo matrimonio,ritè & rectè celebrato. Ita Bart.in d. q.vij.Mulier habens amplum,colum.vj.Ruin.in rub. ff. ſolu.matr.nu.204.& in conſ.ccxxxiiij.nu.5.lib.j.Rolandus in trac.de lucro dotis.q.lxxvij. & Phanucius in commentariis de lucro dotis,in gl.x.nu.31.ver.quòd amplia. ex l. ſi ſeruus in prin.ff.de iure dotium.

Extenditur ſecundò, vt locum etiã habeat, qñ extaret in ciuitate ſtatutũ,quòd mulier non poſſit contrahere ſine cõſenſu propinquorum:& in primo matrimonio & dotis conſtitutione,adhibitus fuiſſet primus ille conſenſus. Nam cõtracto ſecundo matrimonio, adhuc præſumitur eadem dos
27 repetita,& ſi nullus † interceſſerit propinquorum conſenſus. Ita verò ſenſit, & recte quidem Phanucius in tractat. de lucro dotis in gl.x.nu.27.Hic duo conſiderantur, voluntas ſcilicet mulieris,& illius poteſtas. Quo ad proteſtatem exiſtimo vna cum Phanucio, mulierem hanc ſine propinquorum conſenſu, dare potuiſſe ſecundo viro eandem dotem, quam dederat primo : Cum ſufficiat obſeruatam fuiſſe ſe-
28 mel†ſtatuti diſpoſitionem;quemadmodum dicimus,quod ſi res immobilis minoris venditur,adhibita iuris ſolennitate,& ea venditio effectum non habet,forte ob pretium non numeratum, poterit etiam tutor ipſe vel alius, abſque noua ſolennitate emere.l.tutor rerum,vbi Barto.ff.de adm.tuto.Soc.Sen.& Iaſ.in l.j.§.item acquirimus.ff.de acq.poſ.Et
29 ad rem magis pertinet,quòd res†eccleſiæ ſemel data in emphyteuſim,obſeruata ſolennitate; ſi ad eam reuertatur, iterum eodem pacto,abſque alia ſolennitate alienari poterit.

Ita Alex.in conſ.xxxviij.col.vlt.lib.ij.& Dec.in authen.qui rem.nu.19.in fi.C.de ſacroſ. eccl. Ita in hac dotis conſtitutione(inquit Phanucius)ſufficit,obſeruatam fuiſſe ſolenni-
30 tatem in primo contractu matrimonij:cum præſertim † vidua indigeat maiori dote, quàm virgo, vt reſpondit Bald. in conſi.cij.Mulierem.lib. iiij. Et propterea dando eandem dotem,quæ congrua ei fuit, cùm virgo nupſit, non poteſt
31 dici læſa.Id quod ego intelligerem, qñ † ſecundus vir paris eſſet conditionis cum primo illo.Quo vero ad mulieris voluntatem dicendum eſt , præſumi eandem dotem dare voluiſſe ſecundo, quam dedit & primo. Nam etſi concederemus, mulierem obligari non potuiſſe impediente ſtatuto, attamen actus ipſe nullus non facit, quin voluntas eadem ſit.Imo dicimus, voluntatem ex actu etiam nullo declarari l.vlt.vbi Bar.ff.de rebus eorum.

Declaratur primo hic caſus,vt locum non habeat, quan-
32 do † mulier habet filios ex illo primo marito. Nam tunc non præſumitur dediſſe in dotem omnia illa bona,quæ iam primo viro dederat ; ſed ſolùm vt ſecundus vir tantum habeat, quantum vnus filiorum primi matrimonij.Non enim quò ad præiudicium filiorum, præſumitur voluiſſe dare omnia ipſa bona in dotem.Ita Bartol.in d.quæſt.vij.Mulier habens amplum,in ſolutione.col.j.ver.ſecundo caſu. Alex. in conſilio cxliiij. numero 3. lib, v. Ruinus in conſilio clj. numero 1.lib.v.Curtius Iunior in auth.præterea,nu. 13. C. vnde vir & vxo.Oſaſcus in deciſ.xxj.col.vlti.qui alios nonnullos recenſet. & idem tradit Phanucius in commentariis de lucro dotis,in gloſſa decima nume. 33. ver. item intellige.Et ſubiungit idem Phanucius, hoc non habere dubium in terminis,in quibus expreſſim non potuiſſet mulier dare omnia bona in dotem ſecundo marito, ob prohibitionem.
33 l.hac edictali.C.de ſecund.nup.Cum voluntas, † ſine poteſtate,nil operetur : ſed alterius ſtatuti concedentis mulieri facultatem dandi ſecundo viro in præiudicium filiorum primi matrimonij, totam ipſam dotem. Nam hoc etiam in caſu non præſumitur eam dotem ſecundo viro dediſſe, ſicuti reſponderunt Iaſon in conſilio 50. libro. j. Curtius Sen. in conſi.lxxix.Domina Franciſchina.Qui quidem ambo ſic declarant ſtatutum Papiæ cxxj. in ciuilibus, rubr. de lucris matrimonialibus.Idem ſcripſerunt Curtius Iunior in d.authen.præterea.numero 16.Rolandus à Valle in tract. de lucro dotis. quæſt. xxxiiij.in fine. Ea eſt ratio, quia tanta eſt
34 matris † pietas & amor erga filios, vt præſumendum non ſit,quod eos voluerit bonis ſpoliare & ſecundo viro tradere.Et ideò cum diuerſa ſit ratio inter hũc caſum,in quo mulier habet filios ex primo matrimonio, & illum cùm non habet, vt manifeſtum eſt, ſequitur dicendum, non concedi extenſionem de vno ad alterum,iuxtà ea, quæ ſcripſi ſupra libro primo.q.liiij.in ſecundo caſu, vbi explicaui, præſumptionem non extendi de caſu ad caſum,ob diuerſitatem rationis.

35 Declaratur ſecundò,vt procedat†hic caſus ſolum quò ad quantitatem ipſam datam primo marito, tametſi illius primi viri hæredes,loco quantitatis prædia reſtituiſſent; niſi tamen eadem prædia ſecundo viro tradidiſſet. Ita reſpondit Corneus in conſilio clxxij.col.jj.in iiij.dubio. lib.j.

36 Ita pariter ſi mulier † nondum exegit dotem ab hæredibus primi viri, præſumitur dediſſe in dotem non ipſum nomen debitoris, ſed ipſam quantitatem. Ita Corneus in conſilio clvij.numero octauo.& in conſil.ccliiij.nume. 18. 18.lib.j.Baldus Nouellus in tracta. de lucro dotis parte ſecunda,priuilegio lxxj.& Phanucius in tract.de lucro dotis, in glo.x.nume.32.

Declaratur tertiò,vt procedat hæc præſumptio vt mulier
37 præſumatur dediſſe viro nouè ducto dotem † illam, quam dedit viro immediatè præcedenti; non autem quam dedit, vel primo, vel ſecundo; ſi pluribus fuit nupta. Ita Caſtren. in l.in inſulam.§.vlt.ver.ſed quid ſi. & in l.pen. §. ſi vxor. ff. ſoluto matr.Baldus Nouellus in tract.de dote,par.ix.priuilegio lxxj.Ruinus in conſ.cxxxvij.col.iij.lib.iiij. & in cõſi. lvj.n.7.lib.v.Par.in cõſ.xxxiiij.n.2.lib. iij.Rolãdus à Valle in tra.de lucro. dotis q.lxxviij.& Phanucius,in commentariis de lucro dotis.in gl.x.n.33.Et ij quidem moti ſunt ex l. Mela.§.j.ff.de alim.& ciba.lega.vbi ſimili reſpondit Vlpia. quod ſi teſtator reliquit Titio alimenta quæ ei in vita præſtabat,



ſtabat, præſumitur quod intellexerit de illis alimentis quæ præſtabat poſtremo loco,hoc eſt tempore mortis ſuæ.Qua de re dicemus in ſubſequenti libro in præſump.lxviij. Eſt ſimile quod docuit Bal.in l.binos.in fine.C.de aduoca.diuer.
39 iudicio;ſi princeps concedit officium†alicui ſecundum ſalarium conſuetum,ſi ſalarium fuit varium,intelligitur de eo ſalario quod habuit immediatus prædeceſſor. Et Baldum ſecuti ſunt Iaſon in l.diem functo.numero 18. ff. de officio aſſeſſo.& ibidem Cagnolus.nume. 97.qui teſtatur communem eſſe opinionem. Confert tex.capit. conſultationibus. de iure patro.quo dicimus,vltimum ſtatum eſſe ſpectandũ. Hinc docuit Baldus in l.ſi filia.C.de inof.teſt.vltimum ſtatum filiæ eſſe attendendum, vt exhæredari non poſſit ſi vltimo loco effecta eſt vitæ honeſtæ, etſi antea parum pudicè vixerit.Et his ſimilia congerit Roland.in tract.de lucro dotis.q.lxx.

Declaratur quartò,vt locum non habeat quãdo iam ipſa
40 mulier†expreſſim conſtituiſſet dotem ſecundo viro. Nam tunc ceſſat illa tacita & præſumpta conſtitutio, tum quia non eſt veriſimile, duplicem dotem dare voluiſſe, tum etiã
41 quia expreſſum † facit ceſſare tacitum.l. vltim. C.de pactis conuent. Ita in ſpecie reſpondit Corne. in conſ. clvij.lib. j. qua ſecutus eſt Phanucius in commentarijs de lucro dotis in glo.x.nu. 43.qui intelligit, niſi dos expreſſe promiſſa fuiſſet ab eius patre,vel alio, quia tacita conſtitutio dotis, quam deinde facere præſumitur mulier, videtur ad augendum ipſam expreſsè promiſſam ex ſententia Cornei in conſi.cij.lib.ij.Soc.Sen.in conſilio 100.libr.iiij.Guid.Papę.q. ccclxxv.& Boer.q.cxxxvij.

Declaratur quintò,vt non procedat hic caſus & præſum-
42 ptio,quando non†apparet vere de prima dotis conſtitutione,vt puta,ſi primus vir ſolùm confeſſus eſt in teſtamento,ſe dotem recepiſſe ab vxore . Hoc ſane caſu ſi mulier iſta nubit ſecundo,non præſumitur ei dediſſe hanc dotem. Ita ex ſententia Bar.in ſua.q.vij.mulier habens amplum.Alex. in conſ.cxxij.nu.8.lib.vij.qui citat & Bal.in l.nulla. C. de iure dot.Idem ſcripſerunt Rolan.in tract. de lucro dotis,q.lxxx. nu.4.Phanucius in commentariis de lucro dotis,in gl.x.nu. 35. & Monterentius in commentariis ad ſtatuta Bononiæ lib.iiij.rub.de dotibus reſtituendis.§.item dicimus in gloſ. confeſſata.

Declaratur ſextò hic caſus & præſumptio, vt locum ha-
43 beat,qñ ipſe ſecũdus vir†ſciuit quantitatẽ dotis,datã à muliere primo viro;ſecus ſi ignorauit.Ita declarant Comen.in conſ.cix.Domina Ioãna,& Rui.in rub.ff.ſol.matr.nu. 207. Ea ratione viſi ſunt vti, quod aut dos tenuis eſt, aut opulenta,ſi tenuis,non præſumitur,quòd ſi ſecundus iſte vir ſciuiſſet,quòd eam acceptaſſet. Aut eſt opulenta; & tunc quia ſapit quandam donationem, illa non inducitur, niſi is maritus ſciat : ſicuti in ſimili dicimus, quod ſcienter ſoluens
44 †indebitum,pęſumitur donare,quando is, cui ſoluitur, id ſcit, vt ſcribunt Bartol.in l. j.columna prima.ff. de donat, Caſtrenſ. in l. diſpenſatorem. ff.de ſolut. Alexander & Iaſon in l. ſi ego. ff. ſi certum peta. & dicemus infra in præſumpt.vigeſimaoctaua vbi agemus, quando donatio præſumatur.

Declaratur ſeptimò,vt locum non habeat hic caſus,quo
45 ad nomina debitorum,†quæ in dotẽ data,non præſumũtur. Ita poſt alios ab eis allegatos,ſcribunt Rolandus in trac.de lucro dotis. q. lxxxj. & Phanucius in cõmentariis de lucro dotis in gl.x.nu.45.verſic.tertio non præſumitur.Hac in re crediderim primum,duo eſſe conſideranda, nempe ius ſeu commodum nominis debitorum; & actiones ſeu exercitiũ actionum,quibus debitores compelli ſolent ſoluere:quemadmodum diſtinctionem hanc ſenſerunt in ſpecie noſtra Bal.Nouellus in tractatu de dote, parte ſexta, priuilegio ſeptuageſimoprimo,numer. tertio,& Ruinus in cõſilio quinquageſimotertio,numero vigeſimonono, verſicu.& quamuis.libro ſecundo. Hoc ſic expoſito, diſtinguendi ſunt aliquot caſus.

Primus eſt,quando agitur de nominibus debitorum,quę
46 †iam erãt ipſius mulieris,antequam nuberet primo viro, & cui quidem expreſſim ea in dotem dedit,cedendo etiam expreſſe actiones ſeu earum exercitium. Hoc in caſu exiſtimauerim & huic ſecundo viro præſumi dotis nomine data: debitorum nomina,& ceſſum actionis exercitium.Nam generalis illa præſumptio,quæ eſt,quod mulier nubens ſecundo viro, præſumatur ei dediſſe in dotem bona data primo viro,d.l.dotem,quę prius.ff.de iure dotium,cum ſupra allegatis, locum etiam habet iſto in caſu. Id quod ex doctrina Baldi in capit.j.in fine, an maritus ſuccedat vxori in beneficio,quam Doctores allegant,ſatis comprobari poteſt. Bal-
47 dus eo loci ſenſit,ceſſionem†idem operari circa tranſlationem actionum,quod operatur traditio circa tranſlationem dominij rerum corporalium. Et hoc manifeſte affirmauit Corneus in conſi.cxxvij.nume.3.lib.ij.Inquit ergo Baldus,
48 quod res corporales præſumuntur † datæ in dotem, qñ traditio interuenit,ſecus ſi nõ interuenit.Ita nomina debitorũ ſeu actiones non præſumuntur datæ in dotem, id eſt trãſlatę in maritum,niſi fuerint ceſſæ & Baldum in ſpecie ſecutus eſt Guido Papæ.q.ccccLxviij.col.pen.quæro vlterius, cum ergo in caſu noſtro, lex quoad corporalia præſumat factam traditionem.d.l.dotem quæ prius. Ita etiam dicitur præſumere ceſſionem.

49 Secundus eſt caſus,qñ†mulier nupſit primo viro,& ei expreſſe non dedit in dotem nomina debitorum, nec aliquas actiones ceſſit. Hoc in caſu non præſumitur dediſſe ea nomina in dotem & multo minus ceſſiſſe actiones. Ita verè loquitur Bald.in d.c.j.in fine,an maritus ſuccedat vxori in beneficio. Ea ratione vſus eſt Bald. ꝙ ſicuti non præſumitur data fuiſſe in dotem bona corporalia,ex quo nulla interceſſit traditio.ex l.mulier bona. ff. de iure dotium. Ita nec tranſlatæ præſumuntur actiones contra debitores,quia nulla eſt facta ceſſio iuxta l.vlt.C.de pactis.& l.vlt.C.de repud. hæredit.

Tertius eſt caſus, quando mulier iam nupſit primo viro, qui pro quantitate dotis ab ipſa vxore ſibi numerata, debitor extitit,atque ita obligatos reliquit hæredes ſuos : dein-
50 de mulier ſecundo viro nubit, an hoc in caſu†præſumatur hæc mulier dediſſe in dotem nomina horum debitorum. Hoc in caſu(vt attigimus ſupra)duo conſiderantur, nempe nomina ipſorum debitorum, & exercitium ipſarum actionum , quæ dantur pro exactione crediti . Quo ad ipſum
51 †ius ſeu nomina debitorum,verè exiſtimo illa præſumi data in dotem huic ſecundo viro. Quandoquidẽ actio ſeu ius ipſum conſequendi hoc creditum, dicitur eſſe loco quantitatis iam illi primo viro datæ in dotem.l.qui actionem.ff.de reg.iur.Et propterea generalis illa præſumptio,de qua diximus ſupra, quod mulier præſumatur dediſſe in dotem ea
52 omnia,quæ dedit primo,†comprehendit etiam nomina debitorum,quæ inter bona connumerantur.l. bonorum. vbi Bartol.& reliqui.ff.de veerborum ſignificatione. Et ſcribũt Baldus in l.j.ff.de ſtatu homin.& Alexand. in l.à Diuo Pio. §.in venditione.ff.de re iud. & Iaſon, quod & in ſpecie noſtri huius caſus,ita manifeſte cenſuit Baldus Nouel. in tracta.de dote,parte ſexta priuilegio lxxj.numero 2.verſ. vnde infertur.Cùm dixit,quod illis in caſib.in quibus bona præſumuntur data in dotem,venirent etiam nomina debitorum non tamen(ſubiungit ipſe Baldus)poſſet agere ipſe vir contra debitores,niſi facta ceſſione actionum. Quas quidem actiones,voluit ipſe Baldus cedi poſſe, etiam pendente iudicio inter maritum & debitores illos, dummodo lata non ſit ſententia,aut in cauſa concluſum. Hoc idem ſenſit Alexander in conſilio centeſimouigemoſecundo, numero decimo,libro ſeptimo,& apertius Corneus in conſilio cxxvij. numero 3.libro ſecundo.& Ruinus in conſilio quinquageſimotertio, numero vigeſimooctauo, libro ſecundo. Quibus intelligimus minus rectè ſenſiſſe Rolandum & Phanu. præcitatis in locis, cum abſolutè dixerunt, hæc nomina debitorum non præſumi data in dotem, huic ſecundo viro,
53 Quo vero ad exercitium†ipſarum actionum, illud non dicitur tranſlatum, ex ſententia Baldi Nouelli, Alexandri, & Cornei,nec non & Rolandi prædictis in locis. idem affirmauit ipſe Corneus in conſ.ccliiij.num.3.lib. j. Verum diſſentit Ruin.in dicto conſilio quinquageſimotertio,numero vigeſimoſeptimo,& vigeſimooctauo,lib.ij.ex l.ij.C.de act. & obl.cui non video,quàm bene reſpõderi poſſit, Nam illa ratio,quod duæ ſpecialitates nõ poſſint concurrere,non videtur habere locum fauore dotis.l.j.C. de dotis promiſſ. & quia vna venit in conſequentiam alterius. Quare valdè dubito

dubito de Baldi Nouelli. Alexan. & Cornei opinione.

54 Quartus eſt caſus principalis, quando mulier † eſt ætate maior & nubit primo viro nulla ei cõſtituta dote expreſſim, an ei præſumatur dediſſe bona ſua omnia dotis nomine? Recepta ac vera eſt Doctorum ſententia, non præſumi dediſſe ea omnia bona dotis nomine & cauſa. Ita gloſſ. in leg. mulier bona. ff. de iure dotium. Bart. in præcitata q. vij. Mulier habens amplũ in ſolutione. col. j. ver. ſecundo caſu. Bal. in l. mulier bona, & in capi. j. in fine an maritus ſuccedens vxori in benef. & idem in conſi. 100. Mulierem maritus duxit. lib. iiij. & in conſi. clxxxv. pũctus. lib. v. Angelus in cõſ. cccxxxv. Rom. in cõſ. xiiij. nu. 3. & in cõ. cccxiiij. col. j. Imola in l. ſi cõſtante. ff. ſolut. matr. & ibidẽ Iaſon. n. 219. Alex. in conſi. cxliiij. lib. v. & in conſ. cxxij. nu. 7. & in conſi. cxlij. nu. 2. lib. vij. Calcan. in cõſ. xj. Soc. Sen. in cõſ. lxxxj. col. vlt. lib. iij. & in conſi. lxxx. lib. iiij. Corn. in conſ. cxxvij. lib. iiij. Baldus Nouellus in tractat. de dote parte ſexta, priuilegio xiiij. Campegius in tract. de dote, parte quinta. q. xcix. Ruinus in rub. ff. ſoluto matr. nu. 203. idẽ in conſ. ccxxiij. nu. 7. lib. j. in cõſ. liij. nu. 27. lib. ij. in conſ. xvij. nu. 12. & in conſ. lxj. lib. iij. & in conſ. lvj. nu. 7. & in conſ. clj. nu. 5. lib. v. Dec. in conſilio dxxj. nu. 11. Pariſius in conſ. xxxiiij. col. j. lib. iij. Marſi. ſing. dlxxxviij. Boer. q. cxxxvij. Curtius Iun. in conſi. clxviij. nu. 4. idẽ in auth. præterea. n. 12. C. vnde vir & vxor. & ibidẽ Frãc. Pepus nu. 45. Io. Iacobus de Leonardis inter conſilia Bruni in cõſ. cxiiij. nume. 345. Gulielmus Maynerius in l. in ambiguis. nu. 163. ff. de reg. iur. Stephanus Forcatulus in Necyomantia, dialogo xxvij. Didacus in epitome de ſponſalibus, parte prima c. v. nu. 5. Rolandus à Valle in trac. de lucro dotis. q. lxxj. nu. 2. qui communem eſſe ſententiã teſtatur. Phanucius in commentariis de lucro dotis, in gl. x. nu. 36. Monterentius in commentariis ad ſtatuta Bononiæ. lib. iiij. Rub. de dotibus reſtituendis. §. preterea ordinarius. in glo. omnia bona. Et ij quidem moti ſunt multis rationibus & argumẽttis. Et primò ex l. ſi ego. §. dotis. ff. de iure dotium, cum dixit Vlpianus, dotis cauſa accipi quæ in dotem dantur. Expreſſa ergo datio requiritur.

Secundò apertius probat tex. in l. vlt. C. de diuortiis. & in §. ſi quis autem. in auth. de nup. vbi mulier, quæ nupſit, non confectis inſtrumentis dotalibus, bona retinet apud ſe, nec dotalia cenſentur.

55 Tertiò accedit, quod ad poſitionem alicuius actus † non ſequitur poſitio alterius contractus, vel quaſi contractus, qui ab ipſo actu poteſt eſſe remotus & ſeparatus. l. pro hærede. §. j. l. Papinianus. §. vlt. & l. cum bonis. ff. de acquiren. hæred. & l. quæſitum. ff. de ſepulchro violato. Atqui iſto in caſu, duo ſunt actus, qui ſeparati & diuiſi eſſe poſſunt, nempè matrimonium & dos. Ergo ex poſitione actus matrimonij, non ſequitur contractus promiſſionis dotis. Illa minor probatur, quia matrimonium poteſt eſſe ſine dote. l. ij. ff. de iure dotium. l. vlt. C. de dona. ante nupt. & l. vlt. C. de repudiis. Et
56 maritus poteſt adminiſtrare † bona mulieris abſq; eo, quod dotis cauſa ſibi conceſſa ſint, Cum poſſit ea adminiſtrare tanquam paraphernalia. l. ſi ego. §. j. ff. de iure dotium, cum ſimilibus.

57 Quartò ſuffragatur quod mulieres † ſui natura auaræ ſunt, & ob id liberalitas in eis non præſumitur. l. ſed ſi ego. in fin. ad S. C. Velleia. l. ſi ſtipulatio. §. j. de donat. inter virũ & vxo. & l. ſi à ſponſo. C. de dona. ante nup. Atqui, ſi contracto matrimonio præſumeretur, mulierem conſtituiſſe dediſſeque bona ſua in dotem, præſumeretur liberalitas, ex quo cogi mulier non poteſt, iuxta l. donari. ff. de reg. iu. & l. nec ignorans. C. de donat. Ergo non præſumitur, quod bona dotis nomine conſtituerit.

Quintò comprobantur prædicta, quod conceditur vno
58 † caſu, in cæteris prohibitũ cenſetur. l. Labeo. ff. de compenſa. l. cum ita. §. j. ff. de cond. & demo. & l. maritus. C. de procurat. Atqui vno ſolo in caſu, lex præſumit mulierem nubẽtem dediſſe bona ſua viro dotis nomine, nempe quando nubit ſecundo. l. dotem, quæ & l. Diuus. ff. de iure dotium, & diximus ſuperiore caſu. Ergo noſtro in caſu non præſumitur dos conſtituta.

59 Sextò & vltimò confert, quod dotis † conſtitutio, eſt contractus, qui aut verbis, aut conſenſu cauſatur, vt certum eſt. At hic nulla res data eſt, & nulla verba prolata ſunt. Itẽ nec
60 vllus interceſſit cõſenſus, qui ſolet declarari † vel verbis, vel nutu, vel nuntio. l. pater naturalis. ff. de adoptio. & l. conſenſu. ff. de actio. & oblig. Ergo nullo modo dicitur conſtituta hæc dos.

61 His intelligimus minus rectè ſenſiſſe † eos, qui opinati ſunt, præſumi mulierem dediſſe bona ſua in dotem, cùm nubit. Qua in opinione viſi ſunt eſſe ſibi parũ conſtantes Bar. in l. ſi conſtante. nu. 68. ff. ſol. matr. & Bald. ſi ante nuptias, columna prima. ff. eod. & idem in l. prima columna prima. C. de priuileg. dotis. & in l. vlt. ver. ſed quid ſi tradidit. C. de ſenten. quæ ſine certa quant. Idem ſenſit Abbas in conſilio xlvj. in ſecundo dubio. libro primo. Huius enim opinionis argumẽta leuia admodũ ſunt, ob id facile dilui poſſunt.

Primò affertur argumentum ab auctoritate Ariſtotelis, qui in Topicis ſcriptum reliquit, ſicuti commemorat Accurſius in l. mulier bona. ff. de iure dotium, quod mulier nubens, videtur bona ſua in dotem dediſſe, verius eſt, non Ariſtotelem, ſed M. Ciceronẽ in ij. Topicorũ ita ſcripſiſſe. (Cũ mulier viro in matrimonium conuenit, omnia quæ mulieris fuerunt, viri fiunt dotis nomine.) At qui Ariſtotelis auctoritas à lege approbata eſt. l. ſeptimo menſe. ff. de ſtatu homin. l. antiqui. ff. ſi pars hæred. peta. Ergo huic authoritati ſtandum eſt.

62 Ceterùm reſpondetur, † Ariſtotelis, vel Ciceronis authoritati deferendum eſſe illis in caſibus, in quibus eam lex approbauit, non autẽ in omnibus, vt tradunt omnes in l. j. ff. ſi certum pet. Et præſertim Ariſtoteli deferendum non eſt, qñ lex repugnat. l. in tantum. in fine. & l. ſeq. ff. de rerum diuiſ. Prætetea docet Cicero argumentari ab effectis: Non autem præſupponit ita eſſe. Id quod & Boetius in illius commentariis ſenſit.

Secundò ſic argumentari ſolent. Acceſſorium regulatur à principali. l. j. & l. ij. ff. de pecul. l. cum principalis. ff. de leg. iuris cũ ſimil. Atqui dos eſt acceſſoria ad matrimoniũ cum cauſa matrimonij, vt eius onera ferri poſſint, detur. l. iij. ff. de iure dotiũ. & l. vltim. §. j. C. de donat. ante nup. Cũ autem matrimonium ſolo conſenſu contrahatur. l. liberæ. ff. de ritu nupt. & l. nuptias. ff. de regu. iuris. Ergo ſequitur dicendum, quod matrimonio contracto, præſumi debet promiſſa dos.

63 Verùm reſpondetur, dotem † non eſſe quid acceſſorium ad matrimoniũ, cum acceſſorium dicatur quid inſeparabile à ſuo principali Bar. l. Græce. §. illud. num. 4. ff. de fideiuſſo. Non ergo contracto matrimonio præſumitur promiſſa dos: Nam matrimonium ſine dote eſſe poſſe, ſupra diximus: Nec hic conſenſus argui poteſt, cum nullum ſignum extet, quod illud ſignificare poſſit, vt iam explicauimus.

64 Tertiò vrgere videtur, contractus qui conſenſu † contrahuntur, ſola patientia & vſu contrahi cauſariq; dicũtur, vt in locatione & conductione l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locati. & l. legẽ. C. eo. Atqui contractus dotis ſolo conſenſu contrahitur. l. ad exactionem. C. de dotis promiſſ. & l. vnica. in prin. & §. j. C. de rei vxo. actio. Ergo ex ſola patientia, dum mulier permittit virum ea bona adminiſtrare, præſumi debet dos conſtituta. Reſpondetur, quod imò ſola patiẽtia non operatur hunc conſenſum, ſicuti ſtatim in ſubſequenti extenſione dicemus. Prætermitto hic commemorare alia nonnulla argumenta, quæ afferri ſolent, cum leuiora his ſint.

65 Hic quartus caſus multo magis locũ habet in ſpõſa, † quæ ex eo, quod promiſit contrahere matrimoniũ cum ſponſo, non præſumitur ei promiſiſſe conſtituere dotẽ. Ita ib ſpecie annotauit Didacus in epitome de ſponſalibus in j. parte. capit. v. numero quinto. Verum diſſentire videntur Calc. in conſilio xj. columna ij. & Corn. in conſilio cclxxxij. numero 36. libro j. ex l. quod autem, & ex. l. tali. ff. de iur. dot. Et præterea multò magis locum habet hic caſus, in nominibus debitorum, quæ nullo modo præſumuntur data in dotem. Calcan. in conſilio xj. columna ij. ver. quarto, quia exceptio. Alexand. conſilio cxxij. numero 10. libro ſeptimo. Guid. Pap. q. cccclxx. & Roland. de lucro dotis. quæſt. lxxxj. & diximus ſupra in vltima decl. caſus præcedentis. Procedit etiam multo magis, quando dos iam fuiſſet conſtituta, & ageretur de augmento. Nam tunc ſine dubio non præſumitur datum vt paraphernale. Ita Bald. in dicta l. vltim. num. 5.



num. 5. C. de ſenten. quæ ſine certa quant. Dec. in cõſ. cccccxxj. nu. 10. & Phan. in d. gl. x. numero 47. & dicemus infrà in præſump. ix.

9 Habet etiam hic caſus locum multo magis, quando † concurrit coniectura, qua coniici poteſt, mulierem noluiſse dare bona ſua in dotem; ſicuti in ſpecie reſpondit Corn. in cõſi. cclxxxij. nu. 6. ver. & maximè attentis. lib. j. Qui quidem multas coniecturas conſiderauit. & idem ſenſit Bal. in conſi. clxxxv. Punctus. lib. v.

Prima eſt, quæ ducitur à qualitate viri & mulieris, ſi vir
67 erat diues † & ſenex, mulier vero iuuenis, formoſa & pauper. Nam tunc præſumitur virum eam ducere voluiſse ſine dote,
68 cum egregia † mulieris forma, ætasq; iuuenilis, ſatis opulẽta dos dici poſſit, iuxta. l. ſi voluntate. C. de dotis promiſs. Et melius confert illud Ouidianum: Dos eſt ſua forma puellis. & multa ad rem ſcripſit Tiraq. de legibus connubial. in leg. ij. nu. 38. & 39.

69 Et eo magis hæc coniectura locum habet; qñ † vir iſte diues, liberalis ſui natura eſt, & non magnifacere ſolet ſimilẽ ſummam pecuniarum, vel bonorum, vt conſiderat Corn. in d. conſ. cclxxxij. nu. 7. lib. j.

70 Secunda eſt coniectura, qñ † adeſt fama in loco, quod vir iſte duxiſset mulierem in vxorem ſine dote. Ita Cor. in conſi. cclxxxij. nu. 6. ver. concurrit etiam fama.

71 Tertia eſt coniectura, qñ † ſoluta non fuit gabella, quæ pro dotis quantitate data, ſolui debet. Corn. in d. conſi. cclxxxij. nu. 8. ver. item præbet coniecturam.

72 Quarta eſt valdè vrgens cõiectura qñ † mulier iam certam ſummã dotis nomine viro dediſset. Nam tunc reſiduum bonorum, non dicitur eadẽ de cauſa ei conceſſiſse, etiam ſi inſtrumentũ eſset confectum in quo diceretur, mulierem hãc dediſse reſiduum hoc bonorum ipſi marito pro ſupra dote, & ad habendum, tenendum, & quidquid ei placuerit faciendum, conſtituendo eũ procuratorem perpetuo &c. Ita egregiè reſpondit Dec. in conſ. dxxj. nume. 9. ver. his tamen non obſtantibus. Et Decium ſecutus eſt Phanuc. in tract. de lucro dotis, in gl. decima. nu. 47.

Extẽditur primò hic caſus, vt locum etiã habeat, quando
73 † mulier paſſa eſt aliquot menſes & annos virũ poſſidere & & adminiſtrare bona hæc ſua. Nam adhuc patientia hæc nõ efficit, vt præſumantur bona illa dotis nomine viro data. Ita ſcribũt Bar. in d. q. vij. Mulier habens, in ſolutione. col. j. ver. circa ſecundum. Caſtr. in conſ. cccxcj. lib. ij. Rom. in conſil. cccxiiij. nu. 2. Bal. Nouellus in tract. de dote, part. vj. priuil. xiiij. col. vlt. ver. tertius caſus, Cãpeg. in trac. de dot. par. v. q. xxxix. Calc. in cõſ. iiij. col. iij. Alex. in conſi. cxliiij. col. j. lib. v. in cõſ. cxxij. nu. 7. & in conſil. cxlij. nu. 3. lib. vij. Gozad. in conſ. xxxiij. col. pen. Soc. Iun. in conſi. xxix. col. pen. lib. primo. Rolandus à Valle in tract. de lucro dotis q. lxxiiij. num. 6. & 7. & Phanucius in trac. de lucro dotis. in gloſſa decima. nu. 43. Horũ ſententia fulcitur multis rationib. & argumentis. Primo, quod hæc dicitur quædam patientia informis, cũ ſit actus quidã, qui non cadit in ſpeciem alicuius cõtractus, ſeu quaſi. Hæc patientia operatur conſenſum, quando præcedit contractus, de cuius natura ad hoc quis tenebatur vt in l. iij. C. de acquiren. poſſeſ. cùm verò contractus non præcedit, & agitur de graui præiudicio, conſenſum non operatur. Ita gloſ. in l. iij. in verbo, quod præſumitur. C. de acquirend. poſſeſſio. & probat. l. quam Tuberonis. §. alia cauſa, ſecũdo reſponſo. ff. de peculio. vbi ex ſola patientia non præſumitur cõceſſa libera peculij adminiſtratio. Qua de re dicemus inf. lib. ſexto præſum. xxxviij. vbi explicabimus, quando tacens præſumatur conſentire. Cum ergo noſtro in caſu agatur de graui mulieris præiudicio; dicendum eſt, hanc ſolam patientiam non arguere dotis conſtitutionem.

74 Secundò accedit, quod mulier † nupta ſine dote, compelli à viro non poteſt, vt dotem conſtituat. §. ſi quis autem dixerit, in auth. de nuptiis, & in §. qui autem. in auth. quibus modis natural. effic. legit. Atqui ille, qui patitur aliquem ingredi ſuam poſſeſſionem, quam ei tradere non tenebatur, patiẽtia non præſumitur conſentire, ſed pro contradicente habetur, l. qui vas. §. vetare. ff. de furtis. & l. iij. C. de acq. poſſeſ. Ergo hæc mulier patiendo maritum adminiſtrare bona ſua, non dicitur ea in dotem dediſſe.

75 Tertiò, & vltimò ſuffragatur, quod † mulier iuſtè timet, & reueretur maritum. l. j. §. quæ onerãdæ. ff. quarum rerũ actio. non datur, vbi Bart. & latè Tiraquellus de legibus cõnubial. in l. j. numero 25. Atqui vbi quis patitur eum, quem reueretur, & timet, aliquid ex ſuo poſſidere, vel facere, non habetur pro conſentiente: ſed potius pro contradicente, vt in l. j. in fine. C. de bonis mater. vbi filius, qui patitur patrem, ſub cuius poteſtate eſt, de re ſua contractum aliquem facere, non præſumitur ei conſentire. Ergo nec mulier dicitur conſentire marito, vt dotis nomine habeat bona hæc, quæ poſſidet, ſeu adminiſtrat.

Extenditur ſecundò, vt procedat etiam, vt nec præſuma-
76 tur † promiſſa dos congrua. Ita Baldus Nouellus in tract. de dote, in ſexta parte, priuilegio xiiij. col. vlt. verſi. tertius caſus. & alios commemorãt Rolãdus de lucro dotis. q. lxxiiij. nu. 9. & Phanucius de lucro dotis, in gl. decima. nu. 17. reiecta contraria opinione Curtij Iun. in auth. præterea. nu. 13. C. vnde vir & vxor.

Declaratur primò, vt locum nõ habeat hæc præſumptio
77 in illis † locis, in quibus cautum eſt ſtatutis, quod bona mulieris cenſeantur data in dotem, ſicuti Bononiæ lib. iiij. rub. de dotibus reſtituendis. §. prætereà omnia, vbi Monterẽtius in gloſſa, Mulieris, ſcripſit, illam eſſe fictionem legis fundatam in præſumpta voluntate mulieris ob ſignificationẽ verbi, intelligatur, quod fictionem ſignificat. Ego ſcripſi ſupra lib. j. q. x. nume. 5. vbi etiam attigi, quod in caſu l. cum anus. ff. de cond. & demonſtr. & l. iam hoc iure. ff. de vulg. eſt præſumptio, non autem fictio, vt ſequenti libro explicabimus.

Declaratur ſecundò hic caſus, vt locum non habeat, quã-
78 do † coniecturis conijci poteſt, mulierem voluiſſe dare bona ſua marito dotis nomine. Nã tunc dicendum eſt, ita dare voluiſſe. Et coniecturas ſufficere reſponderũt Baldus in cõſ. clxxxv. Punctus lib. v. Abb. in conſi. xlvj. nu. 3. lib. j. & Calcaneus in conſi. xj. columna tertia, verſic. adhoc accedat, & alij, quos infra commemorabo. Coniecturæ autem hoc in caſu colligi ſolent vel ex facto, vel ex verbis. ſicuti ex ordine eas referemus.

79 Prima eſt coniectura à facto ſumpta, quando † mulier paſſa fuiſſet, patientia quadam formi maritum poſſidere bona ſua. Ita Bart. in d. q. vij. Mulier habens amplum, in ſolutione. col. ij. verſic. ſed ſi tu poneres. &c. qui ita intelligit, vt ſi maritus ita poſſidens dicebat, audiente, & intelligente ipſa muliere, bona illa, quæ poſſidebat, & adminiſtrabat, eſſe bona ſibi data in dotem. Nam hæc patientia, quam formem appellat Barr. arguit mulieris conſenſum. ex ſententia gl. in l. Caius. ff. de pigno. actio. ac Cyni in l. inuitus. C. de procurat. & Dyni in capit. is, qui tacet. de regu. iuris in vj. Hanc coniecturam apertius probarunt Baldus in conſil. 100. Mulierem maritus. lib. iiij. Angel. in conſil. cccxxxv. ſtatuto cõmunis Bononiæ. Calcane. in conſil. xj. colum. iij. verſi. adeſt & alia præſumptio. & nu. 8. verſic. adeſt etiam præſumptio. Baldus Nouellus in tract. de dote, parte ſexta, priuil. xiiij. in fine. Rolandus in tracta. de lucro dotis. quæſt. lxxiiij. in fine. Phanucius in commentariis de lucro dotis in gloſſ. decima nu. 40. Cæterùm dubitant Doctores, qui temporis curſus hoc in caſu requiratur. Aliqui dixerunt, requiri decennium, alij modici temporis; ſicuti commemorat Phanucius, cum quo ſentio, modici ſcilicet temporis curſum ſufficere.

Secunda eſt coniectura, quando in ciuitate extaret conſuetudo, quod mulier nubens cenſeatur dediſſe bona ſua in
80 dotem. Nam tunc mulier † nubens, nulla facta mentione dotis, præſumitur voluntatem ſuam voluiſſe eſſe conſuetudini conformem, atque ita ea bona dotis nomine marito dare. Ita affirmarunt Baldus in auth. res, quæſt. num. 12. verſi. ſed nunquid. C. commu. de legatis Alexa. in conſi. cxliiij. num. 2. lib. v. in conſi. cxxij. numero 9. & in conſ. cxlij. num. 6. lib. vij. Corneus in conſi. cxxvij. nu. 5. lib. iij. Curtius Iun. in auth. præterea. nu. 13. verſicul. limita tertiò. C. vnde vir & vxor. & Rola. in tract. de lucro dotis. q. lxxj. in fine. Cæterũ diſſentire videtur Phanucius in tracta. de lucro dotis, in glo. decima. nu. 38. verſ. ſed caue. qui tamen ſubiungit, hanc eſſe poſſe leuem coniecturam. Ego certè magis dubito, ob ſummam difficultatem, quæ eſt in probanda hac conſuetudine, quæ multa requirit, vt apud omnes in l. de quibus. ff. de legib.

legibus & alibi ſæpè.

81 Tertia eſt coniectura, quando mulier eſt longè†inferioris conditionis à viro;qui veriſimiliter non duxiſſet illam in vxorē,niſi bona ſua omnia dotis nomine dediſſet.Ita Bal. in l. nulla. nu.2.verſi. ſi autē.C.de iur.dot.Alex.in conſ.cxxij. nu. 7.lib.vij.Calcan.in conſi.xj.col.iij.verſi.prima præſumptio eſt Socin.Senior.in conſilio lxxxj.nume.lib.iij.Decius in con.cccccxxj.nu.8.& Curt.Iun.in cōſ.clxviij.nu.7.Hanc tamen eſſe leuem coniecturam dixit Phanucius in commētariis de lucro dotis,in gloſſa decima nu.39.Ego certè ſatis probabilem & vrgentem exiſtimo. Et eò magis locum habet, quando bona ipſa mulieris litigioſa, & maritus eſſet vir diligens & in foro verſatus, vt conſiderat Calcaneus precitato in conſi.xj.colum.iij.ver.vltimo, credo,& ver.prima præſumptio.

82 Quarta eſt coniectura†quando maritus & mulier vnà ſimul curaſſent, bona ipſa mulieris, in æſtimo & cataſto ipſius mulieris poſita, deſcribi in æſtimo & cataſto ipſius viri vel mariti.Ita Calcan.in dict.conſilio xj. numero ſeptimo.verſicu. item non reperitur.& Corneus in conſilio cclxxxij.colum.v.verſi.corroboratur hoc,libr. j. qui quidem Corneus intelligit,niſi ipſa mulier ſit ætate minor,quę dum expreſsè non potuiſſet conſtituere dotem hanc,ita nec tacitè.Et coniecturam hanc probauit etiam Phanucius in commentariis de lucro dotis, in gloſſa decima,numero quadrageſimoquinto.

83 Quinta eſt coniectura,quando mulier†ſæpius extra iudicium affirmaſſet,ſe dediſſe bona ſua in dotem marito. Nam & ſi confeſſio hæc extraiudicialis abſente marito facta, non faciat plenam fidem:attamen inducit præſumptionem. Ita ſenſit Bald.in conſi.100. Mulierem maritus,lib.iiij. vt eum declarat & intelligit Roland. in tractat.de lucro dotis. q. lxxiiij.num. 12.& 13.qui recenſet & Soc.Iun.in conſi.viij. nume.19.lib.ij.

Sexta eſt coniectura ducta à verbis:ex quibus colligitur præſumpta voluntas mulieris,quod voluerit cōſtituere do-
84 tem. Primum eſt exemplum quando†mulier dixit viro. Ego do tibi me & mea,alio non expreſſo. Nam tunc bona omnia præſumuntur data in dotem. Ita Baldus in l.nulla. numero 2.C.de iure dotium.& in l.vlt.numero 10.C.de ſenten.quæ ſine certa quan.Roma.in conſil.xliiij.nume.4.Alex. in conſi. quadrageſimoquarto, libro primo. Rolandus in tractatu de lucro dotis.queſt.lxxij.& Phanucius in commentariis de lucro dotis, in gloſ. x. numero 46. Cum enim verbum
86 †do,ſignificet dominij tranſlationem.§.ſic itaque in inſtit. de actio. ſequitur dicendum dotem per ea verba conſtitutam eſſe.

86 Secundum eſt exemplum, vt ſi mulier dixit † aſſigno tibi bona mea. Nam & tunc præſumitur ea dediſſe in dotem. Cum verbum, aſſigno, importet dominij tranſlationem. l. dotis fructus.§.vlt.cum l.ſequent.ff.de iure dotium,& comprobaui auctoritate multorum in conſil.ccj.numero 6. lib. iij. vbi de egregia facti ſpecie pro Sereniſ. Regina Daniæ reſpondi.

87 Tertium eſt exemplum, quando mulier dixit, trado † me & bona mea. Hoc etiam caſu bona illa cēſentur data in dotem. Ita tradit Baldus Nouellus in tracta.de dote, parte ſexta priuil. x. Verùm à Baldo Nouello diſſentiunt ex recentioribus Rolandus à Valle in tractat. de lucro dotis. quæſtio. lxxiij. & Phanucius in dicta gloſſa decima,numero quadrageſimoſexto.adducti auctoritate Baldi in l. vlt.num. 10.C.de ſent.quæ ſine certa quant.

88 Quartum eſt exemplum,vt ſi mulier dixit,†quod non intendebat bona ſua eſſe data in dotem, niſi conficeretur publicum inſtrumentum:ſi ergo cōficiatur inſtrumentum cenſentur data in dotem,Ita Curtius Iun.in conſi.clxviij.num. ſeptimo,verſicu. adeſt & alia, qui & ſimilem ex aliis verbis coniecturam colligit.

89 Septima eſt coniectura, quando†mulieri relicta fuiſſent patre vel alio teſtatore aliqua bona cauſa dotis;& ipſa deinde nupſiſſet,nulla expreſſa mentione facta ipſius dotis. Hoc ſanè caſu præſumitur, quod bona illa in dotem dederit viro. Ita Ruinus in rubric. ff. ſoluto matr. in lectura antiqua impreſſa anno,1546.nume.8.quam voluit allegare Boer. & melius idē Ruin.in lectura noua nu.228.& in cōſi.ccxxiiij. num.5.lib.j.Et idem reſpondit Socinus Iunior in conſ.viij. num.2.& 13.lib.ij.qui ſic declarat ſtatutum Mantuæ de lucris matrimonialibus. Et hos ſecutus eſt Phanucius in dicto tractat.de lucro dotis.in gloſ.decima.nu.45.verſic.alio etiam in caſu,idem ſcripſit Monterentius in commentariis ad ſtatuta Bononiæ.lib.iiij.rub. de dotibus reſtituendis. §. præterea omnia in gloſſa,omnia bona, qui intelligit prædictos Doctores,vt mulier præſumatur dediſſe in dotem illa bona legata,& nihil vltrà.

Verùm à prædictis diſsentit Beroius in conſi. xl. numero 52.lib.j.qui de eadem facti ſpecie,de qua fuerat interrogatus Socinus Iunior,ſuper dicto ſtatuto Mantuę,contrarium reſpondit. Quique nume.quinquageſimooctauo,diſtinguit
90 quatuor caſus. Quorum primus eſt,quādo†mulier ſeu alius eius nomine,dotem primo viro dedit, vel promiſit, deinde mortuo primo illo viro contraxit cum ſecundo, nulla facta dotis promiſſione. Hoc caſu præſumitur, ſecundo marito promiſsa eadem dos, quæ primo data fuit. Hunc caſum explicauimus ſupra, in quarto caſu. Et caſus iſte omitti poterat à Beroio, cum non multum ad rem hanc perti-
91 neat. Secundus eſt caſus, quando † filia, cui pater in teſtamento dotem reliquit,actiones ſibi competentes ceſſit marito ſeu ſponſo, vt petere & conſequi poſſit quod ſibi dotis cauſa fuit relictum. Hoc caſu dicitur mulier bona illa relicta dotis nomine dediſse marito. Ita Bero. præcitato in loco. Quam quidem traditionem ea ratione confirmo, quia ceſſio actionum ſignificat, mulierem voluiſse quod maritus haberet ius in eo relicto, alioqui ſatis fuiſſet, conſtituere eum procuratorem, vel operari vt tanquam maritus, ſicque vt procurator à lege conſtitutus, experiretur ad ipſius mulieris commodum. Is enim qui actiones
92 †cedit,reponere dicitur ceſſionarium in ſui locum, & conſequenter transferre in eum bonorum dominium. Alexand. in lega. prouinciali. §. ſi ego. numero nono. ff. de operis noui nunt. & confirmaui in conſilio ccj. numero 13. libro iij.

93 Tertius eſt caſus, quando filia†cui pater reliquit dotem in teſtamento, ante contractum matrimonium petiit illud legatum,& præſtitit cautionē,de cōuertendo legatum illud in dotem : deinde contraxit matrimonium, nulla dotis expreſsa promiſſione facta. Hoc ſane caſu, præſumitur mulier hæc dediſse bona illa in dotem. Ita Bero. in dicto conſilio quadrageſimo,numero quinquageſimooctauo. verſicu.tertius caſus.qui ſcribit,idem ſenſiſse Ruinum in d.rub.ff. ſoluto matr.in lectura antiqua.numero octauo,& in noua.nu. 228. Poteſt afferri ratio, quod præſumitur quis obſeruare voluiſse promiſsa,atque ita dotem conſtituere,ſicuti facere tenebatur.

94 Quartus eſt caſus,quando†filia,cui pater dotē reliquit in teſtamento,mortuo ipſo patre non petiit relictum ſibi præſtari,ſed nupſit viro,cui nihil expreſse dotis cauſa promiſit. Hoc in caſu ſunt opiniones Bero.in dict.conſi. xl. numero 58.verſic.quartus caſus, reſpondit mulierem non præſumi dediſse bona illa in dotem. Et motus eſt Bero. traditione Bart.in dicta q.vij.caſu ij.col. j. vt retulimus ſupra in principio huius quinti caſus. Nulla enim (voluit dicere Bero.) eſt differentia inter caſum Bart. & ſequacium, & hunc noſtrum. Cæterùm à Beroio (vt dixi ſupra) diſsentiunt Ruinus in d. rubr. ff. ſoluto matrimon. in lectura antiqua numero octauo,& in noua nu.228.& in dicto conſil. ccxxiiij.nu. 5. lib.j.& Socinus Iun.in dicto conſi.viij.nu.2.& 13.lib.ij.Inquit enim Ruinus,in dicta rub.num.228. quod licet mulier dotem non conſtituerit marito in eo credito : quod nihilominus compelli poterit à marito, agere ad conſequendum legatum, & illud conuertendum in cauſam dotis : ſicut & aliàs hoc modo agitur.in l.cum plures.§.meſsem.ff.locati. l.Iulianus.§.penul.ff.de actio.empt.& l.ſi ſic.§.vlt.ff.de leg. j.Et illis in locis Bart.annotauit. Huic conſiderationi non reſpondit Bero. cum eo tempore quo ipſe reddidit illud reſponſum in d. conſilio xl. adhuc non eſsent impreſſi poſtremi commentarij ipſius Ruini ad dict.rub.ff.ſoluto matrimonio. Quo circà reſponderem ego, diuerſos admodum eſse caſus illos.dict.§.meſsem.§.pen.& §. vlt. à caſu noſtro. Illis enim in caſibus certum, & clarum eſt quod illi colono competebat actio contra dominum,vt is efficeret,quod

poſset



poſſet vti re ſibi locata. Ita quoque in caſu d.l.Iulianus.§. penul.actio competebat emptori contra venditorem, pro damno dato ab inquilino,cui ab ipſo venditore reſeruata fuerat habitatio. Ita & in caſu d.l.ſi ſic.§.vlt.actio competebat legatario contra hæredem,vt legatum ſibi præſtaretur. Non eſt ergo mirum, ſi illis in caſibus colonus dominum, emptor vēditorem, & legatarius hæredem, compellere potuerunt agere cōtra eos, qui damnum dederunt, & legatum præſtare tenentur. Sed diuerſum eſt in caſu noſtro, in quo non eſt certum,nec apparet, quod maritus ius habeat contra mulierem,cauſa huius legati. Nil enim illa illi promiſit: Nil etiam illi à teſtatore ipſo fuit relictum. Nō etiam multum vrget conſideratio Socini Iunio.in d.conſilio octauo. numer.14.15.& 16.lib.ij.dum argumentatur à veriſimili,& à ſolitis : quod ſcilicet veriſimile ſit,maritum voluiſſe dotē ſibi conſtitui,& noluiſſe ducere vxorem indotatam. Et conſueuiſſe viros quærere prius,& ante omnia,de dote. Non inquam vrget hæc conſideratio,quia idem eſſet dicendum in caſu principali huius quinti caſus,aduerſus Bartol. in dicta quæſtion.ſeptima,columna prima,in ſecundo caſu & alios, qui Bart.ſecuti ſunt. Crediderim tamen veriorem eſſe hanc Ruini,Socini & Phanucij opinionem,& ab ea non eſſe recedendum. Cum (vt dicebat Socinus in dicto conſi.viij.nume.18.) videatur hoc in caſu habita quædam relatio ad teſtamentum patris,qui dotem legauit,quemadmodum ſimilis fit relatio,quando mulier ſecundo nubit,dicitur promittere dotem datam primo,cum ad eam habita cenſeatur relatio quædam:ſicuti diximus ſupra in quarto caſu. Et accedit, quod filia cenſetur voluiſſe exequi voluntatem patris, qui legatum fecit, vt dotis cauſa haberet. Ex quibus ceſſat illa Boerij conſideratio,quæ non habet locum,quando alia extat contraria coniectura,ſicuti hic extare diximus.

## PRAESVMP. VII.

### Dotata an præſumatur mulier,quæ iam nupta reperitur.

### SVMMARIVM.

1 *Dotata non præſumitur mulier & aſſerenti probandi onus incumbit.*
2 *Matrimonia non dote,ſed affectibus contrahuntur.*
3 *Matrimonia ſine dote eſſe poſſunt.*
4 *Maritus confitens,ſe recepiſſe dotem,præſumitur ſpe futuræ numerationis confeſſus eſſe.*
5 *Argumentum ab vſu & ſolitis,receptiſſimum eſt.*
6 *Dotem mulieri numeratam fuiſſe,coniecturæ ſufficiunt.*
7 *Dotata mulier præſumitur,cui maritus diu alimenta præſtitit. Dubia tamen ea eſt præſumptio.*
8 *Dotem ſuam mulier in teſtamento legans alicui, coniecturam prabet, dotatam fuiſſe.*
9 *Aſſerenti aliquid in articulo mortis,ad detrimentum alterius, non adhibetur fides.*
10 *Verba enuntiatiua alicuius inſtrumenti,mentionem facientia de dote, eam probant.*

DVBITARI etiam contingit, an mulier iam nupta præſumatur dotata? Dubitationis huius exemplum afferri & proponi poteſt ſi ſtatuto cautum ſit,quod filia dotata excludatur à ſucceſſione, ſi nupta, eueniente caſu ſucceſſionis potat admitti;& maſculi aſſerant eā excludendam tanquam dotatam,an ex quo nupta eſt,præſumatur dotata, vt excludatur. Lucas de Penna in l.ij.in præſump.lxv.C.de apochis
1 publ.lib.x,ſcriptum reliquit,mulierem†non præſumi dotatam,vt à ſucceſſione excludatur ; ſed is, qui vult eam excludere,probare debet dotem ei fuiſſe numeratam. ſic & Corneus in conſi.cclxxxij.numer.6.verſic.& ideo libr.j. Et hæc quidem ſententia ea ratione fulcitur,quod aſſerenti, nō autem neganti, incumbit probandi onus.l.ij.ff.de probat.& l. actor.C.eodem. cum præſertim negatiua hæc vaga, loco ſcilicet,& tempore nō coarctata ſit improbabilis. Et accedit, quod dotem numerare eſt quid facti:ob id,qui factum proponit,probare debet.l.in bello.§.factæ.ff.de capt.& poſtli.
2 reuerſ. Et rurſus matrimonia†non dote, ſed affectibus contrahuntur.l.iij.ff.de iure dotium.& l.vlti.C.de repud. Poſ-
3 ſunt enim matrimonia†eſſe ſine dote. Et demum ſuffragatur à fortiori illa recepta ſententia, quod quando maritus
4 †confitetur,ſe recepiſſe dotem,non præſumitur re ipſa facta numeratio,ſed quod ſit confeſſus ſpe futuræ numerationis, vt dicemus infrà in præſumpt. xij. ſi ergo non præſumitur facta numeratio marito,qui ita eſt confeſſus,quanto minus præſumitur numerata mulieri,quæ confeſſa nil eſt? Nec hic repugnat quod Campegius in tracta.de dote, parte quinta. quæſtio.lxxvj,motus auctoritate Anch.in conſi.clxiiij.ſcripſerit,immo mulierem præſumi dotatam. Idem quoque reſpondit Decianus in conſi.xlix.nume.4.lib.ij.adductus auctoritate Cornei in conſi.cclxxxij.lib.j. Nam reſpondetur, Ancharanum nil ad rem ſcripſiſſe eo in conſil.clxiiij.nec in alio,quod hactenus videre potuerim,& ſi vſus ſim aliqua diligentia in eo perquirendo. Corne.verò in d.conſi.cclxxxij. nu.6.contrarium reſpondit,vt etiā,ſupra retuli. Non etiam obſtāt aliqua,quæ hac pro opinione à Luca, & à Campegio adducta ſunt. Et primò.l.vlti.§.ſi à ſocero.in fine.ff. quæ in fraudem credit.ibi,cum is indotatam vxorem ducturus non fuerit. Et in l.apud Celſum.§.ſed etſi mulier.& in l.purè.§.ſi eum.ff.de doli mali except.reſponſum eſt, non admitti exceptionem doli cōtra maritum petentem dotem, cum præſumptio ſit, quod niſi dos data, & promiſſa ei fuiſſet, non duxiſſet illam in vxorem. Nam reſpondetur, præſumptionem quidem eſſe,quod vir ducturus non ſit vxorem ſine dote:Non tamen inde ſequitur, quod mulieri nuptæ numerata fuerit dos.

Secundò adducuntur.l.ſi pater.§.primo.& l.ſi liberis.ff. de pactis dotal. Verùm nil ad rem pertinent, cum ſolùm ibi dicatur, non valere pactum, quo mulier indotata maneat, atque præſupponitur dotem iam fuiſſe promiſſam, vel numeratam.

Tertiò Campegius argumentatur ab vſu,& ſolitis, quod
5 †argumenti genus receptiſſimum eſt.l.certi condictio.§.ſi nummos.vbi Docto.ff.ſi certum petatur. Atqui viri conſueuerunt ducere vxores dotatas. Ergo mulier nupta præſumitur dotata. Cæterùm reſpondetur, licere ſic argumentari, viri conſueuerunt ducere vxores dotatas : Ergo ſi vir duxit vxorem, nulla dotis mentione facta, intelligitur, quod dos ei præſtetur. Non autem ſic licet ducere argumentum : viri cōſueuerunt ducere vxores dotatas, Ergo præſumitur,quod mulier nupta dotem fuerit conſecuta.

Hæc tamen præſumptio tollitur contrariis coniecturis, quibus conſtet mulieri nuptæ dotem fuiſſe numeratam, at-
6 que ita illam habuiſſe dotem. Et † coniecturas ſufficere reſponderunt Corn.in d.conſi.cclxxxij.nu.6.lib.j.& alios recenſet Decianus in d.conſil.xlix.nu.4.libr.ij.& idem ſenſit Campegius in d.q.lxxvj.

Prima eſt coniectura conſiderata à Campegio in dict.q.
7 lxxvj.quando†maritus diu præſtitit alimenta ipſi vxori. Nā tunc illa præſumitur dotata,alioqui eam nō aluiſſet,ſed potius expuliſſet è domo, iuxta gloſ.in §.ſic itaque.in auth.de nupt. Cæterùm dubia eſt hæc coniectura, tum quia reſpicit perſonam mariti,fauore mulieris,non autem reſpicit perſonas eorum,qui dotare tenentur mulierem, ad ipſius mulieris odium,& detrimētum. Præterea eſt dubia,quia affectione maritali præſumitur maritus exhibuiſſe alimenta vxori, ſicuti dicemus j.in præſump.xij.

8 Secunda eſt coniectura, quando † mulier ipſa decedens condidit teſtamentum,& dixit ſe legare dotem ſuam Caio. Hoc caſu præſumitur dotata. Ita reſpondit Decianus in d. conſilio xlix.numer.6.& 7.libr.ij.qui ſic conſuluit præſumi dotatam in præiudicium mariti,vel hæredum,vt ſcilicet illi præſumantur dotem recepiſſe. Id quod durum admodum
9 mihi videtur, cum non adhibeatur fides aſſerenti † aliquid in mortis articulo,ad alterius detrimentum. Deciani tamen conſultatio ſuo in caſu videtur poſſe defendi, ob id, quod dixit,hæredes ſoluiſſe legata ſic relicta,atque ita obſeruaſſe mulieris diſpoſitionem. Præterea coniectura, poſſet procedere,quo ad commodum,& fauorem eorum,qui dotare tenebantur ipſam mulierem.

Tertia eſt coniectura, quæ ſumitur à verbis enuntiatiuis
10 † alicuius inſtrumenti, in quo fiat mentio dotis datæ ipſi



mulieri.

mulieri. Nam verba ipſa enunciatiua probant. Ita Bartol. in conſi. cxxiij. Titius & Sæius. nu. 2. libr. j. Decius in conſilio cxxxv. nu. 2. Soci. Sen. conſil. clviij. col. ij. lib. ij. Baldus Nouellus in tract. de dote. parte vij. priuileg. lxxviij. nu. 1. & 2. & Rui. in conſi. xxxiiij. nu. 5. & in conſi. xl. nu. 5. libr. iiij. qui afferunt exemplum, quando maritus diuidendo bona cum eius fratribus dixit, quod prius dos vxoris extrahatur. Verũ hæc coniectura reſpicit perſonam mariti ad fauorem dotis. Nos verò loquimur quando agitur, an mulier fuerit ab eius patre vel fratribus dotata.

## PRAESVMP. VIII.

Dotalia, vel paraphernalia, vel extrà dotem, an præſumantur bona illa, quæ mulier promittit vel tradit marito, cui non dedit, vel iam dedit dotem?

*SVMMARIVM.*

1 *Mulier triplicis generis bona habet.*
2 *Dotalia bona mulieris quæ ſint.*
3 *Paraphernalia bona mulieris quæ dicantur.*
4 *Bona mulieris, extra dotem quæ ſint.*
5 *Dotalium, & paraphernalium bonorum differentiæ quatuor.*
6 *Paraphernalia bona, & extra dotem quomodo differant.*
7 *Paraphernalium, & bonorum extra dotem hodie nullam eſſe differentiam ſecundum Aretinum.*
8 *Mulier tempore matrimonij vel poſt, nulla data vel promiſſa dote, ſimpliciter bona ſua promittens, dotis nomine promiſiſſe præſumitur.*
9 *Promiſſio facta ſine cauſa valet, aliquo contractu præcedente.*
10 *Promiſſio ſine cauſa facta, declaratur ex qualitate perſonæ cui facta eſt.*
11 *Promiſſio annua facta pauperi ſine cauſa, alimentorum cauſa facta præſumitur.*
12 *Donatio inter coniuges matrimonio conſtante prohibetur.*
13 *Mulier ante vel poſt matrimonium contractum, bona ſua futuro marito tradens ſimpliciter, dotis nomine feciſſe præſumitur. Idque procedit etiam ſi bona excedant dotem congruam. nu. 16. Vel ſi diu poſt matrimonium contractum tradita ſint. nu. 17.*
14 *Donatio nunquam præſumitur, quando alia cauſa præſumi poteſt.*
15 *Mulieri minus damnoſum præſumendum eſt.*
18 *Mulier dote iam cõſtituta, tradens viro vel ante vel poſt matrimonium contractum, bona, nulla expreſſa cauſa, tanquam paraphernalia cenſetur tradidiſſe.*
19 *Dotis conſtitutio magis præiudicat mulieri, quam traditio in cauſam paraphernalem.*
20 *Dotis fructus mariti efficiuntur, paraphernalium, non ſine mulieris voluntate.*
21 *Mulier ſui natura auara eſt.*
22 *Dos conſtituta in bonis certis, in alijs eſſe nequit.*
23 *Bona marito tradita poſt iam conſtitutam dotem, dotalia quoque cenſeri, ſi id aliquibus verbis vel ſignis appareat.*
*Idque ſi verbis dominij tranſlationem ſignificantibus, vſa ſit. nu. 24.*
*Vel vſa fuerit vocabulo aſſignationis. nu. 26.*
*Idem eſt de verbo aſſigno. nu. 27.*
*Aut dixerit ſe tradere dicta bona, ad vtendum, fruendum & faciendum perpetuo quidquid voluerit. nu. 28.*
29 *Paraphernalium bonorum fructus, cur marito concedantur.*
30 *Bona poſt conſtitutam dotem marito tradita, dotalia præſumuntur, ſi verbum ſupra dotis fuerit adhibitum.*
*Idem ſi dos iam data, erat tenuis. nu. 32.*
31 *Dictio ſupra, quomodo exponatur.*
33 *Bonorum vxoris traditorum poſt dotem conſtitutam, omnes fructus maritus percipiens, tanquam dotalium percipere præſumitur.*
34 *Dotem nullam mulier marito conſtituens, ſed bona quæ nec ipſa tradidit expreſſe, poßideri permittens, & ad libitũ diſponi, cenſetur non vt dotalia, ſed paraphernalia conceßiſſe.*
*Niſi maritus publicè & palam ſciente muliere, ſe vt dotalia poßidere aſſeruerit. nu. 36.*
35 *Patientia ſola, cum de magno præiudicio agitur, non præſumi facit titulum.*
37 *Dotalia quando bona adeſſe, certo conſtat, in dubio non paraphernalia ſed extra dotem præſumuntur. Niſi diu tanquam paraphernalia, fuerint adminiſtrata. nu. 39.*
38 *Paraphernalia vt bona dicantur, quid requiratur.*

EVENIRE ſæpe ſolet, quod mulier promittit,
vel tradit ante vel poſt conſtitutam, & datã dotem
marito, alia bona. Quare dubitari cõtingit,
an illa præſumatur dotis nomine marito promiſiſſe
vel tradidiſſe, vel tanquam paraphernalia vel extrà dotem
conceſſiſſe? Hic prius ſciendum eſt, mulierem aliquãdo
1 habere bona† triplicis generis, hoc eſt, dotalia, paraphernalia,
& extra dotem. Ita tradunt gl. in l. vlt. C. de pact. conuen.
& alij, quos congeſſi in cõſi. lvj. nu. 2. lib. j. Et illis accedunt
Pract. Papien. in forma libelli, quo vxor agit ad dotem, in
verbo, tanquam. n. 1. & Guido Papæ in quæſt. cccclxvj. col.
2 ij. Dotalia ſunt, †quæ nomine, & cauſa dotis data fuerũt ipſi
viro, qui conſtante matrimonio, non modo eorum adminiſtrationem:
ſed & dominium obtinet. l. doce ancillam. C. de
3 rei vendi. & l. in rebus. C. de iure dot. Paraphernalia † ſunt,
quæ mulier vltra dotem in domum viri infert. Et horum dominium
verè remanet apud ipſam mulierem; adminiſtratio
verò eſt apud maritum. l. ſi ego. §. dotis. ff. de iure do. & l. vlti.
C. de pact. conuen. & egregiè, vnde dicta ſint paraphernalia,
explicat Alciatus in lib. iiij. parerg. iuris cap. xiij. & in
4 lib. j. prætermiſ. in verbo, antidora. Bona† verò extra dotem
dicuntur illa, quæ mulier apud ſe omninò retinet; nec dominium,
nec adminiſtrationem viro concedit; vt declarant gl.
& Doctor. ſupra commemorati. Inter dotalia, & paraphernalia
5 † quatuor retuli differentias in dicto conſi. lvj. nu. 6.

Prima, quia (vt diximus) dotalium dominiũ tranſit in maritum.
Paraphernalium non tranſit.

Secunda, priuilegia doti conceſſa, non ſunt paraphernalibus
tributa.

Tertia, fructus dotalium maritus indiſtinctè lucratur: Paraphernalium
verò non ſemper: vt dicemus in ſubſequenti
præſumptione.

Quarta, dotalia regulariter repeti non poſſunt conſtante
matrimonio: Paraphernalia verò poſſunt, ſolùm enim dicitur
maritus habere tacitum mandatum adminiſtrationis à
muliere. l. vlti. C. de pactis conuen. & dicemus in ſequenti
præſump. quod ſanè mandatum ad libitum poteſt reuocare.
6 differũt etiam inter ſe † paraphernalia, & extrà dotem. Nam
(vt diximus) paraphernalium cuſtodiam habet maritus: extra
dotem verò non habet. Cæterùm Aretinus in conſi. clix.
7 nu. 5. ſenſit † nullam hodie eſſe differentiam inter paraphernalia,
& extrà dotem, ſed ab Aretino diſſentit Socin. Sen. in
conſi. lxxxij. nu. 19. lib. iiij. & cum Socino ſentiũt alij, quos
in ſubſequenti præſumptione commemorabo. His expoſitis:
dicendum eſt, & an & quando bona data à muliere marito
præſumantur, vel dotalia, vel paraphernalia, vel ext. dotem.
Et primum agemus, quando eſt dubium, an ſint dotalia,
vel paraphernalia. Deinde explicabimus: quãdo conſtat
non eſſe data in dotem, an præſumantur paraphernalia, vel
extra dotem.

Quod attinet ad primum caput, dum ambigitur, an bona
mulieris præſumi debeant dotalia, vel paraphernalia, quæ
ab ea promiſſa, vel tradita fuerunt marito, ante vel poſt conſtitutam
traditamque dotem. Quo ſanè in capite, tres præcipuos
caſus diſtinguunt Baldus Nouellus in tracta. de dote
in ſexta parte, priuilegio. xiiij. & Ruinus in rub. ff. ſol. matr.
nu. 186. verſi. circa propoſitam. Ego verò clarioris traditionis
gratia, quatuor conſtituam.

8 Primus eſt caſus, quando † mulier tempore matrimonij,
vel poſt, nulla dote data, vel promiſſa marito, ei promiſit bona
ſua ſimpliciter, nulla ſcilicet expreſſa cauſa. Hoc ſanè caſu
præſumitur, quod cauſa dotis, bona illa promiſerit. Ita
manifeſtè Baldus Nouellus in d. priuilegio xiiij. col. ij. ver.
primo caſu. & Ruin. in d. rub. ff. ſol. mat. nu. 188. verſic. ego
autem puto.

Primò affertur tex. l. quod autem. ff. de iure dot. cuius verba
in bene emendatis codicibus ſic leguntur: Quia autem
in ſtipulatione nõ eſt neceſſaria dotis adiectio, etiam in dationẽ
tantũdem ducimus. Ibi patet dationem & promiſſionem
à pari procedere: vt quemadmodum in datione bonorum
facta à muliere marito, cauſam dotis exprimere neceſſe
non eſt: ita nec in promiſſione: quia ſatis præſumitur. Nec
repugnat conſideratio gl. ibi & Bar. in ſua diſpu. vij. Mulier
habens



habens amplum in ſolutione. nume. 1. in fi. quod iam antea
actum fuerat inter partes de dote conſtituenda. quia interpretatio
hæc diuinat, ſicuti animaduertunt Baldus Nouellus
& Ruinus præcitatis in locis, qui etiã ſubiiciunt, aliam
interpretationem, quod ibi agatur de promiſſione dotis reſtituendæ
mulieri ſoluto matrimonio, non conuenire literæ
textus, nec illi titulo.

Secundò ſuffragatur tex. l. triticum. ff. de verb. obli. quo
9 probatur ſecundum Bar. ibi, quod promiſſio † facta ſine cauſa
valet, quando præceſſit aliquis contractus, quia præſumitur
facta promiſſio ex illa cauſa. Atqui hic præceſſit contractus
matrimonij, quod ſui natura requirit & dotem. Ergo
promiſſio ſimpliciter facta à muliere præſumitur cauſa ipſius
matrimonij & ſic dotis.

10 Tertiò confert, quod promiſſio † ſine cauſa facta, declaratur
ex qualitate perſonæ, cui facta eſt, ſicuti dicimus, quod
11 promiſſio annua † facta pauperi & inopi ſine cauſa, declaratur
ex qualitate perſonæ pauperis: quod ſcilicet cauſa alimentorum
facta fuerit, vt tradunt Bart. in l. ſi Stichũ. ff. j. ff.
de ver. obli. Bal. in l. antiquitas. nu. 6. C. de vſufructu. & alios
plures congeſſi in conſi. ccccxxij. lib. v.

Atqui noſtro in caſu qualitas perſonæ cui facta eſt promiſſio,
eſt ipſe maritus, cui dos ſolet & debet præſtari. Ergo
præſumitur cauſa dotis facta promiſſio.

Nec obſtat, quod hoc in caſu, videatur facta quędam do-
12 natio à muliere marito, quæ † conſtante matrimonio prohibetur.
Nam reſpondet Baldus Nouellus, præcitato in loco
multis modis, quos hic non repetam: ne ex ſcriptis ſcripta
conficiam.

13 Secundus eſt caſus, quando † mulier ante vel poſt contractum
matrimonium ſimpliciter, & ſic nulla expreſſa cauſa,
tradidit bona ſua futuro marito, cui nullam dotem promiſerat.
Hoc etiam caſu traditio illa præſumitur facta ex cauſa
dotis. Ita in ſpecie ſcripſit Baldus Nouellus in d. priuilegio.
xiiij. nu. 3. ver. ſi autem nulla erat dos: Motus primò eo text.
dict. l. quod autem. quę quidem fortius probat hunc caſum,
quam præcedentem. Secundò ea ratione vſus eſt Bald. Nouellus,
quod quando præſumi poteſt alia cauſa quàm dona-
14 tionis, nunquam † præſumitur donatio. l. ſi verò non remunerandi.
§. idem Papinianus. ff. manda. & l. cum aurum. ff. de
ſolutio. & latè ſcripſi in libr. ij. de arbitrariis iudicum. caſu
lxxxviij. nu. 1. Atqui hoc in caſu præſumi poteſt alia cauſa
quàm donationis: pręſumi enim poteſt cauſa dotis. Ergo illa
debet præſumi. Cæterùm hæc argumentatio non concludit
vt rectè animaduertit Ruinus in d. rub. ff. ſol. mat. nume.
190. ver. & per prædicta. Etſi enim donatio nõ præſumitur,
vt & nos concedimus, non tamen inde ſequitur neceſſario,
quod præſumatur dos: cum præſumi poſſint paraphernalia.

Tertiò itaque & melius confert. d. l. triticum. arguendo à
promiſſione ad traditionem, iuxtà l. vlt. C. ad l. Falc.

Quartò ſuffragatur & illud argumentum, conſideratum
ſupra à Ruino, per traditionem Bar. in d. l. ſi Stichum. §. j. ff.
de verb. oblig. Nec obſtat, quod Bald. in conſi. cclxxvj. Verba
ſtatutorum. col. ij. ver. ſequitur videre. lib. iij. contrariam
opinionem probauerit, ſecundum Rui. in d. rub. ff. ſol. mat.
nu. 190. ver. ſed contrarium, qui Bal. ipſum ſequitur. Reſpõdit
Bal. mulierem præſumi dediſſe fructus, non autem proprietatem,
quę videtur conceſſa ex alia cauſa (inquit deinde
15 Ruinus) hoc eſt vt paraphernalis. † Cum præſumendum ſit
id, quod minus eſt dãnoſum mulieri, vt dicemus infra. Quæ
ſanè ratio nil vrget: quia huic præſumptioni repugnant aliæ
ſupra commemoratæ: & accedit, quod nec præſumi debet
contra maritum, quod ſcilicet voluerit ducere vxorem indotatam.

16 Extenditur primò hic caſus, vt locum etiam habeat, † qñ
bona eſſent exceſſiua, & vltra dotem congruam. Ita Baldus
Nouellus in d. priui. xiiij. nu. 3. ver. imò etiam.

17 Extenditur ſecundò, vt locum etiam habeat, quando † diu
poſt contractum matrimonium tradita fuiſſent hæc bona.
Ita Bal. Nouel. d. nu. 3. ver. ſi autem poſt matrimonium.

18 Tertius eſt caſus, quando † mulier vel ante vel poſt contractum
matrimonium, & dote iam data, vel conſtituta marito,
eidẽ ſimpliciter & ſic nulla expreſſa cauſa, tradidit bona
ſua ipſi marito. Hoc ſanè caſu præſumitur non cauſa dotis,
ſed vt eſſent bona paraphernalia tradidiſſe. Ita gloſſ. iij.
l. vlt. C. de pactis conuen. Azo, in ſumma. C. de iure dotium.
columna prima. Baldus in l. nulla. nume. 2. verſicu. breuiter.
C. de iure dotium. & in l. vlti. numer. 5. verſicul. ſed nunquid
præſumitur. C. de ſentent. quæ ſine certa quant. Baldus Nouellus
in d. priuilegio. xiiij. col. iiij. verſicul. ſecundus caſus
principalis, Ruinus in rubric. ff. ſoluto matrimo. num. 190.
verſicu. ſi verò dos, & in conſilio ccxxij. numero 1. in fine. &
nume. 6. libro primo. & Decius in conſilio dxxj. numer. 10.
qui etſi de eadem facti ſpecie, reſponderit aduerſus ipſum
Ruin. in hoc tamen cum eo conuenit. Idem ſcripſit Phanucius
in tract. de lucro dotis in gloſſ. x. nu. 47. Et ſententiam
hanc probat. l. ſi ego. §. dotis. ff. de iure dotium. ibi, ſed quia
non puto hoc agi inter virum, & vxorem, vt dominium ad
eum transferatur. Idem probat. l. vlti. C. de pactis conuen.
19 Et accedit ratio, quia † dotis cõſtitutio, maius præiudicium
& detrimentum affert mulieri, quam traditio in cauſam pa-
20 raphernalem: cum (vt diximus ſupra) dotis † fructus efficiantur
mariti, qui & dominus rei dotalis eſt, conſtante matrimonio:
Paraphernalium verò non, ſine voluntate mulieris,
vt dicemus in ſubſequenti præſumptione. Non ergo præ-
21 ſumitur, quod mulier, † quæ ſui natura dicitur auara, vt aliàs
diximus, voluerit transferre dominium atque ita dotẽ con-
22 ſtituere. Cõfert, & ratio, quod dos † in certis bonis deſignata,
& conſtituta, in reliquis eſſe nequit. argu. l. maritus. C. de
procu. & l. ſtipulationes commodiſſime. ff. de ver. ob. & facit
regula. l. Cum Prætor. §. j. ff. de iudiciis.

Declaratur hic caſus, vt locum non habeat, quando ali-
23 quibus † ex verbis, & ſignis colligitur mulierem voluiſſe etiam
hæc bona eſſe dotalia. Ita probat. d. l. ſi ego. §. dotis,
ibi, ſi ſic dentur, vt fiant, effici mariti. Et manifeſtè reſpondit
Ruin. in d. conſi. ccxxij. nu. 7. lib. j. & ſenſerunt alij, quos
24 ſtatim commemorabo. Primum eſt ſignum, quando † mulier
vſa fuit verbis ſignificantibus tranſlationem dominij,
vt ſi dixiſſet, Do tibi hæc bona mea. Ita in ſpecie docuit
Ruinus in d. Rub. ff. ſol. mat. nume. 191. verſi. ſecundò fallit.
25 Nam verbum, † do, ſignificat dominij tranſlationem. §. ſic
itaque. in inſtitu. de actio. etſi ipſe Ruinus dubitet. Et ſimile
tradit Dec. in l. ſi donatione. nu. 38. C. de collatio. quando
pater dat filio rem aliquam, nõ vt peculium, ſed vt donatum
dediſſe præſumitur, cum vſus fuit verbo, do. Qua de re dicemus
infrà in præſumpt. . . . .

26 Idem eſt, quando mulier dixit, quod aſſignabat † bona ſua
27 marito. Cum enim hoc verbum, aſſigno † ſignificet dominij
tranſlationem. l. dotis fructus. §. vlt. cum l. ſeq. ff. de iure dotium,
& ſcripſi ſuprà in ſexta præſumptione in ſeptima coniectura,
ſequitur dicendum, bona præſumi data in dotem.
Verum Ruinus in d. conſi. ccxxij. nume. 2. & col. vlt. verſi. &
quamuis. lib. j. in ſpecie non admittit, quod his verbis dica-
28 tur cõſtituta dos. Idem eſt, quando † mulier dixit, quod maritus
haberet dicta bona ad vtendum, fruendum, & faciendum
perpetuò quidquid placuerit. Ita in ſpecie rñdit Ruinus
in d. conſi. ccxxij. nume. 7. ſimile eſt quod reſponderunt
Gratus in conſi. vij. nu. 20. lib. ij. & Pariſius in conſil. xxxiij.
nume. 21. libr. j. cum dixerunt, patrem cenſeri donaſſe filio,
non autem in peculium conceſſiſſe, quando dixit, ad habendum,
tenendum, & quidquid placuerit faciendum, qua de re
dicemus infrà in d. præſump.

Cæterum diſſentit in ſpecie noſtra Decius in dict. conſi.
dxxj. nu. 11. verſi. vltimo non obſtant, qui (vt dixi ſuprà) de
eodem facto, reſpondit contra Ruinum. Inquit enim Decius,
prædicta verba, ad vtendum, fruendum, intelligi ſolùm
reſpectu fructuum, & ideo ſubſequentia verba, & faciẽdum
perpetuò, intelliguntur, id eſt, donec vixerit. Quæ ſanè conſideratio
non cõcludit: cum fructus paraphernalium ab initio
non concedantur marito, vt de eis poſſit ad libitum di-
29 ſponere: ſed vt † habeat cuſtodiam, & adminiſtrationem, &
ea impendat pro communi vſu vxoris, & proprio, vt diximus
ſuprà. Et ideo verba hæc magis cõueniunt fructib. dotis,
quos ipſe maritus ſuos facit, & ad libitum de eis, dum viuit,
diſponit. Non hic commemoro alia verba prædictis ſimilia,
quibus dominij tranſlatio, & cõſequenter dotis conſtitutio
ſignificari poteſt. Multa enim haberi poſſunt ex his,
quæ dicemus infrà in præſum. xxix. ad fi. vbi de re à patre data
filio in peculium, vel donata differemus.

30 Secundum eſt ſignum, quod colligitur ex his verbis † pro

ſupra dotibus. Nam ſupra dos dicitur quoddam dotis aug-
mentum. Ita ſenſit & pro abſoluto habuit Ruinus in dicto
conſi.ccxxij.nu.7.libro j. Verùm de eadem met facti ſpecie
interrogatus, diſſentit Decius in d.conſil.cccccxxj.nu.11.
31 ver. Non obſt.quod. Cum dictio,†ſupra, exponatur, id eſt,
vltrà.l.ex conducto.§.ſi vis tempeſtatis.verſi.ſed ſi habes.ff.
locati.& l.diuortio.§.ob donationes.ver.item ſi locatio.ff.
ſol.ma. Quæ quidem conſideratio nil vrget: quia etiã ſi ex-
ponimus vltra dotem, non tamẽ fit, quin dici poſſit augmen
tum dotis, quod eſt propriè vltra dotem principalem.
32 Tertium eſt ſignum, quãdo†dos ipſa iam data marito eſ-
ſet tenuis, cui ſi coniungeretur deinde traditum ab ipſa mu-
liere, efficeretur dos congrua, & digna illo marito. Ita ſenſit
Bal.in d.l.nulla.nu.2.in fi.C.de iu.dot.

Nec quidquam vrgent conſiderationes Ruini in Rub.ff.
ſol.ma.nume.191. quia etſi mulier nupta nõ ſit magis obli-
gata ad dotem, quàm ad conſignationem paraphernalium,
intelligi etiam poteſt, quod traditio facta fuerit cauſa para-
phernalium. Nam reſpondetur, quod cum agatur de inter-
pretanda mulieris dubia voluntate, dicendum eſt, eam vo-
luiſſe cauſa dotis tradere, vt dotem congruam, & viro di-
gnam conſtituat; atque id faciat, quod iuri, & æquitati
conuenit.

33 Quartum eſt ſignum, quando†maritus dote ſibi iam con
ſtituta, recipit alia bona ab vxore, & eis vtitur percipiendo
omnes fructus, tam naturales quàm induſtriales, & illos pro
ſui voluntate conſumpſit, etiam ad propriam ſui vtilitatem,
ſciente & patiente ipſa muliere. Nam tũc præſumitur, quod
bona illa, è quibus fructus percepit, fuerint ſibi tradita non
vt paraphernalia, ſed vt dotalia. Ita docuit Ruinus in Rubri.
ff.ſoluto matri.nu.193.verſicu.tertio limitari. Et motus eſt
Ruinus ſimili traditione Saliceti in l.filiæ, cuius.C.famili.
erciſcund.& in l.ſi donatione.C.de collat. cum dixit, quod
licet traditum à patre filio, præſumatur in peculium: atta-
men ſi diu, vt puta per decennium paſſus eſt pater filium
percipere, & conſumere fructus, præſumitur patrem donaſ-
ſe bona illa. Qua de re copioſius diſſeremus infra, in dicta
præſumpt.ad finem.

34 Quartus eſt caſus, quando mulier†nullam dotẽ viro con-
ſtituit, vel promiſit: ſed bona ſua, quæ non tradidit marito
expreſſe, paſſa eſt ab eo poſſideri, & de fructibus ad libitum
diſponi vſque ad eius mortem. Hoc caſu non præſumitur ti-
tulus dotis: ſed potius, quod conceſſerit vt bona parapher-
nalia. Ita Barto.in dicta diſputa.vij.in ſolutione. nu.3. Bald.
Nouellus in dicto priuilegio.xiiij.colum.vlti.verſic.tertius
caſus, & Rui.in d.rubr.ff.ſol.matri.nume.195.verſi. tertius
35 eſt caſus. Ea ratione moti ſunt, quia ex ſola patientia†etiam
ſi eſt diuturna, non oritur præſumptio tituli, quando agitur
de magno præiudicio, vt eſt de amiſſione dominij.l.nullo.
C.de rei vendic.& l.diuturna.C.de præſcrip.longi tempor.
& in ſpecie idem annotauit Barto.in l.cum de in rem verſo.
nume.7.verſicu.ſi vero tractatur de magno.ff.de vſuris.qua
de re diſſeremus infrà in præſump.vbi explicabimus totam
illam traditionem Barto.in d.l.cum de in rem verſo. Et hæc
quidem opinio retinenda eſt, & ſi Bal.in conſil. 100. Mulie-
rem maritus.lib.iiij. contrarium reſponderit.

36 Declaratur hic caſus, vt locum non habeat, quando†ma-
ritus publicè, & palam ſciente muliere aſſeruit ſe poſſidere,
& retinere dicta bona, vt dotalia vxoris ſuæ. Nam tunc do-
talia præſumuntur. Ita Bal. Nouellus præcitato in loco poſt
Salic.in l.nulla.C.de iure dot. Idẽ ſenſit Calcaneus in conſi.
xj.col.iij.ver.adeſt etiam alia.

Secundum caput huius diſputationis eſt, quando conſtat
bona nõ eſſe dotalia, quippè quæ nec verè nec præſumptiuè
data fuerunt in dotem, an modo præſumantur paraphernа-
37 lia, vel extrà dotem? Et dicẽdum eſt in dubio præſumi†ex-
trà dotem. Ita reſpondit Comenſ. in conſil. ciiij. Quæritur
38 nunquid. Eſt ratio, quia vt dicantur†paraphernalia, requiri-
tur (vt dixi ſuprà) aliquis actus vel traditionis, vel illationis
in domum: qui ſanè actus non præſumuntur, cum ſint quid
facti.l.in bello.§.factæ.ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. Hæc
39 tamen traditio locum non habet, quando bona†illa diu
fuiſſent adminiſtrata tanquam paraphernalia. Ita decla-
rauit Comenſ. in dicto conſilio centeſimoquarto. mul-
ti ſubſcripſerunt: Et idem ſenſit Iaſon in leg.maritus. in fi-
ne.C.de procurato.

## PRAESVMP. IX.

Fructus bonorum dotalium, paraphernalium, & extrà dotem, an & quando præſumatur mulierem ita conceſſiſſe marito, vt is dicatur eos ſuperlucratus.

*S V M M A R I V M.*

*1 Paraphernalium bonorum adminiſtratio & cuſtodia, mandata dicitur marito.*
*Secus in bonis extra dotem.nu.2.*
*3 Paraphernalium bonorum, & eorum quæ mulier habet extra dotem, quo ad fructuum perceptionem nulla eſt differentia.*
*4 Dotalium bonorum fructus, matrimonio conſtante, mariti efficiuntur.*
*5 Vſumfructum rei mulier dotis nomine tradens, ius vſusfructus marito conceſſiſſe præſumitur, quod ſoluto matrimonio reſtituatur.*
*6 Paraphernalium bonorum fructus, aut extra dotem, ſi adhuc extant, mulieri vel eius hæredibus ſunt reſtituendi: nec maritus eos lucratur.*
*7 Paraphernalium bonorum fructus, inuita muliere conſumens maritus, ſiue naturales, ſiue induſtriales, ſiue ciuiles ſint, reſtituere tenetur.*
*Ratio redditur.nu.8.*
*9 Poſſeſſor quilibet malæ fidei omnes fructus vel eorum æſtimationem reſtituere tenetur.*
*10 Paraphernalium aut bonorum extra dotẽ, fructus induſtriales, volente muliere maritus conſumens, ad æſtimationem non tenetur: contraria refertur opinio.nu.12.*
*Tertia opinio, quæ diſtinguit.nu.15.*
*11 Vſurarum lucrum inhoneſtum eſt, & odioſum.*
*13 Reſidere verbum, eſt eſſe & firmiter ſtare.*
*14 Poſſeſſor bonæ fidei quis dicatur.*
*16 Fructus naturales magni valoris, quando reſtituat maritus. Et quid de modicis.nu.17.*
*18 Fructus qui magni vel modici valoris ſint, arbitrabitur iudex.*
*19 Paraphernalibus in bonis aut extra dotem, nec conſentiens nec contradicens mulier, quo ad fructuum perceptionem, & conſumptionem, tenetur maritus ad reſtitutionem tam naturalium quam induſtrialium.*
*20 Tacens habetur pro conſentiente, quando vltra taciturnitatem interuenit aliquis actus poſitiuus.*
*21 Paraphernalium bonorum fructus præſumitur mulier virũ habere voluiſſe, nullam quando dotem conſtituit. Idque præſertim ſi maritus diu poſſederit.nu.22.*
*23 Fructus non præſumuntur conſumpti, ſed adhuc extare.*
*24 Res quamuis mobilis extare præſumitur, niſi probetur amiſſa.*
*25 Fructus quando extare, vel conſumpti præſumantur, iudicis arbitrio tribuendum.*
*26 Fructus qui, & quot percepti ſint, coniecturis probari poſſe.*

EXPLICAVIMVS ſuperiore p̃ſumptione, quæ
dicãtur bona dotalia, quæ paraphernalia, & de-
mum quæ extra dotem, & quando præſumãtur
talia. Nunc diſſerẽdum eſt de eorum fructibus:
an ſcilicet & quando præſumantur acquiſiti, & facti ipſius
mariti? Priuſquam tamen hoc explicem, repetendum eſt hic
vnum, quod paucis expoſui ſuperiore præſumptione, bona
ſcilicet paraphernalia in eo videri differre à bonis, quæ di-
1 cuntur extra dotem, quod bonorum†paraphernalium cu-
ſtodia, & adminiſtratio mandata dicitur marito.l.vlti.C.de
pactis conuentis.& manifeſtè reſponderunt Ruinus in con
ſi.ccxxij.nu.2.lib.j.& Decius in cõſi.dxxj.nu.11. qui ambo
de eadem facti ſpecie reſponderunt. Cum enim mulier illa
marito tradit, vel in domum infert, dicitur committere, &
mandare cuſtodiam ipſi marito. Ita Bald.in l.vlt.nu.5.C.de
ſen.quæ ſine certa quant. Bonorum verè extra dotem cuſto-
diam, & adminiſtrationem non habet maritus, ſed ſola mu-
lier, quæ bona illa non tradidit marito, nec in domum intu-
lit: vt declarat Bal.præcitato in loco. Et idem reſpõdit Co-
menſ.in conſi.ciiij. Quæritur nunquid in prin. cui alij multi
Doctores ſubſcripſerunt.

Cæterum Franc. Aretinus in conſil.clix.nu.5. ſenſit, nul-
lam hodie eſſe differentiã inter bona paraphernalia, & extra
dotem,



dotem, cum generalis eſſe videatur conſuetudo, quod mu-
lieres bonorum quorumcunque ſuorum, adminiſtrationem
& cuſtodiam permittant maritis. Diſſentit ab Aretino So-
cin.Sen.in conſilio lxxvij.numero 19.libro iiij.qui reſpon-
dit, non conſtare hac de conſuetudine generali: ſed imò dif-
formem eſſe obſeruantiam: cum aliquibus in locis mulie-
res concedant adminiſtrationem horum bonorũ viris ſuis;
aliis verè in locis non. Id quod indicant (ait Socinus) reddi-
ta à Doctoribus reſponſa, de fructibus paraphernalium, &
bonorum extra dotem. Ita ſane de iure reſpondendo, diffe-
rentiam hanc conſtituerunt Baldus in conſi.ccxciij. Factum
ſic proponitur.in fi.lib.iij.& in conſi.cccclxxviij. Quædam
ſunt res.lib.v.Alex.in conſi.xlij.nu.3.verſi.ex his.libr.j.qui
quidem dixit, ſtatutum loquens de paraphernalibus, nõ ha-
bere locum in his extra dotem. Crediderim quò ad præſen-
3 tem diſputationem fructuum nullam†eſſe differentiam, in-
ter bona paraphernalia, & extra dotem, ſicuti nec ſtatutum
Patauinum ſub rub.de ſucceſſionibus mulierum.c.ſi aliquis
acceperit vxorem.conſtituit differentiam inter vnum & al-
terum genus bonorum quò ad effectum hũc. Et ſi enim pa-
raphernalia ea eſſe dicuntur, quorum adminiſtratio manda-
ta, & conceſſa eſt marito, vt diximus; ita quod inde ſequitur,
virum fructus eorũ percipere, & conſumere poſſe. Attamen
idem eſt de bonis extrà dotem, quorum adminiſtrationem
etſi mulier non cõceſſit marito: nihilominus dum is fructus
percipit, & conſumit, ea ſciente, & patiẽte, dicitur tunc ipſi
viro mandare perceptionem, & cõſumptionem. Et propter-
eà Bar.in l.pen.in prin.ff.ad l.Falci.in ea tractatione, quan-
do maritus lucretur fructus bonorum, quæ mulier habet vl-
tra dotem, non diſtinguit inter fructus bonorum parapher-
nalium, & bonorum extrà dotem. Etſi conſideramus dili-
genter Doctores omnes, quos infrà commemorabimus, in-
telligemus eos affirmaſſe, diſtinctionem illius Martini Sil-
lima; qua vſus eſt Barto.conuenire tam fructibus bonorum
extra dotem, quam bonorum paraphernalium. Et nos pla-
nius exponemus. His explicatis, dicimus nũc: De fructibus
4 bonorum†dotalium non eſſe ambigendum, quin illi effi-
ciantur mariti cõſtante matrimonio.l.dotis fructus.& l.pro
oneribus.ff.de iure dotium.& in ſpecie reſpondit Soc.Sen.
in conſilio lxxxij.nume.8.verſicu.quibus præmiſſis.lib.iiij.
& idem ego ſcripſi in conſi.lvj.nume.8.libro j. Idem eſt di-
5 cendum quando mulier habet ſolum†rei vſumfructum, quẽ
dotis nomine marito dedit, præſumptio eſt dediſſe ius vſuſ-
fructus in dotem, vt illud ſoluto matrimonio reſtituatur, fru
ctus verò ex eo vſufructu percepti ipſius mariti fiant, pro
oneribus matrimonij.l.dotis.§.ſi vſus fructus.ff.de iure do-
tium. Et hanc eſſe iuris præſumptionem ſcripſit Io.Andreæ
in additionibus ad Spec.in tit.de præſumpt.§.ſpecies.nu.5.
in verbo, in prædict.concord.

De fructibus bonorum paraphernalium, & bonorum ex-
tra dotem, multæ ſunt traditiones, & diſtinctiones Docto-
rum: Illa tamen Bar.in d.l.pen.in prin.ff.ad l.Falcid.eſt ma-
gis recepta, ſicuti teſtantur ibidem Alex.col.vlt.ver, quæ vi-
detur.& Afflictus in deciſ.xliiij.nu.7.ver.tamen diſtinctio.
& ſecundum eam fuiſſe iudicatum ſcripſit Guido Papæ in
quæſtio.cccclxviij.columm.ij. Et mihi etiam maximè pro-
batur. Quo tamen clarius eam explicem diſtinguo primum
duo capita.

Primum quorum eſt, quando fructus conſumpti nõ ſunt,
ſed extant. Hoc in capite communis eſt omnium ſententia,
6 maritum non conſequi†hos fructus, ſed eſſe reſtituẽdos ipſi
mulieri, vel ea mortua eius hæredibus. Ita de fructibus na-
turalibus & induſtrialibus ſcripſerunt Bar.in d.l.pe.in prin.
ff.ad leg.Falcid.Bal.in conſil.cclxxvj. Verba ſtatutorum.in
fin.lib.iij.& in conſi.cccclxxviij. Quædam ſunt res.libro v.
Salic.in l.vlt.C.de pactis conuen, Caſtren.in d.l.pe.in prin.
& ibidem Alex.col.vlti.ff.ad leg.Falci.Socin.Sen.in conſi.
lxxxij.nu.8, ad finem.verſic.circa ſecundum. & nu.9.vbi de
induſtrialibus expreſſim ſic reſpondit, lib.iiij.Iaſon in l.ma-
ritus.in fine.C.de procurato, Afflictus in deciſ.xliiij.nu.5.
Idem dicimus de fructibus ciuilibus hoc eſt de vſuris: vt re-
ſpondit Soc.Sen.in dicto conſi.lxxxij.verſic.circa primum.
& de prædictis omnib, idem reſpondit Cor.in conſil.cxxix.
col.iiij.ver.applicando itaque.lib.iiij.qui dixit, non habere
dubium. Et hæc quidem traditio probatur primò.l.ſi ſtipu-
lata.§.j.ff.de don.inter vir.& vxo.ibi, ſi vxor præſtiterit ma-
rito annuũ, hoc eſt, fructus annuos; mortuo marito, mulier
conſequitur quod extat, id eſt fructus non conſumptos: ſed
extantes. Probatur ſecundo.l.vlt.C.de pact.conuen.vbi da-
tur facultas marito expendendi fructus paraphernalium in
communes vſus ſuos, & vxoris. ſi ergo non expendit: ſed ex-
tant, mulier illos cõſequitur. Et rurſus in fine datur facultas
vxori, cõſequendi vſuras, ſicque fructus ab ipſiſmet debito-
ribus, non obſtante mãdato marito facto: ſi ergo mulier po-
teſt non exactas exigere: ergo poterit, & exactas exiſtentes
conſequi: cum ſuo nomine exactæ fuerint. Accedit & tertio
ratio, quod cum dominium horum bonorum ſit ipſius mu-
lieris ſic etiam eius ſunt fructus ex illis prouenientes, quos
mulier vendicare poteſt.l.ſolum.§. meum. ff. de rei vendi.
Meũ eſt (inquit Celſus) quod ex re mea ſupereſt, cuius vin-
dicandi ius habeo.

Secundum eſt caput, quando fructus ſunt à viro conſum-
pti. Hoc in capite diſtinguendi ſunt aliquot caſus.
7 Primus eſt, quando maritus†conſumpſit contra volun-
tatem ipſius mulieris. Hoc in caſu, maritus tenetur hos fru-
ctus reſtituere ſiue ſint naturales, ſiue induſtriales, ſiue ciui-
les. Ita abſolutè cenſuit Bar.in d.l.pen.in prin.nu.3.ver.aut
ſunt conſumpti.ff.ad l.Falc.& ibidem Caſtren.& Alex.col.
vlt.Ruinus in rub.ff.ſol.mat.nu.198.Soc.Sen.in d.conſilio
lxxxij.nu.9.ver.aliquando, & ſecundò ſunt conſumpti.libr.
iiij.qui expreſſim de induſtrialibus reſpõdit. ſic & Afflictus
in d.deciſ.xliiij.nu.5. Et ij quidem moti ſunt textu l.de his.
in fi.C.de donat.inter vir.& vxor.quod quidem reſponſum
eſt clarum, & apertũ à fortiori in proprietate ipſius rei pa-
raphernalis. Secundò confert ſecundum Soci. quod cum ij
fructus fuerint percepti ex bonis ipſius mulieris, vendicari
illi poſſunt, aut eorum æſtimatio dicta l.ſolum.§.meum.ff.
de rei vendi.

Tertiò ſuffragatur, quod quando mulier declarauit ſuæ
voluntatis non eſſe, quod fructus ſic conſumerentur, dicitur
8 †reuocaſſe mandatum cuſtodiæ, & adminiſtrationis: cum &
tacita voluntate mandatum reuocetur, l.ante litem. & l.ſi
quis cum procuratorio.§.vlt.ff.de procurat.& reſpondit ad
rem Decius in conſil.dxxxj.nu.12. cum ergo maritus admi-
niſtratione carens cõſumpſerit, tenetur eos ſeu eorum æſti-
9 mationem reſtituere: ſicuti tenetur quilibet†malæ fidei poſ-
ſeſſor, vt ſcripſi in commentariis de recuperanda poſſeſſio-
ne, remedio decimoquinto.nume.590.numero 601.& nu-
mero 625. vbi demonſtraui; poſſeſſorem malæ fidei tene-
ri reſtituere fructus, tam naturales, quàm induſtriales, &
ciuiles,

Secundus eſt caſus, quando maritus conſumpſit fructus,
volente, & conſentiente vxore. Hoc in caſu quo ad fructus
induſtriales tres ſunt Doctorum opiniones. Prima fuit eo-
10 rum, qui abſolutè dixerunt, quod maritus†non tenetur hos
fructus ſeu eorum æſtimationem reſtituere: ſed dicitur illos
ſuperlucratus, quia mulier præſumitur donaſſe. Ita Barto.in
d.l.penult.in prin.nume.3.verſi.aut percepit.ff.ad l.Falcid.
Bald.in conſi.cclxxvj. Verba ſtatutorum.in fin.libr.iij.poſt
Cynum & Raynerium in l.vlti.C.de pactis cõue.& ibidem
Salice. Guido Papæ in q.cccclxviij.col.pe.ver.aut maritus.
Caſtren.in d.l.vlt.C.de pactis conue.l.pen.in princip.ff.ad
legem Falcid.& ibidem Alex.colum.vlt. Afflictus in deciſi.
xliiij.numer.5. Quæ quidem traditio probatur eo textu d.l.
vlt.C.de pact.conuen.

Cæterum reſpondet Caſtren.in conſilio centeſimono-
nageſimonono.ſuper primo libro ſecundo. dicta l.vltima.
loqui in vſuris, quæ & ſi inter fructus ſoleant connumerari,
vt ſcripſi in commẽtariis de recuperanda poſſeſſione, in re-
medio decimoquinto.numero 623. Nihilominus diuerſam
admodum rationem habent, à reliquis fructibus induſtria-
libus. Nam in induſtrialibus non eſt tantus labor vt in vſu-
ris, quæ à debitoribus inuitis exiguntur. Et rurſus lucrum
11 †vſurarum eſt odioſum, & inhoneſtum: & ideo facilius à
muliere remittitur.arg.l.cum poſt.in princip.ff.de iure do-
tium.& l.qui ſemiſſes.& l.cum quidam.§.primo. ff. de vſu-
ris. Quæ ſanè conſiderationes leues admodum mihi viden-
tur. Nam ita par labor, & induſtria conſideratur in perci-
piendis fructibus induſtrialibus quàm in exigendis vſuris,
Ita enim fieri poteſt, vt debitores ſint facilis exactionis: &

fructuum induſtrialium perceptio difficilis, ob temporum
iniuriam. Quod verò inquit Caſtrenſis, lucrum vſurarum eſ-
ſe odioſum, & inhoneſtum, nil ad rem noſtrã pertinet, cum
præſupponendi ſint termini habiles, quod ſcilicet agatur de
vſuris honeſtis, & iure permiſſis: alioqui nec iure aliquo
exigi poſſent. Quocirca dicendum eſt dicta l.vltima.C.de
pactis conuen.ita poſſe, & debere intelligi de fructibus in-
duſtrialibus, ſicuti & de vſuris: cum ita illi, vt hæ poſſint
concedi à muliere marito: & is ita induſtriam collocat in il-
lis percipiendis, vt in his exigendis. Confert ſecundò text.l.
fructus.ff.de vſuris. quo loci reſpondit Pomponius, quod
ſi maritus percipit fructus, ex re ſibi donata ab eius vxore,
quæ ſanè donatio non conſiſtit.l.prima.ff.de dona.inter vi-
rum & vxorem.& ſic dominium manet apud mulierem, ma-
ritus ille non reſtituit fructus induſtriales. Confert tertio
dicta l.de his.C.de donat.inter virum, & vxorem.vbi ſi mu-
lier nihil repetit ex proprietate paraphernalium à marito
conſumpta, ipſa muliere conſentiente, multò minus repetit
fructus ex illis bonis perceptos, & conſumptos.

12 Secunda fuit opinio eorum, † qui dixerunt, maritum in-
diſtinctè, & abſolutè teneri reſtituere hos fructus induſtria-
les, ſeu eorum æſtimationem. Ita gloſſ.in l.vbi adhuc.C.de
iure dotium.& ibidem Bald.& idem in l.vltima. C. de pa-
ctis conuent.& ibi etiam Angelus, & manifeſtius Caſtren.
in dicto conſilio cxcix. ſuper primo reperio, columna ſe-
cunda.verſicu.breuiter iſta diſtinctio libro ſecundo.& ean-
dem viſus eſt probare Socin. Sen. in dicto conſilio lxxxij.
numero 10.verſicul.tertia fuit opinio.libro quarto. Et pri-
mò quidem adducti ſunt text. dicta l.penulti.in princip.ff.
ad legem Falcidiam. quo loci reſpondit Scæuola, quod ſi
maritus adminiſtrauit paraphernalia vxoris, & ab ea fuit hę-
res in totum inſtitutus, & grauatus, vt decem vncias filio,
duas verò nepoti reſtitueret, debet ipſe maritus, vt ſciri poſ-
ſit, an locus ſit Falcidiæ, computare in patrimonio ipſius
mulieris, quod ex bonis illis paraphernalibus adminiſtratis
conſecutus eſt. Loquitur (inquit Caſtrenſis) abſolutè Scæ-
uola, tam de fructibus induſtrialibus quàm de naturalibus,
& tam de extantibus quàm de conſumptis. Nec vrget inter-
pretatio Bartol. cum dixit, Scæuolam affirmare quidem eſſe
de his fructibus reddendam rationem, ſed tamen non affir-
mare, quod reſtitui illi debeant. Nam (inquit Caſtrenſis)
non conueniret reſponſio facta interrogationi. Interroga-
tus fuerat Scæuola, an fructus illi ſint reſtituendi: ſi ergo di-
ceremus, Scæuolam reſpondiſſe, reddendam eſſe rationem,
reſponſio non conueniret interrogationi: Quæ conſidera-
tio Caſtrenſ. leuis eſt, quia ſi Scæuola reſpondit, eſſe red-
dendam rationem, & non dixit, eſſe reſtituendos, dicitur re-
ſpondiſſe negatiuè ipſi interrogationi, quo ad reſtitutio-
nem. Socin. in dicto conſilio lxxxij. numero 10. in fine acu-
tius conſiderauit, quod fruſtra redderetur ratio perceptio-
nis & adminiſtrationis fructuum, ſi nulla fieri deberet eo-
rum reſtitutio. Rectius & verius reſponderi poteſt primo,
Scæuolam loqui eo in caſu, in quo fructus ipſi extabant: ſi-
13 cuti ſignificat illud verbum, reſediſſe. Eſt enim reſidere † eſ-
ſe & firmiter ſtare. Vel & ſecundò, ſi intelligimus fructus
fuiſſe conſumptos, dicere poſſumus dicta l.penultim. nil ad
rem noſtram pertinere, ſolum enim reſpondit Scæuola, in
mulieris patrimonio, quod in rationem ille appellat, venire
& computari, quod maritus debuiſſet ex adminiſtratione
bonorum vxoris. Porrò quid deberet, vel non, Scæuola; non
definit. Nec definire potuit, cum ei propoſitum non fuiſſet,
quales ij eſſent fructus, & an extarent, vel conſumpti eſſent.
Voluit ergo dicere Scæuola, videndum prius eſt, quorũ fru-
ctuum debitor eſſet maritus, & eos deinde in mulieris pa-
trimonio computandos eſſe.

Secundò motus eſt Caſt. dicto in conſilio cxcix. colum.
tertia.verſicul.præterea ratio ſuadet & refert, ac probat So-
cin. Sen. in dicto conſilio lxxxij. numero 12. maritum non
facere hos fructus ſuos, ex quo non eſt bonæ fidei poſſeſ-
ſor: cum ex rebus alienis percipiat. Ille enim eſt bonæfidei
14 poſſeſſor, † qui poſſidet tanquam dominus, ſicque cogita-
tione domini, hoc eſt, quod credatur dominus.l.apud anti-
quos.C.de furtis. Sed quando quis ſcit non eſſe dominum,
& percipit tanquam de re aliena, videtur percipere nomine
domini.arg.l.ab vno.ff.de negotiis geſtis.& l.familiæ.ff.fa-
mil.erciſcund.vbi Barto. Et ideo ij fructus (dicunt Caſtren-
ſis & Socinus) ſtatim effecti ſunt vxoris, perinde ac ſi ipſa
percepiſſet, & extantes poterat vendicare, conſumptos ve-
ro condicere.l.certum.C.de rei vend. Verum reſpondetur,
quod cum mulier conſenſerit adminiſtrationi & conſum-
ptioni factæ à marito, præſumitur ei donaſſe fructus illos
conſumptos: atque ita effeciſſe maritum ipſorum fructuum
conſumptorum dominum.

Tertiò motus eſt Caſtrenſ. præcitato in loco & Socin, in
dicto conſilio lxxxij. numero 12. verſicu.confirmantur præ-
miſſa, quod ſi de pomis & ſic fructibus naturalibus ratio eſt
reddẽda, etſi modici ſint valoris, & quam vt plurimum con-
ſumuntur in promiſcuos vſus: quantò magis de fructibus
induſtrialibus: qui multi valoris ſunt. Reſpondetur conſide-
rationem hanc non concludere: cum fructuum naturalium
alia ſit ratio. Nulla enim ibi extat mariti induſtria. Nec ve-
rum eſt, tenuis valoris reſtitui, vt dicemus infra.

15 Tertia fuit opinio eorum, † qui diſtinguebãt, quod aut ij
fructus induſtriales conſumpti fuerunt in vſus ipſiuſmet
vxoris, vel in communes vſus & tunc ij non reſtituuntur. Et
hoc caſu locum habet prima illa opinio Bartol. & ſequa-
cium. Aut fuerunt conſumpti in vſus proprios ipſius mari-
ti, & tunc tenetur reſtituere. Ita procedit opinio gloſſæ &
aliorum, qui eam ſecuti ſunt, ſic diſtinguunt Baldus in l. ſi
viua matre.C.de bonis maternis.& in conſilio cccclxxviij.
Quædam ſunt res.libro quinto. Angelus & Imola in dicta l.
penultima.ff.ad legem Falcidiam. Franc. de Albergotis in
conſilio, quod eſt relatum in additionibus ad Bartolum, in
conſilio cxxv.libr. primo. Idem tradunt Campegius in tra-
ctat.de dote parte prima quęſtio.ſeptima.& Corne.in con-
ſilio cxxix.colum. quarta.libro quarto. Hæc diſtinctio non
probatur lege: & quemadmodum primo in caſu non fit re-
ſtitutio, ita nec etiam in ſecundo. Cum enim in communes
promiſcuoſque vſus, maritus conſumit hos fructus, rectè id
facit, lege ſcilicet permittente dicta l.vltima. C. de pactis
conuen. Ibi. Et vſuras quidem eorum, circa ſe & vxorem
expendere. Secundo vero in caſu maritus etiam rectè con-
ſumit, cum permittente conſentienteque ipſa vxore fa-
ciat.

De fructibus naturalibus perceptis & conſumptis à ma-
rito conſentiente vxore, diſtinguit Bartol. in dicta l.penul-
tima.numero tertio.verſic.ſi verò ſunt fructus, quod ſi ſunt
fructus multi valoris, & ij non præſumuntur donati à mu-
liere ipſi viro, qui propterea eos tenetur reſtituere, inquan-
tum factus eſt locupletior. Idem affirmarunt Baldus in con-
ſilio ccxciij.factum ſic proponitur.columna vltima.verſic.
quantum ad primum & in conſ.ccccxxxvij.ſuper dubia col.
2.ver.& breuiſſime.lib.iij. Alexand. in dicta l.penultima.in
princip.columna vltima.verſic.quæ videtur. Soc. Sen. in di-
cto conſilio lxxxij.nume.8.verſi.circa ſecundum libro iiij.
Afflictus in deciſi.xliiij.nu.5.

Et motus eſt Bartol. textu l.ſi ſtipulata.§.primo.ff.de do-
natio.inter virum & vxorem.vbi ſimiliter quid annuum, id
eſt fructus annuos, vt diximus ſuprà præſtiterit viro, & ex
eis factus ſit locupletior, condicit mulier. Intelligi hic lo-
cus debet de fructibus naturalibus, cum de fructibus an-
nuis, qui præſtantur à muliere ſine induſtria mariti. Intelligi
etiam debet, quando fructus ſunt multi valoris, quia modi-
ci valoris non repetit mulier, ſicuti probat.l.ſi id quod.§.ſi
quas.ff.eodem titul. Hanc ſententiam manifeſtius probat
reſponſum eiuſdem Vlpiani in l.ex annuo.ff.eodem.de do-
natio.inter virum & vxorem.ex annuo vel menſtruo inquit
Vlpianus, quod vxori maritus præſtat, quod ſupereſt reuo-
cabitur, ſi ſatis immodicum eſt, id eſt, ſupra vires dotis, ſi
maritus, cuius maior eſt liberalitas dicta l.ſi ſtipulata.§.pri-
mo.multò magis cõdicit ipſa mulier. Cõdicitur ergo quod
eſt magnum, non autem quod eſt modicum vt ſtatim dice-
mus, Confert.l.vtrum.ff.eodem titulo.de dona.inter virum
& vxorem.arguendo ab expenſis ad fructus. Ibi enim ex ge-
nere & modo impenſæ, fit coniectura, an eam donauerit ma
ritus vxoris negotium gerens; ſi enim magna eſt donaſſe
non cenſetur, ſicuti nec fructus. Cum dixerim ex Bartol. &
ſequacium ſententia, maritum reſtituere prædictos fructus
16 naturales † magni valoris, quatenus ex eis factus eſt locu-
pletior, obſeruandum nunc exiſtimo, maritum præſumi fa-
ctum



ctum locupletiorem. Ita Bald. in dicto conſilio ccxciij. &
conſilio ccccxxxvij.

Naturales verò fructus percepti, & conſumpti à marito
17 conſentiente muliere, ſi modici † valoris erant, non reſti-
tuuntur: ſed donati præſumuntur. Ita Bartol. in d.l.penult.in
prin.nu.3.verſic.aut ſunt parui, & ibidem Alexand.col.vlti.
verſi.quæ videtur. Afflictus in dicta deciſ.xliiij.nu.5.& alij,
quos ſupra commemoraui. Et probat dicta l.ſi id, quod.§.j.
ff.de donatio.inter virum & vxorem. Confert etiam.l.vtrũ.
ff.eo.titu.cui ſimilis eſt. l.omnino.ff.de impen.in reb.dota.
factis. Qui autem multi vel modici ſint valoris fructus, cre-
18 do † relinqui iudicis arbitrio: ſicuti colligitur ex d.l.vtrum.
quam ſic viſus eſt interpretari Euerardus in centuria legali,
in loco à veriſimili.nu.18.

Tertius eſt caſus, quando ſumus in dubio, vt quia non ap-
paret, quod mulier conſenſerit, vel cõtradixerit perceptio-
ni, & conſumptioni fructuum. Hunc caſum omiſit Barto. in
dicta l.penulti.ff.ad legem Falcid. ſicuti aduertunt Socin.&
alij, quos nunc referam. Hoc in caſu dicendum eſt: non præ-
19 ſumi † mulierem cõſenſiſſe: & propterea maritum teneri re-
ſtituere omnes fructus, tam induſtriales quàm naturales. Ita
Baldus in conſi.ccxciij. Factum ſic proponitur.col.vlt.verſ.
quantum ad primum lib.iij. Andreas Alphæus inter cõſilia
Baldi in conſi.ccclxvj. Ad euidentiam dicendorum.libro ij.
Franc. Albergotis in dicto conſilio relato in additionibus
ad Bar.in d.conſi.cxxv. Alex.in d.l.pen.in prin.nu.4.verſic.
aut voluntas mulieris eſt.ff.ad l.Falc. Idem in conſi.xlij.nu.
2.verſi.ſi verò voluntas.lib.ij. Ioan. Campegius in tracta.de
dote, parte prima.q.ix. Rui.in conſil.clxij.n.26.lib.iij.& in
Rub.ff.ſol.ma.nu.198.ver.ſi vero. Soci. Sen.in conſi.lxxxij.
nu.13.ver.aliquando & tertio, & nu.15.verſ.ſed quando vo-
luntas.lib.iiij. Alciat.in reſp.ccliiij.n.3. Gratus in conſ.liiij.
nu.42.& 46.lib.j.& Craue.in conſi.cxciij.in fin. Nec à præ-
dictis diſſentiunt Comenſ.in conſi.ciiij. Quæritur nunquid.
& Iaſon in l.maritus.in fin.C.de procura. quos ſic refert Af-
flictus in deciſ.xliiij.nume.8. Cum Comenſis, & Iaſon non
loquantur de fructibus, ſed de re ipſa principali, an ſcilicet
debeat dici paraphernalis vel extra dotem: & reſpodit, quod
ob longam adminiſtrationem à marito factam, permittente
ipſa muliere, præſumitur paraphernalis: ſicuti diximus ſupe-
riore præſumptione in fine. Et licet Afflictus dixerit Conſi-
lium illud Neapolitanum ita pertranſiuiſſe in hoc dubio:
attamen exiſtimo Afflictum ſenſiſſe de dubio principali,
quod ibi erat, an illa bona eſſent paraphernalia: vt dubium
hoc propoſuit ibi Afflictus. numero 3.verſicu.modò videa-
mus.& numero 4. Nullus itaque eſt, qui hactenus à prædi-
cta recepta opinione diſſenſerit. Qua propter in iudiciis
obſeruanda erit: tametſi rationes & argumenta, quibus ad
eam firmandam vſi ſunt Doctores, facili negotio poſſent
euitari, Et primò quidem adducitur dicta l.penul.in princi.
ff.ad l.Falcid. quam diximus ſuprà nil ad rem pertinere. Se-
cundò quod donatio non præſumitur.l.cum de indebito.ff.
de probatio.tum maximè in muliere, quæ ſui natura dicitur
auara.l.ſi ego.ff.ad S.C. Velleia.& l.ſi ſtipulata.in fine.ff.de
iure dotium. Quę ſanè regula vera eſt, niſi alia repugnet for-
tior coniectura, qualis hæc eſt, quando mulier paſſa eſt fru-
ctus conſumi à marito pro libera eius voluntate. Tertium
etiam argumentum nil vrget, cùm dixerunt ex congruẽtia,
quia vir debet alere vxorem ex propriis bonis: non autem
vxor debet alere virum, niſi maritus ſit inops: vt dixerunt
Baldus in conſilio cccclxxviij. Quædam ſunt res. libr. quin-
to.& Socin. Sen. in dicto conſilio lxxxij. numero decimo-
quarto.lib.iiij. Nàm reſpondetur, & concedimus argumen-
tum, quod non concludit: etſi enim mulier non tenetur ale-
re maritum: non tamen ſequitur, quin poſſit ipſa fructus
ſuos dare viro, vel pati vt eis vtatur vir ad cõmunem vſum.
Quartum argumentum, quo dicunt præcitati Doctores,
mulierem haberi pro diſſentiente, ob id, quod mariti reue-
rentia perterrita auſa non eſt contradicere, iuxtà l.primã.§.
quæ onerandæ.ff.quarum rerum act.non datur, & tradit Bar
tol.in l.quæ dotis.in fine.ff.ſoluto matrimo. Cæterùm non
concludit: quia quando de vno diſputamus, reliqua præſup-
ponuntur habilia.l.qui teſtamento.ff.de teſta.& capitu.j.de
ætate, & qualit.in vj. Hic etenim præſupponẽdum eſt, quod
mulier potuerit conſentire, & quod conſenſus fuerit verus,
& liber, alioqui fruſtra diſputaremus, an cenſeantur remiſſi,
& donati fructus illi à marito conſumpti. Præterea ſola re-
uerentia non ſufficit, ſed requiruntur verbera, vel ſaltem mi-
næ, vt declarat Iaſon in dicta l.quæ dotis.numero 96. Quin-
tò & vltimò argumentantur præcitati Doctores, quod hæc
conſumptio fructuum, reſpicit præiudicium mulieris, ob id
illa tacens habetur pro contradicente.l.qui vas.§.vetare.ff.
de furtis. Non ergo mulier dicitur remiſiſſe, & donaſſe hos
fructus, ſed tenetur eos reſtituere, ſeu eorum æſtimationem
præſtare. Hoc etiam argumentum non vrget, quia tacens
20 † habetur pro cõſentiente, quando vltra taciturnitatem in-
teruenit aliquis actus poſitiuus. Ita poſt alios explicat Ia-
ſon in dicta l.quæ dotis.numero 99.ff.ſoluto matrimon.ſi-
cuti interuenit in caſu noſtro, nempè conſumptio ipſorum
fructuum. Hic autem caſus locum multò magis habet in
muliere minore: quæ legitimo conſenſu carere dicitur. Ita
in ſpecie aduertit Campegius in dicta quæſtio. nona. verſi-
ſicul.accederet etiam. His declaratur ſtatutum Bononiæ li-
bro quarto, ſub rubric.de dotibus reſtituendis.§. Præterea,
quo cautum eſt, quod præſumatur mulier conſenſiſſe mari-
to, qui fructus percepit, niſi voluntas cõtraria legitimè pro-
betur. Prædictum ſtatutum corrigit primum ius commune,
quando mulier eſt ætate maior: Cum (vt diximus) ſecũdum
ius commune non præſumatur conſentire. Quando verò
mulier eſt ætate minor, locum non habet ſtatutum: quod in
ea non potuit pręſumere conſenſum, ex quo conſentire nec
expreſsè potuiſſet. Et quod in muliere ætate maiore, ſtatu-
tum prædictum corrigat ius commune, in ſpecie reſpondit
Gratus in conſilio quinquageſimoquarto.numero quadra-
geſimoquinto.libr.primo. Et dum requirit legitimam pro-
bationem contrariæ voluntatis, an reiiciat præſumptiones,
reſpondit ipſe Gratus in dicto conſilio liiij. numero quin-
quageſimotertio. ſed Monterentius in additio. ad ſtatutum
conciliat. Et ad rem aliqua ſcripſi ſupra libro primo, quæ-
ſtione xxxviij.

Declarantur prædicti omnes caſus, vt locũ non habeant,
21 quando † mulier nullam dotem cõſtituit marito. Nam tunc
præſumitur, voluiſſe habere fructus loco dotis. Ita reſpon-
dit Baldus in conſilio cclxxvj. Verba ſtatutorum.ad finem.
verſicul.ſequitur videre.libro tertio. quem ſecuti ſunt Rui-
nus in Rubric.ff.ſoluto matrimonio.numero 190.verſicul.
ſed contrarium puto, & numero 200.verſicul.ſed ſi nulla.&
Crauet.in conſilio cxciij.in fin. Et inquit Ruinus. dicto nu-
22 mero 200. hoc præſertim locum habere, quando † maritus
diu poſſedit dicta bona. Et ſubiungit ibidem Ruinus, nume
ro 201. quid in fructibus percipiendis. Qua de re nunc non
diſputo. Eſt etiam hic aduertendum, fructus non præſumi
23 † conſumptos, ſed adhuc extare: Et ideò maritus, qui aſſe-
rit fuiſſe conſumptos, probare debet: cum conſumptio ſit
quid facti, quod non præſumitur. l.in bello.§.factæ.ff.de ca-
ptiuis & poſtlim.reuerſ.& dicemus infrà libro ſexto præ-
24 ſumptio.vigeſimaoctaua. Et prætereà: res † quamuis mobi-
lis ſit, præſumitur extare, niſi amiſſa probetur. l. ſi quis ex
argentariis.§.an verò.ff.de edend.& explicabimus infra li-
bro ſexto.præſumpt.xxxiiij.vbi agemus, quando præſuma-
tur res amiſſa. Et in ſpecie noſtra ita ſcripſerunt Baldus in
conſilio ccxciij. Factum ſic proponitur.columna vltim.ver-
ſicul.quantum ad aliud.libro tertio.& Alexand. in dicta l.
penultima.in princip.columna vltima.verſicu.cum autem.
ff.ad legem Falcid. Cæterùm à prædictis diſſenſerunt Sali-
cetus in lege vltima.C.de pactis conuen. Comenſis in con-
ſilio ciiij.columna ſecunda verſicul.quantum autem, & eſt
ſubſcriptio Floriani.& Socin. Senio. in conſilio lxxxij.nu-
mero 22.libro quarto. Ea ratione ij moti ſunt, quod fructus
in dies conſumuntur: nec præſumuntur durare vltrà trien-
25 nium. Crediderim hac in re eſſe multum tribuendum † iudi-
cis arbitrio, qui pro qualitate fructuum, perſonarum, & tem
poris iudicabit, an conſumpti, vel extare dicãtur. Fieri nam-
que poteſt, vt tenues eſſent fructus, & ſatis inops maritus, &
iam multo tempore percepti fructus, vt veriſimile ſit, con-
ſumptos illos fuiſſe. Fieri etiam poteſt econtra, quod multi
magnique valoris ſint fructus, & maritus diues, & non ſatis
multò tẽpore fuerint percepti, ita quod probabile ſit, non
fuiſſe adhuc conſumptos.

26 Qui autem, & quot fructus percepti fuerint, † coniectu-

ris probatur. Ita Baldus in conſilio cccxxiij. Proponitur, quod dominus. in fine. libro ſecundo. qui dixit, quod ſicuti ex fructib, colligitur valor rei: ſic ex valore rei colligi poſſe fructuum perceptionem. Ita dicimus expenſas coniecturis probari. Bar. in l. cum ſeruus. ff. de verb. oblig.

Prædictæ omnes diſputationes ceſſant hac in ciuitate Padue, in qua extat ſtatutum ſub rub. de ſucceſſionibus mulierum. capitu. ſi aliquis acceperit vxorem, quo cautum eſt, quod maritus lucretur fructus omnium bonorũ paraphernalium vxoris, & vndecunque venientiũ: qui fructus de iure communi ſpectarent vxori. Quod quidem ſtatutum, apparet in multis correctorium iuris communis.

## PRAESVMP. X.

### Dos quando à muliere donata præſumatur ſtipulatori, ab illa adhibito, vt ſoluto matrimonio dos ipſa, ei reſtitueretur, luculenta, & diligens explicatio.

### SVMMARIVM.

1 *Coniecturis in claris non eſt opus.*
2 *Stipulator adhibitus ad reddendam ſibi dotẽ ſoluto matrimonio morte mariti, præſumitur adhibitus, tanquam mandatarius. Et quid ſit, ſi morte mulieris matrimonio ſoluto ſibi reddi ſtipuletur. numero 5.*
3 *Donatio non præſumitur in dubio.*
4 *Dotem mulier, verum expreſſe poßit alteri donare.*
5 *Donatio in muliere minus quam in viro præſumitur.*
7 *Stipulatorem ad dotem ſibi reddendam adhibitum, matrimonio ſoluto ſimpliciter, tanquam procuratorem adhibitum cenſeri.*
8 *Stipulator adhibitus ad reddendam ſibi partẽ dotis, matrimonio morte mulieris ſoluto, animo donandi cenſetur adhibitus.*
9 *Iura, & actiones defuncti tranſeunt in hæredem ſuum.*
10 *Facti quæ ſunt, non præſumuntur.*
11 *Honeſtas mulieris non patitur, vt iudicum ſubſellia frequentet.*
12 *Teſtator relinquens aliquid creditori voluntario, non animo compenſandi, ſed vt vtrunque haberet, præſumitur reliquiſſe.*
*Idem ſi ipſe teſtator non eſſet debitor. nu. 13.*
14 *Debitum neceſſarium legatum creditori, præſumitur animo compenſandi relictum.*
15 *Hæreditatem agnoſcens etſi damnoſam, legata præſtare adſtringitur.*
16 *Donationem non in toto nec in parte præſumi, quomodo intelligẽdum.*
17 *Stipulator adhibitus ad reddendam ſibi dotem, caſu, quo matrimonium per mortem mulieris ſolueretur. donandi animo interueniſſe præſumitur, ex opinione Bar.*
18 *Dotem ſibi reddi, an ad ſtipulandum quis poßit adhiberi, alio caſu quam matrimonio morte mulieris ſoluto, & nu. 19.*
20 *Mulier ſibi in dote ſua præiudicare poteſt.*
21 *Dotis actionem, conſenſu filiæ, pater ſibi appropriare poteſt.*
22 *Dotem ſibi reddi ſtipulando adhibitus, quando procuratorio nomine, factum præſumatur.*
23 *Actus ob cauſam præcedentem factus præſumitur.*
24 *Stipulatus ſibi dotem reddi, non adhibitus à muliere, ſed ea patiente, animus donandi non præſumitur.*
25 *Dotem ſibi reddi, adhibens ad ſtipulandum aſcẽdentem, animo donandi mulier feciſſe præſumitur.*

DVBITARI ſæpe contingit, quando mulier viro dotem conſtituit, & ſtipulatorem adhibet, qui dotem ſibi reddi ſoluto matrimonio ſtipulatur; an is ſtipulator adhibitus ſit à muliere, vt ei dotem illam donaret, vel vt is tanquam mulieris mandatarius, dotẽ exigeret? Hac in diſputatione diſtinguendi ſunt aliquot caſus.

Primus eſt, quando verſamur in caſu claro, in quo apparet, mulierem voluiſſe adhibere ſtipulatorem illum, vt ei dotem exigendam donaret: vel etiam clarè conſtat, adhibitum ſtipulatorem tanquam mandatarium. Hic caſus nõ ha-
1 bet dubitationem. Et in claris non eſt opus † coniecturis, l. ille. aut ille. §. cum in verbis. de leg. iij. & l. cõtinuus. §. cũ ita. de verbo. obliga. Et hunc caſum admittunt omnes. in l. quæ dotis. ff. ſol. matrimo. ibi Iaſon. nume. 9. in fine. & Bologne. numero 35.

Secundus eſt caſus, quando ſumus in dubio, & ſtipulator ille fuit adhibitus ad ſtipulandum ſibi reddi totam dotem, ſoluto matrimonio morte mariti. Hoc in caſu præſu-
2 mitur † adhibitus ad ſtipulandum, non animo donandi, ſed tanquam mandatarius. Et hoc quidem ea ratione prima,
3 quod donatio † in dubio non præſumitur, quando alia coniectura ſumi poteſt. l. elegãter. §. qui reprobos. ff. de pignorat. actio. & l. ſi cum aurum. ff. de ſolutio. Id quod maxime procedit in muliere, quæ auara ſui natura creditur, vt ſtatim dicemus. Hic autem alia ſumi poteſt interpretatio quàm donationis, nempe, quod mulier adhibuerit ſtipulatorem illum, vt magis idoneum, & diligentem dotis exactorem. Eſt & alia ratio, quia non præſumitur mulierem voluiſſe donare dotem, vt indotata deinde maneret, & non poſſet ſecundo nubere: Impedirentur enim ſecundæ nuptiæ, quod iure permiſſum non eſt, vt in integro illo tit. C. de indicta vid.
4 tollen. Immo ſecundum aliquos nec quidem expreſsè † poteſt donare dotem, vt impediatur nubere ſecundo, vt tradunt Caſtren. & Iaſon in dicta l. quæ dotis in primo notab. & Baldus Nouellus in tractat. de dote, parte ſexta, priuilegio lxix. numero ſecundo. Qua de re infra dicemus. Et hoc in caſu procedere poteſt opinio eorum, qui ſcripſerunt, ſtipulatorem hunc cenſeri adhibitum, non animo donandi, ſed tanquam mandatariũ. Qua in opinione fuerunt multi, quos referam infrà in caſu ſubſequenti.

Tertius eſt caſus, quando ſumus in dubio, & ſtipulator ille fuit adhibitus ad ſtipulandum ſibi reddi totam dotem,
5 ſoluto matrimonio † morte ipſius mulieris. Hic caſus habet maiorem dubitationem, quàm præcedens. Dicendum tamen eſt, non animo donandi, ſed tanquam procuratorem ſtipulatorem illum fuiſſe adhibitum. Hac in opinione fuerunt interpretes omnes, dum ſimpliciter ſcripſerunt, non animo donandi præſumi adhibitum ſtipulatorem. Ita gloſſ. j. in l. quæ dotis. ff. ſoluto matrimo. gloſſ. in l. Seia. ff. de dote præleg. & in l. cum maritus. § vlti. ff. de pactis dota. Bar. in d. l. quæ dotis. numero 2. qui hoc in caſu ſecutus eſt antiquos. Idem affirmarunt Cynus, & Salycetus in l. ij. C. de iure dotium. Baldus in l. ſi filiæ. quæſtio. ſeptima. C. famil. erciſcun. communem teſtatur Iaſon in d. l. quæ dotis. nu. 10. & nume. 11. & Claudius nume. 2. Campegius in tractat. de dote parte iij. nu. 108. Bal. Nouellus in tract. de dote parte vj. priuil. lxix. & Lucas de Penna in l. iij. in præſum. clxvij. C. de apochis pub. lib. x. Et hæc quidem ſententia probatur.

Primò ea ratione, quod donatio in dubio non præſumitur. l. cum de indebito. §. primo. ff. de probat. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pigno. actio. & l. ſi cum aurum. ff. de ſolutio. & latè ſcripſi. lib. ij. de arbitrariis iudicũ. caſu lxxxviij. columna prima.

Secundò accedit, quod in muliere præſumi multò minus
6 poteſt donatio, † quàm in viro: cũ mulier ſui natura ſit auara. l. ſed ſi ego. in fine. ff. ad S. C. Velleian. & ſcripſi ſuprà in præſumpt. vj.

Tertiò confert text. l. ſi mulier de ſuo. ff. de iure dotium, vbi ſi mulier dotem marito dedit, & matrẽ adhibuit, vt dos ſibi reſtitueretur: filia ipſa nõ prohibetur mutare dotale inſtrumentum. Non ergo dicitur filia donaſſe matri: alioqui impediretur mutare ipſum inſtrumentum.

Quartò accedit tex. l. cum maritus. §. vlt. ff. de pact. dotal. de quo dicemus ĩ. in quinto caſu.

Quintò ſuffragatur tex. l. cum quis decedẽs. §. nuptura. ff. de lega. iij. quem explicabimus ĩ. in quinto caſu.

Quartus eſt caſus, quando ſumus in dubio, & ſtipulator ille fuit adhibitus ad ſtipulandum ſibi reddi totam dotem, ſoluto matrimonio ſimpliciter: Id quod poteſt intelligi, vel diuortio, vel morte ipſius mulieris, vel morte mariti. Hoc in caſu Doctores commemorati ſuperiore caſu, præſertim Salicetus in l. ij. columna ij. verſicul. ſi totam. C. de iure dotium, Sentiunt, non cenſeri adhibitum animo donandi, ſed
7 † tanquam procuratorem. Quandoquidem ſiue conſideramus diſſolutionem matrimonij, morte mariti, locum habẽt rationes cõſideratæ ſuprà in tertio caſu: ſi verò cõſideramus ſolutionem matrimonij, morte mulieris, procedunt rationes allegatæ ſuperiore in caſu. Et in dubio hoc, præſumitur adhibitus ad ſtipulãdum in caſu ſoliti matrimonij per mortem mu



tem mulieris, ne aliàs indotata maneat, cõtra. l. ij. ff. de pact. dota. ſic declarat Bal. Nouell. in tracta. de dote par. vj. priuilegio lxix. nu. 2.

Quintus eſt caſus, quando ſumus in dubio, & ſtipulator ille fuit adhibitus ad ſtipulandum ſibi reddi partem dotis, ſoluto matrimonio morte ipſius mulieris. Hoc in caſu rectè ſcripſit Bar. in d. l. quæ dotis. nu. 2. ff. ſolut. matr. quem ſecuti ſunt Ang. & Salicetus, vt ibi refert Bologne. nu. 35. in fine, ſcripſit inquam Bar. præſumi illum adhibitum ad ſtipu-
8 landum animo † donandi. Et hæc quidem ſententia, quæ & mihi placet, his iuribus probatur.

Primò ex d. l. quæ dotis, vbi ſtipulator adhibitus eſt à muliere, ad ſtipulandum partem dotis ſibi reddi à marito, cui eam dare promiſerat mulier & ſi numquam dederit. Deinde deceſſit mulier: hærede inſtituto marito, qui hæreditatem adiuit. Ille ſtipulator conuenit maritum hæredem, vt ſibi reſtitueret partem illam dotis, quam ſibi reddi ſtipulatus fuerat. Reſpondit Aphricanus, quod etſi maritus ille adiuerit hæreditatem illam damnoſam; quod nihilominus tenetur reſtituere partem illam dotis. Hic apparet ſtipulatorem illum fuiſſe adhibitum animo donandi; quia ſi fuiſſet adhibitus tamquam procurator, fruſtrà fuiſſet dubitatum apud Aphricanum; an maritus teneretur reſtituere partem illam dotis: quia ſi maritus fuit hæres mulieris, & ob id, ſi
9 iura † & actiones ipſius mulieris tranſierunt in ipſum maritum hæredem, vt vulgatum eſt, ſequeretur dicendum, quod ſtipulator ipſe nihil potuiſſet petere à marito illo, quemadmodum non potuiſſet ab ipſa muliere ad cuius vtilitatem fuiſſet ſtipulatus. Verùm quia ſtipulatus eſt ad vtilitatem propriam, ob id animo donandi præſumitur à muliere adhibitus; atque ita à marito hærede mulieris, partem illam iure petebat. Et ſi dicatur, eſſe aduertendum, quod licet concedi poſſit, ſtipulatorem illum fuiſſe adhibitum animo donandi: attamen is animus donandi non colligitur ex eo ſolo, quod adhibitus ſit ad ſtipulandum partem dotis; ſed quia expreſſum fuerat ab ipſa muliere, quod ipſi ſtipulatori donabat partem illam dotis. Nam reſpondetur, hanc eſſe maximam diuinationem, cum non appareat de expreſſa ip-
10 ſa donatione. Et certum eſt, quod ea, quæ † facti ſunt, non præſumuntur. l. in bello. §. factæ. ff. de captiuis, & poſtlim. reuerſ. cum ſimil. Hic ergo animus donandi colligitur ex eo, quod adhibitus ille fuit ad ſtipulandum ſolam partem ipſius dotis. Non enim ita eſſet, quando fuiſſet adhibitus ad ſtipulandum totam ipſam dotem. Et ratio differentiæ eſt, præter Barto. & alios quia quando adhibuit ad ſtipulandum totam dotem ei reddi, is ſtipulator videtur adhibitus ob id, quod ſit magis idoneus, & diligens exactor, & quia in iudicio, facilius & honeſtius eſſe poteſt quàm mulier, cuius
11 honeſtas † non patitur, vt iudicum ſubſellia frequentet. Hęc ratio ceſſat, quando ſtipulator fuit adhibitus ad ſtipulandum partem tantùm ipſius dotis. Quandoquidem ſi cauſa vnius partis dotis voluit eſſe poſſe in iudicio, & ſe idoneam exactricem exiſtimauit, idem eſſet dicendum de alia parte. Cum ergo ceſſet iſta cauſa, nec alia excogitari poſſit quàm donationis. ipſa donatio præſumenda eſt.

Non etiam obſtat hic illa interpretatio Comenſis, quam commemorat & probat Iaſon in d. l. quæ dotis. numero 15. cùm dixit, ibi non fuiſſe dubitatum, an animo donandi adhibitus fuerit ille ſtipulator, vel tamquam procurator: ſed tantum dubitaſſe Aphricanum, an is maritus, qui adiuerat hæreditatem damnoſam, conueniri potuerit ab eo ſtipulatore. Nam reſpondetur, Aphricanum ibi diffiniuiſſe, an ille maritus conueniri potuerit: ſed id quidem non niſi præſuppoſito iure ſtipulatoris exigendi eam partem dotis, quam exigere non potuiſſet à marito, ſi ſolùm adhibitus fuiſſet ad ſtipulandum tamquam procurator: quia (vt dixi) nulla ipſi ſtipulatori competijſſet actio, contra maritum hæredem mulieris, ſicuti nec contra ipſam mulierem conceſſa ei fuiſſet. Non etiam obſtat, quod ſubiungebat idem Comenſis probatus à Iaſone præcitato in loco; cum dixit, ſtipulatorem illum fuiſſe creditorem mulieris, atque ita tamquam talem, non autem animo donandi fuiſſe à muliere adhibitum. Nam reſpondetur, ſtipulatorem numerari inter creditores ab Aphricano reſpectu exactionis, atque ita poſt ſtipulationẽ adhibitam: non autem quod antea creditor eſſet. Nam illa eſſet diuinatio, & præſumere factum, hoc eſt, illum credidiſſe aliquid mulieri.

Secundò accedit tex. l. ij. C. de iure dotium, qui eandem fermè ſententiam habet cum d. l. quæ dotis, de qua diximus ſupra in ea l. ij. mater habebat Sæiam, & Pollã filias; & nuptum collocauit Pollam, quam paſſa eſt ſtipulari ſibi reddi partem dotis proprio marito numeratam, quæ alioqui erat reſtituenda matri dotanti. Deceſſit mater, hærede inſtituta Polla, pro tertia ſuorum bonorum parte; Dubitatũ fuit, an Polla petere poſſet portionem illam dotis. Et reſpondendũ videbatur, petere non poſſe: quia mater inſtituendo Pollam ipſam, in tertia parte ſuæ hæreditatis, videtur voluiſſe compenſare cum ea portione dotis ſtipulata à Polla ſibi reddi: iuxta tex. l. huiuſmodi. §. cum pater. de leg. j. & l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſolu. matr. & vtroque in loco ſcribunt interpretes. Contrarium tamen fuit diffinitum ab Antonino Imp. quod imò Polla conſequi poſſet partem dotis ſibi reddi ſtipulatæ, atque ita locum non eſſe compenſationi.
12 Ratio eſt, quia quando teſtator † relinquit aliquid creditori voluntario, præſumitur reliquiſſe non animo compẽſandi, ſed vt vtrumq; habeat. l. creditorem. ff. de lega. ij. & l. vnica. §. ſciendum. C. de rei vxo. act. Et rurſus non pręſumi-
13 tur à teſtatore relictum animo compenſandi, † quando ipſemet teſtator non erat debitor, vt reſponderunt Corne. in conſi. cclxxxviij. col. vlt. ver. inſuper non cadit. lib. j. & Soci. Iun. in conſ. lxxix. nu. 83. & nu. 112. lib. iij. qui alios commemorant. In caſu itaq; d. l. ij. quod Pollæ debebatur, debitum erat voluntarium mariti Pollæ, non autem neceſſarium matris. Et ideò locus eſſe non potuit compẽſationi. Quod autem eſſet ibi debitum voluntariũ mariti Sæiæ apparet, quia & voluntate matris dotantis, & conſenſu ipſius mariti adhibita fuit Polla ad ſtipulandum: atque ita debitum habuit initium voluntarium, ſicque voluntarium verè dicitur iuxtà declarationem Imolæ in lege ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſoluto matrimon. & Alexand. in dicta lege huiuſmodi. §. ſi pater. de legat. primo, & ſcripſi in commentariis de arbitrariis iudicum. libr. ij. caſu clxxxij. numero quinquageſimoſecundo. & in conſil. lvj. numero 15. libro j. Et præterea fuit debitum alienum, nempe mariti ipſius Pollæ quia mater dotans iam animo donandi (hæc pars ad rem noſtrã pertinet) permiſit Pollam ſtipulari ſibi reddi partem illius dotis, atque ita titulo donationis, pars illa dotis effecta fuit propria ipſius Polæ, ob id locus eſſe non potuit compenſationi. Ille autem animus donandi, non ex alio ſumi poteſt, quam ex eo, quod paſſa eſt mater Pollam filiam ſtipulari ſibi reddi partem dotis, ſicuti contingit in caſu. d. l. quę dotis. ff. ſolut. matr. de qua diximus ſupra.

Non enim aliunde donandi animus colligi poteſt illo in caſu. Nec obſtant. d. l. huiuſmodi. §. cum pater. de leg. primo. & dict. l. ſi cum dotem. § ſi pater. ſoluto matrim. allegata ſupra pro ratione dubitandi, quia illa procedunt, quando debitum fuit neceſſarium, vt ibi omnes declarant. Nam
14 tunc legatum ipſi † creditori, præſumitur animo compenſandi relictum.

His intelligimus, minus rectè ſenſiſſe antiquos illos interpretes, qui opinati ſunt, & hoc in caſu, præſumi adhibitum hunc ſtipulatorem, non animo donandi, ſed tanquam mandatarium & procuratorem; Sicuti hac in opinione fuit gloſſa prima in dict. leg. quæ dotis. ff. ſoluto matri. dum ita eſt interpretata reſponſum illud. idem ſenſerunt alij qui gloſſam illam ſecuti ſunt, & aperte Iaſon ibidem. numero decimo. Horum argumenta leuia ſunt. Nam adducti ſunt: Primò ex dict. leg. quę dotis, & ſecundò ex dict. leg. ſecunda, C. de iure dotium, quæ tamen iura contrarium probare diximus ſupra. Nec illa verba, donandi animo, poſita in d. l. ſecunda, ſunt verba ſimpliciter narratiua, vt poſt alios ſcripſit Iaſon in dict. l. quæ dotis. numero vndecimo, quia verius eſt eſſe verba affirmatiua, quæ pro conſtanti præſupponunt, donationem fuiſſe factam, alioqui certum eſſet, Pollam non poſſe conſequi partem illam dotis ſibi reddi ſtipulatæ, ſed debuiſſet reſtitui pro contingenti portione alteri ſorori cohæredi.

Teriò ſolet adduci text. leg. cum maritus. §. vltim. ff. de pactis dotal. vbi mulier, quæ marito dotem conſtituit, fratrem adhibuit ad ſtipulandum dotem ſibi reddi, poſt mortem ipſius

tem ipſius mulieris, deinde ipſa mulier moriens legauit marito res quaſdam dotales, & ſeruis quibuſdam libertatem. Dubitatum fuit, an legata eſſent præſtanda, Reſpondit Scæuola præſtanda eſſe. Quæ quidem non præſtarentur, ſi donatio facta fuiſſet illi fratri adhibito ad ſtipulandum. Nam ſemel effecta illius fratris, reuocari ab ea amplius non potuiſſent.

Verùm facile reſpondetur. Et primò Scæuolam ibi loqui in eo, qui ſtipulatus eſt ſibi reddi totam dotem, quo in caſu donatio non præſumitur vt demonſtrauimus in tertio caſu, vbi & reſponſum hoc adduximus. Præterea & ſecundò reſpondetur, fratrem illum fuiſſe hæredem inſtitutum ab ea
15 muliere ſorore ſua, & ideo agnoſcendo † hereditatẽ, etiamſi damnoſa fuiſſet, omnino aſtrictus fuit præſtare legata, ſicuti reſpondit Scæuola in vltimis verbis illius reſponſi.

Quartò allegatur tex. l. Seia. ff. de dote præleg. vbi ſimilis eſt caſus, de quo in d. l. cum maritus. §. vlti. Et propterea reſponſiones adductæ ſupra, huc pertinent.

Quintò adducitur text. in l. cum quis decedens. §. nuptura. ff. de legat. tertio. Mater duos habens filios ex primo viro, nupſit ſecundo, & permiſit filios illos ſtipulari dotem ſibi reddi, ſoluto matrimonio, conſtante matrimonio deceſſit vnus filiorum, Mater per epiſtolam petiit à filio ſuperſtite, quod partem illam dimidiam dotis ſe mortua acciperet, contentuſque eſſet, alteram verò partem dimitteret marito. Deinde deceſſit mater, marito ſuperſtite: Dubitatum fuit, an filius ille deberet conſequi partem illam dotis à ſe ſtipulatam. reſpondit Scæuola, ex fideicommiſſo per epiſtolam relicto, poſſe retinere partem illam. Ecce, quod ibi ſtipulatus fuerat filius ille ſolummodo partem dotis, & tamen ei non debetur titulo donationis, ſed fideicommiſſi. Non ergo præſumitur ab initio donatum filio, ſicuti eo loci gl. vlt. animaduertit.

Verùm reſpondetur, quod caſus dicto §. nuptura eſt valdè diuerſus à noſtro. Nam etſi filius ille ſtipulatus fuerit, ſibi reddi partem dotis tantum; attamen aliam partem non fuerat ſtipulata mater, ſed alter eius filius, atque ita ambo ipſi filij ſtipulati ſunt integram dotẽ ſibi reddi, & ideo perinde eſt, ac ſi vnus tantum fuiſſet ſtipulatus totam dotem ſibi reddi, quo in caſu donatio non præſumitur, vt diximus ſupra tertio in caſu. Noſter autem caſus eſt; quando mulier adhibuit aliquem ad ſtipulandum ſibi reddi partem dotis, & alteram partem pro ſe ipſa mulier retinuit, vt declarat poſt alios Iaſon in dicta l. quæ dotis. numero duodecimo, ff. ſoluto matrimonio. Cum enim nulla ratio conſiderari poſſit, cur partem retinuerit, & alteram ab altero ſtipulari paſſa ſit, quã cauſa donationis, donatio ipſa præſumi debet. Id quod non contingit in caſu d. §. nuptura, vbi nihil pro ſe ipſa mater retinuit.

Sextò vrgere videtur ratio, quod donatio non præſumitur nec in toto, nec in parte. l. cum de indebito. §. primo. ff. de probatio. & l. ſi cum aurum. ff. de ſolutio. & diximus ſupra, hoc maxime procedere in muliere, quæ ſui natura auara creditur.

16 Cæterùm reſpondetur, id procedere † quando ſumi poteſt alia coniectura quàm donationis, vt dicitur in dicta l. ſi cum aurum. ſecus vero quando nulla alia preſumptio quam donationis ſumi poteſt; ſicuti contingit in caſu noſtro, vt ſ. declarauimus.

Sextus eſt caſus, quando ſumus in dubio, & ſtipulator ille fuit adhibitus, ad ſtipulandum in vnum caſum tantum, vt
17 puta in caſum † ſoluti matrimonij per mortem ipſius mulieris. Hoc ſanè caſu præſumitur ille ſtipulator adhibitus animo donandi, ſecundum Bartolum in dicta l. quæ dotis. numero 3. & ibidem Iaſo, numero 11. verſicul. ſimiliter reprobant, & Salicetus in l. tertia. columna ſecunda. verſicul. ſi totum, C. de iure dotium. qui ſic intelligunt dicta l. Cum maritus, §. vltimo. ff. de pactis dotalibus. quæ quidem ſecũdum interpretationem ſuperiore in caſu commemoratam non probat hanc Bartoli traditionem. Rectius itaque ac melius probat ratio, quod ſtipulatio hæc facta in vno caſu tantum, non habet aliam coniecturam quàm donationis. Non enim reddi poſſe videtur alia ratio, quare voluerit ſtipulatorem illum ſtipulari ſibi reddi dotem illo in caſu, non autem in cæteris.

Cæterùm ab hac traditione Bartoli diſſentiunt reliqui, vt teſtantur Iaſ. in d. l. quæ dotis, nu. 11. & ibidem Bologne. nu. 42. Et ij quidem moti ſunt per tex. in l. poſt dotem. ff. ſolu. ma. vbi pater adhibitus fuit ad ſtipulãdum dotem datam filiæ, eam ſibi reddi in vnum caſum tãtum, nempe diuortij, & tamen non præſumitur adhibitus animo donandi. Verùm reſpondet Iaſ. in d. l. poſt dotem. num. 11. d. l. poſt dotem loqui in patre, cui ſine ſtipulatione illa, competit ius repetẽdi dotem, quam conſeruare debet filiæ, vt iterum poſſit nubere, authẽt. quamuis. C. de rei vxo. actio. Nec repugnat, quod dicebat Bologne. in d. l. quæ dotis. num. 42. quod ſi in patre adhibito ad ſtipulandum non præſumitur donatio, tametſi ius aliquod iam ei competat, quanto minus præſumi debet in extraneo, qui nullum ius ante ipſam ſtipulationem habebat. Nam reſpondetur maximam eſſe differentiam inter patrem & extraneum. In extraneo nulla alia coniectura quàm donationis ſumi poteſt, vt diximus. In patre verò coniectura ſumitur, quod ea ſtipulatione, confirmare voluerit ius ſibi competens in exactione dotis, vt eam magis conſeruet filiæ; ne alias ex proprio iterum eam dotare teneatur dicta authentic. quamuis, Secundò aduerſus Bartolum mouetur Bologn. vbi ſupra ea ratione, quòd adhiberi quis non poteſt
18 † ad ſtipulandum dotem, in omnem euentum & caſum: ſed ſolum in caſu ſoluti matrimonij, morte mulieris. l. ij. ff. de pactis dotal. & l. quamuis. C. eo. Caſtren. in d. l. quæ dotis in ij. notab. & ibidem Bologne. nu. 25. & ſic ſemper tacite, vel expreſſe in caſum mortis mulieris. ſi ergo eſt vera Bar. traditio, ſemper adhibitus ad ſtipulãdum, præſumitur animo donandi adhibitus. Et tamen hoc eſt falſum ſecundum ipſummet Bar. quia adhibitus cenſetur procuratorio nomine, multis in caſibus, vt diximus ſupra. Ergo falſa etiam hæc Barto. traditio de ſtipulatione facta in vno caſu tantum. Verum re-
19 ſpondetur, quòd adhiberi † quis poteſt ad ſtipulandum dotem ſibi reddi, etiam alio caſu ſoluti matrimonij quàm per mortem mulieris, vt in caſu diuortij, vel etiam mortis mari-
20 ti. Nam poteſt mulier † quo ad ſui detrimentum ſibi præiudicare in dote ſua, quæ proprium eius patrimoniũ dicitur.
21 l. iij. §. ſed vtrum. ff. de mino. Et ideo videmus, † filiam poſſe conſentire patri, vt ſibi appropriet actionẽ dotis. l. quoties. l. poſt dotem. & l. pen. §. ſi veſtræ. ff. ſol. mat. Nec obſt. d. l. ij. ff. de pact. dota. & l. quamuis. C. eo. quia vere illæ procedunt ne detrimentũ marito inferatur. Ita declarant Iaſ. in d. l. quæ dotis. nu. 2. & ibidem Claudius Seyſellius nu. 2. & Imo. in l. pe. ff. ſol. matr. Et ideo ratio d. l. ij. & d. l. quamuis. ne mulier maneat indotata, nõ eſt generalis, ſed particularis in eo caſu tantùm, & ſi aliter ſentiat Bologn. nu. 25.

Septimus eſt caſus, quando ſumus in dubio, & is qui ſtipulatur dotem à ſe datam nomine mulieris adhibetur ad ſtipu-
22 landum eam ſibi † reſtitui ſuſcepto mandato ab ipſa muliere. Hoc enim caſu præſumptio eſt: q̃ is ſtipulator fuerit ſtipulatus dotẽ ſibi reddi procuratorio nomine ipſius mulieris. Ita in ſpecie declarat Bal. Nouellus in tract. de dote, parte vj. priui. lxix. nu. 2. quem ſecutus eſt Iaſ. in d. l. quæ dotis. nu. 24. ff. ſol. ma. ſic intelligentes tex. l. idemq;. §. ſi cui mandauero. ver. ſi mater. ff. mandati. vbi mater dotem filiæ conſtituit, deinde mandatum à filia ſuſcepit, vt ſtipularetur dotem ſibi reſtitui, atque ita ſtipulationem interpoſuit. Dubitatum fuit, an animo donandi adhibita fuerit ad ſtipulandũ: vel potius procuratorio nomine? Et nomine procuratorio fuiſſe adhibitã reſpondit ibi Vlpianus ex Papiniani ſenten-
23 tia. Ea eſt ratio, quia † actus præſumitur factus ob cauſam præcedentem. l. qui in aliena. §. j. ff. de acq. hære. & in ſpecie eſt gl. in l. poſt dotem. in iij. lect. ff. ſol. ma.

Declaratur hic caſos, vt locum non habeat, quando filia ſimpliciter admiſit paſſaque eſt, matrem ſtipulari dotem à ſe datam ſibi reſtitui. Nam tunc non præſumitur admiſſa, ad ſtipulandum procuratorio nomine. Ita declarat Bald. Nouellus in dicto priuilegio ſexageſimonono. numero 2. motus. l. ſi non remunerandi. §. idem Papinianus. ff. mãdati. vbi, ſi mihi aliquid donaſti, & poſtea te adhibeo ad ſtipulandum certam ſummam, vel quid aliud à meo debitore. præſumitur te fuiſſe adhibitum animo donandi, non autem tanquã procuratorem meum. Et tradit Bartolus in l. cum quid. numero 7. ff. ſi certum petat. & in dicta l. quæ dotis. numero 3. ff. ſoluto matrimonio.

Octauus



Octauus eſt caſus, quando is, qui ſtipulatus eſt dotem
24 ſibi reſtitui, non fuit † adhibitus à muliere, ſed mulier ipſa paſſa eſt illum ſibi ſtipulari. Poteſt afferri egregium exemplum, quando frater, qui diſpoſitione ſtatuti excludit ſororem à bonis patris, ei tamen dote conſtituta. ſicuti diſpoſitum eſt ſtatuto xcv. Papienſi in ciuilibus ſub rubric. Quod mulieres maritatæ, &c. quando inquam frater dotem pro ſorore numerat eius marito, & ſtipulatur ſibi eam reſtitui, decedente ſorore ſine filiis. Hoc ſane caſu, mulier non præſumitur donaſſe ipſi fratri dotem, eueniente caſu ipſius reſtitutionis. Ita in ſpecie docuit Lucas de Penna in l. vnica. columna penultima. verſicu. hæc faciunt ad quæſtionem. C. de imponen. lucra. deſcript. libr. x. qui mulieris taciturnitatem perpendit. Et propterea inquit Lucas, quod mulier poteſt ſuo teſtamento de ea dote ad libitum diſponere, cũ non licuerit fratri adiicere illud onus reſtitutionis. Et Lucam ſecutum eſt ſacrum concilium Neapolitanum, teſte eruditiſſimo Vicentio Franco in deciſ. cxcvj. quo quidem fuit deciſum, quo ad bona, quæ neceſſario cauſa dotis ſoror ipſa con ſecuta fuerat. Nam illa frater grauare non potuerat, ſecundum Bal. in l. ſi auia. nu. 10. C. de iure dot. Quo verò ad bona quæ vltra paterna, ex proprio frater dederat, decidit ipſum ſacrum concilium, licuiſſe fratri onus reſtitutionis imponere, & conſequenter ſororem de eis teſtari non potuiſſe. Quæ ſane deciſio vt vera, rationi, æquitatiq́ue maxime conſentanea eſt, ſic digna fuit ampliſſimo illo conſilio, in quo præter erudititiſſimum ipſum Francum, ſedet & Hieronymus Olzinianus Patauinus, nunc propræſes meritiſſimus, cuius ego ſingularem eruditionem, ſummamque integritatẽ ſum ſummoperè admiratus. Et ſi enim per illuſtrem ſapientiſſimumq́ue virum, de facie nunquam nouerim, eius tamen doctiſſima ſcripta, quæ pro ſua ſingulari humanitate mihi benignè communicare dignatus eſt, in tantam me traxerunt admirationem & ſpem certam, vt dubitem nequicquam, quin Præſidis locum ſit aliquando ingreſſurus.

25 Nonus & vltimus eſt caſus, quando deſcendens † adhibet aſcendentem ad ſtipulandum. Hoc caſu præſumitur, quòd animo donandi adhibuerit. Ita Bar. in d. l. quæ dotis. nu. 11. & ibidem Iaſ. nu. 55. ff. ſol. ma. & Latius Campeg. in tracta. de dote par. iij. q. cxij.

## PRAESVMP. XI.

Donatio inter viuos, vel cauſa mortis, an præſumatur illa, quam mulier facere dicitur ſtipulatori, qui eſt ſtipulatus dotem ſibi reſtitui in caſu dotis reſtituendæ.

### *SVMMARIVM.*

1 *Donatio quæ ſtipulatori de dote reddenda facta præſumitur quãdo cenſeatur inter viuos. nu. 2. & 3.*
*Et quando mortis cauſa donatio præſumatur. nu. 4. & 6.*
5 *Mortis mentio facta, cauſa ſolum dilationis, donatio cenſetur inter viuos.*
7 *Donatio cauſæ mortis, quibus de cauſis reuocari queat.*
8 *Mulier adhibens ſtipulatorem pro ſe ſuiſque hæredibus, de reddenda dote, inter viuos præſumitur donaſſe.*
9 *Legatum pendente conditione non tranſmittitur.*
10 *Stipulatus ſibi partem dotis reddi, matrimonio morte mulieris ſoluto, vtrum donatio inter viuos ex parte mulieris præſumatur. Vel potius cauſa mortis. nu. 14.*
11 *Mulier coniugata inter viuos donare, in detrimentum mariti nequit.*
12 *Donationem cauſa mortis, pœnitentia donantis reuocari.*
13 *Donationem inter viuos, mutatione voluntatis donatoris, non reuocari.*
15 *Donationem cauſa mortis, admittere falcidiæ detractionem.*
16 *Inuentarium quando conficitur, non confunduntur actiones.*
17 *Inuentarij beneficium vel l. vlt. C. de iure delib. non erat inuentum tempore. l. quæ dotis. ff. ſol. ma.*
18 *Trebellianicam non detrahit hæres, inuentario non confecto.*
19 *Debitore voluntario legante creditori, compenſationi non eſt locus.*
20 *Dotem ſibi reddi ſtipulatus mixtim, ſoluto matrimonio, vel diuortio, vel morte mariti, aut mulieris, an donatio mortis cauſa, vel inter viuos præſumatur.*
21 *Stipulans ſimpliciter dicitur ſtipulari in omnem caſum.*
22 *Expreſſio eorum quæ tacite inſunt, nihil operatur.*
23 *Dos alteri ſoluto matrimonio reddi ſtipulata, ſi filiorum interſit donationem eam non reuocari, inter viuos cenſetur.*
24 *Dos vtrum ſtipulatori donatione inter viuos, vel mortis cauſa tradita præſumatur, permultum intereſt.*

DISSERVIMVS ſuperiore diſputatione certis in caſibus, adhibitum ad ſtipulandum dotem datam mulieri, ſibi ſtipulatori reddi ſoluto matrimonio, præſumi adhibitum animo donandi ipſi ſtipulatori ſicut diximus in quinto, ſexto, & ſeptimo caſu. Nunc dubitari contingit, an donatio hæc præſumatur inter viuos, vel cauſa mortis facta? Quæ diſputatio diffiniri ſic poteſt, diſtinguendo & conſtituendo aliquot caſus ex ſententia Bartol. & aliorum, quos ſuis locis commemorabimus.

Primus itaque eſt caſus, quando vel claris verbis, vel
1 manifeſtis coniecturis conſtat † mulierem adhibuiſſe ſtipulatorem illũ, vt ei donaret inter viuos: Hoc caſu ceſſat omnis dubitatio, atque ita dicitur donaſſe inter viuos. Ita Bart. in d. l. quæ dotis. nu. 3. ver. nam habes.

Exemplum adferri poteſt, quando ſunt verba clara, vt ſi dixit, ſe adhibere ſtipulatorem ad ſtipulandum pro ſe ipſo
2 † irreuocabiliter. Hæc enim verba manifeſte ſignificant, donationem eſſe inter viuos. Ita Baldus in l. ſecunda. numero ſecundo. verſicul. primo caſu. C. de iure dotium. Qui dixit, hanc eſſe donationem inter viuos collatam poſt mortẽ mulieris. ex l. vbi ita donatur. ff. de don. cau. mort. Ita in ſpecie Campeg. in tract. de dote par. iij. q. cx. nu. 1. in fi. & alios plures refert & ſequitur Iaſ. in d. l. quæ dotis. nu. 31. qui. nu. 34. ſubiungit poſt Aret. & alios, multò magis locum habere,
3 quando † adhibitum etiam fuit iuramentum.

Secundus eſt caſus, quando ſtipulator eſt adhibitus ad
4 ſtipulandum, vt pro ſe habeat † poſt mortem ipſius mulieris. Hoc in caſu præſumitur adhibitus ille ſtipulator animo donandi cau. mor. Ita Bar. in d. l. quæ dotis. n. 3. ver. aut dubitatur. ff. ſol. ma. Bal. in d. l. ij. nu. 3. C. de iu. dot.

Cum enim ſit mentio mortis in donatione illa, præſumitur cauſa mortis facta. l. Seia. ff. de dote præleg. de qua tamẽ dicemus infra ſuo loco & melius probat text. in l. Seia. ff. de dona. cauſ. mortis.

Declaratur hic caſus, vt locum non habeat, quando facta
5 eſt mentio † mortis, cauſa dilationis. Nam tunc non præſumitur facta donatio cauſa mortis. Ita Bal. in d. l. ij. nu. 3. in fi. C. de iur. dot. & Iaſon in l. quæ dotis. num. 40. & 42. adducti textu. l. Seia. in fi. ff. de don. cau. mor.

6 Tertius eſt caſus, quando † nulla eſt facta mentio mortis, ſed dictum eſt, quod non poſſet vno in caſu reuocari, vt puta per reconualeſcentiam. Hoc in caſu donatio præſumitur cauſa mortis. Ita Bald. in d. l. ij. nu. 2. verſic. ſecundo caſu. C.
7 de iure dotium. Cum enim donatio † cauſa mortis reuocari poſſit multis de cauſis, hoc eſt, reconualeſcẽtia donantis, pœnitentia eiuſdem donatoris & præmoriente ipſo donatario. l. non omnis. ff. ſi certum petatur. & declarant Baldus in dicta l. ij nume. 2. verſi. ſecundo caſu. C. de iure dotium: ſi ergo mulier hæc, promittit non reuocare in caſu reconualeſcentiæ, firma manet facultas reuocandi ex aliis cauſis, & conſequenter dicitur donatio cauſ. mortis. Ita Bal. præcitato in loco.

Quartus eſt caſus, quãdo mulier adhibuit ſtipulatorem
8 ad ſtipulandum pro ſe & ſuis hæredibus. Hoc in caſu † præſumitur donatio inter viuos. Ita Baldus in dicta l. ij. numer. 4. verſic. quid enim ſi iſte filius. C. de iure donat. Iaſ. in d. l. quæ dotis. numero 48. ff. ſol. ma. Aret. conſi. lxxiiij. nu. 5. ver. tertio moueri. Soc. Sen. conſi. liij. nu. 5. lib. j. Ea ratione motus eſt Bal. quia mentio hæredum conuenit donationi inter viuos, quæ ad hæredes tranſmittitur, non autem donatio cau-
9 ſa mortis, quæ donatio habet naturam legati: quod † pẽdente adhuc cõditione non tranſmittitur. §. eſt & aliud in inſtit. de dona. & tradunt Doct. in l. vlt. C. de pact.

Quintus eſt caſus, quando verè ſumus in dubio, ſicuti qñ ſtipulator à muliere adhibitus ſtipulatur ſibi reddi partem dotis ſolu. matrimo. morte ipſius mulieris. Hic caſus habet multum dubitationis. Nã multi exiſtimarunt, hanc preſumi
10 † donationem inter viuos. Ita Bar. in d. l. quæ dotis. nume. 3.

prope

prope finem.ff.ſolut.matri.& apertius Baldus in dicta l.ij.
nume.4.C.de iure do.& Campeg.in tract.de dote par.iij.q.
cx.in princip.

Primò adducitur tex.l.quæ dotis.ff.ſol.ma.præſupponē-
do,quòd ibi ſtipulator ille ſit adhibitus animo donandi, ſi-
cuti demonſtrauimus ſuperiore diſputatione. Quam ſane
donationē præſumi inter viuos,ex eo colligitur, quod Pau-
lus iuriſconſ.appellat mulierem illam debitricem, quæ dici
non poſſet debitrix,ſi donatio fuiſſet mortis cauſa facta, qa
expectanda fuiſſet mors, atque ita pendente ipſa conditio-
ne,dici non potuiſſet debitrix. Et propterea ſtipulator ille
appellatur creditor, dum inter cæteros creditores enume-
ratur. Ergo donatio fuit inter viuos, quia ſi eſſet cauſa mor-
tis,ille ſtipulator non diceretur creditor,conditione (vt di-
xi) pendente.

Verùm reſponderi poteſt,quod imò præſumitur donatio
cauſa mortis; Quandoquidem mulier illa erat coniugata
11 †& propterea non poterat donare inter viuos, quia detri-
mentum fuiſſet illatum marito,iuxta l.ij.ff.de pact.dotal.&
l.quamuis.C.eo. Ergo fuit donatio mortis cauſa.

Nec obſtat, quod mulier ibi appelletur debitrix; & ille
ſtipulator connumeretur inter creditores:quia reſpōdetur,
mulierem appellari debitricem reſpectu aliorum credito-
rum,quorum cauſa dixerat Iuriſconſultus hæreditatē fuiſſe
damnoſam,& paulò poſt mentionem facit creditorum. Ille
verò ſtipulator appellatur creditor, poſteaquam euenit ca-
ſus donationis.

Secundò adducitur tex.l.cum maritus.§.vlti.ff.de pactis
dotal.mulier pacta eſt cum marito,quod ſi ipſa prius more-
retur,dos reſtitueretur fratri ſuo. Mulier decedens res quaſ-
dam legauit marito. Ille frater petebat à marito res dotales
ei legatas ſibi reſtitui. Dubitatum fuit,an reſtituēdæ eſſent.
Et reſpondendum videbatur,non eſſe reſtituendas,quia mu
lier adhibendo fratrem donauit ei poſt mortem ſuā, & ideo
12 videbatur donatio†cauſa mortis facta,quæ pœnitentia do-
nantis reuocari poteſt.l.nō omnis.ff.ſi certum petatur.& l.
Seja. ff.de dona.cauſa mortis. Cum ergo mulier res quaſdā
ex dotalibus legaſſet marito,videtur pœnituiſſe donationis
factæ fratri ſuo.l.rem legatam.ff.de adim.lega. Contrarium
decidit Scæuola in dicta l.cum maritus.§.vltimo.quod imò
maritus teneatur reſtituere res illas dotales ſibi legatas,iam
donatas fratri. Ratio eſt,quia illa donatio cenſetur facta in-
ter viuos,& ſi collata poſt mortem,& conſequenter irreuo-
cabilis,& ob id mulier legare nil potuit ipſi marito.

Verum reſpondetur primò,vna cum Bartol.d.l.quæ do-
tis.nume.3.verſicul.ſed contra illud.ff.ſolu.matrimo. quod
in caſu d.§.vlt.ob id exiſtimauit Scæuola donationem fuiſ-
ſe inter viuos,quia geminatus actus ſtipulationis & promiſ
ſionis interceſſit. Vnus fuit mulieris erga fratrem ipſum ſuū,
alter mariti erga eundem vxoris ſuæ fratrem. Et hanc Bart.
interpretationem probarunt ibidem Iaſ.nu.35.& Bologn.
nu.46.ver.potes etiam. Aret.in conſil.lxxiiij.col.ij.verſi. ſe-
cundo moueor. Soci.Sen.in conſi.liij.nu.4.verſi.confirmá-
tur prædicta.lib.j. Nec repugnat conſideratio Imolæ aduer
ſus Bartol. quia illi reſpondet Aretinus præcitato in loco,
quod probat & Iaſ.in d.l.quæ dotis.nu.37.

Reſpondet ſecundò Iaſon in d.l.quæ dotis.nu.38.quod
in caſu dicto §.vltimo.tria concurrebant, nempe geminata
ſtipulatio, & promiſſio, & ſanguinis coniunctio. Nam mu-
lier illa donauerat proprio fratri. Quæ quidem interpreta-
tio vera non eſt,quandoquidem Scæuola fundamētum non
facit,in illa ſanguinis coniunctione.

Reſponderi tertiò poteſt & rectius,quod in caſu d.§.vlt.
pro conſtanti præſupponit Scæuola donationem illam fuiſ-
ſe inter viuos. Nam forte adfuerunt verba ſatis certa & cla-
ra,ſignificatiua donationis inter viuos. Non enim de hoc
erat dubitatio apud Scæuolam:ſed ſolùm,an legatum à mu-
liere factum marito, conſiſteret. Hanc interpretationem
probarunt gloſſ.ibi & Bologn.in dicta l.quæ dotis. nume-
ro 46.

Tertiò allegari ſolet text.l.ij.C.de iure dotium,vbi Bald.
nu.4.ſcribit ibi expreſsè diffiniri,hanc eſſe donationem in-
ter viuos. Et eandem interpretationem prius probauit Ioan
nes antiquus gloſſator, vt refert ibidem Salicetus colum.j.
verſicu.ideo Ioannes. Ibi enim filia ſtipulata eſt partem do-
tis à matre datæ: Deinde mater filiam ipſam vna cum filio
hæredes inſtituit,& etiam filiæ prælegata reliquit, iuſſitque
eam tacitam & contentam ea portione & prælegatis eſſe,
cauſa illius partis dotis à ſe ſtipulatæ,atque ita maritum eſ-
ſe liberum à reſtitutione illius portionis dotis. ſi ergo (di-
cebat Ioannes & poſt eum Salicetus) probetur, filiam agno
uiſſe prælegata, à petitione dotis ſubmouebitur, atque ita
ex eo repelli non poteſt filia à petitione portionis dotis,
quod donatio illa inter viuos reuocari non poſſit:ſed ex eo,
quod agnoſcendo prælegatum,ſe ipſam excludit.

Verum reſponderi poteſt, quod imò in caſu, dicta l.ſe-
cunda, erat donatio cauſa mortis. Id quod ſignificant illa
verba,dimidiam dotis poſt obitum matris filiam ſtipulari.
Hic non apparet de aliquibus verbis ſignificantibus dona-
tionem inter viuos:& facta eſt mentio mortis. Ergo præſu-
mitur donatio cauſa mortis, iuxta l. Seia. ff. de do. cauſa
mortis,& dixi.ſup. Hoc idem ſuadetur, Cum dixit Antoni-
nus Imp.filiam matris hæredem ex multò minori portione
repelli non poſſe exceptione doli:niſi liquidò probetur,ma
trem mutaſſe voluntatem. Hic pro conſtanti præſupponit
Antoninus matrem illam potuiſſe mutare voluntatem. Er-
13 go fuit donatio cauſa mortis:quia donatio†inter viuos mu
tatione voluntatis donatoris reuocari non poteſt.l.perfe-
cta.C.de donatio.quę ſub modo. Nec hic obſtat,quod poſt
Ioannem dicebat Salicetus vbi ſupra, hanc donationis re-
uocationem fieri ex eo, quod ſi filia agnouit prælegata, ſe
ipſam excluſit: Nam reſpondetur, Antoninum referre ver-
ba illa, mutaſſe voluntatem ad perſonam ipſiuſmet ma-
tris, quæ donauit: Et ideò non poſſunt intelligi de mu-
tatione ſeu reuocatione ex facto, & acceptatione filiæ do-
natariæ.

14 Contrariam itaque ſententiam, quod imò hæc ſit†dona-
tio cauſa mortis,probarunt Azo,quem recenſet Bart.in di-
cta l.quæ dotis.numero 3.qui quidem Azo intellexit dicta
l.quæ dotis. Idem ſenſit gloſſ.in dicta l.ſecunda.C.de iure
dotium. Idem etiam ſenſit ſacrum cōſilium Neapolitanum
referente Vincētio Franco in dec.cxcvj.nu.5.poſt Neapo-
danum,quem allegat.

Primò ex dicta l.quæ dotis,quam dixi ſupra probare hāc
ſententiam,ex quo ibi facta eſt mentio mortis. Nec obſtat
conſideratio Bart.in dicta l.quæ dotis.nume.3. Cùm dixit,
intelligi non poſſe de donatione cauſa mortis, ob id, quod
15 quod donatio † cauſa mortis admittit detractionem falci-
diæ.leg.j.§.ſi quis mortis.ff.quorum lega. & in l.donatio-
nibus.C.ad legem Falcid.ſi ergo eſſet donatio cauſa mor-
tis,& admitteret detractionem falcidiæ, dici non poſſet in
caſu d.l.quæ dotis,quod ille maritus teneatur vltrà vires hæ
reditarias. Nam reſpondetur, quod maritus ille non conue-
nitur tanquam hæres mulieris, quo in caſu locus eſſet ipſi
detractationi falcidiæ dicta l. prima. §. ſi quis mortis: ſed
conuenitur maritus tanquam promiſſor; ideo locus non eſt
falcidiæ. Et licet marito debitori hæredique, beneficium
inuentarij prodeſſe poſſit,ne teneatur vltra vires hæredita-
rias,vt dixit gloſ.penulti.in dicta l.quæ dotis;attamen à be-
neficio inuentarij,ad ipſam falcidiam argui non poteſt iſto
in caſu,tum quia eo iure adhuc inuentarij beneficium non
fuerat introductum.l.vltima.C.de iure deliber.tum etiam
quia in inuentario agitur de damno euitando dicta l.vltim.
§.licentiam. In falcidiæ verò detractione, agitur de lucro
16 conſequendo. Et rurſus accedit, quod vbi conficitur † in-
uentarium non confunduntur actiones, quas deinde debi-
tor ille cedendo liberatur. Id quod non contingit adita hæ-
reditate ſine inuentario, vt ſic adita fuerat in caſu dicta l.
17 quæ dotis, cuius † tempore (vt dixi) nondum illud inuen-
tum fuerat. Atque ita adita hæreditate tenetur in totum,
etiam ſi donatio fuerit cauſa mortis. Ita enim dicimus,
quod hæres adita hæreditate,non confecto inuentario,non
18 poteſt detrahere † Trebellianicam, ex quo per aditionem
ſine ipſo inuentario,cenſetur ſe obligaſſe ad reſtitutionem
totius hæreditatis,& ſolutionem debitorum: Sicuti tradunt
Baldus,Imola & Comen. in l.cum tale.§.primo.ff.de con-
ditio.& demonſtratio. Bald.Salicet.& Fulgo.in authen.ſed
cum teſtator.C.ad l.Falcid.& Iaſon in l.vltima.§.vltim.nu-
me.2.C.de iure delib.qui idem eſſe affirmant in detractio-
ne ipſius falci. Nō etiam obſtat,quod ſi hæc fuiſſet donatio
cauſa



cauſa mortis, illa cenſeretur reuocata ex eo, quod mulier
donans inſtituerit hæredem ipſum maritū, vt ſcribunt Ang.
& Caſtr.in dicta l.quæ dotis.in fin. Nam reſpondetur,quod
donatio illa præſumeretur reuocata,quando ipſi marito de-
bitori relicta fuiſſet liberatio,alio hærede inſtituto,vt decla
rat Caſtrenſis in leg.cum quis decedens. §. nuptura. de le-
gat.tertio.

Secundò hanc ſententiam probat text.l.ij.C.de iure do-
tium,vt attigi ſupra. Et præter ibi dicta, alia me mouet ra-
tio,vt dicam,donationem hanc fuiſſe cauſa mortis. Nam ſi
fuiſſet donatio inter viuos, res parum dubitationis habuiſ-
ſet:quin potuiſſet Polla illa,conſequi portionem hæredita-
tis matris,& dimidiam dotis à ſe ſtipulatæ, quia iam donata
inter viuos eius propria effecta fuiſſent, nec locus fuiſſet
19 compenſationi quia quando † debitor voluntarius legat
creditori, non eſt locus compenſationi. l. ſi cum dotem.
§.ſi pater.ff.ſoluto matrimonio.& lege creditorem.ff.de le-
gat.tertio.

Non ita eſt in donatione cauſa mortis facta, quia illa ad-
huc vt non debita,tempore cōfecti teſtamenti à matre com
penſari,ſeu illius loco aliud legari dicitur.

Tertiò maximè confert textus in l.Seia.ff.de dote præle-
gat. Seia nupſit Lucio Titio,cui dotis nomine centum au-
reos dedit: Deinde adhibuit Q. Mutium ſtipulatorem, qui
ſtipulatus eſt dotem ſibi reddi his verbis: ſi morte mulieris
ſolutum fuerit matrimonium. Seia moriēs Lucio Titio ma-
rito legauit: Lucio Titio marito meo vltra dotem quam ei
dedi centum dari volo. Quintus Mutius ſtipulator mortua
Seia, ſtatuit,ordinauitque,conuenire Lucium Titium ma-
ritum pro dotis reſtitutione. Dubitatum fuit, an is maritus
conueniri à Quinto Mutio potuerit,vel repelli debuerit,ob
id,quod ipſi Lucio Titio Seia reliquerit centū vltra dotem.
Diſtinguit Paulus duos caſus.

Primus eſt,quod ſi Quintus Mutius adhibitus eſt ad ſti-
pulandum,procuratorio nomine ipſius Seiæ, repelli omni-
no debet à iudicio Q. Mutius. Et ratio,quia cū ipſi Q. Mu-
tio,nullum ius fuiſſet ex ea ſtipulatione acquiſitum, potuit
Seja libere de ea dote teſtari, atque ita eam legare Lucio
Titio marito ſuo.

Secundus eſt caſus,quod ſi Quintus Mutius fuit adhibi-
tus à Seia animo donandi,hæc donatio (ait Paulus) eſt cau-
ſa mortis: Et ideo Quintus Mutius cenſetur grauatus reſti-
tuere per fideicommiſſum, ipſi Lucio Titio marito. Ecce
quod Paulus interpretatur illa verba ſtipulationis, ſi morte
mulieris ſolutum fuerit matrimonium, ſi conſtat donandi
animo prolata, ſignificare donationem cauſa mortis. Nec
hic dicendum eſt,factam eſſe mentionem mortis in ipſa do-
natione,vt dicebant Barto.in d.l.quæ dotis.nume.3.& Sali.
in d.l.ij.col.ij.C.de iure dotium,quia verius eſt mortis men
tionem eſſe factam,in ſolo caſu reſtitutionis dotis, vt ſepa-
raretur ille caſus ab eo, quando matrimonium fuiſſet ſolu-
tum morte mariti. Atque ita caſus eſt merè dubius, carens
omni extrinſeca coniectura,ſignificante donationem cauſa
mortis. Et hæc mortis mentio eſt facta in genere, nō autem
in ſpecie,& ideo non ſufficit, vt declarat Alexan.in d.l.quæ
dotis.nu.10.in v.limita.

Sextus eſt caſus, quando ſumus in dubio, & ſtipulator
20 mixtim ſtipulatur dotem†ſibi reddi ſol.matr.vel diuortio,
vel morte mariti,vel mulieris. Hoc in caſu ſcribit Salice.in
d.l.ij.in fi.C.de iu.dot.aliquos exiſtimaſſe,donationē iudi-
candam eſſe vel inter viuos, vel cauſa mortis, ſecundum ca-
ſum contingentem. Nam ſi ſolutum erit matrimoniū mor-
te mariti, donatio erit inter viuos, ſi verò morte mulieris,
donatio erit cauſa mortis. Id quòd dixerunt ij arg.l.precib.
C.de impub.& aliis ſubſti.vbi Bart.& reliqui ſcribunt, vul-
garem ſubſtitutionem expreſſam continere & non cōtine-
re tacitā pupillarem ſecundum euētum caſus. Nam ſi mater
eſt in medio,non cōtinet ipſam pupillarem tacitam, ne ma-
ter excludatur ſi verò mater non eſt in medio comprehēdit
ipſam pupillarem. Qua de re dicemus ſubſequēti libro præ-
ſump.xxxvj. Cæterùm à prædicta opinione diſſentit Sali.in
d.l.ij.in fi.C.de iur.dot.& cum Campeg.in d.tract.de dote
parte iij.q.cx.verſi.item fallit.
21 Primò ea ratione, quòd † ſtipulando ſimpliciter dicitur
ſtipulari in omnem caſum. Et ideo donatio dicitur inter vi-
uos,& ſi differatur in euētum mortis.l.quæ dotis.ff.ſol.ma.
Ergo idem iſto in caſu,quando ſtipulatus eſt mixtim omni
bus in caſibus nempe ſiue ſoluatur matrimonium diuortio,
22 ſiue morte mariti,vel mulieris. Eſt enim hæc expreſſio†eo-
rum,quæ tacitè inſunt,& ideo nihil operatur, iuxta l.nō re-
cte.C.de fideiuſ. Verum reſpondetur vno verbo,d.l.quæ do
tis (vt diximus ſupra) probare contrarium.

Secundò motus eſt Sali.ꝙ iam conſtat mulierem donare
voluiſſe illi ſtipulatori ſol.matri.ſe ipſa viuente. Quo quidē
in caſu cenſetur facta donatio inter viuos. Ex hoc caſu ſumi
tur coniectura, ꝙ donare etiam voluerit inter viuos in alio
caſu,nēpè ſol.mā.morte mulieris. Et ꝙ verba hæc, vel mor-
te mulieris,non ſint apposita cauſa immutandę donationis,
ſed maioris euidentiæ,& voluntatis plenioris demonſtran-
dæ,ſed in illum caſum euenturum,petitio & exactio ſolum-
modo data eſt. Verùm reſpondetur, negando in primo illo
caſu eſſe donationem inter viuos. Nō enim præſumitur do-
naſſe inter viuos:cum in præiudicium mariti donare ita ne-
queat.l.ij.ff.de pact.dotal.& l.quamuis.C.eo.

23 Septimus eſt caſus,quando cōcurrit † intereſſe filiorum,
quorum intereſt donationem non reuocari, tunc præſumi-
tur donatio inter viuos. Ita egregie Bald.in l.pro hæredita-
riis.in fi.de acq.hær.ſed Campeg.in tract.de dote. parte iij.
q.cx.dubitat.

24 Huius diſputationis†ſumma eſt vtilitas. Nam illis in ca-
ſibus quib. eſt donatio inter viuos,mulier de ea dote diſpo-
nere nil poterit,cum iam ſit acquiſitum ius ſtipulatori irre-
uocabiliter. Illis verò in caſibus in quibus eſt donatio cauſa
mortis,poteſt mulier teſtari,& diſponere de dote ipſa ad li-
bitum. Ita Lucas de Penna in d.l.vnica.col.pen.verſ.hæc fa-
ciunt ad quæſtionem.C.de imponenda lucra deſcrip.lib.x.
& Vicentius Francus in d.deciſ.cxcvj.nu.5.& probat.l.cum
pater.§.j.ff.de lega.ij.

## PRAESVMP. XII.

### Dos confeſſata à marito, quando præſumatur numerata, in eius, & hæredum ſuorum detrimentum, & præiudicium.

*SVMMARIVM.*

1 *Maritus ante contractum matrimonium,donandi animo dotem recepiſſe confeſſus,ſibi non præiudicat.*
2 *Dos ſine matrimonio eſſe non poteſt.*
3 *Donatio inter coniuges,matrimonio conſtante nequit conſiſtere.*
4 *Ignobilis dotem à muliere nobili confeſſus recepiſſe,an & quo caſu ſibi præiudicet.*
5 *Donationem inter virum & vxorem remunerationis cauſa conſiſtere, & quando.nu.7.*
6 *Nobilis mulier,nubendo ignobili,amittit nobilitatem.*
8 *Dotem recepiſſe maritus confeſſus,in dubio futuræ numerationis ſpe, id intelligitur feciſſe. Idque etiam in viro ignobili ducente nobilem obtinere.nu.11.*
*Quod tamen in muliere paupere, quæ dotem numerare nequeat fallit. nume.16.*
9 *Dotem non recepiſſe,quouſque maritus audiatur.*
10 *Donatio non præſumitur,vbi aliqua cauſa quid factum conijci poteſt.*
12 *Liberalis in neceſſitatibus nemo.*
13 *Conceſſio reſpiciens proprium honorem,non præſumitur animo donandi emiſſa.*
14 *Veſtes quas maritus honoris ſui cauſa mulieri dedit,an præſumatur donaſſe.*
15 *Onere duplici quem onerare ſe velle,non eſt veriſimile.*
17 *Exceptioni dotis non numeratæ maritus ſemel renuntians, eam nequit amplius opponere.*
*Idque præſertim,ſi ex interuallo facta ſit,nec incontinenti dum ſcilicet inſtrumentum dotis confeſſatæ fieret.nu.18.*
*Vel ſi lapſum ſit tempus eam opponendi.nu.19.*
*Aut ſubſequuta ſit confeſſio dotis promiſſionem præcedentem.nu.20.*
21 *Dotem ſibi numeratam,maritus in inſtrumento guarentigiato confeſſus,nequit exceptionem eius non numeratæ opponere.*
*Atque præſertim,ſi vltra confeſſionem indicia & coniecturæ dotis numeratæ appareant.nu.22.*
*Quæ autem ſint coniecturæ,nu.23.24.25.& 26.*

Dotem

27 *Dotem ſibi numeratam, iuramento aſſerens, amplius exceptionem non num. opponens, non auditur. Idque præſertim ſi facta renunciatione, iurauerit. nume. 29.*

28 *Turpitudinem propriam detegere, iure non eſt permiſſum.*

30 *Renunciatio in contractu oppoſita, tacitam habet confeſſionis conditionem.*

31 *Dotis receptæ confeſſio, in fraudem creditorum facta, marito præiudicat, & hæredi eius. nu. 34. Limita tamen. nu. 35.*

32 *Bona in fraudem fiſci alienans, ea non poteſt reuocare.*

33 *Mulier dans argumentum in rebus mobilibus, non poteſt aſſumere in ſe onus probandi, rem ſe modicam dediſſe.*

36 *Dotem in re immobili, etiam pro æſtimato data, recepiſſe maritus aſſerens, excipiendo de non numerata, non auditur.*

37 *Maritus poſt contractum matrimonium, confeſſus recepiſſe dotem animo donandi ſibi non præiudicat, poſt mortem tamen illius, cenſetur confirmata donatio. nume. 38.*

*Niſi tamen excedat aureos quingentos. nu. 39.*

40 *Donationem inter coniuges, non inſinuatam vltra quingentos aureos, morte non confirmari, ne pro parte quidem.*

41 *Iuramentum confirmatorium quid ſit,*

42 *Iuramentum aſſertorium quid.*

43 *Dotis confeſſionem animo donandi factam, etiam iuramento confirmatorio mariti, non validari. Alia opinio recenſetur nu. 45. Quid autem ſit in iuramento aſſertorio ſimiliter ſunt opiniones nume. 46. & 48.*

44 *Iuramentum non confirmat actum ſimulatum.*

47 *Iuramentum ſuper actu ſimulato præſtans, ſimulationem tanquam turpitudinem propriam non poteſt allegare.*

49 *Dotis receptæ confeſſio conſtante matrimonio, facta in vltima diſpoſitione, animo donandi, facta præſumitur.*

*Idque tamen tunc demum ſi teſtator laboret in extremis. nu. 50.*

51 *Dotem recepiſſe confitens, matrimonio conſtante, eique renuncians, vel exceptioni de non numerata, præſumitur animo donandi facere. Ratio redditur. nu. 52.*

53 *Dotem promiſſam ante matrimonium contractum, eo conſtante ſubſequuta confeſſio nec donationis animo, nec numerationis ſpe emiſſa præſumitur, ſed quod reuera fuerit dos numerata. Contraria eſt opinio Socini. nu. 55.*

54 *Confeſſio geminata, exceptionem non numeratæ dotis excludit.*

56 *Obligat & remittit quis facilius quam quod reuera donet.*

57 *Simulationis exceptio perpetua eſt.*

58 *Dotem conſtante matrimonio maritus recepiſſe ſimpliciter confeſſus, ſecundum aliquos animo donandi præſumitur feciſſe. Contraria eſt opinio nu. 60. prima tamen opinio aſſeritur nu. 66.*

59 *Confeſſio de dote, facta in vltima voluntate, differt ab ea quæ in actu inter viuos.*

61 *Confeſſio facta inter perſonas, quib. donatio interdicta eſt, ſuſpecta præſumitur.*

62 *Spurius repertus poſſidere bona, quæ à patre emiſſet, præſumitur fraudulentus.*

63 *Lex ad ea quæ frequentius fiunt adaptatur.*

64 *Exceptionis dotis non numeratæ tempore lapſo, cenſetur maritus velle dotem etiam non numeratam, reſtitui.*

65 *Actum faciens qui vno caſu permiſſus, altero prohibitus eſt præſumitur in permiſſo facere.*

67 *Confeſſio mariti de dote, ipſo præmoriente confirmatur, abſque alia rei traditione.*

68 *Confeſſio de dote, non tribuit mulieri ius hypothecæ aut ius prælationis.*

*Eaque per maritum, expreſſe vel tacitè ante mortem rectè reuocatur, nume. 69.*

70 *Confeſſio mariti de dote facta conſtante matrimonio, etiam in inſtrumento guarentigiato, marito non præiudicat. Rationes redduntur num. ſeq.*

*Idque etiamſi poſt confeſſionem factam, mulieri alimenta præſtitiſſet, nume. 73.*

*Vel paſſus fuiſſet præterlabi tempus opponendi exceptionem non numeratæ. nu. 74.*

75 *Tacitum expreſſo plus non debet operari.*

76 *Confeſſio etiam geminata de dote, poſt matrimonium contractum, non præiudicat marito.*

77 *Confeſſionem mariti ignobilis de dote, matrimonio iam conſtante, ipſi præiudicare.*

78 *Confeſſio facta à marito, matrimonio iam conſtante, de recepta dote ab alio quam muliere, præſumitur eo, quòd vere numerata ſit, emiſſa eſſe ſecundum Baldum & ſequaces. Idque reſpectu exceptionis de dote non numerata.*

*Contraria probatur opinio. nu. 79.*

*Quid autem ſit, an animo donandi feciſſe præſumatur. numero 80.*

81 *Inſtrumenti verbis, quia vera præſumuntur, ſtandum eſt.*

82 *Maritus ære alieno grauatus, dotem recepiſſe confeſſus à coniuncto mulieris, donandi animo confeſſus fingitur.*

*Simile eſt ſi à ſocero, cui æque atque vxori donare prohibetur. numero 83.*

*Vel ab alio extraneo, cum quo interueniſſet tractatus de dote mulieri donanda. nu. 84.*

*Vel ſi extraneus ille, ſtatim mulieri ius ſuum ceſſiſſet. nu. 85.*

86 *Confeſſio de dote matrimonio conſtante facta à marito, cui ſocer alio inſtrumento, dotem confeſſatam ſoluere promittit ſpe factæ promiſſionis præſumitur emiſſa.*

*Idem ſi confeſſionem ſequitur promiſſio de ſoluendo, ante tempus, opponendi exceptionem, lapſum nu. 88.*

87 *Actus duo facti alter poſt alterum, cenſentur correſpectiui.*

89 *Hæredes mariti, qui dotem à ſocero recepiſſe confeſſus erat, ſpe futuræ numerationis in inſtrumento, vel alia promiſſione facta, vtrum liberentur cedendo actiones vel ſoluere teneantur reuera dotē ipſam. nu. 90. cum ſeq.*

EST admodum vtilis & frequens in foro & iudiciis hæc diſceptatio, quando dos à marito confeſſata præſumatur ei numerata in præiudicium & detrimentum ipſius mariti ac hæredum ſuorum. Quam quidem diſputationem diligēter abſoluit Bartholomæus Soc. in l. j. nu. 70. & multis ſequētibus. ff. ſol. matr. Nos magna ex parte ſecuti ordinem ex traditione ipſius Socini, alia pro ingenij noſtri mediocritate & diligentia adiungemus.

Duo tempora, hic primùm vna cum ipſo Socino diſtinguemus: primum ſcilicet ante contractum; ſecundum, poſt contractum matrimonium.

Quoad primum tempus, diſtinguit Socinus plures concluſiones, nos pauciores caſus conſtituimus.

1 Primus eſt, quando conſtat, quod vir, qui ante † matrimonium confeſſus eſt recepiſſe dotem, donandi animum habuit. Hoc in caſu confeſſio non nocet ipſi marito. Ita Socin. Sen. in d. l. j. nu. 70. qui huius opinionis recenſet Baldum & Salicetum in l. j. C. de donat. ante nupt. & teſtatur idem Socinus eſſe communem opinionem; quam quidem probarunt etiam Gozad. in conſi. xxviij. nu. 31. verſi. quarto dico.

Et hæc quidem opinio fulcitur textu. d. l. j. C. de don. ante nupt, vbi ſi donandi animo dotem auxerint maritus, nihil dicitur actum: & ob id à muliere quod in dotem (inquit text.) datum non eſt; repeti non poteſt. Et accedit, quod licet confeſſio hæc animo donandi facta ſit ante matrimonium: attamen ex quo confertur in tempus matrimonij. l.
2 quod ſponſæ. C. eod. cum appelletur dos quæ † ſine matrimonio eſſe non poteſt, l. vlt. C. eod. de donat. ante nupt. Et
3 donatio † conſtante matrimonio conſiſtere non poſſit inter virum & vxorem. l. j. & ij. ff. de donat. inter vir. & vxo. ſequitur dicendum, confeſſionem ſeu verius donationem hanc nō obeſſe marito, quin eam reuocare poſſit, donec viuit. l. ij. C. de dote cauta non numer. ſi vero præmoritur maritus, confeſſione illa non reuocata, confirmatur tamquam donatio. l. ij. C. de dote cauta non numer. ſic & de ſtipulatione tradit Barto. in l. ſi diuortio. numero 3. ff. de verb. oblig. Et dicitur confirmari nō ex verbis, ſed ex mente legis. l. cum hic ſtatus. §. ſi ſponſus. ff. de don. inter vir. & vxo. quem ſic perpendunt Aret. in l. ſi diuortio. ff. ſol. mat. & Soc. in d. l. j. nu. 71. in fi. ff. ſol. matrim.

Declaratur primò, vt locum non habeat hic caſus, quando ignobilis confitetur, dotem recepiſſe à muliere nobili. Hoc in caſu cōfeſſio præiudicat ipſi viro, qui dicitur ſic confeſſus animo donandi, & donatio ipſa valet; quippe quæ remuneratoria dicitur. Ita Angelus in l. j. ff. ſol. mat. quem ibi refert Soci. nu. 72.

Hic duos caſus conſidero vna cum Aretino in cap. ſuper eo. il ij. nume. 8. de teſtibus, & prius Salicet. in l. ij. column. ij. verſicul. aut probatur. C. de dote cauta, non num. Primus
4 eſt, quando conſtat manifeſte † virum ignobilem ducentem mulierem nobilem, ei donare voluiſſe, donatio valet & conſiſtit,



ſiſtit, vt pote facta remunerationis gratia. Hoc in caſu loquuntur Barto. in l. ſi diuortio. nu. 4. ff. ſol. matri. & ibidem Iaſon nu. 13. qui alios plures recenſet. & apertius Alciatus nume. 4. ſic & Socinus in d. l. j. nu. 72. idem affirmarunt Are. in c. ſuper eo. il ij. nu. 4. verſi. circa ſecundum. de teſtibus, & probat tex. l. quod autem. §. ſi vir. ff. de dona. inter virum &
5 vxor. vbi donatio † inter virum & vxorem remunerationis cauſa conſiſtit, & tradunt Iaſon in l. ex hoc iure. nu. 55. ff. de iuſti. & iur. & in l. ſi pater puellæ. col. j. C. de inoffic. teſta. & Decius in l. ſi donatione. num. 8. C. de colla. Atqui hæc donatio facta ab ignobili viro, mulieri nobili dicit remuneratoria. Ergo valet. Illa minor probatur. Nam cum mulier † nobilis nubens viro ignobili nobilitatem amittat. l. mu-
6 lieres. C. de dignit. lib. xij. & ſcribunt Bar. Bal. in l. vlti. C. de verborum ſignifica. & Tiraquel. in tracta. de nobilitate. cap. xviij. num. 19. & mariti famula quodammodo efficiatur: ſequitur, quòd in tantæ iacturæ recompenſationem, donare illi potuit maritus.

Cæterum ab hac opinione diſſentit Bald. Nouellus in d. l. j. nume. 145. ff. ſoluto matr. & in tract. de dote, parte decima. nu. 7. in fine. & nume. 8. Qui quidem motus eſt tex. l. iij. §. videamus. ff. de dona. inter vir. & vxor. vbi donatio facta à libertino filię ſenatoris, cum qua contraxerat matrimoniū conſiſtit, quia matrimonium inter eos eſſe non poteſt. Ergo ſi matrimonium eſſe potuiſſet, donatio non valuiſſet. Eſt ſimilis tex. in l. & ideo. §. vlt. ff. eodem titu. vbi valet donatio inter patronum & libertam vxorem: cum inter eos matrimonium prohibeatur. Ergo ſi matrimonium eſſet validum, non conſiſteret donatio. Reſpondetur primo ſecūdum Iaſ. in d. l. ſi diuortio. nu. 13. in fine. Vel & ſecundo ex ſententia Soci. in d. l. j. nume. 73. verſi. ſed quia. ff. ſoluto matr. prædicta iura loqui, quando donatio facta fuit poſt contractum matrimonium. Nam tunc non eſt conſiderabilis cauſa remunerationis, ex quo iam celebratum eſt matrimonium, ſecus verò ſi † antequam contraheretur, quia tunc donatio ſit,
7 vt illa inuitetur ad contrahendum, atque illo primo caſu eſt quodammodo neceſſaria, hæc vero caſu eſt volūtaria: vt dicebat Socin. Et nos verè loquimur, quando confeſſio facta fuit antequam contraheretur matrimonium.

Secundus eſt caſus, quando ſumus in dubio, quo animo vir iſte confeſſus eſt dotem recepiſſe à muliere nobili. Quē quidem caſum explicabimus in prima extenſione ſubſequentis caſus.

Secundus eſt caſus igitur, quando ſumus in dubio; quo animo ſcilicet maritus confeſſus fuerit ſe recepiſſe dotem, an animo donandi, vel ſpe futuræ numerationis? Hoc in caſu
8 præſumitur, quod confeſſus † fuerit ſpe futuræ numerationis: & propterea exceptionē ipſam opponere poterit intra tempus à lege præſtitutum. Ita Soc. in d. l. j. nu. 75. ver. tertia concluſio. poſt Specu. & Ioan. Andreæ quos commemorat. Et idem affirmarunt Salicet. in l. ij. in fine. C. de dote cauta non nume. Aret. in conſil. lxxxvj. col. ij. Alex. in conſil. cxlij. colum. ij, lib. v. Baldus Nouellus in tracta. de dote, parte decima. nu. 7. Ruinus in cōſi. cxxx. n. 1. lib. j. & in conſ. cxxxvij. nu. 6. lib. iiij. Craue. in conſi. xl. nu. 1. & Didac. in lib. j. varia. reſol. c. vij. nu. 6. ver. eſt item hoc.

Primò affertur text. l. vlti. cum auth. ibi poſita. C. de dote cauta non numera. vbi permiſſa eſt exceptio dotis non numeratæ contra inſtrumentum, in quo ſcriptum fuit, dotem
9 fuiſſe datam, ſi modo elapſum † non ſit decēnium, quia tunc amplius non auditur. Cum ergo concedatur exceptio dotis non numeratæ, ſequitur dicendum, non præſumi maritum ſic confeſſum animo donandi.

Secundò accedit ratio, quod vbi ſumi poteſt coniectura,
10 aliquid fuiſſe factum aliqua † cauſa, donatio non præſumitur. l. cum de indebito. ff. de probatio. & latè diſſerui in lib. ij. de arbitrariis iudicum. caſu lxxxviij. col. j. Atqui hic ſumi poteſt coniectura, quod confeſſus ſit vir iſte, ſpe futuræ numerationis. Ergo non præſumitur, quod animo donādi confeſſionem emiſerit.

Extenditur primò, hic caſus, vt locum etiā habeat, quan
11 do † vir ignobilis ducturus mulierem nobilem, cōfeſſus eſt recepiſſe dotem. Nam adhuc præſumitur hic confeſſus ſpe futuræ numerationis. Ita Accurſius, Cynus, Bartol. & Bald. l. ſi voluntate. C. de dotis promiſſio. & apertius Aret. in capitul. ſuper eo. il ſecundo. numero nono. de teſtibus, Baldus Nouellus in tractat. de dote, parte decima. numero octauo. Roman. in l. ſi diuortio. de verborum obligation. & ibidem Alciatus nume. 5.

Primò ea ratione fulcitur hæc opinio, quia quando præſumi poteſt alia cauſa, quam donationis; illa præſumitur. l. ſi cum aurum. ff. de ſol. & ſcripſi in lib. 2. de arbitrariis iudicū. caſu lxxxviij. col. j. Atqui noſtro in caſu ſumi poteſt coniectura, q; ſpe futuræ numerationis confeſſus ſit vir recepiſſe dotem. Non ergo debet præſumi, quod animo donandi.

Secundò accedit, quod hic ignobilis videtur id feciſſe, neceſſitate quadam coactus, vt mulierem illam nobilem
12 obtineret, quare cum in neceſſitatibus nemo † liberalis exiſtat. l. rem legatam. ff. de adimen. legat. ſequitur dicendum, confeſſionem factam non fuiſſe animo donandi. Et huc facit text. notab. l. ſi vt certo. §. interdum. ff. commo. vbi Bart.
13 annotauit, quod quando conceſſio † facta à marito, vel ab alio, poteſt habere reſpectum ad honorem propriū, non præſumitur facta animo donādi. Et idem Bart. in l. in his. §. j. nu.
14 2. ff. ſol. ma. ſcriptum reliquit, quod maritus † non præſumitur donare veſtes, quos ſui honoris cā mulieri dedit. Qua de re ſuo loco dicemus. Verum argumentatio hæc leuis eſt. Nam poſſet habere locum quando conſtaret ſaltem coniecturis & indiciis, quod mulier illa nolebat nubere huic ignobili, vel quod eius parentes difficiles ſe reddebant, vt puella hunc ignobilem virum haberet.

Tertiò confert ſecundum Aretinum in d. cap. ſuper eo. il ij. nume. 9. ver. confirmatur iſta, de teſtibus, quod ſi hac confeſſione induceretur donatio, duæ donationes ex eodē actu inducerentur. Vna, quod maritus obligaret ſe ad alendam vxorem indotatam. Altera, quod obligaret ſe ad reſtituendum dotem non habitam. Atqui veriſimile non eſt, quod
15 quis velit ſe † onerare duplici onere. l. Titia. la j. §. qui in vita. de legat. ij. Ergo non præſumitur facta confeſſio animo donandi: ſed ſpe futuræ numerationis. Cæterum conſiderationem hanc confutauit & recte ſatis, Iaſon in dicta l. ſi diuortio. nume. 12. ff. de verbo. obligat. quod ſcilicet duæ donationes non ſunt: ſed vna tantùm, nempe dotis, in cuius cōſequentiam venit obligatio præſtandi alimenta ipſi mulieri ſic dotatæ. Dum enim vir voluit obligari tanquam dotatus, ſequitur dicēdum, voluiſſe obligari ad alendam ipſam vxorem. Illa ergo prima argumētatio cæteris ſolidior eſt. Quare retinenda eſt hæc, ſententia, reiecta contraria opinione eorum, qui ſcripſerunt, virum hunc ſic fuiſſe confeſſum, animo donandi. Ita ſane affirmarunt Cynus in l. ſecunda. C. de dote cauta non numerat. & ibidem Salicetus. in fine. Baldus in l. prima. C. de dona. ante nup. Angelus in l. prima. ff. ſoluto matri. Idem ſenſit Bart. in l. ſi diuortio. nume. 4. de verb. oblig. vt perpendit ibidem Iaſon nu. 10. & 11. qui idem affirmauit, & apertius Soci. Sen. in d. l. j. nu. 72. ff. ſolut. matri. idem etiam ſenſit Caſtren. in conſi. ccclxxxiij. Circa primū. col. j. ver. tertius caſus. lib. iij.

Primò ea ratione moti ſunt, quod hic adeſt cauſa remunerandi, cum mulier nobilis, nubendo ignobili amittat nobilitatem, vt diximus ſupra. Ergo præſumitur donatum ob illa benemerita. l. ſi verò non remunerandi. §. idem Papinianus. ff. mandati. Verum reſpondetur, quod quando ſit donatio, & præcedunt benemerita, illa cēſetur facta ob ipſa præcedentia benemerita; ſed nos negamus factam eſſe donationem. Præterea non videntur hæc benemerita digna aliqua conſideratione, cum mulier nubendo ignobili, tanti eum æſtimauerit, vt ſibi parem eſſe iudicauerit, & forte eum vel ob diuitias, vel ob aliquas animi dotes eum exoptauit habere.

Secundò motus eſt Salicet. in d. l. ij. in fi. C. de dote cauta non numera. per l. j. & l. cum veterum. C. de dona. ante nupt. vbi datum à ſponſo ſponſæ, præſumitur donatum ob futurum matrimonium.

Cæterùm reſpondetur, id procedere, quando verè fuit donatum, ſed ignoratur cauſa. Nam tunc præſumitur ob futuras nuptias. Hic verò diſputamus de ipſo actu, an ſcilicet præſumatur donatio, vel quod ſpe futuræ numerationis ſic fuerit confeſſus. Qua in re dicimus, præſumi potius, quod fuerit ſic confeſſus ſpe futuræ numerationis: cum donatio non præſumatur. Hæc tamen opinio, quam probauimus, locum

cccc xlv.nu.9.Caſtre.in conſil.ccclxxxiij.circa primum col.
iij.lib.ij. Alex.in conſi.cxlij.nu.4.lib.v.Pariſius in cõſi. lxij.
in fi.lib.j.Idem ego reſpondi in conſi.lxxxj.nu.15.lib.j.vbi
recenſui alios ſic affirmantes.Et moti ij ſunt.l.qui teſtamen-
tum.ff.de probatio.& in d.l.cum quis decedens.§. Titia. Et
accedit ratio,quia quando teſtator in teſtamẽto,vel codicil-
lis ſic confitetur, nulla ſubeſt ſpes futuræ numerationis, vt
inquit gloſſ. in l. vltim. C. de falſa cauſa adiecta lega. quam
dixit ſingularem Baldus in titul. de pace conſtantiæ. in ver-
bo, vaſalli. Cum ergo non præſumatur facta confeſſio ſpe
futuræ numerationis, ſequitur dicendum præſumi factam
animo donandi. Cæterũ ratio hæc omnino concludere tan-
50 tum videtur, † quando teſtator laboraret in extremis: ſecus
verò ſi eſſet ſanus: quia tunc ſpem futuræ numerationis ha-
bere poteſt.

Quartus eſt caſus, quando maritus conſtante matrimo-
nio confeſſus eſt recepiſſe dotem, & renunciauit exceptio-
ni dotis non numeratæ. Hoc in caſu, diſputatio eſt de volun-
tate ipſius mariti confitentis: an ſcilicet confeſſus ſic fuerit
ſpe futuræ numerationis, vel animo donandi? Recepta Do-
51 ctorum ſententia eſt, † quod donandi animo, ſic confeſſus
fuerit. Ita docuit Socin. in d.l.j.numero 100. ff. ſoluto ma-
trimo.poſt Imolam. in l.ſi conſtante.ff. ſoluto matrimo. &
Aret.in l. ſi diuortio. de verborum obligatione, & in conſil.
lxxxvj.nu.3.Et his accedit Alex.in conſi.cxlij.nu.2.& num.
5.lib.v. qui communem eſſe teſtatur, & ait à conſulendo &
iudicando non eſſe ab hac recedendum. Ita quoque Ruinus
in conſi.cxxx.num.1.& in conſilio.cxc.num.5.lib.j.in conſ.
cxxxij.nu.15.in conſi.cxxxvij.nu.6.lib.iiij.in conſ.lvj.nu.4.
& in conſi.cliij.num.4.lib.v.Gozad.in conſ.xxviij.num.21.
Bellonus in conſi.iiij.nu.2.& in conſ.xlvij.nu.3.& in conſi.
xlviij.num.1.Pariſius in conſ.lxxxvj.nu.35.lib.iij. Didacus
lib.j.varia.reſol.c.vij.nu.4. verſi. ego opinor. Et huius qui-
52 dem traditionis ratio ea eſt, † quia maritus renunciãdo ipſi
exceptioni dotis non numeratę, ſignificat ſpem non habere,
quòd ſibi numeratur: & propterea non poteſt dici confeſſio
facta ſpe futuræ numerationis, ſed donandi aĩo. Comproba-
batur hæc opinio ex his, quæ dicemus in prima extenſione
ſubſequentis caſus, vbi facta confeſſione & lapſo tempore
opponendi exceptionem non numeratæ dotis, præſumitur
facta confeſſio animo donandi, cum maritus permittendo
labi tempus ad opponendum prædictam exceptionem, cen-
ſetur tacite illi renuntiaſſe, iuxta glo.l.ſi ego.ff.de neg. geſt.
ſi id contingit in tacita illa renuntiatione, multo magis idem
dicendum eſt in hac expreſſa, iux.gl.notab.in l.ij.C.de dotis
promiſſ.

Nec obſtat, quod docuit Barto.in l.aſſiduis.C.qui potio.
in pigno.hab.cum dixit, cõfeſſionem mariti ſic factam cum
hac renuntiatione operari ne maritus poſſit opponere eam
exceptionem dotis non numeratæ. Nam reſpondet Socinus
in d.l. j. numero 100. in fine Bartolum loqui in confeſſione
facta ante contractum matrimonium. Qua de re diximus in
præcedenti capite in prima declaratione ſecundi caſus. Et
hunc caſum intellexit Bello.in d.conſ.iiij.num.2.procedere
etiamſi nulla facta ſit renuntiatio.

Quintus eſt caſus, quando dos ante contractum matri-
monium fuit promiſſa: deinde poſt contractum ipſum ma-
trimonium maritus cõfeſſus eſt recepiſſe dotem ipſam. Hoc
53 in caſu recepta eſt Doctorũ opinio, quod maritus ſic † con-
feſſus ſit, non ſpe futuræ numerationis, nec etiam animo do-
nandi: ſed quia verè dotẽ ipſam receperit. Ita Petrus, Cynus,
Fulgoſius, Salicetus & Caſtren. in l.in cõtractib.§.ſed quo-
niam.C.de non num.pecun.Bart.in authen.de tempore non
ſolutæ pecuniæ.in prin.numero 6.Roman.in conſi.ccccxlv.
num.7.& in l.ſi conſtante.in princip.num.44.ff. ſolut.matr.
Caſtr.in l.pen.§.ſi vir. nume.3.ff.eo.ſolut. matr.& in conſil.
ccclxxxiij.Circa primum quo. columna prima, verſi. ſecun-
dus caſus.lib.ij.Ancharanus in conſi.cccvij.Alex.in d.l.pen.
§. ſi vir.Baldus Nouellus in tract. de dote, parte decima.nu.
18.Felinus in cap.ſi cautio.nume.82.de fide inſtr. Afflict.in
deciſ.cccc ij.num.2.Rubeus in conſi.lxxviij. in fine. Craue.
in conſi.xl.columna prima, verſic. ſecundo quia.& Didacus
in libro j.variar. reſolut. capit.vij.nume. 6. vbi communem
eſſe teſtatur. Et multi ex prædictis eiuſdem opinionis recen-
ſent Io. Andreæ quem aliter eſt interpretatus Socinus, vt di-
cemus infra. Et ij quidem moti ſunt, primò textu.d.l.in con-
tractibus.§.ſed quoniam ibi. Illis etiam ſecuritatibus, quæ
poſt confeſſionem dotalium inſtrumentorum de ſoluta do-
te, vel ex parte, vel inſolidum exponuntur, nullam non nu-
meratæ pecuniæ exceptionem penitus opponi. Et licet illa
verba, dotalium inſtrumentorum, poſſint intelligi ſecun-
dum gloſſ. Bartolum, Baldum, & Alber.ibi, quod maritus
ſemel confeſſus fuerit recepiſſe dotem, atque ita gemina-
54 tam eſſe confeſſionem † quæ exceptionem non numeratæ
dotis excludat: attamen intelligi etiam poſſunt, vt ſignificẽt,
dotis promiſſionem præceſiſſe. Secundò rationem prædi-
cti perpendunt, quia non videtur hoc fieri ſpe futuræ nume-
rationis, quia priuſquam maritus habeat vxorem obligatam
ad ipſam dotem, iam habet, quod affectauerat, nempe vxo-
rem dotatam, quam vxorem poteſt ad libitum conuenire
pro ſolutione dotis. Quæ ſane ratio ceſſat, quando maritus
ſic confitetur ante contractum matrimonium, quia vir vt
plurimum inducuntur ad confitendum recepiſſe dotem ad
hoc, vt ipſam vxorem habeant, ſperantes poſtea ſibi ſolutum
iri dotem.

55 Contrariam tamen opinionem † veriorem eſſe ſcripſit
Socin. in d.l.prima.numero cij. verſicul. ſed hæc concluſio
mihi nunquam.ff.ſolu.matri.qui quidem numero nonageſi-
moquinto, iam dixerat hanc confeſſionem præiudicare ma-
rito confitenti, & eius ſucceſſoribus: ſed ibi Socinus loqui-
tur de confeſſione receptionis, facta ante contractum ma-
trimonium: Hic verò poſt ipſum matrimonium. Hæc volui
dixiſſe, ne incõſtantiæ arguatur Socinus, ſic etiam Emanuel
Coſta in l.ſi ex cautione.in fallent.xiiij. verſi. ego nihilomi-
nus.C.de non num.pec.

Primò ea ratione motus eſt: quia illæ rationes quæ red-
dunt ſuſpectam hanc confeſſionem, vt ſcilicet præſumatur
facta animo donandi, locum habent etiam quando iam præ-
ceſſit promiſſio ipſius dotis. Et præſertim, quia facilius, quis
56 ſe obligat † & remittit, quàm quod re ipſa donet.l.ſed ſi ego.
ff.ad Velleia.& tradit Bart.in l.ſi duo.ff.de verb. oblig. Ve-
rùm reſponderi poteſt, quod ſi maritus habuiſſet animum
donandi, non curaſſet ſibi fieri promiſſionẽ illam dotis, ante
contractum matrimonium: ſed eo tempore cõfeſſus fuiſſet,
ſe eam recepiſſe; Id quod eſt magis veriſimile. Cum vir mi-
nus tunc impediatur donare, quàm poſt contractum matri-
monium.

Secundò mouetur Socinus, quia d. l. in contractibus. §.
ſed quoniam, tollit quidem exceptionem dotis non nume-
57 ratæ, non autem ſimulationis † quæ perpetua eſt.l.ſi ſub ſpe-
cie.C.de poſtul.Reſpondetur, & negatur prædicta ratione,
quod hic adſit ſimulatio.

Tertiò mouetur Socinus, quod quando maritus confeſſus
eſt ſe recepiſſe dotem, illa confeſſio ſignificat, quod nume-
ratio facta fuerit tempore illo cõfeſſionis: ſicuti docuit Bart.
in l.poſt dotem.q.j.ff.ſol. matr. atque ita tempore iam con-
tracti matrimonij, quo ſanè tempore videtur mulier nihil ex
ſuo tradidiſſe: Cum omnia bona ipſius mariti eſſe præſumã-
tur.leg.etiam.C. de iure dotium. Ergo maritus præſumitur
ſic confeſſus animo donandi.

Cæterum leuis eſt Socini conſideratio, quæ ſolùm poſſet
habere locum, quando ipſamet mulier, quæ non appareret
vnde haberet bona, dotẽ ipſam promiſſet. Secus verò quan-
do vel à patre, vel aliis ꝓmiſſa fuit dos nomine mulieris: vel
ipſamet muliere, quæ bona haberet.

Quartò mouetur Socin. auctoritate Ioan.Andr.in addi-
tionibus ad Specu.in tit.de donatio. inter virum & vxo. qui
ſic diſtinguit. Aut confeſſio eſt facta conſtante matrimonio,
& tunc præſumitur facta animo donandi, aut facta fuit ante
contractum matrimonium: Et tunc diſtinguit Io. Andreæ,
aut præceſſit promiſſio aut non, ſenſit ergo Ioann. Andreæ,
quod quando confeſſio facta eſt conſtante matrimonio: non
eſt diſtinguendum, an præceſſerit vel non, promiſſio dotis.

Verùm facile reſpondetur, quod etſi Ioannes Andraæ
ita non diſtinguat, in confeſſione facta conſtante matri-
monio, attamen reliqui ſupra citati interpretes diſtin-
guunt.

Sextus eſt caſus, quando maritus conſtante matrimonio
ſimpliciter confeſſus eſt recepiſſe dotem: Et dubitatur; an
animo donandi, vel ſpe futurę numerationis ſic confeſſus ſit,





Hoc in caſu ſunt opiniones Doctorum. Vna fuit eorum
58 † qui exiſtimarunt, confeſſionem hanc fuiſſe factam animo
donandi. Ita affirmarunt Io. Andreæ in additio. ad Specula.
in rubric.de dona. inter virum & vxo. Barto.in l.ſi diuortio.
numero 3. ff. de verb.oblig.& in l.Papinianus. ff.de donat.
inter virum & vxo. Aretinus in §.fuerat.nume. 14. in inſtit.
de actio. Abbas in cap.etſi neceſſe.colu.j.de donat. inter vi-
rum & vxo. Alexan.in conſi. quadrageſimoquinto: nume. 9.
lib.j. Baldus Nouellus in tract.de dote, parte decima.nume.
6. 7. & 18. Socin. in d.l.j.numero 101. ff. ſoluto matr. & in
conſi.lxv.lib.j. Claudius Scyſellius in d.l.ſi diuortio.num.7.
ff.de verb.oblig. Ruinus in conſi.cxxx.nume. 1. & in conſil.
cxc.num.5.libro primo. Curtius Iun.in conſi. xcv. numero
tertio. & Bellonus in conſi.iiij.num.1.in conſi. quadrageſi-
moſeptim.numero primo.& in conſilio quadrageſimooCta-
uo.numero primo.& Monterentius in commentariis ad ſta-
tuta Bononiæ libro quarto.rubri.de dotibus reſtituendis.§.
etſi maritus in gloſſa confeſſata.

Primò affertur tex. l. quod de ſuo. C. de dote cauta non
numer. Qui quidem non probat, ſolũ enim decidit Alexan.
quod ſi maritus conſtante matrimonio donandi animo in
dotem adſcripſit, &c. Quo autem modo in dotem ſcripſerit:
atque ita quomodo conſtet de donandi animo, non declarat
Imperator ille.

Secundò perpendi ſolent.l.qui teſtamentum.ff.de proba-
tio.& l. cum quis decedens.§.Titia.ff.de leg.ij. ducto argu-
mento à diſpoſitione vltima, ad actum inter viuos, iuxta l.
quæ de legato. de leg.ij.cum vulgatis. Illis enim in reſpon-
ſis habetur, quod ſi maritus in teſtamẽto vel codicillis con-
fitetur ſe recepiſſe dotem ab vxore, cum de ipſa numeratio-
ne aliter nõ appareat, præſumitur, quod ei donauerit. Idem
ergo dicendum eſt, quando in actu inter viuos ſic confeſſus
eſt. Cæterum facile reſpondetur.d.l.qui teſtamentum.& d.l.
59 cum quis decedens. §. Titia, loqui in confeſſione † facta in
vltima voluntate, quę quidem multum differt, à facta in actu
inter viuos. Non enim cum in vltima diſpoſitione ſit, ſubeſt
illa ſpes futuræ numerationis, quæ extat in confeſſione factã
inter viuos.

Secunda fuit opinio, præcedenti contraria quod ſcilicet
60 maritus confeſſus † ſic non fuerit, vt donaret, ſed ſub ſpe
futuræ numerationis. Hanc probarunt Rom. in l. ſi diuor-
tio.nu.6.ff.de verb.oblig.vbi Imola & Aret. idem ſcribunt,
ſic & ipſe Rom.in conſ.ccccxlv.nu.7.Salic.in l.j.col.ij.C de
dote cauta non num.Anch.in conſ.cccvij.Camp.in tract.de
dote part.j.q.lij.Iaſ.in §.fuerat.numero 93.in inſt. de actio.
Felin.in c.ſi cautio.nume.71.de fid.inſtr. Crau. in conſil.xl.
colum.j.& Didac. Couuar.lib.j.var.reſol.c.vij.num.4.verſ.
ſed quod etiam matrimonio. Et hæc quidem ſententia mi-
hi magis probatur. Primò ea moti ſunt ratione, quia quan-
do ſumi poteſt cõiectura quod alia ex cauſa quàm donatio-
nis factum quid ſit, ſumi illa debet, non autem donationis.l.
cum de indebito.in princ.ff.de probatio.& l. ſi cum aurum.
ff.de ſolutio.& ſcripſi in lib.ij. de arbitrariis iudicum, caſu
lxxxviij.col. j. Atqui noſtro in caſu ſumi poteſt coniectura,
quod ſpe futuræ numerationis facta ſit confeſſio. Ergo præ-
ſumi ita debet, non autem donatio. Verùm reſpondet Soci-
nus in d.l.j.nume.101.ff.ſoluto matrimonio, quod cum dos
requirat numerationem. l. ſecunda. C. de dote cauta non
61 numer. confeſſio facta † inter perſonas, inter quos prohibi-
ta eſt donatio, ſuſpecta præſumitur. vt in l.qui teſtamentum.
ff.de probatio. & in ſimili, confert. l.prima.C.de ſponſa. l.j.
C.de natura liber. & quod docuit Bartolus in l.ſi is, qui.nu-
mero quarto. ff. de vulg. & pup. ſubſtit. cum dixit, quod ſi
62 ſpurius † reperitur poſſidere bona patris, empta ab eo, cui
pater vendiderat, fraus præſumitur.

Hæc Socini conſideratio, ni fallor, magis confirmat ar-
gumentum, quàm illud impugnet. Si enim prohibita eſt do-
natio inter virum & vxorem: Non eſt credendum quod ma-
ritus voluerit aliquid facere contra legem, quia eſſet præſu-
mere delictum contra.l.merito.ff. pro ſocio, ſed ſecundum
eã. Et ideo ſumi potius debet interpretatio, quod confeſſus
ſic fuerit ob ſpem futuræ numerationis. Nec repugnat. d.
l.qui teſtamentum. ff. de probatio, quia ibi ſumi non pote-
rat alia præſumptio, quòd aliam iuſtam ob cauſam ſic con-
feſſus fuerat, quàm vt legaret ei, qui capere non poterat. Sic
etiam euitatur. dicta l.j.C.de ſponſalibus.& l. prima. C. de
natura.lib.& traditio Bart. in d.l.ſi is, qui.ff.de vulg.qui lo-
quitur pariter in ſpurio, cui pater nullo modo relinquere
poterat.

Secundò vel ex eo argumentantur, quod ſi diceremus,
hanc confeſſionem factam fuiſſe alio animo, quam ſpe futu-
ræ numerationis, fere nunquam locum haberet titulus.C.de
dote cau.non numer.

Nec repugnat conſideratio Socini in d.l. prima. numero
centeſimoprimo, quod imò is titulus poteſt multoties ha-
bere locum in confeſſione facta à marito ante contractum
matrimonium: ſicut poſt Ioann. Andreæ & alios diximus
ſupra in præcedenti capite in ſecundo caſu. Nam replicari
poteſt, has confeſſiones frequentius fieri poſt contractum,
quam ante cõtractum matrimonium, quemadmodum quo-
tidiana ipſa experientia docet. Et ſignificant permulta à iu-
riſconſultis reddita reſponſa, quæ ſunt de his confeſſioni-
bus factis poſt contractum matrimonium. Ita ſane Ancha-
ran.in d.conſi.cccvij.Roma.in conſi.ccccxlv.nume. 5.Alex.
in conſi.cxlij.libro v. Ruinus in conſilio cxxx.& in conſilio
cxc.libro primo, & alij multi ſupra commemorati. Crau.in
conſilio quadrageſimo, colum. prima. cum tamen perpauci
reſponderint de confeſſionibus factis à viro, ante cõtractum
matrimonium.

Quare cum frequentius contingat confeſſiones fieri poſt
contractum matrimonium; veriſimile eſt, quod de his in-
tellexerint Imperatores, in dicto titulo. C. de dote cauta
63 non numer. cum lex ad ea, quæ accidunt † frequentius, ma-
gis adaptetur.arg.l.nam ad ea.ff.de legib.

Tertiò adduci ſolet text.§.ſinautem, verſiculo, vbi enim
in auth.de tempore non ſolutæ pecun. ſuper dote. quo loci
ſtatuit Iuſtinian.quod elapſo tempore opponendi exceptio-
64 nem † dotis non numeratæ, cenſetur maritus velle, quod
dos ipſa non numerata reſtituatur. Non ergo maritus ſola
ipſa confeſſione ſine curſu temporis velle videtur, quod dos
prædicta reſtituatur; & conſequenter non præſumitur velle
donare. Nec vrget reſponſio Socini præcitato in loco, cùm
dixit, Iuſtinianum loqui de confeſſione facta ante contra-
ctum matrimonium. Nam replicatur Socini interpretatio-
nem repugnare claris verbis ipſius Iuſtiniani ibidem in §. ſi
ergo annis duobus. Et his ceſſat alia conſideratio; quam
perplexe & obſcure ſubiungit Socin.

Quartò confert tex. l. ſi voluntate. C. de dotis promiſſ.
qua ſancitum eſt, maritum petere poſſe dotem, quam con-
feſſus fuerat ſe recepiſſe. Ergo confeſſio illa præſumitur fa-
cta ſub ſpe futuræ numerationis; alioqui ſi animo donandi
præſumeretur facta, locus non eſſet illi petitioni. Non hic
repeto aliud argumentum.

Quintò ſuffragatur à fortiori auctoritas & ratio eorum,
qui (vt retuli ſupra in ſecundo caſu primi capitis) ſcripſe-
runt, quod quando vir ante contractum matrimonium con-
feſſus eſt recepiſſe dotem, dicitur ſic confeſſus ſpe futuræ
numerationis: non autem animo donandi: cum tamen ita
permiſſa ei eſſet donatio, ſicuti confeſſio. Ergo à fortiori
idem dicendum eſt in caſu noſtro, in quo donatio prohibita
eſt, conſtante ſcilicet matrimonio. Cum enim quis facit
65 actum, † qui poteſt vno caſu eſſe permiſſus: alio verò caſu
prohibitus: præſumitur factus in caſu permiſſo. Ita, Barto-
lus in l. de pupillo. §. ſed vt reprobari .numero ſeptimo de
operis noui nuntiat. & ibidem Alexander & Iaſon. ſic & hic
cum confeſſio hæc poſſit intelligi facta in caſu permiſſo, hoc
eſt ſpe futuræ numerationis: vel in caſu prohibito, nempe
cauſa donationis inter virum & vxorem, præſumi debet fa-
cta cauſa futuræ numerationis. Non hic repero aliud argu-
mentum, quod ex Aretino collegit & confutauit Socinus
in d.l.j.numer.centeſimoprimo, verſic.reperio etiam quod,
ff.ſolu.matr.

Et quamquam ſecunda hæc opinio verior ſit, attamen
66 † difficile eſſet in foro recedere ab illa prima magis recepta.
Qua quidem probata, inferuntur multa ſecũdum Didacum
in libro primo, variarum reſolut. cap.vij.num.4.verſic.quod
ſi confeſſio.

67 Primò infertur, quod † confeſſio hæc ſeu donatio con-
firmatur præmoriente ipſo marito donatore: abſque alia
traditione rei, cum confeſſio hæc traditionis vim habeat.

Ita gloſſ. in l. ſecunda. C. de dote cauta non numer. vbi Bart. & idem in l. Papinia. ff. de donat. inter virum & vxorem, & in d. l. cum quis decedens. §. Titia. de leg. tertio. Iaſon in l. ſi diuortio. numero octauo, de verborum obligatione. & alios refert Didacus præcitato in loco.

Infertur ſecũdò, non cõpetere mulieri ob hãc confeſſio-
68 nem † ius tacitæ hypothecæ, nec ius prælationis: nec eius cauſam aliter tractandam fore, quàm tractari ſolet cauſa donationis inter virum & vxorem. Ita Didacus in dicto capit. vij. numero quarto. verſicul. ſecundo hinc apparet, poſt Calderinum, Alexand. Bald. Nouel. Socinum Sen. & Campegium.

69 Infertur tertiò hanc confeſſionem † ſeu donationem ex ea præſumptam, reuocari poſſe à marito expreſſe, vel tacite ante mortem, & vere reuocatam cenſeri, quoad bona poſt confeſſionem alienata. l. ſi maritus. C. de donat. inter virum & vxo. Ita infert Didacus præcitato in loco, verſ. tertio inde apparet. Alias illationes Didaci ac etiam Socini, explicabimus in ſubſequentibus extenſionibus & declarationibus.

Extenditur primò hæc communis opinio, vt locum
70 etiam habeat, quando † confeſſio facta fuit in inſtrumento guarentigiato, quod habet vim rei iudicatæ diſpoſitione ſtatuti. Hoc etiam caſu confeſſio præſumitur facta animo donandi, & propterea non præiudicat marito. Ita ſcripſit Socinus in dicta l. prima. numero centeſimoſecundo. ff. ſoluto matrimonio. quem ſecuti ſunt Ruin. in conſilio quinquageſimoſexto. numero 9. libro quinto. & Pariſius in conſilio octuageſimoſexto. numero trigeſimoſexto. libro ter-
71 tio. Et ratio huius traditionis prima eſt, quia † quando principalis contractus præſumitur ſimulatus, ſic & guarentigia ſimulata præſumitur. Secunda eſt ratio, quia ex quo confeſ-
72 ſio iuris † præſumptione apparet ſimulata, opponi poteſt ſimulationis exceptio, non obſtante ſtatuto prædicto, vt ſcribunt Bald. Salicetus & reliqui in l. prima. C. plus valere, quod agitur.

Extenditur ſecundò, vt locum habeat prædicta opinio,
73 † etiamſi maritus cõſtante ipſo matrimonio, & poſt factam confeſſionem præſtitiſſet alimenta ipſi vxori. Hoc etiam caſu confeſſio hæc præſumitur facta animo donandi, & ob id ipſi marito non præiudicat. Ita docuit Socinus in l. prima. numero centeſimoſecundo. verſicul. ſecundum correlatiuum. ff. ſoluto matrim. quem ſecuti ſunt Ruinus in conſi. clxxxiij. numero 5. libro j. Pariſius in conſilio octuageſimoſexto. numero trigeſimoſexto, Gozadin. in conſilio vigeſimooctauo. numero vigeſimotertio, verſicul. ſeptimò fortius. & numero trigeſimoſecundo. verſicul. ad ſextum dico. & Craue. in tractat. de antiquit. tempo. in prima parte principali, in particula tertia, quæ incipit, Propoſitum noſtrum. numero ſeptuageſimoſecundo. Ea ratione motus eſt Socinus, quia veriſimile eſt, quod ſi maritus voluit donare dotem quod eſt plus: multò magis voluerit etiam donare alimenta. Et ſi lex ſuſpicatur de dilapidatione principalis, ſic etiam multò magis ſuſpicatur de acceſſoriis. Et accedit, quod ſi præſtatio hæc alimentorum, nil etiam circa confeſſionem factam ante contractum matrimonium, quæ (vt diximus) eſt minus ſuſpecta, operatur: ſicuti explicauimus ſupra in primo capite, in v. declaratio. ſecundi caſus, multo minus operari debet in caſu noſtro.

Extenditur tertiò, vt locum habeat hic caſus etiam, quando
74 † elapſum eſſet tẽpus opponendi exceptionẽ non numeratæ dotis. Nam lapſus ipſe tẽporis, magis ac magis arguit animum donandi. Ita Baldus in l. vnica. C. de priuil. dot. Imola in l. ſi conſtante. in princ. num. 47. ff. ſoluto matr. Caſtren. in conſil. ccclxxxiij. circa primum. numero ſecundo. libro ſecundo. Angelus Aret. in §. fuerat. numero 15. in inſtit. de actio. & hos ſecutus eſt Socinus in d. l. j. nume. 102. verſicul. ſecundò limita. ff. ſoluto matr. qui teſtatur ſic etiam reſpondiſſe Capram & Petrucium. Et idem retenta communi opinione, quod animo donandi fuerit confeſſus ſcripſit Didac. in lib. j. varia. reſol. c. vij. nu. 5. verſi. quarto itidem.

Et ij quidem moti ſunt primò ea ratione, quia ſi ex confeſſione præſumitur donatio, & conſequenter confeſſio dicitur ſimulata, lapſus dicti tẽporis nihil operari poteſt: cum obſtet exceptio ſimulationis, quæ perpetua eſt, vt dictum fuit ſupra.

Secundò accedit, quod cum confeſſio facta præſumatur animo donandi; lapſus temporis ad opponendum exceptionem dotis non numeratæ, augere magis videtur quàm tollere hanc præſumptionem. argum. auth. de tempore non ſolutæ pecun. ſuper dote. §. ſin autem neque. verſicul. vbi enim. Eo enim animo quo donare voluit confitendo, eodem etiam voluit labi tempus opponendi prædictam exceptionem.

Tertiò ſuffragatur quod plus operari non debet tacitum
75 † quàm expreſſum, vt tradunt Doctor. in l. cum quid. ff. ſi certum petatur, & in l. tertia. ff. de legatis primo. Atqui quando maritus eſt expreſſe confeſſus recepiſſe dotem, ſumitur præſumptio & interpretatio, quod ita confeſſus ſit animo donandi. Ergo idem dicendum eſt in tacita hac confeſſione reſultante ex lapſu temporis.

Cæterum, ſi probamus opinionem illam, quam de iure veriorem eſſe diximus cum Romano, Socino Seniore ſibi contrario, in conſilio octuageſimoſecundo. numero ſecundo. libro tertio, & ſequacibus, quod ſcilicet hæc confeſſio præſumatur facta ſpe futuræ numerationis: tunc ea confeſſio marito eiuſque hæredibus nocebit, poſt elapſa tempora opponendæ exceptionis non numeratæ dotis. Ita ad rem declarat Didacus in dicto libro primo, variarum reſolutio. capitul. ſeptimo. numero quinto. in fine, verſiculo, quod ſi velimus, qui eiuſdem ſententiæ recenſet Emanuelem Coſtam in l. ſi ex cautione, in ix. fallen. C. de non num. pecun.

Extenditur quarto, vt procedat hæc traditio etiamſi con-
76 feſſio † eſſet geminatè facta, poſt contractum matrimonium. Nam adhuc præſumitur facta animo donandi. Ita tradunt Petrus & Cynus in l. in contractibus. §. ſed quoniam. C. de non nume. pecun. & ibi apertius Caſtren. Idem ſenſit Soc. Sen. in l. j. num. 95. verſi. ſed tenendo. ff. ſolut. matr. Diſſentiunt tamen alij congeſti ab Emanuele Coſta in l. ſi ex cautione. in fall. xiiij. C. de non num. pec.

77. Declaratur primò, vt non procedat, quando maritus eſſet ignobilis & mulier nobilis. Ita Caſt. in cõſi. ccclxxxiij, circa primum. col. j. verſi. tertius caſus lib. ij. & Socin. in d. l. j. nu. 102. verſ. tertiò limita. qui tamen ſe remittit ad ea, quæ dixerat ſupra nu. 73. quod loci diſtinguendo confeſſionem factam ante contractum matrimonium, ab illa facta poſt matrimonium dixit, quod quando maritus ignobilis duxit vxorem nobilem, & conſtante matrimonio confeſſus eſt, ſe recepiſſe dotem, non præſumitur, quod animo donandi ſic confeſſus fuerit: ſed ſpe futuræ numerationis. Ratio eſt, ſecundum eum quia iam contracto matrimonio, non ſubeſt amplius illa cauſa neceſſaria, vt ſcilicet contrahere poſſet ipſum matrimonium. Eſt enim iam conſecutus quod voluit. Et ante Soc. ita in ſpecie diſtinxit & conſiderauit Salicetus in l. ij. in fine. C. de dote cauta non numera.

Verùm reſpõderi poteſt, quod etſi ceſſat illa ratio & cauſa, vt ſcilicèt poſſet contrahere matrimonium: Non tamen ceſſat altera, nempè grati animi ſignificatio. Cum enim beneficium hoc ſit vir conſecutus, vt illa dignata fuerit ſuo connubio, grati etiam hominis eſt, accepti beneficij memoriam retinere, & illud rependere. Quocircà nulla cõſtituenda eſt differentia inter hoc, quod confeſſio fuerit facta ante, vel poſt contractum matrimonium.

78 Septimus eſt caſus, quando † maritus poſt contractum matrimonium confeſſus eſt recepiſſe dotem ab alio, quam ab ipſamet muliere: Et dubitatur, an præſumatur verè numerata vel facta confeſſio, ſpe futuræ numerationis, vel animo donandi? Hic duo conſidero, nempe exceptionem dotis non numeratæ: & exceptionem ſimulationis, hoc eſt donationis fictè factæ. Quo ad exceptionem dotis non numeratæ, docuit Baldus in l. j. num. 4. verſic. nam renuntiare. C. de priuileg. dotis, hoc in caſu ceſſare, quia præſumitur dos verè ab extraneo illo tradita, & à marito recepta. Idem ſcripſit Iaſon in §. fuerat. nume. 89. in inſti. de act. motus auctoritate Saliceti in auth. ſed iam neceſſe. C. de dote cauta non nume. Soc. Sen. in conſi. lxxxij. columna prima verſic. tertia ratiò. libro tertio. Ioan. Lupus in rub. extra de donat. inter virum & vxor. §. xxx. numero duodecimo. verſic. & quod plus eſt, Decius in conſi. cccccxxxvj. numero nono verſi. ad hoc



hoc reſpondetur, Narſilius in ſingul. cccxlv. Rubeus in conſilio ſeptuageſimooctauo, columna vltim. verſicu. ſecundò ex capite. & Roland. in conſilio nonageſimotertio. numero 29. lib. j.

79 Cæterùm contrarium † verius eſſe exiſtimo vna cum Baldo Nouello in l. prima. numero 207. verſic. tertiò limita. ff. ſol. matr. & in tracta. de dote in parte decima numero 14. & Didaco libro primo. varia. reſolut. capit. ſeptimo, verſi. eſt & alia in hac re. & ſi recte perpendatur idem ſenſit Baldus in conſilio cccclvj. Sæia origine. columna prima verſicul. nec poteſt opponi exceptio. libro primo, dum conſiderat in dote confeſſata à marito, erga auiam maternam ipſius mulieris, obiici non poſſe non numeratæ dotis exceptionem, quia illi fuerat renuntiatum, & lapſum erat tempus opponendi, ſentiens, quod alioqui opponi potuiſſet. Et aduertit Didacus primùm Salicetum hoc non ſcripſiſſe, ſed potius contrarium, ac Baldo, Iaſon. & ſequacibus repugnare. tex. §. ſi autem neque, in auth. de tempore non ſolutæ pecu. ſuper dote. Ibi. In nullo diſcernentibus nobis, ſiue mulier tamquam dotem offerẽs conſcribat, ſiue pater, ſiue alter quiſpiam pro ea. Et vere non reperitur (quantum obſeruare hactenus potui) iure cautum, quod extraneo dotanti tributum ſit hoc priuilegium, vt maritus confeſſus dotem ab eo recepiſſe, non poſſit opponere exceptionem hanc non numeratæ dotis. Quò verò ad illud ſecundum, an præſuma-
80 tur † facta confeſſio animo donandi atque ita an præſumatur fictio & ſimulatio? Salicetus in d. auth. ſed iam neceſſe. columna ſecunda verſicul. quæro conſtante, refert aliquos ſenſiſſe, quod quando maritus confitetur erga ſocerum, ſibi præiudicet, quando verò confitetur erga ipſam mulierem, tunc non afferat ſibi detrimentum, quia præſumitur donare.

Cæterùm ipſe Salicetus ab illis diſſentit, affirmans maritum ſibi prçiudicare erga ipſam mulierem, ſentiens à fortiori, quod etiam ſibi præiudicet erga ſocerum. Ita verè loquitur Salicetus etſi Didacus præcitato in loco aliter eum ſit interpretatus. Baldus verò in d. conſi. cccclvj. Sæia origine. libro j. reſpondit non præſumi factam hanc confeſſionem fictè, & ſic animo donandi. Nam ſtandum eſt verbis inſtru-
81 menti, quæ † vera præſumuntur. l. cum precibus. C. de probat. Nec ſimulatio præſumitur. l. iij. C. plus valere, quod agitur. Nec hic agitur (inquit Baldus) de donatione inter virum & vxor. quia hic præſumitur auiam donaſſe nepti, non autem virum vxori. l. Caius. ff. ſoluto matr. l. auia. C. de iure dotium. & l. vnica. §. extraneum. C. de rei vxo. actio. Et ſubiungit Baldus, quod ſi concederemus, confeſſionem fuiſſe factam animo donandi, donatio ipſa conſiſteret, quia maritus diceretur donaſſe illi auiæ maternæ, & auia nepti. Cæterùm à Baldo in ſpecie diſſentit Io. Lupus in d. rubr. de donatio inter virum & vxo. §. xxx. num. 12. verſic. iſta ſunt ferè verba, motus auctoritate Ioan. Camp. in tract. de dote parte j. q. 50. ſed verè Campegius loquitur, quando ex verbis mariti expreſſe donantis extraneo, colligitur eius mens & animus donandi vxori. Exiſtimo Bald. rectè ſenſiſſe, quando ſumus in dubio, quia (vt ipſe dixit) in dubio fraus & ſimulatio non præſumitur: & ſtandum eſt verbis inſtrumenti. Receditur tamen ab hac præſumptione, quando extant contrariæ coniecturæ.

81 Prima quarum eſt, quando † maritus ære alieno grauatus, confeſſus ſic fuiſſet erga valdè coniunctum ipſi mulieri. Nam tunc præſumitur ficta confeſſio, donandi ſcilicet animo, Ita Baldus Nouellus in tractat. de dote, parte x. numero 14.

83 Secunda eſt coniectura, quando maritus confeſſus † eſt erga ſocerum ſuum, dotem ab eo recepiſſe. Hoc etiam caſu fraus, & ſimulatio præſumitur. Ita Baldus Nouellus præcitato in loco, verſicul. & multo magis. Eſt ratio, quia ſocero donari ita prohibetur, vt propriæ vxori. l. iij. §. qui in eiuſdẽ. ff. de donat. inter vir. & vxo.

Tertia eſt coniectura, quando maritus eſt confeſſus rece-
4 piſſe dotem ab omninò extraneo, † cum quo tamen habitus fuiſſet aliquis ſermo, & tractatus, quod ipſe maritus cupiebat donare vxori ſuæ. Hoc ſanè caſu coniectura eſt, quod cõfeſſio deinde ſubſecuta, fuerit facta animo donandi, & ſic fictè & ſimulatè. Ita ſenſit Io. Lupus in d. §. xxx. num. 6. verſ. ex quo dixi.

Quarta eſt coniectura, quando maritus eſt confeſſus recepiſſe dotẽ à penitus extraneo, qui deinde ſtatim ius ſuum ceſſit, & tranſtulit mulieri. Hoc ſanè caſu prçſumitur confeſſus in fraudem, & ſic animo donandi ipſi mulieri. Ita colligo ex Io. Lupo. in d. §. xxx. nu. 12. in fi. & nu. 13.

Octauus, & vltimus eſt caſus, quando maritus conſtante matrimonio confeſſus eſt recepiſſe dotem, deinde ſocer, vel is alter, qui dotem conſtituerat, promiſit alia ſcriptura vel inſtrumento ſe ſoluturum ſummam illam confeſſatam. Hoc in caſu dubitari ſolet, an vere dos illa fuerit numerata, vel potius facta confeſſio, ſpe futuræ promiſſionis poſtea factæ, vel ſpe futuræ numerationis? ſubdiſtinguendi ſunt tres caſus, quorum primus eſt, quando promiſſio de ſoluenda dote, ſubſecuta eſt incontinenti ipſam confeſſionem. Hac in re ſunt opiniones: Baldus enim in l. legem. numero 13. C. de pactis, ſcripſit, confeſſionem præſumi ſimulatam. Verùm idem Baldus in l. pen. §. ſi mulier. ff. ſoluto matr. docuit, con-
86 feſſionem † præſumi factam ſpe illius promiſſionis ſubſecutæ. Et hanc poſtremam opinionem ſecuti ſunt Caſtren. in d. l. pen. §. ſi vir, & Roman. numero ſecundo. idem Roman. in conſ. ccccxlv. num. 1. verſi. primus, quod Alex. ibidem, & in conſ. cxlviij. nu. 1. lib. v.

Et hic quidem caſus probatur primò tex. l. minor viginti annis, cui fideicommiſſum. ff. de mino. quem perpẽdit prius Baldus, & deinde Roman. & reliqui. eo enim loci dicitur, quod quando præcedit confeſſio de recepto, & deinde promiſſio ſtatim, præſumitur confeſſio facta ſpe illius ſubſecutæ promiſſionis. Secundò affertur. l. ab Anaſtaſio. C. mand. quam explicat Roma. in dict. conſilio ccccxlv. nume. 2. qui tamen ſentit non ſatis probare. Tertiò motus eſt Roma. & prius Angel. in d. conſilio cxlv. argumento ducto à ſolitis. Cum enim (inquit ille) ſic quotidie obſeruari conſueuerit, vt mariti confiteantur recepiſſe dotem, & deinde dotem conſtituens promittat ſe ſoluturum, ſumitur cõiectura à ſolitis, quod confeſſio fecta fuerit ſpe futuræ promiſſionis, & numerationis. Quarto affertur ratio à Baldo ĩ d. §. ſi mulier. & à Roman. ibidem, & in d. conſil. ccccxlv. numero 4. quod
87 quando vnus † actus fuit factus ſtatim poſt alterum, cenſentur duo actus correſpectiui, hoc eſt, quod vnus cauſa alterius confectus fuerit. l. ſi ventri. §. vlti. ff. de priuileg. creditor. & copioſè diſſeremus infra lib. vj. in præſumpt. x. vbi agemus de ipſis actibus correſpectiuis.

88 Secundus eſt caſus, quando poſt † confeſſionem dotis receptæ ſubſecuta eſt promiſſio de ſoluendo dotem ipſam, & adhuc lapſum non eſt tempus opponendi exceptionem dotis non numeratæ. Hoc caſu idem eſt quod ſuperiore, quò ad ipſum maritum, quod ſcilicet confeſſus ſic fuerit ſpe ſubſecutæ promiſſionis, & poſtmodum numerationis, ſicuti Doctores omnes admittunt. Nam ſubſecuta ipſa promiſſio hoc manifeſte ſignificat. Sed dubitatio eſt, quò ad ipſam mulierem: nempè an ipſe maritus ſic confitendo non præ-
89 ſumatur recepiſſe dotem, vt eius hæredes † ſoluto matrimonio, vel alio eueniente caſu reſtitutionis dotis, liberentur, cedendo actiones: vel potius teneantur omninò reſtituere dotem, ſalua ſibi actione contra promiſſorem? Hac in re magna eſt inter Doctores contentio. Vna enim fuit opinio eorum, qui ſcripſerunt, hæredes liberari cedendo actiones, Ita ſanè Bald. in d. l. pen. §. ſi mulier. ff. ſoluto matr. & ibidem Ange. vbi teſtatur ſic fuiſſe deciſum Peruſij. Idem in conſil. cxlv. Rom. in d. l. pen. §. ſi vir. & in d. conſ. ccccxlv. nu. 4. verſ. ſecundus, quod Salicet. in l. ſi abſentis. C. ſi certum petatur poſt Bal. ibid. Barb. in conſ. xix. lib. ij. Curt. Sen. in conſ. liiij. incipit ſuper duobus. col. ij. verſic. ſed præmiſſis. & colu. iij. qui late hanc tuetur.

Ea præcipua ratione ij moti ſunt, quod eo tẽpore factæ promiſſionis nondum ius quæſitum perfectè fuit ipſi mulieri: Cum aduerſus eam potuiſſet obiici exceptio dotis non numeratæ. l. ij. & l. vlt. C. de dote cauta non numer.

90 Secunda fuit opinio eorum, qui dixerunt, † hæredes mariti teneri reſtituere dotem ipſam, & ob id non liberari, cedendo actiones. Ita Bart. in d. l. pen. §. ſi vir. ff. ſoluto matr. & ibid. Caſtr. & Alex. Bal. ſibi parum conſtans in conſ. ccxxiiij. Vir fuit confeſſus. lib. v. Abb. in cõſi. lxxiij. nu. 3. lib. ij. Alex. in cõſi. xxxvj. col. j. lib. ij. & in conſi. cxlviij. col. j. lib. v. Cor-

neus in conſi.clj.in ſecundo dubio.lib.j.& in conſ.ccix.col. vlt.lib.iij.& in conſi.cix.lib.iiij.Socin.Sen.in conſi. clxxix. col.iiij.verſ.cõfirmantur poſtremò.lib.ij.in conſi.lxiiij.col. pen.lib.iij.in conſil.xxvij.nu.24.in conſil.lxxxviij.nu.21.in conſ.cxxx.nu.18.lib.iiij.Iaſ.in conſ.cxxij.lib.j.Ruin.in cõſ. cxcvij.ad fi.lib.j,Neuizan.in lib.ij.Syluæ nuptia.nu.73.qui qui teſtatur ſic iudicaſſe Senatum Mediolanenſem. Afflictus in deciſ.cccxxiij.nu.1.Campegius in tract.de dote.in prima parte.q.lij.nu.3.verſi. aduertendum tamen eſt, & in quinta parte.quæſtion.lxxv.Ripa.in lege vlt.nu.116.C. de reuoca. dona.Crau.in conſ.ccliij.in fine.in conſ,cclxxxij.nu.3.verſ. ſeptimò.& in conſ.cclxxxv.colu.pen.verſ.non obſtat, quod ſolum. Ea præcipua ratione moti ij ſunt,quod maritus recipiendo illam promiſſionem, cenſetur loco ſolutionis dotis accepiſſe nomen debitoris, atque dotis creditum tranſtuliſſe & nouaſſe in aliam cauſam promiſſionis.

His conſtat poſtremam hanc opinionem eſſe magis receptam, & ob id in iudicando ſequendam. Et hæc quidem opinio multò magis locum habet, quando ſocer, vel alter dotans,promiſit ex alia cauſa ſe ſoluturum pecuniam illam; quam maritus confeſſus fuerat recepiſſe, vt puta cauſa mutui,vel vt ex ea percipiat annuum cenſum.Nam tunc præſumitur facta nouatio : atque ita pecunia manet apud debitorem periculo ipſius mariti. Ita Soc.Sen.in conſi.cxxx.num. 19.verſi.& poſito.lib.iiij.Et rurſus opinio hęc multò magis locum habet, quando maritus recepit eam promiſſionem à ſocero vel alio dotante,quem ſciebat non eſſe ſoluendo vel cum ſoluendo eſſet diſtulit, & is factus eſt ſoluendo. Ita Rom.in d.conſilio ccccxlv.colum.ij. verſicu. & hæc opinio mihi placet.

Declaratur primò,vt locum non habeat prędicta opinio,
91 quando † maritus confeſſus eſſet erga mulierem, vel erga ſocerum,& extraneum dotantem, conſentiente ipſa muliere, ipſi deinde factæ promiſſioni. Nam tunc hæredes mariti cedendo actiones ipſi mulieri liberantur. Ita declarant Caſtren.in d.l.pen.§.ſi vir.numero 3.ff.ſol.matr. Cor.in conſi. cix.nu.3.lib.iiij.Soc.Sen.in conſi.ccxcvij.col.pen.verſ.non obſtat poſtremo lib.j.& Neui.in d.lib.ij.Syluæ nupt. num. 73.in fin.

92 Declaratur ſecundò,vt locum non habeat, quãdo † ſocer, qui poſt confeſſionem à genero factam promiſit ſoluere, ſucceſſit ipſi filiæ. Hoc ſanè caſu maritus cedendo inanes actiones ſocero ſuo liberatur. Ita egregiè deciſum fuit in cõſilio Neapolitano,teſte Afflict.in dec.cccxxiij. vbi Vrſil-
93 lus.Idem eſt econtra,quando † mulier ſucceſsiſſet patri ſuo dotanti, vel alteri,qui dotem conſtituit:erga quos maritus eſt confeſſus. Nam & tunc ſufficit, ſi hæredes mariti cedant inanes illas actiones. Ita Corneus in d.conſil.cix.nu.3. libr. iiij. qui ſic intellexit Angel.in d.conſi.cxlv. Et Corneum ſecutus eſt Neuiz.in d.lib.ij.Syluæ nupt.nu.73.in fine.

Declaratur tertiò, vt non procedat prædicta opinio,
94 quando † poſt factam illam promiſſionem apparet, quod pars ipſius pecuniæ fuit ab illo promiſſore ſoluta. Nam tũc verè præſumitur,confeſſionem illam primam, factam fuiſſe ſolùm ſpe ſubſecutæ deinde promiſsionis, & numerationis futuræ. Ita in ſpecie Curt.Sen.in d.conſi.liiij.ſuper duobus. col.iiij.verſi. ſuadentur præmiſſa,adductus auctoritate Bal. in l.ij.C.de non nu.pec.vbi etiam Salic.annotauit.

Tertius eſt caſus,quando promiſsio facta fuit poſt elapſa tempora opponendi exceptionem non numeratę dotis.Hoc
95 ſanè caſu ſine cõtrouerſia hęredes † mariti tenẽtur reſtituere dotem, nec cedẽdo actiones liberãtur.Ita Rom.in d.conſi. ccccxlv.nu.4.in fin.verſ.tertius,quod. Nã t pe receptæ promiſsionis perfectè acquiſitum fuit ius ipſi mulieri. Et hunc caſum multo magis admiſiſſet Bart.& qui eum ſecuti ſunt,

## PRAESVMP. XIII.

### Dos confeſſata à marito, quando præſumatur ei numerata, in detrimentum & præiudicium creditorum ipſius mariti,

*SVMMARIVM.*

*1 Confeſſio de dote facta,quibus marito non nocet,neque ipſius præiudicat creditoribus.*

*2 Confeſſio mariti ante matrimonium contractum, donandi animo facta,creditorib.non obeſt.*

*Idem ſi conſtet,eam animo deſraudandi factam eſſe.nu.3.*

*4 Confeſſio mariti cum in dubio ſpe futuræ numerationis facta præſumatur,creditores exceptionem non numerationis opponere poſſunt.*

*5 Maritus cum confeſſione,renuncians etiam conceptioni non numeratæ dotis,creditoribus tamen non præiudicat.*

*6 Pactum vnius non extenditur contra alterum,nec facto vnius alter prægrauatur.*

*7 Renuntiatio iuris,renuncianti ſolùm,non aliis nocet.*

*8 Dotis receptæ confeſſio, etiam inſtrumento guarentigiato facta, neque tamen præiudicat creditoribus.*

*9 Guarentigia ſicut tertio non nominato prodeſſe nequit : ita nec obeſſe poteſt.*

*10 Sententia contra creditores lata non nocet marito,& è contra.*

*11 Statutum exorbitans,non debet ad alias perſonas extendi.*

*12 Confeſſio mariti facta fauore mulieris, præualet confeſſioni factæ pro creditorib.*

*13 Dos in pari cauſa creditorib.præualet.*

*14 Dotem recepiſſe confeſſus ante contractum matrimonium,lapſo tempore opponendæ exceptionis, tam ſibi quam creditoribus præiudicat. Diſſentiente tamen Baldo & aliis numero 15.*

*16 Beneficio alteri competenti,nemo ipſo inuito vti poteſt.*

*17 Dotis receptæ ſola confeſſio præiudicat creditoribus,ſi numeratam fuiſſe faterentur in reſpondendo poſitionibus.*

*18 Dotem confeſſatam ante matrimonium contractum vere numeratam præſumi,in præiudicium creditorum habẽtium ſolummodo actiones perſonales.*

*Idem ſi adſint aliquæ dotis numeratæ coniecturæ vel indicia.nu.19.*

*26 Alimenta mulieri præſtans maritus,an maritali potius affectione,quam cauſa dotis receptæ facere præſumatur.*

*21 Dotis receptæ confeſſio, ſubſequuta promiſsionem factam ante matrimonium tamen, arguit dotem reuera numeratam in præiudicium etiam creditorum.Aliis contrarium tuentibus.num.23. Vide diſtinctionem.nu.24.*

*22 Exceptio non numeratæ pecuniæ, contra confeſſionem depoſiti nequit opponi.*

*25 Dotem recepiſſe in re immobili,etiam data pro æſtimato, confeſſus maritus ante matrimonium contractum,verè datam præſumi,in præiudicium quoque creditorum.*

*26 Dotis numeratæ confeſſio,matrimonio iam conſtante, facta animo donandi aut deſraudandi creditores,ipſis non præiudicat.*

*Idem eſt de confeſſione dotis augmentatæ.nu.27.*

*28 Dotis augmentum,cum de præiudicio creditorum non agitur,non præſumitur factum in fraudem.*

*29 Dotis numeratæ confeſſio matrimonio conſtante, facta à marito qui ſoluendo non eſt,fraudulenta præſumitur.*

*30 Confeſſio mariti de dote recepta,matrimonio conſtante, ſpe futuræ numerationis præſumitur,nec creditorib.nocet.*

*Et quamuis paſſus ſit labi tempora opponendæ exceptionis.nu.31.*

*Vel cum confeſſione, eidem exceptioni renunciauerit.nu.32.*

*Idque procedit etiam ſi confeſſio facta ſit in inſtrumento guarentigiato. nu.32.*

*Vel ſit etiam facta extraneo cuidam,nu.34.*

*Quibus tamen caſib.locum id non habeat,remiſſiue.nu.35.*

EXPLICAVIMVS ſuperiore pręſumptione,quãdo dos confeſſata à marito, præſumatur ei ad ſui detrimentum numerata. Nunc diſſerendum eſt, quando pręſumatur ipſi marito numerata in pręiudicium & detrimentum creditorum ipſius mariti. Qua in re præmittendum eſt prius, quod illis in caſibus, in quibus
1 † hæc confeſsio non nocet marito confitenti, multo minus nocet ipſis creditoribus, qui non dicuntur illi confeſsioni conſenſiſſe: & qui in quandam conſequentiam, & per modum acceſſorij veniunt. Ita in ſpecie declarat Alex.in conſi. cxlij.nu.1.libr.v.His præmiſsis diſtinguimus nunc,vt & ſuperiore præſumptione duo tempora, hoc eſt primum ante contractum, & ſecundum poſt contractum matrimonium. Duo itaque ſunt capita.Primum ante contractum:ſecũdum poſt contractum matrimonium.

Quo ad primum caput Socinus Sen.in l.j.numero 85.ff. ſoluto matr.diſtinguit plures concluſiones, quas nos caſus appellabimus,





2 Primus itaque eſt caſus,quando † conſtat quod maritus, qui confeſſus eſt ante matrimonium ſe recepiſſe dotem, habuit animum donandi. Hoc caſu (inquit Socinus in d. l. j. nu.85.)confeſsio mariti, non nocet creditoribus, cum ſuo facto eis nocere non poſsit, iuxtà regulam iuris ; alteri per alterum,iniqua conditio inferri non poteſt,c.alteri.de regu. iuris in vj.Et accedit, quod ſi confeſsio hæc non nocet ipſimet marito:ſicuti diximus ſuprà in præcedenti. Neç creditorib. illius nocebit.

3 Secundus eſt caſus, quando † conſtat maritum ſic fuiſſe confeſſum, vt fraudaret creditores. Hoc caſu res clara eſt: quod ſcilicet confeſſio hæc non nocet ipſis creditoribus.Ita Socinus in d.l.j.nume.86.quem ſecuti ſunt congeſti à Tiraquello in tractat.de retractu conſang.§.j.gloſſ.xviij. numero ,88.

Quam quidem ſententiam probant.l.aſſiduis. C. qui potio,in pign.hab.& l.poſthac.C,de bonis proſcript.

4 Tertius eſt caſus, quando ſumus † in dubio. Hoc in caſu præſumitur facta ſpe futuræ numerationis. Ita Socinus in d.l.j.numero 87. ff. ſoluto matr. Idem affirmarunt Aret. in conſi.lxxxvj.nu.3.& 4.Alex.in conſil.cxlij. numero quinto, libro quinto,,Didacus lib.j,varia,reſolut.cap.vij.nu.6.verſi, de creditoribus. Et ij quidem moti ſunt textu.l. vltim. cum auth.ibi poſita.C.de non num.pecun.Ex quo ſequitur,quod creditoribus non nocet : cum opponere poſſint exceptionem ipſam dotis non numeratæ : ſicuti docuit Socinus motus tex.l.ſi cui.C.de non nume.pecun.de cuius ſenſu diſſeremus infrà.

Extenditur primò, vt locum habeat hic caſus etiã quando maritus ipſe in confeſſione receptę dotis,renuntiauit ipſi
5 exceptioni non numeratæ dotis. Hoc etiam caſu † non præſumitur dos verè numerata in præiudicium creditorum. Ita reiecta Butrigarij, Raynerij, Barto. Saliceti & Angeli opinione in l,aſſiduis,C.qui potio,in pig.hab.& Caſtre.in conſ. ccclxxxiij. circa primum,nu.1.libr.ij,ac Campegij in tract, de dote.parte prima.q.liij.numero 4.rectè ſcripſerunt Alex. in d.l.j.ff.ſoluto matr. Imola in l.ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus.ff.de verb. oblig. Benedictus Plumbinus in diſputatione, quæ incipit, ſtatuto ciuitatis,quos refert,& ſequitur Soc.Sen.in d.l.j,nu,89.ff.ſoluto matr.Gozad.in cõſ.xxviij, num. 21.Ea ratione prima moti ſunt,quod non debet eſſe in facultate mariti, ſua confeſſione, & renuntiatione fraudare creditores.l.j.§.ſi culpam.ff.ſi quid in fraudem cred.

Secundò accedit ſimile, quo dicimus, debitorem non poſſe agnoſcere debitum in præiudicium fideiuſſoris. l. tam mandatori, C. de non numer. pecun. Ita & renuntiatio ma-
6 riti nocere non debet creditoribus. Ne † pactum vnius extendatur contra alterum, aduerſus.l. ſi vnus. §. ante omnia, ff. de pactis ; & ne facto vnius, alter prægrauetur contra regulam,l.alteri de reg.iuris.

7 Tertiò ſuffragatur,quod renuntiatio † iuris ab vno facta, ei tantùm,& non aliis nocere debet; vt ſcribunt Bar. & reliqui in l, j, C. de pact. Atqui ius creditorum eſt ſeparatum à iure mariti.l. ſi cui. C. de non nume.pecu.Ergo renuntiatio facta à marito nocere non debet creditorib.

Quartò & vltimò confert.d.l.ſi cui;qua conſtitutum eſt, quod ſi maritus cõdemnatur erga vxorem reſtituere dotem confeſſatam, non obſtante exceptione numerationis non factę,non tamen ſententia illa nocet creditorib.tametſi ſententia illa omni ſuſpicione careat. Ergo à fortiori nec renũtiatio à marito facta, quæ ſuſpicione non caret, nocere non debet ipſis creditoribus.

Extenditur ſecundò,vt locum etiam habeat quando con-
8 feſſio facta fuiſſet † in inſtrumento guarentigiato, quod diſpoſitione ſtatuti, habet vim rei iudicatæ. Hoc ſane caſu, adhuc confeſſio hæc mariti non præiudicat creditorib. quia adhuc quò ad eos prẹſumitur facta ſpę futurę numerationis. Ita,reiecta opinione Bal.in l.j.num.4.C.de priui.dotis.ſcripſerunt Aret.in conſ.lxxxvj,nu.3.Soc.in d.l.j.nu.93. ff. ſol. matr.Bald.Nouel. in tractat. de dote parte x,numero 20. & Goz.in conſi.xxviij.num.27.qui ſcribunt,ſtatutum operari in præiudicium mariti, non autem creditorum : quia ſicuti
9 guarentigia † non prodeſt tertio non nominato, ſecundum Baldum in l.ſi pro te.C.de dotis promiſſ.ita etiam tertio nõ nominato non nocet,vt tradunt idẽ Baldus in l.hac edictali. in prin,C.de ſecund,nup.& Imola in l.vlt.ff.à quib,app.non licet. Et accedit ſecundum Socinum quod ſicuti ſententia
10 † lata contra creditores non nocet marito l.ſi cui,in fine.C. de non nume,pecu.& contra,lata pro marito non nocet creditoribus, iuxtà. l. ſæpe. ff. de re iud. Ita quoque guarentigia, quæ ſententiæ cuiuſdam loco eſt, vimque habet, contra maritum adhibita, nocere non debet creditoribus. Et
11 rurſus prædictum ſtatutum † tamquam exorbitans, non debet extendi ad alias perſonas, ne duo exorbitantia, (vt egregiè conſiderat Baldus Nouellus) ab eodem ſtatuto introducantur. Imò ſcripſit Baldus ipſe Nouellus præcitato in loco, numero vigeſimoprimo. hoc locum habere etiam ſi ſtatutum tribuat executionem guarentigiæ contra quemcumque,

Declaratur primò,vt locum non habeat caſus iſte, quando creditores prætenderent creditum ſuum, ex confeſſione
12 ſola ipſiuſmet mariti. Nam tunc † confeſſio facta fauore mulieris atque ita pro dote præualet, ſicque præiudicat confeſſioni factæ pro creditoribus. Ita Baldus, Imola & Alexand. in d. l. j. ff. ſoluto matr. quos ſecutus eſt ibi Socinus. numero octuageſimooctauo. & idem affirmarunt Angelus Aretin. in §. fuerat. numero decimoquinto.& ibidem Iaſon. numero nonageſimoprimo.in inſti. de actio. Marſilius in ſing.trecenteſimouigeſimoquarto.Gozad. in conſilio vigeſimooctauo. numero vigeſimooctauo. & Didacus in libro primo varia. reſolu. capitulo ſexto, numero ſexto verſicul. ex præmiſſis colligi. Ea ratione ij moti ſunt, quod
13 cum par ſit cauſa † dotis & creditorum, debet præualere ipſa dos,

Cæterùm Baldus Nouellus in tractat. de dote parte x. numero 16. dubitat ex eo, quod confeſſio facta ad commodum priorum creditorum, nullam habet fraudis ſuſpicionem : cum ante ſe non adſit dotis confeſſio : ſed confeſſio, quæ fit cauſa dotis poſt illos creditores non caret doli ſuſpicione, ob ipſos creditores mariti anteriores. Reſponderi poteſt, confeſſionem dotis non præſumi factam in fraudem aliorum creditorum, ex quo de eorum credito non conſtat verè, ſed per ſolam confeſſionem,quam etiamſi ſciuiſſet mulier, vel qui eius nomine dotem numerauit,probabiliter credere potuiſſet, non eſſe iuſtum legitimumque creditum.

Declaratur ſecundò, vt locum non habeat caſus iſte,
14 quando ante † contractum matrimonium maritus confeſſus eſt recepiſſe dotem : deinde paſſus eſt elabi tempus, opponendi exceptionem dotis non numeratæ. Nam tunc dos præſumitur verè numerata, etiam in præiudicium creditorum. Ita Bartol. in d. l. ſi conſtante. numero centeſimodecimo.ff.ſoluto matrimo. & in l.aſſiduis. C. qui potio.in pign.hab. & ibidem Angel. & Salicet. & ſecuti ſunt Imol. in c.ex literis.nu.12.de pign.Aret.in conſilio lxxxvj.colum.ij, Alex. in l.j.numero 35.ff.ſol.matr.& in conſilio xc.numero 5.libro iij. Baldus Nouellus in tractat. de dote, parte decima. numero 12. Afflictus in deciſ. ccccij. numero 10. Rubeus in conſilio lxxviij.numero quarto,& numero 9.Craue. in conſilio xl. numero 6. qui hanc eſſe communem teſtantur. & in ſpecie hanc vt veriorem, ſecutus eſt Didacus in libro primo varia. reſol.capitul.vij.numero 6.verſicu.quod ſi confeſſio dotis qui teſtatur pariter eſſe communem. Quæ quidem ſententia fulcitur tex.l.ſi duobus. in princ. ff. de iureiur. quo loci dicitur, fideiuſſorem poſſe aduerſus principalem debitorem agere ratione ſoluti debiti, ſi probarerit ſolutionem etiam ſola creditoris confeſſione,elapſis deinde triginta diebus conceſſis ad opponendum exceptionem, iuxta. l. in contractibus. C. de non numer. pecun. Et hoc in caſu, cum adhuc contractum non ſit matrimonium, non præſumitur fraus aliqua, nec donationis titulus erga vxorem.

15 Contrariam † opinionem probarunt Bald. in l. neque.C. de compenſ.& in l. generaliter. columna ſecunda. Cin. de non numer. pecun. Imol. in l.ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus. numero vndecimo.ff.de verb.oblig. Roma.in l.prima. numero vigeſimoſecundo. ff. ſoluto matrimo.& in conſilio ccxlv. Aretin. in d.l.j,numero 7. & ibidem Socin. Seni. numero 90. Idem ſcripſerunt Angel. Aret.in §.fuerat.numero 15. & ibidem Iaſon numero 75. in inſtit. de actio. Felin. in

capitu.ſi cautio.numero quadrageſimoquarto de.fide inſtr.
Et hac pro opinione perpenditur text.d.l.ſi cui.C.de nõ nu-
mer.pecun.vbi dicitur. quod non prohibeantur tertiis credi-
tores opponere exceptionem pecuniæ non numeratæ, etſi
debitor principalis ea exceptione nunquam ſit vſus, vt dili-
ligenter explicat Socin. præcitato in loco. Decurſo ergo
tempore opponendi exceptionem non numeratæ dotis, po-
terunt creditores eadem vti aduerſus vxorem, quamuis ma-
ritus ea vſus non fuerit intra legitima tempora. Verius eſſe
exiſtimo cum Salicet. in d.l.ſi cui. Alexand.in d.l.j.numero
35.ff.ſolu. matrimo. Rubric. in d. conſilio lxxviij. numero
quarto. & Did. in d. capitul.vij. numero 6.verſicul.ſed alia,
d.l.ſi cui.hunc habere ſenſum, quod licet alias nemo poſſit
16 vti beneficio † alteri competenti, eo inuito. l. ſi iudex cir-
cunuento. ff. de min. attamen creditor inuito debitore,
vti poterit exceptione non numeratæ pecuniæ ipſi debitori
competenti, loquitur itaque tex. d.l.ſi cui.quando debitor
ipſe ſuperſedet, differt, atque ita moram interponit, vel
recuſat opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.
Nam tunc alij tertij creditores poterunt pro ſuo iure oppo-
nere. Non autem loquitur dict. leg. ſi cui, quando elapſa
ſunt tempora opponendi exceptionem. Hunc ſenſum in-
dicant vltima illius reſponſi verba, quæ ita ſe habent. Vt
neque principali debitori, neque fideiuſſori eius aliquod
præiudicium generetur, ſi is, qui eam exceptionem oppo-
ſuerit; victus fuerit: ſed poſſint illi poſtea ſi conueniantur
intra ſtatuta ſcilicet tempora, eadem ſe exceptione tueri.
Hactenus Iuſti. qui ſignificauit licere tertiis ipſis credito-
ribus opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ,
quam debitor principalis recuſat, vel differt opponere; Et
hoc quidem ſine præiudicio ipſius debitoris; quia etſi illi
creditores ſuccumbunt, non tamen debitor impedietur ex
ſua perſona, exceptionem hanc denuò opponere.
Declaratur tertiò, vt locum non habeat caſus iſte, quan-
17 do † creditores reſpondendo poſitionibus, faterentur do-
tem fuiſſe numeratam, licet in inſtrumento contineretur
ſola confeſſio. Ita poſt Angelum & Alexand. quos recen-
ſet, docuit Socinus in dict.lege prima.numero nonageſimo-
primo.
Declaratur quartò, vt locum non habeat, quando cre-
18 ditores † haberent ſolum actiones perſonales. Nam tunc
ad eorum præiudicium præſumitur, quod dos confeſſata
ante contractum matrimonium verè fuerit numerata. Ita
Caſtren.in l.j.in fine.ff.ſoluto matrim.poſt Cynum in auth.
ſed iam neceſſe. C. de donat. ante nupt. in q.iiij. quem ſic
intelligit & declarat Didacus in d.lib.j.varia.reſolu.cap.vij.
nume.6.verſicu.tertiò illud. qui & huius ſententiæ recenſet
Bald. Nouell. in tract. de dote, parte decima.num.10. verſi.
ſecundus caſus.
Cæterùm diſſentit Socinus in d.l.j.numero nonageſimo-
ſecundo. poſt recentiores, quos ipſe ſuppreſſis eorum no-
minibus commemorat, ſic etiam diſſentit Ripa in l. quæ-
ſitum. §. ſi ſponſa. in fin. ff. de priuil. credit. Et motus eſt
Socinus text.l.ſi cui.C.de non numer. pecun. quæ abſolutè
loquitur, tàm de creditoribus ex perſonali quàm ex alia
quauis actione: cum nõ diſtinguat vnam ab altera. Perpen-
dit etiam Socin. text.l.aſſiduis. C. qui potio. in pigno. hab.
Verùm illis reſpondet, & diligenter ſatisfacit Didac. præ-
citato in loco.
Declaratur quintò, vt locum non habeat caſus iſte, quan-
19 do † adeſſent aliqua indicia & coniecturæ dotis numeratæ.
Nam tunc, confeſſio hæc, iunctis illis indiciis, adeo arguit,
dotem vere fuiſſe numeratam, vt præiudicium aliquod affe-
rat ipſis creditoribus. Ita Baldus in l.vnica. numero quarto.
C. de priuil. dotis, qui indicium & coniecturam illam con-
ſiderauit, quando maritus præſtitit alimenta ipſi mulieri. Et
Baldum ſecuti ſunt alij, quos commemoraui ſuperiore præ-
ſumptione, in quinta declaratione ſecundi caſus. Verùm
Socinus in dict. l. j. numero nonageſimoquarto. ff. ſoluto
matrim. ea ratione coniecturam hãc reijcit, quod ſi proba-
bilis non eſt aduerſus ipſummet maritum, qui (vt in dicta
20 quinta declaratione diximus) præſumitur potius † præſti-
tiſſe alimenta affectione maritali, quam quod dotem fuerit
conſecutus: ſic & multo minus recipienda eſt cõiectura hæc
aduerſus creditores. Alias coniecturas recenſui ſupra in di-
cta declaratione: Illa quarta, quam ibi commemoraui, ca-
ſui noſtro ſatis poſſet adaptari, quando ſcilicet vltra mariti
confeſſionem, accedit vnus teſtis teſtimonium. Nam & hæc
coniectura aduerſus creditores recipienda eſt.
Declaratur ſextò, vt locum non habeat quando iam ante
21 † confeſſionem promiſſa fuit dos. Nam tunc ſubſecuta do-
tis receptæ confeſſio, arguit dotem vere fuiſſe numeratam,
etiam in præiudicium creditorum. Ita Caſtren.in d.l.j.ff.ſo-
luto matrim. Roman. in l. ſi conſtante. in princip. numero
100. & in l. ſi vero.§.de vero.in xxxj.fallen.ff.eo.ſoluto ma-
trim.& in conſi. ccccxlv.& Socin.Senior ibidem.nume. 95.
dixit, in iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum ab
hac opinione, quam ſecutus eſt & Afflictus in deciſ.cccci j.
num.9. verſi.ſed in contrarium. Et fulcitur primò ſententia
hæc text.l.in contractibus.§.ſed quoniam.verſi.ideoque.C.
de non numer. pecun. cuius verba hæc ſunt: Ideoque ſanci-
mus, inſtrumento quidem depoſitionis certarum rerum, vel
certæ pecuniæ, ſecuritatibuſque publicarum functionum,
ſiue inſolidum, ſiue ex parte ſoluta eſſe conſcribantur, illius
etiam ſecuritatibus, quæ poſt confectionem dotalium in-
ſtrumentorum de ſoluta dote ex parte, vel inſolidum expo-
nuntur, nullam exceptionem non numeratæ pecuniæ pe-
nitus opponi. His manifeſtè ſignificat Iuſtinia. nullam op-
poni poſſe exceptionem non numeratæ dotis, cùm ſecurita-
tes, hoc eſt confeſſiones dotis numeratæ, factæ ſunt poſt do-
talia inſtrumenta, id eſt, poſt dotis promiſſionem. Et accedit,
22 quod ſicuti contra confeſſionem depoſiti † opponi non po-
teſt exceptio non numeratæ pecuniæ, vt ibi dicitur. Ita etiam
nec contra confeſſionem dotis factam poſt promiſſionem
dotis. Hæc ſanè duo æqualiter determinat Iuſtinian. in
dicto §. ſed quoniam, dum ambo ſub eadem verborum
ſtructura comprehendit. Verùm text. dicto §. ſed quoniam,
loquitur de confeſſione ipſa facta in præiudicium ipſius ma-
riti, non autem creditorum: ſicuti colligitur ex principio
dictæ l. in contractibus, vt perpendit Socinus in præcitato
in loco.
Secundò adducitur ratio, quia cum maritus ex promiſ-
ſione, habeat obligatam vxorem, neceſſe non habet confi-
teri ſe recepiſſe ſpe futuræ numerationis, ſeu ſolutionis, vn-
de veriſimile eſt, quod ſibi ſolutum fuerit. ſed reſpondetur,
hoc verum eſſe, quo ad ipſum maritum, non quò ad credito-
res, quibus ſuſpecta eſt promiſſio, & confeſſio.
23 Cæterùm contrariam † opinionem in puncto iuris verio-
rem eſſe ſcripſit Socin. in dicta lege prima.numero nonage-
ſimoquinto. verſicul. ſed in puncto. ff. ſoluto matr. & eo
prius Baldus Nouellus ibi. numero 213. verſicul. aut quæ-
rimus, & idem in tracta.de dote, parte decima.numero deci-
mooctauo.verſi. aut quærimus an talis.& num. 19.ſic etiam
diſſentit Emanuel.Coſta in l.ſi ex cautione.in limit.xiiij.nu-
mero tertio verſicul. ego nihilominus.C.de non num.pecu.
Ea ratione motus eſt Baldus Nouellus, quia cum tempore
confeſſionis immineret magnum æs alienum, præſumitur
quod maritus ſic confeſſus fuerit, vt potius fraudarentur cre-
ditores, quam vt recognoſceret bonam fidem. Et ſenten-
tiam hanc probant. lege ſcripturas. C. qui potio. in pigno.
hab. quam allegauit Bald. Nouellus, & diligentius perpen-
dit Socinus, qui dixit, ibi ſancitum fuiſſe, quod ſi probatur
debitum alicuius per publicũ inſtrumentũ cum hypotheca,
& deinde apparet debitum alterius per ſcripturam manu de-
bitoris, quæ à duobus teſtibus fide dignis approbetur, &
appareat facta prior in tempore: attamen præfertur credi-
tor poſterior, qui probat per publicum inſtrumentum. Et
hoc (inquit Socinus) factum eſt ob ſuſpicionem, quod illa
ſcriptura priuata fuerit re vera facta poſt inſtrumentum, ſed
falſo ei adſcripta dies prior illo inſtrumento. ſi ergo in pro-
banda prælatione (inquit Socinus) hypothecæ, factum de-
bitoris approbatum etiam ptr duos teſtes eſt ſuſpectum,
quanto magis debet eſſe ſuſpecta confeſſio hæc facta à ſolo
debitore.
Verùm ſi rectè perpendatur. d. l. ſcripturas, aliter ſtatuit.
Eſt ſane ibi conſtitutum, quod in prælatione hypothecæ
præferatur publicum inſtrumentum poſterius apochæ an-
teriori, niſi (inquit Imperator) apocha illa fuerit munita
ſubſcriptione trium teſtium fide dignorum. Cum ergo apo-
cha caret teſtibus, ſuſpecta eſt, quia ab ipſis debitore & cre-
ditore



ditore poteſt eſſe confiſcata, ad fraudandum anteriores: ſed
in caſu noſtro nulla eſt fraus contra creditores; cum appa-
reat de promiſſione dotis per publicum inſtrumentum, an-
tequam cauſaretur creditum aliorum creditorum.
24 Eſt hic diſtinguendum, quod † aut tempore confeſſionis
apparebat magnum æs alienum, aut non apparebat. Illo
primo caſu procedere poteſt ſecunda Baldi Nouella, Soci-
ni & Coſtæ opinio, quod ſcilicet maritus voluerit fraudare
creditores, & potius bona ſua deferri mulieri, quam ipſis
creditoribus. Nec hoc caſu antecedens dotis promiſſio ad
rem pertinet: quia non illud tempus, ſed hoc confeſſionis,
factæ receptionis, ſpectari debet.
Secundo verò caſu quando tempore confeſſionis non ap-
parebat es alienum, nec probabiliter de eo dubitari poterat
tunc procedit prima opinio Caſtrenſis & ſequacium, quod
ſcilicet confeſſio receptionis vera præſumatur. Ita etiam
diffiniri poteſt illa traditio & declaratio, de geminata con-
feſſione receptæ dotis, de qua diſſerunt Socinus & Coſta
præcitatis in locis.
Declaratur nonò, vt locum non habeat hic caſus, quan-
25 do maritus confeſſus eſt recepiſſe dotem in re † immobili,
etiam ſi data ſit pro æſtimato. Nam tunc præſumitur verè
data etiam in præiudicium creditorum; ſicuti ſenſit Dida-
cus in lib.j.var.reſolut.capitul.vij.in fine, ex ſententia Baldi
in l.vnica.numero quarto. C. de priuil. dotis.& in l. in con-
tractibus.in princip.quæſt.j.C.de non num.pecu.& probat
text.auth.ſed iam neceſſe, ver.at ſi debitor.C.de donat.ante
nupt.
Secundum eſt caput huius diſputationis, quando ſcilicet
maritus poſt contractum matrimonium confeſſus eſt rece-
piſſe dotem. Hoc in capite Socin.in d.l.j.nu.105. diſtinguit
atque conſtituit plures concluſiones: Nos caſus aliquot
conſtituemus atque explicabimus.
Primus eſt caſus, quando conſtat maritum habuiſſe ani-
mum donandi vxori, vel fraudandi creditores. Nam tũc du-
26 bitandum non eſt; quin confeſſio illa † nil noceat creditori-
bus: quia ſi non nocent confeſſiones hoc modo factæ ante
contractum matrimonium, ſicuti ſuperiore capite in primo
& ſecundo caſu diximus; Ita etiam multò magis nocere non
debent, factæ poſt contractum matrimonium, cum magis
ſuſpectæ ſint, vt ſcribit Soc.in d.l.j.num.105. & nu.106. Et
idem ſequitur Ruin.in conſ.clxxxiij.nu.2.lib.j.
27 Secundus eſt caſus, quando confeſſio facta fuit de † dotis
augmento; Hæc etiam non nocet creditoribus, quia in eo-
rum fraudem facta præſumitur. Ita Soc.in d.l.j.nu.107.ver.
tertia concluſio.ff. ſoluto matrim. qui dixit, hanc eſſe præ-
ſumptionem iuris & de iure, introductam à Iuſtiniano in
§.aliud.in auth.de æqual.dotis repoſitum in auth. ſed iã ne-
ceſſe.in fine.C.de donat.ante nuptias.vbi Bar.manifeſtè idẽ
docuit. Idem reſpondit Ruin. in conſil.cxxxvij.numero 6.
lib.iiij.ſic & Campeg.in tract.de dote.parte prima.q.lxvj.&
28 lxvij.vbi declarat. Cùm verò non agitur † de præiudicio cre-
ditorum, augmentum dotis non præſumitur factum in frau-
dem. Ita Doc.in d.auth.ſed iam neceſſe.& Camp.vbi ſupra.
q.lxiiij.& lxv.
Tertius eſt caſus, quando maritus conſtante ipſo matri-
monio ſcit non eſſe ſoluendo, vel videt fore non ſoluendo.
29 Hoc etiam caſu confeſſio † ab eo facta, præſumitur in frau-
dem creditorum facta. Ita Soc.in d.l.j.num.108.poſt glo.&
Doct.in d.aut.ſed iam neceſſe.
Quartus eſt caſus, quando ſumus in dubio. Hoc etiam ca-
30 ſu præſumitur, ſolùm quod facta ſit † cõfeſſio ſpe futuræ nu-
merationis: ſicuti præſumitur, quando facta fuit ante con-
tractum matrimonium, vt diximus in tertio caſu præceden-
tis capitis. Et ideò (vt ibidem dixi) non præiudicat credito-
ribus, quin opponere poſſint non numeratæ dotis exceptio-
nem. Et in ſpecie reſponderunt Ruin.conſi.cxxxvij.nũm. 4.
lib.iiij.& Bello.in conſi.xlviij.nu.2.
Extenditur primò hic caſus, vt locum etiam habeat quan-
31 do maritus, qui ſic confeſſus fuit, paſſus † eſt elabi tempora
opponendi exceptionem ipſam non numeratæ dotis. Nam
adhuc illatum non cenſetur præiudicium creditoribus, quin
poſſint ipſi, exceptionem hanc opponere. Ita Didac. in lib.
primo.var.reſol.capitu. vij.numero ſexto. ver.quamobrem
breui.
Extenditur ſecundò, vt procedat etiam quando maritus
32 ipſe in confeſſione receptæ dotis, renuntiauit † exceptio-
ni dotis non numeratæ: ſicuti diximus ſupra in primo ca-
pite, in prima extenſione tertij caſus & in ſpecie reſpondit
Bello. in conſilio quadrageſimooctauo. numero 1. & 2.
Extenditur tertiò, vt locum habeat etiam ſi confeſſio fa-
33 cta fuiſſet in † inſtrumento guarentigiato, vt dixi in ſecunda
extẽſione dicti tertij caſus. Hæ enim extẽſiones locum mul-
to magis habent. in confeſſione facta cõſtante matrimonio,
quam ante, ob maiorem ſuſpicionem, ſicuti ſuprà declara-
uimus.
Extenditur quartò, vt locum etiam habeat in confeſſione
34 facta † erga extraneum. Nam hæc non nocet creditoribus.
Ita Bartol. & Salicetus in authent. ſed iam neceſſe. C. de do-
na. ante nupt.& apertius Bellonus in conſilio xlviij.nu.6.
35 Declaratur nunc hic caſus, vt locum non habeat † in ali-
quibus caſibus illarum declarationum, quas in præcedenti
capite retulimus. Non repeto illas, quæ huc pertinent,
ſtudioſus quilibet facilè intelliget, quæ ad rem hanc fa-
ciunt.

## PRAESVMP. XIIII.

### Dos ad quem perueniſſe præſumatur, quando pa-ter & filius, eodem in inſtrumento confeſſi ſunt, ſe recepiſſe dotem vxoris ipſius filij.

*SVMMARIVM.*

*1 Dotem recepiſſe vna cum patre confeſſus filius, ſi inter ipſos & mulie-rem contentio ſit, pro virili reſtituere tenentur.*
*Idque etiam in pluribus fratrib.nu.3.*
*Item & eo caſu, quo filius iuſſu patris dotem recepiſſet.nu.4.*
*2 Priuilegiatum in caſibus non priuilegiatis iure communi vti, in dote non procedit, quæ regulariter eſt priuilegiata.*
*5 Dotem recepiſſe confeſſi in inſtrumento pater & filius, ſi inter ipſos contentio ſit, ad filium perueniſſe præſumitur, caſu quo filius nego-cia domus adminiſtret.*
*6 Reis duobus ſeſe obligantibus, ſi ad vnum eorum negotium pertinet, is principaliter, alter fideiuſſoris loco obligatus eſt.*
*7 Actus numerationis dotis, ſit contemplatione mariti.*
*8 Actus ſecundum iuris communis diſpoſitionem factus præſumitur.*
*10 Rei debendi duo non conſtituuntur, niſi expreſſim ita agatur.*
*11 Patre, & filio dotem reſtituere promittentibus, caſu quo inter ipſos con-tenſio ſit, ad patrem perueniſſe præſumitur, ſi ipſe ſolus familiam adminiſtret. Reiectis aliis opinionibus.nu.9.& 15.*
*Quid autem ſit, dum ambo conſueuerunt accipere, & adminiſtrare nu-me.16.*
*12 Vſusfructus bonorum dotalium ad patrem pertinet, quouſq; filius cum eo commoratur.*
*13 Argumentum à ſolitis, in iure receptiſſimum eſſe.*
*14 Dotalem rem, vxore & marito vendentibus pretium ad maritum per-ueniſſe præſumitur.*

P ERSAEPE euenit, quod pater, & filius recipiũt
dotem vxoris ipſius filij, & in eodem inſtrumen-
to fatentur, ſe recepiſſe dotem illam: ſed dubita-
tur ad quẽ præſumatur dos hæc perueniſſe? Hac
in re, vt perplexæ Doctorum traditiones clarè explicentur,
diſtinguenda ſunt ante omnia duo capita. Quorum primum
eſt, quando lis & contentio eſt inter mulierem ipſam, cuius
nomine dos fuit numerata, & confeſſio facta, & ipſos pa-
trem, & filium, qui confeſſi ſunt. Secundum verò eſt ca-
put, quando lis, & contentio eſt inter ipſos ſolos, patrem
& filium.
Primo in capite, dicimus, receptam eſſe ac veram opinio-
1 nem, præſumi pecuniam perueniſſe † ad vtrumque, patrem
ſcilicet, & filium, qui ambo ab ipſa muliere, vel eius hæredi-
bus conueniri poſſunt, vt quilibet pro virili teneatur reſti-
tuere. Ita manifeſtè ſcripſerunt Alexand. in additionibus
ad Bartol.in l.in duobus.§.vbi duo.numer.15.ff.de duobus
reis. Signorolus in conſi.lxxvj.ſic etiã reſpondit Corneus in
conſ.ccciij.lib.iiij.& apertius Baldus Nouellus in tracta.de
dote.in ſeptima parte, priuil.xxxviij.in fine. Curtius Sen. in
conſ.liiij. Sæpè & frequenter.col.ij.verſi. & ſic opinio Cra-
uet.in

uet.in conſi.xcj.numero 3.Ronchegallus in l.reos.§.cum in
tabulis.numero 29.verſicu.aliud eſſet.ff.de duobus reis. Eſt
ratio, quia voluit mulier vtrique numerari & ab vtroque
eorum conſiteri, quo magis ſibi cautum eſſet. Non ergo
habet illa quærere, & diuinare,in cuius arcam coniecta fue-
rit pecunia illa. Nec hic repugnat illa conſideratio Crotti
in repe.l.ſi conſtante.numero 84.ff.ſoluto matrimon.quam
probat & Ronchegallus in l.reos.§.cum in tabulis. numero
28. ff. de duobus reis. cùm dixerunt, priuilegiatum vti iure
cõmuni,in caſu, in quo non reperitur priuilegiatus. l. item
veniunt. §. in priuatorum.ff. de pet.hæred. Nam responde-
tur,d.§.in priuatorum.procedere in iis,qui ſunt priuilegia-
2 ti aliquibus in caſibus,non † autem in dote, quæ eſt regula-
riter priuilegiata, vt diximus ſupra in præſumpt. vj. Et hæc
quidem traditio,mea quidem ſentẽtia,ſumma æquitate ful-
citur. ¶ Extenditur primò vt præſumptio hæc locum etiam,
3 habeat in duobus,† vel tribus fratribus,qui confeſſi ſunt re-
cepiſſe pecuniam dotalem vxoris alterius eorum. Nam
mulier habet vtrumque eorum obligatum. Ita in ſpecie re-
ſponderunt Signor,in d.conſi.lxxvj.& Corneus in conſ.clj.
in fine.lib.j. ¶ Extenditur ſecundò vt habeat locum etiam,
4 quando filius † iuſſu patris recepit pecuniam. Nam præſu-
mitur numeratum contemplatione tàm patris quàm filij,vt
vterque ſit obligatus.Ita poſt alios Baldus Nouellus in tra-
cta,de dote.parte ſeptima in priuileg.xxxvij.

Secundum eſt caput,quando lis & contentio eſt inter ip-
ſum patrem & filium,vel hæredes eorum.Hoc in capite, di-
ſtinguendi ſunt aliquot caſus.

Primus eſt,quando pater & filius ſimul confeſſi ſunt re-
5 cepiſſe dotem:ſed ſolus ipſe filius † gerit & adminiſtrat ne-
gotia domus.Hoc in caſu, pecunia illa dotalis præſumitur
in totum perueniſſe ad eum.Ita Cynus in l.ſi cum dotem. §.
transgrediamur.ff.ſoluto matri. Campegius in tract.de do-
te,in tertia parte.q.clxix.& idẽ ſenſit Curtius Sen.in d.con-
ſi.liiij.ad finem.Et hæc quidẽ traditio præter rationes, qui-
bus fulcitur ſubſequens caſus, vbi dicemus, habet & hanc
præcipuam, quod cum dos ipſimet tanquam marito acqui-
ratur conſtante matrimonio, iuxta l.doce ancillam. C. de
rei vend.ſic præſumendum eſt,quod ipſemet eam receperit,
6 & apud ſe retinuerit.Nam quando duo † rei ſe obligant,& ad
vnum eorum negotium pertinet,is principaliter obligatur,
alter verò eſt loco fideiuſſoris. l. vir vxori,§.vltim.ff.ad Vel-
leia.& poſt Barto.Caſtren. Fulgoſium, & Corneum in ſpe-
cie propè reſpondit Craue.in d.conſi.xcj.nume. 2. Et acce-
dit,vt dicebat idem Crauetta ibidem. nu. ſexto, attendi de-
bere non ipſa verba,ſed cuius cõtemplatione fit actus. l. iſti
quidem.§.vlt.ff.quod metus cauſa,cum ſimilibus.ſed actus
7 † numerationis dotis, fit contemplatione mariti & ſic filij:
Ergo ad eum,non autem ad patrem præſumitur perueniſſe
pecuniam.Et rurſus(vt dicebat idem Craue.in d.conſi.xcj.
8 nume.8.)actus præſumitur † factus ſecundum diſpoſitionem
iuris communis,l.quæro.§. inter locatorem. ff.locati.& di-
cemus infrà hoc libro in præſumpt....vbi declarabimus,
dict.§.inter locatorem.ſed de iure communi pecunia dota-
lis pertinet ad maritum.dicta l.doce ancillam.C.de rei vẽd.
& l.pro oneribus.C.de iure dotium.Ergo præſumitur ad ip-
ſum filium maritum perueniſſe. Et demum,ceſſat hic illa ra-
tio, qua Doctores, quos in ſequenti caſu referam, dicunt,
pecuniam præſumi perueniſſe ad patrem:quia ipſe pater ge-
rit negotia domus , ceſſat inquam hæc ratio, cum hoc in
caſu præſupponamus , adminiſtrationem eſſe penes fi-
lium.

Secundus eſt caſus, quando pater,& filius ſimul confeſſi
ſunt recepiſſe dotem:& pater ipſe ſolus adminiſtrat. Hoc in
caſu tres ſunt opiniones.

9 Prima fuit † Iacobi de Arena in l. ſi conſtante, ff. ſoluto
matr,qui dixit,hoc caſu patrem,& filium eſſe duos reos de-
bendi:atque ita ad vtrumque inſolidum cenſeri perueniſſe
pecuniam.Hanc reiiciunt omnes, & in ſpecie Curtius Sen.
10 in dicto conſi.liiij.in prin.Ea ratione,quia duo † rei deben-
di non conſtituuntur,niſi expreſſim ita agatur,l. ſecunda. &
l.cum reos,vbi Bald. ff. de duobus reis. Accedit, quod im-
poſſibile eſt,pecuniam in totum perueniſſe ad vnum, & ad
alium, iuxta legem. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum. ff,
commo.

11 Secunda fuit opinio,quod † hæc pecunia peruenerit ad
ſolum patrem, Ita Cynus in l. ſi cum dotem. §. transgre-
diamur.ff.ſoluto matrimon. quem ſecuti ſunt Angelus A-
ret.in §. eſt & aliud.numero ſecundo. in inſtitut. de donat.
& Curt.Sen,in dicto conſi.liiij.colum.ij,verſic.ego autem;
qui dixit, hanc opinionem æquitati conuenuenire:quod fa-
tentur Bald. & alij quos infrà referam.Et hæc quidem mihi
magis placet.

Primò ea ratione,quia pater ipſe adminiſtrabat negotia
domus,& matrimonij onera ſuſtinebat, in alendis filio, nu-
ru,& eorum familia.

Præſumitur ergo quod apud ſe pecuniam eſſe voluerit,vt
poſſet onera ipſa ſuſtinere.

Secundò accedit, quod ad patrem pertinet vſusfructus
12 † bonorum dotalium, donec filius cum eo commoratur,
Non ergo eſt præſumendum,quod voluerit pater pecuniam
eſſe apud filium, atque ita perdere ipſum vſumfructum.arg.
l.cum de indebito.ff,de probat.
13 Tertiò ſuffragatur argumentũ à ſolitis;† quod in iure rece-
ptiſſimũ eſſe ſcribunt omnes,in l.certi condictio. §. ſi num-
mos.ff.ſi cer.pet.& latiſſime Euerardus in centuria legali,in
loco à ſolitis. Atqui vſu compertũ eſt, pecuniam dotalem,
ſicuti & aliam, conſueuiſſe peruenire in manibus patrisfa-
milias, qui negotia domus gerit, & adminiſtrat : ſic ergo &
hoc in caſu dicendum eſt. Ita etiam dicimus,quod qñ vna
14 ſimul maritus,& vxor vendunt † rem dotalem,pretium præ-
ſumitur perueniſſe ad maritum : cum ſoleant mariti pecu-
niam illam recipere:vt explicabimus infrà in præſumpt. vi-
geſimaſecunda.
15 Tertia fuit opinio eorum, qui † dixerunt, quod imo hoc
in caſu præſumitur pecuniam perueniſſe pro dimidia ad pa-
trem,& pro altera dimidia ad filium. Ita Dynus , Petrus,
Raynerius,Baldus, Albericus, & Romanus in l. ſi conſtan-
te.in princip.ff.ſoluto matrim.idem Roman.in conſi. cccc-
lxij.numero ſecundo.Comen.in conſi.xl.columna ſecunda.
Corneus in conſilio ccciij.numero 10.lib.iiij.Barb.in con-
ſilio xliij. numero 20. libro ſecundo. Crottus in dicta l. ſi
conſtante,in repet.numero 84.Ruinus in conſi.clxxxvj.nu-
mero 7.libro primo & in conſilio liij.numero 17. libro ſe-
cundo,Eandem viſi ſunt ſequi Campegius in tractat.de do-
te in tertia parte.quæſt.clxix.Benuenutus Stracha in tracta,
de mercatura.in titul.de contractibus mercatorum,numero
10,& Ronchegallus in l.reos.§.cum in tabulis. numero 28.
& 29. ff.de duobus reis. Et ij quidem moti ſunt; quod cum
vna ſimul confeſſi ſint ſe recepiſſe pecuniam, præſumitur
etiam,quod ad vtrumque pro dimidia peruenerit, argu. di-
cta l. reos. §. cum in tabulis, ff. de duobus reis. & l. Vra-
nius.§.ſi duo.ff.de fideiuſſo.l.cum apparebit. ff. locati, & l.
vir vxori. §. vltim. ff. ad S. C. Velleia, Verùm reſponderi
poteſt,quod etſi verborum rigor,& proprietas id ſignificet
attamen contrariis coniecturis,ob ſolitum,& æquitatem ab
ea recedendum eſſe.

Probata itaque ſecunda illa opinione Cyni & ſequacium
dicendum eſt,illam multò magis habere locum,quãdo con-
currunt aliæ coniecturæ,quib,colligi poteſt,ad patrem per-
ueniſſe pecuniam illam,vt reſpondit Curtius Sen.in d. con-
ſilio liiij.in fine,ſicuti quando appareret,patrem paulo,poſt
emiſſe aliqua neceſſaria pro ipſa nuru ſua,vel alias impenſas
feciſſe.
16 Tertius & vltimus eſt caſus, † quando pater & filius, qui
vna ſimul confeſſi ſunt recepiſſe pecuniam dotalem, ambo
gerebant,& adminiſtrabãt negotia domus,& ita vnus ac al-
ter conſueuerat recipere,& impẽdere pecunias, quæ eis nu-
merabantur, Hoc ſanè caſu,ſecundum tertiam Dyni, & ſe-
quacium opinionem controuerſia dirimi poteſt, vt tàm ad
filium quàm patrem perueniſſe præſumatur:ſicque pro por-
tionibus ſuis, ad reſtitutionem ſint obligati , præallegatis
iuribus.

## PRAESVMP. XV.

Dos à patre data vel promiſſa pro filia,an & quan-
de præſumatur ex bonis patris, vel filiæ conſtituta;
diligenter explicatur.





*SVMMARIVM.*

1 *Dos data vel promiſſa ſimpliciter à patre pro filia, ex bonis patris pro-
miſſa præſumitur.*
*Eaque eſt præſumptio iuris & de iure.nume.5.*
2 *Verbum,intelligi,præſumptionem denotare.*
3 *Videtur,verbum,præſumptionem notare.*
4 *Quaſi dictio,eſt ſignificatiua dubitationis.*
6 *Dotare filiam,officium paternum eſt,& quandam habet annexam ne-
ceſſitatem.nume.7.*
8 *Sanguinis coniunctionem ſolam,ad præſumendam donationem non
ſufficere.*
9 *Donationem propter nuptias faciens pater pro filio,ex ſuis non filij bo-
nis feciſſe præſumitur.*
*Idque etiam obtinet in emancipato.nu.11.*
10 *Dos & donatio propter nuptias à pari procedunt.*
12 *Sanguinis vinculum,& officium paternum, emancipatione non tolli-
tur.*
13 *Vidua iterum nubens,ex bonis patris dotata præſumitur.*
14 *Dotans vel donans propter nuptias pater,ex ſuis bonis facere præſumi-
tur,etſi eſſet adminiſtrator bonorum filij,filiæue.Contraria recen-
ſetur opinio.Bar.nume.16.*
15 *Factum præſumitur ab eo,eiuſque nomine,qui facere tenebatur.*
17 *Dotem etiam exceſſiuam promittendo pater,de ſuo præſumitur promi-
ſiſſe,dummodo ſoluendo ſit.*
*Idque procedit,etſi non ſuperſit ipſi,vt alias deinde filias dotet. nume-
ro 18.*
19 *Dos à patre promiſſa pro filia,de ſuis bonis intelligitur,etſi promiſſionem
factam,de bonis filiæ id intelligi velle proteſtatur. Et ibidem ratio.
nume.20.*
21 *Proteſtatio ante vel in ipſo actu fieri debet, vt in alterius præiudicium
proteſtantem adiuuet.*
22 *Dotem promittendo pater filiæ,ex propriis bonis,& ex bonis filiæ ſimul
nihilominus de ſuis in totum conſtituiſſe præſumitur.*
23 *Dictio,Et ſui natura copulat æqualiter.*
24 *Dotem expreſſe & claris verbis de bonis filiæ quomodo conſtituat
pater.*
25 *Certum & clarum dicitur,quod per relationem ad aliud certum red-
ditur.*
26 *Aequalitatem inter filias ſeruare patrem voluiſſe præſumitur.*
27 *Debens centum,& legans centum,ob quantitatis paritatem,præſumi-
tur animo compenſandi facere.*
28 *Dotem conſtituendo pater inops,quomodo tam ex bonis filiæ quam ſuis
præſumatur dediſſe.*
29 *Dotem ſe promittere nomine filiæ aſſerens pater,quomodo poſſit intel-
ligi.*
30 *Dotem promittente filia,ſoluente deinde patre,ex bonis filiæ præſumi-
tur facta ſolutio.*
31 *Dotem ſeſe promittere etiam nomine filiæ proteſtatus pater,num.filiam
ſimul obliget.*
32 *Dotem promittens pater non genero,ſed filiæ, præſumitur ex bonis ad
ipſam pertinentibus promiſiſſe.*
33 *Dotans filiam pater naturalis,an ex propriis bonis vel filiæ, feciſſe præ-
ſumatur.*

IVSTINIANI egregia, & ſingularis eſt conſti-
tutio in l.vlt. C. de dotis promiſſ. qua ſancitum
1 eſt,dotem † ſimpliciter datam vel promiſſam à
patre pro filia,præſumi datam vel promiſſam ex
bonis ipſius patris. Quæquidem conſtitutio ſingularis eſt,
teſte Petraſancta in ſingl.xxj.Et in præſumpta voluntate pa-
tris fundata eſt:ſicuti admittunt Doctores omnes, quos in-
frà commemorabimus.

Quorum veram ſentẽtiam probant verba.d.l. vlt.Et pri-
mum ibi.ſi quidem nil addendum exiſtimauerit, vel ſimpli-
citer dotem dederit, vel promiſerit, ex ſui liberalitate hoc
2 feciſſe intelligi.&c.Illud verbum,† intelligi, præſumptionẽ
ſignificat,vt ſcripſi ſupra lib.j.q.x.numero 5. Et paulò poſt
ibi.Vbi autem ex rebus tam ſuis quàm maternis,& aliis,quæ
non acquiruntur,vel ex ſuis debitis dixerit ſe feciſſe libera-
litates,Si quidem tunc penitus inopia tentus eſt, ex illis vi-
deri rebus dotẽ,vel ante nuptias donationẽ eſſe datam,quæ
3 ad filios,vel filias pertinent.Illud verbũ,† videtur, ſignificat
præſumptionem, vt ſcripſi in dict. q. Et demum ſubiungit
Iuſtinia.hæc verba.ſi vero & ipſe ſubſtantiam idoneam poſ-
ſidet,in hoc caſu quaſi de ſuo patrimonio dotem, vel ante
4 nuptias donationem dediſſe intelligatur.Illa dictio,† quaſi,
eſt ſignificatiua dubitationis. l. fideicommiſſa. §. j. de leg.
iij. & illud verbum, intelligatur manifeſtè(vt dixi ) ſignifi-
5 cat præſumptionem.Hæc præſumptio † iuris & de iure ap-
pellatur à Io.Andreæ in additio.ad Specul.in tit.de præſum-
ptionibus.§.ſpecies.in verbo,In prædictis concordantibus.
Nam aduerſus eam non recipiuntur contrariæ probatio-
nes, ſed ſolùm verba ipſa promiſſionis ſpecifica, & clara
ſpectantur,ſicuti ſignificat Iuſtinia. ipſe in dict. l. vltim. in
6 fine. Huius autem præſumptionis ratio eſt, quod † pater-
num ſit officium dotare filiam;vt ibi dicitur;& in l.qui libe-
ros. ff. de ritu nuptiarum, & proptereà pater dotando dici-
tur voluiſſe ſuo muneri,& debito ſatisfacere.Rationem hãc
probarunt Aret.& Alexan.in l.j.ff.ſoluto matr.& ibidem il-
los ſecutus eſt Ripa.nu.54.qui huius ſentẽtiæ multos com-
memorat.& idem ſenſit eodem in loco Socin. Iun.nu. 157.
Cæterùm rationem hanc non probarunt Alciatus in d. præ-
ſumpt.xxvj.verſic.ſed iſta opinio,& in lib.viij.parerg.iuris.
c.iij.& Coraſius in l.qui liberos.ff.de ritu nuptia.& in libro
epiſtol.quæſtio. c. xxj. ſcribunt ij, neceſſe minimè habere
patrem dotare filiam,ſed ſui eſſe officij,hoc eſt facultatis li-
bertatiſque. Non eſt tamen recedendum à recepta ſenten-
7 tia,quoniam † officium hoc annexam habet neceſſitatẽ, ſiue
dicamus iure obligationis,ſiue iudicis officio prouenire.Ita
ſanè neceſſitatem,& debitum eſſe ſignificauit Iuſtinia. in d.
l.vlt.ibi. Vtrum ne videretur pater ex ipſo debito dotis.&c.
& ibi,vt ſeſe ab huiuſmodi nexu. Altera eſt ratio perpenſa
ab eodem Alciato in dicto præſumpt.xxvi.num. 3.verſicul.
vnde tu dicas. hoc inductum eſſe ob ſanguinis coniunctio-
nem,& affectionem patris erga filiam:quæ ſanè affectio(in-
quit Alciatus)efficit,vt præſumatur donatio,& proptereà in
in d.l.vlt.appellatur patris liberalitas . Non poſſum hanc
8 Alciati rationem probare;cum ſola ipſa ſanguinis † coniun-
ctio,non ſufficiat ad præſumendum donationem.l. filiæ. C.
fam.erciſ.& ſcripſi in lib.j.de arbitr.iudicum.caſu lxxxviij.
nu.11.Nec repugnat quod Iuſtinia. in d. l. vlt. appellauerit
hanc patris liberalitatem:quia intelligo liberalitatem poſse
dici, quando filia habet aliunde bona, ex quibus ſe dotare
poteſt.Id quod ſenſerunt,& Coraſius in d.l.qui liberos.nu-
me.54.ff.de ritu nuptia.& Soc.Iun.in d.l.j.nume.162.verſi.
cogitabis.ff.ſoluto matr.

Eſt etiam hic aduertendum, quod huius legis diſpoſitio
eſt exorbitans,& ob id non extendẽda.Ita Hier. Gabriel in
conſi.clvj.nu.25.quod ego intelligo quando verba ipſa, vel
vrgens ratio extenſionem non admittit.

Extenditur primò hæc præſumptio,vt locum habeat etiã,
9 quò ad † donationem propter nuptias, quam pro filio facit
pater. Nã præſumitur, quod eam fecerit ex propriis bonis
non autem filij.Ita manifeſtè ſtatuit Iuſtinia.in d.l.vlt.& ibi
ſcribunt omnes,& in l.j.ff.ſoluto matr.ibi Ripa.num.87.&
Bolog.nu.109.verſ.ampliatur procedere. Eadem enim eſt
10 ratio ; cum dos † & donatio propter nuptias à pari proce-
dant.l.cum mulcæ.C.de donat.ante nup.& egregie Afflictus
in deciſ.cliiij.

Extenditur ſecundò,vt procedat, & locum habeat hæc
11 præſumptio etiam in filiis † emancipatis.Nam adhuc præſu-
mitur patrem dediſse dotem, vel donationem propter nu-
ptias,ex propriis bonis,non autem filij.Ita cenſuit Iuſtinia.
in d.l.vlt.ibi habeat autem filius, vel in poteſtate conſtitu-
tus,vel forte emancipatus res maternas. Et confert. l. cum
pater.ff.de iure dotium;Et ſententiam hanc probarunt om-
nes in d.l.j.ff.ſoluto matr.ibi Imola.Ripa.nu.87.verſic.am-
plia ſecundò.Soci.Iunior nu.166.& Bolog.cix.verſ. ij. am-
pliatur.Eſtq; ratio, quia pater ita tenetur dotare filiã eman-
12 cipatam,ſicuti & retentam in poteſtate:cum vinculum † ſan-
guinis,& officium paternum emancipatione non tollatur.

Extenditur tertiò,vt locum habeat hæc præſumptio etiã
13 in vidua † iterum dotata à patre. Nam adhuc præſumitur
dotata ex bonis ipſius patris,Ita ſcribunt Alexan.in l.huiuſ-
modi.§.ſi pater.num.7.ff.de lega.j.Socin.Sen.in conſi.100.
num.7.verſic.& maxime.lib.iij.& Socin.Iun.in conſ.lxxix.
nume.85.lib.iij.

Extenditur quartò,vt procedat hæc præſumptio, etiam
14 quando † pater eſſet adminiſtrator bonorum ipſorum filio-
rum.Nam

rum. Nam adhuc præſumitur, quod dotauerit, vel propter
nuptias donauerit, non tamquam adminiſtrator, ſicque ex
bonis filiorum, ſed tamquam pater, atque ita ex bonis
propriis. Ita Roma. Imola, Aretinus & Alex. in d.l.j.ff.ſolu-
to matr. & ibidem Ripa.nu.90. communem teſtatur. Idem
ſcripſerunt Corne. in cóſ.iij.lib.ij. Baldus Nouellus in trac.
de dote, parte ſexta, priuil.xlv. & in d.l.j.num.77.ſoluto ma-
trimo. Campegius in tract. de dote, parte prima.q.xvj.nu.4.
Socin.Sen. in conſi.100.numer.8.lib.iij. Pariſius in conſil.
lxxx.nu.1.lib.iij. & Bolognetus in d.l.j.nu.109.& ver.quar-
tò ampliatur. Et hos ſecutus ſum in conſi.ccclxx.num.7.lib.
iiij. Et ij quidem moti ſunt ex d.l.vlt.C.de dotis promiſ.vbi
pater erat adminiſtrator aduentitiorũ filiæ; & tamen præſu-
mitur dotaſſe ex bonis propriis. Et rurſus ibi dicitur, vel
quocunq; modo filia habeat actionẽ contra patrẽ. Quæ ſanè
verba omnem caſum includunt. Et præterea ſi tex. requirit,
quod pater manifeſtè declaret quantitatem, quam ex bonis
filiæ dat, vel promittit, ſequitur dicendum, quod ex hoc ſo-
lo, quod ſit adminiſtrator, non dicatur ex bonis ipſius filiæ
id agere. Probat & hanc ſententiã text.l.cum pater.la j.ff.de
15 iure dotium. Et accedit, quod factum † præſumitur ab eo,
eiuſque nomine, qui facere tenebatur. l.vltim. C. de ali-
men. pup. præſta. & ſcribunt Bartol. in l. cum ſeruus.ff. de
verb.oblig. & alij, quos referemus inf.lib.vj.præſum.xx. ſed
pater dotare tenetur filiam. d.l.qui liberos. ff. de ritu nupt.
ergo dos ab eo, ſuis ex bonis data, vel promiſſa præſumitur.
16 His conſtat malè † ſenſiſſe Barto. in l.Neſennius.ff.de nego.
geſt. dum contrarium ſcripſit: & quem ſecutus eſt ibi Ange-
lus, Et motus eſt Bar. ex d.l.Neſennius, quæ tamẽ omniũ in-
terpretatione, loquitur de auia materna, quũ illo in caſu ale-
re non tenebatur nepotem. Hanc tamen Bar. opinionem in-
telligit, & declarat Socin.Sen. in d.l.j.numero 25. ff. ſoluto
matrimo. vt locum habeat, quando pater dotem conſtituit
vltra vires ſuas; vt puta pater ſecundum ſui patrimonij vires
conſtituere poterat dotem centum aureorum: attamen cum
adminiſtraret bona filiæ, promiſit ducẽta. Hoc caſu præſu-
mitur, quod alia centũ promiſerit ex bonis ipſius filiæ. Quã
declarationem aliquot argumentis probat Soci. & reſpon-
det. dicta l. vltim. C. de dotis promiſſ. de cuius intellectu
plura ſcribit Socin.Iunior in dict.l.j.nu.169.& nu.170. qui
ab ipſo Socino Seniore diſſentit: ſicuti etiam aliter ſcribit
ibidem Baldus Nouellus.numero 78. & cum eo Pariſius in
conſi.lxxx.nu.2.lib.iij. Et poſtrema hæc ſententia tunc pre-
[illegible] procedit, quando aliis coniecturis conſtat, patrem
[illegible] proprio nomine dotare voluiſſe: ſicuti ipſemet Socin.
Sen. in conſi.100.num.4.5.& 6.lib.iij. declarat: vt eſt, quan-
do ſe & ſua obligauit.

Extenditur quintò, vt locum habeat etiam quando pater
17 † promiſiſſet dotem exceſſiuam. Nam & hoc caſu, præſumi-
tur de ſuo promiſiſſe, dummodò tot habeat in bonis, vt eam
ſoluere poſſit. Ita Odofr. Cin. Petrus & Salicet. in d.l.vltim.
Bal. Nouellus in tract. de dote, parte vj. priuil.vj. & alij plu-
res, quos refert, & ſequitur Hiero. Gabriel in conſil. clvj.nu.
21. qui & alios diſſentientes commemorat.

Extenditur ſextò, vt locum habeat hæc præſumptio etiã
quando pater habet quidem tot bona, quæ poſſunt ſufficere
ad dotandum filiam illam, cui dotem conſtituit: ſed tamen
18 non habet tot, vt deinde † poſſit in poſterum dotare alias
filias. Nam adhuc dos hæc præſumitur conſtituta ex bonis
ipſius patris. Ita decidit Afflictus in deciſio.clxxix. quem ſe-
cutus eſt Pariſius in conſilio lxxx. numero 3.libr.iij. Non
enim (inquit Afflictus) patris paupertas & inopia hoc in ca-
ſu abſolutè conſideratur; ſed reſpectu illius certi actus dota-
tionis. Id quod multis ſimilibus probat Afflictus, quem ſe-
cutus eſt Pariſius in l.j.nume.114.ff.ſoluto matr.

Extenditur ſeptimò, vt locum etiam habeat hæc preſum-
19 ptio, quando † pater poſt ipſam dotis promiſſionem, vel ſo-
lutionem proteſtaretur, ſe omninò de bonis filiæ id egiſſe.
Ita reſpondit Angel. in conſi.ccix. Petrus de Sauona; quẽ ſe-
cuti ſunt Aret. in d.l.j. nume.15.ff.ſoluto matr. & ibidem
Ripa.num.88. & Bologne.num.109.verſi.tertiò ampliatur,
& hoc ſecutus ſum in conſilio ccclxx.nu.4.lib.iiij. Ea ratio-
ne ij moti ſunt, quod iam ex præcedenti actu promiſſionis,
20 vel ſolutionis acquiſitum eſt † ius filiæ, quod ſcilicet præſu-
tur pater de ſuo promiſiſſe. Vnde poſt ius quæſitum fruſtrà
pater proteſtatur. glo.l.vnicæ.§.accedit.C.de rei vxo, actio.
21 & probat.l.ex morte.in fi.C.de pactis conuent. Nam † pro-
teſtatio fieri debet ante actum, vel in ipſo actu, alioqui non
iuuat proteſtantem, in alterius præiudicium. l. pro hærede.
§.Papinian. ff. de acquirend. hæred. & capitul. conſulti. de
regula.

Extenditur octauò, vt procedat hæc præſumptio etiam,
22 quando † pater conſtituendo dotem filiæ dixit, dotem con-
ſtituere ex propriis bonis, & ex bonis filiæ. Nam & hoc in
caſu præſumitur, patrem in totum cóſtituiſſe dotem ex bo-
nis ſuis propriis. Ita ſtatuit Iuſtinia. in d. l. vlti. C. de dotis
promiſſ. verſi. & in tali dubitatione. Et ſi enim illa dictio,
23 † & ſui natura copulet æqualiter. l.reos.§.cum in tabulis. ff.
de duob.reis. attamen in caſu. d.l.vlt. nó retinet naturam co-
pulæ: ſed potius ſignificat ordinem ſucceſſiuum, ob ordi-
nem charitatis, & affectionis, iuxtà l.Gallus.§.j.ff.de libe.&
poſth. Dicitur ergo pater cóſtituiſſe dotem ex propriis bo-
nis, ſi illa ſufficiunt: ſi verò non ſufficiunt, ſucceſſiuè dicitur
conſtituiſſe ex bonis ipſius filiæ. Ita interpretantur omnes
in dicta l.vlt. & in d.l.j. & manifeſtè Baldus Nouellus in tra-
ctat. de dote, parte ſexta, priuileg. ſexto. Alcia. in tract. de
præſumpt. reg.j. præſump.xxvj. & Hieron. Gabriel. in conſi-
lio clvj. numero 20. qui quidem conſiderauit aliam ratio-
nem, quam dixit colligi ex fin.l.prima. C. de bonis mater.
vbi conſtitutum eſt; patrem non poſſe alienare bona fi-
liorum, quorum legitimam habet adminiſtrationem, ni-
ſi filiis ipſis conſentientibus. Quare voluit lex, quod pater
ipſe ſpecialem faceret mentionem, quæ bona filiorum
daret, ne eorum conſenſus eſſet ſuper ambiguo: ſed ſuper
certo. Et propterea pater promittendo eo modo dotem,
non cenſetur promiſiſſe de bonis filiorum, niſi in ſubſidium
vt ſtatuit Iuſtinian. in dicta l. vltim. C. de dotis promiſſ.
Quo quidem in loco, ipſe Iuſtinia. nullam adhibuit diffe-
rentiam inter hæc verba, ex rebus paternis, & maternis: &
illa verba, ex rebus tam ſuis quàm maternis. Senſit ſane Iu-
ſtinia. illas dictiones, tam & quàm, ſignificare idem quod di-
ctionem, & ſic ordinem ſucceſſiuum. Ita in ſpecie d.l.vlt. vi-
ſus eſt interpretari Alciatus in reſp. ccccLxxxvij. incipit,
Conſultationibus.nu.18.

Declaratur primò, vt locum non habeat hæc præſum-
24 ptio, quando parer dando, vel promittendo † dotem, claris
verbis declarauit, quod ex bonis filiæ dabat, vel conſtitue-
bat dotem. Non enim in claris opus eſt coniecturis. l.conti-
nuus.§.cum ita.de ver.obl. ceſſabit itaq; hoc caſu diſpoſitio.
d.l.vlt.C.de dotis promiſſ. quæ (vt in initio diximus) funda-
ta eſt in ſola præſumpta volũtate patris. Difficultas hic ver-
ſatur, aſſignare exemplum, vt dici poſſit, patrem vſum fuiſſe
claris verbis. Et primum affertur, vt ſi dixit, quod centum
ex ſuis bonis aſſignabat ſeu dabat: & alia centum ex bonis
ipſius filiæ. Hoc exemplum probant verba. dict. l.vlt. in fin.
ibi. Vt re vera appareat, quid ipſe velit dare, & quid de ſub-
ſtantia filiorum proficiſcatur. Recipiuntque exemplum hoc
ex noſtris Socin.Iun. in d.l.j.nu.178. Vel ſi dixiſſet promit-
to mille, quorum dimidiam ex bonis meis, alteram verò di-
midiam ex bonis filiæ meæ. ſicuti ſcribunt Socin. Ruin. in d.
l.j.nu.143. Soci.Iun.nu. 178. & Hercul. nu. 28. ſed diſſentit
Bolog.nu.111. verſ. item infertur. Adducitur & ſecundũ exẽ-
plum, vt ſi pater dixit, ſe conſtituere, vel promittere eam
ſummam, computato in ea omni, & toto eo, quod ipſi filiæ
debetur, tam ex bonis maternis quàm paternis. Ita ſcripſe-
runt Mari. Soci.Sen. in c. tuæ. de ſponſal. Corn. in conſ. xvj.
nu.4.lib.iij. Bulgarinus in l.j. & ibid. Ruin. nu. 140. & Soc.
Sen.ff.ſoluto matr. & ibid. Iaſ. & idem in §.fuerat.nu.105. in
inſtit. de actio. Ripa in d.l.j.nu.92. & ibid. Soc.Iun.nu.177.
Pariſ.nu.115. Alcia. in Tract. de præſum. reg.j. præſum.xxvj.
in fine. Coraſius in l.qui liberos.nume. 54.ff. de ritũ nupt. &
Hier. Gabriel in conſi.clvj.nu. 26. Et hanc ſententiam ſum
& ego ſecutus in conſi.ccclxx.n.32.lib.iiij. Et aliquot ſimi-
lib. confirmat. Ruin, in d.l.j.nu.140.ff.ſolut. matr, & in cóſ.
xvj.nu.2.lib.iij. Et hæc quidem recepta magis eſt ſententia,
& ſi ab ea diſſentiant Bal, Nouellus in tract. de dote. in ſexta
parte principali priuileg.vj. Socin. Sen. in d, l, j. & ibidem
Hercula.nume.27. Soc.Iun.nu.165. & Bolog.nu.111. ſolu-
to matr. Afflict. in deciſ.clxxviij.nu.13. & Pariſius in conſil.
lxxx.nu.4.lib.iij. Horum quidem rationes, & argumenta fa-
cile diluun



cile diluuntur. Adducti enim ſunt ex d.l.vlt.C.de dotis pro-
miſſ. in illis verbis. Vbi autem ex rebus tam ſuis quàm ma-
ternis vel aliis, quæ non acquirũtur, vel ex ſuis debitis dixe-
rit, ſe feciſſe huiuſmodi liberalitatem, tunc ſi quidem peni-
tus inopia tentus eſt, ex illis videri rebus dotem, vel ante
nuptias donationem eſſe datam, quæ ad filios vel filias per-
tinent. ſi verò & ipſe ſubſtantiam idoneam poſſidet. Hoc ca-
ſu quaſi de ſuo patrimonio dotem, vel ante nuptias dona-
tionem dediſſe intelligatur. Hæc verba (dicunt prædicti
Doctores) clarè ſignificant patrem voluiſſe conſtituere do-
tem etiam ex bonis filiæ. Illa enim verba tã ex ſuis, quàm ex
maternis, habere videntur maiorem vim, quam habeant illa:
ex rebus paternis, & maternis; de quibus paulo ſuprà dixe-
rat Iuſtinia. Verumtamen quia clarè expreſſa non fuit quan-
titas, ſtatuit Iuſtinia. promiſſionem illam præſumi factam
ex bonis patris tantum: Idem dicendum eſt hoc in caſu, in
quo quantitas expreſſa non fuit: Ita enim hic ſumus in du-
bio, ex quantitas expreſſa non fuit, ſicuti in caſu dict.l.vlti.
Et illa verba; computato in ea omni, & toto eo &c. intelli-
guntur (aiunt prædicti Doctor.) & operantur, quando pater
eſſet inops, atque ita ex ſuo patrimonio dos illa præſtari
non poſſet, ſicuti in caſu. d.l.vlt.

Cæterum huic conſiderationi reſpondetur; quod caſus. d.
vlt.verſ.vbi autem, eſt longe diuerſus à noſtro. Nam præter
conſiderationes Socin.Iun. in d.l.j.nume.177. ver. tu conſi-
dera; dicimus, vt declarauimus ſuprà in ſeptima extenſio-
ne, quod illa verba, tam ſuis quàm maternis & aliis, non
differũt ab illis verbis, ab eodẽ Iuſtiniano paulo ſupra rela-
tis, ex reb. paternis & maternis. Et ideo hæc verba ſunt æq;
dubia vt illa, ſicuti prædicto in loco dixi, non repetã iam di-
cta. Diuerſum eſt in caſu noſtro, in quo hæc verba, compu-
tato omni, & toto eo &c. ſunt clara, cum comprehendant
25 omnia ipſa bona filiæ. Et certum † ac clarum illud dicitur,
quod redditur certum per relationẽ ad aliud. l. certum. vbi
Decius. ff. ſi certum peta. Et quemadmodum clarum eſſet,
quando dixiſſet, conſtituo dotẽ pro dimidia ex bonis meis,
& pro altera dimidia ex bonis filiæ, ſicuti dixi ſupra. Ita
quoque eſt clarum & certum, quando omnia bona ipſius
filiæ aſſignare voluit. Conciliando tamen opiniones diſtin-
guunt aliquot caſus Ripa, & Socin.Iunior in dicta l. prima
ſoluto matr. ille. num.92. iſte. nu.174. & ante eos Herculan.
nume.29. & attingemus infrà.

Tertium eſt exemplum, quando pater iam dotauit primã
ex filiabus, & ei clare conſtituit dotem pro dimidia ex pro-
priis bonis, & pro alia dimidia ex bonis ipſius filiæ, deinde
nuptum collocat ſecundam, & dotem ſimpliciter conſti-
tuit, præſumitur quod eodem modo voluerit eam dotare
ſicuti dotauit primam. Ita ſcripſit Socin.Sen. in d.l. j. ff. ſo-
luto matr. & cum eo Ruin. ibidẽ nu.144. Præſumitur enim,
26 † patrẽ voluiſſe ſeruare æqualitatem inter ipſa filias, iuxtà.l.
vlt. C. communia vtriuſque iud. & l. vt liberis. vbi Decius.
C. de collatio.

Cæterùm Ripa in dicta l. j. numero 93. diſtinguit duos
caſus.

Primus eſt, quando pater conſtituens dotem ſecundæ fi-
liæ dixit, ſe dare dotem ex bonis proprijs, & ipſius filiæ. Hoc
caſu (inquit Ripa) illa copula, quæ alias non copulabat, ni-
ſi ordine neceſſitatis. dicta l. vltim. C. de dotis promiſſ.
æqualiter copulabit, tum propter naturam ſuam, tũ propter
æqualitatem ſeruandam. l. quæſitum.§. ſed etſi Papinia. ff. de
fundo inſtructo inſtr. quæ leg. Et hoc in caſu (ait Ripa) pro-
cedere poteſt Socini exemplum & declaratio, & cum Ripa
idem ſenſerunt Socin.Iunior nu. 175. & Bolognet.nu.110.
verſicul. ſecundò limitatur.

Secundus eſt caſus, quãdo pater conſtituens dotem huic
ſecundæ filiæ, ſimpliciter dotem conſtituit, nullo facto ver-
bo, ſe dare vel promittere ex bonis propriis, & filię. Hoc ca-
ſu (inquit Ripa) non habet totum declaratio, & exemplum
Socini, cum ſola coniectura ſeruandæ æqualitatis hunc ef-
fectum operari minime poſſit. Idem cum Ripa ſenſit Soci.
Iunior ibidem. numero 179. verſicul. ſed mihi verba, qui
tamen dubitat, quando quantitas huius ſecundæ dotis eadẽ
eſſet cum illa primæ dotis. Eſt ſimile quod dicimus, quod ſi
27 debens † centum ſimpliciter legat centum, ipſi ſuo credito-
ri, præſumitur compenſandi animo legaſſe, ob quantitatis
paritatem, ſicut ſcribunt à me cógeſti in conſ.ccclxx. nume-
ro 34. libro quarto, vbi in ſpecie prope ſic reſpondi, & re-
cenſui eiuſdem ſententiæ Ruinum in conſi.ccxxij.num.3.li-
bro primo. Quartum afferri poteſt exemplum, quãdo pater
28 inops eſt, † & dotem conſtituit filiæ ex bonis propriis, & fi-
lię, vel tam ex bonis propriis quam filiæ. Hoc caſu preſumi-
tur dediſſe dotem etiam ex bonis filiæ. Ita diffinit Iuſtinian.
in d.l.vlt.C.de dotis promiſſ. in verſic. vbi autem. Et caſum
hunc admittunt ibi omnes, & Campegius in Tract. de do-
te parte prima, priuilegio xvj. numero ſecundo. Hercula. in
l.j, numero 26. ff. ſoluto matrim. & ibidem Socin. Iun. nu-
mero 167. & Pariſ.nu.113. Quintum exemplum conſidera-
uit Socin.Sen. in dicta l.prima. nume 37. ſoluto matr. quan-
29 do pater dixit, † ſe promittere dotem nomine filiæ. Nam
tunc præſumitur promittere ex bonis filiæ.

Verùm diſſentit, & rectè Ruinus in d.l.j.nu.decimoquar-
to.§. quia illa verba nomine filiæ, poſſunt multipliciter in-
telligi, ideſt tãquam adminiſtrator, vel negotiorum geſtor
ipſius filiæ. Et ſecundum hanc expoſitionem (ait Ruinus)
procederet exemplum Socini. Poſſunt etiam intelligi no-
mine filiæ, ideſt ad vtilitatem filiæ, ſub obligatione tamen
propria ipſius patris, vt tradit Bart. in l. ij. §. quod ſi in pa-
tris.ff. ſoluto matr. Et ideo cum verba ſint ambigua, trahi
poſſunt ad vtrumque ſenſum, & conſequenter in dubio pre-
ſumitur patrem ex ſuis bonis tantùm, dotem conſtituiſſe,
vt ſtatuit Iuſtinia. in dicta l.vlti. Sextum exemplum attulit
idem Socin.Sen. in dicta l.j. numer. 38. ſoluto matr. quando
30 † filia ipſa promiſiſſet primò dotem, & deinde pater eam
ſimpliciter ſoluiſſet. Hoc caſu (inquit Socinus) præſumitur
ſoluiſſe ex bonis filiæ, iuxta doctrinam Barto. in l. vxorem.
§. pater naturalis de leg. tertia. & iuxta. l. triticum de ver-
bor. obligatio. Verum à Socino diſſentit Ruin. in dicta lege
prima, numero 146. verſicul. & ſimiliter. qui rationib. com-
probat.

Prædicta exempla ſignificant quidem patrem noluiſſe in
totum ex ſuis bonis dotare, ſed etiam voluiſſe obligare bo-
31 na ipſius filiæ. Non tamen † operantur illæ declarationes, &
proteſtationes patris, quod filia ipſa cenſeatur obligata: ni-
ſi & ipſa expreſſe conſentiat dationi vel promiſſioni factæ
à patre. Etenim, ſecundum Ripam in dicta l. numero 92. &
Socinum Iuniorem. numero 175. & prius Herculanum, nu.
26. diſtinguendum ita eſt. Aut primò quæritur, nunquid pa-
ter ex ſua illa promiſſione teneatur de bonis totã illam do-
tem præſtare? Et dicendum eſt non teneri: cum, adhibita
proteſtatione declarauerit, nolle teneri, niſi pro certa parte.
Et ideò vltra ſuam promiſſionem non obligatur. Aut ſecun-
do quæritur, an bona filiæ pro dote ſic promiſſa ſint obliga-
ta? Et dicendum eſt, quod non: cum deficiat filiæ conſenſus,
qui omnino requiritur. l. profectitia. §. vltim. ff. de iure do-
tium. Niſi (ait Socinus) pater vtiliter geſſiſſet negotium fi-
liæ, quia tunc filia obligata erit. Aut tertiò quæritur, an pa-
ter ſit liberatus ab onere dotandi? Et tunc ſi filia non con-
ſenſit, non eſt liberatus, ſi verò conſenſit, liberatus cenſe-
tur. Non enim ſola patris promiſſio dotiſque conſtitutio,
ſine ipſius filiæ cóſenſu, eam obligat, nec ſe ipſum à ſuo ne-
xu liberat pater: ſicuti poſt Aretinum in d. l.j. ſoluto matri.
ſcripſerunt ibidem Ruinus. numero 136. Socin.Iun.nume.
174. & nume.178. in fine. & idem docuit ibidem Herculan.
numero 24. qui ſcripſit, quod ad fugiendam omnem dubi-
tationem, debet pater in dotis conſtitutione efficere, vt filia
expreſſe conſentiat. Idem docuit eodem in loco Bologne.
numero 112. & reſpondit Hier. Gabriel in conſilio clvj. nu-
me. 26.

Declaratur ſecundo, vt locum non habeat, quando pater
32 promittit † dotẽ non genero, ſed ipſimet filiæ. Hoc enim ca-
ſu, præſumitur promiſiſſe etiã ex bonis ad ipſammet filiam
pertinentibus vt puta ex dote materna. Ita declarat Hieron.
Gabriel in conſi.clvj.nume.25.

Declaratur tertiò, vt locum non habeat hæc præſumptio
33 in patre † naturali, qui pro filia dotem dedit, vel promiſit. Nã
tunc non præſumitur dotaſſe ex propriis bonis, ſed ex bonis
ipſius filiæ. Ita Bartol. in l.j.ff. ſoluto matr. & ibidem Bal-
dus. & alij relati ab Alexandro, & communem teſtatur ibi
Ruinus. numero 147. Hercula. numero 32. Socin Iun. num.
188. verſic. & ex prædictis. Pariſius. nu.124. Bolog. nu. 118.
adducti

adducti omnes ex l.vxorem.§.pater naturalis.de leg.iij.Verùm prædicti intelligunt, quod cum hodie ſecundum iuris pontificij conſtitutionem in capit.cum haberet. de eo, qui duxit in matr.quam polluit per adult.pater teneatur præſtare alimenta filiis naturalibus,ſic pariter tenetur dotem conſtituere,cum illa loco alimentorum ſuccedat,& cõſequenter hodie pater ipſe naturalis dotando filiam,præſumitur ex propriis bonis dotaſſe.

Quæ hactenus de patre dotante filiam ſcripſimus:locum habent etiam in auo, & in matre, illis ſcilicet in caſibus, in quibus tenentur dotare neptem vel filiam. Ita in ſpecie ſcripſerunt Bald. & Salicet. in dicta l. vltim. C. de dotis promiſſ.

## PRAESVMP. XVI.

Dotem datam,vel promiſſam à fratre pro ſorore, præſumi datam,vel promiſſam ex bonis ipſius fratris ſicque eam donaſſe.

*SVMMARIVM.*

1 *Dotem ſorori dans frater qui debitor illius exiſtat, quando non donare, ſed compenſare voluiſſe præſumatur.*

2 *Frater debens centum ſorori, tantam quantitatem in dotem promittendo,non præſumitur donare.*

3 *Frater ſororis debitor ex cauſa dotis, dotando ſororem præſumitur compenſare.*

POSTVLARET hic locus, vt differerem, an dos data, vel promiſſa à fratre, præſumatur de eius bonis data,vel promiſſa ſicq; donata,vel de bonis ipſius ſororis. Verùm cum ſatis copioſè diſſerui in lib.ſecundo de arbitrarijs iudicum. caſu lxxviij. numer. 36. ea propter hic differere ſuperſedeo. Illud vnum
1 tantùm addendum nunc cenſui;quod quando frater†eſt debitor ipſius ſororis,& coniecturis conſtat,quod animo cõpenſandi dotem dedit,vel promiſit,non præſumetur voluiſſe donare; ſed compenſare. Ita reſpondit Ruin. in conſilio ccxxiij.numero ſecundo, libro primo,qui ſic pariter declarat,& intelligit ſtatutum;quo cautum eſt,quod ſi promittẽs dotem ſit debitor mulieris,pro qua promiſit ſeu ſoluit, intelligatur promiſiſſe,vel ſoluiſſe de eo,in quo eſſet debitor mulieris vſque ad concurrentem quantitatem: quod non vendicet ſibi locum in aſcendentibus maſculis,vel fratre vel filio fratris mulieris,qui intelligatur de ſuo dotaſſe,niſi cõtrarium appareat. Inquit Ruinus,ſtatutum hoc intelligi, niſi coniecturis cõſtet fratrem voluiſſe dotare ex bonis ipſius ſororis,ſicque cum eo,quod illi debet,compenſare voluiſſe. Nam & apparere ſatis hoc dicitur, quando coniecturis apparet. Cõiecturas nonnullas illo in loco cõſiderauit Rui-
2 nus,Quarum vna eſt,quando†frater debeat centum, & tantam quantitatem promiſit ,vel dedit. Nam tunc ob eandem quantitatem præſumitur animus compenſandi, ex ſententia Baltol. in l.triticum.de verb.olig. Et Ruinum ſecutus ſum in conſi.cccl xx.numero 24. lib, iiij. vbi alios recenſui. Eſt & ſecunda coniectura ſecundum Ruinum, quando frater
3 †eſt debitor ex cauſa dotis,& deinceps hæredem feciſſet in omnibus bonis, & ſorori legaſſet centum cauſa dotis: Nam præſumitur legaſſe animo compenſandi. Ita Ruinus in dicto conſi. cxxiiij. numero quarto ex ſententia Bartol. & Alexand. in l. huiuſmodi. §. cum pater, de legat. j. & dicemus infra libro ſequenti præſumption. lxxxv. vbi differemus de coniecturis, quibus teſtator præſumitur legaſſe ſuo creditori animo compenſandi. Et ibi plures enumerabimus coniecturas,quibus animus compenſandi colligitur:& quæ caſui noſtro poſſunt adaptari.

## PRAESVMP. XVII.

Dos ab auo data vel promiſſa pro nepte, an & quando præſumatur promiſſa contemplatione filij, vel ipſius neptis.

*SVMMARIVM.*

1 *Dotem ab auo conſtitutam nepti,alij profectitiam, alij aduentitiam, volunt.nu.2.*

3 *Auus dotando neptem,patre illius diuite exiſtente,cenſetur non filij ſed neptis contemplatione,& ſic aduentitiam dotem conſtituere.Reiecta Nattæ & Cæphali diſtinctione.nu.4.*

5 *Auus Nepti nondum natæ, relinquens in teſtamento dotem,filij contemplatione præſumitur reliquiſſe.*

6 *Auus dotando neptem,patre exiſtente paupere,profectitiam dotem præſumitur conſtituere.*

*Idque etiam obtinere in auo materno.nu.17.*

8 *Auus relinquens dotem in teſtamento, quo filium hæredem ſcripſit, abſolutè præſumitur ſolius neptis contemplatione reliquiſſe.*

9 *Auus dotando neptem ex filio, caſu quo contemplatione filij non poſſet impedimento iuris obſtante,ſola neptis contemplatione dotaſſe præſumitur.*

10 *Nepoti ſpurio,legatum filij contemplatione factum,non ſubſiſtere.*

11 *Dotem relinquens auus in teſtamento,vt poſt mortem ſuam eueniente caſu à ſe diſpoſito præſtetur,ſola neptis contemplatione præſumitur feciſſe.*

12 *Dos in teſtamento relicta,nepti nondum nubili,aduentitia præſumitur.*

13 *Dos conſtituta nepti ab auo, quibus ſignis, contemplatione neptis tantum facta præſumatur.*

14 *Dos conſtituta ab auo pro bonis maternis,contemplatione neptis præſumitur data.*

15 *Dos neptis contemplatione tantum conſtituta præſumitur,vbi alias afferret detrimentum filio.*

16 *Auus habens plures filios,& ex eorum vno neptem,eam dotando, neptis contemplatione tantum facere præſumitur.*

17 *Auus dotando neptem ex filio exhæredato,filij contemplatione dotare non præſumitur.*

18 *Auus inſtituendo filium , & dotando neptem, ſola neptis contemplatione dotem relinquere præſumitur.*

19 *Neptis dotem ſibi ab auo,contemplatione patris conſtitutam, in legitimam computat.*

20 *Dos data nepti ab auo contemplatione filij,imputatur in filij legitimam,*

CONTROVERSA admodum & difficilis eſt hæc diſputatio,an auus dotãdo neptem,præſumatur contẽplatione filij,vel ipſius neptis dotaſſe?ſunt enim hac de dubitatione opiniones. Prima fuit multorum,quos longa ſerie enumeraui in conſilio clxxxiij. num. 10.libr. ij.qui opinati ſunt, dotem præſumi contemplatione ipſius filij conſtitutam: & ob id , quod dos ſit
1 † profectitia. Secunda fuit opinio prædictæ omnino contraria,quod imò præſumitur dotaſſe contemplatione ipſius
2 neptis:& propterea quod dos ſit † aduentitia. Hanc probarunt alij multi, quos congeſſi in d.conſilio clxxxiij.nu.32. à quibus illo in loco non diſſenſi,eoque in reſponſo lõgam contexui,hac de dubitatione diſputationem. Tertia & verior quidem eſt ſententia diſtinguentium duos caſus.
3 Primus eſt,quando pater†eſt diues & commodè poteſt dotare filiam, ſicque aui neptem. Hoc caſu,ſi auus dotem ipſi nepti conſtituit,præſumitur conſtituiſſe contemplatione ipſius neptis,non autem filij : atque ita dos iſta cenſetur aduentitia,non autem profectitia. Ita in ſpecie Alexand. in l.in quartam.numero 28.verſi.dum tamen,ff.ad l. Falcid. & in conſ.cxxxviij.nume.3.lib,iij.cum dixit,dotem hanc cenſeri aduentitiam. Idem apertius affirmauit Socin.Sen.in cõſi.xxxiij.nu.17.lib.iij.quem ſecuti ſunt Ripa in d.l.in quartam.nu.204.& ibidem Bologn.num.365.& idem reſpondit Craue. in conſ.ccxix.nu,3.qui eiuſdem opinionis recenſet Decium in conſi.lxxxj.col.pen.& communem aſſeruit Anton.Gabriel in lib.iij.concluſionum.in tit.de iure dotium, concluſ,v.nume.15.& ſecutus eſt Cuchus in tractat.de legitima,pag.lij,nu,36.Idem docuit Coraſius in l.frater à fratre in prima parte.num.68,ff.de cond.indeb.vbi ſic intelli-
4 git,l.dedit dotem.ff.de colla.dotis.Quocirca malè † Natta in conſi.ccclxiiij.in fine.lib.ij.& Cæphalus in conſi.cv.nu. 29.& 30.lib.j.ſcripſerunt,communem doctorũ opinionem eſſe, quod aut pater eſt diues, & tunc auus dotando neptem , dicitur contemplatione filij dotare . Aut pater eſt pauper:& tunc dos data ab auo,præſumitur data ſola ipſius aui



aui contemplatione. Eſt ſanè reijcienda hæc Nattæ,& Cæphali diſtinctio, & retinenda præcedens, ſecundum quam procedere poteſt opinio Cornei & ſequacium,qui dixerũt, dotem præſumi conſtitutam contemplatione neptis. Et huius caſus,& ſentẽtiæ ea eſt ratio,quia quãdo pater eſt diues, non tenetur auus dotare neptem:ſicuti multorum auctoritate ſcripſi in d.conſi.clxxxiij.nume.14.

Declaratur hic caſus,vt locum non habeat, quando auus
5 ſuo in teſtamento reliquit dotem nepti nondum natæ. Nã tunc dicitur reliquiſſe cotemplatione filij:cum nulla aui affectio erga neptem nondum natam poſſit conſiderari. Ita Alexan.in conſilio clxxix.numero 3.lib.v. Decius in conſi. lxxxj.nume.5. verſi. & hoc idem. & alios retuli in conſilio lxxxj.nu.44.lib.j.Diſſentire tamen videtur Alex.in conſil. viij.nu,10.verſi.aliter etiam lib.iij.

Secundus eſt caſus,quando pater eſt pauper : tunc auus
6 †dotando neptem præſumitur eam dotaſſe contemplatione ipſius filij ſui,ſicque patris dictæ neptis. Ita affirmarũt Doctores ſupra in primo caſu commemorati,& manifeſte Ruinus in conſilio clxxj.numero 9.lib.j.& in conſi.xxx.nu. 10. lib.ij.& Picus in l.in quartam.nume.244.ff.ad legẽ Falcid. & ibidem apertius numero 204. Et hoc in caſu procedere, & intelligi poteſt,prima illa opinio,quod auus præſumatur dotaſſe contemplatione filij . Et hic adaptari poſſunt illius opinionis argumenta, quæ copioſè congeſſi in dicto conſi.clxxxiij.
7 Extenditur hic caſus,vt locum habeat etiam†in auo materno.Nam & is præſumitur eodem modo dotaſſe neptem, quando ad eum pertinet dotandi onus,vt eſt, quando ipſius filiæ pater,& mater inopes ſunt.Ita reſpondit Alex. in cõſi. cxvij.nu.8.lib.vj.repe.in conſi.cliiij.col.j.lib.vij. quem ſecutus eſt Ant. Gabr.in d.concl.v.nu.12.

Declaratur primò hic caſus,vt locum non habeat quan-
8 do auus†ipſe ſuo in teſtamento legauit nepti dotem à filio ipſo hærede inſtituto præſtãdam.Hoc in caſu abſolutè præſumitur dos iſta relicta, non contemplatione ipſius filij inſtituti:ſed ſolius ipſius neptis.Ita reſpondi in conſ.clxxxiij. nume.12.lib.ij.poſt Ruinum,quem citaui,ibique rationem cum eo deduxi,& contrariæ auctoritati Cæphali reſpondi. Et præter ibi ſcripta exiſtimo, Cæphali interpretationem procedere ſolum,quando plures filij fuerunt hæredes inſtituti:& quando datus eſt ſubſtitutus:ſi ergo filius ipſe ſolus eſt inſtitutus,nullo dato etiam ſubſtituto,concedit Cæphalus legatum non valere : & conſequenter illud cenſeri relictum,contemplatione ipſius neptis.

Declaratur ſecundò, vt non procedat hæc præſumptio,
9 quando†obſtaret aliquid iuris impedimentum, quo dotis conſtitutio nullo modo valeret,ſi intelligeremus eam fuiſſe factam contemplatione filij,non autem neptis. Poteſt afferri exemplum, quando auus conſtituit dotem nepti ſpuriæ ex filio ſuo legitimo. Hoc ſanè caſu,ſi diceremus hũc auum conſtituiſſe hanc dotem contemplatione filij, non ſubſiſteret dotatio, vt ergo valeat,dicendum eſt,præſumi auum dotaſſe contemplatione ipſius neptis. Ita in ſpecie declarat Anton.Gabriel in lib. iij.concluſionum in titul. de iure dotium,concluſ.v.numero 18.ex ſententia Bart.in l.Gallus. §. quod ſi is.ad finem.verſ.tertius caſus.ff.de lib,& poſth.cum
10 ſcripſit,quod ſi auus reliquit†nepoti ſpurio,non valet legatum, ſi apparet factum contemplatione filij : aliàs verò valet,ſi non filij contemplatione. Et Bart. ſecuti ſunt ibidem & Ruin.num.22.Capra in conſ.ſecundo nu.6.& Decius in conſ.cccclxij.num.19.& alij, quos referam inf.in præſump. xxviij.dum explicabimus,quãdo donatum filio præſumatur donatum patris contemplatione in quarto caſu.

Declaratur tertiò,vt non procedat hæc præſumptio,quã-
11 do†auus conſtituiſſet dotem ſuo in teſtamento, vt illa præſtaretur poſt mortem ſuam,eueniente caſu illo à ſe diſpoſito.Nam tunc præſumitur relicta contemplatione ipſius neptis,non autem filij. Ita poſt Ruinum reſpondi in d. conſil, clxxxiij.numero 12,verſi.ſecundò accedit.lib. ij. vbi rationem ex illo deduxi.

Declaratur quartò, vt locum non habeat hæc præſumptio,quando auus dotem conſtituiſſet vel in teſtamento re-
12 liquiſſet nepti†nondum nubili. Nam tunc non præſumitur conſtituta dos contemplatione filij,ſed ſolius neptis,atque ita dos hæc præſumitur aduentitia, non autem profectitia. Ita auctoritate Ruini,non vno in loco reſpondi in dict.conſi.clxxxiij.nume.13.quo loci diſſolui obiectionem Cæphali diſſentientis.

Declaratur quintò, vt non habeat locum hæc præſum-
13 ptio,quando†extarent præſumptiones ſeu ſigna,quibus intelligeremus,auum hũc conſtituiſſe dotem, contemplatione ipſius neptis tantùm, ſicuti quando ex verbis ipſius aui hoc coniiceretur,vt ſi dixiſſet,quod ipſe dotabat. Hæc enim verba ſignificãt,ipſum auum immediatè,& perſonaliter dotare voluiſſe.Ita poſt Socinum Iuniorem reſpondi in d. cõſi.clxxxiij.numer.16.vbi etiam aliorum plurium auctoritate adiunxi aliud ſignum, quando ſcilicet in ipſa dotatione dixiſſet auus, quod eam dotem conſtituebat, & dabat pro omni & toto eo,quod neptis ipſa petere, & conſequi poſſet ex bonis ipſius aui. Nan hoc ſignificat, dotem fuiſse datam cõtemplatione ipſius neptis,alioqui dixiſset auus,quod neptis ea dote contenta eſſe deberet, pro omni, & toto eo, quod petere,& conſequi poſset,ex bonis filij ſui,ſicque patris ipſius neptis. Et illo in conſi.clxxxiij.num.17.declaraui traditionem Ripæ,quæ alioqui repugnare videbatur.

Declaratur ſextò,vt non procedat hæc præſumptio,quã-
14 do†hæc dos cõſtituta fuiſset pro bonis maternis, atque ita ſubrogata fuiſset loco bonorum aduentitiorum. Nam tunc dos præſumeretur aduentitia, & conſequenter conſtituta contemplatione ipſius neptis. Ita poſt Crauettam reſpondi in d.conſ.clxxxiij.nu.18.

Declaratur ſeptimò,vt locũ non habeat hæc præſumptio,
15 quando†alioqui dos ipſa afferret detrimentum ipſi filio inſtituto,vt putà quando aliàs ipſe filius impediretur alienare ſuam legitimam,vt declaraui in d.conſi. clxxxiij.nume. 20.

Declaratur octauò, vt ceſset hæc præſumptio, quando
16 †auus haberet tres,vel quatuor filios,quorum vnus haberet filiam. Hæc filia dotanda eſt ab auo,nõ autem à patre,& cõſequenter dos hæc dicitur aduentitia. Ita Decius in conſil. lxvj. colum. vlt. verſicul. tertiò principaliter.& idem ſenſit Aret.in conſil.xvij.verſic. ad ſeptimum igitur,quos ſecutus ſum in d.conſ.clxxxiij.nu.24.

Declaratur nonò,vt non habeat locum hæc præſumptio
17 in nepte ex filio exhæredato. Nam tunc † auus non præſumitur eam dotaſse,contemplatione ipſius filij exhæredati. Ita de donatione facta nepti ex filio exhæredato docuit Imola in in l.qui in aliena.§.interdum verſic.nota.glo.ff.de acquir.hæred. Verùm ab Imola diſsentiunt multi congeſti ab Ant.Gabr.in lib.iij.concluſ.in tit.de iure dotium concl. v. in fine.

Declaratur decimò, vt nõ procedat hæc præſumptio, qñ
18 †auus inſtituit filiũ,& nepti dotem reliquit. Nam ex quo filio prouidit,eum inſtituendo,præſumitur dotem reliquiſſe nepti ſola contemplatione ipſius neptis. Ita in ſpecie reſpondit Socin. Iun. in conſil.xxxiij.nume.5.lib.j.qui egregia ratione motus eſt. Et ſimile quod reſpondit Decius in conſi.cccclxij.num.20.Cùm dixit,quòd quando pater prouidit filio ſpurio, & aliquid deinde reliquit nepoti, ex illo non dicitur ei reliquiſſe contemplatione filij ſpurij,ſed ipſiuſmet nepotis tantùm.

Ex prædictis infertur primò,quòd illis in caſibus,in quibus dos nepti conſtituta præſumitur contemplatione filij
19 conſtituta,neceſſe habebit ipſa neptis † eam ſibi imputare in legitimam,quam conſequi debet ex bonis patris. Ita auctoritate multorum ſcripſerunt Alciat.in tract. de præſum. reg.j.præſump.xvij.nu.1.& Ripa in l.in quartam.num.206. ff.ad l.Falcid.

Infertur ſecundò, quod dos iſta ab auo data nepti contemplatione filij,imputatur in legitimam ipſiuſmet filij. Ita poſt alios tradit Alca.in d.præſum.xvij.nu.3.& diſputat Ripa in l.in quartam.num.202. Non eſt hic locus vt hac de re diſſeram.

## PRAESVMP. XVIII.

Dotem,quam maritus confeſſus eſt in dotali inſtrumento recepiſſe,tempore confeſſionis receptam præſumi.

*SVMMARIVM.*

1 *Dotem qui confeſſus eſt, habuiſſe, præſumitur confeſſionis tempore recepiſſe.*
*Et huius quæ ſit ratio. nu. 2.*

1 CVM maritus in inſtrumẽto dotali cõfeſſus eſſet,
ſe habuiſſe & recepiſſe mille nomine dotis, quæ
promiſit patri reſtituere, dubitatum fuit, an is
maritus præſumatur eam ſummã recepiſſe † tem-
pore illo confeſſionis factæ? Qua in re Bar. in l. poſt dotem.
nu. 20. ff. ſol. mat. docuit, præſumi eo tempore recepiſſe. Et
illum ſecuti ſunt Bal. Ang. & alij, vt refert ibi Iaſ. nu. 85. qui
poſt Alex. teſtatur eſſe communem opinionem. Idem ſcri-
pſerunt Cãpeg. in trac. de dote par. iij. q. cxlvj. Alcia. in trac.
de præſum. reg. iij. præſump. xxxv. nu. 7. quos ſecutus ſum in
cõſi. xcvij. nu. 68. lib. j. Ea præcipua ratione, reliquis reiectis
2 motus eſt Alcia. quòd niſi intelligamus † hæc verba, habuiſſe
& recepiſſe, eſſe ſignificatiua præſentis temporis, ſtipulatio
illa à patre adiecta, nihil ad eius fauorẽ operaretur, Nil enim
ei acquireretur, ex quo iam acquiſitũ fuiſſet ius filiæ. l. quo-
ties. in prin. ver. ceterùm. ff. ſolu. mat. Quo ergo valeat ſtipu-
latio, & proſit patri, cuius cauſa adiecta fuit, dicendũ eſt, præ-
dicta verba intelligi, ꝙ tunc facta fuit dotis numeratio. Et
quamquam à prædictis alij diſſentiant, & poſtremo loco
Io. Bologn. in d. l. poſt dotem. nume. 174. attamen à recepta
opinione recedendum non eſt.

## PRAESVMP. XIX.

Donatum à ſponſo ſponſæ, præſumi donatum, ſi
ſequatur matrimonium.

*SVMMARIVM.*

1 *Sponſus donans ſponſæ, ob futurum matrimonium præſumitur donare.*
*Et qua nam ſit hæc præſumptio. nume. 2.*
3 *Donatio ſponſi facta ſponſæ, antequam matrimonium ſequatur, non ſortitur obligationem efficacem.*
4 *Dotis promiſsio ſub tacita quadam conditione præſumitur facta, ſcilicet ſi ſequantur nuptiæ.*
5 *Sponſæ donans extraneus, non præſumitur donare ſub tacita conditione, videlicet nuptiis ſequuti ſi.*

1 CVM ſponſus ſponſæ donat, † præſumptio eſt id
donaſſe, ſi modo ſequatur matrimoniũ. l. cũ ve-
terũ. C. de don. ante nupt. Et hanc eſſe præſum-
ptionẽ iuris & de iure affirmauit Io. And. in ad-
ditio. ad Spec. in tit. de præſumptio. §. ſpecies. n. 5. in verbo,
In prædictis concor. ver. adducit ad idẽ. Eſſe ſolùm præſum-
ptionem † iuris exiſtimo, cum cõtrarium probari poſſit. Eſt
autem hæc conditionalis quædam donatio, & ob id hinc ſe-
3 quitur, † quod antequam ſequatur matrimonium, orta non
eſt efficax obligatio. Ita glo. in d. l. cum veterum. in gl. vlt. ſic
4 etiam dicimus in promiſſione † dotis, quæ dicitur facta ſub
tacita conditione; ſi nuptiæ ſequantur, & ideo interim non
naſcitur obligatio. l. ſtipulationem. l. tali. & l. promittendo.
ff. de iure dotium. & tradit Bal. Nouel. in tract. de dote, par.
vj. priuil. lxxvj. nume. 1.
Declaratur hæc præſumptio, vt locũ non habeat in extra-
5 neo † donante, vel promittente donare ſponſæ, vel ſpõſo. Nõ
enim tunc præſumitur donaſſe ſub tacita illa conditione ſi
nuptiæ ſequentur. Bar. & Bal. in l. qui ſe debere. ff. de cond.
ob cauſam, & propterea ſcribunt, quòd nuptiis nõ ſequutis
non reſcinditur donatio. Qua de re plura doctè & acutè ſcri-
pſit Bald. Nouell. in tract. de dote, in vj. par. priu. lxix. Quan-
do autem nuptiis non ſecutis, reſcindatur donatio, expli-
cant Bald. & Salice. in dict. l. cum veterum & in l. ſi à ſponſo.
C. de don. ante nupt. & Campegius in tractat. de dote. par. j.
quæſt. lxxix.

## PRAESVMP. XX.

Patrem alienando bona omnia, præſumi reſeruaſ-
ſe filiis lucra matrimonialia.

*SVMMARIVM.*

1 *Pater alienando omnia bona præſumitur filiis lucra matrimonialia reſeruaſſe.*
*Eſtque hæc præſumptio iuris. nume. 2.*

1 CVM pater alienat omnia bona, præſumitur re-
ſeruaſſe † lucra matrimonij filiis, authent. nunc
autem. C. de ſecund. nupt. quam ita annota-
uit Alcia. in tractat. de præſumpt. regul. j. præ-
2 ſumpt. v. Et hanc eſſe † præſumptionem iuris
dixit Ioan. Andreæ ad Specul. in titul. de præſumpt. §. ſpe-
cies. numero 5. in verbo, in prædict. concor. Et ſcribit Sali-
ce. in dict. authentic. nunc autem, idem eſſe, quando pater
alium hæredem in omnibus bonis facit. Et eo loci decla-
rat Salicetus ſtatutum Ferrariæ, quo cautum eſt, quod nul-
lus forenſis acquirere poſſit immobilia in ea ciuitate & Du-
catu: ſi pater inſtituit ſibi hæredem forenſem, & filiæ,
quæ ciuis eſt; nihil præter dotem reliquit, filiæ cenſen-
tur reſeruata bona immobilia, quorum capax non eſt fo-
renſis.

## PRAESVMP. XXI.

Mulierem pro alio intercedentem, præſumi ali-
quando pro ſui commodo id feciſſe; & ob id Velle-
iano non iuuari.

*SVMMARIVM.*

1 *Senatuſconſulto Velleiano mulier quando non adiuuetur.*
2 *Mulier intercedens pro alio, & poſt biennium confirmans obligationem præſumitur non alterius ſed propria cauſa intercedere.*
*Idque præſumptione iuris & de iure. nu. 3.*
4 *Mulier intercedendo pro altero aliquid accipiens, Velleiano nõ iuuatur.*

1 CVM mulier ſua ipſa † cauſa obligationi ſe ſubii-
cit, S. C. Velleia. nõ iuuatur. l. ij. & l. ſi fœnebris.
C. ad S. C. Velleia. Quocircà ſtatuit Iuſtinian.
in l. ſi mulier. la ij. in fine. C. ad Velleia. quòd qñ
2 mulier pro altero interceſſit † & poſt biennium eam obliga-
tionem confirmauit, præſumitur non alterius cauſa, ſed ſua
3 propria interceſſiſſe & ſe obligaſſe. Hanc eſſe † iuris & de iu-
re præſumptionem affirmauit Io. Andr. in addit. ad Specul.
in tit. de præſumpt. §. ſpecies. nume. 5. in verbo, in prædictis
concord. ver. ſecundus in muliere. Nec hoc caſu requiritur,
quòd mulier ſit certiorata de huius S. C. beneficio, ſecun-
dum Bald. & Salice. ibidem. Et inquit Salice. confirmatio-
nem nõ retrotrahi; ſed obligationem ſumere vires à die ip-
ſius confirmationis, ſcripſit Bald. in authen. ſi qua mulier. in
fi. C. ad S. C. Velleia. Ita quoque ſanciuit idem Iuſtin. in l.
4 antiquæ. in prin. C. eo. ad Velleia. quòd ſi mulier † interce-
dendo pro altero, rem aliquam accepit, non iuuatur eo S.
C. cum præſumatur ſua cauſa interceſſiſſe. Hanc eſſe præ-
ſumptionẽ iuris & de iure ſcripſerunt gl. ibi & Doct. & Io.
And. præcitato in loco, & idem aſſeruerunt Bald. in l. poſſi-
detis. nu. 6. C. de proba. Soc. in tracta. fallen. reg. cccxiiij. &
Alcia. in tract. præſump. in prælud. in ij. par. & ſcripſi ſupra
lib. j. q. lx. in fine, & q. lxv. nume. 8.

## PRAESVMP. XXII.

Mulierem non præſumi pretij partem recepiſſe,
& ſi vna cum marito rem alienauit.

*SVMMARIVM.*

1 *Dotale prædium marito & muliere vendentibus, pretium ad maritum præſumitur perueniſſe.*
*Reijcitur opinio Bar. nume. 6.*
2 *Vxor in eodem inſtrumento ſe obligans cum marito, non tenetur niſi quatenus in eius vtilitatem verſum eſt.*
3 *Mulier conſentiens viro alienanti fundum dotalem, dicitur fideiuſſorio nomine conſenſiſſe.*
4 *Mulier viro ſubiecta dicitur.*

5 Expe



5 *Experientia quotidiana, rerum omnium magiſtra.*
7 *Mulier alteri regulariter non obligatur.*
8 *Dotalis prædij precium ad ſolum virum perueniſſe præſumi, etiam iuramento mulieris accedente.*
*Fallit ſi in ſui vtilitatem conuerſum eſſe, mulier coram iudice confiteatur. nu. 9.*
*Vel aliter conſtet partem in eius vtilitatem ceſsiſſe. nu. 10.*
*Idem ſi bona vir & vxor habeant communia, tunc enim pro dimidia ad ſingulos præſumitur perueniſſe. nu. 11.*

CONVENIT vt hoc loco explicemus præſum-
ptionem illam, qua dicimus, quod quando ma-
ritus & vxor vnà ſimul vendiderunt prædium
dotale, & pretium fuit ab emptore numeratum,
1 præſumitur † pretium illud perueniſſe ad ipſum maritum,
& propterea ſi maritus, vel eius hæredes aſſerunt, partem
illius pretij ad ipſam vxorem perueniſſe, probare id debent.
Ita ſcripſerunt Specu. in titul. de oblig. & ſolutioni. §. an-
te omnia. verſic. ſed pone vir. Gemin. in ca. ij. colum. vij. de
pænis in vj. Federicus de Senis in conſi. xviij. & conſil. ccxlj.
Domino de Papia. Imola in c. cum cõtingat. col. xxvij. verſi.
iuxta prædicta. de iureiurando, qui dixit, ita aliquando fuiſſe
iudicatum in ciuitate Bononiæ. Idem affirmarunt Baldus,
Albericus, & Caſtren. in auth. ſi qua mulier. C. ad Velleian.
idem Caſtren. in conſil. xlj. libro ij. Signorol. in conſilio xlj.
Roma. in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſol. matr. Ab-
bas in conſi. xliiij. col. j. lib. j. Alex. in conſi. cix. libr. iiij. & in
conſi. clxxij. nu. 16. libr. vj. Franc. Aret. in l. reos. §. cum in ta-
bulis. ff. de duob. reis. Angel. Aret. in §. eſt & aliud genus, in
inſti. de don. qui teſtatur, ſic apud Regium fuiſſe obſeruatũ.
Idem ſcriperunt Soc. Sen. in conſi. xv. nu. 7. libr. j. Campeg.
in tract. de dote in iiij. par. q. x. Ita quoque iudicauit Conſi-
lium Neapolitanum, teſte Afflic. in dec. ccix.
Eandem probarunt Marſ. in ſing. ij. Moderni Pariſien. in
in tract. de vſur. nu. 288. Crau. in conſi. xcj. nu. 11. verſi. deci-
mò iſtam. Boer. in q. xxxiij. nu. 6. & 7. Rolan. in conſi. lxiiij.
nu. 4. lib. j. Rõcheg. in l. eandem. in prin. num. 58. ff. de duob.
reis. Et horum quidem ſententia, quæ mihi magis probatur,
multis fulcitur argumentis, tunc maxime text. authentic. ſi
qua mulier. C. ad Velle. quo ſancitum eſt quòd quando ma-
2 ritus & vxor † ſe obligarunt in eodem inſtrumento, non te-
netur mulier niſi quatenus ſit verſum in eius vtilitatem. Cum
ergo non appareat, hoc in caſu partem illius pretij verſam
fuiſſe in vxoris commodum, dicendum eſt, ad eam non præ-
ſumi perueniſſe.
Secũdò accedit text. auth. ſiue à me. C. eo. ad Velleia. quo
3 conſtitutum legimus, quod quando mulier † conſentit vi-
ro alienanti fundum dotalem, dicitur fideiuſſorio nomine
conſenſiſſe. Ita ergo hic dicendum eſt, vt pro maiori cautela
emptoris adſcriptum ſit nomen vxoris, quæ videtur ſuæ hy-
pothecæ renunciaſſe, & quidã color adhibitus dicitur, iuxta
l. vir vxori. §. vlt. ff. ad Velleia.
4 Tertiò ſuffragatur ratio, quod † mulier eſt viro ſubiecta,
vt copioſe diſſerit Tiraquellus in tracta. de legibus connub.
lege vij. numero 2. & 3. Et propterea cum ipſi viro exhibere
debeat reuerentiam, conſenſiſſe dicitur, vt magis placeat
viro, quàm vt pretij partem conſequatur. Et hoc quidem
5 comprobat ipſa quotidiana experientia, quam rerum † om-
nium magiſtram appellat ſummus Pontifex in c. quam ſit.
de elect. in vj. Et ſpecie ſic rationem hanc perpendunt Ca-
ſtrenſis & Gemin. quos ſupra retuli. Et hæc quidem ſenten-
tia, retinenda eſt; tametſi ab ea permulti diſſenſerint, affir-
mãtes præſumi, pecuniam pro dimidia perueniſſe ad vtrum-
6 que. Ita † ſane Bart. in conſilio cxxiiij. Punctus quæſtionis.
colum. j. lib. j. Baldus in l. j. colum. ij. verſi. prædicta faciunt,
& in l. mater tua. colum. v. verſicul. ſed hic quæro. C. de rei
vend. Caſtren. in l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duob. reis, &
apertius in conſi. ccxcvj. colum. j. & in conſi. ccclx. colum. j.
lib. j. & in conſi. ccclxij. lib. ij. Fabian. in tract. de emptione
& venditione, in tertia. q. prin. q. xxxviij. Curtius Sen. in cõſ.
liiij. col. ij. verſ. pro qua parte. Lud. Bolog. in conſi. xliiij. col.
ij. verſi. quod etiam.
Et ij quidem adducti ſunt præcipue, argumento ſumpto
à d. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duob. reis. Cui reſponde-
tur, loqui in his, qui ſe poſſunt libere obligare, id quod non
7 contingit in muliere † quæ regulariter alteri obligari non
poteſt d. authenti. ſi qua mulier. C. ad Velleia. Reſpondet
& ſecundo Craue. in d. conſilio xcj. in fine. Et comprobat
Ronchegallus in d. l. eandem in princ. num. 59. & 60. ff. de
duobus reis. & ibidem. nu. 61. & 62. diſſoluit alia nonnulla
huius opinionis argumenta.
Extenditur primò, vt hæc præſumptio locum etiam ha-
8 beat, quando † adhibitum fuit iuramentum. Ita Bald. in d.
auth. ſi qua mulier. col. ij. verſi. pone ergo, quòd vir. C. ad S.
C. Velleia. & alij relati à Rõchegallo in d. l. eandem in prin.
num. 58.
Declaratur primò, vt non procedat hæc præſumptio,
9 quando † mulier coram iudice confeſſa eſt, pecuniam illam,
quam recepiſſe aſſeruit, fuiſſe in ſui vtilitatem conuerſam,
10 Ita Bald. præcitato in loco. Idem eſt, quando aliter † con-
ſtaret eam partem fuiſſe verſam in vtilitatẽ mulieris. ſic ſen-
ſerunt Afflic. in d. deciſ. ccix. nu. 3. & Campegius in tract. de
dote. par. iiij. q. x.
Declaratur ſecundò, vt non habeat locum præſumptio
11 hæc, quando † maritus & vxor, haberent bona communia;
quippe qui ſic pacto matrimonium contraxiſſent. Nam tũc
pretium rei venditæ ſimul præſumetur ad ſingulos pro di-
midia perueniſſe. Ita Modernus Pariſien. in commentariis
de vſuris in q. xxxviij. quem ſecutus eſt Ronchegallus in d. l.
eandem in princip. numero ſexageſimoſecundo. ff. de duob.
reis.

## PRAESVMP. XXIII.

Donatio facta inter virũ & vxorem, & an & quan-
do præſumatur reuocata, vt donantis morte confir-
mata dici non poſſit.

*SVMMARIVM.*

1 *Donatio inter coniuges matrimonio conſtante prohibita, morte tamen niſi reuocata appareat, confirmatur. nu. 2.*
3 *Donatoris pænitentia & reuocatio non præſumitur.*
4 *Mutatio voluntatis non præſumitur, ſed vrgentibus probatur ſignis & coniecturis. nu. 5.*
6 *Legata & donationes à pari procedunt, & eorum pænitentia & reuocatio coniecturis probatur.*
7 *Donator tradens rem donatam pignori, vtrum præſumatur donationem reuocaſſe.*
*Et quid ſit in legato. nu. 8.*
9 *Odio graui inter maritum & vxorem ſubſequẽte donatio vel legatum reuocatum præſumitur.*
*Idem in teſtatore & legatario. nu. 10.*
11 *Adulterium committente muliere, donatio à viro facta, præſumitur reuocata.*
*Idem ſi turpiter luſerit, vel deoſculari ſeſe paſſa ſit.*
12 *Donator maritus, rem vxori donatam alteri donans, præſumitur priorem donationem reuocaſſe. Id autem de qua donatione accipiendum. nu. 13.*

DONARE non poſſunt inter ſe maritus & vxor
1 † conſtante matrimonio. l. j. ff. de donat. inter
vir. & vxo. vbi Vlpia. rationem reddit, & aliam
commemorat Paulus ibi in l. ij. & poſt Alcia. &
Coraſium ſcripſi in libr. ij. de arbitra. iudicum.
caſu cxxxij. nu. 2. Et quamquam conſtante ipſo matrimonio
donatio hæc ſit omnino nulla. l. iij. §. ſciendum. ff. eo. de do-
natio. inter virum & vxo. Nihilominus ſubſiſtentiam quan-
2 dam habet: & propterea † morte donantis confirmatur. l.
cum hic ſtatus. in prin. eod. titu. Niſi reuocata appareat do-
3 natoris pænitentia. Quæ ſane pænitentia † & reuocatio non
præſumitur. d. l. cum hic ſtatus. §. ſed vbi ſemel. & in ſpecie
tradit Ioan. Lupus in rub. exr. de don. inter vir. & vxo. §. lxix.
4 numero 11. Et ratio quidem eſt, quia voluntatis † mutatio
non præſumitur. l. qui teſtamentum. ff. de probat. & copioſe
comprobabimus infra libr. vj. præſumpt. xxviij. Qui itaque
donatorem pænituiſſe, & donationẽ reuocaſſe aſſerit, proba-
re is debet.
Extenditur procedere etiam, quando extaret aliquod ſi-
gnum, quo poſſet intelligi facta reuocatio, vel non facta,

vt eo in notabili exemplo, quando maritus conſtante matrimonio eſt confeſſus habuiſſe dotem, qua ex confeſſione reſultat donatio quædam tacita, ſi deinde maritus affirmat, ſe eam dotem non accepiſſe, non tamen ex hoc infertur reuocatio donationis. Ita Rom. in ſing. cccccxcix. Tu ſcis, quod donatio; & Lupus in d. §. lxix. num. 11. qui teſtatur ita fuiſſe in iudicio obſeruatum.

Cæterùm mutatam fuiſſe voluntatem & reuocatam do-
5 nationem probari poterit † vrgentibus ſignis & coniectu-
6 ris, ſicuti & in legatis, quæ à pari cum donatione † procedere reſpondit Vlpia. in d. l. cum hic ſtatus. §. Pænitentiam. Pænitentiam & reuocationem in legatis, probari coniecturis affirmant Curtius Iunior in conſil. ciij. numer. 2. & Hieron. Gabriel in conſi. cij. num. 8. ad finem. & nos diſſeremus ſubſequenti in libro in præſump. lxxxij. Multa hic pænitentiæ & reuocationis ſigna conſiderari poſſunt.

7 Primum eſt ſignum & coniectura, ſi donator † rem donatam pignori dedit. l. cum hic ſtatus. §. ſi maritus. quo loci Vlpianus reſpondit, recedi ab hoc ſigno & coniectura, ſi conijci poteſt, donatorem voluiſſe locum eſſe donationi, nõ obſtante pignoratione facta, vt ſi donataria, quę remanſit
8 in poſſeſſione, parata eſt ſatisfacere creditori. In legato † adhiberi ſolet diſtinctio. Nam aut res legata pignori data eſt tantam ob ſummam, quæ vel excedit, vel æquiualet pretio ipſius rei: & tunc præſumitur reuocatum legatum: aut verò fuit pignori data & hypothecata pro minori ſumma: & tunc non præſumitur reuocatum legatum. Ita Bartol. in l. rem legatam. in fine. ff. de adimen. lega. & Iaſon in l. iij. num. 3. C. de leg. alios commemorabimus ſubſequenti in libro in præſumpt. lxxxij. Et in ſpecie noſtra ſic etiam diſtinguit Io. Lupus in rubr. extra de dona. inter vir. & vxo. §. lxix. num. 7. verſi. prædicta ſunt.

Secundum eſt ſignum & coniectura quando ſuperuenit
9 graue † odium inter maritum & vxo. ſicuti quando mala gratia ſubſecutum eſt diuortium. Hoc etiam caſu præſumitur reuocatum legatum. d. l. cum hic ſtatus. §. ſi diuortium.
10 Idem dicimus in legato, † quod ob ſuperueniens odium & inimicitiam inter teſtatorem & legatarium, præſumitur reuocatum. l. tertia. §. vltim. & l. inimicitiæ. ff. de adim. lega. & diſſeremus infra ſubſequenti in libro in præſump. lxxxiij. Et in ſpecie noſtra ſic etiam diſtinguit Ioan. Lupus in d. rub. extr. de donatio. inter virum & vxorem. §. lxxix. num. 1. Eſt
11 & aliud exemplum, vt ſi mulier commiſit † adulterium. l. res vxoris. C. de donatio. inter virum & vxor. & tradit Lupus. d. §. lxxviij. numero ſecundo. qui multis comprobat. Et nu-
12 mero decimo. idem eſſe dixit, quando † mulier turpiter luſit, vel paſſa eſt, ſe deoſculari, & alia ſimilia ad rem illo in loco congerit, quæ non repeto.

13 Tertium eſt ſignum, quando † donator rem ipſam donatam alteri donauit. d. l. cum hic ſtatus. §. qui quaſdam. ff. de donatio. inter virum & vxorem. Idem eſt in re legata. l.
14 rem legatam. ff. de adimen. lega. Id quod intelligo † quando eadem res in ſpecie donata vxori, donatur à marito alteri, ſecus verò, quando vna re donata vxori, maritus alteri faceret donationem omnium bonorum. Nam tunc non præſumitur reuocata donatio rei ſpecialis. Ita Lupus in dicto §. ſexageſimonono. numero decimo. verſicul. ex quibus omnibus, motus inter alia, text. l. quoties. C. fam. erciſc.

## PRAESVMP. XXIIII.

Maritus an & quando præſumatur donaſſe vxori ea, quæ illi tradidit.

### SVMMARIVM.

1 *Maritus vxori, ſponſus ſponſæ res aliquas tradendo, in dubio non præſumitur donare.*

*Idque maxime in marito paupere vel ruſtico. nu. 2.*

3 *Maritus nobilis & diues, res vxori traditas an præſumatur donaſſe.*

4 *Diuitiæ ſolæ, ad donationis præſumptionem an ſufficiant.*

5 *Maritus plebeius &, ignobilis, veſtes, iocalia, & ſimilia tradendo aut mittendo mulieri, præſumitur donare. Et de quibus id veſtibus aut iocalibus intelligatur. nu. 6.*

EVENIT perſæpe, vt maritus res aliquas tradat vxori, vel ſponſus ſponſæ & ignoratur quo titulo tradiderit, an ſcilicet donationis, vel alio? Qua in re pro regula conſtituen-
1 dum eſt, non præſumi † titulo donationis, cum illa in dubio non præſumatur. l. cum de indebito. in princip. ff. de probat. & copioſe ſcripſi in libro ſecundo, de arbitrariis iudicum. caſu lxxxviij. col. j. Et hæc
2 quidem regula multò magis procedit † in marito paupere, vel ruſtico. ſicuti in ſpecie tradit Ioan. Lupus in rubr. extra. de donatio. inter virum & vxorem. §. nono. num. 7. adductus tex. l. ſi duobus. §. ſi in coeunda. ff. pro ſocio. vbi ruſticus non præſumitur præſtare operas ſuas gratis.

Receditur à prædicta regula coniecturis & ſignis, quibus colligitur, ſponſum ſponſæ, vel maritum vxori, donare voluiſſe.

3 Primum eſt ſignum & coniectura, quando maritus † eſt nobilis. Nam is donaſſe præſumitur res illas traditas vxori. Ita in ſpecie affirmarunt Baldus in capitul. iurauit. columna vltima, de probatio. Ioan. Lupus in dicto §. nono. numero ſeptimo. & numero decimooctauo. & alios quam plures eiuſdem opiniones recenſet Tiraq. in tract. de nobilit. c. vlti. num. 47.

Cæterùm ſcripſi in commẽtariis de arbitrariis iudicum, libro ſecundo. caſu lxxxviij. nu. 49. eſſe dubiam; & ibidem declaraui quo in caſu locum habere poteſt.

Secundum eſt ſignum & coniectura, quando maritus
4 † eſt diues. Nam ſolas diuitias ſufficere ad præſumendum donationem, ſcripſerunt gloſſ. in l. ſed ſi ego. in fine. ff. ad Velleia. Bal. in l. j. in fine. C. eo. & Io. Lupus in d. §. ix. nu. 81. verſ. quinimò.

5 Tertium eſt ſignum & coniectura, quando maritus † plebeius & ignobilis, duxit nobilem, & ei miſit iocalia, veſtes & ſimilia. Nam & tunc præſumitur, quod maritus ea donauerit. Ita Bal. in l. j. C. de dotis promiſ. & alios commemorat & ſequitur Lupus in d. rub. de donat. inter virum & vxo. §. x. qui paulo ſupra in §. ix. nu. 19. verſ. adde, idem ſcripſerat.

Verùm ſubiungit idem Lupus in §. xj. intelligi, quando
6 † veſtes & iocalia ſunt modici valoris: vel quando ſunt quotidiani vſus. qua de re ſcripſi etiam ego ipſe multa in libr. ij. de arbitr. iudicum caſu. ccxviij.

## PRAESVMP. XXV.

Maritus an & quando donaſſe & remiſiſſe præſumatur, alimenta & vſuras ſeu intereſſe ſibi debitum, cauſa dotis non ſolutæ.

### SVMMARIVM.

1 *Alimenta aut intereſſe debitum loco dotis ſibi conſtitutæ, gener non præſumitur donaſſe ſocero, ſi intra modicum temporis, & ſic infra decennium non petierit.*

*Quid autem ſit, ſi prælerlapſum, ſi decennium. nu. 2. & 4.*

3 *Vſuræ etiam appellantur illæ, quæ dotis nomine præſtantur in alimenta mulieris.*

5 *Actiones perſonales, vel officium iudicis, non tolli niſi 30. annorum curſu.*

6 *Maritus non petens intereſſe loco dotis ſibi debitum, toto vitæ tempore, præſumitur donaſſe. Idque procedit, vt etiam in foro canonico ſocer liberetur. nu. 9.*

7 *Dominus qui ob caducitatem expellere poterat emphyteutam, non declarando ante mortem dicitur remiſiſſe.*

8 *Filius in vita non conqueſtus de matre tranſeunte ad ſecundas nuptias, iniuriam ſibi illatam dicitur remiſiſſe.*

10 *Vſuras dotis pacto expreſſo promiſſas, an cenſeatur remiſiſſe gener, ſi toto vitæ ſuæ tempore non petierit.*

11 *Vſuras dotis gener remiſiſſe non cenſetur ſocero, ſi ob aliquam cauſam, toto vitæ tempore non exegerit.*

12 *Ius quod ſibi competere quis ignorat, nemo dicitur remittere.*

13 *Vſuras dotis ſibi debitas, cenſetur remiſiſſe gener, recipiendo ſortem abſque proteſtatione de ijs conſequendis.*

14 *Mulier cui certa pæna promiſſa fuerat, ſi certo tempore dos nõ ſolueretur, lapſo tempore dotem ſine proteſtatione recipiendo, præſumitur pænam remiſiſſe.*

*Dominus*



15 *Dominus recipiens canonem ab emphyteuta, præſumitur caducitatis pænam remittere.*

DOTES opulentes & plus quam ferunt vires patrimonij, ſolẽt interdum parentes filiabus conſtituere; & dum non poſſunt promiſſam ſummam præſtare, intereſſe loco alimentorum, generis quotannis pendunt; Euenire autem aliquando ſolet, vt maritus ipſe diu differat petere hæc alimenta; & ob id dubitatur, an ea donaſſe & remiſiſſe ſocero præſumatur. Hæc diſputatio egregia & vtilis admodum eſt; quare vt eam explicem dilucidius ac noſtri faciunt, diſtinguo atque conſtituo aliquot caſus.

1 Primus eſt, quando † decurſum eſt modicum temporis, vt puta biennium, vel triennium, vel ſexennium, ita vt non attingat decennium. Hoc in caſu nemo eſt, qui diſſentiat, quod non cenſeatur facta donatio & remiſſio dictorum alimentorum & intereſſe. Et probat textu. l. cum quidam. §. Diuus. ff. de vſuris. de quo ſtatim dicemus, vbi requirit curſum longi temporis, ergo curſus minoris temporis non ſufficiet.

2 Secundus eſt caſus, quando elapſum eſt † decennium. Hoc in caſu ſunt opiniones. Vna fuit eorum, qui ſcripſerunt maritum præſumi remiſiſſe & donaſſe prædicta alimenta & intereſſe. Ita Dionyſius Peruſinus inter conſilia Baldi in conſi. cccclxxiiij. Poſt biennium. libr. iij. & idem verè ſenſit Bar. in l. cũ de in rem verſo. nu. 7. verſ. ſi verò tractatur de præſumendo. ff. de vſuris. Alex. in conſ. lxxiiij. nu. 8. verſ. ſecũdò principaliter. & col. vlt. verſi. ſimiliter ex alio. lib. v. Corneus in conſi. ccvj. col. vlt. verſi. & pro dicta concluſione. libro ij. Alciatus in tracta. de præſumptionibus regul. j. præſumptio. xxxij. nu. 4. verſi. quid tenẽdum. Tiraquellus in tract. de præſcriptionibus. §. j. gl. iiij. verſ. octauò iſtis.

Primò adducitur tex. l. cum quidam. §. Diuus. ff. de vſuris. cuius verba hæc ſunt. Diuus Pius ita reſcripſit: Parum iuſtè præteritas vſuras petis: quas omiſiſſe te longi temporis interuallum indicat: qui eas à debitore tuo, vt gratior apud eum videlicet eſſes, petendas non putaſti. loquitur hic textus ſimpliciter de vſuris, non diſtinguendo vſuras debitas ex cauſa lucratiua, à debitis ex cauſa oneroſa; vt animaduertit præcitato in loco Alciatus. Quocirca cum etiam vſuræ
3 † appellentur, quæ loco alimentorum mulieris præſtantur. l. vir vſuras, & leg. inſulam. §. vſuras. ff. ſoluto matrimo. dicendum eſt, caſum dict. §. Diuus: conuenire caſui noſtro. Non etiam repugnat conſideratio Alexand. in conſilio ſexageſimotertio. numero 16. libro quarto. cum dixit. d. §. Diuus, loqui eo in caſu, in quo creditor non exegit vſuras à debitore, vt ei eſſet gratior, expectans ab eo beneficium aliquod. Nam reſpondetur ſecundum Alciat. præcitato in loco. numero quarto. verſi. nec intellectus, ibi ex ſolo ipſo temporis curſu præſumi id factum cauſa gratitudinis, alio non conſtito.

Secundò Alciatus perpendit l. vir vſuras. ff. de dona. inter virum & vxo. cuius verba adſcripſi. Vir vſuras (inquit Papinianus) promiſſæ dotis, in ſtipulatũ deduxerat, eaſque non petierat. Cum per omne tempus matrimonij, ſumptibus ſuis, vxorem & eius familiam vir exhiberet dote prælegata, ſed & donationibus verbis fideicommiſſi confirmatis: legato quidem dotis vſuras non contineri videbatur: ſed titulo donationis remiſſas. Hoc manifeſte reſpondit Papinianus, maritum, qui non petiit has vſuras donec vixit, cum etiam vixiſſe potuit minus decennio, cenſeri remiſiſſe. Nec repugnant conſiderationes Alexand. in conſil. lxiij. numero 16. verſicul. ſimiliter non obſtat. libro iiij. Nam illa prima, dum poſt gloſſ. ibidem ait, illam fuiſſe donationem expreſſam, eſt omnino falſa: ſicuti colligitur ex verbis Papiniani. cum dixit, videri donationis titulo remiſſas. Non etiam verum eſt, quod eſſent vſuræ odioſæ: quia imò ſunt fauorabiles, cum loco alimentorũ præſtentur, & eam ob cauſam ſic conſiderantur in d. l. vir vſuras. Non etiam verum eſt, quod dicebat Alexander, fuiſſe vſuras promiſſas ab ipſamet vxore, cui facile donari à viro præſumitur ob mutuam beneuolentiam. Eſt enim conſideratio hæc diuinatiua ad reſponſum Papiniani, qui ſimpliciter & abſolutè loquitur. Rectius forte dici poſſet, id contingere, ob ſubſecutam mortem mariti, qui moriendo dicitur nolle petere, ſed remittere. Et infra in ſubſequenti caſu confirmabimus. Et hæc quidem opinio mihi magis probatur.

4 Secunda fuit opinio eorum, qui † dixerunt, curſu decennij non præſumi remiſſas vſuras has. Ita Roman. in conſil. cccccxvij. numero 14. & in l. inſulam. §. vſuras. & in l. quæ dotis. ff. ſoluto matrimon. & ibidem Alexand. & Iaſon. nu. 19. Alexand. in conſil. lvj. num. 6. num. 8. & numero duodecimo. & in conſilio lxiij. num. 16. lib. iiij. & in conſil. ccviij. numero 10. lib. vij. Corneus in conſi. vlt. lib. ij. & in conſilio clxiiij. colum. pen. lib. iij. in conſi. liij. num. 3. lib. iiij. Decius in conſilio cccccIxxj. numer. 4. Franciſcus Baldus in tractat. de præſcriptio. in prima parte tertiæ partis principalis. q. x. num. 14. Angelus Aretinus in §. fuerat. in inſtit. de actio. & ibidem Iaſon. nu. 20. Io. Lupus in cap. per veſtras. in tertio notabil. §. j. col. ij. verſi. ad idem facit. de donat. inter virum & vxo. qui communem eſſe affirmauit. & Gramma in deciſio. lxx. qui teſtatur, ſic fuiſſe deciſum in conſilio Neapolitano.

Primò affertur textu. l. Procula. ff. de probatio. Verùm reſpondet Alciatus in d. præſumpt. xxxij. nu. 5. quod ibi non interuenerat temporis diuturnitas: ſed facta fuerat ſæpe calculatio, quæ minori tempore fieri potuit. Præterea ibi fit fundamentum in eo, quod Procula quàm diu vixit, nihil à fratre petiit, & non curſus temporis ſed mors ipſa conſideratur: ſicuti in caſu d. l. vir vſuras. ff. de donatio. inter vir. & & vxor. de qua diximus ſupra, & infra repetemus.

5 Secundo, quia actio † perſonalis vt hæc, vel officium iudicis, quo vſuræ dotales præſtantur. d. l. inſulam. §. vſuras. ff. ſolu. matrim. non tolluntur, niſi curſu triginta annorum. l. ſicut. & l. omnes. C. de præſcr. xxx. vel xl. anno. Verũ reſpondetur hanc non dici præſumptionem, vt infra declarabimus.

6 Tertius eſt caſus quando † maritus quam diu vixit, nihil petijt. Hoc ſanè caſu, dicitur vſuras ipſas remiſiſſe atque ita donaſſe. Ita in ſpecie affirmarunt Bartol. in l. vir vſuras. ff. de donat. inter vir. & vxo. Roma. in d. conſi. cccccIxxj. nu. 16. & in l. inſulam. §. vſuras. nume. 16. ff. ſoluto matr. Franciſcus Balbus in tractat. de præſcriptionibus in prima parte tertiæ partis principalis. q. x. num. 14. Ioan. Lupus in d. §. j. colu. ij. verſi. ad idem textus. Boerius in q. cxcvj. nu. 4. Et hæc quidem ſententia probatur in d. l. vir vſuras, & in d. l. Procula.

7 Eſt ſimile quod dicimus, dominum, † qui ob non ſolutum canonem ab emphyteota, vel aliam iuſtam ob cauſam, poterat eum expellere atque ita caducitatem declarare, ſi dum vixit, non declarauit, moriendo dicitur eam remiſiſſe. Ita ſcribunt multi à me congeſti in conſilio. clv. numero 17. vbi nume. 16. Commemoraui illud ſimile, quo dicimus ſi filius
8 † viuens non eſt conqueſtus matrem tranſiuiſſe ad ſecundas nuptias, & ob id ferre debere pænam illatæ ſibi iniuriæ, dicitur pænam ipſam remiſiſſe.

Extenduntur prædicti omnes caſus, vt locum etiam ha-
9 beant † in foro canonico, in quo etiam obſeruabitur, vt ſocer ille cenſeatur liberatus à præſtatione dictarũ vſurarum. Ita Alciat. in d. præſump. xxxij. in fi. poſt Corneum in d. cõſi. vlt. lib. ij. Ea ratione motus eſt Alciat. quia hic non agitur de inducenda præſcriptione, iuxta cap. vltimũ de præſcript. ſed quod lapſu temporis, vel ſecuta morte mariti, præſumatur eius conſenſus & remiſſio. Nec hic verſamur in materia peccati, quia ſocer iſte non peccabat non ſoluendo, cum interpellatus non fuerit, ex quo iudicis officio tenebatur. Et potuit (inquit Alciatus) ſocer ille veriſimiliter credere, generum eſſe forte contentum, neque vſuras exigere velle. Comprobatur hæc extenſio ſecundum Alciatum egregia traditione Iaſonis in l. ſi certis annis. nume. 14. C. de pactis, cum poſt Salicetum ibi, docuit, diſpoſitionem. l. cum de in rem verſo. ff. de vſuris. locum habere etiam de iure canonico, quia ibi non agitur de præſcriptione, ſed de præſumptione legis præſumentis conſenſum ex lapſu decennij. Qua de re diſſeremus infra in præſump. xcviij. vbi declarabimus materiam. d. l. cum de in rem verſo.

Declarantur primò prædicti caſus, vt locum nõ habeant,
10 † quando hæ vſuræ fuiſſent pacto expreſſo promiſſæ. Nam tunc ſocer debitor non poteſt prætendere bonam fidem, ob id iure canonico inſpecto nunquam præſcribit. Ita Alciatus in dicta præſumptione trigeſimaſecunda, in fine. qui ſic in-

tellexit Alex.in d.conſi.lxiij.lib.iiij.

Cæterùm ego valde dubito, cum hic, (vt etiam dicebat Alciatus) non agatur de præſcriptione, ſed de præſumendo curſu temporis conſenſu mariti, quæ ſanè ratio locum habet, & hoc in caſu, cum ſemper dicere poſſimus: ſocerum credidiſſe ipſum ſuum generum voluiſſe dote eſſe contentum, quia alioqui eum interpellaſſet ad ſoluendum ipſas vſuras.

Declaratur ſecundò, vt locum non habeat, quãdo mari-
11 tus † & ſic gener, omiſit petere dictas vſuras aliqua ex cauſa, vt quia ignoraret, ſibi deberi: Nam tunc non dicitur eas remiſiſſe. Ita declarat Corneus in dicto conſil.vlti.columna
12 vlt.lib.ij. Nemo enim dicitur remittere † ius, quod ignorat ſibi competere l.mater decedens.ff.de inoffi.teſtament. Poſſunt etiam conſiderari aliæ ſimiles cauſæ.

Quartus eſt caſus, quando maritus ſeu gener, cui debe-
13 bantur prædictæ vſuræ, recepit † ſortem, nulla adhibita proteſtatione de conſequendis etiam vſuris. Hoc ſane caſu, dicitur remiſiſſe ipſas vſuras. Ita in ſpecie Iaſon in l. centum capuæ.num.6.ff.de eo, quod certo loco: & ad rem propè reſpondit Socin.Sen.in conſilio decimooctauo.numero quar-
14 to. libro primo, mulierem † cui promiſſa fuerat pæna, caſu quo certo tempore dos non fuiſſet numerata, ſi lapſo tempore recepit dotem, non adhibita proteſtatione, dicitur pænam illam remiſiſſe. & Socinum ſecutus eſt Crauettã in conſilio ducenteſimotrigeſimoquarto. numero quarto.verſicul. amplius. Idem ſcripſit Guido Papæ in quæſtio.clxxij. columna vltima qui fortius dixit, nec quidem proteſtationem impedire, quo minus dicatur facta remiſſio, quod tamen verum non eſſe exiſtimo. Huc etiam pertinet, quod in
15 ſimili dicimus, dominum † recipientem canonẽ ab emphyteota, præſumi remiſiſſe caducitatis pænam. Qua de re diſſeremus infra in pręſump.lxxxv.poſt Iaſonem in l.ij.in princip. columna vltim.ff. ſi quis cautio.& in l.ſecunda. numero centeſimovigeſimoquarto. C. de iure emph. & Guido Papæ.d.q.clxxij.

Cæterùm in ſpecie huius noſtri caſus aliter docuit Baldus in l.vltim.§.prætereа. columna ſecunda. verſic. aduerte hic. C.de iure dotium, cuius non meminit, idem tamẽ affirmans Baldus Nouellus in tractat. de dote parte tertia. numero vndecimo, & idem ſenſit Io.Lupus in c.per veſtras. in quinto notabili.§.octauo. numero ſexto.de donatio.inter virum & vxorem. Et confert quod ſcripſit Bartolus in l.vlt.nu.3.ff. de eo, quod certo loco.

## PRAESVMP. XXVI.

Donata mulieri à cõſanguineis mariti, an & quando præſumantur ita donata, contemplatione ipſius mulieris, vel mariti, vt vel vni, vel alteri acquirantur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Donatio facta à conſanguineo mariti, mulieri de ſe benemeritæ, præſumitur ipſius contemplatione facta, nec marito adquiritur.*
2 *Donans pater filio benemerito præſumitur motus cauſa illa proxima, benemeritorum ſcilicet, non remota, affectionis paternæ.*
3 *Donatio facta mulieri, à conſanguineo mariti de donante benemeriti, præſumitur illius quoque mariti contemplatione facta.*
4 *Donatio facta mulieri à conſanguineo mariti ſub commemoratione eius, præſumitur mariti contemplatione facta.*
5 *Legatum factum filiæ ſub commemoratione patriæ poteſtatis patri acquiritur.*
6 *Donatæ res vxori, à conſanguineo mariti, quæ ipſi non conueniunt ſed marito, contemplatione eius donatæ præſumuntur.*
7 *Donatæ res, à conſanguineo mariti, vxori ſoli conuenientes, mulieris contemplatione præſumuntur datæ. Aliquibus tamen diſſentientibus.nu.9.*
8 *Dona data legatis, quæ ipſis tantum conueniunt, nõ adquiruntur principi mittenti & nu.23.*
10 *Donatum mulieri à conſanguineis mariti, acquiritur mulieri ſi ibi ſic extet conſuetudo.*
11 *Donatio facta mulieri à principe viri conſanguineo, contemplatione mulieris facta præſumitur, eidemque acquiritur.*
12 *Filiusfamilias de donatis ſibi à principe libere diſponit.*
13 *Donatio facta mulieri à mariti cõſanguineo, in dubio ſecundum vnam opinionem, mariti contemplatione facta præſumitur. Alia aſſeritur opinio.num.17.*
14 *Vxor quod adquirit, non acquirit marito de iure, quemadmodum patri filius.*
15 *Arrogatus filius, non patri arrogatori, ſed ſibi acquirit.*
16 *Donantis affectio inſpicitur ad cognoſcendum cuius contemplatione datum quid fuerit.*
18 *Donationem factam à viro, in re communi cum fratribus ſuis illis præſentibus & conſentientibus valere.*
19 *Socrus donare nurui poteſt.*
20 *Socrus quod donat genero ſuo ſponſo, efficitur ſponſi proprium & tranſit ad hæredes.*
21 *Donata nepoti per auum, aduentitia ſunt, nepotique acquiruntur, adhibita tamen diſtinctione.nu.22.*
24 *Donata ſocio contemplatione ſocietatis, efficiuntur propria ſocij cui donatum eſt.*
25 *Donatum filio, qui aſſerit aduentitium eſſe, probare id debet.*

CONGRVVS ſatis eſt hic locus, vt diſſeramus, an & quando donata mulieri à conſanguineis mariti præſumantur ita donata cõtemplatione ipſius mulieris, vel mariti, vt vel vni vel alteri acquirantur? Diſputatio hæc difficilius & perplexa eſt: eſtque tota cõiecturalis. In qua quidem ego ſoleo diſtinguere atque conſtituere aliquot caſus.

1 Primus eſt, quando mulieris extant benemerita † erga conſanguineum illum donatorem: vt puta, ſi ei inſeruiuit in aliqua infirmitate, vel ſimilem ob cauſam benemerita eſt. Hoc ſane caſu donatio facta à conſanguineo, præſumitur facta contemplatione ipſius mulieris, vt ei acquiratur: non autem marito. Ita Ioan. Lupus in rubr. extra de donationibus inter virum & vxorem.§.xlv, num.13.verſi. crederem tamen quem ſecutus ſum in conſil.xlj.numer.23.& in conſil.lxxxj. num.50.lib.j. Et dixit Lupus, hoc eſſe ex mente Bart.in l.ſed ſi plures.§. in arrogato.numero 3. ff.de vulg. & pup. ſubſti. dum conſiderat cauſam proximam, & cauſam remotam donationis: vt ſcilicet ſpectãda ſit cauſa proxima: Quę quidem hic eſt cauſa benemeritorum: ſicuti probatur in l. ſi verò non remunerandi. §. idem Papinianus. ff. mand. vbi donatio facta à liberto patrono præſumitur facta ob præcedens meritum patroni, qui prius fuerat liberalis erga ipſum libertum. Et huc pertinet, quod tradit poſt alios Decius in l. ſi donatione. numero 11. C. de collat. quando pater donat
2 † filio benemerito, præſumitur motus ad donandum cauſa hac proxima meritorum: non autem cauſa illa remota affectionis paternæ, ſanguiniſque. Qua de re dicemus infra in præſumpt.xxix. vbi explicabimus, quando pater præſumatur donare filio ob benemerita. quo loci plura explicabimus quæ huc pertinere poſſunt, præſertim tex.l.tutor. §. quæ tutorib.ff.de excuſ.tuto.

Secundus eſt caſus, à præcedenti diuerſus, quãdo ſcilicet
3 † mariti extant benemerita erga donantem vxori. Hoc ſane caſu, præſumitur donatum cauſa & contemplatione ipſius mariti. Ita ſimili omnino in caſu probat tex. & ibi gloſſ. l. profectitia.ff.de iure dotium, & ibidem Bal. cum dixerunt, quòd ſi quis ob mea erga eum merita donauit filiæ meæ mille cauſa dotis, illa dos dicitur profectitia: quaſi, quod prouenerit ex bonis meis, nempe à meritis meis. Et idem ſcripſit ad rem noſtram Io.Lupus in d.§.xlv.in fi.

Tertius eſt caſus, quando donatio facta fuit à conſan-
4 guineo vxori conſanguinei † ſub commemoratione ipſius mariti conſanguinei: vt ſi dixit, dono Caiæ vxori fratris mei. Hoc etiam caſu præſumitur donatio facta cauſa & contemplatione ipſius mariti. Ita in ſpecie tradit Lupus in d. §. xlv. numero 6. verſicul.& hoc maxime, motus traditione Dyni & Baldi in l.filio.ff.de cond.& demo.cum dixerunt, legatum
5 † factum filio ſub commemoratione patriæ poteſtatis, acquiri patri: quia eius cauſa & contemplatione præſumitur factum, ſicuti etiam annotauit Socin.in d.l.filio.nu.4. confert & l.cum aliquis.C.de iure deliberan.vbi inſtituens hæredem ſeruum Sempronij, intuitu & contemplatione domini dicitur inſtituiſſe. Id quod explicabimus infra in ſubſequenti libro, in præſumpt.xliiij. Nec conſtituenda eſt differentia



rentia (inquit Lupus) quod præcedat vel ſubſequatur proprium nomen vxoris, cum vtroque caſu præſumatur facta donatio contemplatione mariti, vt ei acquiratur. Diſſentit tamen Alex.in d.§.in arrogato.nu.12.in fi.

6 Quartus eſt caſus, quando vxori donatæ fuerunt † res ei non conuenientes, ſed marito, vt puta arma, equi & ſimiles. Hoc etiam caſu præſumitur donatum contemplatione mariti, vt ei acquirantur. Ita Bart. in conſ.xj. Quæſtio talis eſt. num.3.lib.ij. Ange.in l.ſed ſi plures.§.in arrogato.ff. de vulga. & pup. ſubſtit. Io. Lupus in d.§.xlv.num.8.verſi.iſtud tamen.& idem ſenſit Rota Roman.in deciſ.j.num.8.de donatio.inter virum & vxorem, in antiquioribus.poſt Ioan.And. Idem dicimus in donatis Ambaſciatoribus, quos latine legatos appellamus: ſicuti ſtatim dicemus.

Quintus eſt caſus, à præcedenti diuerſus, quando ſcilicet
7 vxori † donatæ fuerunt res ei tantum conuenientes, vt puta veſtes muliebres, Armillæ, Margaritæ, & ſimilia. Hoc in caſu, donatio præſumitur facta contemplatione & cauſa ipſius mulieris, vt ei acquirantur. Ita Bar.in d.conſ.xj.nu.3.Ang.in d.§.in arrogato.Rot.in d.dec.j.nu.8. Ita dicimus, quod do-
8 nata † legatis, quæ eis tantum conueniunt præſumuntur eorum contemplatione & cauſa donata, vt eis acquirantur, nõ autem principi, qui ipſos legatos miſit. Ita Docto. in l. ſi verò.§.item quidquid.ff.ſol. mat. & dicemus infra in ſubſequenti præſump.

9 Cæterùm ab hac opinione † diſſentiunt Imola & Alex.in d.§.in arrogato, quos ſecutus eſt Io. Lupus in d.§. xlv.num. 9. Ea ratione moti ſunt, quia etſi res donatæ conueniunt tantummodo mulieri: attamen non inde fit, quod mens donantis fuerit donare mulieri, vt ſuæ eſſent: cũ & ipſe vir concedat ornamenta, vt ornatius incedat, non quia velit eſſe mulieris. vt tradunt Barto. & reliqui in l.pen. §. ſeruis.ff.ſol. matr.& in l.j. §. nec Caſtren. ff. de collat.bono. & ſcripſi in commentariis de arbitrariis iudicum.libr.ij.caſu ccxviij.

10 Sextus eſt caſus, quando extat † conſuetudo, quod donata à conſanguineis, vxori conſanguinei, vel amici, acquirantur ipſi mulieri. Hoc ſane caſu præſumitur, quod ſimpliciter donatum à cõſanguineo ipſi mulieri, dicatur donatum vt ei, non autem marito acquiratur. Ita in ſpecie ſcripſerunt Caſtre.& Alexan.in d.§.in arrogato. Corneus in conſ.lxxxj. colum.vlt, lib.j. Ioan.Lupus in d.xlv, nu.9.verſi. ſecundò intellige.& Rolan.in conſi.x.nume.11.lib.j. Et ſimile tradunt Bart.in l. ſi vt certo.§.interdum.ff.commo. & Salicetus in l. ſicut.in fin.C.commod. cum dixerunt, quod ſi eſt conſuetudo, quod ea, quæ mittuntur à ſponſo ſponſæ, vel econtra, dicantur donata, conſuetudo illa ſequẽda eſt. Huc etiam facit, quod dicemus in ſubſequenti præſumptione, donata legatis eis acquiri, quando talis extat conſuetudo, vt eis acquirantur.

11 Septimus eſt caſus, quando donatio facta fuiſſet à † conſanguineo principe. Hoc ſane caſu, præſumitur facta cauſa & contemplatione ipſiuſmet mulieris, cui donauit, vt ei acquiratur & non marito. Ita à fortiori probat. l. cum multa.
12 C. de bon.quæ liberis, vbi donata à principe † filiof.eidem acquiruntur qui regulariter, quòd acquirit, patri acquirit. l. placet. ff. de acq. hæredit. attãmen ex donatis à principe nihil pater conſequitur: Et propterea filius diſponere de illis poteſt; vt tradunt ibi Docto. & Calcaneus in conſil. xij. col.pen.& Iaſ. in auth.ex teſtamento.C.de collat. Et in ſpecie clariſque his terminis ſic reſpondit Bar.in conſi.xj. Quęſtio talis eſt, an quæ donantur.nu.1.lib.ij. quem ſecutus ſum in conſi.xlj.in fi.lib.j.

Octauus, & vltimus eſt caſus, quando verè ſumus in dubio, vt quia nullæ extant coniecturæ, quibus poſſit conijci, fuiſſe donatum cauſa, & contemplatione mariti, vel ipſius vxoris, vt vel vni, vel alteri acquiratur. Cum inquam verè verſamur in dubio; dubia eſt Doctorum diſputatio. Vna fuit
13 opinio eorum, † qui ſcripſerunt, præſumi donatum contemplatione mariti, vt ei & non mulieri acquiratur, Ita Bar. in d.conſilio xj. in fine. & idem Bartol. Caſtren. & Alex. in l. ſed ſi plures.§.in arrogato. ff.de vulg. & pup. ſubſt.& ibidem Iaſon in §. ad ſubſtitutos, quem legit cum.d.§.in arrogato; vbi numero 9. teſtatur hanc eſſe tutiorem. & in praxi difficilè eſſe ab ea recedere. Idem Iaſon in l. vt liberis.C. de collatio. Angelus Aret.in §.fuerat. numero 12. verſic. quid erit de donationib. in inſt. de action. & ibidem ipſe Iaſon. Et his accedunt Rota Roma.in deciſi.j.numero 8.verſicul. & ſi ex his.in titul. de donatio. inter virum, & vxor. in antiquioribus. Butrius in conſilio xxxviij. numero 4. Corne. in conſilio lxxxj.colum.penul.lib.j.Barba.in conſi. xliij.colu. iij.lib.j.Ruinus in conſi.ccxxiij.num.10.& 11.lib.j.Dec.in l.vt liberis.num.23.C.de collat.& in conſi.cclxxx.Io.Lupus in Rubric.extrà de donationibus inter virum, & vxor.§.xlv. Roland. in conſil.x.numero 11.libr.j. Et hac pro opinione, afferri perpendique ſolet tex.d.l.ſed ſi plures.§.in arrogato. ff.de vulg.& pup.ſubſt.quo loci Vlpianus reſpondit, ſubſtitutum filio arrogato conſequi quę ipſi arrogato dedit pater arrogator: & inter ab eo data connumerari, quod ab amico vel cognato relictum fuit ipſi arrogato. Et ratio eſt, quia illa relicta præſumuntur legata contemplatione patris arrogatoris, & propterea tanquam ex eius bonis tranſeunt ad ſubſtitutum. Verùm, reiectis aliorum interpretationibus, reſpondet Iaſon in d.§.ad ſubſtitutos. numero 9.ita reſponſum fuiſſe ab Vlpiano eo in caſu, in quo duo concurrebant. Vnum quod fuerit legatum contemplatione arrogatoris: alterum quod legatum fuerit contemplatione eius, cui ſtatim de iure acquiritur. Et prius ita ſenſit Baldus in l.cum te. numero 3. C.de donatio.ante nupt. Iaſonem ſecutus eſt Alciatus in tract.de præſumptio.regu.j.præſump.xviij. Diuerſum eſt (aiunt prædicti) in caſu noſtro, in quo etſi primum illud concurrit, quod ſcilicet donatio fuerit facta ſponſæ contemplatione mariti: non tamen concurrit ſecundum:
14 cum de iure quidquid acquirit vxor † non acquirat marito, ſicuti filius acquirit patri.l.placet.ff.de acq.hæred. Nec obſtat quod inquit Ale.in d.§.in arrogato. quod in caſu illius reſponſi non eſt patria poteſtas, quæ efficit, vt relicta filio acquirantur patri arrogatori: ſed eſt id, quia eius contemplatione legatũ fuit. Nam reſpondetur ſecundum Iaſonem, quod imò patria poteſtas eſt in cauſa huius acquiſitionis, coniuncta tamẽ ipſa contemplatione. Id quòd ex eo, (inquit Iaſon) probatur, quia ſi patria poteſtas non eſſet in conſideratione, ſequeretur, quod ſi mortuo patre arrogatore, cõſanguineus vel amicus legaret aut donaret huic filio pupillo arrogato, contemplatione ipſius patris, ſubſtitutus pupillariter huic filio; conſequeretur bona hæc: id quod falſum eſt, cum ſubſtitutus iſte ſolũ conſequatur bona donata filio arrogato, viuente ipſo patre arrogatore.

Cæterùm dubia eſt interpretatio, quia quidquid acqui-
15 rit † filius arrogatus, non dicitur acquirere patri arrogatori: ſed ſibi.l.non aliter. & l.his verbis.ff.de adoptio. Reſpõdet ſecundò Alciat. in dicta præſumpt.xviij.in fine.quod in d.§.in arrogato.agebatur de aliquali fauore pupilli arrogati quod ſcilicet pater ei poſſet ſubſtituere pupillariter, nedum in bonis ſibi à patre prouenientibus, ſed etiam à cognatis & amicis. Nec ꝓpter hoc ipſe arrogatus eis priuatur; Id quod non contingit in caſu noſtro, vbi mulier etiam viuens cogeretur reſtituere marito.

Secundò adducitur textu. in l. ſi quid earum. in princip. verſi.in quibus.ff.de leg.iij.vbi ſi maritus legauit vxori, quæ ſui cauſa comparata ſunt, in hoc legato veniunt etiam ea, quæ ſocer, nurus nomine comparauit. Ergo non erant ipſius nurus: ſed mariti. Ita textum hunc ad rem perpendit Lupus in d.§.xlv.nume.3. Verùm nec tex.iſte ſatis probat quia & ſi in legato vxori facto, contineantur etiam ea, quæ fuerunt nurus ipſius teſtatoris: non tamen definit illo in loco Vlpianus, quomodo res illæ, quæ nurus fuerunt, ſibi acquiſitæ fuerint. Nam fieri poteſt, quod ei ſoluerit pretium, vel nurus ei donauerit. Nec ibi declarat Vlpianus, quomodo res illæ effectæ fuerint illius nurus, quis ſcilicet ei reliquerit, vel donauerit, vel ſi ipſa emerit.

Tertiò melius ſuffragatur, quod ad cognoſcendũ, cuius
16 † contemplatione aliquid fuerit legatum, vel donatum; inſpicitur & conſideratur affectio donantis & legantis. l. donationes in concubinam.§.ſpecies.ff.de donatio. cum ergo amici & conſanguinei mariti moti ſint affectione & beneuolentia, qua proſecuti ſunt maritum ad donandum eius vxori, cui alias non donaſſent, ſequitur dicendum, præſumi donaſſe contemplatione ipſius mariti. Verum reſpondetur, quod etſi donarunt contemplatione & cauſa ipſius contracti matrimonij, ob affectionem qua proſequebantur

conſanguineum, non tamen inde ſequitur, quod noluerit
acquiri ipſi mulieri, ſicuti dicemus infra in vltimo argumẽ-
to ſubſequentis opinionis.
17 Contrariam opinionem † quod ſcilicet præſumatur do-
natum vxori ſeu ſponſæ contemplatione ipſiuſmet, non au-
tem mariti, probarunt Baldus in l.cum te.nume.3.C. de do-
natio.ante nupt.& in conſi.ccxv.Facta ſuper quibus.lib.iiij.
Comenſ.& Aretinus in d.§.in arrogato.Angelus & Roman.
in d.l.vt.liberis.C.de colla.idem Roman. in conſilio clxxij.
numero 2. Zaſius in lib.ij.intellectuum ſingula. capitul. ix.
& Alciatus in tract.de præſumptio.reg.j.præſump.xviij. Et
hæc quidem opinio mihi magis probatur: & ſi multa ſunt
eius argumenta, quæ nil vrgent.
Primò adducitur text.l.ſi ſeruus communis. ff. de dona.
18 inter virum & vxo. vbi res, † quæ erat communis mariti &
duorum fratrum, donata fuit mulieri ab ipſo viro, præſenti-
bus & conſentientibus fratribus ſuis: Id quod perinde eſt
ac ſi duo illi fratres expreſſè donaſſent partes ſuas. Et ſi ergo
maritus in ea parte, quæ ſua erat, dici non poſſit, quod ſui
ipſius contemplatione donauerit: attamen in duabus alijs
partibus, quæ erant fratrum, qui donaſſe dicuntur, contem-
platione mariti fratris eorum cenſentur donaſſe: Et tamen
Alphenus iuriſconſ. ibi dubitat, cui acquirantur duæ illæ
partes, & tandem reſpondit, acquiri ipſi mulieri. Ecce ergo
Alphenum affirmaſſe donata vxori contemplatione mariti,
acquiri ipſi vxori, non autem marito.
Cæterùm reſpondet Iaſon in d.l.ſed ſi plures.§. ad ſubſtitu-
tos. numero 8.in fin. ff. de vulg. Iuriſconſultum Alphenum
in d.l.ſi ſeruus communis, definire quidem donationem il-
lam valere, etiam viuente ipſo marito; quia ceſſat ratio pro-
hibitionis donationis inter virum & vxorem. Non tamen
definit, cui mortuo ipſo marito, res illa donata acquiratur.
Nec obſtat (inquit Iaſon) textus ibi in fine in verbo, red-
dere quia iuriſconſ. habuit reſpectum ad id, quod maritus
iam tradiderat rem donatam: & ideo pro parte pertinente
ad maritum reddit, pro aliis verò duabus partibus fratrum
mariti, non reddit. Non hic commemoro aliorum inter-
pretationem, quam confutauit Alciatus in d.præſump.xviij.
Secundò Aret.in d. §. in arrogato in fine citat.l.iij. §.ſo-
crui.ff.de donat.inter virum & vxo.l.ſi conſtante.& l.ſi te in
vacuam.C.eo.
Verùm, mea quidem opinione, nil vrgent. Nam facile
19 concedimus ſocrum † donare poſſe nurui, & ſtatim valere
donationem: Cum prohibitio legis, qua maritus donare nõ
poteſt vxori, ceſſet hoc in caſu; Non tamen inde fit, quin
donatio cenſeatur facta contemplatione ipſius mariti, eo
tamen animo, vt nihil marito poſſit dici acquiſitum.
Tertiò Baldus in d. conſil. ccxv. allegat.l.ſi mater.C. de
20 don.ante nupt.vbi quod † ſocrus donauit genero ſuo ſpon-
ſo id efficitur proprium ipſius ſpõſi, & illud ad ſuos hæredes
tranſmittit.
Cæterùm reſpondetur, iura illa procedere in caſibus cla-
ris, in quibus conſtabat, ſocrum donare voluiſſe ipſi gene-
ro, & de eius enixa voluntate apparebat, ex quo dixit, ſe do-
nare animo repetendi, & eum etiam in poſſeſſionem indu-
xit. Id quod fortè contingit, quia ſocrus voluit remunerare
generum, quem nacta fuerat ex animi ſui ſententia, cui pro
meritis forte dotem non conſtituerat.
Quartò mouetur Alciatus in d.præſumpt.xviij.eo ſimili,
21 quo dicimus, donata † per auum nepoti, præſumi aduenti-
tia atque ita donata, vt ipſi nepoti acquirantur; ſicuti com-
munis eſt ſententia in l. quæſitum.de leg.j.Ergo idem à for-
tiori dicendum eſt hoc in caſu, cum facilius filius acquirat
patri, quàm vxor marito.
Verùm reſpondetur diſſentire ab ea opinione multos, &
22 nos ſuperiore præſumptione diſtinximus, † quod aut ali-
qua ſunt merita nepotis, & tunc præſumitur ei donatum ſui
cauſa & contemplatione. Aut nulla eius extiterunt merita;
& tunc præſumitur ei donatum contemplatione filij, ob ma-
iorem dilectionem, quam habet auus donans erga filium
ipſum. Ita in caſu noſtro cum nulla ſint mulieris benemeri-
ta erga donantem, præſumitur, quod is ob affectionem &
ſanguinis coniunctionem, quæ ſibi cum marito intercedit,
donauerit eius vxori.
Quintò argumentatur Alciatus in d.præſump.xviij. nu.
23 3. verſi. ſecundo moueor; quod donata † legatis quos Am-
baſciatores vulgò appellamus, non præſumuntur donata
contemplatione principis, qui legatos miſit: ſed cauſa &
contemplatione ipſorummet legatorum, vt tradunt Docto.
in l.ſi verò.§.item quidquid.ff.ſolut.matr.& Alex.in d. §. in
arrogato.
Verùm reſpondetur, diſſentire multos, ſicuti in ſubſe-
quenti præſumptione explicabimus, vbi diſtinguemus mul-
tos caſus.
Sextò mouetur Alciatus in præſumpt. xviij. numero 4.
verſicul. tertiò ego, quod iure non probatur quod donando
vxori acquiratur marito. Non enim promiſſio, non traditio,
fit marito: Non ergo dici poteſt, quod res donatæ ſint ma-
riti.l.traditionibus.C.de pactis.Et caſus ſpecialis eſt (inquit
Alciat.) in l.quintus.ff.de donat.inter vir. & vxo.ad euitan-
dam turpem ſuſpicionem. Quæ ratio ceſſat hoc noſtro in
caſu. Nec obſtat vxori donatum eſſe contẽplatione & cauſa
ipſius mariti, quia reſpondetur, ex hoc non ſequi, quod ac-
quiri debeat marito. Nam (inquit Alciatus) quæſita con-
templatione alterius, ſolùm conſiderantur in filiisfamil.qui
quidquid acquirunt, patri acquirunt. Ita loquitur. l. cum
oportet.in prin.vbi Baldus. numero 4. C. de bonis, quæ li-
beris. & dicemus infra in præſumpt..... Non ita eſt in aliis.
Et hæc quidem Alciati conſideratio comprobatur textu. l.
24 ſocium.qui in eo.§.vlt.ff.pro ſocio.vbi donata ſocio † pro-
pter ipſam ſocietatem atque ita contemplatione ſocietatis,
non tamen acquiruntur ſocietati, ſed propria efficiuntur ip-
ſius ſocij, cui donatum eſt. Nec dici poteſt, vt dicebat Ab-
bas in capitul. poſtulaſtis de conceſſ. præben. & Lupus in
d.§.xlv.numero 6.ibi fuiſſe clarum, illud donantem voluiſſe
donare ſocio, vt ei acquireretur, quia verius eſt caſum fuiſſe
dubium; quia donator ille ſimpliciter donauerat illi dona-
tario, etſi motus fuerit propter ipſam ſocietatem. Ita ergo
& noſtro in caſu dicendum eſt, quod etſi conſanguineus
meriti motus fuerit ad donandum illi vxori ſui conſangui-
nei, ob id, quod contraxit matrimonium cum eius con-
ſanguineo, & quod non donaſſet, ſi ei non nupſiſſet,
attamen dicitur donaſſe, vt eius proprium fiat, quod do-
nauit.
Vltimò hic conſiderandum eſt, quod caſus iſte donatio-
nis factæ à conſanguineo, vxori conſanguinei ſui, multum
differt à caſu donationis factæ ab eo, qui donat filiofamil.
contemplatione eius patris. Illo enim in caſu ſtat regula
quod quidquid acquirit filius, acquirit patri.l. placet. ff. de
acq.hæred.cum ſimilibus. Et licet ab hac regula excipiantur
25 aduentitia, attamen qui vult † aſſerere aliquid eſſe aduenti-
tium, atque ita donatum filio, vt ſit proprium filij, probare
id debet, alioqui in dubio ſtandum eſt regulæ, vt poſt alios
tradit Dec. in l. j. numero 7. ff. de regu.iuris. Diuerſum eſt
hoc in caſu, in quo quidquid acquirit mulier, cum apparet
vnde doneſte habuerit, ſibi non autem marito acquirit, vt
dicemus infra in præſump...vbi declarabimus.l.Quintus.ff.
de donatio. inter virum & vxorem. cum ergo hic verſemur
in dubio, atque ita non appareat donantem voluiſſe acquiri
marito, quod donauit eius vxori, ſequitur dicendum, non
eſſe à regula recedendum, quod ſcilicet acquiratur ipſimet
mulieri donatariæ.

## PRAESVMP. XXVII.

### Donata legatis, an & quando præſumantur eorum contemplatione & cauſa, vel contemplatione principis donata, vt vel eis, vel principi cenſeatur acquiſitum.

*SVMMARIVM.*

1 *Donatum legatis à principe in quem eorum extabant merita vel quos iam pridem beneuolentia proſequebatur ipſis non autem mittenti acquiritur.*
*Idem eſt in donis, ipſis ſolis conuenientibus. nume. 2.*
3 *Dona tradita legatis, ſoli principi mittenti conuenientia, non legatis ſed principi acquiruntur.*
4 *Dona tradita legatis, vel principi vel legatis, ſecundum loci cõſuedinem acquiruntur.*
5 *Donatum vni legatorum ſub nomine proprio ei ſoli acquiritur.*
6 *Donatum legatis ſub commemoratione principis mittentis, acquiritur principi.*
7 *Legatis donatum in dubio, ipſorummet contemplatione præſumitur datum eiſque acquiritur.*
8 *Legatis Reipubl. Venetæ donata, non ipſis ſed Reipub. acquiri.*

EST omninò ſimilis præcedenti hæc diſpu-
tatio, dum ambigitur an & quando dona-
tum legatis, quos vulgò Ambaſciatores ap-
pellant, præſumatur eorum cauſa & cõtem-
platione donatum, vt eis acquiratur? Qua in
re, omiſſis aliorum traditionibus, diſtinguo
atque conſtituo plures caſus.
Primus eſt, quando princeps donat legatis iam antea ſibi
cognitis, quos beneuolentia proſequebatur: vel quia exta-
bant aliqua in principem illum merita. Hoc ſanè caſu præ-
ſumitur donatum cauſa & contemplatione ipſorum legato-
rum, vt eis, non autem illi principi, à quo miſſi fuerũt, acqui-
ratur. Ita Barto.& Caſtr.in l.dotalem.ff.ſoluto matrim. ma-
nifeſte Baldus in conſil. cxciiij. Præmiſſis verbis. colum.ij.
ver.item etiam in honorẽ.lib.ij.Calderinus & Butrius in c.
poſtulaſti. de præben.& Conradus Brunus in commentariis
de legationibus lib.iiij.c.vj.verſi.alij ſic. Quæ quidem ſen-
tentia confirmatur ex his, quæ ſcripſimus in primo caſu præ-
cedentis præſumptionis.
Secundus eſt caſus, quando nulla extant legatorum me-
2 rita, ſed res † donatæ eis, & non principi ſuo conueniunt, vt
ſi donatæ ſunt veſtes ipſis Legatis conuenientes. Hoc etiam
caſu præſumitur donatum cauſa & contemplatione ipſorum
legatorum, vt eis acquiratur. Ita Barto. Caſtren. Calderinus,
Butrius, & Conradus Brunus, quos ſuperiore caſu allegaui-
mus. Et conferunt quæ ſcripſimus in quarto caſu, præceden-
tis præſumptionis.
3 Tertius eſt caſus, quando res † donatæ non conueniunt
ipſis legatis, ſed Principi, qui eos miſit, vt ſi donatum fuiſſet
Caſtrum, vel aliqua inſignia animalia, vt puta equi inſignes,
vel Leones, Pantheræ, & ſimilia. Hoc caſu præſumitur do-
natum cauſa & contemplatione Principis, vt ei acquiratur.
Ita præcitati Doctores, & præſertim Alexander in dicto. §.
in arrogato.numero duodecimo.verſicul.ſecundò limitat.&
Ioan.Lupus in Rub.extra de donatio.inter virum & vxor. §.
xlv.num.9.
Quartus eſt caſus, quando extat cõſuetudo, vt quod do-
4 natur † legatis eis acquiratur, vel econtra, quod acquiratur
Principi. Hoc ſanè caſu ſeruanda eſt conſuetudo. Ita Bald.
in d.conſilio cxciiij.colum.ſecunda.verſi.item quia conſue-
tum. Et conferunt quæ ſcripſi in ſexto caſu præcedentis prę-
ſumptionis.
Quintus eſt caſus, quando exiſtentibus duobus, vel plu-
5 ribus legatis, † donatum fuit vni eorum tantùm ſub proprio
nomine. Hoc ſane caſu præſumitur eius ſola cauſa & cõtem-
platione donatum, vt ei acquiratur. Ita reſpondit Baldus in
dicto conſi.cxciiij.col.ij.verſi.amplius, quod hic.
6 Sextus eſt caſus; quando donatum eſt legatis † ſub com-
memoratione Principis, qui eos miſit. Hoc ſane caſu dicitur
donatum illi Principi atque ita ei acquiritur. Ita in ſpecie
Alex.in d.l.ſed ſi plures.§. in arogato.nume.12. poſt Ange-
lum ibi. Et conferunt quæ diximus in tertio caſu præceden-
tis præſumptionis.
Vltimus eſt caſus, quando verè ſumus in dubio, quippe
quod nullæ ex prædictis coniecturis concurrunt. Hoc in ca-
7 ſu † recepta eſt Doctorum ſententia, præſumi donatum cau-
ſa & contemplatione ipſorummet legatorum, vt eis acqui-
ratur. Ita gloſſa, & Cynus in l. manifeſtiſſimi. C. de furtis.
Guielmus Cuneus in l.qui proprio.§.procurator ff. de pro-
cura. Bart.in l.ſi vero.§.quidquid.ff.ſolu.matrimonio. Ioan.
Andreæ & Imola in cap.poſtulaſti. de conceſſ. præben. Sali-
cet.in l.cũ aliquis. C.de iure delib. Alex.in l.ſed ſi plures.§.
in arrogato. numero duodecimo. ff. de vulg. & pup. ſubſti.
Io.Lupus in d.Rubr.extra de donatio.inter virum & vxorẽ.
§.xlv.numero 6. & numero 9. Alciatus in tracta. de præſum-
ptionibus.reg.j.prẹſum.xviij.verſ.ſecundo moueor. Rolan-
dus in conſi.x.num.10.num.9.lib.j. & Vicentius Francus in
deciſ.clxxij.nu.3. Quæ ſententia probatur tex.l.cum multa.
C. de bonis, quæ liberis, quam perpendi ſuperiore præſum-
ptione in ſeptimo caſu. confert & l. Socium, qui in eo §.vlt.
ff.pro ſocio. Et accedit, quod legati conſueuerunt donari. l.
vlti.in fine.ff.de bonis damna.& ab annalium ſcriptoribus,
non vno in loco memoriæ proditum eſt: ex quib. exempla
collegit ad rem noſtram Conradus Brunus in d. libr. iiij. de
8 legationibus.cap.vj.Lege † Veneta (vt audio) ſancitum eſt,
donata omnia legatis Sereniſſimæ Reipub. acquiri ipſi Rei-
pub. niſi ei placuerit legatos ea retinere.

## PRAESVMP. XXVIII.

### Donatum filiofamilias, an & quando præſumatur donatum, ſui, vel patris contemplatione.

*SVMMARIVM.*

1 *Donata res acquiritur ei, cuius contemplatione data fuit.*
2 *Donatio cauſa mortis, effectum habet mortuo eo, cuius contemplatione facta eſt.*
3 *Filiofamilias donatum, facta mentione patris & poteſtatis patriæ, præſumitur contemplatione patris donatum.*
4 *Donatum filiofam facta quidem poteſtatis patriæ mentione, ſed collata diſpoſitione in tempus quo filius ſui iuris ſit, filio acquiritur.*
5 *Donatum filiofam. facta mentione patris & filij, ſi tale ſit quod filio adquiri nequeat, intuitu patris datum præſumitur.*
*Secus eſt, ſi talis res ſit, quæ patri nequeat acquiri. nu.6.*
*Et quid ſit eo caſu, quo dubium eſt cui poßit acquiri. num.8.*
7 *Auus legans nepoti, ex filio ſpurio, contemplatione nepotis præſumitur legaſſe.*
9 *Donatum filiofamilias, facta mentione tum patris tum filij, præcedẽtib. benemeritis parentis illius comtemplatione factum præſumitur.*
*Idem ſi pater fuerit ſummè amicus donatoris. nu.11.*
*Et è conuerſo ſi extent benemerita filij. nu.10.*
*Vel ſit ſummus donatoris amicus. nu.12.*
*Et quid ſi magis ſit amicus, quam pater. nu.13.*
14 *Donatum patri & filiis, ſolius patris benemeritis extantibus ipſius contemplatione præſumitur donatum.*
*Et quid ſi extent benemerita, tam filiorum quam patris. nu.15.*
*Aut nullius eorum extent merita. nu.16.*
17 *Donatio facta filio ſimpliciter, nullis benemeritis extantibus vel patris vel filij, aut aliqua ſingulari affectione, ſolo filij intuitu emanaſſe præſumitur.*
*Niſi facta ſit donatio in eo, ad quod pater illius tenebatur. nu. 18.*

DISPVTATIO eſt frequens, & vtilis, quãdo ali-
quid donatũ vel legatũ fuit filiofa. an præſuma-
tur ſui, vel patris contẽplatione donatũ. Cuius
ſanè rei cognitio, ſummam habet vtilitatem.
1 Nam res donata † ei acquiritur, cuius contem-
platione donata fuit.l.profectitia.§.j.ff.de iur.dotium.l. ſed
ſi plures.§.in arrogato.ff.de vulg.& pupil.ſubſt.l.aditio.§.j.
ff.de acquiren.hæred.gl.in l.cum oportet.in princ.C.de bo-
nis quæ liberis, & ibi Bar.& Bald.& reliqui. Idem Bar.in l.ſi
filiofa.la.ij.ff. de donat.cauſa mortis, Crottus in l. frater, à
fratre.nu.4.ff.de cõdic.indeb.& ibidẽ Io. Coraſius in prima
parte.nu.62.& idem ego ipſe reſpondi in conſi.lxxxj.nu.40.
& in conſ.clxj.nu.12. Eſt etiã vtilis hæc diſputatio, quando
2 donatio eſt cauſa mortis: quia † illa effectum habet, mortuo
eo, cuius contemplatione fuit donatum.d.l.ſi filiofa.la ij.ff.
de don. cauſa mortis. Hac in re diſtinguendi atque conſti-
tuendi ſunt multi caſus præter Bartol.in d.l.ſi filiofam.la ij.
3 Primus eſt caſus, quando in † donatione facta fuit men-
tio patris & patriæ poteſtatis, & donatio cõfertur in tempus
patriæ poteſtatis. Hoc in caſu in dubio præſumitur dona-
tum contemplatione patris. Ita Bar.in d.l.filiofam.la ij. nu.
1.verſicul. quid dicemus. & in l. filiofami.ff. de cond.& de-
monſt.quem ſecuti ſunt ibidem Socin.num.3.& idem Soci.
in conſi.lxxij.num.11.verſi.ſed prædictis.lib.iij. Crottus in
d.l.frater à fratre.num.4.& ibidem Coraſius in prima parte.
num.63.ff.de condict.indeb. Iaſon in l.cum aliquis. num.2.
C.de iure deliber. Ruinus in conſi.xxiiij.num.1.lib.v.& Al-
ba.in conſilio quinquageſimoſeptimo.nu.18. Et ij quidem
ſic interpretati ſunt.d.l.filio.ff.de condi.& demon.

4 Secundus eſt caſus, quando † in donatione facta fuit mentio patris & patriæ poteſtatis, ſed donatio & diſpoſitio; collata fuit in tempus quo filius erit ſui iuris. Hoc ſane caſu, præſumitur donatum contemplatione ipſiuſmet filij. Ita Bartol. in d. l. ſi filiofam. la ij. nu. 1. verſi. quandoque fit mentio patris. & ſequuntur præcitati Doctores, præſertim Coraſius qui ſic intellexerunt. l. mulier. ff. ad S.C. Treb. & l. iij. C. de inſti. & ſubſt. & confert. l. ſi poſt mortem in princ. ff. de leg. j.

5 Tertius eſt caſus, quando † in donatione facta fuit mentio patris & filij, vt ſi dictum ſit, dono Caio Sempronij filio, ſed res illa donata acquiri non poteſt filio. Hoc ſanè caſu præſumitur donatum cõtemplatione & intuitu patris. Ita Barto. in d. l. ſi filiofam. la ſecunda. numero primo. verſiculo, quãdoque fit mentio filij & patris. ff. de donatio cauſa mortis, & in l. vlt. C. de vſufructu; quem declarat Ruinus in conſ. cxciiij. nume. 3. verſi. nam primo caſu. lib. ij. ſic intelligunt. l. cum aliquis. C. de iure deliber. in ſui ratione, ſic etiam confert in argu. l. j. §. communis ſeruus. iuncta. l. ſi item ſi ſeruus. §. vlt. cum l. ſeq. ff. de ſtipul. ſeruo.

6 Quartus eſt caſus, quando in † donatione facta eſt mentio patris & filij, vt ſi dictũ eſt, dono Caio filio Sempronij, ſed res illa donata acquiri non poteſt patri. Hunc caſum omiſit Bartol. in d. l. ſi filiofam. Et dicendum eſt, præſumi donatum contemplatione & intuitu filij, non autem patris. Ita Bart. in l. Gallus. §. quod ſi is. col. vlt. verſic. tertius caſus

7 eſt. ff. de liber. & poſthum. cum dixit, quod ſi auus † legauit nepoti ex filio ſpurio, præſumitur legaſſe contemplatione ipſiuſmet nepotis; cum is filius ſpurius capere non poſſit ex diſpoſitione patris. Et Barto. ſecuti ſunt Ruinus ibidem, nu. 22. Craue. in conſi. clxxxiiij. num. 1. & alij congeſti à Didaco in epitome de ſponſalibus, in ſecunda parte cap. viij. §. v. num. 13. & à Palæoto in commentariis de nothis ſpuriiſque filiis. cap. liij. num. 3. qui teſtatur communem & veram. Et conferunt quæ ſcripſi ſupra in præſumpt. xvj. in ſecunda declaratione ſecundi caſus, dum explicaui quando dos donata ab auo nepti, præſumatur filij contemplatione donata.

Quintus eſt caſus, quando in donatione facta eſt mentio patris & filij, vt ſuperiore caſu: ſed dubium eſt, an res donata quæri poſſit; filio, vel non, vt quia pendet à futuro euentu, quemadmodum quando filio donatus fuit vſusfructus, cuius commoditas acquiritur patri. auth. idéque. C. de bo-

8 nis, quæ liberis. Hoc in caſu † inſpicitur futurus euentus, & ſecundum illum iudicamus, an contemplatione patris, vel filij donatus fuerit. Ita Barto. in d. l. ſi filiofam. la ij. in fine. de donat. cauſa mortis, & in d. l. vlt. C. de vſufructu. quem ſecutus eſt Ruinus in conſi. cxciiij. num. 3. lib. ij. ſi ergo filius decedit, patre ſuperſtite, filio nihil potuit acquiri: ob id euentus iſte declarat, donatum fuiſſe filio contemplatione patris. ſi verò econtra decedit pater, filio ſuperſtite, ipſi filio acquiri potuit vſusfructus, & propterea euentus declarat fuiſſe donatum contemplatione patris.

Cæterũ ab hac Bart. & Ruini interpretatione diſſentiunt Baldus in d. l. vlti. colum. j. & ibidem Salicetus colum. ij. in fine verſicu. & tunc inſurgit. Et rectius quidem hoc ſenſiſſe exiſtimo. Ille enim ſenſus à Baldo tam acutè conſideratus ſi rectè perpendatur; optimè conuenit.

Sextus eſt caſus, quando in donatione facta eſt mentio

9 patris & filij, vt ſuperiore caſu: ſed † merita aliqua patris præceſſerunt: cùm tamen nulla extent filij. Hoc caſu præſumitur donatum patris cõtemplatione. Ita Baldus in l. cum oportet. in princ. nu. 4. C. de bonis, quæ liberis, quem ſecuti ſunt multi à me congeſti in conſi. clxj. nume. 31. libr. ij. Nec diſſentit Coraſius in d. l. frater à fratre in prima parte. nume. 62. ff. de condict. indeb. & ſi dixerit, illam Baldi traditionem perfectam non eſſe. Hinc colligitur, quod ſi filio adhuc infanti vel impuberi, cuius nulla extare potuiſſe merita veriſimile ſit, donatum fuerit, non ipſius filij, ſed patris contemplatione donatum præſumitur. Ita reſpondi in conſil. lxxxj. numero 51. lib. j. ex ſententia Alexan. in conſi. viij. numero 10. lib. iij. Eiuſdem ſententiæ addo nunc eundem Alexan. in conſi. lxxxix. nu. 6. verſi. præterea. lib. iiij. & in conſ. cxxxviij. nu. 2. lib. v. Ruinum in conſ. cxxiij. nu. 9. in fin. lib. j. Soc. Sen. in conſ. lxxij. nu. 11. lib. iij. & Riminal. Iuniorẽ in cõſi. xxxj. nu. 110. lib. j. qui de eadem facti ſpecie, de qua ego in d. cõſ. lxxxj. idem reſpondit. ſic etiam ego ipſe reſpondi in conſil. clxj. nu. 31. lib. ij. Idem dicendum eſt, quando donatum fuit filio naſcituro ex Sempronio. Nam & tunc præſumitur donatum contemplatione ipſius Sempronij patris; cum non modo nulla, non nati filij merita, verum etiam nulla in eum affectio donantis conſiderari poſſit, iuxta. l. qui filiabus. de leg. j. Ita in ſpecie reſpondit Bartolus in conſilio cxxxj. Primò arguitur. libro j. & alios commemorat Alcia. in tract. de præſumptionibus, regu. j. præſumptio. xvij. nume. 2. & alios plures congeſſi in conſilio clj. nume. 1. libro ſecundo. Idem

10 è conuerſo dicendum eſt, quando filij † extant merita & nulla patris: vel filius dilectus aliquam ob cauſam, pater verò non. Nam tunc præſumitur donatum contemplatione ipſius filij: ſicuti ſentiunt præcitati Doctores, & eadem ſuadet ratio.

Septimus eſt caſus, quando in donatione facta fuit men-

11 tio patris & filij: vt ſupra: ſed donator † erat ſummus amicus patris: filium verò vix de facie cognoſcebat. Hoc etiam caſu præſumitur donatum contẽplatione ipſius patris amici. Ita Caſtren. in d. l. cum oportet. in princ. C. de bonis, quæ liberis. Imola in d. l. ſi filiofami. la ij. nu. 2. ff. de dona. cauſa mortis. Salicetus in l. vlt, col. ij. verſi. ideo illud membrum. C. de vſufructu, & Coraſius in d. l. frater à fratre, in prima, parte. nu. 64. in fi. ff. de condict. indeb. Et moti ſunt tex. cap,

12 requiſiſti. de teſt. Et idem dicendum eſt contra, quando † filius erat amicus donatoris, pater verò vix ab illo cognitus.

Octauus eſt caſus, quãdo in donatione facta fuit mentio

13 patris & filij, vt ſupra, ſed filius † erat magis coniunctus illi donatori quam ipſe pater; vt puta, ſi ſocer donaſſet genero ſuo, vel ſimili in caſu. Nam tunc præſumitur donatum contemplatione filij magis coniuncti. Ita reſpondi in conſi. clj. nu. 2. lib. ij. & ibi. nu. 16. declaraui.

14 Nonus eſt caſus, quando † donatum fuit ſimul patri & filijs, ſicuti quando Princeps donauit Caſtrum, vel feudum patri pro ſe & filiis, ſed patris tantum extant benemerita erga ipſum Principem. Hoc in caſu idem eſt dicendum, quod in ſexto caſu dictum fuit, nempe præſumi donatum etiam filiis, contemplatione ipſius patris, Ita in ſpecie ſcripſerunt Iſernia, Afflictus, Barbatia, & Perna, quos ſecutus ſum in conſi. cclxj. nume. 37. &. 38. libro ſecundo. Ex quo infertur, quod poterit pater alienare hoc feudum in præiudicium filiorum ſicuti præcitati Doctores tradunt. Et multo magis poterit pater vni filiorum prælegare, iuxtà opinionem Iſerniæ in capit. j. §. & ſi libellum. num. 10. & 12. de aliena, feudi paterni, & aliorum, quos retuli & ſecutus ſum in d. conſil. clxj. nu. 26. verſi. nunc ſupereſt.

Decimus eſt caſus, quando donatum fuit ſimul patri & filiis: ſicuti quando princeps donauit patri & filiis ca-

15 ſtrum, vel feudum, & extant benemerita † tam filiorum quam patris. Hoc ſanè caſu præſumitur donatum tàm concõtemplatione & intuitu filiorum, quàm patris. Ita affirmarunt Iſernia, Angelus, Socinus Senior, Afflictus, & Lofredus, quos ſecutus ſum in dict. conſilio clxj. numero trigeſimoprimo. Ex quo infertur, quod non poteſt pater hoc in caſu, alienare hoc feudum in præiudicium filiorum: vel vni eorum totum prælegare. Ita reſpondi in d. conſilio clxj. nume. 11. & 12. vbi multorum auctoritate & ratione comprobaui.

Vndecimus eſt caſus, quando donatum fuit patri & filijs

16 ſimul, vt ſuperiore caſu: & † nullius eorum extant benemerita ſingularia, quibus moueri potuerit ad donandum: ſed cauſa tantùm extitit communis & ſpecialis, vt ſi donauit caſtrum vel domum patri & filiis, vt in eorũ familia conſeruetur. Hoc ſanè caſu præſumitur donatum tam contemplatione filiorum quàm patris. Ita reſpõdi auctoritate multorum in conſil. clj. nume. 13. & num. 15. & in conſil. clxj. nu. 33. & numero 36. libro ij. Ex quo infertur: quod nec hoc caſu poteſt pater in præiudicium ipſorum filiorum alienare. vel vni eorum prælegare. Ita intelligi & declarari poſſunt illi multi Doctores, quos recenſui & ſecutus ſum in d. conſ. clxj. nume. 15. Et ex prædictis diſſolui poteſt illa quæſtio, quam aliquando eueniſſe ſcripſit Baldus in l. non plures. numero 3. verſicul. & ſemel. C. de ſacr. eccle. & quam commendat etiam Iaſon in l. cũ aliquis. nu. 2. C. de iure deliber. conceſſum fuit priuilegium patri, vt ipſe & eius filij eſſe poſſent



poſſent conſiliarij: reuocatum fuit priuilegium patris: dubitatum fuit, an etiam diceretur reuocatum priuilegium filiorum? Inquit Baldus, cenſeri reuocatum, ex quo priuilegium conceſſum filiis, erat potius patris. Rectius dicendum eſt ex prædictis, quod aut aderant merita patris; & tunc priuilegiũ filiorum pendebat ab illo patris, aut erant pares omnes: & tunc non poterat dici reuocatum, quia ita principaliter filiis, ac ipſi patri fuerat conceſſum.

17 Duodecimus & vltimus eſt caſus, quando donatio † facta fuit ſimpliciter filio, & nulla filij, vel patris extãt benemerita, nullaque ſingularis affectio, vel alia cauſa, qua coniici poſſit, quod donator plus vni, quàm alteri donare voluerit. atque ita verè ſumus in dubio. Hoc ſanè in caſu, præſumitur donatum ſola contemplatione & intuitu filij. Ita verè ſenſerunt Bart. in d. leg. ſi filiofam. la ij. numero 1. verſ. ſi verò poteſt quæri. ff. de donat. cauſa mortis. & in l. vlt. nume. 3. C. de vſufructu & ibidem gl. vlt, & Baldus numero 6. in fine, idem affirmarunt Salicet. col. ij. verſic. contra hanc. ſic etiam ipſe Bart. in l. cum aliquis. nu. 3. C. de iure deliber. & ibidem Caſtren. num. 2. & Salicetus. col. ij. Imola in d. l. ſi filiofam. la ij. nume. 2. & 3. Soc. Sen. in conſi. lxxij. nume. 11. verſi. ſed prædictis non obſtantibus, lib. iij. Idem ſenſit Ruin. in conſilio cxciiij. nu. 1. lib. ij. & in conſi. xxiiij. nume. ſecundo libro v. Idem ſcripſit Coraſius in l. frater à fratre. in prima parte. nu. 63. ver. altera doctrina.

Et his accedit Baldus in l. vltim. numero 5. C. quib. ad liber. procla. non licet, cùm ſcripſit, donatum, vel legatum alicui, præſumi contemplatione & intuitu eius perſonæ, & non alterius.

Nec hoc in caſu repugnat illa ſimplex commemoratio patris, quia illa dicitur facta cauſa demonſtrationis, ſicuti præcitati Doctores ſcribunt præſertim Barto. & Soc. in d. l. filiofam. ff. de cond. & demo.

Declaratur hic caſus, vt locũ non habeat, quando dona-

17 tum fuit filio id, † ad quod eius pater tenebatur; ſicuti quãdo auus donauit dotem nepti ex filio. Nam tũc contemplatione ipſius filij dicitur donaſſe. Ita Ant. Gabriel lib. iij. concluſionum in tit. de iure dotium, conclu. v. nu. 22. Qua de re abunde diſſeruimus ſupra in præſum....

## PRAESVMP. XXIX.

Donatio inter patrem & filium an & quando conſiſtat, & præſumatur vel ob filij benemerita: vel aliis ex cauſis, copioſa & diligens explanatio.

### *SVMMARIVM.*

*1 Donatio inter patrem filium iure non conſiſtit.*
*2 Profectitium eſt donatum à patre filio, eique per filium adquiritur.*
*3 Filius iuris ciuilis fictione, cenſetur pars corporis patris.*
*4 Donatio facta filio à patre ob benemerita vtrum conſiſtat, nu. 5.*
*6 Donatio inter coniuges matrimonio conſtante cur prohibita, & nu. 7.*
*8 Donatio eſt vtiliſſimum beneuolentiæ ſignum.*
*9 Donatio remuneratio, eſt accepti beneficij merces.*
*10 Benemerita filij erga patrem, nulla poſſe conſiderari, quæ mercede digna ſint. nu. 12.*
*11 Donationem factam à milite concubinæ, ob benemerita conſiſtere.*
*13 Merita quæ dicantur.*
*14 Filius omnia patri debet.*
*Obſequium & reuerentiam iure diuino. nu. 15.*
*Alimenta iure gentium vel naturæ. nu. 16.*
*Et omnia alia quibus patris vita ſuſtinetur & defenditur. nu. 17.*
*Secus ſi faxit, exhæredari permittunt leges ciuiles. nu. 18.*
*Mortem oppetere debet pro patre, neceſſitate vrgente, ſecundum Ciceronem. nu. 19.*
*Omnia quæ ab homine homini præſtari poſſunt, ſecundum Platonem & Ariſtotelem. nume. 20.*
*21 Benemerita filij, vt ob ea donatio à patre facta conſiſtat, qualia eſſe debeant.*
*22 Permiſſum ob cauſam, cenſetur quatenus ea vrget & non vltra, permiſſum.*
*23 Limitata cauſa, limitatus effectus.*
*24 Benemeritorum filij, ſola patris aſſertio, donationem conſiſtere nõ facit. Et quæ ſit ratio nume. 25.*
*26 Teſtator cui legare non poteſt, ſi vt debitum relinquere ſe aſſerat, alio modo id probandum eſt.*
*29 Clerici aſſertioni de benemeritis concubinæ, non adhibetur fides.*
*28 Prælato alienanti bona eccleſiæ non creditur, ſi ob iuſtam id ſe cauſam facere aſſerat.*
*Vel feciſſe ſe præcedentibus tractatibus requiſitis. nu. 29.*
*Aut ſi aſſerat ſe infeudare caſtrum alicui, pro vt ipſius anteceſſores tenuerunt. nu. 30.*
*31 Benemerita filij præceſſiſſe ſi adſint coniecturæ, creditur patris aſſertioni.*
*32 Maritus fundum emens nomine vxoris abſentis, ſi aſſerat precium ſibi ab ea traditum quando credatur.*
*Et quid in patre emente nomine filij. nu. 33.*
*34 Marito donanti vxori ob benemerita, accedentib. coniecturis credi.*
*35 Dotem confeſſatam, veræ dotis priuilegia non habere.*
*36 Eccleſia non obligatur ex mutuo, niſi probetur numeratum, & in eius vtilitatem conuerſum.*
*37 Prælato aſſerenti pecuniam in eccleſiæ vtilitatem conuerſam coniecturis accedentibus credi.*
*38 Epiſcopo aſſerenti, ſe ob benemerita donare alicui, ob aliquas coniecturas credi.*
*39 Patris aſſertioni iuſta ſe de cauſa filium exhæredaſſe, quando credatur.*
*Idem ſi minus vni, quam aliis relinquat. nu. 40.*
*41 Donans pater filio, nulla cauſa expreſſa, ſi extent filij benemerita, ob eadem donare præſumitur. Reiecta opinione Baldi. nu. 46.*
*Idem ſi dicat dono filio meo dilecto, ob amorem & beneuolentiam qua eum proſequor, & ob benemerita illius. nu. 55.*
*42 Frater inſtitutus à fratre commilitone, militiæ potius quam fraternitatis cauſa, cenſetur inſtitutus.*
*43 Affectio conuerſatione aſſidua augetur.*
*44 Miles annis viginti minor, ob iuſtam cauſam manumittere poteſt.*
*45 Actus dubius interpretationem recipit, vt valeat potius quam pereat.*
*47 Legatum factum prælato conſanguineo, non contemplatione Eccleſiæ, ſed conſanguinitatis ratione factum præſumi.*
*48 Cauſa naturalis in concurſu cum accidentali præualet.*
*49 Cauſa & qualitas potentior præualet.*
*50 Cauſa potentior eſt quæ actum facit valere.*
*Item quæ benignior eſt. nu. 51.*
*Item quæ prodeſt, non quæ nocet. nu. 52.*
*53 Excommunicatus quando poſſit eſſe in iudicio.*
*54 Cauſa ſpecialis, generali eſt potentior.*
*66 Cauſis duab. concurrentibus, quarum vna nocet, altera prodeſt, illa quæ nocet præualet. Alia tamen refertur opinio. nu. 59.*
*57 Seruus communis ſtipulatus aliquid dominis ſuis, quomodo ipſis acquiratur.*
*58 Diſpoſitio quæ ſecundum vnum modum valere poteſt, ſecundum alium non, eo quo poteſt modo conſiſtit.*
*59 Cauſa quæ vel nocet, vel quæ prodeſt, pro ſubiecta materia & varietate rationum, interdum præualet.*
*60 Delinquere aliquem lex non præſumit ſi palam præſertim actũ faciat.*
*61 Eligere modum, quo diſpoſitio ſua ſubuertatur, nemo præſumitur.*
*62 Diſpoſitionum vna permittente, altera prohibente, præualet prohibens; Niſi permiſſiua ſit potentior. nu. 64.*
*63 Donatio facta filio ſimpliciter, eſt præter legem, non contra eam.*
*65 Stipulatio patris, pro filio tanquam benemerito vtrum valeat.*
*66 Donatio patris facta filio, morte donatoris confirmatur.*
*Idem eſt, ſi filium pater emancipet. nu. 67.*
*Et quæ ad hanc donationem requirantur. nume. 68.*
*69 Pater donator in eadem voluntate vſque ad mortem perſeueraſſe dicitur ſi tacite vel expreſſe eam non reuocauerit.*
*70 Voluntatis mutatio in patre donante filio ob benemerita, non præſumitur.*
*71 Voluntatis mutatæ ſigna in donatore quæ ſint. nu. 72. & 73.*
*74 Donatio facta filiæ cauſa dotis vt nubat, conſiſtit. vide. nu. 81.*
*75 Donando pater filiæ vt nubat, debitum potius perſoluiſſe, quam donaſſe dicitur. Et quomodo procedere dicatur illa donatio. nu. 80.*
*76 Donatio filio facta propter nuptias valida eſt, cum doti adæquata ſit.*
*77 Donans filiæ iam nuptæ pater, in augmentum dotis donaſſe præſumitur, vt donatio conſiſtat.*
*78 Dotis augmentum à pari cum ipſa dote procedit.*
*79 Donatio facta filiæ dotis nomine, etiam matrimonio non ſubſequuto an valeat.*
*82 Bona dotis cauſa data, non ſequuto matrimonio, dotalia dici nequeunt, niſi deſtinatione quadam.*
*83 Dos dicitur etiam, & priuilegia ſua habet, ante matrimoniũ ſequutum.*

Dotis

84 *Dotis cauſa quando patrem filia donaſſe veriſimile ſit, iudicis arbitrio conccdi.*
85 *Donatio patris facta filio,ſtudiorum cauſa valet.*
86 *Filio grauioribus ſtudiis deſtinato,tenetur pater præſtare impenſas.*
87 *Vſumfructum bonorum aduentitiorum filium habere permittes pater, donare velle præſumitur. Adhibita tamen diſtinctione.nu. 88.89. 91. & ſeq.*
90 *Taciturnitas non infert conſenſum,vbi de amiſſione iuris ſui agitur.*
93 *Fructus futuri ſunt quid diuerſum à præteritis.*
95 *Vſusfructus acquiſitio habet cauſam ſucceſſiuam.*
96 *Pater repudians quod ſibi erat acquirendum, vt acquiratur filio, aduentitium dicitur non profectitium.*
97 *Donatio facta filio à patre principe conſiſtit. Et quando id ſecundum Baldum verum ſit.nu 98.*
99 *Principem ſuprema poteſtate aut regia vti voluiſſe,non præſumitur.*
100 *Princeps lege poſitiua non ligatur.*
101 *Lex prohibens virum donare vxori,principem non ligat.*
102 *Donatio facta filio pro legitima,valet ſecundum quoſdam. Diſſentiunt relati.nu.109.*
103 *Filius in poteſtate præſumitur.*
104 *Legitimæ ſuæ filius creditor dicitur.*
105 *Legitimam præſtare pater ſolum poſt mortem tenetur.*
106 *Dos & legitima,ſunt quodam modo idem & vnum, eſt tamen inter illas differentia. nu.107.*
108 *Aſſignare filio portionem ſuam,pater ante mortem poteſt, ea tamen aſſignatio reuocabilis eſt.*
110 *Donare pater filio,alimentorum cauſa cur non poteſt.nu.111.*
112 *Donare poteſt pater filio ſecundum aliquos cdnſentiendo vni ex filiis, donanti fratri ſuo ex bonis profectitiis. A qua opinione alij diſſentiunt.nu.113.*
114 *Donatio patris erga filium,iuramento confirmata quomodo ſubſiſtat.*

ES T vera & ab omnibus recepta illa iuris ſenten-
1 tia, donationem † initam inter patrem & filium
regulari iure non cõſiſtere.l.donationes.§.pater.
ff.de donat.l.j.§.j.ff. pro donato,l.ij.C.de inoffi.
donat.& l.donationes,quas parentes.C.de don.inter virum
& vxorem. Et eam affirmant interpretes omnes præcitatis in
locis & Bart.in l.frater à fratre.nu.57. ff. de condict. indeb.
& ibidem Ioan.Baptiſta à Sancto Seuerino.numero 64. Iaſon
j.lectu.numero 44.Crottus.num.68.Cagnolus numero
308.& Coraſius,numero 43.Pariſ.in conſi.xvj,numero 19.
lib.ij.qui communem eſſe opinionem teſtatur. ſicuti etiam
affirmat Iulius Clarus in §. donatio. q. viij. & Cæphalus in
conſi.ccccxciiij.nu.18.lib.iiij.& idem ego ipſe reſpondi in
conſi.lxxxiiij.nu.10.lib.j. Et ij quidẽ eam adferunt rationẽ,
2 quia donatum à patre † filio, profectitium dicitur. Profectitia
autem patri ſtatim per filium acquiruntur.l.placet.ff.
de acq.hæred.l.j.§.j. ff. ſi à parente quis fuerit manumiſſ. l.
cum oportet.C.de bonis quæ liberis.& §.ſancitum. inſtitu.
per quas perſo.nob.acq.ſi ergo pater donaret filio,ad eundẽ
patrem reuerteretur atque ita reflexus ille redderet donationem
inanem & ſuperuacaneã. Aliam rationem,hac prima
reiecta,attulit Iaſon in d.l.frater à fratre. in prima lectura.
num.44. Probabilior viſa mihi ſemper fuit ratio illa,quam
conſiderauit Vaconius lib.iiij.declaratio.iuris.c.clvij.num.
11.nempè factum id eſſe,ob eam vnitatem, quæ intercedit
3 inter patrem & filium: Cum filius † cenſeatur pars corporis
patris,ex fictione quadam iuris ciuilis;& ob id ea ex donatione,non
oritur aliqua ciuilis obligatio,etſi naſcatur naturalis;quæ
ſanè naturalis ſola actionẽ non parit:atq; ita inutilis
redditur donatio. Hac tamen è iuris regula,aliquot excipi
ſolent caſus, in quibus donatio inter patrem & filium
conſiſtit.
4 Primus eſt,quando pater donat † filio ob eius benemerita.
Hoc ſanè caſu donatio conſiſtit. Ita cenſuerunt Bart.in d.
l.frater à fratre.numer. 57. & ibidem Io. Baptiſta à Sancto
Seuerino. numero lxiiij. Iaſon in prima lectur. numero 44.
Crottus nume.76. Cagnolus numer. 319. Coraſius numero
49. Idem affirmarunt Decius in l.ſi donatione.num. 6. C.de
collat. Iulius Clarus in §.donatio;q.viij.& alios commemorat
Rolan.in conſi.xcviij.nume. 44.lib.j. Quæ ſanè ſententia
etſi receptiſſima ſit:non tamen nec iure nec ratione probatur.
Nam primum argumentum,quod ducunt Doctores
à text.auth.vnde ſi parens. C. de inoff.teſta.qui deſumptus
eſt ex Nouella ciij.de immenſis donatio. eſt admodum leue.
Etſi enim admittit Iuſtinianus donationem à patre filio
factam,quando immenſa non eſt,& alij filij ſuis non fraudãtur
portionibus : non tamen concedit, Iuſtinian. donationem
illam conſiſtere ob id,quod filij benemerita præceſſe-
5 rint. Quocirca rectius intelligere poſſumus, † donationem
illam valere,cum patris morte,vel alio modo iure permiſſo,
confirmata eſt. Non etiam quidquam vrget argumentum
ſumptum à donatione inter virum & vxorem, ad donationem
inter patrem & filium , iuxta l. donationes quas parentes.
C. de donat.inter virum & vxorem, vt quemadmodum
donatio facta inter virum & vxorem regulariter eſt
prohibita,l.j.ff.eo.de donat.inter virum & vxo.attamen valet,
quando fit ob vxoris benemerita.l.quod autem. §. ſi vir.
ff.eo.& tradunt Curtius Sen.in conſi.lxvij.colum.j.Iaſon in
l.ex hoc iure.numero 55.ff.de iuſtitia & iure.& in l. ſi pater
col.j.C.de inof.teſta. Decius in l.ſi donatione.num.8.C.de
colla.& Rola.in d.conſi.xcviij.nu.44.lib.j. Ita etiam donatio
à patre filio benemerito facta valet. Non inquam vrget
hoc argumentũ ſiquidem non licet argumentari ab illa donatione
facta à marito vxori,ad hanc factam à patre filio, niſi
certis caſibus,& cum eadem adeſt ratio,quæ ceſſat hoc in
caſu. Nam donatio illa inter virum & vxorẽ conſtante ma-
6 trimonio non valet,ne † mutuo amore & tã honeſto,ſe inuicem
ſpolient, donationibus non temperantes : ſed profuſa
erga ſe facilitate abutentes.d.l.j.ff. de dona. inter virum &
7 vxor. vel vt idem Vlpia. in l. iij. ſubiungit, ne † concordia
pretio conciliari videretur nevè melior in paupertat ẽ incideret;&
deterior ditior fieret. Vel(vt exiſtimauit Plutarch.
in problemate vij.cuius an rem meminit Coraſius libro v.
miſcella. iuris.capitul.j.numero ſecundo)quod vtiliſſimum
8 † eſt beneuolentiæ ſignum donatio:dant enim & alieni, &
qui non amant. Hæ rationes ceſſant, quando maritus ob
benemerita vxori donat:cum non donare,ſed debitum per-
9 ſoluere dicatur. Eſt ſanè donatio † remuneratoria accepti
beneficij merces,l.Acquil. Regulus. ff. de don. & l.ſed ſi l.
& §. conſuluit.ff.de pet.hæred.& ſcribunt congeſti à Claro
in §. donatio. q.tertia. Porrò diuerſa eſt ratio,non permiſſæ
donationis patris erga filium,vt diximus ſupra, & quæ quidem
ratio non ceſſat etiam ob benemerita, vt dicemus in-
10 fra. Et præterea nulla filij † benemerita erga patrem ( vt
mox oſtendemus ) conſiderari poſſunt. Et propterea non
licet hoc in caſu argumentari à donatione illa ad hanc
patris erga filium . Non etiam ad rem multum pertinet
tertium argumentum, quod ducunt Doctores à donatio-
11 ne facta † à milite concubinæ, quæ etſi regulariter non valet.
leg. ſecunda. C.de dona.inter virum & vxo.conſiſtit tamen
ob concubinæ benemerita. l. miles in princip. vbi
Ripa. numero decimo.ff. de re iud. & tradunt Caſtrenſ. in
l.donationes. ff. de donat. Anchara.in conſilio ccxlvij.Decius
in conſi.cxxxij.& Afflictus in deciſ. clxxij. Nam facilè
diluitur hæc argumentatio, cum ob concubinæ benemerita,
quæ conſideratione digna lex exiſtimauit , ceſſet ratio
illa ſpoliationis militis,qua lex eam donationem prohibuit.
d.leg.ij.donando enim miles ob benemerita,debitum
(vt diximus)ſoluit. Id quod non contingit in patre, qui filio
nil ob benemerita debet:Et ſi quid deberet,id totum ſibi
reacquireretur. Quocirca etſi hactenus, extiterit nemo
quod ſciam, qui à receptiſſima opinione diſſenſerit;crediderim
nunc ſaltem dubiam illam reddi. Et hoc quidem
12 eo argumento, quod nulla † conſiderari poſſunt merita filij
erga patrem, quæ digna ſint mercede & recompenſatio-
13 ne. Nam merita † illa eſſe dicuntur, quando quis ſua ſponte
aliquid facit, vel præſtat, ad quod non tenetur. Diuus
Thomas in j.ij.quæſt.ſeptima. articul.v.ad primum. Non
enim de me benemeritus dicetur ille , qui quod mihi debebat
numerauit: ſed benemeritus is erit, quia ſua libera-
14 litate aliquid donauit. Porrò cum omnia patri debeat † filius
, de patre dici non poterit benemeritus , quamquam
omnia quæ ab homine poſſunt præſtari, in patrem conferret;
Cum ad omnia erga patrem teneatur filius.ſi ſpectemus
15 externa opera & obſequia † quæ reuerentiæ appellamus,
ea præſtare patri tenetur filius iure ipſo diuino ; vt in lege
decalogi, & Exodi capitu. vigeſimo. honora parentes.
vt ſis longæuus. Et mox Platonis ac Ariſtotelis auctoritate
confirma



16 confirmabimus. Si etiam opera reſpectu † alimentorũ conſideramus,
eadem quoque filius tenetur patri præſtare leg.
prima.§.parens.ff.de liberis agno.quo loci Barto.exiſtimauit,
iure gentium ita ſancitum,& idem Barto. in l.j.§.ius naturale.
numero 6.ff.de iuſt.& iure.& ibidem Caſtren.nume.
12. Alij verò iure naturæ ſic ſtatutum cenſuerunt,vt Alphõſus
de Caſtro in libro ſecundo, de iuſta hæret.punit. capit.
vlt. & Didacus Couarr. in epitome de ſponſalibus in ſecunda
parte.cap.viij.§.vj.numero 4. & manifeſtè probat.l.
vlt.§. filiis autem. C. de bonis, quæ liberis. Et huc pertinet
quod egregiè ſcriptum reliquit Ariſtoteles lib.primo œconom.
ca.iij. his verbis. *Maximèque in homine id conſpicitur, quòd
non eſſendi cauſa ſolùm,verum etiam bene eſſendi mas,& fœmina, ope
mutua coniunguntur,filiosque procreant non ſolum, vt id naturæ tributum
ferant; verùm etiam vt commoda exinde ſuſcipiant. Valentes
enim ipſi, imbecilles ſuos labore tuentur & alunt;mox imbecilles ob
ſenium facti, à valentibus eadem reportant;* Hæc ille, cui adſtipulatur
Xenophon in œconomico his verbis. *Mihi profectò videtur
Deos ipſis multa quidem ſapientiſſimè,tum præſertim iugum hoc*
(matrimonium appellat iugum Xenophon) *inſtituiſſe.*
*Primùm quidem ne animantium genera deficerent : Deinde vt haberemus,
à quibus noſtra ſenectus aleretur.* Si deinde conſideramus
17 reliqua opera,quibus patris † vita ſuſtinetur & defenditur ea
18 multò magis præſtare debet filius,alioqui vt ingratus † exhæredari
à patre poteſt, ſicuti quando captiuum patrem filius
non redimit, vel furore mentiſvè inſania laborantem
vel ægritudine languentem, ei opem non fert, ſicuti ſtatuit
Iuſtinia.in §. aliud quoque capitulum, in authentic. vt
cum de appell. cogno. Hæc omnia, quæ enumerauimus, ſi
præſtabit filius de patre benemeritus dici non poterit:cum
iure illi præſtare teneatur. Quinimò ſi quando ferret ne-
19 ceſſitas pro patre filium † mortem oppetere, iura diuina
& humana cogere, memoriæ proditum eſt à M. Cicerone
in oratione pro Sexto Roſcio Amerino,cuius verba adſcripſi .
*Etenim ( ſi id quod præclare à ſapientibus dicitur ) vultu
ſæpè læditur pietas : quod ſupplicium ſatis acre reperietur in eum,
qui mortem obtulerit parenti , pro quo mori ipſum, ſi res poſtularet,
iura diuina atque humana cogebant ?* Et demum filium
20 omnia , quæ ab homine homini poſſunt præſtari, † patri
debere, ſcriptum reliquit diuinus Plato libro trigeſimoquarto
de legibus, Dialogo. quarto, his verbis.
*Ergo fas eſt parentibus,prima & maxima debita,omnium antiquiſſima
debitorum perſoluere. Putare enim quiſque debet omnia, quæ
poſſidet , eorum eſſe, qui genuerunt & educarunt, vt iis hæc omnia
pro viribus miniſtrare debeat, primùm quidem externa bona, deinde
etiam corporis, poſtremò quæ ad animum pertinent. Hæc omnia
videlicet mutuo data perſoluens , & pro curis, doloribusque priſcis
parentum in ſenecta recedentes , reddens, quando maximè indigent.
In verbis quin etiam per totam vitam parentes venerari
maximè decet.* Hæc Plato. Et Platoni præceptori ſubſcribens
diſcipulus Ariſtoteles in libro octauo Ethicorum,
capitul. vltim. ſic locutus eſt. ( Neque enim in omnibus )
eſt, vt in honoribus erga Deos, aut parentes, nemo enim
vnquam dignum reddere poteſt. Sed qui quo ad poteſt,
obſequitur,bonus & æquus eſſe videtur. Qua propter conſtat,
patrem quidem filio non licere abdicare , filium autem
patri licere. Debentem enim reddere oportet. At quidquid
egerit, nihil vnquam iis dignum fecerit, quæ à patre
ſuſcepit. Quare ſemper debet . Quibus autem debetur
, poteſtas eſt dimittendi, igitur & patri . Et idem Ariſtoteles
libro primo magnorum moralium capitul. trigeſimoquarto.
ita ſcriptum reliquit. At filio erga patrem,
& ſeruo erga dominum,ius vllum non eſſe videbitur. Neque
enim puero meo aduerſum me, neque manui , neque
ibidem alicui membro, ſimiliter igitur habere videbitur,
& filius erga patrem . Ex Ariſtotelis quoque ſententia,
quem ſupra commemorauimus ſcripſit Diuus Thomas
poſt tertiam partem ſummæ in q.xiiij.art.iiij. filium reddere
non poſſe æqualiter quod patri debet, & patrem nunquam
effici filij debitorem. His fit vt concludamus , nulla
eſſe benemerita filij erga patrem.
Et ſi illa admittimus,eáque iudicamus digna mercede,&
præmio,illud totum ius,illudque præmium re acquireretur
patri,& proinde concludendum eſt,rationem impeditiuam
donationis patris erga filium, obſtare filio benemerito, ne
ei adhuc donare poſſit pater.
Cæterùm admiſſa recepta interpretum opinione,patrem
ſcilicet donare poſſe filio benemerito, dubitari contingit,
qualia eſſe debeant hæc benemerita? Et ex omnium ſenten-
21 tia dicendum eſt, † debere æquiualere rei donatæ. Ita ſane
ſcripſerunt Bartol.in l. ſi quis pro eo. §.j.ff.de fideiuſſ. Decius
in l.petens.nu.16.C.de pactis, & in l. ſi donatione. nu.
16.C.de collat. Ruin.in conſi.lx.nu.16.lib. iij. Io. Lupus in
rub.ext.de donat.int.vir.& vxo.§.50.num. 29. Caſſaneus in
conſi.vij.nu.11. Tiraquellus in l.ſi vnquam.in verbo, donatione.
num. 80. C.de reuoca.donat. Io. Coraſius in l.frater à
fratre.§.quæſitum.nu.51.ff.de cond.indeb.& Iulius Clarus
in §.donatio.q.iij.verſic.ſed nunquid.idem ego reſpondi in
cõſ.cxij.nu.13.lib.ij. Et huius traditionis ratio eſt, quia ſeruitij
meritum excedi non oportet.c.relatũ.de teſt. Et acce-
22 dit,quòd quando aliquid eſt permiſſum † aliquã ob cauſam,
permiſſum id cenſetur quatenus cauſa illa vrget, & nõ vltra:
ſicuti qñ cõceſſum eſt minori neceſſitatis cauſa alienare bona
immobilia,intelligitur ei hoc licere, quatenus vrget neceſſitas,
& non vltra.l.magis puto.§.item Prætor.ff. de reb.
eorum. Et ſimilibus de caſibus extant plura iura,vt in l.ſenatus.
ff.de officio Præſid.in l.j.in fi.ff.de feriis in l.ſed et ſi reſtituatur.
§.ſed etſi dies.ff.de iud.in l.vlt. verſi. quare.& ſi ff.
exercito,actio.& cap.quod pro neceſſitate.j.q. j. & tradunt
Bar.in l.j.§.nunciatio.nu. 28. ff. de oper.noui nuntia. Corn.
in conſ.lxxxiij.in fi.lib.iiij. Iaſ.in l.qui Romę.§.duo fratres.
nu.22.verſ.ij.per iſtam.ff.de verb.obl. Et huc facit vulgata
23 illa regula,ꝙ cauſa limitata † limitatum effectum parit. l. in
agris.ff.de acq.rer.dom.quam regulam multis exornant Felin.
in capit.cum ordinem, de reſcrip. & latiſſ. Tiraquell. in
tracta.quòd ceſſante cauſa ceſſet effectus, prima parte. numero
147.
Rurſus traditio hæc intelligitur,quando verè conſtat be-
24 nemerita præceſſiſſe:Nec enim ſufficeret † ſola ipſa aſſertio
patris,ſicuti apertè ſcripſerũt Bar.in l.ſi fortè.ff.de Caſtren.
pecul, Oldrad.in conſi.ccxxxvj. Quidam Epiſcopus col.vlt.
Alex.in l.ſi donat.n.4.C.de collat.& ibid.Iaſ.nu. 3.Dec.nu.
18.infinitos propè huius opinionis Doctores cõmemorat.
Et illis accedũt Cur.Sen.in cõſ.lxvij.col.ij.Marſi.ſing.dcx.
Creme.in ſing.cxxxvij. Lupus in d.§.50.num.29. Caſſane.in
cõſ.vij.nu.9. Pariſ.in cõſ.lxxxviij.nu.16.lib.ij.& latè Tiraq.
in l.ſi vnquã,in verbo,donatione.nu.88.C.de reuoc. donat.
& Coraſius in d.l.frater à fratre.§.quæſitũ.nu.62. ff. de cõd.
indeb. Qui quidẽ Decius,& Coraſius ex ſentẽtia Baldi in l.
vlt.ff.de exercito.& in l.illud.q.iiij.C.de ſacroſ.eccl.intelligunt
procedere,etiã ſi pater in ſpecie exprimeret filij benemerita,
vt ſi diceret,ſe redemptum ab hoſtib. Idem ego ipſe
25 reſpondi in cõſ.cxij.nu.5. Ea eſt huius ſentẽtiæ ratio, † quia
alioqui facile fieret fraus legi, & eſſet ſemper in patris donantis
poteſtate poſitũ,facere,vt effectũ habeat donatio,qđ
iure permiſſũ non eſt,d.l.ſi forte.ff.de Caſtr.pecu.& eſt tex.
notab.in l.j.C.de don.ante nup.ibi, vt videatur recepiſſe, &
ibi notat Bal.& poſt eũ Soc.Sen.cõſ.lxvj. nu.3.lib.j.& confert
tex.notab.in l.qui teſtamentũ.ff.de prob.vbi non adhi-
26 betur fides aſſertioni † teſtatoris,qui cum non poſſet legare
alicui,dixit,ſe ei relinquere,quia eius eſt debitor. Nam debitum
aliter quàm aſſertione illa probari debet.
Huc pertinet quod egregie docuit Bar.in l.cũ quis decedens.
§.Tit.ff.de leg.ij.cũ dixit,quod ſi maritus cõfeſſus eſt,
habuiſſe dotis nomine à muliere mille, eius aſſertioni non
creditur:cum præſumatur id dictum in fraudẽ legis, prohibentis
plus relinqui vxori quàm vni filiorũ ex l. hac edictali.
C.de ſecundis nuptiis. Qua de re copioſe diſſeremus infra
ſubſequenti libro in præſump.lxxxiiij.
27 Ita quoque dicimus,quòd aſſertioni Clerici, † qui nõ poteſt(
vt diximus ſup.)donare concubinæ, non adhibetur fides
de ipſius concubinæ benemeritis. Ita Ancha.in d. conſi.
ccxlvij. Dubium facit Dec.in conſi. cxxxij. & Ripa in l. ſi
plagij.col.vlt.ff.de ver.obl.
28 Sic quoque dicere ſolemus,quod cum † prælatus eccleſiæ
nõ poſſit ſine iuſta cauſa obligare bona eccleſiæ.c.j. de reb.
eccleſię.nõ aliena.& c.ſine exceptio.xij.q.ij.ſi ea bona obligat,
aſſerendo iuſtam ſubeſſe cauſam,ei non creditur. Ita reſponderũt
Anch.in cõſi.cccj.col.ij.& Soc.Sen.in cõſi.xxiij.
col.iij.lib.iiij. Eſt huic valde ꝓximũ qđ docuit Bar.in d.l.ſi
forte.ff.

forte.ff.de Caſtr.pecul,cũ dixit,non credi prælato aſſerenti,
29 ſe alienaſſe rẽ eccleſiæ†precedẽtib.tractatib.ſine quib.alie-
nari bona illa nõ poſſunt,& Bart. ſecutus eſt Gramm. deci.
lxxix,nu.20.Et demũ(vt hic finiã) eſt ſimile qđ docuit Iaſ.
in præludiis feudo.nu.89.& 90.fidẽ nõ adhiberi prælato aſ-
30 ſerenti,ſe infeudare†Caſtrũ eccleſ.Sẽpronio in feudũ anti-
quũ, quemadmodũ ſui anteceſſores tenebant, & ſcripſi in
cõmentariis de arbitrariis iudicũ.lib.j.q.lxxvj. nu.6.& 7.Et
plura alia his ſimilia,cõgerit Soc. Sen.in cõſ.lxvj.col.ij.iij.
& iiij.lib.j.¶Cæterũ,cũ extãt cõiecturæ recedimus à prædi-
cta iuris,& Doctorũ traditione. Nam cõiecturis credimus
31 †verã eſſe patris aſſertionẽ,filij benemerita præceſſiſſe. Ita
in ſpecie affirmarũt Dec.in l.ſi donat.nu.31.Marſi. in ſingu.
dcx.Nõ ſtatur,Alc.in trac.de præſum.reg.j.præſum.xvj.nu.
3.& in reſp.dlxxxiiij.nu.5.& prius Guido Papæ in l.ſi volũ-
tate.C.de coll.& in tract.de præſum,col.vj.ver.ſi pater do-
nat.Eãdem opinionẽ recipiũt Tiraq.in l.ſi vnquã.in verbo,
donatione.nu.102.C.de reuo.don.& cõprobatur ſimili tra-
ditione Saliceti in l.ſi mater.C.de contrah,empt.cum dixit,
32 quod ſi maritus † nomine vxoris abſentis emit fundum, &
aſſeruit pretium fundi ſibi traditum ab ipſamet vxore, cre-
ditur ipſi marito,quando extãt coniecturæ. Et Salicetũ ſe-
cuti ſunt Alex.in cõſ.xviij.nu.3.lib.iij.Soc.Sen,in cõſ.lxvj.
nu.8.lib.j.Dec.in conſ.cccclxiij.& in d. l. ſi donatione. nu.
31.C.de collat.& Alciat.de præſum.reg.j. præſum.xvj.nu.
4. Et ante hos idẽ reſpondit Bal.in cõſ.vj. Inter vir.& vxor.
libr.j.Eſt ſimile quod reſpondit Ang.in conſil.cccxlj.Pater
emit domum in primo dubio.Cùm dixit,quod licet confeſ-
ſio patris dicentis ſe habuiſſe pecuniam à filio, vt domum
illam emeret,ſit confeſſio ſuſpecta,ob prohibitam donatio-
33 nem inter patrem & filium; attamen ſi filius † ita aliquo in
artificio eo tempore verſabatur, vt veriſimiliter eam pecu-
niæ ſummam acquirere potuerit,aſſertioni illi paternę fides
adhibetur,ex ſententia gloſſæ,Cyni & Baldi in l.cum opor-
tet.C. de bonis, quæ liberis. Et Angelum ſecuti ſunt Alex.
in conſilio xviij.numero quarto,libr. tertio. Iaſon conſilio
clxxxiiij.col.vlt.lib. ij.Huic rei noſtræ magis accedit quod
reſpondit Decius in conſi.ccij.col.iij.verſ.non obſtat quod
34 cùm cenſuit.quod etſi nõ credatur aſſertioni mariti†de be-
nemeritis vxoris,cui donauit, ſicuti diximus ſupra attamen
creditur quando extant coniecturæ,merita præceſſiſſe.

Huc etiam facit, quod docuit Baldus in leg. prima, co-
lumna tertia, verſi. vnde quæritur. C. de priuil. dotis. Cùm
35 ſcripſit, quod licet dos † confeſſata non habeat priuilegia
verę dotis,iuxta gloſſam,l.aſſiduis.in verbo,datæ.C.qui po-
tio.in pigno. hab. attamen ſi vltra confeſſionem interueni-
rent coniecturæ aliquæ de ipſa dotis numeratione, vt quia
vir exhibuit alimenta vxori tanquam dotatæ, certè huiuſ-
di dos potiretur priuilegiis veræ dotis. l. cum vltra.C.de nõ
nume.pecun.Et Baldum ſecuti ſunt Abbas in cõſilio lxxiij.
columna tertia lib.ij.Aret in l.j.columna quinta,ver.ſecun-
dus eſt.ff.ſoluto matr.& ſi ibidem Soc.Sen,nu.80.& nu.94.
dubitet. attamen dubitandum non eſt, cum alij permulti,
quos congeſſi in additio.ad Socinum ipſum ſecuti ſint Bal-
dum.

Ad rem hanc noſtram & illud quoque pertinet, quod do-
cuit Baldus in authen.hoc ius porrectum.columna pen.ver-
ſi.quæro vtrum in dubio.C.de ſacroſan.eccleſ.& in l.j.in fi-
ne. C. ſi aduerſus credito, cùm dixit, quod cum eccleſia
36 †non obligetur ex mutuo,niſi probetur numeratio, & con-
uerſio pecuniæ in vtilitatem eccleſiæ,vt cautum eſt ea auth.
hoc ius porrectum;attamẽ aſſertioni prælati pecuniam fuiſ-
ſe numeratam & conuerſam in eccleſiæ vtilitatem, creditur
38 ſi aliquæ†concurrũt coniecturæ, vt puta, quia eo tempore
monachi erant admodũ inopes,carentes victu & viſtu. Nũc
autem conſtat, quod viuant ex frumento empto, & quod
veſtib.ſunt induti.arg.l.vlt.C. de alim. pup. præſta. Et licet
aliundè proceſſiſſe ea potuerint: attamen id non præſumi-
tur, vt ſi ventri. §. vlt.ff.de priuileg.cred. Et Baldum ſecuti
ſunt Iaſon in conſ.cliij.col.v.ver.quintò pro iſta parte. lib.
ij.Auin.in conſi.cxlij.nu.4,lib.j.Tira.in l.ſi vnquam. in ver-
bo,donatione.nu,102.C.de reuoc.donat.

Huc quoq; ſpectat,quod ſcriptum reliquit idem Bal.in l.
iubemus.la ij.C.de ſacroſ.eccl.cùm cenſuit,quod ſi epiſco-
38 pus†donat alicui ob benemerita,& remunerationẽ accepti
beneficij,illi aſſertioni benemeritorum creditur, ſi aliquæ
extant coniecturæ. Et Baldum ſecutus eſt Alciat. in tract.
de præſumptio.regu.j. præſumpt, xvj. numero 3. & in reſp.
dlxxxiiij. numero quinto.

Confert etiam quod cum pater non poſſit exhæredare fi-
lium,niſi iuſtis de cauſis enumeratis à Iuſtiniano in §.aliud
quoque capitulum in authentic.vt cum de appell.cogno.&
ipſi patri aſſerenti,ſe iuſta de cauſa exhæredaſſe non creda-
tur,ſed probari illa debeat ab hæredibus patris, iuxta dictã
39 l. qui teſtamentum,in fine.ff.de probat.attamen†aſſertioni
patris creditur quando extant coniecturæ.Ita cenſuit Alcia-
tus in d.reg.j.præſum.xvj.nu.1.

Accedit prædictis quod præcitata in præſump. xvj. in fi-
ne. ſcripſit ipſe Alciatus, cum dixit, ſi pater in teſtamento
minus reliquit vni filiorum quam cæteris,aſſerens,ſe minus
40 †reliquiſſe ob id, quòd filius ille iam erat conſecutus ſum-
mam pecuniarum, quàm malè alea vel commeſſationibus
abſumpſiſſet.Huic aſſertioni patris creditur, ſi coniecturæ
aliquæ extant, vt puta ſi in libris rationum ipſius teſtatoris
ſcriptum reperiebatur,ſe cauſa filij huic & illi ſic numeraſ-
ſe,vel quia tales erant mores filij, & natura mala, vt facilè
coniici poſſit id eſſe verum.

41 Dubitari autem hic contingit,quando extant†filij bene-
merita,& tamen pater ſimpliciter donat,nulla ſcilicet facta
meritorum mentione, an præſumatur patrem donaſſe ob
ſanguinis affectionem,vel ob ipſa benemerita.Recepta ma-
gis eſt Doctorum opinio,pręſumi patrem donaſſe cauſa be-
nemeritorũ. Ita ſane communem eſſe opinionem aſſeruit
Dec.in l.ſi donatione.nu.11.C.de collat.qui quidem huius
opinionis commemorat Bart.Alex.& Iaſonem ibi, quos &
ipſemet ſequitur.Idem affirmarunt Caſtr.in l.ſi Ruffinus.de
teſt.milit.Curt.Iun.in cõſi.liiij.nu.3.& Alc.de præſum.reg.
j.præſumpt.xxx.Gom.in §. actiones. nu.8.inſt.de act.& Io.
Coraſius in l.frater à fratre.§.quæſitum.nu.59.ff.de cõd.in-
deb.& prius Crottus ibidẽ.nu.79.Et Io.Lupus in rub. extr.
de donatio.inter virum & vxo.§.xlv. num. 13.verſic. crede-
rem. ſcribit ſimile, quando ſcilicèt conſanguineus donat
vxori conſanguinei ſui, dicitur donaſſe contemplatione ip-
ſius conſanguinei,niſi adſint benemerita ipſius mulieris er-
ga donantem; Qua de re diximus ſupra in præſump.xxvj.Et
recenſet Crottus idem affirmaſſe Bald.& Salicetum in d.l.ſi
donatione.

Primò adfertur text.leg.ſi verò non remunerandi.§.Idem
Pap.ff.mand.quo loci donatio facta videtur ob benemeri-
ta præcedentia.Et idem videtur probari in leg.nec adiecit.
ff.pro ſocio.

Verùm reſpondetur.d.§.idem Papinian. loqui in extra-
neo.in quo poteſt conſiderari illa obligatio antidoralis. ſe-
cus eſt in filio erga patrem,cum quidquid facit filius, non
ſit conſiderabile,vt pater ei teneatur ad antidora, quia lon-
gè maiora tenetur præſtare filius, vt abundè ſupra demon-
ſtrauimus.

Et illo in caſu benemerita conſiderantur in genere, non
autem in ſpecie,de quibus noſtra eſt diſputatio.

Secundò adducitur tex. in l. cum allegas. C. de Caſtren.
42 pecul.lib.xij,quo loci inſtitutus à fratre † commilitone vi-
detur potius inſtitutus cauſa & contemplatione militiæ quã
fraternitatis.Et idem probat tex.l.hæreditatem ab agnato.
ff.de Caſtr.peculio.Et ex illo reſponſo,l.cum allegas,ſumi-
43 tur,†affectionem præſumi augeri aſſidua conuerſatione.Ita
colligunt Lucas de penna in l.iij.col. pen.ver. clxxj. præſu-
mitur.C.de apochis pub.lib.x.Alcia.in tract, de præſumpt.
reg.j.præſump.xxx.

Cæterùm reſpondet Dec.in d.l.ſi donetione.nu,12.C.de
collat.Id eſſe fauore militiæ.Rectius eſt interpretatus Cora-
ſius lib.ij.miſcella.iuris c.iiij,nume. 5.qui dixit, donationẽ
fuiſſe factam contemplatione ipſius ſocietatis militiæ:cum
Triphonius in d.l.hæreditate. conſideret atque diſtinguat,
quod aut eſt facta donatio poſt cõmilitium,i.ſocietatem in
militia,vt ibi interpretatur Budęus & Alcia,lib.iiij.diſpũct.
c.xvij.& valet donatio, vt cenſeatur Caſtrenſis peculij no-
mine:aut facta fuit ante commilitium,& tunc ſecus.

Tertiò adducitur tex.in l.ſi Ruffinus.C.de teſt,milit.quo
44 loci miles†minor viginti annis, poteſt ex iuſta cauſa ma-
numittere.Et manumiſſio ob eã cauſã facta præſumitur. Et
illo in



illo in loco Caſtrenſ. in fine, textum illum ad rem noſtram
annotauit.Nec repugnat conſideratio Decij in d.l. ſi dona-
tione.nu.12.id contingere fauore militiæ: quia verius eſt,
ob iuſtam cauſam valere manumiſſionem:atq; ita in ea iuſta
cauſa,Imperator conſtituit fundamentum.Rectius dici po-
teſt,militem illum expreſſiſſe, ſe ob eam cauſam manumit-
tere.Et dubitatio in eo ſolùm verſabatur, quia non conſtat
de ipſa cauſa.ſed Imperator ſtatuit ſufficere,ſi deinde à ma-
numiſſo probetur.

45 Quartò & melius ſuffragatur,quod actus † dubius recipit
interpretationẽ, vt valeat potius quã vt pereat.l.ff.quoties.
de reb, dub. & l.quoties.de ver.obl. & egregiè Dec. in l. in
cõtrahenda.nu.7.de reg.iur.ait,hanc pręſumptionẽ eſſe cæ-
teris firmiorem.Immo interpretatur,vt valeat efficaciori,&
omni meliori modò.l. iij. ff. de mili. teſt. & copioſè tradit
Alcia.de præſump.reg.iij.præſump.xxxv. Atqui ſi dicimus,
donationem hanc factam à patre filio, eſſe factam ob eius
benemerita,illa valet & ſuſtinetur,nec reuocari amplius po-
teſt.ſi verò diximus factam contemplatione ſanguinis erit
nulla, vel ſaltem reuocabilis. Ergo ſumenda eſt hæc inter-
pretatio,quod donare voluerit ob benemerita. Cum effica-
cius etiam valeat.Et huc facit ſimile ex Soc.in l. cũ ſenatus.
nu.8.ff.de rebus dub.cùm dixit,donationem præſumi inter
viuos,vel cauſa mortis factam,vt valeat.

46 Contrariam itaque opinionem†male probauit Baldus in
auth.ex teſtamento. C.de collatio. quem ſecutus eſt Cora-
ſius libro ſecundo miſcella.iuris.c. iiij. & idem cenſuit Ro-
ma.ſing.dcxlvj.Donatum.& in d. l. ſi donatione. Barbat. in
conſi.xlj.col.pen.lib.j.Ioan.Lupus in rubr.extrà de donat.
inter virum & vxo.§.xlv.nu.xvj.verſi.quamuis.idem ſcripſit
Didacus in c.requiſiſti.nu.8.in fin.de teſta.

Primò ex l.tutor.§.quæ tutoribus.ff.de excuſa.tutor.quo
loci Papinia.reſpondit,legatum à patre filio tutori, nõ cen-
ſeri legatum tanquam tutori, atque ita contemplatione tu-
telæ, ſed cauſa & contemplatione filiationis. Ergo & idem
noſtro in caſu. Et hunc tex.ſingularem eſſe dixit Roma. in
d.ſing.ccccccxlvj.

Reſpondent Alexan.& Iaſon tribus modis, vt apud Iaſo-
nem in d.l.ſi donat.col.iij.verſi.In ſecunda parte.Probabi-
lior videtur eſſe reſponſio Decij ibidem.nume.14.Cùm di-
xit,ob id eo loci ſumi eam interpretationem, quia vtroque
caſu legatum valet:ſecus in caſu noſtro,in quo non valeret,
ſi intelligeremus factam donationem,contemplatione con-
ſanguinitatis.

Secundò adducitur tex.in c.requiſiſti.de teſtibus quo lo-
47 ci ait Pontifex Max. legatum†factum Prælato eccleſiæ cõ-
ſanguineo, præſumi factum contemplatione conſanguini-
tatis, non autem eccleſiæ: & ideò ipſi Prælato vti perſonæ
priuatæ acquiritur. Verùm reſponderi poteſt, vt ſupra ex
Decij ſententia.

Tertiò & vltimò vrget,quod cauſa hæc filiationis dicitur
eſſe quædam cauſa, & qualitas naturalis. Illa verò cauſa &
qualitas benemeritorum, eſt qualitas accidentalis. Atqui
48 certum eſt,quod in concurſu præualet†cauſa naturalis. Er-
go & hic præualere debet cauſa filiationis:vt ob eã cenſea-
tur facta donatio.Illa minor propoſitio probatur ex.l.iij.de
tutelis,& ibid.Bar.idem Bar.in l.vlt.ff.de offi.proconſ. Soc.
Sen.conſi.cxvj.nu.8.lib.iiij.Alci.in repe.l.ij.in prin.nu. 38.
de verb.obl.

Cæterùm reſponderi poteſt, quod illa cauſa, & qualitas
49 præfertur,†quæ potentior eſt.l.quæritur.ff.de ſtatu hom.&
50 l.generaliter.ff.de fideiuſſ.Potentior autem cauſa†& quali-
tas dicitur,primò illa,quæ facit valere actum,vt diximus ſu-
51 prà Secũdò eſt potentior illa,†quæ benignior eſt.l.ſi pupil-
lus.vbi Bar.ff.ad l.Falc.vbi conſideratur quod hæres magis
conſequatur pecuniã à pupillo tanquam debitã naturaliter,
quã tanquam datũ cauſa conditionis implendæ, quia id be-
nignius eſt,hoc enim modo legatarij conſequuntur integra
legata,ſecundum voluntatem teſtatoris. Ita noſtro in caſu
erit benignior,vt filius ſecundum patris voluntatem obti-
neat rem donatam.

52 Tertiò,cauſa potentior illa dicitur, quæ † prodeſt,quam
illa,quæ nocet.Ita Butr.& cæteri in c.vlt.de except. & in c.
intelleximus.de iud.cũ dicunt, quod ſi excõmunicatus eſſe
non poteſt in iudicio tãquam actor,ſed ſolùm tanquã reus:
ſi iudicium ſit duplex,ſicuti eſt,iudicium famil.ercіſ.in quo
53 quilibet eſt actor,& reus,poterit † excommunicatus eſſe in
iudicio,quia attenditur illa qualitas,quæ prodeſt.Et in ſpe-
cie natura ita annotauit Io.à Platea in l.cũ allegas.C.de Ca-
ſtren.pecul.lib.xij.Hæc autẽ qualitas benemeritorum pro-
deſt,vt valeat donatio,illa ergo attendi debet.

54 Quartò potentior†eſt cauſa ſpecialis quàm generalis.l.
ſi ſeruis vrbanis.§.vlt.de leg.iij. omnes in l. Titiæ textores,
de leg.j.cum ergo cauſa benemeritorum ſpecialis ſit: & illa
cauſa filiationis ſit generalis,præualere debet cauſa illa be-
nemeritorum.

Extenditur prædicta communis opinio, vt locum etiam
55 habeat,quando pater ipſe†donans ita dixit;dono filio meo
à me dilecto ob amorem & beneuolentiam, quibus eum
proſequor:ac ob eius benemerita. Hoc etiam caſu præſu-
mitur donaſſe ob benemerita. Et ſi enim duas cauſas ex-
preſſit pater, quarum vna,nempe illa ſanguinis, impedit do-
nationem;altera verò, ideſt, benemeritorum permittit do-
nare:attamen adhuc præſumitur cauſa meritorum donaſſe.
Ita Decius in dict.leg.ſi donatione.numero duodecimo.C.
de collatio.& Alciatus in dict.præſum.xxx.Et huius ſenten-
tiæ ratio eſt, quam & ſuprà commemoraui; vt actus & ſic
donatio valeat.dicta l.quoties.ff.de reb.dubiis.Et præterea
accedit ſecundum Alciatum,quod illa cauſa amoris & be-
neuolentiæ, non fuit expreſſa à patre principaliter, ſed ac-
ceſſoriè quodammodo,ad ſignificandum, auctum ſibi eſſe
deſiderium donandi cauſa benemeritorum, ab ipſa amoris
& beneuolentiæ affectione.Qua de re dicemus ſtatim.

Nec huic ſententiæ quam veram eſſe exiſtimo, repugnãt
rationes diſſentientium, nempe Caſtrenſ. in conſi. cccxlvj.
circa bona, quæ fuerunt nume. ſecundo, libro primo. A-
lexan.in dicta l.ſi donatione. numero tertio, C. de collatio.
Felini in capit. primo numer. 10. verſicu. vnde ſi pater. de
ſenten. & re iud. & Ignei in l. iij.§. ſi conditioni verſic.etſi
aliud. numer. 71. & 75. ff.ad S. C. Syllania. qui commu-
nem eſſe teſtatur. Et accedunt Soc. Sen.in conſi.ccxcv.col.
iiij.ver.ſextus caſus.lib.ij. & Caſſaneus in conſi. vij. nu. 15.
Non inquam horum rationes & argumenta obſtant.

Et primò quidem ſic argumentantur.Hic duæ concur-
runt cauſæ donationis, quarum vna prodeſt, vt ſcilicet va-
leat donatio,nempè cauſa benemeritorum : altera quæ no-
cet,vt ſcilicet non valeat, hoc eſt affectio ſanguinis. Atqui
56 quando concurrunt duæ cauſæ,†quarum vna prodeſt & al-
tera nocet; præualet illa, quæ nocet. Ergo & hic præ-
ualere debet cauſa affectionis ſanguinis. Illa minor proba-
tur auctoritate multorum,nẽpè Bart.in l.iij.§ vlt.ff.ad S.C.
Syllania.& in l.ſi vir.ff.pro donato. Baldi in l.ij.C.de liber-
tis & eorum liberis, & in prohemio Decretalium. nume-
ro duodecimo.Angeli in l.emancipatum.ff.de ſenato. Imo-
læ in capitu.cum ſuper. numer.ſecundo, de offi.delega.Ca-
ſtr.in l.ſi rem.ff.de except.rei iud.Alexan. & Iaſon.in l.ado-
ptiuum.ff.de in ius vocand.& Alciatus in l.ij.in prin. nume.
37.ff.de verb.oblig.& alios cõgeſſi in lib.j.de arbit. iud. q.
lxxx.nu.27.Et ij quidem traditionem hanc credunt proba-
ri.l.filio.ff. de liberis & poſth. l. iij.§.eleganter. ff. ad S. C.
Syllania.l.ſi vir.ff.pro dona.& l. Fulcin. §. quod ergo. ff. ex
quibus cauſis in poſſ.eatur.

Cæterùm reſpondetur primò ex ſententia Iaſonis in l.
quod dicitur.la ij.numero 20.ff.de verbor.oblig.& Alciati
in d.præſump.xxx.nu.4.verſi.nec obſtat ratio.&c.quod hic
poſſunt concurrere ambæ ipſæ cauſæ:cum illa ſanguinis pa-
ternæque dilectionis ſit in augmentum voluntatis & deſi-
derij patris, donandi filio ob eius benemerita. Dubitabi-
lis tamen videtur hæc conſideratio,quia ſi pater motus fuiſ-
ſet ob benemerita,& in augmentum ſui deſiderij protuliſſet
illa verba, ob amorem & dilectionem, prius dixiſſet ſe ob
benemerita donare, ac ob amorem & beneuolentiam, ſi-
cuti in l. ſi ſeruus communis ita. ff. de ſtipula. ſeruo. vbi ſi
57 ſeruus†communis aliquid ſtipulatur ſuis dominis, & igno-
ratur, quid & quantum acquiratur ipſis dominis, an ſcili-
cet pro parte dominica ſingulis, vel in viriles, inſpici de-
bet, quod nomen præceſſit in ſtipulatione; ſi nomina pro-
pria præpoſuit ſeruus, acquirit in viriles, ſi appellatiua,in
dominicas dicitur ſtipulatus, quod ergo potius fuit nomi-
natum, ſignificat & declarat animũ loquentis.Defendi po-
teſt acuta

teſt acuta Alciati conſideratio declaratione Bartol.in d.l. ſi
ſeruus cõmunis.nume. 2.vel ſi,quæro,quando,quod quando
58 †diſpoſitio poteſt valere ſecundum vnum modum & cau-
ſam,& ſecundum alium non,tunc non inſpicitur,quod præ-
cedit:ſed debet diſpoſitio ipſa valere eo modo quo poteſt.l.
quoties.ff.de rebus dubiis.& Bartol.ſecutus eſt Decius in
dicta l.ſi donatione.num.12.C.de coll.conſilio ccccliij.nu-
mero 8.in fine, alios ſciens omitto. Noſtro itaque in caſu
dicendũ eſt perinde eſſe, ac ſi teſtator præpoſuiſſet cauſam
benemeritorum. Reſpondetur ſecundò aliquorum fuiſſe
opinionem præcedenti contrariam,quod imò quando duæ
59 cauſæ†concurrunt, quarum vna prodeſt, & altera nocet,il-
la quæ prodeſt,attẽdi ſpectarique debet. Ita Butrius in cap.
intelleximus.de iudiciis,& in capit.vlt.in fine. de exceptio.
Io.à Platea in l.cum allegas.C.de Caſtren.pecul.libr. xij. &
Comenſ.in l.ſi vir.nume.3.ff. pro donat. Quorum opinio-
nem ſatis clare probat.l.emancipatum.in fine.ff.de ſenato,
ibi. Et magis eſt, vt debeat, vt aui potius ei dignitas pro-
ſit,quàm obſit caſus patris.Idem habetur in leg. tertia. §. ſi
emancipatus.il j.in fin.ff.de bonor.poſſeſſ.contra tabu. ibi,
neque enim minus in hoc nepote, is qui de inofficioſo co-
gniturus eſt,merita nepotis, quã patris eius delicta perpen-
det.ſic & in lege tertia.§.ſi quis palam,ff.de iure fiſci.& alia
mox referam.

Tertia etiam fuit opinio Io. Ignei in dict.leg. tertia. §. ſi
conditioni.verſ.etſi aliud,nume. nonageſimoſeptimo.ff.ad
S.C.Syllania.qui diſtinguit duos caſus;quorum primus, qñ
duę cauſæ & actus ſunt inter ſe incompatibiles.Hoc caſu
intelligit Igneus,cauſam quæ nocet ſpectari debere,illamq;
præualere:ſic ille explicat.d.l.iij.§.eleganter.

Secundus eſt caſus, quando cauſæ ipſæ ſunt compatibi-
les:& tunc præualet cauſa quæ fauorabilior eſt, vel etiam
quæ maiori ratione & æquitate, vel maiori æquitate, ſolùm
ſuffulta eſt. Et hoc quidem intelligit Igneus præcitato in
loco. numero nonageſimonono , dummodo cauſa illa in
odium concedentis non retorqueatur.ſic ille explicat dict.
l.emancipatum.in fine.ff.de ſenat.& d.l.iij. §. ſi quis palam.
ff. de iure fiſci. Ego verius crediderim, conſtitui non poſſe
59 certam regulam:ſed pro ſubiecta materia,†& varietate ra-
tionum,aliquando præualere cauſam,quæ prodeſt,aliquan-
do illam, quæ nocet.In caſu d. l. emancipatum. in fin. ff. de
ſenat.l.iij.§.ſi emancipatus.il j.ff.de bonorũ poſſeſſ.contra-
tab.eſt ratio; ne is nepos ſine ſua culpa, ſed patris, vel aui
facto damnum ſentiat, ob id cauſa illa, quæ nocet non at-
tenditur,ſed quę prodeſt.In caſu verò.dict.l.iij.§.ſi quis pa-
60 lam.ff.de iure fiſci,eſt ratio,quia in dubio lex † non præſu-
mit aliquem delinquere.l.merito.ff.pro ſocio.& præſertim
quando palàm facit actum.l.palam.ff.de ritu nupt. Ita quo-
que aliæ ſpeciales conſiderari poſſunt rationes in caſibus. l.
adoptiuum.in fine.ff.de in ius voca.in l.iij.ff. de interdictis
& releg. in l. diui fratres.ff.de iure patro.in l.ſecunda. §. fi-
liis.ff.de Decurio.& in l.j.ff.de aucto.tutor.Ecõtra dicimus
in caſib.l.filio.ff.de liberis & poſthumis.l.Fulcinius.§.quid
ergo.ff.quibus ex cauſis in poſſ.eatur.l.iij.§.eleganter.ff.ad
S.C.Silla.& l.ſi vir. ff. pro donato, aliæ ſunt rationes, quas
ne nimius ſim,non commemoro,quibus reſpõſum eſt, cau-
ſas, quæ nocent præualere. Quocirca in caſu noſtro dicen-
61 dum eſt,ſpectandam eſſe cauſam,quæ prodeſt:cum † nemo
præſumatur eligere modum, quo ſua diſpoſitio ſubuerta-
tur.l.tertia. ff. de militari teſtamen. Reſpondet tertiò De-
cius in dic.l.ſi donatione,numero decimoquinto.C. de col-
latio. quod quando cauſa, quæ prodeſt, eſt potentior cau-
ſa quæ nocet, illa præualet. Porrò hæc cauſa benemerito-
rum,quæ prodeſt,dicitur potentior,quia(vt diximus ſupra)
facit valere donationem. Et præterea eſt benignior, ſicuti
explicaui ſupra ex ſententia Bartol. in l. ſi pupillus. ff. ad l.
Falcid.

Secundò huic opinioni Caſtrenſis & ſequacium ſuffraga-
ri videtur alia traditio,penè ſimilis præcedẽti,nempe,quod
62 quando duæ concurrunt cauſæ & diſpoſitiones, † quarum
vna permittit, altera verò prohibet, illa quæ prohibet,præ-
ualere dicitur.l.iij.§.liberti.ff.de ſuſpectis tutor. & tradunt
Iaſon & Decius in l.ſi Rufinus.C.de teſtam.militis.Ille nu-
me. . . . iſte cumero ſeptimo,Atqui noſtro in caſu duæ ſunt
cauſæ,quarum vna permitit donationem inter patrem & fi-
lium, hoc eſt cauſa benemeritorum, altera, quæ prohibet,
nempe ſanguinis coniunctio. Ergo cauſa coniunctionis ſan-
guinis præualere debet.

Reſpondetur primò, legem non prohibere, quòd pater
donet filio,ſed dicitur nõ approbare ipſam donationem,at-
63 que ita donatio † patris facta filio ſimpliciter,eſt præter le-
gem,non autem contra, vt declarat Iaſon in l.frater à fratre
in prima lectura,columna antepenultima,verſiculo tertiò li-
mita dictum.ff.de condictio.indebiti.

Reſpondetur ſecundò, quod cauſa, ſeu diſpoſitio prohi-
64 bitiua non præualet permiſſiuæ,quando†permiſſiua eſt po-
tentior,vt declarat Decius in d.l.ſi Rufinus.numero duode-
cimo.Potentiorem eſſe cauſam permiſſiuam in caſu noſtro,
ſupra abunde demonſtrauimus.

Tertiò hac pro opinione vrgere videtur, quod ſanguinis
coniunctio & affectio paterna,eſt naturalis quædam cauſa.
Illa verò benemeritorum eſt accidentalis.Atqui cauſa natu-
ralis præualet accidentali.l.iij.ff.de tutelis.Ergo ob cauſam
coniunctionis ſanguinis, donatum præſumitur. Verùm re-
ſpondetur ſecundum Alciatum in dict. præſumptio. trigeſi-
ma,numero quarto,verſi.nec dic.l.qui habet,quod hic cau-
ſa naturalis adiuuat accidẽtalem,cum pater donauerit prin-
cipaliter ob benemerita,donandi tamen voluntas & deſide-
rium, fuit amore ipſo paterno, ſanguiniſque coniunctione
auctum.

Quartò hac pro opinione adducitur traditio Barto.in l.ſi
tibi.§.ſi pactus.num. 4.ff.de pactis,cum dixit,quod ſi pater
65 †ſtipulatur filio ob benemerita collata in ipſum patrẽ, non
valet ſtipulatio,quia cenſetur ſtipulatus tanquam extraneo,
& tamen ſi caperetur præſumptio quod eſſet ſtipulatus tan-
quam filio,ſtipulatio valeret.

Verùm reſponderi poteſt, aduerſus Bartolum eſſe rece-
ptam magis Doctorum opinionem : ſicuti teſtantur Iaſon
in d.l.quod dicitur, numero vigeſimo, & Alciatus in dicta
præſumptio.trigeſima.ad finem.

Secundus eſt caſus,in quo valet donatio facta à patre fi-
lio,quando ſcilicet pater ipſe perſeuerauit in eadem volun-
66 tate vſque ad mortem. Nam morte†ipſius patris donatoris
confirmatur donatio,ſi non apparet patrem mutaſſe volun-
tatem. Ita tradunt Bartol.in l.frater à fratre. numero 57. ff.
de cond.indeb.& ibidem Iaſon in prima lectura. col. ante-
pen.verſi.capio tertiam fallentiam. Idem affirmarunt ibidẽ
Crottus nu.123.& Coraſ.in §.quæſitum. nu. 65. Et probat
tex.clarus d.l.donationes,quas parentes.C.de donatio.inter
67 vir.& vxorẽ.Idem eſt,quando†ſubſecuta eſt filij donatarij
emãcipatio.l.donationes.§.pater.ff.de dona.l.ij.C. de inof.
don.& l.ſiue emancipatis.C.de donat.Et tradunt Doctores
præcitatis in locis.

Nec repugnat textus l. prima. §. ſi pater. ff. pro dona-
to, cuius verba hæc ſunt, ſi pater filio, quem in poteſta-
te habet, donet, deinde decedat : filius pro donato non ca-
piet vſu : quoniam nulla donatio fuit. Nam reſpondetur
multipliciter à Doctoribus, vt refert & diſputat Coraſius,
quem ſupra retuli , qui ſecutus eſt Cynum aſſerentem, in
eod. §. ſi pater, donatam fuiſſe rem alienam, quod admo-
dum diuinare exiſtimo. Præterea non ex eo, quod res do-
nata ſit aliena, motus eſt Paulus, vt diceret , donationem
eſſe nullam; cum & res aliena legari, ac donari poſſit. leg.
rem alienam. C. de legatis , ſicuti & vend. vbi Docto-
res, ſed dixit, eſſe nullam, quia pater filio donare non po-
teſt : ſicuti nec maritus vxori, vt ibi dicitur. Quare, vt o-
mittam alias aliorum interpretationes, quas Coraſius ip-
ſe confutat, verius crediderim cum Accurſio & aliis non-
nullis,iure illo Digeſtorum conſtitutum non fuiſſe, quod
donatio à patre filio facta ipſius patris morte confirmare-
tur.Id quod deinde ſtatuit Iuſtinian.in dict.leg.donationes,
quas parentes. Nec repugnat, iure Digeſtorum, donatio-
nem inter virum & vxorem, quæ æquiparatur huic factæ à
patre filio,morte donantis confirmari.l. cum hic ſtatus. in
prin.ff.de donat.inter virum & vxor. Nã reſpondetur.d.l.cũ
hic ſtatus.loqui ſolum de donatione illa facta inter virum &
vxorem,quæ quidem donatio eo iure nondum fuerat æqui-
parata donationi inter patrem & filium:cum illa æquipara-
tio facta deinde fuerit ab Imp. in dict.leg.donationes,quas
parentes.

Hunc



Hunc tamen caſum intelligunt Doctores noſtri proce-
68 dere,quando†duo concurrunt,nempè traditio rei donatæ,
& perſeuerantia voluntatis donatoris vſque ad mortem. De
traditione ſic ſcribunt gloſſ. in l.ſecunda. C. ſi quis alteri,
vel ſibi, & alios refert Crottus in dicta l.frater à fratre nu-
me.octuageſimonono. Diſſentit Coraſius in libro quinto,
miſcella.iuris.cap.primo,numero quarto,quem rectius ſen-
ſiſſe exiſtimo.de perſeuerantia nemo dubitat.Ita ſanè mani-
feſtè probant.d.l.cum hic ſtatus.in princ. ff.de donat. inter
virum & vxor.& d.leg.donationes,quas parentes.C.eo Per-
69 ſeueraſſe autem † patrem donatorem in eadem voluntate
dicitur, quando vel expreſſe, vel tacitè non reuocauit : vt
quia nulla pænitentiæ cauſa ſuperuenit. d. l.cum hic ſtatus.
§.pœnitentiam.vbi æquiparat has donationes legatis, quæ
tacita voluntate reuocantur. gloſſ.leg. ij. C. de dote cauta
70 non num. Et in dubio non præſumitur hac † in donatione
mutata voluntas d.l.cum hic ſtatus.§.vbi ſemel,ſicuti etiam
in l.iij.§.ſi duobus.ff.de adim.leg.& in alia vltima voluntate
probat.l.qui teſtamẽtum.ff.de proba.& dicemus infra ſub-
ſequedti libro in præſump.lxxxiiij.Porrò ſigna mutatæ vo-
luntatis hoc in caſu hæc ſunt.

71 Primum,ſi†donator rem donatam pignori dedit.d.l.cum
hic ſtatus. §.ſi maritus. Idem eſt in legato ſecundum diſtin-
ctionem Barto. in l. rem legatam.in fine.ff.de adimen.leg.
& Iaſon.in leg.iij.nume. 3. C. de legat. & diximus ſupra in
præſump. . . dicemus etiam infra in ſubſequenti lib.in præ-
ſump. . . .

72 Secundum eſt ſignum,†quando ſuperuenit graue odium.
dict.leg.cum hic ſtatus. §. quod ſi diuortium, à ſenſu con-
trario.Idem in legato.leg.tertia.§. vltim. & l. ſi inimicitiæ.
ff.de adim.lega.& confert.l.& ideo. ff.de donation.inter vi-
rum & vxor. & vberius explicabimus infrà ſequenti libro
in præſumption. . . .vbi diſſeremus, quando teſtator præ-
ſumatur reuocaſſe legatum ob inimicitiam ſuperuenien-
tem.

73 Tertium eſt ſignum†quãdo donator rem ipſam donatã al-
teri donauit.d.l.cum hic ſtatus.§.qui quaſdã. Idem eſt in re
legata.l.rem legatam.ff.de adim. leg. & dicemus infra ſub-
ſequenti libro in præſumpt. . . . Et aliud ad rem ſcripſi ſu-
pra in præſumpt. . . .vbi egimus de donatione inter virum
& vxo.

Tertius caſus,in quo valet donatio facta à patre filio, eſt
72 quando pater†donat filiæ cauſa dotis,vt nubat, & ſic fauo-
re dotis.Ita tradunt gloſſ.in l.ij.C.de inoff.donat.Bart. in l.
frater à fratre.in fin.ff.de cõd.indeb.& ibidem Crottus. nu-
mero 86.Iaſon in prima lect.col.antep.ver.quatta fallentia,
& Coraſius num.60.& idem Iaſon in l.ſi extraneus.numero
16.ff.de cond.cauſa data.& Baldus Nouellus in tract.de do-
te,parte ſeptima.priuilegio.lxxx. Quam quidem ſententiã
ſatis manifeſtè probant.l. Pomponius Philadelphus.l.vxo-
rem.§.teſtamento.de leg.iij.l.dotem dedit.ff.de coll.bono.
75 Et accedit ratio,quod pater†dicitur hoc caſu potius ſoluiſ-
ſe debitum quàm donaſſe : cum dotare teneatur filiam. leg.
qui liberos.ff.de ritu nup.

Extenditur primò hic caſus,vt locum habeat etiã, quan-
76 do pater†donauit filio propter nuptias.Ita gl.in d.l.ij.C.de
inoff.donat.& Coraſius in d.l.frater à fratre.num.60.Eſt ra-
tio,quia donatio propter nuptias exæquata eſt doti.§. eſt &
aliud.inſtit.de donat.

Extenditur ſecundò, vt procedat hic caſus etiam quando
77 pater † filiæ iam nuptæ & dotatæ conſtante ipſo matrimo-
nio,donauit alia bona.Ita poſt alios Crottus in d. l. frater à
fratre.nu.86.Ea ratione,quia pæſumitur donaſſe in augmẽ-
tum dotis,vt actus potius valeat quàm pareat.l. quoties. ff.
78 de reb.dub.Et augmentum dotis †procedit à pari cum ipſa
dote. l. inter ſocerum. §. cum inter. ff. de pactis dota. & l.
etiam.C.de iure dotium.

79 Extendo tertiò procedere † etiã ſi non ſequatur matrimo-
niũ.Ita Alex.in l.ſi cum dotem.in quinto nota.ff. ſol. matr.
Iaſ.in l.ſi extraneus.num.16.ff.de cond. cauſa data,& in d.l.
frater à fratre. in prima lectura.col. antepen. ver. capio ter-
tiam fallentiam,& ibidem Coraſius num. 61. Et ij quidem
moti ſunt eo tex.d.l.ſi extraneus.in fine,qui tamen nõ vide-
tur affirmare,quod is pater donauerit.Affertur & tex. l.ij. §.
vlt.ff.de priuil.cred.& idem habetur in l.ſi ſponſa dotem.ff.
de iur.dot.vbi priuilegiũ conceſſum doti,intelligitur etiam
non ſecuto matrimonio,ſed illud eo in caſu contingit, quia
alioqui mulier illa maneret indotata, nec alteri poſſet nu-
bere, ſicuti ſubiungit Paulus in ſubſequenti lege. Id quod
non contingit in caſu noſtro, in quo etſi non valet hæc do-
natio : non tamen manebit indotata filia, quam pater do-
tare omnino tenetur. leg. qui liberos. ff. de ritu nupt. Et
aduerſus hanc extenſionem repugnare mihi videntur.l.pro-
mittendo.ff.de iure dotium. l. qui ſe debere, & melius. l. ſi
donaturus.ff.de cond.cauſa data,& quod poſt alios ſcripſit
Tiraq.de retractu conſang.§.ij.gl.j.nu.54.

Declaratur,ſecundũ Caſtren.in conſi.ccclvj.Circa bo-
na.col.ij.verſi. primò,quia.lib. j. vt habeat locum prædicta
80 †donatio,quando pater dedit genero cauſa dotis filiæ;vt il-
la ſoluto matrimonio actionem habeat.Et ſpecialitas dotis
eſt,hoc in caſu(inquit Caſtrenſis)quia in aliis actio ipſi pa-
81 tri acquiritur. Non autem † locum habet hæc donatio,
quando pater donauit ipſi filia antequam nubat vt ipſa det
in dotem ſibi donata. Non enim tunc acquiritur filiæ. Et
hanc declarationem dixit Caſtrenſis probari in dict.l.Pom-
pon.Philadelphus.ff. famil. erciſ. ibi, & reditus eorum ge-
nero ſolui.ſi gener ibi extitit, ergo erat contractum matri-
monium,proprie loquendo.

82 Præterea accedit ratio, quia bona donata † non poſſunt
dici dotalia & dotis cauſa data,niſi ſecutum ſit matrimoniũ.
l.Titio centum.§.Titio genero.ff.de cond.& demon.ibi,an-
te nuptias.Niſi dicamus,dici dotalia,ob deſtinationẽ. Dos
83 †enim dicitur,& dotis habet priuilegia etiam ante ſecutum
matrimonium;vt ſcribunt Doctores in rubr.ff.ſoluto matr.
Verior itaque videtur ratio eiuſdem Caſtrenſis,quod ſi per-
miſſa eſſet donatio hæc ante matrimonium,facilè fraus fieri
poſſet legi,fingẽdo cãm dotis, vel donationis ante nuptias
arg.tex.l.cũ ij.§.ſi cũ lis.ff.de tranſactio.Et hac ratione addu-
ctus;ſic etiam reſpondit Socin.Iun.in conſi.xliiij.nu.5. lib.
j.immemor illius reſponſi Pauli Caſtrenſis. Reſpondit ſanè
Socinus;quod ſi pater aliquid donauit filiæ effectæ viduæ,
nondum ſecundò nuptæ, non valet donatio:cum facilè fieri
poſſet fraus legi:& quia dici non poteſt dos:cum non adſit
matrimonium. Crediderim hic multum verſari prudentis
84 iudicis arbitrium; qui † conſiderabit,an veriſimile ſit,quod
pater conauerit filię cauſa dotis,vt contrahere poſſet matri-
monium.

Quartus caſus, in quo pater poteſt donare filio eſt, quan-
85 do†donat cauſa ſtudiorum,quibus filius carere non poteſt,
vt ſtudiis Grammaticæ,iuxta.l. de bonis. §. non ſolum. vbi
Bar.ff.de carb. edicto. & l. qui filium. ff. vbi pupil. educari
debeat.Hoc ſanè caſu valet donatio. Ita ſcripſit Crottus in
d.l.frater.à fratre.num.87.ff.de condict.indeb. Idem quan-
86 do pater † iam deſtinauit filium aliis ſtudiis grauioribus.
Nam tunc tenetur pater præſtare ei impenſas, & neceſſaria.
Ita gloſſ. in l.ſed Iulianus. §. quod dicitur. ff. ad Macedo.
& in l.Macedoniani.in fi.C.eo.Bald.in l.omnimodo.§. im-
putari.C.de inoffi.teſt.Et in ſpecie affirmant Crottus in d.l.
frater à fratre.nu.87.Ripa in l.in quartam.num.173.ff. ad l.
Falcidiam.Ferdinandus Loazes in l.filiusfam,§.Diui. num.
85.de lega.j.Soci.in Tract.fallen.reg.ciij.fallen.iij. Rebuf-
fus in tractat. de priuilegiis Scolarium in priuilegio. lx. nu-
mero ſecundo.Petrus Duenas in reg.lxxxvij.nume. 1. & in
regul.ccxxiij.in fi.qui alios plures eiuſdem opinionis recẽ-
ſet.Et ſi Iaſon in d.l.frater à fratre colum.antepen.ver.quar-
ta fallentia,ſecutus Imolam,& Alexãdrum diſſentiat. Quo-
rum quidem opinio intelligi poteſt, quando pater adhuc
non deſtinauit filium ſtudiis.ſubiungit tamen Iaſon ex ſen-
tentia Bar.in l.iubemus.C.de ſilentio.lib.xij.patrem donare
poſſe filio pro impenſis Doctoratus:cum illud efficiatur pe-
culium quaſi Caſtrenſe.

87 Quintus caſus,in quo pater†donare poteſt,& præſumitur
filio,eſt, quando patitur filium ipſum habere vſumfructum
bonorum aduentitiorum.Qua de re ſcribunt Bar.in l.frater
à fratre.in fi.ff.de condict.indeb.Bal.in l.ij.C. de inoff. do-
nat.& in auth.ex teſtamẽto.nu.9.C.de collatio. Baldus No-
uellus in tract.de dote parte ſexta,priuileg.xxxvj.num.2.&
alij quamplures quos commemoraui in conſ. cclxxxij. nu-
mero 32. libr.iij. Crediderim nunc eſſe diſtinguendos ali-
quot caſus,vt clarius,& dilucidius hæc traditio explicetur.

Primus

88 Primus eſt, quando † pater nondum acquiſiuit vſumfru-
ctum; ſicuti quando ab initio noluit conſentire filio adire
hæreditatem, vel acceptare legatum, iuxt. l. vlt. §. ſancimus.
& §. ſimilique modo. C. de bonis quæ liberis. Hoc ſane caſu
pater potuit donare ſeu remmittere: quia non remiſit quod
ſuum eſſet: ſed dicitur non acquiſiuiſſe: atque ita dici nõ po-
tuit ille vſusfructus profectitius. iux. l. profectitia. §. ſi pater.
ff. de iure dot.
89 Secundus eſt caſus, † quando pater tacitè iam acquiſiuit
ius vſusfructus, hoc eſt, quando expreſsè non dixit, ſe con-
ſentire filio adire hæreditatem, ſed paſſus eſt filium aliquot
annos percipere, & habere vſumfructum ipſum. Hoc caſu
non præſumitur patrem donaſſe ipſum vſumfructum filio.
Ita reſpondit Ancha. in conſ. clxxvj. num. 2. Ea eſt huius ſen-
tentiæ ratio, quia hic tacitus patris conſenſus ſolum infert,
quod voluit ſibi acquirere vſumfructum, non autem repu-
diare. l. ſi filius. C. de petit. hæred. Et præterea accedit, quod
90 taciturnitas † non infert conſenſum, quando agitur de præ-
iudicio, & amiſſione iuris ſui. l. filiusfam. §. inuitus. ff. de pro-
cur. & l. qui vas. §. veterare. ff. de furtis, & ſcribunt omnes in
l. quæ dotis. ff. ſol. matr.
91 Tertius eſt caſus, † quando pater iam expreſſe conſenſit
filio adire hæreditatem. vel ipſe pater aliquot annos perce-
pit fructus, deinde paſſus eſt aliquod tempus filium percipe-
re alios fructus, & dubitatur, an præſumatur patrem donaſſe
filio fructus ab ipſomet filio perceptos. Et dicendum eſt,
præſumi donaſſe. Ita probat text. l. cum oportet §. ſinau-
tem res. C. de bonis, quæ liberis. de quo dicemus infrà. Et
hoc caſu ceſſant rationes Ancharani, quas ſuperiore caſu
retuli. Non enim hic præſumitur patrem paſſum eſſe filium
percipere fructus, vt conſentiret filio adire hæreditatem, vel
acceptare legatum, cum præſupponatur, iam ei expreſſe
conſenſiſſe.
92 Quartus eſt caſus, quando † pater permiſit filium habere
aliquot annos fructus, deinde non amplius vult pati, quod
habeat alios fructus futuros, an prohibere id poſſit pater? Et
reſpondit Anch. in dicto conſi. clxxvj. nu. 3. patrem prohi-
re id poſſe. Idem ſcripſerunt Caſtren. in d. §. ſinautem res. &
Boerius in q. clxcvj. nume. 3. Ea vſus eſt ratione Ancha. quia
pater non dicitur donaſſe futuros, ſed præteritos tantum. d.
l. cum oportet. §. ſin autem res. Et preter Ancharanum acce-
dit, quod conſenſus iſte patris dicitur tacitus, qui reſtringi-
tur ad actum factum, nec vltra extenditur. Decius in l. non
vult hæres eſſe. numero 10. ff. de regul. iuris. Atqui à fru-
93 ctus futuri ſunt † quid diuerſum à præteritis, arg. l. j. §. inter-
dum. ff. de vſufructu accreſ. Ergo cõſenſus iſte præſtitus re-
ſpectu fructuum præteritorum, non infert donationem fu-
turorum. Non enim pater patiendo filium percipere fructus
illos, dicitur renuntiare iuri vſusfructus, ſed ſolùm illis ſolis
fructibus perceptis.
94 Quintus eſt caſus, quando † ambigitur, an fructus illos
præteritos, quos paſſus eſt pater filium percipere, præſuma-
tur pater eos donaſſe filio donatione inter viuos, vel poſt
mortem, an ſcilicet valeat dũ pater viuit, vel morte eius tan-
tùm confirmetur? Recepta eſt opinio, præſumi donaſſe in-
ter viuos, eamque donationem valere. Ita Bart. in l. frater à
fratre. in fi. ff. de condict. indeb. Bal. in l. ij. C. de inoffi. donat.
& in l. cum oportet. §. ſinautem res. C. de bonis, quæ liberis,
Crottus in d. l. frater à fratre. nu. 80. & ibidem Iaſon in pri-
ma lectura. col. antepen. verſic. quintò fallit. & ibidem Ca-
gnol. num. 333. & Aſcanius Clemens in tract. de patria po-
teſtate. effectu ſecundo. numer. 32. & alios plures comme-
moraui ac ſecutus ſum, in conſilio cclxxxij. nu. 32. lib. iij. Et
primò adducitur tex. d. §. ſinautem res.
Verùm reſpondet Crottus, probare contrarium quia ibi
poſt mortem patris alij fratres cohæredes, nõ poſſunt repe-
tere fructus illos, id quod cõtingit, quia morte ipſius patris
confirmata eſt donatio. Et conſtitutionem hanc diligentius
infrà perpẽdemus. Secundò ea ratione, & argumento, quod
vrgens, & pulchrum eſſe opinatus eſt Crottus: acquiſitio
95 vſusfructus † habet cauſam ſucceſſiuam, quia vſusfructus
quotidie naſcitur, & quotidie intermoritur, & extinguitur. l.
j. §. interdum. ff. de vſufructu accreſ. ſi ergo pater à principio
vel ex poſt, remittit vſumfructum, non dicitur diminuere
patrimonium ſuum, ſed dicitur non lucrari, ideſt non acqui-
96 rere. Atqui quando pater † repudiat quod ei erat acquiren-
dum, vt filio acquiratur, illud non eſt profectitium, nec
de bonis patris: ſed aduentitium, l. profectitia. §. ſi pater re-
pudiauit. ff. de iure dotium. Ergo cum ſit aduentitium, po-
teſt conſiſtere donatio inter patrem, & filium.
Cæterùm crediderim, non vrgens, ſed leue eſſe Crotti ar-
gumentum: immo repugnare. d. §. ſinautem. dum ibi dicitur,
patrem non retinere vſumfructum: ergo præſupponit iã ac-
quiſiuiſſe ipſum vſumfructum. Ruſus dicit, patrem donare.
Ergo ſuum erat ius vſumfructus. ¶ Contrariam itaque opi-
nionem probarunt Azo in ſumma. C. de inofficioſis donat.
glo. in l. ij. C. famil. erciſ. Cynus in d. l. cum oportet. §. ſinau-
tem res. C. de bonis, quæ liberis. & ibidem Bart. ſibi parum
conſtans, Anch. in conſi. cvj. nume. 5. & in conſi. clxxvj. nu-
mero 3. Boer. in q. cxcvj. num. 1. Et in puncto iuris hæc opi-
nio verior mihi videtur. Nam regula ſtat, quod pater nõ po-
teſt donare filio inter viuos, vt diximus ſuprà. Nec reperitur
exceptus caſus iſte remiſſionis fructuum, ea propter à regu-
la in dubio non eſt recedendum vt poſt alios docuit Decius
in l. j. numero 7. ff. de reg. iuris. Et præterea tex. d. §. ſinautem
res. probat, donationem hanc valere poſt mortem patris.
Ita ſanè probant verba illa nullam poſt obitum eius licen-
tiam, &c. & paulo poſt, ibi. Ita cauſa intelligatur, vt eundem
vſumfructum poſt obitum patris ipſe lucretur.
97 Sextus caſus, in quo † pater poteſt donare filio, eſt, quan-
do pater eſt princeps. Nam eius donatio filio facta valet. Ita
Oldra. in conſi. ccxxxj, Aret. in l. placet. ff. de acq. hæred. Ro-
man. in conſi. cccclvj. Iaſon in d. l. frater à fratre. col. antepe.
in ſexta fallentia. ff. de cond. indeb. Decius in auth. ex teſta-
mento. nu. 7. C. de collat. & alios refert Duenas in reg. cc-
xxiij. in prima fallentia. Verùm Baldus in cap. j. §. item ſacra-
98 menta. nu. 19. de pace tenenda, hæc verùm eſſe intelligit, † qñ
princeps expreſſit, quod donationem facit ex ſuprema, & re-
gia poteſtate: alioqui donatio eſt inualida. Nec præſumitur,
99 quod Princeps † & Rex vti voluerit regia poteſtate. Et Bal.
ſecuti ſunt multi, quos retuli in conſilio ccl. nume. 11. lib.
iij. ſed ibidem numero lxvj. commemoraui Alexandrum,
& Alciatum diſſentientes, affirmanteſque verius eſſe, in du-
bio præſumi principem ſic donantem, vti voluiſſe regia
poteſtate: quia ſi donaret vt pater, non valeret donatio. Et
100 huius ſententiæ ea eſt ratio, quia princeps † non ligatur le-
ge poſitiua. l. princeps. ff. de legib. & ſcripſi plura in d. conſi.
101 ccl. nume. 21. Et propterea videmus, legem † prohibẽtem
virum donare vxori, non ligare principem. l. pen. C. de do-
nat. inter virum, & vxo. ſic & lex, quæ vult vſumfructum ad-
uentitiorum acquiri patri, locum non habet, quando prin-
ceps donat filiofam. l. cum multa. C. de bonis, quæ liberis.
Hic tamen caſus, collocandus eſſet potius inter geſta princi-
pum, quam patrum erga filios.
102 Septimus caſus, in quo pater poteſt donare filio, eſt † qñ
donat ipſi filio pro eius legitima. Ita Angelus in l. ſi non
mortis. ff. de inoffic. teſtam. quem ſecuti ſunt multi conge-
ſti à Iaſone in dicta l. frater à fratre. in prima lect. col. pen.
verſic. ſeptimò limita. ff. de condition. indeb. & à Duena in
dict. regul. ccxxiij. in fallen. quinta. Et ij quidem adducti
ſunt eo reſponſo. dicta l. ſi nõ mortis. à quo Iuſtinia. de ſum-
pſit, l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inoffi. teſtãm. Et quã-
quam Aretin. in l. placet. ff. de acq. hæred. & in conſilio xvij.
numero quarto. ſcripſerit; loqui de filio emancipato, cui pa-
103 ter donauit, attamen eſt diuinatio, cum præſertim filius
104 † præſumatur eſſe in poteſtate. l. ſi filius. ff. de probatio.
Nec repugnat. l. filium, quem habentem, C. fam. erciſc. quã
perpendebat Aretinus: quia varij ſunt illius reſponſi ſenſus,
& magis receptus videtur, quod ibi non fuerit facta dona-
tio, ſed conceſſio in peculium. Nil etiam vrget conſidera-
tio Roderici Soarez in l. quoniam in prioribus. in euiden-
tialibus. nume. 4. C. de inoffic. teſta. cùm dixit, in caſus. d. l.
ſi non mortis. & d. §. & ſi generaliter. non diſputari an valeat
illa donatio, vel non, atque ita ibi non determinari, quod
valeat, vel non valeat, Nil ſanè vrget hæc conſideratio, cum
iuriſconſul. in d. l. ſi non mortis, & Iuſtinia. in dicto §. & ge-
neraliter. præſupponãt pro conſtanti, validam eſſe donatio-
nem. Et ſi eſſet inualida, dubio procul ipſe filius deberet eã
imputare in legitimam, quia verè eſſent bona patris, annul-
lata ipſa donatione. Rectius dici poſſe exiſtimo donatio-
nem il



nem illam valere ob id, quod morte patris fuit confirma-
ta, iuxtà ea, quæ diximus ſupra ex. l. donationes quas paren-
tes. C. de donat. inter virum & vxor. In illis enim reſponſis.
d. l. ſi non mortis & §. & generaliter agebatur de excluden-
da inofficioſi querela, ac de imputanda ipſam donationem
in legitimam. Qui quidem actus poſt patris mortem ſolùm
pertractantur. Afferri ſolet ſecundò argumentum ex eo du-
ctum, quod pater tenetur poſt mortem relinquere legiti-
104 mam filio, qui ob id dicitur † ipſius legitimæ creditor. l.
& quia. ff. pro ſocio. l. ſi quis legatum. in fin. ff. de falſis & l.
vltim. §. ſinautem. C. de curat. furio. & tradit Bar. in l. vlti. ff.
de lib. agno. & probat. l. vnica. C. de imponenda lucratiua
deſcrip. lib. x. Quando ergo pater donat filio pro legitima,
dicitur potius ſoluere debitum ante tempus, quàm donare,
& propterea valet, ſicuti valet in caſu. l. ſed ſi vir. §. quod vir.
ff. de donat. inter virum, & vxo. quod reſponſum ad rem
maximè facere videtur, ducto argumento à donatione in-
ter virum, & vxorem, ad donationem inter patrem, & fi-
lium, iuxtà d. l. donationes, quas parentes. C. de donatio.
inter virum & vxo. Verùm nec argumentatio hæc ſatis ſo-
105 lida eſt. ſi quidem cum pater tenetur præſtare † legitimam
filio, ſolùm poſt mortem, vt diximus, & manifeſtè probant.
l. cum quo. §. vlti. ff. ad l. Falcid. & l. quoniam nouella. C. de
inoffi. teſtam. & tradit Baldus in l. etſi mortis. C. ad l. Falcid.
ob id incertum eſt, quanta eſſe debeat ipſa legitima, & fieri
poſſet, quod vel nulla, vel tenuis eſſet, ob infortunia, quæ
hominibus euenire ſolent. Non ergo poteſt pater ſoluere,
quod incertum eſt. Id quod non contingit in caſu. d. l. ſed
ſi vir. §. quod vir, vbi erat certa quantitas, in diem debita.
Tertiò itaque, & melius vrgere videtur, quod ſicuti do-
tis cauſa donatum à patre valet, vt diximus ſupra ex. l. Pom-
ponius Philadelphus. ff. fam. erciſ. Ita & donatum cauſa le-
106 gitimæ, cum dos † & legitima, ſit quodammodo vnum &
idem. Nam dos legitimæ loco eſt. Bartol. l. Titio centum. §.
Titio genero. num. 6. ff. de condition. & demõſtrat. & ſcripſi
in libro ſecundo de arbitrariis iudicum. caſu cxlix. nume. 9.
Cæterùm nec conſideratio hæc defendi poteſt, cum magna
107 ſit in caſu noſtro differentia, † inter dotem & legitimam.
Nam dos etiam viuente patre filiæ præſtanda eſt. l. qui libe-
ros. ff. de ritu nupt. Legitimam verò ( vt diximus ſupra) poſt
mortem patris tantùm. Cum ergo pater donat cauſa dotis,
dicitur ſoluere quod de præſenti quodammodo ſoluere te-
netur, cum verò donat pro legitima, dicitur præſtare quod
incertum eſt, poſt mortem ſuam.
Quartò ſolet adduci traditio Baldi in l. illud, quæſt. iij.
C. de ſacroſanct. eccleſ. & apertius. l. cum oportet. §. non
autem. C. de bonis, quæ lib. cùm dixit, patrem poſſe ante
108 mortem ſuam aſſignare † filio portionem ſibi contingen-
tem, & validam eſſe aſſignationem. Verùm nil ad rem perti-
net: cũ non ſit illa donatio: ſed aſſignatio reuocabilis; quem-
admodum in ſpecie ſcripſit idem Bald. in l. iij. colu. j. C. pro
donato, & in l. quamuis. C. de fideicõ. quem ſecuti ſunt poſt
alios Ruinus in cõſi. xcv. in fine. lib. v. Decius in cõſ. lxxxvj.
nu. 8. & Pariſius in conſi. xxxiiij. nu. 42. lib. ij.
109 Contrariam itaque † opinionem aduerſus Angelum, &
ſequaces probarunt Franc. Aretinus in l. placet. ff. de acqui-
rend. hæredita. & in conſi. xvij. nu. 4. Decius in conſ. lxxxvj.
nu. 8. & Pariſius in conſ. xvj. nu. 35. & 37. lib. ij. quos ſequor.
Et ſi ſciam eorum argumentationes nil vrgere.
Primò Aretinus vſus eſt eo argumẽto, quod pater viuens
tenetur præſtare alimenta filio. l. ſi quis ex liberis. in princ.
110 ff. de liberis agno. Et tamen pater non poteſt † filio do-
nare cauſa alimentorum, Ita Bald. in l. ij. num. 5. in fine. C. de
inoffi. donat. & alios refert, & probat Antonius Corduba in
d. l. ſi quis ex liberis. in princ. num. 12. Ergo idem dicendum
eſt in caſu noſtro. Non eſt ſolida hæc argumentatio: cũ pro-
babilis ſit, non autem neceſſaria Baldi auctoritas. Et præ-
tereà, ratio eſſe poteſt, quod pro alimentis non poſſit do-
111 nari, quia † dietim alimenta debentur, & fieri poſſet quod
donatione ſtatim facta, is filius decederet; atque ita dona-
tum ſeu datum fuiſſet non debitum.
Secũdò adduxit Iaſon tex. l. cum de bonis. C. de donatio.
vbi ſi pater donat filio portionem bonorum ſuorum, non
valet donatio.
Verùm reſpondetur, patrem ibi non donaſſe filio pro le-
gitima ipſius filij, ſed ſimpliciter tantùm, & ideò nimirum,
ſi donatio fuit inutilis, & nulla. Et ſi dicatur, ſaltem valere
debuit quò ad portionem legitimæ, reſpondetur eam non
fuiſſe donatoris mentem. Et rurſus habuit Imperator ille
pro indubitato, donationem illam non conſiſtere, cùm di-
xit, non eſſe incerti iuris, eam donationem non valere. Non
enim ita certi iuris eſſet, ſi pro ſola legitima donatũ fuiſſet.
Tertiò citauit Iaſon. l. ſi filia. §. ſi pater. ff. famil. erciſc. &
l. pen. §. ſi pater. ff. pro ſuo. Verùm nil ad rem pertinent, cum
non de donatione, ſed de ſimplici diuiſione loquantur. Et
illa valet tamquam diſpoſitum in teſtamento. l. vlt. C. famil.
erciſ. Retinenda tamen eſt poſtrema hæc Aretini, & ſequa-
cium opinio, quæ fulcitur iuris regula, quod pater donare
non poſſit filio, vt ſupra diximus. Nec ab hac regula exce-
ptus legitur hic caſus, quando pater donat pro legitima, eſt
ergo regulæ ſtandum, vt diximus ſupra ex ſententia Decij
poſt alios in l. j. nu. 7. ff. de reg. iuris.
112 Octauus caſus, in quo pater poteſt donare filio eſt † ſe-
cundum aliquos, quando ipſe pater conſentit vni filiorum
donandi fratri ſuo bona vel profectitia, vel alia bona ipſius
patris. Ita Oldradus in conſi. xxvj. nume. 1. & Ioan. Andreæ
in additio. ad Specul. in titul. de inſtrument. edition. §. por-
113 rò. numero 3. Verùm diſſentiunt reliqui, † quos recenſent
Iaſon in d. l. frater à fratre. Prima lectura. colu. vlt. in octaua
fallentia. ff. de cond. indeb. & Duenas in d. reg. ccxxiij. in ſe-
cunda fallentia. Quib. aſſentior. Non enim illa ratio conſi-
derata ab Oldrado quidquam vrget, cùm dixit, conſenſum
patris quo ad hũc actum, idem operari quod operatur eman-
cipatio quo ad omnes alios actus. iuxta. l. ſi permittente. ad
Macedon. & l. tam is. ff. de dona. cauſa mortis. Non enim
vrget hæc conſideratio, cum conſenſus iſte patris non ope-
retur idem quod emancipatio. Nam hoc iure non probatur.
Et ſi ita eſſet, multo fortius operatur, quando ipſemet pa-
ter donaret, quia videretur emancipare. Id quod verum
non eſt. Et qui non poteſt per ſe, nec etiam poteſt per alium.
Et præterea eſt aduertendum Oldradum loqui in donatione
cauſa mortis, ſicuti aduertunt Alex. in conſi. cv. nu. 3. libr. j.
& Dec. in conſi. ccxlv. nu. 4.
114 Nonus eſt caſus, in quo † valet donatio facta à patre fi-
lio, quãdo ſcilicet pater donationem ipſam iuramento con-
firmauit. Ita tradunt infiniti propè, quos longa ſerie con-
geſſit Iulius Clarus. §. donatio. quæſt. viij. ad finẽ. Exiſtimo
verius eſſe, patrem ob iuſiurandum teneri obſeruare dona-
tionem; non tamen donatio ipſa eſt valida, ſicuti ex ſenten-
tia Cornei, & aliorum ſcripſit Coraſius in d. l. frater à fratre,
in fine. ff. de cond. indeb. qui effectus, & differentiam recen-
ſet, quod contractus reddatur iuramento validus, vel quod
obſeruari debeat, Id quod declarat & Iaſon in authen. Sa-
cramenta puberum. numero 38. C. ſi aduerſus vend. Et hæc
quidem ſententia multò magis locum habet, quando pater
donans expreſsè promiſit, ſe non recepturum dicta bona
donata iure patriæ poteſtatis, ſed ea libera relicturum filio.
Ita Alciatus in cap. cum contingat. num. 108. verſi. iiij. infer-
tur. de iureiura.

## PRAESVMP. XXX.

Pater dando, tradendo, vel concedendo rem ali-
quam filio, quando ei donare, vel vt peculii loco ha-
beat, concedere præſumatur.

### *SVMMARIVM.*

*1 Donare pater filio emancipato expreſsè poteſt, nec in legitimam impu-
tatur.*
*Idem eſt filio exiſtente in poteſtate. nu. 2.*
*3 Donatio facta filio in poteſtate, quomodo differat ab ea, quæ filio fit
emancipato.*
*4 Donatio patris facta his verbis: Dono filio meo pro centum, non dona-
tio ſed ab effectu venditio iudicatur.*
*Idem eſt ſi repugnet ſubiecta materia. nu. 5.*
*6 Donatio dicitur qualificata, ſi fiat à patre filio vt in peculio habeat.*
*7 Donatio non præſumitur in patre emente rem nomine filij, ſi eam non
tradat.*
*Aliud eſt, ſi rem emptam tradiderit. nu. 8.*

9 Res meo nomine empta, ante traditionem mihi non acquiritur.
10 Emens nomine filij pater, non præſumitur de pretij reſtitutione cogitaſſe.
Quod procedit etiam, quando pater filio pecuniam traderet, vt emeret nomine ſuo.nu.11.
12 Donaſſe filio pater non præſumitur, rem ipſius nomine emendo, ſi inter filios magna inſurgeret inæqualitas.
Item ſi extent coniecturæ patrem donare noluiſſe.nu.13.
Quæ autem ſint coniecturæ illæ.nu.14.& 15.
16 Donare filio præſumitur pater ipſius nomine emendo, dum cauſa ſubeſt fauorabilis.
Idem ſi pecuniam filio vt emeret, tradiderit.nu.17.
18 Emens pater nomine filij, donare non præſumitur, ſi penes ipſum bona aduentitia, caſtrenſia vel quaſi, extarent. Aut adſint aliquæ coniecturæ, quæ patrem donare noluiſſe demonſtrent.num.20.
19 Mater bonorum filij adminiſtratrix, ex bonis filij non propriis vt ipſum aleret, præſumitur impendiſſe.
21 Libros pater emendo, & ſimpliciter tradendo filio, non donaſſe ſed in peculium præſumitur conceſſiſſe.
Idem ſi nomine filij eos emiſſet, ſed non tradidiſſet.nu.22.
23 Libros pater filio ſtudijs deſtinato emere, & tradere tenetur, quæ tamen traditio donationem non infert.
24 Dotare filiam tenetur pater, non tamen dotando dotem cenſetur donare.
25 Libros conferre, & communicare cum fratribus quibus caſib. filius non teneatur.
26 Donare pater nõ præſumitur, rem à ſe iam poſſeſſam aut nuper emptã, filio in poteſtate exiſtenti ſimpliciter tradendo.
27 Caſtrum cuſtodiæ cauſa in dubio præſumitur conceſſum.
28 Teſtamenti pars vna declarat aliam.
29 Donatio inter patrem, & filium regulariter non præſumitur.
Idque præſertim ſi vtatur verbis donationem non denotantib. nume.31.
Aut in traditione vſus ſit verbis, quib. per modum prouiſionis ſe tradere dicat.nu.32. Aut rem ſe dicat filio aſſignare.nu.33.
30 Emancipatus filius comparatur extraneo.
34 Donare etiam filio vnico, pater rem tradendo non præſumitur.
35 Actus alicuius duabus rationib. impeditiuis extantibus, vna ceſſante, impedimentum non tollitur.
35 Traditio patris facta filio etiam emancipato, non præſumitur donandi animo facta.
37 Donationis actus in filio emancipato, patri donanti plus quam in poteſtate exiſtenti, præiudicialis eſt.
38 Emancipatio diſſoluit vinculum patriæ poteſtatis, & iure ciuili inſpecto facit filium eſſe loco extranei.
39 Donare patrem voluiſſe, quæ verba ſignificent.
40 Dare, verbum, ſignificat dominij tranſlationem.
41 Concedo verbum, dominium transfert, & donationem ſignificat in dubio.
42 Tradens pater pleno iure, & cum omni commodo, præſumitur, donare.
Idem ſi dicat filium ea portione contentum eſſe debere 43.
Aut quod poſſit ad libitum diſponere.nu.44.
Aut ad habendum, tenendum, & faciendum quidquid placuerit. numero 45.
Vel promiſiſſet ea in re legitimam defenſionem.nu.46.
Item ſi tradat cum clauſula omni meliori modo &c.nu.47.
Vel aliis verbis quæ ex proœmio actus colliguntur. num. 48.
Item ſi dicat ſe conſignationem facere in poſſeſſione, & proprietate. num.49.
Item ſi dixerit iure proprio.nu.50.
Vel, dimitto & relaxo.nu.51.
Et demum ſi ſibi vſumfructum reſeruarit.nu.52.
53 Tradita in re ſimpliciter ſi filium fructus percipere, & libere diſponere, pater permittat, donaſſe præſumitur.
Eſtque præſumptio iuris, & de iure.nu.56.
54 Actus ſequens, animum præcedentem demonſtrat.
55 Fructus ſui natura ſequuntur dominium.
57 Donatio facta à patre filio, non præiudicat creditoribus.

DVBITANT noſtri iuris interpretes, an & quando pater præſumatur donaſſe filio, cùm rem aliquam ei dat, vel tradit, vel concedit? Exiſtimo diſtinguendos eſſe aliquot caſus.
1 Primus eſt quando pater expreſſe dicit ſe donare † ipſi
filio ſuo, iam à ſe emancipato. Hoc caſu ſine controuerſia
donare dicitur. Ita Baldus in l.filiæ, cuius.nume.5.C.famil.
erciſ.Bartol.in l.ſi donatione. C. de collatio.& ibidem Decius.nu.38.ad finem, idem à fortiori affirmauit ſic & Ripa in l.in quartam.num.169.ff.ad l.Falcid. Et hæc quidem donatio ſtatim valet, & (inquit Ripa,) propterea non imputabitur ei in legitimã.l.ſi quando.§.& generaliter.C.de inoffi. teſtam. Hic autem caſus recipit declarationes, quas in ſubſequenti referam.
Secundus eſt caſus, quando pater filio ſua in poteſtate
2 † exiſtenti donauit expreſſe. Hoc etiam caſu ſine controuer-
ſia donare dicitur. ſic docuit Bar.in d.l.ſi donatione.num.4.
C.de collatio. & ibidem manifeſtè Decius.nume.37. Idem affirmarunt Baldus in l.filiæ cuius.nu.4.C.famil.erciſ.& ibidem Salicet.colu.iij.verſi.ij.igitur caſu.Ripa in d.l. in quartam.nu.170.Gratus in conſi.vij.nu.22.libr.ij. & Pariſius in conſi.xxxiij.nu.37.lib.iij.
Et idem eſt dicendum, quando pater vſus eſt alijs verbis ſignificantibus donationem ipſam, vt copioſè dicemus infrà in prima declaratione vltimi caſus.
Hæc autem donatio ſic facta filio exiſtenti in poteſtate,
3 in eo differt † ab illa facta filio emancipato, quod illa ſtatim
valet, hæc verò ab initio non valet, ſed morte patris confirmatur, vel niſi iuramentum ſit appoſitum; quod quidem reddit ipſam donationem ſtatim validam, vt in ſpecie ſcripſit Ripa in d.l.in quartam.nu.172.ff.ad l. Falc.& eo prius Salicetus in l.filiæ, cuius col.iiij.verſic.j.caſu quando. C.famil. erciſ. Vel niſi etiam pater donauit filio doctori, vel licentiato libros. Nam tunc ſtatim valet ipſa donatio, vt latè explicat Ripa in d.l.in quartam.num.170.& nu.171.
Declaratur hic caſus, vt locũ non habeat, quando effectus
rei repugnaret verbis, vt ſi pater dixiſſet, Dono filio meo
4 pro centum. Nam hæc non præſumitur † donatio, ſed ab
effectu iudicari debet venditio. Ita ſimili in caſu docuit Bal.in l.ij.nu.2.C.cõmo.& in rub.C.de iure emph.in ſi.Ab. in c.conſtitutus.col.pen.de religio.dom & in ſpecie Dec.in d.l.ſi donatione.nu.37.C.de collatio.Gratus in d.conſi.vij.
nu.18.lib.ij.Idem eſt, quando pater vſus eſt verbo, dono,
5 ſed tamen conſtat, ſubiectam † ipſam materiam repugnare.
Nam & tunc præſumitur facta conceſſio ad vſum. Ita Bart.in l.j.§.nec caſtrenſe.nu.4.verſ.circà ſecundum.ff.de colla.bono.Dec.in d.l.ſi donatione.num.37.
Declaratur ſecundo, quando pater dixit, ſe donare filio,
6 vt id habeat † in peculio. Hæc dicitur quidem donatio, ſed
qualificata. Ita Bart.in d.l.ſi donatione.num.4. C. de collatio.& ibid.Dec. nu. 37. & idem docuit Bal.in auth.ex teſtamento.nu.4.C.de colla.
7 Tertius eſt caſus, quando pater emit † fundum, aliámve
rem nomine filij emancipati, vel exiſtentis in poteſtate, Sed eam illi non tradidit. Hoc caſu non præſumitur donatio. ſic docuit Bart.in l.j.§.nec Caſtren.num.2.ff.de collat. bon. & in l.ſi filij in ſi.C.de donat.inter vir. & vxo. & in l. donationes.§.pater.ff.de donat.Bal.in l.filiæ, cuius.num.6.C.famil. erciſ.auth.ex teſtamento.nu.6.verſic.ſed quid ſi pater.C. de collatio.Salice.in d.l.filiæ.col.iij.verſi.primo caſu aut. Comens.in cõſ.lx.cuidam filio ſtudenti.col.j.Dec.in d.l. ſi donatione.nu.37.verſ.ſecundus caſus.& col.pen.nu.41.verſic. ex ſupra dictis. C. de collatio. Et hic quidem caſus locum habet (vt dixi) etiam in filio emancipato, ſicuti in ſpecie ſcripſit Salicetus præcitato in loco.
8 Quartus eſt caſus, quando † pater emit rem nomine fi-
lij emancipati, vel exiſtentis in poteſtate, & illam ei tradidit. Hoc ſanè caſu donaſſe præſumitur. Ita Bartol.in d.l.j.§. nec caſtrenſe.nu.2.ff.de colla.bon.& in l.ſi filij.in fine.C.de dona.inter virum, & vxo.& clarius Dec.in d.l.ſi donatione.nu. 37.verſ.ſecundus caſus.C.de collatio.qui manifeſte ſcripſit, duo hæc debere concurrere, quod res empta ſit nomine filij, & quod ei ſit tradita, Idem docuit Ripa in d. l. in quartam. num.173.verſic.ſecundo caſu.ſic etiam reſpondit Gratus in conſi.vij.nu.19.lib.ij.
Quam quidem aſſertionem exiſtimant probari primò. l. filiæ, cuius. C. famil.erciſ. quo tamen in textu de traditione nullum verbum.
Secundò afferri ſolet tex.l.ſi filij.C.de don.int.vir.& vxo. quo etiam in reſponſo nullum eſt verbum, quod emptione rerum facta marito vxoris nomine, traditæ fuerint res ipſæ à viro, ipſi mulieri, ſolùm enim ibi dicitur, venditorem tradidiſſe



didiſſe marito emptori.
Tertiò melius refert. l. ij. C. ſi quis alteri vel ſibi, cuius verba hæc ſunt. ſi emancipatis vobis, fundos, quos nomine veſtro, cũ in poteſtate ageretis, pater emerat, tradidit, vel in poſſeſſione eorum voluntate patris fuiſtis, dominium acquiſiſtis. Solet & quarto allegari tex.l.j.C.de Caſtr.peculio lib. xij.qui tamen mihi non probat. Ratio autem, cur requiratur
9 traditio ea eſt, ſecun. Dec. quia res † empta meo nomine,
mihi non acquiritur ante traditionem. l. res ex mandato. ff. de acq.rer.dom.& reſpondit Soc. Sen.in conſil.ccxxviij. In cauſa Gabrielis.in ſi.lib.ij.Et quamquam regulariter is, qui meo nomine emit rem, & illam mihi tradidit, poſſit à me repetere ipſius rei pretium, vt ſcribunt Bar.in l.ij.ff.pro ſocio. & Barba.in conſi.xxij.col.j.lib.j. Attamen diuerſum eſt (in-
10 quit Dec.) in patre † emente nomine filij, cui cum donare
præſumatur, non præſumitur cogitaſſe de pretij repetit.
Extenditur hic caſus, vt locum habeat etiã quando pater
11 † dedit pecuniã ipſi filio, vt ſuo nomine emeret. Ita reſpon-
derunt Comenſ.in cõſ.lx.& Corn.in cõſ.ccxxxv.lib.j. quos ſecutus eſt Dec.in l.ſi donat.nu.38.ver.idẽ videtur dicendũ, & hos ſecutus ſum in libr.ij.de arbitra.iudicum, caſu cxxxj.
Declaratur primò hic caſus, vt locum non habeat, quãdo
12 † inter filios reſultaret magna inæqualitas. Nã tunc donaſſe
non præſumitur. Ita Bart.in l.j.§.nec caſtrenſe.col.pen.verſ. fallit in trib.caſib.ff.de coll.bono.But.in cõſ.xxxviij.in iiij. dubio.Barb.in conſi.xxxvij.col.xix.verſi.nec obſtat.libr.ij. Dec.in d.l.ſi donatione.col.pen.verſi.& limitatur. Crau. in conſi.cxxv.nu.7.
Declaratur ſecundò, vt non procedat quando extant
13 † coniecturæ, quę ſignificare poſſunt, patrẽ donare noluiſſe.
Ita Bal.in l.j.col.pe.ff.ſolut.mat.& in l.filiæ.nu. 5.& in auth. ex teſtamento.nu.5.C.de collat.Ang.in d.l.filię.in fin.Butr. in d.conſilio xxxviij.in iiij.dubio, & manifeſtius Dec.in l.ſi donatione.col.pen.verſ.& limitatur. Idem docuit Ripa in l. in quartam.nu.175.ff.ad l.Falc. qui perpendit coniecturam
14 † illam, quando pater in libro rationum ſcriptum reliquit
filium debitorem, cauſa illius rei ſuo nomine emptæ eique traditæ. Et præter Ripam idem reſpondit Caſtr. in conſilio ccxlij. Videtur dicendum, quod dicti libri, lib.ij.quem ſecu-
15 tus eſt Crau.in cõſ.cxxv.nu.2.& 3. Eſt & † cõiectura, quãdo
filius habet peculiũ aliquod. Nã tunc præſumitur, quod pater ex peculio illo emerit nomine filij. Ita docuit Salicetus in l.filiæ licet.colu.iij.verſi.aut de hoc animo.C.famil.erciſ.
16 Quartus eſt caſus, quãdo pater dedit † rem filio: ſed tamen
ſubeſt cauſa fauorabilis, ſicuti cũ nomine filij emit, & dedit libros, Hoc caſu donaſſe præſumitur. Ita ſcribunt Bar.in l.j. §.nec Caſtrenſe.nu.8.ff.de collatio.bon.Sign.in conſil.lxij. nu.4.Bal.in l.omnimodo.§.imputari.col.vlt.C.de inof.teſt. Salic.in l.filiæ, cuius.colu.iiij.verſ.quæro.iij.C.famil. erciſ. Alex.in conſi.cij.nu.7.lib.iij.Iaſ.in conſi.clx.col.ij.verſi. ſicut quando lib.ij.Ripa in l.in quartã.nu.173.verſ.ij.caſu.ff. ad l.Falc.Dec.in l.ſi donat.nu.41.C.de collat.Alc.in Tract. de præſumptionib.reg.j.præſump.vij.nu.1.idem ſenſit Crauet.in conſ.cxxv.nu.4. verſi. ſed præmiſſis. Et ij quidem adducti ſunt tex.l.quæ pater.ff.fam.erciſ.cuius verba hæc ſunt. Quæ pater filio emancipato ſtudiorum cauſa peregrè agenti ſubminiſtrauit, ſi nõ credendi animo miſiſſe fuerit cõprobatus, ſed pietate debita ductus, in rationem portionis, quæ ex defuncti bonis ad eundẽ filiũ pertinuit, cõputari æquitas non patitur, Poteſt & hæc ſententia comprobari multis aliis argumentis, quib. vſus eſt Sig.in d.cõſ.lxij.col.ij.Et hic quidem caſus locum habet multò magis, quando pater emit libros nomine filij iã doctoris creati, vel viuo ipſo patre creato.Ita poſt alios tradit Dec.in d.l.ſi donat.nu.42.
17 Extenditur primo vt procedat etiã, quando pater † dedit
pecuniam ipſi filio, vt emeret libros. Nã adhuc donaſſe præſumitur. Ita Butr.in conſi.xxxviij.nu. 5. & Dec.in d.l. ſi donatione.nu.41.verſi.ſecus, qui.
Extenditur ſecundo hic caſus, vt locum habeat quando extaret ſtatutum, quod pater teneatur ſeruare æqualitatem inter filios. Ita Alc.in d.præſump.vij.
Declaratur primò, vt locum nõ habeat hic caſus, quando
18 apud † patrem extarent bona aduentitia, vel Caſtrenſia, ſeu
quaſi ipſius filij. Nam tunc præſumitur patrem expendiſſe. de bonis illis. Ita docuit Bar.in d.l.j.§.nec Caſtrenſe.num.8.
ff. de colla. bon. qui ſubiungit, idem præſumi, ſi ipſe pater eſſet adminiſtrator. Et confert quod ſcripſi in commentariis de arbitrariis iudicum, lib.ij.caſu lxxxviij.nu.23. Cum mul-
19 torum auctoritate dixi, matrem † adminiſtratricem bono-
rum filij, præſumi impendiſſe ex bonis filij, non autem ex propriis, vt illum aleret.
Verum diſſentit ab hac declaratione Signo.in conſil.lxij. Quæſtio proponitur filij, iã à ſe emancipati, & cauſa ſtudiorum, impendit propriã pecuniã, non præſumitur, quod compenſare voluerit cum ea, à ſe filio debita. Et multis quidem argumentis motus eſt Signorol. Et præſertim ex dicta l.quæ pater, quam ipſe Signorol.nu.7.diligenter perpendit.
Declaratur ſecundò hic caſus, vt locum non habeat, quã-
20 do aliqua extat † coniectura, quæ ſignificat, patrem donare
noluiſſe. Ita in ſpecie declarant Dec.in d.l.ſi donatione.nu. 41.verſi.& limitatur.C. de collat.poſt Ang.in l.filiæ licet.in ſi.C.eo.de colla.& But.in d.cõſ.xxxviij.nu.5.ſic etiã Craue. in d.cõſ.cxxv.nu.4.& nu.5.& conferũt quæ ſcripſi in ſecũda declaratione ſuperioris caſus. Coniecturã exiſtimant probabilẽ prædicti Doct. quãdo pater in lib.rationum feciſſet debitorem ipſum filium, pretij dictorũ librorũ, & expenſarum. Idẽ quãdo alioqui inter filios reſultaret magna inæqualitas, Idẽ quando filius renũtiauit ſucceſſioni paternæ. Nam tunc libri, & impenſa eam ob cauſam data præſumuntur. Ripa in d.l.in quartam.nu.173.ff.ad l.Falc.& Ruin.in conſi.cxxxiij. nu.17.libr.ij. qui inæqualitatem conſiderauit. Poteſt etiam ſumi cõiectura ex quantitate librorũ, & patrimonij, an veriſimile ſit, quod pater donauerit, vel nõ. Ita Bal.in l.filiæ, cuius.nu.11.C.famil.erciſ. Ego certè in filiis meis, omnẽ omninò æqualitatem ſeruari debere cupio: ęquè enim filij ſunt.
Sextus eſt caſus, quando pater emit libros, ſed non dixit
21 nomine filij ſe emere: & libros illos ſimpliciter † tradidit ip-
ſi filio, Hoc caſu donaſſe non præſumitur: ſed dicitur conceſſiſſe in peculium. Ita Bart.in l.ſi filij.C.de donatio.inter vir. & vxo, Comenſ.in conſil. lx. Quidam filio ſtudenti. & alios refert Dec.in l.ſi donatione.nu.41.C.de collatio.Ripa in l. in quartam.num.173.verſic.aut non emeret.ff.ad l. Falc. Et ij quidem moti ſunt ex.l.vlt.ff.de peculio lega.& l.quod ſeruis. ff. de acq. rer. domin. Et obiectionibus ſatisfacit Ripa præcitato in loco.
22 Sextus eſt caſus, quando econtra, pater emit libros † no-
mine filij: ſed eos illi non tradidit. Hoc etiam caſu non præſumitur quod donauerit. Ita Dec.in d.l.ſi donatione. nume. 40.C.de collatio.poſt Bar.in l.donationes.§.pater.ff.de donatio.Bald.in auth.ex teſtamẽto.nu.5.verſ.ſed quid ſi pater. C.de collatio.& Comenſ.in conſi.lx.
Et adducti ij ſunt in hanc ſententiam ea ratione, quia res empta nomine meo, antequam mihi tradatur ab emptore, mihi non acquiritur.l.res ex mandato.ff.de acquir.rer.dom. & ſcribunt Soc.Sen.in conſ.ccxxviij.in fin.libr. ij.& alij ſupra commemorati in quarto caſu.
Nec repugnat, quod quando pater deſtinauit filium ſtudiis, teneatur ei præſtare debitas impenſas, atque ita emere libros, & alia neceſſaria, vt ſcribunt gloſſ.in l.ſed Iulianus.§. quod dicitur.in verbo, ſolebat.ff.ad Macedon.& in l. Macedoniani. vbi Bal.in ſi.C.eo.Idem Baldus in l.omnimodò. §. imputari.C.de inoff.teſt.Caſtren.in conſi.clxxxiiij. Videtur dicendum, quod dicti lib.ij.& Petrus Rebuffus in Tract. de priuilegiis Scolarium, in priuil. lx. & Horatius Lucius Callienſis in tract.de priuilegiis ſcolarium priuilegio xvj. Nam
23 huic obiectioni reſpondetur, quod licet pater † teneatur
emere, & tradere libros filio ſtudiis deſtinato: attamen traditio illa neceſſitate quadam facta, donationem non infert. vt inquit Bald.in d.l.Macedoniani.nume.3.verſi. aduerte tamen.C.ad Macedo.& idem reſpondit Caſtren.in d. conſilio
24 clxxxiiij.qui ſimile adiungit, quod licèt pater † teneatur do-
tare filiam, non tamen dotando cenſetur dotem ei donare. Baldum & Caſtrenſem ſecuti ſunt Ruinus in conſi.cj.nu.11. lib.j.Dec.in d.l.ſi donatione.col.pen.verſi.ſed aduertẽdum. C.de collatio.Ripa in l.in quartam.numero 173.ff.ad l.Fal. Crauet.in conſi. cxxv.num.8. & Horatius Lucius Callienſis in tractat.de priuilegiis Scolarium, priuilegio xvj. in ſi. His
25 autem in caſib. † in quibus non præſumitur patrem donaſſe
libros filio, filius non tenetur cõferre, & communicare cum fratrib.libros ipſos. ſed eorum æſtimationem tantum, ſicuti

poſt alios ſcribunt Dec.in l.ſi donatione.in fi.C.de colla.&
Ripa in l.in quartam.nu.176.ff.ad l.Falc.
26 Octauus,& vltimus eſt caſus,quãdo pater † rem aliquam,
putà fundum iam à ſe poſſeſſum, vel nouè emptum ſuo no-
mine,deinde ſimpliciter tradit filio in ſua poteſtate exiſtẽti.
Hoc in caſu recepta eſt Doctorum opinio,non præſumi do-
nare:ſed concedere ſolum,vt habeat in peculium.Ita Bar.in
l.ſi donatione,num.4.C.de collat.& in l.vlt.ff.de pecul. leg.
Bal.in auth.ex teſtamento.nu.4.C.de colla.in l.cum virum.
nu.13.C.de fideico.& in l.executorem.nu.32.verſi.& vnum
ſcias.C.de execut.rei iud.Alex.in l.ſi donatione.nu.15.verſ.
quãdo autem & ibid.Dec.nu.38.verſ.iij.caſus.C. de collat.
& in conſi. lxxxvj.nu.7.Grat.in cõſ.vij.nu.5.lib.ij.Pariſi.in
conſil.xxxiij.nu.10.lib.iij.qui alios refert.Idem affirmarunt
Cæpha.in cõſi.ccccxciiij.nu.25.lib.iiij. & Decianus in cõſ.
iij.nu.21.lib.j. Et ij quidem moti ſunt primo ex. l. cum pa-
ter.§.pater plurib.de leg.ij.vbi Bart.ſcripſit, quod Caſtrum
27 † in dubio præſumitur conceſſum cauſa cuſtodiæ. Et idem
affirmarunt multi,quos referam inf. in præſump.....,dum ex-
plicabo,quando Caſtrum præſumatur donatũ,vel cõceſſum
cauſa cuſtodiæ.Cæterũ euitari facile poteſt hic locus,quan-
doquidem ibi manifeſtè ſatis conſtabat, patrem tradidiſſe
claues, & annulum primogenito cuſtodiæ cauſa. Nam iam
ipſe pater æqualiter hæredes fecerat ipſos filios, traditio er-
go illa clauium nõ potuit ſignificare tranſlationem dominij
in illum primogenitum:alioqui teſtator ipſe præſumeretur
contraria diſpoſuiſſe, & primam illam voluntatem mutaſſe,
contra.l.qui teſtamentum.ff. de probat. Secundò adducitur
tex.l.vlt.ff.de peculio legato. Verùm dici poteſt,ob id præ-
ſumi ibi peculij loco teſtatorẽ legaſſe Titio filio:quia in alia
teſtamenti parte, ſic & aliis filiis expreſſim legauerat. Vna
28 ergo † teſtamenti pars,& aliã declarat.l.qui filiab. de leg.j.
Et hoc maximè ne inæqualitas inſurgeret inter ipſos filios,
contra.l.vt liberis.C.de collat. Tertiò ſolet perpendi ratio,
29 quod † donatio non præſumitur etiam inter patrem,& filiũ.
Et hoc quidem argumẽtum ſic vrgentius deduci poteſt.Aut
filius eſt in poteſtate: & tunc non præſumitur donatio:tum
quia regulariter illam non præſumi certum eſt.l. cum de in-
debito. in princ.ff.de prob.& ſcripſi in lib.ij.de arbitr.iudi-
cum.caſu lxxxviij.colu.j. tum etiam quia donatio inter pa-
trem,& filiũ prohibita eſt. l. frater à fratre.ff.de cond. inde-
biti,vbi Bar.nu.57.& ſcripſi ſup.in præſum.xxvij. Aut filius
30 eſt emancipatus;& tunc de eo idem eſt † iudicandũ, quod
de extraneo,vt inf.dicemus:Et extraneo donatum non præ-
ſumi,probat.d.l.cum de indebito,& dixi in d. caſu lxxxviij.
31 Hic caſus multò magis locum habet † quando pater in tra-
ditione rei: vſus eſt aliquib. verbis ſignificantibus donare
noluiſſe, ſed potius voluiſſe peculij nomine tradere,vt ſi di-
xit,tradere rem filio adminiſtrandam.Ita ex facto interroga-
tus reſpondi pro illuſtri Comite Caſpare Maria Scoto Pla-
centino in conſil. cccel. vbi etiam idem dixi, quando pater
32 dixit, ſe per † modum prouiſionis filio tradere.Non repeto
33 ibi dicta.Idem eſt,quando dixit,ſe † aſſignare rem illam fi-
lio. Ita Gratus in conſi.vij.nu.4.lib.ij.Pariſ.de quo ſup.niſi
adſit verbum illi adiunctum aliter ſignificans, vt declarat
ibid.Grat.nu.12.Idem eſt,quando ſtatutum prohiberet, &
impediret donationem.Gratus in d.conſi.vij.nu.6.& Pariſ.
in conſi.xxxiij.nu.13.libr.iij. Idem eſt quando pater diuiſit
bona inter ipſos filios.Nam tunc donare non præſumitur.l.
ſi filia.§.ſi pater.ff.famil.erciſ.Pariſius in conſi.xxxiij. nu.2.
lib.iij.vbi dixit,idem etiam eſſe dicendum,quando pater di-
xiſſet,quod volebat,eam diuiſionem eſſe perpetuò ratam &
firmã.Qua de re ſcripſi in d.cõſi.cccel.vbi alia plura ad rem.
Extenditur primo hic caſus,vt locum habeat etiam quan-
34 do pater filio ſuo † vnico rem tradidiſſet.Nã adhuc præſumẽ
dum eſt,quod cauſa peculij,& non donationis tradiderit.Ita
ſentio aduerſus Deciũ in d.l.ſi donatione.nu.38.ver. tertius
caſus.C.de collat.cùm dixit,ex ſententia Bar.in d.l.cum pa-
ter.§.pater plurib. de leg. ij. in traditione rei facta filio vni-
co,ceſſare rationem illam euitãdæ inæqualitatis,quæ ſolùm
conſiderari poteſt,quando extant plures filij.Rectius dicen-
dum exiſtimo, idem eſſe vnico in filio:quia etſi ceſſat ratio
euitandæ inæqualitatis,non tamen ceſſat alia, quæ regularis
eſt:quod ſcilicet donatio non præſumatur vt dixi ſuprà. Et
35 certum eſt,quod quando duæ extant rationes † impeditiuæ
alicuius actus.vna ceſſante,non tamen tollitur impedimen-
tum.§.affinitatis.in inſt.de nuptiis.
Extenditur ſecundò,vt locum habeat hic caſus etiam in
36 traditione † facta filio emancipato. Nam adhuc illa præſu-
mitur facta, vt is filius rem illam peculij loco habeat. Ita
docuit,& rectè Dec.in d.l.ſi donatione.nu.38.verſi.ſed ad-
uertendum.C.de collat.Primò ea ratione vſus eſt,quod etiã
in emancipato locum habet ratio ſeruandæ æqualitatis.Er-
go & idem ius eſſe debet in emancipato,quod in exiſtẽti in
poteſtate. iux.l.illud in prin.ff.ad l.Aquil. Cæterũ ratio hæc
perpetua non eſt,cum in filio vnico ( vt diximus ) non ha-
beret locum,& quia ceſſaret, vbi modica eſſet inæqualitas.
Secundò, quia & in emancipato locum habere poteſt
illa ratio, quod præſumatur datum cauſa cuſtodiæ. iux.d.l.
cum pater.§.pater plurib.de leg.ij.Verum demonſtrauimus
ſup.textum hunc non probare.
Tertiò mouetur Dec. quod filius emancipatus eſſe non
debet melioris conditionis,quam ſit filius exiſtens in pote-
ſtate. Ergo ſi in filio exiſtenti in poteſtate non præſumitur
donatio:Ita nec in emancipato.
Quartò & rectius ( inquit Dec. ) multo minus præſumi
debet donatio in emancipato quàm in filio exiſtenti in po-
teſtate. Quandoquidem in emancipato actus donationis,
37 † eſt magis præiudicialis ipſi patri donanti, qui ad libitum
eam reuocare non poteſt,ſicuti reuocare poteſt donatum fi-
lio exiſtenti in poteſtate.
38 Quintò,& vltimò conſidero, quod emãcipatio † diſſoluit
vinculum patriæ poteſtatis; & efficit filium eſſe loco extra-
nei,iure ciuili inſpecto. Cum autem in extraneo minus præ-
ſumatur donatio quam in filio; dicendum eſt, in hoc eman-
cipato non præſumi donationem.
Nec prædictis repugnat quod conſiderat Bal. in l. ij. C.
communia de legatis. Ange.& Ful.in d.l ſi donatione. in fi.
C. de collatio. poſt Iac. de Arena ibid. & Corn. in conſilio
ccxxviij.nu.1.& nu.12.lib.iiij.qui dixerunt,donationem in
emãcipato præſumi.Et ij quidem adducti ſunt ex tex.l.pen.
ff.de don.cui reſpõdet Decius, quod loquitur in caſu claro;
ſicuti colligitur ex illis verbis, donationis animo. Præſup-
ponit enim Paulus ibi pro conſtanti, animum patris fuiſſe
donare; id quod forte colligebatur claris verbis, vel ſignis.
Declaratur primò hic caſus,vt locum non habeat,quan-
39 do pater vſus eſt † verbis ſignificantib. donationem. Et
primò ſi dixit dono.Id quod clarũ eſt: ſicuti dixi ſup.in pri-
mo caſu. Secundò idem eſt, ſi dixit; do. Nam tunc donare
præſumitur.Ita Salicetus in d.l.ſi donatione.col.iij.verſi.ij.
igitur caſu.C.de collat.quẽ ſecuti ſunt ibi Alex.Iaſ. & Dec.
nu.38.verſi.ij.limitatur.Gratus in conſi.vij.nu. 21. lib.ij.&
Pariſ.in conſil.xxxiij.nu.24. lib.iij.ij ambo ( vt exiſtimo )
de eadem facti ſpecie reſponderunt.
40 Ea ratione moti ſunt; quod verbum, † dare,ſignificat do-
minij tranſlationem. §. ſic itaque in inſtit. de actio. ſi ergo
pater voluit transferre dominium,dicendum etiam eſt, do-
nare voluiſſe, quia aliter dominium transferre nõ potuiſſet.
Non enim aliqua alia cauſa habilis ( vt hoc adiungã rationi
Decij ) ad transferendum dominium hic extitit, quam do-
nationis. Ergo donare voluit,ex quo voluit transferre,alio-
qui inutilis fuiſſet tranſlatio.
Tertiò idem eſt quando pater vſus eſt verbo, concedo.
41 Nam & tũc dicitur donaſſe,cum verbum,concedo, † ſigni-
ficet tranſlationem dominij, & in dubio, donationem. Ita
Dec.in d.l.ſi donatione. nu. 39. & in ca. cum venerabilis in
vltimo notab. de except. idem ego ipſe affirmaui in Com-
mentariis de arbitrariis iudicum.lib.ij.caſu lxxxviij.nu. 21.
& in conſi.cxcj.num.8.in fi.
Verùm à prædicta opinione diſſentiunt Salic. in l. filiæ,
cuius.col.iiij.verſi.ſecundo caſu.C.famil.erciſ.& Alex. in l.
ſi donatione.num.19.C.de coll.
Quartò idem dicimus, quando pater dixit, ſe tradere
42 † pleno iure,& cum omni commodo.His ſanè verbis ſigni-
ficauit, quod voluit donare. Ita reſpondit Gratus in conſil.
vij.nu.12.lib.ij.
Quintò idem dicimus,ſignificare verba hæc,quod filius
43 † ſit contentus pro ſua portione. Nam & tunc donare præ-
ſumitur.Corne.conſi.ccxxviij.num.11.lib.iiij.Gratus in d.
cõſi.vij.nu.16.lib.ij.quod declarat Pariſius in d.cõſi.xxxiij.
num.8.



num.8.lib.iij.niſi prius dixiſſet,ſe cauſa diuiſionis,vel ſimili
eum contentum eſſe velle.
44 Sextò idem oſtendunt verba hæc † vt in perpetuum
poſſit ad libitum ſuum diſponere. Gratus in d.conſi.vij.nu-
mero 18.
45 Septimò quando dixit, † ad habendum, tenendum, &
quidquid placuerit faciendum. Grat.in d.conſil.vij.nu. 20.
lib.ij.& Pariſ.in conſi.xxxiij.nu.21.lib.iij.
46 Octauò idem eſt quando † pater promiſit legitimam de-
fenſionem.Gratus in d.conſi.vij.num.24.lib.ij.vel promiſit
non contrauenire.Pariſ.conſi.xxxiij.lib.iij.
47 Nonò idem dicimus, quando † adiecit clauſulam, quod
tradit omni meliori modo.&c.Grat.in d.conſi.vij.num.25.
lib.ij.& Pariſ.in d.conſi.xxxiij.nu.28.lib.iij.
48 Decimò ex verbis † prohemij actus. Pariſ.in d.cõſ.xxxiij.
nu.17.lib.iij.vbi egregiè.& Corn.in cõſ.ccxxviij.nu.9.verſ.
nam ratio.lib.iiij.
49 Vndecimò ſi dixit, † ſe conſignationem & traditionem
facere in poſſeſſione,& in proprietate.Pariſ.in d.cõſ. xxxiij.
nu.18.Cor.in d.conſi.ccxxiij.nu.11.
50 Duodecimò,ſi dixit, † iure proprio.Pariſ.d.conſ.xxxiij.
num.19.
51 Decimotertiò,ſi dixit, dimiſit † & relaxauit. Idem Pariſ.
nu.22.23.
52 Decimoquartò,quando dixit,ſe retinere † vſumfructum.
Pariſ.d.conſi.xxxiij.nu.31.lib.iij. & ſi diſſentiat Cæphal. in
conſi.ccccxciiij.nu.34.lib.iiij.
Decimoquintò & vltimo,ſi dixit,quod filius teneatur ſol-
uere onera,& gabellas.Ita reſpondit Corn.in conſ.ccxxviij.
nu.11.verſi.item ad ſoluendum.lib.iiij.Et hæc quidẽ decla-
ratio locũ habet etiam ſi verbis claris repugnaret ſolennitas
actus,ita Grat.in d. cõſ.vij.nu.26.libr.ij.Cùm dixit,quod ſi
pater verbis apertis ſignificauit,ſe donare,licet obſtet ſtatu-
tum requirens inſinuationem, vel aliam ſolennitatem: atta-
men magis præſumitur pro verbis quàm pro inobſeruantia
ſolennitatis.
Declaratur ſecundò,vt locum non habeat hic caſus,quã-
do aliqua extat coniectura ex geſtis ſumpta, quæ ſignificet,
53 patrem donare voluiſſe. Et prima eſt,quando pater,re † ſim-
pliciter filio tradita,paſſus eſt filium fructus percipere,& de
illis ad libitum diſponere. Hoc ſane caſu præſumitur patrem
donaſſe.Ita Salicet.in l.filiæ,cuius.col.iiij.verſ.ſed tũc quæ-
ro.C. famil. erciſ.& in l.ſi donatione in fi.C.de coll. & ibid.
Dec.nu.39.verſ.iij.limitatur.& idẽ Dec.in l. ſi certis annis.
nu.19.C.de pactis,vbi etiam Iaſ.nu.14.verſi.iiij.pro exten-
ſione,diſſentire non videtur.Rui.in Rub.ff. ſoluto matr.nu.
194.ſic & Putheus in deci.lxxxiij.nu.3.lib.ij.Idẽ manifeſtè
reſpõdit Grat.in cõſ.vij.nu.23.lib.ij.qui dixit, hãc cõiectu-
ram multò magis locũ habere, quando patre patiente,filius
diſpoſuit nõ ſolum de fructib.ſed etiam de ipſa proprietate.
Et prædicti quidẽ moti ſunt arg.l.cum de in rem verſo.ff.de
vſur.Nec repugnat quod locum illa non habet quando agi-
tur de tranſlatione dominij; quia aduerſus Alex. reſpondet
Dec.id verum eſſe,quando nulla eſt facta rei traditio: ſecus
verò traditione facta. Eſt & ratio huius declarationis,quod
54 ex actu † ſequenti demonſtratur qualis fuerit præcedens
animus. §. pauonum. in inſt.de rerum diuiſ. Hic ergo actus
patientæ patris demõſtrat,eum donare voluiſſe filio.Et hæc
quidem declaratio locum habet multò magis, quando filius
percipit fructus bonorũ aduentitiorum,quorum proprietas
eſt ipſius filij, vſufructus vere eſt partis. Ita probat. l. cum
oportet.§.ſinautem.C.de bonis,quæ liberis,vbi Bar.Angel.
Salicetus,Corn.& reliqui,Bald.in l.ij.C.de inoffi.teſta. An-
char.in conſ.clxxvj.nu.3.Corn.in conſ.cclxxxv.nu.4. libr.j.
& in cõſ.lxxviij.nu.21.lib.ij.Crottus in cõſ.xl.nu.13.libr.j.
& egregiè declarat Abbas in cõſ.xij.col.pen.verſ.capio nũc
ſextum lib.j.& Boer.q.cxcvj.nu.3.Et rationẽ reddit Ang.in
55 d.§.ſinautẽ.quia fructus † ſui natura ſequuntur dominium.l.
ex diuerſo.ff.de rei vend.& gl.l.fructus.C.de fruct.& litium
expenſ.& ob id facilè pater dicitur remittere,cum non ex re
propria patris prouenìſſe intelligantur. Et præſumptio hæc
quod pater donaſſe præſumatur prædictos fructus, permit-
tendo filio ſui peculij adminiſtrationem, eſt præſumptio
56 † iuris,& de iure,quam ſic ex.d.§.ſinautem res,colligit Ioan.
Andreæ in additionibus ad Spec.in tit.de præſumptionibus.
§.ſpecies.nu.5.in verbo.In prædict.concord.
57 Cæterùm prædicta donatio † non præiudicabit credito-
ribus.Ita Anch.in conſ.cvj.nu.4.

## PRAESVMP. XXXI.

Donare quando præſumatur is,qui ſoluit,& præ-
ſtat quod non debet.

### SVMMARIVM.

1 *Dotare filiam,mater non tenetur, & ſcienter dotando,donare præſu-
mitur.*
2 *Dos data ab extraneo donata præſumitur.*
3 *Hæres ſciẽter totam hæreditatem abſque quartæ detractione reſtituen-
do,præſumitur eam fideicommiſſario donare.*
4 *Soluens ſcienter promiſſum ob turpem cauſam,donaſſe præſumitur.*
5 *Soluens ſcienter falſo procuratori,præſumitur donare voluiſſe.*
6 *Mutuans decem, cum pacto vt nouem reſtituantur, reſiduum præſu-
mitur donare.*
7 *Soluens indebitum ſcienter, etiam in re aliena, transfert vſucapiendi
conditionem aduerſus dominum.*
8 *Soluens indebitum donare præſumitur,ſi tàm dans quàm accipiens in-
debitum ſciat,ſecus ſi vnus ex ipſis credat debitum.*
9 *Soluens indebitum neceſſitate quadam compulſus,non præſumitur do-
nare.*
10 *Soluens indebitum,nomine alieno,non præſumitur donare.*
*Idem ſi alia coniectura,quàm donationis ſumi poteſt.nume. 11.*
12 *Soluens indebitum donare non præſumitur, ficta ſolummodo rei tradi-
tione interueniente,veluti per conſtitutum.*
*Idem ſi non ſoluat ob contractum principalem, ſed acceſſionis tantum.
num.13.*
14 *Solutum indebite ſcienter,non præſumitur donatum ſi inter dantem,&
recipientem actum ſit,vt conſtito de indebito,repetitio fiat.*

ET ſi pro regula traditum eſt, donationem
non præſumi, quemadmodum legibus, ra-
tionibus, & Doctorum auctoritatibus co-
pioſè demonſtraui in Commentariis de ar-
bitrariis iudicum,lib.ij.caſu lxxxviij.col.j.
Hæc tamen regula,& præſumptio locũ non
habet multis in caſibus,quos longa ſerie enumeraui in dicto
caſu lxxxvij.Inter alios recenſui ibi.num.56.illum, quando
quis ſcienter ſoluit indebitum; dum declaraui.l.campanus.
ff. de operis liberto.Et accedunt nunc lex prima.ff. de con-
dictio.indeb.lex indebitum,& lex qui ſe debere.C.eod. cõ-
fert etiam lex cum de indebito.in prin. ff. de probatio. & l.
cuius per errorem.ff.de regul.iuris. Ita etiam dicimus,quod
1 mater † ſcienter dotando filiam dicitur ei dotem ipſam do-
nare,ex quo dotare non tenetur.Ita ex lege vnica. §. in præ-
ſenti. C. de rei vxor.actio.ſcripſit Lucas de Penna in l.iij.in
præſumptione lxiij.C.de apoch.publ.libro decimo. Et huc
facit,quod ſcripſi in d.caſu lxxxviij.numer. trigeſimoſexto.
2 dum explicaui,dotem † datam ab extraneo, qui dotare non
tenetur,præſumi donatam.
3 Huc etiam pertinet, quod dicimus,hæredem † ſcienter,
reſtituentem totam hæreditatem abſque detractione quar-
tæ, præſumi eam voluiſſe remittere, atque ita donare fidei-
commiſſario.Ita gl.Bart.& alij multi in l.prima. §. denique.
ff.ad S.C.Trebell.quo loci Iaſon numero vndecimo. teſta-
tur communem eſſe opinionem, & ſi ipſe diſſentiat, & cum
eo Ripa vij.& viij.qui & alios recẽſet, qua de re diſſeremus
infra ſubſequenti libro in præſumptione octuageſimaquar-
ta. Confert etiam,quod tradunt Bartolus & Angelus in rub.
ff. de condic. ob turpem cauſam, & Caſtren. in l. prima, in
princip.ff. de condict. indebiti, ſi quis ſciens ſe non teneri
4 ſoluere,quod turpem † ob cauſam promiſit,ſi tamen ſoluit,
non repetit eam ob cauſam,ſed præſumitur donaſſe:Et hanc
communem eſſe opinionem teſtatur Iaſon in dicta rubr,etſi
ipſe diſſentiat poſt gloſſam,ibi & Bar. in l. ſi ex plagij, ff. de
verborum obligatione. Huc etiam facit quod ſcribunt glo.
& Bartolus in l.ſi procuratori falſo.ff.de cõdict. ob cauſam,
quos ſecutus eſt Iaſon in l.j.numero duodecimo.ff. de con-
5 dict.indebiti.Cum dixerunt,ſoluentem ſcienter † falſo pro-
curatori nõ repetere,quia donaſſe præſumitur. Huc demum

ſpectat quod ſcribunt Bartolus, Iaſon, Decius, Alciatus &
reliqui in l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi certum petatur. cùm dixe-
6 runt, quod ſi † mutuans decem ſcienter pepigit, quod nouem
tantùm reſtituantur, dicitur illud vnum donaſſe.

Extenditur primò hæc præſumptio, vt locum etiam ha-
7 beat, ſi hic ſoluens ſcienter † indebitum, ſolueret rem
alienam. Nam hic ita ſoluens dicitur ita ſoluiſſe, vt tranſtu-
lerit vſucapiendi conditionẽ aduerſus rei dominum. Ita glo.
in l. qui fundum. §. ſeruus. ff. de vſucapio. pro emptor. & Ia-
ſon in d. l. prima. numero duodecimo. ff. de cond. indeb.

8 Declaratur primò, vt locum habeat, quando † tàm ſol-
uens quàm recipiens ſcit indebitum ſolui ſecus verò ſi vnus
ſcit eſſe indebitum, alter verò credit eſſe debitum. Ita poſt
alios Iaſon in d. l. prima. numero duodecimo. ff. de condic.
indebiti. & Decius in l. cuius per errorem. numero primo. ff.
de regu. iur. & ibidem Cagnolus. numero primo, & Guiel-
mus Maynerius. numero quinquageſimo primo. & nu. 52.

Declaratur ſecundò, vt locum non habeat in eo, qui ne-
9 ceſſitate quadam † compulſus ſoluit, ſicuti quando debitor
iurauit ſoluere vſuras. Nam tunc is non præſumitur donare.
Ita Iaſon in dicta l. prima. numero duodecimo. ff. de con-
dict. in debiti, & Decius in d. l. cuius per errorem. numero
ſecundo. ff. de regul. iur. & probat cap. debitores. de iureiur.
Et ratio eſt, quia debitor non ſua ſponte, ſed ob iuramenti
vinculum cogitur ſoluere. Quare cum in neceſſitatibus ne-
mo liberalis exiſtat. l. rem legatam. in fine. ff. de adimen. le-
gat. ſequitur dicendum, hunc non præſumi donare.

Declaratur tertiò, vt habeat locum hæc præſumptio,
quando quis ſoluit nomine proprio: ſecus verò ſi nomine
10 † alieno, vt puta nomine procuratorio. Hoc ſanè caſu, non
præſumitur ille donare. Ita Bartol. in l. prima. §. hæc verba.
ff. ne vis fiat ei, & Baldus in d. l. prima. columna ſecunda. ff.
de cond. indeb. vbi Iaſon. nu. 12. verſ. tertiò limita, qui alias
Baldi auctoritates commemorat.

11 Declaratur quartò, vt locum non habeat quando † capi
poteſt alia præſumptio, & cõiectura quàm donationis. Nam
tunc ſumi illa debet quam potius quòd hic ſoluens indebi-
tum voluerit donare. Ita poſt Bartolum in l. eleganter. §. qui
reprobos. ff. de pig. actio. & in l. ſi cum aurum. ff. de ſolutio.
& Baldum in d. l. j. ff. de condic. indebiti, annotauit ibidem
Iaſon numero duodecimo. verſ. quartò limita. Et aliis com-
probant Alex. in conſi. cxiiij. in fine. lib. iij. Decius in d. l. cu-
ius per errorem. nu. 3. ff. de condict. indeb. & Bellonus in §.
j. nu. 10. in inſtitu. quibus modis re contrahitur obligatio.
Poteſt afferri exemplum in eo, qui ſcienter ſoluit indebitas
vſuras. Nam is non præſumitur donaſſe, ſed potius dediſſe,
ne vexaretur in reſtitutione ſortis principalis. Ita Bar. in l. ſi
nõ ſortem. §. ſi quis falſo ff. de cond. indeb. quem ibi ſecutus
Iaſ. & idem in l. j. nu. 12. verſ. quintò limita. eod. titul. & in l. j.
§. denique. numero 13. ff. ad Trebel. & Dec. in d. l. cuius per
errorem. numero quarto. de regul. iuris. Eſt & aliud exem-
plum, quando quis ſoluit id, quod non eſt omnino indebi-
tum, vt quando tenetur naturaliter. Nam tunc non præſumi-
tur velle donare, ſed liberare à nexu illius obligationis natu-
ralis. Ita poſt Baldum docuit Maynerius in d. l. cuius per er-
rorem. numero quinquageſimo. de regul. iur. Et hæc decla-
ratio adeò vera eſt, vt locum etiam habeat, etſi aliàs actus
eſſet nullus & inualidus. Ita Aret. in l. à Titio. columna pe-
nultima. ff. de verborum obligat. qui ſic extendit d. l. cum
aurum. ff. de ſolut. Et Aretinum ſecuti ſunt Iaſon & Decius
præcitatis in locis, & Alex. in conſil. lxxx. numero 7. lib. iij.

Declaratur quintò, vt locum habeat hæc præſumptio,
quando interuenit vera & naturalis traditio: ſecus ſi ficta,
12 † vt puta conſtitutum. Nam tunc non præſumatur donaſſe.
Ita Bartolus in l. ſi rem aliquam. ff. de acqui. poſſeſ. & alios
plures commemorat & ſequitur Iaſon in l. j. nu. 12. verſ. ſex-
to limita. ff. de condiction. indebiti.

Declaratur ſexto, vt procedat hæc præſumptio, quando
13 quis ſoluit ob contractum principalem: ſecus † ſi ob acceſ-
ſorium, vt puta conſtituti, vel fideiuſſionis. Ita Iaſon in dict.
l. prima. numero 12. verſicul. ſeptimò limita. de cond. in-
deb. poſt Ioanne. Fabri. in §. de conſtituta. in inſtitut. de
action.

Declaratur ſeptimo, vt locũ nõ habeat hęc præſumptio,
14 quando inter † ipſum ſoluentem ſcienter indebitum, & reci-
pientem eſſet actum, vt poſſet repeti, ſi appareret indebitè
ſolutum. Ita Iaſon in d. l. j. nu. 12. verſ. nonò limita. ff. de con-
dic. indebit. qui recenſet glo. l. ij. & l. quod quis ſciens. eod.
tit. ac Albericum & Baldum ibi idem ſenſiſſe, & ſi diſſentiat
præcitatis in locis Fulgo.

## PRAESVMP. XXXII.

### Donaſſe quando præſumitur, qui ſcienter in alieno ſolo ædificauit: & ibidem de meliorationibus, in rebus factis æſtimandis: egregia explanatio.

*SVMMARIVM.*

1 *Aedificantem in alieno ſolo ſcienter, donaſſe præſumi, præſumptione iuris tantum.*
2 *Aedificet vt quis in ſuo, pecuniam largitus, eam præſumitur donare, cum alias non eſſet ædificaturus.*
3 *Aedificans in re fideicommiſſo ſubiecta hæres, non præſumitur donare, ſed tempore euenientis reſtitutionis, repetit impenſas.*
4 *Fideicommiſſo grauatus, fructus pendente conditione ſuos facit.*
5 *Impenſarum & meliorationum factarum, in re fideicommiſſ. ſubiecta, æſtimatio tempore reſtitutionis conſideratur.*
*Idque etiam ad commodum ipſius hæredis priuati. nu. 6.*
*Reiecta quorundam opinione. nu. 8.*
7 *Impenſis ad perpetuam rei vtilitatem factis, reſpectus habetur, ad quod res de præſenti valet.*
9 *Vaſallus impendens in re feudali, tempore reſtitutionis id deducit, nec donaſſe præſumitur.*
*Idem eſt in emphyteuta, nu. 10.*
11 *Legatarius in re ſibi ſub conditione legata expendens aliquid pro eius conſeruatione, non præſumitur donaſſe.*
12 *Caſtri vel oppidi cuſtos, impendens aliquid cauſa perpetuæ vtilitatis, illius loci, non donandi ſed repetendi animo facere præſumitur.*
13 *Maritus impenſas in re dotali factas, animo repetendi non donandi præſumitur.*

EST & egregius caſus, in quo donationẽ lex præ-
ſumit, quãdo ſcilicet quis in ſolo alieno ſciẽter
ædificauit. Ita ſancitũ eſt in l. vlt. ff. de acquiren.
rerum domin. in l. ſi is. C. de ædificiis priua. & in
§. ex diuerſo. in inſtit. de rerũ diuiſio. Hanc eſſe præſumptio-
nem iuris & de iure opinatus eſt Io. Andreæ in additionibus
ad Specul. in tit. de præſumptionibus. §. ſpecies. nu. 5. in ver-
bo. In prædictis cõcord. verſ. quintus facit. Verius exiſtimo
1 † eſſe præſumptionem iuris tantùm, ſicuti ſcripſerunt Lucas
de Penna in l. iij. in præſumptione clxxiiij. C. de apochis pu-
blic. libro decimo, Alexander & reliqui in l. ſumptus. & in l.
ſenatus. §. Marcellus. ff. de legatis primo, ſenſit & Ruinus in
conſ. clxv. nu. 4. lib. iiij.

2 Extenditur, vt locum habeat etiam in eo, qui † pecuniam
dat, vt in ſuo ædificet, cum aliàs non eſſet ille ædificaturus,
dicitur enim pecuniam donare. l. ſed ſi mors in fine. ff. de do-
na. inter virum & vxo. & tradunt Caſtren. in l. cum quid. nu.
11. ff. ſi certum peta. & ibidem Alciatus. nu. 39. verſic. ſanè &
qui pecuniam.

Declaratur primò hæc præſumptio, vt locum non habeat
3 in hærede † grauato fideicõmiſſo, qui ſi in re ipſa reſtituen-
da neceſſariò ædificat, non præſumitur donare: ſed tempo-
re euenientis caſus reſtitutionis, impenſam ipſam repetit. Ita
manifeſtè probat. l. domos. ff. de legatis primo, vbi gloſſa &
Docto. præſertim Iaſon. numero ſecundo. & numero quar-
to. Ruinus in cõſilio centeſimooctuageſimoquarto. nume-
ro decimoquinto. libr. iij. Ripa in l. vbi pure. §. vltim. ff. ad
Trebellia. Rolan. in conſilio vigeſimooctauo. numero vi-
geſimoprimo, libro primo. & Cæphalus in conſilio centeſi-
mooctuageſimooctauo. numero trigeſimoſeptimo. lib. ſe-
cundo, qui alios plures recenſent. Et præter eos idem reſpõ-
derunt Bero. in conſilio lxxix. numero ſexageſimoprimo.
libro ſecundo, & Craue. in conſilio dccxcij. numero vigeſi-
moſecũdo. Quocirca Iaſon in d. l. domos. numero ſecundo.
poſt alios ſcribit, quod nec fructus interim percepti ab ipſo
hærede compenſantur, cum impenſa ab eo facta. Nam cum
4 grauatus fideicommiſſo † fructus ex re illa, adhuc penden-
te conditione ſuos faciat neceſſe non habet eos compenſare
cum



cum impenſa ipſa in re facta. Et idem affirmarunt multi ex
præcitatis Doctoribus, ſic etiam Ruinus in conſilio cente-
ſimoſexageſimoquinto, in fine. libro quarto, & Modern.
Pariſien. in conſuetudi. Pariſienſ. § primo, gloſſa quinta.
numero ſeptuageſimooctauo. & numero octuageſimo-
quarto. declarat, & alij, quos congeſſi in tractat. de recupe.
poſſeſ. remedio decimoquinto. numero 507. Impenſarum
5 autem † & meliorationum ab hærede factarum æſtimatio
reſtituenda, ſeu præſtanda, vel retinenda, conſideratur ſe-
cundum tempus reſtitutionis ipſius rei: vt puta ſi hæres im-
pendit centum, & poſtea ſuperuixit tantum, quod ædificium
vetuſtate attritum, nõ poteſt durare, niſi paruo tempore, fiet
æſtimatio quanti nunc valet ipſum ædificium, non autem
quantum expendit hæres. Et ſententiam hanc ſecuti ſunt
alij permulti, quos congeſſi in commentarijs de recupe-
rãda poſſeſſione, remedio decimoquinto. numero quingen-
teſimoquinquageſimoſeptimo. Et hæc quidem traditio lo-
6 cum habet etiam † ad commodum ipſius hæredis grauati:
vt ſcilicet ſi tempore reſtitutionis fideicommiſſi, impenſa
auxit valorem ipſius rei, in qua factæ fuerunt melioratio-
nes, quod adhuc attendatur æſtimatio tempore reſtitutio-
nis, vt puta, ſi tempore impenſæ res valebat centum, hæreſ-
que alia centum impenderit, & eueniente reſtitutionis tem-
pore res valorem trecentorum habeat, trecenta conſequi
debebit hæres. Ita docuit Angelus in d. l. domos. Cùm di-
xit, non inſpici tempus impenſæ factæ: ſed reſtitutionis rei,
vt iudicari poſſit, an benè expenſum, vel malè. Et manife-
ſtius Caſtren. in d. l. domos. numero 4. in fine. iuncto. nu-
mero 6. Cùm, declarando d. l. domos. dixit quod quando
7 impenſæ † factæ ſunt ad perpetuam rei vtilitatem, habetur
reſpectus ad id, quod valet res de præſenti, & apertius idem
affirmauit. numero 7. qui ſic intellexit Angelum. Dixit cla-
re Caſtrenſis, quod ſi ob impenſam, etſi ob melioramen-
ta res effecta eſt maioris precij, inſpicitur tempus præſens,
hoc eſt reſtitutionis: non autem tempus quo impenſa fuit
facta. Sic quoque Raphael Comenſis in d. l. domos. nume-
ro primo. ſcripſit hæc verba. Nota impenſas non repeti qua-
tenus factæ ſunt, aut quatenus res eſt melior tempore im-
penſæ, ſed quatenus melior reperitur tempore reſtitutio-
nis. Et Comenſem ſecutus eſt Alex. in d. l. domos. numero
primo. verſicu. ſed benè huic. Idem docuit Imola in d. l. do-
mos. nume. 2. Cum dixit, quod valor ædificij, in quo facta
ſunt melioramenta, attendi debet ſecundum valorem tem-
poris, quo res debet reſtitui. Sic quoque reſponderunt Co-
men. in conſi. lvj. in fine. Ruinus in conſ. xiiij. num. 3. verſi. &
non tantùm & in conſi. xxxviij. nu. 25. libro j. in conſi. cxvij.
col. ij. verſic. contrarium tamen lib. iij. & in conſi. clxv. nu. 6.
lib. iiij. qui quidem Ruin. ſemper manifeſtè reſpondit, ſpe-
ctandum eſſe tempus reſtitutionis; ſiue cauſa impẽſæ auctus
fuerit valor rei, ſiue diminutus, & quod omne augmentum
pretij contingens propter dictam impenſam, quantumcun-
que illã excedat, detrahi debet ab hærede grauato. Sic quo-
que manifeſte affirmarunt Boer. in q. xliij. num. 12. & 13. in
fine, Moderni Pariſienſ. in commentariis ad cõſuetud. Pari-
ſien. in tit. j. §. j. gl. v. num. 97. Craue. in conſi. dccxcij. nu. 12.
Et ſententiam hanc, præter. d. l. domos, ſic ab omnibus præ-
dictis intellectam, probat Ruin. in d. conſi. cxvij. ratione du-
cta ab æquitate naturali, quod ſicuti hæres non deducit im-
penſam, quando tempore reſtitutionis res non eſt aucta in
valore: ſed quantum res ipſa tunc temporis valet: & ſic pati-
tur hæres damnum. Ita è contra ſi ob impenſam auctus eſt
valor rei, conſequi debet lucrũ ex eo augmento proueniens,
iuxtà regulam. l. ſecundum naturam. de reg. iuris. Hanc quo-
que ſententiam probat Ruin. tex. l. & in totum. de leg. j. quẽ
præter alios perpendit. His conſtat veram & receptam eſſe
traditionem hanc, etſi Marzarius in conſilio vndecimo. nu-
mero nono. & in epitome de fideicomm. quæſt. lxv. & Bur-
8 ſatus † in conſilio lxxj. numero 23. libro primo. opinati
ſunt, tempus reſtitutionis fideicommiſſi conſiderari ſolum
ad detrimentum hæredis grauati, vt ſi melioramenta effecta
ſunt deteriora, ſoluantur ſecundum tempus reſtitutionis fi-
dei commiſſi, ſi verò res meliorata effecta eſt pretioſior &
maioris valoris, ſoluatur impenſa, non autem ipſa æſtima-
tio. Et ij quidem huius opinionis recenſent Caſtrenſem,
Capicium, Curtium, Cagnolum & Siluanum. Hæc ſanè
opinio retinenda non eſt. Nec Caſtrenſis in conſilio cclxx.
Viſo puncto ſupraſcripto. in fine. libro ſecundo. id ſcripſit,
ſed ſolùm reſpondit, de alio bonæ fidei poſſeſſore, vt puta
conductore, emphyteota & ſimili qui multum differt ab hę-
rede grauato reſtituere fideicommiſſum: ſicuti differentiam
conſtituit Ruinus, præcitatis in locis. Et Caſtrenſem ſic
intellexit Tiraquellus de retractu conuentionali. §. vij. gloſſ.
prima. numero 8. Ita quoque loquuntur Curtius Iunior in
conſi. cxliiij. in fine. Capicius in deciſ. xciij. nu. 9. Cagnolus
in leg. ſecũda. numero 114. C. de pactis inter empto. & ven-
dit. Siluanus in conſil. xlix. num. 75. & Natta in conſil. cclvj.
numer. 4. Imò etiam in creditore ſoluendam eſſe æſtimatio-
nem præſentis temporis, vt omne augmentum cedat ad eius
commodum. Ita Neguſant. in tractat. de pignorib. in quarto
membro principali. numero 21. quem ſecuti ſunt eruditiſſi-
mi Didacus Couarr. libro primo varia. reſolut. cap. viij. nu-
mero 3. verſic. Cæterùm. & Vincentius de Franchis in deciſ.
xxxviij. nu. 5.

Declaratur ſecundò, vt locum non habeat hæc præſum-
9 ptio in † vaſallo, qui in re feudali impendit & meliorationes
fecit. Nam & hic donaſſe non præſumitur, ſed eueniente ca-
ſu reſtitutionis feudi alicui ex agnatis, hæres defuncti vaſal-
li deducere poteſt impenſam: cum illam donaſſe non præ-
ſumatur. Ita poſt alios ſcripſerunt Afflict. in capitul. j. §. ſi
vaſallos. num. 7. Hic finitur lex. Ruinus in conſi. xiiij. nume.
3. libro primo. Alciatus in reſp. clxxvj. in fine. Pariſius in
conſilio ſecundo. colu. vltim. verſic. vnde ſi ex dictis. libro j.
Decianus in cõſ. lviij. n. 66. lib. ij. & Burſatus in cõſ. ccxxxvj.
10 nume. 10. & in conſi. ccxcv. nu. 45. Idem de emphiteota † re-
ſpondit Ruin. in conſi. clxv. nu. 4. lib. iiij. & alios plures retu-
li in commentariis de recuperanda poſſeſſion. remedio deci-
moquinto. nu. 502.

Declaratur tertiò, vt locum non habeat hæc præſum-
11 ptio in † legatario, qui in re ſibi legata ſub conditione,
aliquid impendit pro ipſius rei conſeruatione, vt eam, eue-
niente conditione, conſequi poſſit. Hanc ſanè impenſam
non dicitur is legatarius donaſſe hæredi, apud quem extat
res: cum non donandi animo, ſed conſeruandi rem ip-
ſam præſumatur impendiſſe. Ita probat leg. ſumptus. de
legat. j. & ibidem latè poſt alios declarat Iaſon numero
primo.

Declaratur quartò, vt non procedat prædicta præſum-
12 ptio in cuſtode † Caſtri, vel oppidi, qui perpetuæ cuſtodiæ
& vtilitatis loci cauſa, impendit. Nam & iſte præſumitur
impendiſſe non donandi animo, ſed repetendi. Ita declarat
Iaſon in d. l. ſumptus. numero 7. de legat. j. qui. numero 8.
ſubiungit, idem eſſe, quando impendit in munitionibus
Caſtri, vt puta in machinis & tormentis bellicis. Diuerſum
verò eſt, quando is cuſtos cauſa ſimplicis temporaliſque
cuſtodiæ impendit. Has ſane impenſas donaſſe præſumitur,
ſicuti Iaſon præcitato in loco. nu. 6. teſtatur communem &
veram eſſe opinionem.

Declaratur quintò, vt non procedat prædicta præſum-
13 ptio † in marito, qui impenſas & meliorationes facit in re
dotali: Nam nec is donare pręſumitur, tametſi dos ipſa ſolu-
to matrimonio reſtitui debeat. Ita probat. l. ſenatus. §. Mar-
cellus de leg. j. vbi Bartol. Alex. Iaſon & reliqui. Idem Iaſon
in l. ſumptus. nu. 3. eo. tit. Ruin. in conſi. clxv. nu. 4. lib. iiij. &
Rola. in conſi. xxviij. nu. 15. lib. j.

## PRAESVMP. XXXIII.

### Donationem in certis caſibus præſumi.

*SVMMARIVM.*

1 *Res ſuas non defendendo, donare quis præſumitur.*
2 *Pupilli negocia gerens, & affectione paterna aliquid erogans, donaſſe præſumitur.*
3 *Fructus maturos è fundo alieno ſuis impenſis colligens, eas domino fundi donare præſumitur.*
4 *Frater viuens in communione, ſi fratrem hortetur vt filiam nuptum tradat, dotem ex pecunia communi numeratã pro rata ſua donare præſumitur.*
5 *Affinitatis & coniunctionis ratione, donationem aliquibus caſibus*

*præſumi.*

6 *Patronus conſentiens nuptijs libertæ, ius operarum donare præſumitur.*

EXTANT & alij caſus, in quibus aduerſus regulam donatio præſumitur. Eſt ſane primus caſus, quando 1 quis † res ſuas non defendit. Nam tunc eas præſumitur donare.l.permiſceri.§.j.ff.de acqui.poſſ.& §. eidem in auth.vt eccleſ.Roma.& in ſpecie annotauit Lucas de Penna in l.iij.in præſum.lxxiij.C.de apoh. public.libr.x.

2 Secundus eſt caſus, quando quis geſſit negotia † pupilli, & affectione paterna aliquid in eius cauſam erogauit. Nam iu donaſſe præſumitur. Ita Lucas de Penna in dict.l. iij. in præſumptione cxxxj.

Tertius eſt caſus, quando collegit ſua impenſa fructus 3 † maturos è fundo alieno: Hoc caſu is præſumitur donaſſe impenſam illã domino fundi.l.ſi ſeruus ſeruum.§.ſi oliuam. ff. ad l.Acquil.Et hanc eſſe præſumptionem iuris & de iure, annotauit Io.Andr.in loco præallegato.

4 Quartus eſt caſus, quando † frater viuens in communione cum fratre, eum cohortatur, vt filiam in matrimonium collocet, & patitur dotem ex pecunia communi numerari, præſumitur donaſſe portionem ſuam. Ita Soc.Sen.in conſi. ccxcj. numero 12.verſi.tertiò dum dicitur.libr.ij. quem ſic declarat Craue. in tract. de antiq.tempo.in princip.in octaua particula,quæ incipit. Vidimus.nu.44.Et ob affinitatis & 5 coniunctionis † affectionem, præſumi donationem certis in caſibus,reſponderunt Ruinus in conſi.clxij.nu.3.4.11.& 13.lib.iij.& Alciatus in reſpon.ij.numero 16.ſecundum antiquam impreſſionem. Alia ſcripſi in d.lib.ij. de arbitrariis, caſu lxxxviij.nu.9. Et ibi dictis accedit Cæpolla in conſilio [illegible] nu. 5.& 6.in ciuilibus,qui reſpondit,ex qualitate & quantitate rei præſumi aliquando donatum, aliquando non, ob ſanguinis affectionem.

5 Quintus eſt caſus quando † patronus conſentit nuptiis libertæ, præſumitur ei donaſſe ius operarum. l. ſicut. ff. de operis liberto. & docuit Alciatus in l.cum quid.nu.39.verſ. cæterùm.ff.ſi certum peta.

## PRAESVMP. XXXIIII.

### Donatio, vel mutuum, vel quis alius præſumatur cauſatus contractus, cum quis amico dixit tolle, ſume tibi hanc pecuniam, diligens admodum & accurata explanatio.

*SVMMARIVM.*

1 *Mutuum præſumi contractum ſecundum quoſdam,ſi quis amico dicat, tolle aut ſume hanc pecuniam.*
*Alij volunt contractum eſſe innominatum.nu.6.*
*Alij nullum contractum eſſe cauſatum, ſed dari actionem poſſeſſoriam retinendi.nu 9.*
*Alia eſt opinio,quod depoſitum ſit.nu.13.*
*Vltima opinio,quod donatio.nu.17.*
*Si præſertim perſonæ qualitas id ſuadeat.nu.28.*
*Vel additum ſit verbum donationem ſapiens.nu.30.*
2 *Depoſitum quid ſit.*
3 *Mutuum quid dicatur.*
4 *Aeſtimatio venditionem,numeratio dominij translationem ſignificat,*
5 *Dominium cauſa ſubſiſtente & in dubio cenſetur transferri.*
7 *Innominati contractus alij correſpectiui,aliqui vero non.*
8 *Innominatus contractus dicitur,qui ſpeciale nomen non habet.*
10 *Traditio nuda rei dominium non transfert.*
11 *Promiſsio nuda cauſa non expreſſa,non obligat.*
12 *Actus vt valeat,interpretationem ſumendam eſſe,quomodo intelligendum.*
14 *Fauorabilius quod eſt,præſumi.*
15 *Contractus nominatus innominato fauorabilior.*
16 *Via magis tuta,& qua vtrique partium conſulitur,eligenda eſt.*
18 *Indebitum dans,niſi id exprimat, animum repetendi non præſumitur habere.*
19 *Donatio eſt,rei conſultò data.*
20 *Donatum dicitur,nullo iure cogente conceſſum.*
21 *Concedo verbum,generale eſt,& ad multas cauſas trahitur, Et ſignificat donationem.nu.31.*
22 *Interpretatio contra dantem ſumitur in dubio.*
23 *Iactare ſuum,nemo præſumitur,ideo indebitum ſoluens, cauſam & errorem probare debet.*
24 *Condictio ſine cauſa conceditur, ſoluenti per errorem aut falſa cauſa expreſſa,*
25 *Pater familias diligens, tam fatuus non præſumitur, vt iactare ſuum voluerit.*
26 *Condictio ſine cauſa ceſſat,vbi donationis cauſa præſumi poteſt.*
27 *Traditio nuda quæ dicatur.*
29 *Scholaris præceptori pecuniam numerans, in dubio præſumitur donaſſe.*
32 *Do,verbum,dominij traslationem ſignificat.*
33 *Actum & contractum iudicamus talem, qualem præfationis verba oſtendunt.*
34 *Scholaris mercatori pecuniam tradens, non donaſſe vel mutuo dediſſe, ſed depoſuiſſe præſumitur.*

EVENIT non ſemel, quod tanta eſt verborum obſcuritas, vt dubium & ambiguum valde ſit, quod contractus nomen illi tribui debeat, quemadmodum extat exemplum, tam apud noſtros controuerſum,quando aliquis dixit amico: tolle,ſume hanc pecuniam. Dubitari inquam ſolet, an is donare,vel mutuo aut commodato dare, vel quid ſimile agere voluerit? Hac in re permultæ ſunt,& quidem controuerſæ Doctorum opiniones.

1 Prima quorum eſt, quod præſumatur contractum † mutuum. Qua ſane in opinione fuerunt Cynus in l. incendium. C. ſi certum peta. Bartolus, Angelus, & Caſtren. in l. cum quid.ff.eo.& ibidem Alexan.num.12.Iaſon nu. 19. Decius in prima lectura.nu.23.& in ſecunda.nu. 53.& ibidem Curtius Iun.nu.16.teſtatur communem eſſe opinionem. Quam quidem probarunt etiam Butrius in conſil. lxv. & Roma. in conſil.cxxxviij.nu.3.& in conſi.ccxc.nu.6.

Primò adduci ſolet textu. l. certi condictio. §. quoniam. verſicul. numeraui. ff. ſi certum petat. quo loci ſimplex pecuniæ numeratio infert contractum fuiſſe re celebratum, ſicque mutuum.

Verùm reſpondetur apud Vlpianum dubitatum non fuiſſe ſuper illa numeratione, quam habuit pro conſtanti, factam fuiſſe cauſa contrahendi mutuum: ſed dubitatio fuit, an ex quo is, qui numerauit, ſtipulatus fuerat,pecuniam illam alij reddi, poſſet agere certi condictione pro reſtitutione mutui? Et reſpondit Vlpianus, agere poſſe, ex quo illa ſtipulatio tamquam inutilis non eſt operata, vt acquireretur actio ei, cuius nomine ſtipulatio facta fuerat. Id quod ſignificant & alia exempla ab ipſo Vlpiano commemorata.

Secundo affertur.l. Lucius. la prima. ff. depoſiti. vbi differentia conſtituitur inter depoſitum & mutuum. Eſt ſane 2 depoſitum, † quando pecunia numeratur & deponitur, ſeu commendatur, vt illam met, eam ſuſcipiens, reſtituat. Mutuum verò dicitur, quando pecunia ſimpliciter numeratur.

Cæterum hic textu. nil penitus probat: quando quidem ibi depoſitum à mutuo ſecernitur ob id quod in mutuo adhibitum fuit pactum, quod tantundem reſtitueretur, depoſitum verò, quia expreſſe is creditor dicitur commendaſſe, id eſt, apud debitorem depoſuiſſe.

Tertio perpendunt prædicti Doctor. textum.l.in naue Saupheli.in princ.verſi. idem iuris eſt. ff.locati, cuius verba hæc ſunt: Idem iuris eſſe in depoſito. Nam ſi quis pecuniam numeratam ita depoſuiſſet vt neque clauſam neq; obſignatam traderet, ſed adnumeraret, nihil aliud debere, apud quem depoſita eſſet, niſi tantumdem pecuniæ ſoluere, &c. His verbis ſignificaſſe videtur Alphenus numerationem oſtendere mutuum irregulare. Reſdondetur, ibi iam conſtabat ipſius actus ſubſtantia, quæ vnum ex duobus ſignificabat, hoc eſt, vel mutuũ, vel depoſitũ. Dubitabatur itaque quem contractum magis oſtenderet, & reſponſum fuit, magis ſignificare depoſitum irregulare, quod alio nomine appellatur mutuum. Sed diuerſum eſt in caſu noſtro, quia hæc verba, tolle hanc pecuniã: non ſunt reſtricta ad duas ſpecies contractus



contractus vt vel vnam, vel alteram ſignificent.

4 Vltimò affertur argumentum, quòd ſicuti † æſtimatio ſignificat venditionem, vt inquit gl. in l.quoties.ff.de iure dotium.& in l.ſi inter,in fi.C.eo.ſic & numeratio ſignificat do-5 minij tranſlationem: cum in dubio, cauſa ſubſiſtente, † dominium transferri dicatur.l.ſi ita diſtrahatur.ff. de contrah. empt:& l.j.§.& eſt quæſt.ff.pro dote.

Cæterum reſpondetur, non eſſe bonam conſequentiam, dominium transfertur. Ergo eſt mutuum, cum poſſit alius eſſe contractus, in quo dominium transfertur.

6 Secunda eſt opinio, quod hic ſit † cõtractus innominatus, pro quo datur actio in factum præſcriptis verbis. Ita Rom. in d.l.cum quid.nume.16.ibidem Alciat.num.38. & Zaſius nu.42.idem Zaſius in libro ij.ſingul.reſponſ.capit. decimotertio. Primò moti ſunt text. l. j. ff. de præſcriptis verbis: vbi cum proprium inuenire non poſſumus, actio in factum præſcriptis verbis redditur. Exempla illo in loco recenſet Papinianus. Ita parier in l.ſi gratuitam.eo.tit. Cum ambigitur, an ſit commodatum, vel precarium, dicitur contractus innominatus, pro quo datur actio præſcriptis verbis. Et apertius in l. prima. ff. de æſtimat. actio. ibi, quoties enim de nomine contractus ambigeretur. Et in dubio præſumi contractum innominatum affirmant glo.Bartolus & Baldus in l.eleganter. §. primo. ff. de dolo. Bartolus in l.prima.numero ſeptimo, in fine. ff. de rerum permutat. Iaſon in l. ſecunda, in principio. numero nono, & ibidem Decius in ſecunda lect.numero ſexto, & in tertia lect.numero 12.hoc noſtro tit.& alios refert Tiraquell.in tract. de retractu conſanguin.§.xxx.gloſſ.j. numero 36. Cum ergo noſtro in caſu nõ appareat qua de cauſa, quóve nomine tradita ſit pecunia. Nec dicẽdum videtur contractum eſſe innominatum, & ob id reddi actionem in factum, præſcrip.verbis.

Reſpondet primò Decius in d.l.cum quid in prima lect. nu.23.& in ſecunda lect.nu.53.id contingere, quando nulla eſt facta numeratio, ſed numeratione facta, præſumitur mutuum. Verum huic interpretationi repugnat tex.ſatis manifeſtus.l.Titius.eo.tit.de præſcrip.verbis.

Reſpondet ſecundò Bologn.in d.l.cum quid.nu.64.in fine.quod in d.l.j.& in d.l.ſi gratuitam.de præſcr.verbis, erat actum, vt à recipiente illo aliquid fieret, atque ita apparebat contractũ fuiſſe correſpectiuum: Et propterea, ſi de nomine non conſtat, contractus innominatus præſumitur. At noſtro in caſu diuerſum eſt, cum conuentum non fuerit de reſtitutione, vel quod quid aliud fieret, à ſuſcipiente pecuniam. Non ergo pares ſunt termini.

Cæterum nec hæc interpretatio retinenda eſt: cum repugnat.d.l. ſi gratuitam, vbi gratuito domus ad habitandum 7 fuit conceſſa. Præterea contractus innominati † aliqui ſunt correſpectiui, vt quatuor illi commemorati in l. naturalis. de præſcript. verbis. aliqui verò & multo plures ſunt non correſpectiui, vt tradunt Bart.in d.l. naturalis, in princ. Iaſon in l.iuriſgentium.in princ.nu.3.ff.de pactis, & in l. cum mota.nu.24.C.de tranſa. Et ſi ergo contractus iſte, de quo agimus, ex correſpectiuis dici non poſſit non tamen inde ſit quin ſit innominatus ex non correſpectiuis.

Reſpondeo itaque tertio, negando carere nomine: quia imo nomen habet, vt infra demonſtrabimus.

8 Secundò vrgere videtur, quod † contractus innominatus tunc dicitur, quando non habet nomen ſpeciale. l. iuriſgentium. in princ.vbi Barr.& Iaſon nume.9. ff. de pactis. Idem Bart.in l.vlt.nu.46.ff.de condict.ob cauſam. Atqui contractus iſte noc habet ſpecificum nomen. Ergo non eſt contractus nominatus, ſed innominatus.

Verùm reſpondetur, quod quando apparet de contractu certo, & ille non habet nomen ſpeciale, tunc dicitur contractus innominatus. ſed cum ſumus adhuc in dubio, non poſſumus iudicare eſſe innominatum, antequam de eo conſtet. De ſubſtantia enim prius conſtare debet, deinde de qualitate & nomine.

9 Tertia eſt opinio, quod † nullus ſit cauſatus contractus, ſed detur actio poſſeſſoria retinendi. Ita Fulgoſius in dict.l. cum quid.num.8.hoc tit.idem ſenſit Imola in l. à Titio. nu. 4.de verb.oblig. Ea ratione motus eſt Fulgoſius quod hæc 10 ſit nuda † quædam traditio, qua rei traditæ dominium non transfertur.l.nunquam nuda.ff.de acquir.rerum dom. Non enim traditio hæc aliquam habet cauſam antecedentem.

Cæterùm reſpondet Decius in d.l.cũ quid in ij.lect.num. 53.in fi.procedere, quando pecunia non fuit numerata: ſed quãdo fuit numerata præſumitur quædam cauſa tacita mutuandi, propter numerationis naturam. Quæ quidem Decij conſideratio recipienda non eſt, cum numeratio cauſam non inferat, vt animaduertunt Curtius Iunior & Bologne. alias numquam dari poſſet caſus, quod numeratio eſſet ſine cauſa, quod eſt inconueniens. Nam cum traditio ſpecierum pleniſſimè facta, ſine excrepreſſione cauſæ ſit nuda. dict. l. nunquam nuda. eodem modo numeratio pecuniæ, quæ eſt naturalis traditio pecuniæ.l.j.ff. de contrah. empt.facta ſine cauſa nuda erit. Et rurſus (vt ait Bologne-11 tus) qñ quis † promittit non expreſſa cauſa quare promittit, vel dat, nuda promiſſio, vel datio dicitur, atque ita non obligat.l.cum de indebito.§.vltim.ff.de probatio. Ita etiam qñ quis actu numerat ſine cauſa, numeratio erit nuda. argum. l. vlt.C.ad l.Falcid.

Reſpõdet ſecundo Curtius Iun.in d.l.cum quid nu.16. ꝙ in dubio ſumitur interpretatio, vt actus valeat.l.iij. ff.de teſta.milit.& l.quoties.ff.de reb.dubiis, cum ſimilibus. Ergo præſumi debet talis contractus, qui valere poſſit.

Verùm hæc conſideratio probanda non eſt, quandoquidem regula, quod ſumẽda ſit interpretatio, vt actus valeat, 12 intelligitur † qñ habet debitam formam, & eſt dubium an valeat, vel non: ita declarant poſt alios Iaſon in l. quoties. nume.3.de verbor.oblig.Dec.in l.contrahenda.num.13.de regul.iur.& Alciat.in tract.de præſumpt. reg.iij.præſumpt. xxxiiij.nume.3.

Reſpondetur itaque tertiò, quod d.l.nunquã nuda, intelligatur nuda à cauſa habili ad transferendum dominium, vt ſi eſt depoſitum, vel commodatum. Ita declarat Alber. ibi poſt Iacobum Butrigarium, alioqui nũquam deficeret cauſa, quia donatio præſumi poteſt, vt infra dicemus.

13 Quarta eſt opinio, ꝙ hoc † ſit depoſitum. Ita gl.& Bal.in l. die ſponſaliorum.§.j.ff.depoſiti.Caſtr.in d.l.cum quid.n.9. & ibidem Alex.nu.11.Curt.Iun.nu.17.Alcia.nu. 38.& Bologn.nu.63.& Coraſ.in fi.

Primò affertur conſideratio hæc, quod præſumitur id, 14 quod † eſt fauorabilius.l.cum de indebito. in princip. ff. de probatio. Et hinc ſcripſit Baldus in præludiis feudorum.numero vndecimo, & conſilio ducenteſimoſexageſimoprimo. Primò quæritur ſtatuto. columna ſecunda verſic.præ-15 terea cum dubitatur.libro primo, in dubio contractũ † præſumi nominatum, cum ſit innominato fauorabilior. Atqui depoſitum eſt maxime fauorabile. l. penultim. C. depoſiti. & l. vltim. C. de compenſa. Ergo præſumitur depoſitum.

Reſpondetur omiſſa reſponſione Curtij, quam ipſemet improbat, dicimusque, & mutuum eſſe maxime fauorabile, cum ei tributa ſint multa priuilegia.l.ſingularia.hoc titu. Et præterea, ob numerationem non dicitur hoc proprie depoſitum, ſed poſſet dici mutuum. l. Lucius la j. ff. depoſiti; & propterea ceſſat argumentum.

Secundò ſuffragari videtur, quod in dubio eligenda eſt, 16 † via illa, quæ eſt magis tuta, & qua vtrique partium conſulitur, vt tradunt Caſtr.in l.j.in fi.ff.ſi quis cautio. Decius in l.ij.in prin.in ſecunda lectura.nu.8.& in tertia lectura.num. 12.hoc tit.& ſcripſi libro ij. de arbitra. iudicum caſu cxcix. nu.23.poſt Baldum in l.bonorũ, q.iij.C.qui admitti. Atqui depoſitum habet viam mediam, & eo vtriq; partium conſulitur, nam conſultum eſt tradenti, qui rei ſuæ dominium non perdit, eſt etiam conſultum recipienti, qui non tenetur, ſi res ſine ſua culpa vel perit, vel deterior efficitur. Ergo depoſitum præſumitur. Verùm reſpondetur non eſſe conſultum recipienti, qui ſi exiſtimaſſet, pecuniam hanc ſibi tradi cauſa cuſtodiæ, eam non recepiſſet: & interpretatio fit contra tradentem. l. veteribus. ff. de pactis, & dicemus infra.

17 Quinta itaque opinio † proponi & defendi ſatis poteſt, quod hic ſit contractus donationis. Et præmittendum atque præſupponendum eſt hic, tradentem pecuniam ſcienter tradere, alioqui nec alius contractus dici poſſet cauſatus. Hoc ſuppoſito.

Primò mouet me text. l. quod quis ſciens. ff.de cond.indebiti,

18 debiti,quo loci,is qui†indebitũ dat, repetendi animo,non
repetit,quia in dubio non præſumitur animus repetendi,ni-
ſi id expreſſerit. Ergo præſumitur donatio, quæ repetitio-
nem non admittit.

Secundò confert tex.l.j.de condict. indeb.& l. cuius per
errorem.de regul.iur. cuius per errorem dati repetitio eſt,
19 conſultò dati † donatio eſt, cum itaque ſciens iſte dederit,
nec animum repetendi declarauerit, dicendum eſt, donare
voluiſſe.

Tertiò accedit text,l.donari.ff.de donatio. qui repetitus
videtur in l.donari.de regul,iuris,dum iuriſconſ. ait, donari
20 †illud videri,quod nullo iure cogente conceditur. Hic nul-
lumius nullâve cauſa cogit tradere. Ergo dicitur donatio.
Nec repugnat, quod iuriſconſul. dixerit,conceditur, quod
verbum ſui natura ſignificat donationem vt dicemus infra.
Nam reſpondetur, quod illud eſt verbum iuriſconſulti ex-
ponentis,nec in verbo illo fundamẽtum facit;ſed ſolũ in eo,
quod traditum ſit, nullo iure vel cauſa cogente:alioqui iu-
riſconſul.dixiſſet,donari videtur quòd conceditur. Et ver-
21 bum concedo†generale eſt, & poteſt trahi ad multas cau-
ſas,vt inquit glo.in capit.j.de vſuris libro vj. Poſſum enim
concedere ex cauſa commodati,precarij,mutui,donationis
& ſimili.

22 Quartò & vltimò,cum ſimus in dubio, ſumenda eſt † in-
terpretatio contra dantem.l.veteribus,ff.de pactis.l.Labeo.
la j.ff.de contrahen.empt.l.quidquid aſtringendæ,ff.de ver.
oblig.& c.contra eum.de reg.iur.in vj.Eſt ergo ſumẽda in-
terpretatio contra hunc numerantem, quod donare volue-
rit,cum legem apertius dicere potuerit,& non dixerit.

Nec obſtat, quod donatio in dubio non præſumatur ex
d.l.cum de indebito.in princip.ff.de probatio.quia reſpon-
detur.d.l,cum de indebito probare quidem,quod hęc inter-
pretatio eſt facienda contra ſoluentem in fauorem recipiẽ-
23 tis,cum præſumptio ſit†contra ipſum ſoluentem,quod no-
luerit iactare ſuum,& ob id habet probare cauſam & erro-
rem,ſed quod interpretatio hæc fieri debeat in fauorem ſol-
uentis,& in odium accipientis, ibi non dicitur, imò potius
contrarium.

Præterea & ſecundo reſpondetur, præmittendo quod
24 condictio†ſine cauſa conceditur,quando quis ſoluit inde-
bitum per errorem,vel falſa cauſa expreſſa.l.j.ff.de cond.ſi-
ne cauſa. Cum enim probatur vel error,vel falſa cauſa, nul-
la præſumi poteſt cauſa,quæ præſumi faciat valere traditio-
nem.Cum autem in caſu.d.l,cum de indebito,ille allegaret,
ex falſa cauſa & per errorem ſoluiſſe,nec id probauerit,præ-
ſumitur fatuus,ex quo nil aliud dicit quàm ſe ſine cauſa ſol-
25 uiſſe.nec præſumitur,quod diligens†paterfam.ſit ita fatuus
vt voluerit iactare ſuum,ſine iuſta cauſa. Diuerſum eſt in ca-
ſu noſtro, in quo nulla cauſa nec vera nec falſa fuit expreſ-
ſa:nec error affuit,ſed ſimpliciter ſciẽs dedit, ob id donatio
præſumitur:Et hic locum habere non poteſt condictio ſine
cauſa, ex quo reſultat cauſa donationis:vt ſupra demonſtra-
uimus. Et accedit quod ſcribunt Doctor.in l. j.ff.de con-
26 dict.ſine cauſa,quod vbi poteſt præſumi†cauſa donationis,
tunc ceſſat illa condictio ſine cauſa. Ex quibus ceſſat & illa
obiectio,quæ fieri ſolet ex l.nunquam nuda,ff.de acquiren.
27 rerum dom. Nam nuda † traditio dicitur, quando falſa ex
cauſa traditur, vt is,qui habet animum ſoluendi,cum tamẽ
nil debeat,ſi ſoluit,dicitur nudè tradere, atq; ita dominium
non transfert. Secus verò quando ſciens tradit, quia tunc
non dicitur nuda traditio, cum præſumatur cauſa dona-
tionis.

Hæc præſumptio,quod ſcilicet pręſumatur donatio,lo-
28 cum habet multò magis, quando qualitas † perſonæ idem
ſuaderet,ſicuti quando ita dictum fuiſſet ſanguine coniun-
cto.Ita tradit Bart,in d.l.cum quid numer.11.Nec repugnat
quod ſcripſi in commentariis de arbitrariis iudicum libr.ij.
caſu lxxxviij,num.17,explicando.l.Procula.ff.de probatio.
ſolam ipſam conſanguinitatem non operari præſumptionẽ
donationis,quia reſpondetur,quod ſi in caſu noſtro ſola ip-
ſa verborum ſignificatio in extraneo oſtendit donationem,
multo magis in ſanguine coniuncto, ſic pariter quando
29 †ſcolaris præceptori pecuniam numeraſſet,in dubio præſu-
mitur donaſſe.Ita Bologne.in d.l. cum quid nu.62. Rurſus
hæc præſumptio locũ habet multò magis,qñ aliquod aliud
30 verbum†adiunctum id operatur,vt ſi dixit,tolle hanc pecu-
31 niam, quam tibi concedo.Nam verbum†concedo ſignifi-
care donationem,ſcripſerunt Alex.in d.l.cum quid,numero
13.Curtius Iun.numero 19.& Alciatus.numer. 38.ſic & Fe-
linus in capit.ſi cautio.numero 11.de fide inſtr.& alios con-
geſſi in d.caſu lxxxviij.nu.38.& in conſ.cxcj.nume.8. lib,ij.
Diſſentit tamen Bologne.in d.l.cum quid.nume.62.in fine.
Idem quando dixit quis, ſume, tolle hanc pecuniam quam
32 tibi do.Hoc enim † verbum,do, dominij translationem ſi-
gnificat.§.ſic itaque.in inſtit.de actio.Et cum non appareat
aliquid dictum de reſtitutione, donatio præſumitur. l. nun-
quam. ff.de acquiren.rerum domin.Ita poſt Petrum Perti-
cenſem,affirmarunt Alexander & Iaſon in d.l.cum quid ille.
nume.12.iſte.nu.38.

Cæterùm à prædictis diſſentiunt Imola in l.à Titio.num.
4.& in l.ſi fundum certa die.nume.3.ff.de verb.oblig.& Fe-
linus in capit.ſi cautio.col. ij. de fide inſtr. ea ratione moti,
quod in ſimplici traditione neceſſaria ſit cauſa. dict. l. nun-
quam nuda.ff.de acq.rerum domi.& l. ij. §. circà. ff. de ex-
cep. Sed reſpondetur, quod cum ita conceditur, vt domi-
nium transferatur, neceſſaria non eſt cauſa : cum donatio
præſumatur.l. cuius per errorem.ff.de reg.iur. & dixi ſupra.
Et hinc apparet nõ repugnare,quod ſubiungit Imola,quod
& ſi verbum,do,ſignificat dominij tranſlationem ; attamen
non oſtendit id fieri poſſe ſine cauſa. Non inquam hoc
repugnat:cum in donatione alia cauſa quam ipſa donantis
liberalitas requiratur. Quam quidem liberalitatam oſten-
dit hic dans,cum de reſtitutione non paciſcatur. Ex quo
ceſſat & illud quod dicebat idem Imola;eſſe poſſe mutuum.
Non enim mutuum eſt:cum de reſtitutione actum non ſit:
& ſi accipiens exiſtimaſſet, debere reſtituere, forte non ac-
cepiſſet.

Porrò ab hac præſumptione receditur aliis ſignis & cõie-
cturis:Quarum prima eſt,quæ colligitur ex præfatione ip-
33 ſius conceſſionis:talem enim iudicamus†actum & contra-
ctum qualem præfationis verba oſtendunt. Ita ad rem no-
ſtram poſt gloſſ.& Bartolum ſcripſerunt Purpura. in dict. l.
cum quid.nume.50.Alciatus numer.32. & Bolognetus nu-
mero 61.in ſi.

Secunda eſt coniectura ducta à qualitate perſonarũ, quæ
34 non ſolẽt donare,vel mutuo dare:ſicuti ſi ſcolaris†traderet
pecuniam aliquam mercatori,præſumendum non eſt, quod
vel donauerit, vel mutuo dederit:ſed quod depoſuerit. Ita
Bal.in l.incendium.in ſi.C.ſi cert.pet.& Dec.in l.cum quid
in prima lect.num.23.in fin.& in ſecunda.nu.53. ad ſi. reie-
cta opinione Caſtren.ibidem.

## PRAESVMP. XXXV.

Donatio quando præſumatur inter viuos etſi
mortis mentio in ea facta ſit.

### SVMMARIVM.

*1 Donatio cauſa mortis præſumitur quando m rtis men:io facta eſt.*
*2 Donatio cenſetur facta inter viuos, ſi donans id exprimat, etſi mortis
etiam mentio facta fuerit.*
*3 Certitudinem omittere pr quærendis indiciis,infirmitas eſt intellictus.*
*4 Donatio inter viuos dicitur,mortis mentione ſolummodo cauſa dila-
tionis facta.*
*5 Donatio cauſa mortis requirit quinque teſtes.*
*6 Cod cillos facere voluiſſe, teſtator præſumitur,cum plures quam quin-
que teſtes in vltima d ſp ſitione non adhibuit.*
*7 Donatio cenſetur inter viuos,ſi in ea hæredum & ſucceſſorum mentio
facta ſit.*
*8 Donationi cauſa mortis,cur repugnet pactum,vt ad hæredes tranſeat.
Niſi tamen vrgentiores coniecturæ aliud ſuadeant.nu.9.
Vel mentio hæredum in verbis exequutiuis facta ſit.nu. o.
Aut donatio tanquam inter viuos valere non poſſit.nu.12.*
*11 Verba poſita in exequutiuis inſtrumenti & contractus, non immutant
eorum naturam.*
*13 Donatio meritis præcedentibus cenſetur inter viuos mentione etiam
mortis facta.*
*14 Donatio facta omni meliori modo,iure & forma quib.p tuerit donator,
inter viuos præſumitur,mortis etiam mentione facta.*

Mortis



*15 Mortis mentione facta in genere tantum, donatio cenſetur inter
viuos.*
*16 Donatio facta irreuocabiliter niſi in caſu ſuperuenientiæ filiorum,cen-
ſetur inter viuos, & ſi mortis facta ſit mentio.*
*17 Donatio,cauſa mortis ob ſuperuenientiam filiorum non reuocatur.*
*18 Vſufructum legans maritus vxori,& alienationem prohibens, propric-
tatem cur præſumatur reliquiſſe.*
*18 Exceptio de genere regulæ eſſe debet.*
*30 Donatio cenſetur iinter viuos,etiamſi mortis fiat mentio,quando cauſa
donationis inter viuos præcedit.*
*21 Donatio quæ adiectum habeat pactum de non reuocando cenſetur inter
viuos,facta etiam mortis mentione.
Idque præſertim ſi iuramentum acceſſerit.nu.22.
Vel actus duplex,vt pactum donatoris,& notarij ſtipulatio.nu.23.*
*24 Donatio cauſa mortis cenſetur inter viuos is in caſibus,quibus promiſſio
de non reuocando facta eſt.*
*25 Donatio inter viuos ſui natura non eſt reuocabilis.*
*26 Donatio facta cum promiſſione de non reuocando niſi cauſa ingratitu-
dinis,quo ad illum caſum cenſetur cauſa mortis,quo ad alios,inter
viuos.Idq; declaratur.nu.28.29.& ſeq.*
*27 Argumentum de toto ad partem permiſſum eſt.*
*30 Donatio facta in teſtamento,cum promiſſione de non reuocando, reuo-
cari tamen poteſt.
Eam tamen donationem,teſtamento annullato,non cenſeri reuocatam.
nume.31.*
*32 Confeſſionem factam in teſtamento irreuocabilem eſſe,ex quo parti eſt
ius quæſitum.*
*33 Donator ſibi multa bona reſeruans, de quibus teſtari poſſit inter viuos
præſumitur donare voluiſſe,etſi mortis fecerit mentionem.*
*34 Donatio inſinuata,inter viuos facta præſumitur.*
*35 Inſinuatio in donatione cauſa mortis non requiritur.*
*36 Donatio habens clauſulam conſtituti,qua dominium & poſſeſſio tranſ-
fertur,cenſetur inter viuos.
Idque ſi factum ſit ſimpliciter,nec cauſa mortis dictum ſit.nu.37.*
*38 Donatio cum clauſula ad habendum tenendum &c.præſumitur inter
viuos.*
*39 Donatio facta perſonæ coniunctæ,etiam ſub commemoratione mortis,
cenſetur tamen inter viuos.*

QVAMQVAM pro regula traditum eſt, dona-
1 tionem†cauſa mortis præſumi quando mortis
mentio eſt facta,vt probat.l.Sæia in princip.ff.
de donat. cauſa mortis omnes in l. quæ dotis.
ff. ſolut. matrimon. latiſſime comprobat Ro-
land.in conſilio octauo.numero tertio & in conſilio lxj. nu-
mero 6.libro ij. attamen aliquando coniecturis & præſum-
ptionibus,dicitur donatum inter viuos:quemadmodũ ſcri-
bunt Corneus in conſi.cclxxxix.col.iij.lib.iiij.Craue.conſ.
ccxiiij.col.vlt.& apertius Rolan.in conſ.lxj.num. 28.lib.ij.
qui dixit,facile ab hac regula & coniectura recedi. Idẽ ſcri-
bunt alij, quos ſtatim commemorabimus.Has coniecturas
& præſumptiones ſatis accuratè & diligenter explicauit
eruditiſſimus Hippolitus Riminaldus in commentariis ad
titulum de donationibus in inſtit.in princip.num.917.quo
loci recenſet decem caſus ſeu coniecturas,quas ex illius or-
dine proſequemur,& aliqua adiiciemus.

2 Prima eſt coniectura, quando donans dixit, † ſe donare
titulo & cauſa donationis inter viuos. Hoc caſu etſi in alia
parte donationis facta ſit mortis mentio; nihilominus dici-
tur donatio inter viuos.Ita tradunt Bartolus, Imola, Caſtr.
Comenſ.Alex.& Iaſon in l.quæ dotis.ff.ſolut.matrim.idem
Barto.in l.vltim. colum. pen.numero 11.C.de pactis.Alex.
in conſil.xiiij.colum.j.lib.j.Iaſon.in conſi.v.colum.penult.
& vltim.lib.iij.& in conſi.clxix.columna vlt.lib.iiij.Decius
in conſi.cccv.col.j.& in conſ.cccclxx.col.ij.Et hos quidem
commemorauit ac ſecutus eſt Riminal.Iunior,præcitato in
loco.numero 917.ſecundum nouam impreſſionem. Et hac
de re non eſt multum dubitandum:cum in claris non ſit ( vt
dicebat ipſe Riminaldus ) opus coniecturis. l. continuis. §.
cum ita.de verborum obligatione,quo loci dicebat Baldus,
3 quod omittere certitudinem†pro quærendis indiciis eſt in-
firmitas intellectus.Et hæc quidem dici non poteſt proprie
coniectura, iuxta ea,quæ de coniecturis diximus ſupra lib.
j.q.vij.nume.27.

4 Secunda eſt coniectura,quando mortis mentio † facta eſ-
ſet ſolum per modum dilationis,atq; ita ſolũ in verbis exe-
cutiuis; vt ſi quis alteri fundum donaret, reſeruato ſibi vſu-
fructu vſque in tempus mortis. Hoc etiam caſu , donatio
dicitur inter viuos. Et illa mortis mentio, cauſa dilatio-
nis potius, & ad demonſtrandam executionem facta eſt. Ita
Baldus in additionibus ad Specul. in titu.de inſtrumen.edi-
tione.columna vlti.verſic.ſi quis donat.idem in conſil.cvij.
Anno Domini.libro ſecundo. Alexander in l. quæ dotis.
numero vigeſimoquinto; & ibidem Iaſon numero trige-
ſimoſecundo, ff. ſoluto matrimonio. Idem Alexander in
conſilio decimoquarto, numero vndecimo , libro primo,
& in conſilio ſeptuageſimoſeptimo, columna ſecunda, li-
bro quinto , Socinus Senior in conſilio quinquageſimo-
tertio, columna ſecunda, & in conſilio cxxxvij.libro primo
& in conſilio ccxxxij.columna vltim. libro ſecundo. Iaſon
in conſilio clxix. columna vltima, libro quarto. Ruinus in
conſil.lj.numero 3.lib.j.Riminal.Senior in l.more.ff.de iu-
riſdict. omn. iudic. & ibidem Decius numero 33. & idem
Decius in conſilio cccv. colu.vltim.& in conſi.ccccc.num.
11.Gratus in conſilio cxj.numro 18.lib.j.Caſſaneus in con-
ſil.lxv.nu.7.Gulielm.Benedictus in cap. Raynutius. in ver-
bo, teſtamentum.il iiij.nume.23.de teſtam. Boer.in quæſt.
cccliij.num.12.Craue.in conſi.ccxiiij.numero 11.Natta in
conſilio cxj.numero 3.& in conſilio cxxiij.numero 7. libro
j.& Roland,conſi.lxj.numer.13.35.& numer.42.lib.ij.Ri-
minal.Iunior præcitato in loco.numero ducenteſimonona-
geſimoprimo.qui prædictos recenſet.Et illis accedunt Ro-
man.in conſilio cccccxiij.numero primo.& Ruin.in conſil.
clxxxij.numero 5.libro primo. Ea ratione vſus eſt Bald. in
dicto conſilio cvij.quod donator reſeruando ſibi vſumfru-
ctum ( qui multis modis finitur, §. finitur , in inſtitut. de
vſufru. ) mortis mentionem , ad demonſtrandum , quod
non niſi per mortem finiri, eoque in vita, vti velit, præſu-
mitur adiecisse.Et ideo cũ ea de cauſa facta ſit mortis men-
tio,operari non debet alium effectum.l.legata inutiliter.de
adim.lega.& confert.l.non omnis.ff.ſi cert.pet.

Tertia eſt coniectura, quando in donatione quinque te-
5 ſtes non interueniſſent:ſicuti requiritur†in donatione cau-
ſa mortis.l.vlt.C.de dona.cauſa mortis ſed duo tãtùm. Hoc
ſane caſu, & ſi mortis facta eſt mentio,attamen adhuc præ-
ſumitur donatio inter viuos. Ita Petrus & Cynus in l. licet.
C.de pactis.Alexand. in l.quæ dotis. numero 13. & ibidem
Iaſon nume.xlvj.ff.ſoluto matrimo.idem Alex. in l.ſtipula-
tio,hoc modo concepta.num.15.& ibi.Butigelia.nu.34.de
verb. oblig.Corn.in conſi.cxxiiij.lib.j.in conſ.ccliiij.colu.
vlt.lib.iij.& in conſi.cclix.lib.iiij.Ruin.in l.ij.num.69.ff.de
leg.j.Galliaula in l.j.§.ſi quis ita.nu.10. de verborum obli-
gatione,Bertrandus in conſ.lxxxviij.nu.2.lib.ij.Guliel.Be-
nedictus præcitato in loco.Pariſius in conſi.xc.nu.4.lib.iij.
& Soc.Iun.in cõſi.xxj.ad finem.lib.ij.Rol.in conſi.viij. nu.
22.lib. j. & Rimin.Iun.prædicto in loco. nume.924.Et his
addo Craue.in conſi.lij.nu.4.& in conſil.ccxxvij.in ſi. Nat-
tam in conſi.cxv.nu.3.& 4. lib. j. Eſt huius ſententiæ ratio,
quia nõ præſumitur donator elegiſſe viã, qua ſua diſpoſitio
ſubuertatur.l.tertia.ff.de teſtam.milit.Eſt ſimile quod dici-
mus, quod quando eſt dubium, an teſtator voluerit con-
dere teſtametum,vel codicillos,& conſtat adhibuiſſe quin-
que teſtes tantum,cum plures adhibere potuiſſet, ſi voluiſ-
6 ſet,præſumitur†voluiſſe codicillari, non autẽ teſtari. vt tra-
dunt omnes in l.non codicillum.C.de teſta.& dicemus ſub-
ſequenti in libro in præſumptio. viij. Ita quoque è contra
dicemus,quod ſi donator adhibuit quinque teſtes,præſumi-
tur voluiſſe donare cauſa mortis.

7 Quarta eſt coniectura,quando in donatione † facta eſt
mentio hæredum donatarij,vt puta ſi dictum eſt, quod do-
nabat pro ſe & hæredibus ac ſucceſſoribus, vel pro ſe, filiis
& deſcendentibus.Ita Baldus in leg. ſecunda, colu. ſecun-
da.C.de iure dotium.Aretin.in conſilio ſeptuageſimoquar-
to, numero quinto.ver.iij. moueor. Alexand.in conſil.xiij.
col.iij.in conſi.vij.col.pen.lib.vj.Rim.Sen.in l.vlt.col. iiij.
C.de pactis.Cor.in conſ.ccxxiij.col.ij.lib.ij.Iaſon in conſ.
v.col.vlt.lib.iij.& in l.quæ dotis.num.xlviij. ff. ſolut. matr.
& in l. non omnis. numero 5. ff. ſi certum petat. & ibidem
Dec.nu.8.Alcia.col.iij.Socinus Sen.in conſi. liij.nu. 5.lib.
j.& in conſilio lxxiij.lib.iij.Andreas ab Exea in tract.de pa-
ctis.nu

ctis.nu.504.Boer.in q.ccliij.nu.12.Feratius in cautela.xxx. ad finem.Ripa lib.iij. reſponſorum.capit. ix.nu.7.Craue.in conſilio ccxiiij.nume.18.Rola.in conſi.viij.nu.19.& 20.& numo.32.lib.j.& Ruminaldus Iunior prædictos referens in præcitatis commentarijs de donatio.in prin.nume.297.Et illis accedunt Ruinus in conſi.xcviij.nu.16.in conſi. cxxvj. nu.6.lib.j.& conſi.cxxxiij.nume.12.lib.ij.Didacus in rubr. extra.de teſtam.in tertia parte.nume.25.verſic. erit & alius caſus.Roland.in conſi.lxj.numero 37.& nume.61.lib.ij.qui communem eſſe teſtatur. Et receptæ huius ſententiæ ratio
8 à prædictis affertur, quia † naturæ donationis cauſa mortis, repugnat pactum, quod tranſeat ad hæredes.Cum donatario ipſo præmoriente euaneſcat.

Cæterum à prædicta recepta opinione, viſi ſunt diſſentire Baldus in conſi.ccclxj.Domina Ioanna.ver. Nec obſtat, quod facta fuerit mentio hæredis, Decius in conſilio cccclxx.numer. 10. ver.ſecundò reſpondetur,& Alciatus in reſp. dclix.num.2.& in l.non omnis,ff.ſi certum peta.Et apertius Crottus in l.ſtipulatio hoc modo concepta.nu.82.ff.de ver, obl.qui tribus mouetur argumentis.

Declaratur primò hæc coniectura vt locum non habeat,
9 quando † aliæ vrgentiores extarent in contrarium coniecturæ,quibus apparere poſſet,donatorem voluiſſe potius donare cauſa mortis quàm inter viuos,etſi hæredum donatarij mentionem fecerit.Ita reſpondit Decius in conſil. cccclxx, nu.9.in fine.& nu.10.

Et Decium ſecuti ſunt Alciatus.l.non omnis.num.4.ff. ſi cert.peta.& Rimin.Iun.præcitato in loco nu.936. cõtrarias coniecturas conſiderauit Decius,vt quando facta eſt mentio mortis,vt diximus ſupra in principio, & rurſus, quando adhibiti fuerunt quinque teſtes vt attigi ſupra in quinta coniectura, & fuſius dicemus in ſubſequenti præſumptione, in quarta coniectura illas ſanè coniecturas reſpondit Decius præualere huic pacto,quod ad hæredes tranſeat.

Declaratur ſecundò hæc coniectura, vt locum ſibi non vendicet,quãdo mentio hæredum donatarij,facta eſt in verbis executiuis.Nam tunc non præſumitur donatio inter viuos.Ita declarant Gratus in conſi.cxj. numero 20.lib.ij.& Rimina.præcitato in loco. numero 940. Non enim verba
11 † poſita in executiuis inſtrumenti & contractus, immutant eorum natura.Ita in ſpecie donationis,quod nõ dicatur inter viuos ob id, quod in clauſula executiua dictum fuerit, quod non poſſet reuocari, reſpondit Dec. in conſilio cccv. numero quinto,quem ſecutus ſum in conſi.clx.nu.38.lib.ij. Qua de re dicemus infra in decima coniectura in prima declaratione.

12 Declaratur tertiò,vt hæc coniectura ceſſet,quando † aliàs donatio non valeret vt donatio inter viuos.Nã tunc valeret, vt donatio cauſa mortis;vt puta ſi donaret omnia bona præſentia & futura.Nam tunc ex quo nõ poteſt valere, vt donatio inter viuos:quia tolleret teſtandi facultatem,dicitur voluiſſe donare cauſa mortis, etſi hæredum in ea mentio facta ſit.Ita declarant Gratus in conſi.lxx.nu.6.lib.ij.& Riminal, prædicto in loco.nu.941.

13 Quinta eſt coniectura,qñ † merita donatarij præceſſerũt, Nã & tunc,nõ attentata mentione mortis,donatio prꝗſumitur facta inter viuos.Ita Bald. in l.ſi mortis.C.ad l.Falc. Rimin.Sen,in l.vlt.col.iiij.C.de pactis.Tiraquel.in l.ſi vnquã. in verbo donatio.nu.47.C.de reuoca.donatione.& Rimin, Iunior in inſtit.de donatio.in prin.nu.943.Qui quidem tribus egregiis rationib.comprobat.Idem reſpondit Rolan.in conſi. lxj.nume.41.lib.ij.etſi à prædictis diſſentiat Corne, in conſ.cxxvj.nu.14.lib.j.

14 Sexta eſt coniectura,quando † donatio,omni meliori modo,iure & forma,quib.magis potuit donator,facta fuit. Nã tunc præſumitur donatio inter viuos,non autem cauſa mortis & ſi aliqua mortis mentio in ea facta ſit. Ita reſponderũt Corn,in cõſ.cclxxxix.col.vij.lib.iiij.& Crau.in cõſ. ccxiiij. in fi.Par,in conſi.xc.col.ij.lib.iij.& Rol,in conſ.viij.nu.24, lib.j.quos ſecutus eſt Riminaldus Iunior prꝗcitato in loco. num.952.Ea eſt ratio,quia melior eſt modus donationis inter viuos, quæ reuocari non poteſt, quam donationis cauſa mortis,quæ facilè reuocatur.

15 Septima eſt coniectura,quando mentio † mortis facta eſt in genere tantum,vt putà ſi mulier alicui donaret quocunq; modo ſoluto matrimonio, ſub quibus verbis generalibus cauſa etiam mortis comprehenditur.Hoc etiam caſu præſumitur donatio inter viuos.Ita Alex.in l.quæ dotis.num. 10. ff.ſoluto matrim,ſecundum intellectum gloſſæ & Doctorũ ibi.& ibidem Claudius Aquenſis.num.9,qui eiuſdem ſententiæ recenſet Salicetum in l.ij.in fine.C. de iure dotium. Idẽ affirmarunt Socin.Sen.in conſi.lxxiij.num.5.lib.iij.Guliel. Benedictus in cap.Raynutius in verbo,teſtamentum,il iiij. nu.23.in fin.de teſta.& Riminal.Iunior præcitato in loco. nu.955.qui prædictos commemorat.

16 Octaua eſt coniectura,quando quis † donat irreuocabiliter,niſi in caſu ſuperuenientiæ filiorum.Hoc etiam caſu,etſi mortis mentio facta eſt attamen adhuc præſumitur donatio inter viuos.Ita Ruinus in conſi.cxxiij.nume. 7. libro j.& in conſi.lxij,nu.12.lib.ij.Tiraquellus in leg.ſi vnquam. in verbo,donatione.nume.203.C,de reuoca.donat.quos ſecutus eſt Rimin.Iun.præcitato in loco,nu.960.qui numero 964. alios recenſet.

17 Ea ratione moti ſunt, quod cum donatio † cauſa mortis per ſuperuenientiam filiorum non reuocetur, ſicq; in ea locum non habeat diſpoſitio,l.ſi vnquam,C,de reuo,donat.ſequitur,quod cum caſus iſte exceptus, non conueniat donationi cauſa mortis,ſed donationi inter viuos tãtũ,arguit donationẽ factã eſſe inter viuos.Ita in ſimili probatur ex l.Pro-
18 culus.ff.de vſufruct.vbi Baldus ſcribit, qđ ſi maritus † legat vxori vſumfructum,& prohibeat alienationem, præſumitur reliquiſſe proprietatem:quia alias verba non deſeruirent intentioni; cum vſusfructus etiam remota illa prohibitione alienari non poſſit.l.ſi vſusfructus.ff.de iure dotium.Et Bal. ſecuti ſunt permulti, quos recenſebimus ſubſequenti libro in præſum,cxxv.vbi de legato vſusfructus diſſeremus. Præterea afferri poteſt ratio,quod exceptio † debet eſſe de ge-
19 nere regulæ,vt tradunt omnes in l.j.ff.de reg. iur. cum ergo exceptio caſus.l.ſi vnquam,ſit,de donatione inter viuos, ſequitur dicendum,quòd regulam ipſam præſupponit eſſe de eadem donatione.

Cæterùm à prædicta opinione diſſentiunt Caſtr.in conſi. cccxxxiiij.lib.j.& Corn. in conſ.ccxliij.lib.iiij.quos ſic refert Tiraq.præcitato in loco nu.198.

Nona eſt coniectura,quando præcedit † cauſa donationis
20 inter viuos,vt puta cauſa matrimonij vel alimentorum,quibus donans obſtrictus erat.Hoc etiam caſu præſumitur donatio inter viuos:& ſi mortis mentio facta eſt. Ita Bartolus & Caſtren.in l.nam & ſi cum moriar.ff.de cond.indeb,Alexander in conſi.lxxvij.columna ij.lib.iiij.Bertrandus in cõſi.j.nume.29.lib.ij.Grammatic.in deciſ.lxxiij. numero 12. Gulielm. Benedict.in d. verbo, teſtamentum. il iiij. nu.23. in quinta limit.& Rimina.Iun.in loco præallegato.nu.967. qui cum Bart.tamen dicit non eſſe donationem,ſed promiſſionem inter viuos.

Decima eſt coniectura, quando in † donatione adiectum
21 fuit pactum de non reuocando ipſam donationem.Hoc etiã caſu præſumitur donatio inter viuos,& ſi aliqua mortis mẽtio facta eſt. Ita Bartolus,Angelus, & Caſtr.in l. vbi ita donatur.ff.de donatio.Bartol.in l.vltim.numero 11. C. de pactis. Dynus in conſi.xliiij.in iij.dubio,Angelus in conſilio clxxv.nu.6.Caſtren.in conſi.lxj.num.1.& in conſil.lxxv.nu. 2.lib.ij.& in conſi.xcviij.Notandum eſt lib.j.Abbas in cap. conſtitutus.de relig,dom.Areti.in conſi.xlj.nu.6. in fi. & in conſ.lxxiiij.col.ij,verſi.prima ratio.Alex.in conſil.xiiij.nu. 3.lib.j.Corneus in conſ.clviij.ad finem lib.iiij.Rimin. Sen. in l.vlt.colum.iiij.C.de pactis.Ruin.in conſi. clxxviij. in fine.& in conſi,clxxxij.nu.6.lib.j.late Iaſon in l. non omnes. nu.2.ff.ſi certum peta.& in l.quæ dotis.nu.30.ff.ſoluto matrimonio.Ferratius in cautela xxx.Ripa lib.iij,reſpon.c.11. Hos magna ex parte & alios refert Antonius Gabriel. lib. ij. concluſionum.in tit.de iureiurand.concluſio,ix,nu.2.Et his accedunt Bello. in conſi.lx.num.13.Curtius Iun.in cõſ. xxxix.nu. 6. Andreas ab Exea in commentariis pactorum. nume. 501.Balduinus in inſtit.de donatio.in princ.Mantua conſi.102.colum.j.Natta in conſi.ciiij,nume.6.lib.j.Didacus in rub.extra de teſtam.in ſecunda parte.nume. 11. Iulius Clarus in §.donatio.q.iiij.in fi.Rol.in conſi,viij.nu.26.lib. j.& in conſi.lxj.nu.43.lib.ij.Riminaldus Iunior in inſti. de dona.in prin.numer, 970.Et ij omnes moti ſunt ex l.vbi ita

dona



donatur.ff.de dona.

His conſtat hanc eſſe receptam opinionẽ,& ſi diſſentiunt permulti relati à Gabriele in d.concluſione ix.nume.2.verſic.tamen contrarium, vbi refert Accurſium, Baldum, Angelum,Alexandrum,Crottum,& Iaſonem. Et quibus addo Curtium Iuniorem in conſi.lvj.nume.2.& nume. 3.Pariſ.in conſi.xvj.nu.13.lib.iij.Socin.Iun.in l.ſciendum.nume.quadrageſimo,de legatis.j.& in l.qui Romæ.§. duo fratres. nu. 94.ff.de verb.oblig.

Et prædicta quidem opinio locum habet multo magis,
22 quando adhibitum eſt † iuramentum,de non reuocando.Ita Gabriel in d.concl.ix.nu.11. recenſet ſcripſiſſe permultos. Quib.accedunt Rolan.in conſ.viij.num.26.& 27.lib.j.& in conſi.lxj.nu. 44.lib.ij.

Diſſentiunt tamen Corneus in conſi.cxxvj.col.ij.libro j. Iaſon in conſi.lx.col.v.verſ.ſecundò reſpondeo.lib.iij. Decius in l.non omnis.col.iij.ff.ſi certum petat.& ibidem Alciat.Pariſ.conſi.xvj.nu.14.lib.ij.

Et præterea hæc coniectura locum habet multo magis,
23 quando duplex † actus interceſſit,nempè donatoris pactum de non reuocando,& ſtipulatio notarij.Ita Aret.in conſilio lxxiiij.col.ij. verſi. ſecundo moueor &c. qui huius opinionis refert & Bart.in d.l.quæ dotis.ſol.matr.ex tex.l.cum maritus.§.vlt.ff.de pact.do.

Extenditur hæc coniectura,vt locum etiam habeat, quã-
24 do facta † eſt promiſſio de non reuocando donationem certo caſu, vel aliqua eueniente conditione. Nam illis in caſibus quibus facta eſt promiſſio non reuocandi, donatio præſumitur inter viuos, in aliis verò dicitur eſſe cauſa mortis. Ita Bart.in l.ſi alienam.§.j.ff.de donat.cauſa mortis. qui diſtinguendo dixit,quod quando donatio eſt facta in contractu,hoc eſt actu inter viuos, & promiſſum fuit, quod non poſſet reuocari,niſi prꝗmoriente donatario,eo caſu quo donatarius præmoreretur, donatio eſſet cauſa mort. in reliquis vero caſibus, in quibus eſt promiſſum non reuocare
25 dicitur & cenſetur donatio inter viuos,quæ † ſui natura reuocabilis non eſt.& Bart.ſecuti ſunt Caſtrenſ.Imola & Roman ibidem & idem in conſil.lxxxij. In iſta donatione,colum.j.lib.ij.Corneus in conſ.cclxxxix.nu.9.lib. iiij.Ruinus in conſil. cxxix.nu.6.& in conſi.clxxx.num.9.lib.j.qui qui-
26 dem poſtremo hoc in loco reſpondit,promiſſionem † de nõ reuocanda donatione,niſi in caſu ingratitudinis,efficere, vt quo ad hũc caſum donatio ſit cauſa mortis,reliquis verò in caſib. in quibus promiſſio eſt de non reuocando; eſt donatio inter viuos.Idem in pacto, de reuocando per ſolam rei donatæ alienationem,reſpondit idem Ruin.in conſi. lxxxij. nu.19.ſic etiam Bart.ſequitur Andreas Pomates in additio. ad Bart.in dict.leg.ſi alienam.§.j.Andreas ab Exea in commentariis de pactis.numero 503.Gulielmus Benedictus in cap.Raynutius,in verbo,teſtamentum.il iiij.num.23. verſi. tertiò limita.de teſta.Didacus in rub.de teſtamen.in ſecunda parte.num.11.ver.nec verba & Riminal. Iunior in inſtit. de donatione.in princ.nume.972.Et huius quidem ſententiæ eſt ratio à Bartol.rectè perpenſa, quod ſicuti donatio illa tota dicitur inter viuos:quando donator promiſit eam nõ reuocare quocunque caſu.d.l.vbi donator. ff. de dona.cauſa mortis.Ita etiam dicitur inter viuos atque ita irreuocabilis quo ad certum caſum ab ipſo teſtatore promiſſum. Per-
27 miſſum eſt enim † argumentum de toto ad partem.l.quæ de tota,ff,de rei vendi.cum ſimil. Et hæc quidem recepta opinio retinenda eſt in iudiciis præſertim,tametſi ab ea diſſenſerint nonnulli in d.l.ſi alienam. §. j. & Angelus in conſilio ccliiij.nume.4.

28 Declaratur primò hæc coniectura,vt locũ habeat † quando promiſſio de non reuocando, eſt adiecta ipſi ſubſtantiæ donationis:Secus ſi poſita eſt in parte executiua. Ita declarant Iaſon in conſi.lx.col.iij.lib.iij.Decius in l.non omnis. nu.10.ff.ſi certum petat.idem in conſi.cccv.nu.5. & in conſi.cccclxx.nu.2.Curtius Iun.in conſi.lvj.num.2.& 3. Et hos refert & ſequitur Gabriel in d.concluſ.ix. nu.4.ſic & Riminaldus Iunior in loco iam ſæpius citato.nu.984.Didacus in rub.de teſta.in ij.parte.nu.12.& 13.Nattta in cnoſ.ciiij.nu. 6.Ita etiam intelligo Pari.in conſ.xvj.nu.14. lib.ij. cum dixit,quod promiſſio de non contraueniendo donationi, intelligitur ſequi naturam ipſius donationis.

29 Declaratur ſecundò,vt locum habeat,quando † actum eſt vt nullo caſu reuocari poſſit:ſecus verò ſi certo tantum caſu:quia in aliis manet donatio cauſa mortis,vt diximus ſupra in extenſione,

Declaretur tertiò, vt non habeat locum hæc coniectura
30 † in donatione facta in teſtamento. Nam tunc etſi facta eſt cum promiſſione de non reuocando adhuc dicitur reuocari poſſe.Ita Culielmus Benedictus in dict.capit.Raynutius.in verbo,teſtamentum. il iiij.nume.29.verſi. quarta & vltima eſt limitatio.de teſta.quem ſecutus eſt Gabriel in d. concl. ix.nu.9.Et his accedunt Iaſon in conſi.vj.col.vj.verſi.iij.reſpondetur libro tertio.Ruinus in conſilio cxxix.numero ſeptimo, libro primo.& Socin.Iunior.in conſil. cxiiij.nume. xiij.lib.iij.

Cæterùm diſſentiunt Roma.in conſ.clxxj.nu.7.Imola in l.Seia.§.vlt.ff.de dona.cau.mor.Afflictus in c.j.§.donare.nu. 40.qualiter olim feudum aliena.poter.Boer.q.cccliij.num. 5.& Ripa in l.nemo poteſt.numer.35.de legat.j.ſcribunt ij,
31 quod † donatio hꝗc,non ſequitur naturam ipſius teſtamenti, ſed quòd reuocato vel annullato teſtamento, non cenſetur reuocata donatio.

Huc facit quod tradit Bart.in l.cum quis decedens.§.Co-
32 dicillis. numer.5.de leg.ij. Cùm dixit confeſſionem † in teſtamento factam,eſſe irreuocabilem,ex quo ius parti quꝗſitum eſt.Et Bart.ſecuti ſunt congeſti à Tiraquello in tracta. de legibus connubial.in gloſſ,iij.nu.95.qui & diſſentientes commemorat.

33 Vndecima eſt coniectura,quando donator † reſeruauit ſibi multa bona ex donatis, vt de illis poſſet diſponere. Hoc etiam caſu præſumitur donatio inter viuos,etſi mortis mentio in ea facta fuerit. Ita Baldus in conſilio cvij.Anno Domini columna j.verſ.præterea retentio.libr.ij.quem ſecutus eſt Crau.in conſi.ccxiiij.nu.12.& 15.qui multis rationibus comprobauit.Ita etiam Roland.in conſi.lxj.num.42.lib.ij. qui eiuſdem opinionis commemorat Alexandrum, Socinum,Ruinum,& Bertrandum.

34 Duodecima eſt coniectura,quãdo donatio † fuit inſinuata.Hoc caſu pariter præſumitur donatio inter viuos: Cum
35 alioqui inſinuatio † non requiratur in donatione cauſa mortis.Ita Iaſon in cõſi.vj.col.iij.lib.iij.quem ſecutus eſt Crau. in d.conſ ccxiiij.nu.16.Intelligit tamen Iaſon in d.conſ.vj. col.vij.niſi expreſsè dictum fuerit,quod ad cautelam adhibita fuit inſinuatio.

Decima tertia eſt coniectura, quando in ipſa donatione
36 † adiecta fuit clauſula conſtituti,qua dominium & poſſeſſio transfertur in donatarium. Nam tunc præſumitur donatio inter viuos.Ita Rolan.in conſ.lxj.nu.46.lib.ij.poſt Ange. in l.quamuis.§.ſi conductor.vbi etiam Alexan. ff.de acq.poſſ. idem Alex.in conſil.lxxxj. col.iiij.libr. ij.& Pariſ.in conſil. xcviij.nu.21.lib.ij.

Declaratur hæc coniectura,vt locum habeat, quãdo do-
37 natio (eſt ſimpliciter facta,ſecus ſi dictum eſt cauſa mortis. Ita Pariſ.in conſil.decimoſexto, numero vndecimo,& duodecimo,lib.ij.

Decimaquarta eſt coniectura,quæ cum præcedenti con-
38 uenit,quando ſcilicet,in ipſa donatione † adhibita fuit clauſula, ad habendum, tenendum. &c. Nam tunc præſumitur donatum inter viuos.Ita in ſpecie reſpondit Rolan. in dict. conſi.lxj.nume.48.lib.ij.poſt Bald.in conſilio cviij. in fine. libro iij.

39 Decimaquinta coniectura eſt,quando donatio † facta fuit coniunctæ perſonæ.Nam & tunc præſumitur donatio inter viuos,etſi facta eſt ſub cõmemoratione mortis,Ita Comen. & Roman.in leg.quæ dotis.ff.ſolut. matri. quos ſecuti ſunt Soc.Sen.in conſi.cxxxvij.colu. ij.lib,j. Rolan.in conſil. lxj. nume.49.lib.ij.

## PRAESVMP. XXXVI.

### Donatio cauſa mortis quando præſumatur,et ſi nulla mortis mentio facta eſt.

*SVMMARIVM,*

*1 Donatio in qua mortis non ſit commemoratio,inter viuos cenſetur.*

*Donatio*

2 *Donatio in dubio potius inter viuos,quam cauſa mortis præſumitur.*

3 *Donatio facta ab ægroto, ſi mortis non fiat mentio, inter viuos præſumitur.*

4 *Donatio mortis cauſa, ex præſumptionibus & coniecturis cenſetur,nulla etiam facta mortis commemoratione.*

*Si de re reddenda conuentum ſit.nu.5.*

*Si donatio pio loco ab infirmo facta ſit,qui ex ea infirmitate deceßiſſet. nume.6.*

*Si quinque teſtes fuerint adhibiti.nu.8.*

*Si donatio fiat tempore peſtis,aut ab infirmo ex pacto.nu.10.*

*Si fiat ab ingrediente religionem qui animo probandi ſe proteſtaretur ingredi.nu.11.*

*Si mortis mentio in alia inſtrumenti parte fiat ad quam haberetur relatio.nu.12.*

*Si donans dixerit,relinquo tibi bona mea.nu.13.*

9 *Voluntas vt verbis,ita & facto declaratur.*

CVM nulla mortis mētio facta eſt in donatione,
1 illa cenſetur†donatio inter viuos, ſicuti ſcribūt omnes in l.quæ dotis.ff.ſol.matr.Etquando ve-
2 rè ſumus in dubio,præſumitur†potius donatio inter viuos,quā cauſa mortis.Ita Baldus in cōſ. cvij.Anno Domini.col.iij.verſ.præterea lib.ij. & Rolan, in conſi.lxj.nu.29.lib.ij.

3 Extenditur hæc ſententia,vt locum habeat etiā qñ†ab infirmo & ægrotante facta eſt. Nam ſi nulla facta eſt mortis mentio,præſumitur inter viuos.l.Seia.§.vlt.ff.de dona.cauſa mortis,vbi Comen.& Imola. Idē affirmarunt Alex.Iaſ. & reliqui in l. quæ dotis. ff. ſolu. matrimon. & alios recenſet Rimin.Iunior in commentariis ad titu. de donatio.in inſti. in princ.num.874.& aliis comprobat Roland.in conſi.viij. num.35.& 36.lib.j.qui declarat, vt dicemus infra in quinta coniectura.

Declaratur nunc hæc iuris & Doctorum ſententia, vt lo-
4 cum non habeat,qñ†contrariis coniecturis & præſumptionibus conſtaret,donationem eſſe cauſa mortis.

5 Prima eſt coniectura,quando conuentum fuit†de re ipſa reddenda.Nam tunc præſumitur donatio cauſa mortis. Ita Bar.& Imola in l.Seia.§.vlt.ff.de donat.cauſa mortis.Riminal.Iun.in loco præallegato.nu.989.Et ij moti ſunt eo tex. d.l.Seia.§.vlt.Et quia repugnat naturæ donationis inter viuos,quæ nō reuocatur,conuenit vero donationi cauſa mortis,debet ergo cenſeri donatio cauſa mortis.

6 Secunda eſt coniectura, quando donatio † facta fuiſſet pio loco ab infirmo, qui ex ea infirmitate deceſſiſſet. Hoc caſu præſumitur donatio cauſa mortis,etſi nulla mortis mētio facta eſſet. Ita Gloſ.& Butrius in capit.in his, de ſepul. Roman.in conſi.ccxxix.nume.1.verſicu. ſecundò quia Alexan.in conſil.lxxxj.col.j. lib.j.& Rimi.Iun.in præcitato loco.nu.992.

Tertia eſt coniectura, quando donatio ſimpliciter facta
7 valeret†non poſſet,vt inter viuos.Nam tūc præſumitur facta cauſa mortis.Ita Baldus in conſi.cviij.Domina Ioanna.col. penul.lib.j.Corneus in conſilio cxxvj.in fine.libr. j. Gratus in conſi.lxx.columna j.lib.j.Socin.Sen.in conſil.cxxx.colu, penul.& in conſi.cxxxvij.colum.ij.lib.j. Crottus in rubr.de legatis primo columna penul.Afflictus in deciſ. cccxxxviij. nu.8.Ripa in tract.de peſte.in ſecunda parte.nu.179.in fine, Craue.in conſ.lij.nu.4.Riminal.Iun.vbi ſupra nu. 993. qui prædictos recenſet. Et illis accedunt Ruin.in conſil.lj.col. ij.verſi.& dato.& in conſi.lij.colum.ij.verſic. & idem in caſu noſtro.lib.j.Soc.Sen.in conſi.cxxxvij.col.j.lib.j. Gulielmus Benedictus in cap.Raynutius in verbo,teſtamentum.il iiij.nu.25.de teſta,Socinus Iunior in conſi.xxj.col.vlt.verſi. & pro hoc in fortioribus,libr.ij.Rolan.in conſi.viij.nu,23, lib.j.& Antonius Gabriel.lib.ij. concluſionum.tit. de iureiuran,concluſi.ix.nu.8.qui nu.9.ſubiungit poſt Gulielmum Benedictum, idem eſſe, quando pro parte tantum annullaretur.

Quarta eſt coniectura, quando in donatione ſimpliciter
8 facta quinque teſtes†adhibiti fuerunt. Hoc etiam caſu præſumitur donatio cauſa mortis.Ita reſponderunt Corneus in conſi.cxxiiij.num.7.& in conſi.cxxvj.nu.8.lib. j. Decius in conſi.ccccIxx.colum.ij.Gozad.in conſi.lxxx.num.15.quos ſecutus eſt Riminaldus Iunior in præcitatis commentariis ad tit,de donatio.in inſti.in princip.numero 997.Et his accedunt Iaſon in conſi.vj. col.iiij. verſic. item in dicto teſtamento.lib.iij.Decius in conſi.cccv.in fi.Natta in cōſi.cxiij. nu.3.Decianus in conſilio iij.nu.3.lib.j.Ea eſt huius ſentē-
9 tiæ ratio,quod ita facto†ſicuti verbis, voluntas declaratur. l.Paulus.ff.rem ratam haberi,& copioſe ſcripſi in commentariis de recupera.poſ.remedio decimoquinto. nume. 124. Cum ergo hoc factum adhibitionis quinque teſtium conueniat donationi cauſa mortis,ſequitur dicendum, in dubio donatum cauſa mortis.argum.l.non codicillum.C. de teſta. Et accedit quod ſi præſumeretur inter viuos, tres alij teſtes ſuperuacanei eſſent.

Cæterùm ab hac opinione diſſentiunt Ripa libro iij. reſponſorum cap.ix.num.4.Natta in conſ.ciiij.nu.13.lib.j.& Rolandus in conſ.lxj.nume.59.lib.ij.qui ſcribunt,hanc vel leuem, vel minus veram eſſe: cum nil repugnet, quin & in donatione inter viuos, adhiberi poſſint quinque teſtes. Et quamquam tres teſtes vltra neceſſarium fuerint adhibiti;attamen abundans cautela non nocet.l.qui mutuam,ff.mand. Nec repugnat tex.l.non codicillum. C. de teſtam. quia ille procedit, qñ id quod adhibetur repugnat ſubſtantiæ actus ſicuti repugnat hæredis inſtitutio codicillis; vt declarabimus in ſequenti libro in tertia præſumptione.

10 Quinta eſt coniectura,quando†donatio fit tēpore peſtis, ſiue ab infirmo ex peſte:ſiue à quouis alio exiſtente in loco contagioſo.Ita Corneus in conſilio cxxiiij.libr.iiij.& Ripa in tract.de peſte.tit. ſecundo,de priuileg. contractum cauſa peſtis numero 172.& numer. 176. qui multis comprobat. & Riminaldus Iunior in inſtit.de donatio.in princip.numero 102.

Et idem eſt in alio ægrotante,ſi modo aliquæ aliæ coniecturæ concurrant.Ita Rolan. in conſi.viij.nu,35.& 36.lib.j. Sic declarando Corneum in conſi.cxxvj.lib.j.& Gozadi. in conſi.lxxx..col.iij.

11 Sexta eſt coniectura,quando quis ingrederetur†religionem proteſtando,quod ingreditur animo probādi,vel quòd per actum illum ingreſſus,non intendit profiteri:& ſimpliciter donaret monaſterio bona ſua, vel alteri. Hoc etiam caſu præſumitur donaſſe cauſa mortis , & ſi nulla mortis mentio facta eſt , cum donaſſe videatur ſub conditione, ſi mors ipſa ciuilis , hoc eſt profeſſio ſequetur. Ita Hoſtienſ. Ioann. Andreæ, Cardinalis, Abbas, Ancharanus, & Imola in capitul. penult. de regula.Iaſon in authent.ſi qua mulier in fi.C.de ſacroſ.eccl.Rim.Iun.in loco præallegato, nume.375.

12 Septima eſt coniectura,quando fit†mortis mentio,in alia parte inſtrumenti,ad quam deinde haberetur relatio. Nam & tunc præſumitur facta donatio cauſa mortis,Pariſ.in conſi.xvj.nume.5.lib.ij,

Octaua eſt coniectura, quando donans dixit, relinquo
13 †tibi bona mea.Ex quo enim verbum relinquo,ad morientes tantum pertinet,l.prima.§.vltim.ff.de tab.exhiben. præſumitur donaſſe.Ita Guido Papæ in ſingu. quadringenteſimoquinquageſimoſeptimo.& Ripa in tractatu.de peſte. in tit.de priuil. contractuum. nume, centeſimoſeptuageſimoſeptimo.

## PRAESVMP. XXXVII.

Donatio cauſa mortis quando reuocata præſumatur.

### SVMMARIVM.

1 *Donatio cauſa mortis ſecundum Iuſtin. tribus caſibus cenſetur reuocata.*

2 *Donatio cauſa mortis & legatum à pari procedunt, ideo ab vnius ad alterius reuocationem licet argumentari.*

3 *Donatore reconualeſcente ab infirmitate in qua donauit, præſumitur reuocata donatio.*

*Idque ipſo iure abſque alio pacto.nu.4.*

5 *Donatio nullo graui periculo inſtantis mortis facta per reconualeſcentiam non præſumitur reuocata.*

6 *Donationem qui ob reconualeſcentiam dicit reuocatam,quid probare debeat.*

*Donatore*



7 *Donatore mortuo,eiuſque hærede aſſerente donationē reuocatam fuiſſe ob reconualeſcentiam priorem,quid probare is debeat.*

8 *Donatio cauſa mortis,reconualeſcente donatore non reuocatur, ſi id ſe nolle declarauerit.*

9 *Donatio cauſa mortis pœnitentia donatoris reuocatur.*

*Quæ pænitentia vel verbis declaratur expreſſe, vel factis tacite. numero 10.*

*Et duobus probatur teſtibus ſecundum Decium.nu.11.*

*Verius tamen eſt, expreſſam quinque, tacitam duobus probari. numero 12.*

13 *Donationem pænitentia reuocatam indicio eſt, ſi nulla neceßitate vrgente donator rem donatam alienet.*

*Id autem quomodo accipiendum.nu.14.& 15.*

16 *Inimicitia inter donatorem & donatarium exorta,ſignum eſt donationis cauſa mortis reuocatæ.*

*Idem eſſe in legatario & teſtatore.num.17.*

*Idque procedere,etſi in teſtamento vel codicillis poſtea confectis,nullam reuocatæ donationis mentionem fecerit nu.18.*

*Aut etiam per errorem facta fuerit legati ſolutio.nu.19.*

*Nec refert etiamſi donatio ob ſpecialia donatarij benemerita proceſſerit.nu.20.*

21 *Inimicitia inter donatorem & donatarium culpa donatoris interueniente,non præſumitur donationis facta reuocatio.*

*Contraria tamen opinio probabilior.& ratio eius.nu.23.*

*Idem in teſtatore & legatario.nu.22.*

24 *Pænitere proprie dicitur,qui proprium errorem deteſtatur,& à proprio facto recedit.*

25 *Inimicitia ob quam donatio cauſa mortis reuocata præſumatur grauis eſſe debet.*

26 *Inimicitiæ graues quæ ſint inter donatorem & donatarium aut teſtatorem legatariumve.n.27.28.29.31.33.34.& 36.*

30 *Adulterium vxoris,inimicitia cenſetur ſufficiens ob quam donator vel teſtator,legatum vel donationem cauſa mortis cenſeatur reuocaſſe.*

32 *Occidere is dicitur,qui graui infirmitate laborantem deſerit & negligit.*

35 *Altercatoria verba non arguere legati reuocationem.*

37 *Iniuria quæ dicatur atrox,iudicis relinquitur arbitrio.*

38 *Inimicitiæ ſequuta reconciliatione,donatio vel legatum factum reconualeſcit.*

39 *Donationem cauſa mortis vel legati, expreſſa vel tacita pænitentia reuocatam præſumi,vtrum locum etiam habeat,nullo hærede inſtituto.nu 40.*

41 *Decedere ſine hærede,quando interdum quis poßit.*

42 *Donans cauſa mortis alterius,non poteſt ſua pœnitentia reuocare.*

43 *Donatario præmoriente,cauſa mortis donatio caduca fit & reſoluitur.*

44 *Donatio facta vxori,ipſa præmoriente reſoluitur.*

45 *Donatore & donatario ſimul præmorientib. in dubio præſumitur donatorem prius deceßiſſe,vt valida ſit donatio.*

EXPTICAVI ſuperiore præſumptione, quibus coniecturis donatio cauſa mortis præſumatur facta. Nunc dicendum eſt,quibus præſumatur reuocata.Hic prius dicēdum eſt, tres
1 tantum†caſus,in quib.dicitur reuocata donatio,enumerari à Iuſtiniano in §.j.in inſti.de donat.Quos ſa-
2 nè caſus explicaturi,prius admonemus,licere†argumentari à reuocatione legati ad reuocationē donationis cauſa mortis:cum à pari procedant.l.illud.ff.de don.cau.mor.

3 Primus eſt, quando donator, † qui infirmitate laborans donauit,ab ea ægritudine reconualuit.Hoc ſane caſu præſumitur ſua voluntate reuocata donatio.Ita ſcribunt gl. in inſtit.de donatio.in princ.in verbo,ſuperuixiſſet:vbi late poſt alios Riminal.Ian.num.1110.Barto.& reliqui in l.non omnis.ff.ſi certum peta.Et manifeſte probat tex.l.j.in princ. ff. de donat.cauſa mortis.Cum dixit iuriſconſ. eum, qui cauſa mortis donat, ea mente dare, vt ſtatim quidem accipientis fiat:ſi tamen conualeſcit,velit id ad ſe reuerti. Ea enim conditione infirmus donat, ſi ex ea infirmitate decedat. Ergo ſub contraria conditione, nempe ſi reconualeſcat, reuocare dicitur;iuxta.l. aliquando. ff. de cond.& demon. cum ſimilibus.

4 Et hæc quidem reuocatio † ipſo iure fit abſque alio pacto.Ita tradunt Bar.in l.iij.in fi.ff.de donatio.cauſa mortis, Baldus in l.vlt,C.de poſthu.hæred.inſtit.Corneus in conſil. cxxvj.nu.10.lib.j.Guliel.Bened.in ca. Raynutius in verbo, teſtamentum.il iiij.nu.41.de teſta.Moder.Pariſien.in commentariis ad conſuet.Pariſien.in §.lxxxij.nu.22.Alcia. in d. l.non omnis.Alba.in conſi.lxv.nu.2.& Riminal.Iun. præcitato in loco nu. 1016. teſtatur eſſe receptam omnium opinionem.Quam quinque iuris locis egregie probauit.Et rationes Decij in d.l.non omnis,diſſentientis confutauit.

Declaratur primò,hæc præſumptio & coniectura, vt lo-
5 cum habeat,quando donatio†facta fuit,nullo graui periculo inſtantis mortis.Nam tunc non præſumitur facta donatio ob imminēs mortis periculum,ex quo nullum inſtabat, & propterea per reconualeſcentiam ab ea infirmitate non cenſetur reuocata donatio.Ita Caſtren.Iaſon,Decius & Alciatus in d.l.non omnis.ff.ſi certum peta. Didacus in rubr. de teſtam.parte tertia numero vigeſimotertio. Riminaldus Iunior in loco ſupra allegato. nume. 1033. Quibus accedit Caſtren.in conſilio ccclxxxv. ſi quæritur vtrum. numero ſecundo,libro primo,qui de donante cauſa mortis, ob leuem febriculam,qua vexabatur,ſic reſpondit.Ita quoque Iulius Clarus in §.donatio.quæſtio.vigeſimaquinta,in fine.Et hac in re obſeruandum eſt primò, quod is, qui dicit, donatio-
6 nem † cenſeri reuocatam ob reconualeſcentiam, probare debet, infirmitatem, qua detinebatur donator quando donauit, grauem,& periculoſam fuiſſe. Ita Caſtren. in dicto conſilio ccclxxxv. nume.ſecundo. Coniecturis autem infirmitas hæc ad mortem probatur, vt ſi medici id affirment, vel cuſtodes qui eius curæ præerant, atteſtentur graues eius querelas & lamentationes fuiſſe, vel ſi alia dedit ſigna timoris mrotis,vt ſi ſacroſancta eccleſiæ ſacramenta ſuſcepit:ſicuti Caſtren.ipſe explicat.Eſt & ſecundò obſeruandū,quod
7 donatore † poſtea mortuo , ſi eius hæres iuſſerat donationem ob id cenſeri reuocatam, quod ipſe donator ab ea infirmitate, ob quam donauit , reconualuit, etſi deinde ex alia deceſſerit, is inquam hæres probare id debet. Ita docuit Riminaldus in præcitato loco, hoc eſt in inſtitu. de donationibus in princip. numero 1032. auctoritate gloſſæ in l. licet. ff. de dona. cauſa. mor. Imolæ in l.ſenatus.§.ſed mortis cauſa.ff. eo. & Pariſij in conſilio cxv. numero 13. lib.iiij.

Declaratur ſecundò,vt locum non habeat hæc cōiectura,
8 †quando ipſe donator poſt reconualeſcentiam, declarauit velle decedere cum eadem voluntate. Nam tunc firma manet donatio quaſi ex noua & recenti diſpoſitione. Ita reſpondit Caſtren.in d.conſi.ccclxxxv.in fin.

Secundus eſt caſus,in quo reuocata & extincta cenſetur
9 donatio hæc cauſa mortis:quando † ipſe donator pænituit donationis.§.j.in inſtit.de donatio.& ibidem gloſſa in verbo,pænituiſſet.

10 Cæterùm pænitentia hæc † ſolet vel expreſſa eſſe verbis, vel tacita vt factis. Verbis expreſſa,vt ſi donator ipſe dixit,ſe donationis pænitere.

11 Et huius quidem pænitentiæ declarationem duob.†teſtibus probari poſſe ſcripſit Decius in d. l. non omnis in prin. nu.9.ff.ſi cert.pet.& in conſ.dv.nu.5.

Diſſentiunt tamen à prædictis Alciatus in l.ij.num. decimoſeptimo.in fin.ff.de legat.primo,& Natta in conſi.quingenteſimoſeptuageſimooctauo,& numero quingenteſimoſeptuageſimonono,qui multis rationibus & argumētis vtitur.Et hanc exiſtimo veriorem. Et ſi enim (vt dicebat Decius)donatio hæc ſola pænitentia reuocetur,ſicuti & legata: attamen aut eſt expreſſa pænitentia, aut tacita. Illa expreſſa debet probari quinque teſtibus : tacita verò duobus. Ita in legati reuocatione ob pænitentiam, poſt alios tradunt Iaſon in l.iuriſgentium.§.quod fere in fine.ff.de pactis. & latè Catelianus Cotta in memoral. in verbo, Inimicitiæ. Et in hoc conueniunt donatio cauſa mortis & legatum, vt dicemus in ſequenti libro in præſump,cxlj.vbi agemus de reuocatione legati,ob ſuperuenientem inimicitiam,Pænitentia tacita multis ſignis declaratur.

13 Primum eſt ſignum,ſi donator†nulla vrgente neceſſitate, atque ita voluntarie alienauit rem donatam. Ita Dynus & Baldus in l.Stichum.in fine de legatis primo.Romanus in l. ſi mortis. §. Paulus,numero ſecundo. ff. de donatio. cauſa mortis, & in conſilio ducenteſimovigeſimonono. numero ſecundo. Imola in dicta l. Stichum. in fine; & ibidem Alexander & Florianus,Iaſon,& Alciatus. Ita quoque Ruinus in conſi.cxxiij.num. 4.libro j.& in conſi.vij.nume.15.libro

iij.Marſi

.iij.Marſilius in ſing.cxxxvj.Caſſan.in conſuetud. Burgund.
in tit.de ſucceſſion.rubr.vij.§.v.numero quarto.Socin.Iun.
in leg.ij.numero 3.ff.de leg.j.Roland.in conſilio lxj.nume.
2.lib.ij.Didacus in rubr.de teſta.in tertia parte.nu.18. Hos
recenſet & ſequitur Riminaldus Iun.in præcitatis commen-
tariis in inſtitut.in tit.de donatio.in prin.nume.1055.& nu-
mero 1056.qui quinque argumentis, ſatis validè compro-
bat.Et ibidem.num.1057.auctoritate Aret.in conſi.lxxiiij.
num. 11.Craue.in conſil.cxliiij.numer.10.Dida.in d.tertia
parte.nu.18.ac Oſaſchi in deciſionib.Pedemontanis deciſ.
14 cxviij ad finem, intelligit, quando † donator alienauit rem
illam ſingularem, ſecus ſi in vniuerſum, vt ſi in omnibus
ſuis bonis alium hæredem feciſſet. Nam tunc intelligitur
ſalua re donata, illum inſtituiſſe. & idem ſcripſit Ioan. Lu-
pus in rub,extra de donatio.inter virum & vxo.§.lxix.num.
10.verſicu. ex quibus,& dicemus ſubſequenti libro in præ-
ſum.cxl.vbi de reuocatione legati per alienationem rei diſ-
ſeremus.

15 Præterea alienatio hæc intelligitur quando† verè res ipſa
ipſa fuit diſtracta,ſecus verò ſi ſolummodo obligata.Ita Ti-
raquellus in l. ſi vnquam in verbo, libertis. numero 120.
in fine. C. de reuoc. dona. poſt Ioannes Fabri. quem re-
cenſet.

Secundum eſt ſignum pænitentiæ donatoris, quando
16 † ſuperuenit inimicitia inter donatorem,& donatarium.Nã
hanc ob cauſam donatio cenſetur reuocata. Ita Alex. Iaſon
& Alciatus in d.l.non omnis.ff.ſi certum peta.Caſſaneus in
commentariis ad conſuetudines Burgundiæ in tit. de ſuc-
ceſſi.rubr.vij.§.quinto,num.4.Riminaldus Iunior in inſtit.
de donatio.in princ.numero 1070. Et hæc quidem vera eſt
ſententia,etſi Dec.in d.l. non omnis diſſentiat. Ita quoque
17 dicimus† quod legata,quæ huic donationi æquiparātur,l,il-
lud.ff.de donatio.cauſa mortis,& l.ij.vbi Doctor.ff. de leg.
j.reuocata dicuntur,ob ſuperuenientem inimicitiã inter te-
ſtatorem & legatarium.leg.iij.§.vltim. ff. de adimen. lega.
& diſſeremus in ſequenti libro in præſumpt. cxlj. Et con-
probatur tex.l.cum hic ſtatus.§.quod ſi diuortium.ff.de do-
nat.inter virum & vxo.vbi donatio facta inter virum & vxo-
rem,quæ donationi cauſa mortis æquiparatur, ex quo mor-
te donantis valet,reuocata cenſetur ob ſuperuenientem ini-
micitiam inter ipſos virum & vxorem. Ita quoque egregiè
ſcripſit Roman.in conſil.cccclix. numero tertio. quamcun-
que liberalitatem ex ſuperueniẽti inimicitia intelligi reuo-
catam. Et ob id illo in loco reſpondit, beneficium ciuilita-
tis,liberalitate ciuium conceſſum aliquibus, cenſeri reuo-
catum ob inimicitiam ſuperuenientem.

Extenditur primò hæc præſumptio & coniectura reuoca-
tæ donationis cauſa mortis,ob ſuperuenientem inimicitiã,
vt locum habeat etiam quando contracta ipſa inimicitia,
18 donator † confecit teſtamentum, vel codicillos, in quibus
nullam mentionem fecit reuocatæ donationis. Nam adhuc
tacita illa ademptio locum habet.Ita de legato reuocato ob
ſuperuenientem inimicitiam ſcribunt Bart.in l.filio.§. Seia.
ff.de adimen.lega. Aretin.in conſilio nonageſimotertio.nu-
mero quinto verſicul. hæc concluſio, qui rationem , quæ
huc maximè pertinet,conſiderauit.Et alios plures comme-
morabimus in ſequenti libro in præſumpt. cxlj. vbi de re-
uocatione legati ob ſuperuenientem inimicitiam diſſe-
remus.

Extenditur ſecundò,vt hæc coniectura locum etiam ha-
19 beat eo caſu, quando † legatum ipſum errore ſolutum fuiſ-
ſet. Nam adhuc ob tacitam, præcedentem ipſius donatio-
nis reuocationem ſolutio ipſa repeti poterit.Ita de legati
reuocatione ſcripſit Ripa in l.vlti,numero 152. C. de reuo-
can. donat.

20 Extenditur tertiò,vt locum habeat etiam quando† teſta-
tor donauit ob ſpecialia benemerita ipſius donatarij. Nam
adhuc ob ſuperuenientem inimicitiam præſumitur donato-
rem pænituiſſe donationis, atque ita eam reuocaſſe. Ea eſt
ratio,quia ipſius donationis cauſa mortis natura, non cen-
ſetur mutata, expreſſione meritorum ſicuti dicimus, con-
feſſionem factam in teſtamento eſſe reuocabilem ob na-
turam ipſius teſtamenti, quæ non mutatur, vt docuit Bar-
tol.in l.cum quis decedens.§.Codicillis.numero quarto. ff.
de leg.iij.

Declaratur primò, vt locum non habeat hæc coniectura
21 & præſumptio,quando† inimicitia inter donatorem & do-
natarium ſuperuenit culpa ipſius donatoris. Nam tunc do-
natio ipſa non præſumitur reuocata. Ita in ſpecie donatio-
nis cauſa mortis,rectè docuit Riminaldus Iunior in inſtit.
donationibus.in principio nume.1083. adductus ea magis
22 recepta Doctorum traditione qua dixerunt,† legatum non
præſumi ademptum & reuocatum à teſtatore, qui ſuper-
uenienti inimicitiæ cauſam præbuit. Qua quidem in opi-
nione fuerunt permulti congeſti à Cateliano Cotta in me-
morabilibus in verbo: Inimicitiæ, nempè Bart. in l. cum
tabulis. §. quoniam. ff. de his, quibus vt indignis, Caſtren.
in leg. fideicommiſſum. C. de fideicommiſſ. Roman. in
ſingul. cxcvj. Tu habes. Franciſc. Aretin. in l. ij. §. item ſi
in facto. in tertio notab. ff. de verbor. obligatio. Barb. in
tractat. de præſtantia Cardinal. in tertia quæſtione ſecun-
dæ partis, columna vltim. Angelus Aretin.in §.item ſi pro-
pter inimicitiam.verſicu. qualiter autem.in inſtit.de excuſ.
tuto,Alexand.in additio.ad Bartolum in leg.tertia.§. vltim.
ff.de adimen. leg. & Bertachinus in reperto. in verbo, Ini-
micitia quæſtio. vigeſimatertia. His à Cotta commemora-
tis adiungit Riminaldus præcitato in loco, numero 1096.
Romanum.in leg.prima.columna quinta,verſicul.eſt idem.
C.vnde vir & vxor, & in leg. ſi ab hoſtibus. numero deci-
mo. ff. ſoluto matrimon.Peruſinum in capitul. cum ſpecia-
li. columna ſeptima. de appellat. Alexand.in conſilio xcix.
lib.v. Decium in capitu. j.colum.ij.de iudiciis, Marſilium
in l.j.§.præterea.nu. 59.de quæſt.& Gramma. in voto. xxx.
nu,19.His ego addo Barba. in conſi. lvj. columna penult.
ver.& adduco.lib.j.& in cap.vltim.nume.3.verſic.tu allega.
de donat.

Cæterùm etſi communis hæc eſt opinio,& in iudiciis for-
te obſeruanda: attamen ab ea receſſerunt Iaſon in l. filiam.
numero 2.C.de inoffic.teſt.Petraſancta in ſingu.v.verſi. ad-
de,quod Bartol.Ioan.Lupus in rubr. extra. de donatio inter
virum & vxorem.§.ſeptuageſimooctauo,numero vigeſimo-
octauo.Ripa in l.vltim.numero centeſimoquinquageſimo-
primo.C. de reuocan. donatio. & in capitul. j. numero 14.
de iudiciis. Ioann. de Amicis in conſilio quarto. Bernardus
Diaz in regu.cclviij.Didacus in rub. extra. de teſtam. in ſe-
cunda parte. numero decimonono, verſicu. quinto ex præ-
miſſis.& Ferandus Vaſquius in tract.de ſucceſſionibus libro
tertio.de ſucceſſionum progreſſu.in tit.de legatis.§. xxviij.
23 numero nono. Et hæc quidem mihi magis probatur.† Cum
negari iure non poſſit, quin donator ſeu teſtator ipſe, eum
odio habere cæperit,quem diligebat & beneficio donatio-
nis affecerat. Si enim ſua ipſa volũtate ab eius amicitia.quæ
donationi vel legato cauſam præbuit,ſe ſubtraxit,præſumẽ-
dum eſt, quod donationis pænituerit. Nec ad rem pertinet
conſideratio illorum,qui dixerunt,quòd teſtator, vel dona-
tor non dicitur pænituiſſe quia ſi pænituiſſet,facile declara-
re id potuiſſet. Nam reſpondetur ſatis illos dici declaraſſe
ipſo facto offendendo donatarium,vel legatarium, quorum
perſonas ſi offendere & lædere voluerunt, multò magis &
bona. Et ſententiam hanc verè probat. l. quarta. ff. de adi-
men.lega.in illis verbis, Et pænituit teſtatorem prioris of-
fenſæ. Is enim pænitere dicitur, qui deliquit erroremq; cõ-
miſit. capit. pœnitentia. il ſecundo. de pœniten.diſtinctio.
tertia. Nec ſatisfacit interpretatio erudiciſſimi Riminaldi in
loco præallegato.numero 1107. Cum dixit d.capitu. pæni-
tentia,loqui in foro conſcientiæ. Nos verò in foro conten-
tioſo. Nam verius eſt in quauis diſpoſitione, proprie eum
dici† pænitere, qui proprium errorem deteſtatur vel à pro-
24 prio facto recedit.

Ouidius de Ponto ſic cecinit.

*Pænite ô, ſi quid miſerorum creditur vlli.*
*Pænitet & facto torqueor ipſe meo.*

Et Cicero in oratione pro Cælio. *Nam quod obiectum eſt de impudicitia,quodque omnium accuſatorum non criminibus, ſed vocibus,maledictiſque celebratum eſt,id nunquam tam acerbe feret M.Cælius vt eum non pæniteat,non deformem eſſe natum* Et in iure no-
ſtro paſſim dicitur,teſtatorem, vel donatorem pænitere di-
ſpoſitionis,vel donationis à ſe factæ.dicto §.primo.in inſti-
tut.de donatio.& l.qui mortis.ff. de dona. cauſa mortis. ſic
& in l. ſi quis mihi bona. §. vltim.ff.de acquirend.hæredit.





pœnitere proprij iuſſus dicitur pater.

Non etiam repugnat conſideratio eiuſdem Riminaldi
præcitato in loco.numer. 1103.cum dixit d.l.quartam.eſſe
intelligendam ſecundum tex.l.tertiæ.§. vltimo, anteceden-
tem,qui loquitur de ademptione legati ob inimicitiã cau-
ſatam ab ipſo legatario:non autem à teſtatore. Eſt hæc me-
ra diuinatio. Et ratio perpenſa ab ipſo Riminaldo, cum di-
xit,quod aliàs ſequeretur,teſtatorem, addidiſſe malum ma-
lo, cum vltra cauſam, quam dediſſet inimicitiæ, ademiſſet
etiam legatum,non ſatis vera eſt. Nam quod cauſam dede-
rit inimicitiæ malum quidem eſt:at quod ademerit legatum
malum non eſt:cum à ſua voluntate & liberalitate id pen-
deat. Nil etiam vrget interpretatio Cateliani Cottæ in loco
ſupra allegato,quia dum iuriſconſultus,in dicta l.quarta,di-
xit, donationem reintegrari, ſi teſtator prioris offenſæ pœ-
nituit:præſupponit in neceſſarium antecedens,ob offenſam
à teſtatore illatam iam reuocatum legatum. Hic prætereo
alia,quæ paſſim noſtri interpretes hac de controuerſa opi-
nione,ſcripta reliquerunt.

Declaratur ſecundò prædicta coniectura,vt locum ha-
25 beat,quando inimicitia † ſuperueniens inter donatorem &
donatarium eſt grauis,ſecus ſi leuis. Ita de inimicitia inter
teſtatorem & legatarium manifeſte reſpondit Vlpianus in
dicta l.iij.§.vlti.de adimen.legatis.& ſcribunt ibi gloſſ.Bar-
tolus,ac etiam alij,quos ſtatim commemorabimus.& con-
fert.l.cum hic ſtatus.§.quod ſi diuortium.ff. de dona.inter
vir.& vxo. Et huius ſententiæ rationem affert Natta in cõſi.
ccccIxij.nu.13.& 14.lib.2.

Cæterum quæ dici poſſit & debeat grauis,vel leuis inimi
citia,dubitari ſæpe ſolet. Et inter graues (vt de his primum
26 dicam) exiſtimatur quando† legatarius re ipſa offendit gra-
uiter ipſum teſtatorem,vt ſi eum vulneribus affecit, vel oc-
cidit. Ita Baldus in l.his conſequenter.in ſecunda lectura. in
fi.ff.fami.erc.qui in ſpecie ſcribit, hanc eſſe iuſtam cauſam
grauis inimicitiæ,qua cenſetur mutata teſtatoris & donata-
rij voluntas & conſequenter reuocata donatio, vel legatũ.
27 Idem quando donatarius vel legatarius† interfecit, vel vul-
nerauit patrem,vel conſanguineum teſtatoris. Ita Bart.in d.
l.iij.§.vlt.nu.3. Natta in conſi.ccccIxij.nu.9.lib.2.
28 Secundò grauis eſt inimicitia † quando donatarius, ſeu
legatarius accuſauit teſtatorem capitali de crimine. Ita pro-
bat in ſpecie text.l filio.§. Seia.ff.de adi.leg. Et accedit text.
l.j.ff.de his,quibus vt indig.vbi Bartol.& in ſpecie declarat
Rui.in conſi.clxij.nu.2.ver,nec etiam.lib.iiij.& Rimi.Iun.
inter conſi.matrimonialia conſi.lxxxj.nu.14.
29 Tertiò eſt grauis inimicitia ſi † donatarius cõmiſit adul-
terium cum vxore ipſius donatoris vel teſtatoris. Ita in ſpe-
cie gloſ.in l.fideicommiſſum.in fi.C.de fideicom.& ibidem
Bar.Alex.Iaſ.idem Iaſ.in l.ſororem.nu.5.C. de his quib. vt
indignis.Rui.in conſi.clxij.nu.3.lib.iiij.& Rip.in l.vlti.nu.
cliij.C.de reuo.dona. Et idem eſt,quando donator vel teſta
30 tor donaſſet,vel legaſſet propriæ vxori, quæ deinde † adul-
terium commiſit. Nam & hæc dicitur grauis ſuperueniens
inimicitia,quæ arguit donatorem vel teſtatorem pœnituiſſe
donationis,vel legati, atque ita reuocare illud voluiſſe. Ita
probat.d.l.fideicommiſſum.& ibi Doc.C.de fideic.& Bar.
in l.j.nu.4.ff.de his,quib.vt indignis,& ibidem Soci.Ruin.
in conſi.clxij.nu.3.lib.iiij,latè Io.Lupus in rub.de dona.in-
ter vir.& vxor.§.lxxviij.nu.2.
31 Quartò grauis etiam exiſtimatur inimicitia,quando † le-
gatarius,vel donatarius neglexit curam teſtatoris,vel dona-
toris ægrotantis, Nam ex hoc cenſetur cauſatum quoddam
graue odium,& grauis inimicitia inter ipſum donatarium,
legatarium,& teſtatorem;vel donatorem, qui ob id præſu-
mitur mutaſſe voluntatem, atque ita ademiſſe legatum. Ita
in ſpecie reſpondit Natta in conſil.ccccIxij.nu.11.& 12.Ea
32 eſt huius ſententiæ ratio,quia occidere, † is dicitur, qui in
infirmitate graui laborantem deſerit, atque negligit, vt ex
illo textu ſcribunt omnes in lege ſi ab hoſtibus,§.ſi vir vxo-
rem.ff.ſol.mat.& copioſè reſpõdi in cõſi,cclvj.lib.iij.quòd
ſi maritus deſerit vxorem ægrotantem, & neceſſaria ei non
ſubminiſtrat,dotis lucro priuatur, Quam ſententiam multi-
pliciter ibi declaraui.
33 Quintò grauis inimicitia† exiſtimatur, & illa, quæ exori-
tur ex lite, & controuerſia omnium bonorum, vel maioris
partis ipſius teſtatoris. Ita Barto,in d.l.iij.§.vlt.ff.de adim.
lega.Natta in conſi.ccccIxij.nu.9.Io.Lupus in d.Rub.extr.
de dona.inter vir.& vxo.§.lxxix.ex l.propter litem.ff.de ex-
cuſ.tuto.in auth.ſi dicatur.C.de teſtib.& ſcripſi in cõmen-
tariis de arbitrariis iudicũ.libr.ij.caſu cx,vbi multos huius
ſententiæ Doctores commemoraui.
34 Sextò grauis† etiam inimicitia exoritur, ex verbis graui-
bus iniurioſis,prolatis à legatario contra ipſum teſtatorem.
Ita in ſpecie reſponderunt Ruinus in conſi.clxij.nu.2.libro
iiij. Natta in conſi.ccccIxij.nu.12.& ibidem.nu.21. Scribit
35 verba† altercatoria non arguere legati reuocationẽ ex ſen-
tentia Soci.Sen.in conſi.clxiij.col.v.lib.ij. Et proba.l.ſi ini-
micitiæ.ff.de his,quibus vt indignis.vbi gl.& Bar. Et demũ
36 grauis inimicitia exoritur† ex omni atroci iniuria,vt inquit
Barto.in dicta l.iij.§.vlt.nume.4.ff.de adimen.lega.quæ au-
37 tem dici poſſit atrox† iniuria relinquitur arbitrio iudicis,vt
ſcripſi in commentariis de arbitrariis iudicum.libro ſecun-
do.caſu cclxiij.

Declaratur ſecundò,vt non habeat locum prædicta con
38 iectura,quando ſubſecuta deinde fuit† inimicitiæ reconci-
liatio. Nam tũc præſumitur remiſſum odium, & inimicitia,
& conſequenter reconualidatum legatum.l.iij.§.vlti.cum l.
ſequen.vbi Barto.ff.de adim.lega.Alexand.in conſilio xcj.
nume.4.lib.vij.Iaſon in auth.non licet.num.20.C.de libe-
ris præter.latè diſſerit Petraſancta in ſingu.iij.& idẽ reſpon
derunt Pariſius in conſilio j.nume.139.libr.j.Socin.Iun.in
conſilio lix.nume.19 lib.iij.& Alciat.reſpon.dcxxviij.in fi.
qui de exhæredatione idem ſcribunt. Qua tamen de re ſuo
loco ſupra diximus.

Prædicta pœnitentia tam expreſſa quàm tacita ita de-
39 mum† operatur reuocationem donationis cauſa mortis, &
legati, quando donans hæredem reliquit, ſecus verè nullo
ſuperſtite hærede,qui pœnitentiam atque ita reuocationem
obiiciat. Sic ſcribit doctiſſi.Riminaldus in inſtitu.de dona-
tionib.in prin.numer.1034.auctoritate multorum, nempe
Ange.in diſput.inci.Aſſenſis miles.in l,circa.§.vlti.vbi etiã
Imola.ff.ad l.Falcid.Alexan.in l,non omnis.ff.ſi cert.petat.
Angeli Aret.in eo.titu.inſtit.de donatio.in prin.Iaſ.in con-
ſilio cxxxviij.col.iij.lib.iiij.Marſil.ſingul.lxiij.Ripæ in l.ij.
nume.19.& ibidem Socin.Sen.numer.15.& Socin.Iun.nu-
mero 88.ff.de lega.j.qui communem eſſe opinionem teſta-
tur. Et his accedit Alexand.in l.quoties.columna tertia. de
legat.j.

Cæterùm à prædictis diſſentiunt Corneus in conſilio
lxviij.colum.v.libr.iij.Iaſon & Decius in l.non omnis.ff.ſi
certum peta.ille numero nono,iſte numer. duodecimo. Ri-
pa,qui pro contraria opinione à Riminaldo allegatur,is in-
quam in d.l.ij.numero decimonono.de legat.j.Andreas ab
Exea in rub.ff.de pactis.nu.159.& Didacus in Rubri.extrà
de teſtam.in tertia parte.numer.24. Et hæc quidem opinio,
quæ auctorum dinumeratione inferior à præcedenti nõ eſt,
40 mihi† magis probatur. Nam is tex.l.j.ff.qui ſine manumiſſ.
ad libert.peruenit,ab Exea,& Didaco diligenter perpẽſus,
huic ipſi opinioni ſuffragatur. Et prætereà accedit,quod
fruſtrà diſputare videntur Doctores hac de re: cum nullus
ſine hærede decedat,ex quo poſtremo loco ſuccedit fiſcus.
l.prima.ff.de iure fiſci,& l,j.C.de bonis vaca.quare nõ po-
terit eſſe locus illi primæ opinioni Angeli,& ſequaciũ. Niſi
41 dicamus,fieri interdum poſſe,ne &† fiſcus hæres ſit, ob id,
quod damnoſam hæreditatem adire recuſet: vt animaduer-
tit Dec.in d.l.non omnis,nu.12.

Eſt etiam conſiderandum, donationem hanc non reuo-
cari pœnitentia ipſius donatoris.quando premiſit donatio-
nem ipſam certo tantùm caſu reuocare,vt puta ſola donata-
rij prædecedentia,vel cauſa ingratitudinis tantũ, vel ſolum-
modò per alienationem, ſicuti ex ſententia Caſtren. Ruini
& aliorum ſcripſit Riminaldus præcitato in loco nu.1040.
Qui quidem,& nu.1051.poſt Frã.Balduinum, & Thobiam
42 Nonium ibidẽ annotauit,quod quando quis† donauit cau-
ſa mortis alterius, non poteſt ipſe donator ſua pœnitentia
reuocare donationem ipſam.iux.l.mortis cauſa capimus.ff.
de dona.cauſa mortis.& l.iij.C.eo.

Tertius eſt caſus, in quo reuocata præſumitur donatio
hæc cauſa mortis,quem idem Iuſtin.refert in d.§.j.in inſti.
43 de dona.quãdo ſcilicet donator† ſuperuixit ipſi donatario.

Nam prædecedente donatario, tanquam caduca extingui-
tur atque reſoluitur donatio, d. §. j. & l. ſi vir vxori. §. vxor vi-
ro. ff. de dona. inter vir. & vxo. vbi Bar. annotauit. Idem ſcri-
pſerunt Bal. in l. ij. C. de iure dot. Alex. in conſi. xiiij. verſic.
poſtremò. lib. j. Decius in l. non omnis, nume. 7. ff. ſi certum
peta. Hos commemorat, & ſequitur Rimi. in inſti. de donat.
in prin. nu. 1052. Quibus accedunt Dec. in conſi. cccv. & in
conſi. cccclxx. & Alcia. in reſp. dclix.

Et ſimile addunt Decius & Riminald. præcitatis in lo-
44 cis, quod dicimus, donationem † factam à marito vxori præ-
moriẽte ipſa vxore reſolui. l. ſi inter virum. ff. de rebus dub.
& l. à marito. C. de donatio. inter virum & vxo. & reſponde-
runt Baldus. conſi. xxix. Vir donauit. col. ij. lib. iij. & Caſtrẽ.
in conſil. cccxxxv. allegati à Riminaldo. Et his addo alios,
quos congeſſi in conſil. lxxxiiij. nu. 15. quo loci diſtinguen-
do tres caſus declaraui, rationemque retuli. Et ibidem nu-
45 mer. 14. ſcripſit, † quod quando ambo ſimul moriuntur, &
ignoratur, quorũ primus deceſſerit, donatio valet, quia præ-
ſumitur donatorem prius deceſſiſſe. d. l. ſi inter virum. ff. de
rebus dubiis, & idem probat. l. ſi ij, qui inuicem. ff. de dona.
cauſa mortis, & tradit Didacus in lib. ij. varia. reſolut. c. vij.
nu. 8. verſi. hinc oritur. Non hic repeto alia, quæ ad rem hãc
illo in reſponſo ſcripſi.

## PRAESVMP. XXXVIII.

Contractum ſecundum ſui naturam & legis di-
ſpoſitionem confectum præſumi.

### SVMMARIVM.

1 *Contractus ſecundum ſui naturam & diſpoſitionem legis præſumitur factus.*
2 *Locator promittens non expellere conductorem, quomodo intelligatur.*
3 *Laudo arbitri ſi quis ſtare promiſerit, quomodo accipienda promiſſio.*
4 *Moleſtare non velle qui promiſit, intelligitur ſi cauſa ipſi non præbeatur.*
5 *Hæres petens cautionẽ ab vxore relicta vſufructuaria, non dicitur contrauenire promiſſioni factæ de non moleſtando.*
6 *Feudum vel emphyteuſim concedens, præſumitur in perpetuum concedere.*
7 *Mater ſe obligans pro filio, patre ſoluendo exiſtente, animo repetendi præſumitur ſe obligaſſe.*
8 *Contrahentes præſumuntur etiam ſtatutis voluntatem ſuam conformem eſſe voluiſſe.*
*Idem etiam de conſuetudine. nu. 9.*
10 *Doctor ad legendum conductus, præſumitur ſecundum conſuetudinem Gymnaſij.*
11 *Clericorum contractus regulantur ſecundum legem, modum contrahendi reſpicientem.*
12 *Clericus ſoluere tenetur monetam ſecundum formam à ſtatuto expreſſam, niſi contraria pro ipſo ſit conſtitutio.*
13 *Contractus ſecundum ſui naturam factus præſumitur, etiam impropriando verba, modo non noceat ei, quo cum contrahitur.*
14 *Pater præſumitur ſtipulari filijs, non vt filijs, ſed vt hæredibus.*

EST rationi & æquitati cõſentanea hæc iuris præ-
1 ſumptio, qua dicimus, contractum † præſumi ſe-
cundum ſui naturam & legis diſpoſitionem con
fectum. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati quo
2 loci reſpondit Paulus, promiſſionem à locatore † factam de
non expellendo cõductore intelligi, dummodo is rectè co-
lat & debitam penſionẽ ſoluat. Et hoc reſponſo aductus ſic
ſcripſit Alc. in tract. de præſum. reg. iij. præſum. xxxij. nu. 1.
ex ſententia etiam Bart. in d. §. inter locatorem. nu. 1. & in l.
quidam cum filium. ff. de ver. obli. & ibidem Iaſ. nu. 21. qui
3 ſcripſerũt, quod etſi quis promiſit ſtare † laudo arbitri & ar-
bitratoris, & nõ petere aliquam reductionem ad arbitrium
boni viri: attamen intelligitur promiſſio hæc, ſi modò laudũ
erit æquum: ſecus verò ſi iniquum, ne detur delinquẽdi oc-
4 caſio. Hinc etiam dicimus, quod ſi quis promiſit non † mo-
leſtare, vel inquietare, intelligitur, niſi ei iuſtã cauſam præ-
buerit. Ita Bart. in d. §. inter locatorẽ. nu. 1. & in d. l. quidam
cum filium. Huc facit quod reſpondit Ruin. in conſil. xlviij.
nu. 2. & in conſi. lxxvij. nu. 4. lib. ij. ex ſententia Bal. in l. j. C.
de vſufructu. & Alex. in l. quod de bonis. §. j. ff. ad l. Falc. quod
5 ſi † hæres promiſit non moleſtare vxorem defuncti in vſu-
fructu ei relicto, ſi petit hæres cautionẽ de vtendo & fruen-
do arbitrio boni viri: non dicitur contrauenire promiſſioni,
ex quo cautio eſt ex natura vſufructus. Et ad rem quoq; per-
6 tinet, † quod cõcedens feudũ, vel emphyteuſim, præſumitur
in perpetuum concedere: cum talis ſit illarum cõceſſionum
natura. Ita Ang. & Alex. in l. qui in aliena. in princi. ff. de ac-
quirend. hæredita. & Alcia. in tract. de præſump. reg. ij. præ-
7 ſum. vlt. Huc etiam facit quod ſi mater † ſe obligat pro filio,
patre ipſo exiſtente ſoluendo, præſumitur ſe obligaſſe ſe-
cundum diſpoſitionem legis, atque ita ſecundum naturam
actus, vt repetere poſſit. Ita ex ſententia Caſtr. reſpódit Cra.
in conſil. lxxvij. nu. 9. & ſimile tradit idem Crau. in conſilio
clxxxvj. n. 9. Et alia his ſimilia referemus infra lib. vj. in præ-
ſum. ix. vbi explicabimus, quod actus præſumitur factus ſe-
cundum ſui naturam.

Extenditur primo, vt locũ habeat hæc præſumptio, quo
8 ad † ſtatuta ſecundum quæ præſumitur cõtrahentes voluiſſe
contrahere, & eis ſuam voluntatem accommodare, vt ſcri-
bunt Bar. in l. quod dicitur. nu. 7. de ver. ob. Alex. in conſilio
cxxvij. & in cõſi. cxxix. lib. j. & Hier. Zanc. in l. hæredes mei,
§. cum ita in nona part. nu. 37. ff. ad Treb.

9 Extenditur ſecundo, vt procedat etiam quo ad loci † con-
ſuetudinem. l. ſemper in ſtipulationibus. de reg. iur. vbi Dec.
10 nu. 8. qui ſubiungit. nu. 9. quod Doctor † cõductus ad legen
dum, præſumitur conductus ſecundum conſuetudinẽ Gym-
naſij. Idem Dec. in conſi. lxx. & Soc. Sen. in conſi. cxcvj. col.
11 ij. lib. ij. Extenditur tertio, vt procedat etiam quo ad † cleri-
cos. Nam & eorum contractus regulantur à diſpoſitione le-
gis reſpicientis modum cõtrahendi. Ita ſcribit Sali. in auth.
Caſſa. in fi. C. de ſacroſanc. eccle. Cum dixit, quod licet quis
gaudens beneficio clericali, locauerit domum ſcholaſtico,
attamen locatio illa intelligitur facta cum priuilegio inqui-
linatus, conceſſo ſcholari. Quod eſt annotandum pro inter-
pretatione ſtatuti vniuerſitatis Scholaſticorũ huius Gym-
naſij Patauini. Et Salicetum ſecutus eſt Alciatus in d. regu.
iij. præſumpt. xxxij. nu. 4. verſic. & infert. quo loci ex eodem
12 Saliceto ſubdit, quod clericus † tenetur pecuniam ſoluere
ſecundum formam monetæ expreſſæ à ſtatuto: quia conue-
niſſe videtur ſecundum illius ſtatuti diſpoſitionem. Id quod
verum eſſe intelligit Alcia. niſi clerici haberent contrariam
conſtitutionem expreſſam, quia tunc illa eſſet ſeruanda. ca.
cum veniſſent. de eo, qui mittitur in poſ.

13 Extenditur quartò, vt procedat etiam quãdo verba † con-
tractus impropriarentur, modò illa impropriatio nõ noceat
ei, cum quo contrahitur. Ita Bart. in l. vt iuſiurãdi. §. ſi liberi.
nu. 3. ff. de ope. libe. cum dixit, quod quando quis ſtipulatur
ſibi emphyteuſim, ſtante ſtatuto, quod maſculi excludant
fœminas, erunt prius vocati maſculi, & deinde fœminæ. Et
idem eſt, ſi ſtipulatio foret concepta pro filiis maſculis, &
fœminis, adhuc enim cẽſetur ſtipulaſſe prius pro maſculis,
& deinde pro fœminis. Ita Bar. in conſi. lx. Quæſtio iſta. lib.
j. & Alex. in l. Gallus. §. quidam rectè. nu. 8. ff. de lib. & poſt-
hu. Ea eſt huius ſentẽtiæ ratio, quia hæc ſtipulationis verba
referuntur ad terminos iuris, ſecundum quos, & quatenus
14 filij ſunt hæredes, ita etiam admitti debent. Nam pater † in
dubio præſumitur ſtipulari filiis, non vt filiis, ſed vt hæredi-
bus, vt tradit idem Bar. in d. §. quidam rectè, & dicemus in-
frà in præſump. xlviij. Et traditionem illam Bart. in d. §. ſi li-
beri, ad rem noſtram perpendit Alciat. in d. præſump. xxxij.
nu. 2. qui ait communiter recipi. Reliqua verò quæ tradit
Alciatus ibi explicabimus infra lib. iiij. in præſum. liiij. vbi
declarabimus quando voluntas teſtatoris præſumatur legi
conformis.

## PRAESVMP. XXXIX.

Contractus an nominatus vel innominatus præ-
ſumatur.

### SVMMARIVM.

1 *Contractum in dubio præſumi innominatum, Bartoli eſt opinio.*





2 *Vxorem permit: tẽtem bona ſua poſſideri, & adminiſtrari à marito, non dotis nomine ſed ex contractu innominato potius conceſſiſſe.*
3 *Res pro annua penſione data, vel emphyteutica vel ex innominato contractu conceſſa præſumitur.*
4 *Contractus innominatus ſtat in puris terminis contractus.*
5 *Contractum nominatum in dubio præſumi, Baldi eſt opinio.*
6 *Contractus nominatus, vtrum innominato fauorabilior.*
7 *Interpretatio ſtricta ſumitur in contractibus.*
8 *Contractus nominati potentiores ſunt & fortiores.*
9 *Verba in potentiori ſignificatu ſumi debere, & verba propriè eſſe intelligenda, idem eſt dicere.*
10 *Regula l. prima. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager vectig. vel emphy. pet. quomodo intelligenda.*

CONTENTIO eſt celebris, an contractus in du-
bio præſumatur nominatus vel innominatus?
1 Et præſumi contractum † innominatum, ſenſit
gloſſ. in l. eleganter. §. j. in verbo, ex ſtipulatu. ff.
de dolo, quam ibi ſunt ſecuti Barto. & Bal. Ita etiam Bar. in
l. j. nu. 7. verſi. quæro extrà gloſſam. in fi. ff. de rerum permu-
ta. dixit, quod quando ex parte vnius contrahentium datur
res, & pecunia, ex parte verò alterius datur res tantum: & ſu-
mus in dubio, præſumitur potius contractus innominatus,
do, vt des, quàm contractus nominatus emptionis, & vendi-
tionis. Et Barto. illo in loco ſecuti ſunt Fulgo. & Iaſon, & a-
lij plures congeſti à Tiraquello in tractat. de retractu con-
ſang. §. xxx. glo. j. nu. 36. Ita quoque idem Bart. in ſua diſpo-
ſitione. vij. Mulier habens. col. ij. verſ. ſeptimò probo, dixit,
2 quod quando mulier † permittit bona ſua poſſideri, & admi-
niſtrari à marito, præſumitur potius ex contractu quodam
innominato ea conceſſiſſe, do, vt facias, vt ſcilicet admini-
ſtres, quam ex contractu dotis nominato. Ita pariter Baldus
in l. liberti. nume. 36. C. de operis libertorum, ſcriptum reli-
3 quit, rem datam pro † annua penſione, præſumi vel emphy-
teuticam, vel conceſſam ex contractu innominato. Huc fa-
cit, quod quando quis alicui dicit, accipe, tolle, hanc pecu-
niam, is contractus dicitur innominatus. Ita Rom. in l. cum
quid. nume. 16. ff. ſi certum petatur. vbi Alciatus nume. 38.
& Zaſius numero 42. & idem Zaſius libro ij. ſing. reſpon. c.
xiij. Cæterum aduerſus Romanum in ea ſpecie, eſt recepta
magis Doctorum opinio, qui dixerunt, eſſe mutuum, qua
de re diximus ſupra in præſump. xxxiiij. vbi in ſecunda opi-
nione diximus, veram non eſſe Romani traditionẽ. Et aper-
tius Iaſon in l. ij. in princip. column. penulti. numero nono.
ff. ſi certum petatur. in l. j. column. ij. ff. de æſtima. actio, & in
l. j. in fine. ff. de rerum permuta. in præludiis feudo. num. 25.
verſi. nota tamen. & in conſi. clxxiiij. col. j. lib. ij. Et hanc vi-
ſus eſt probare Tiraq. in dicto tracta. de retractu, conſangu.
§. xxx. in gl. j. nu. 37.

Et ij quidem moti ſunt ex lege ſi pecuniam. in prin. ff. de
condi. ob cauſam, ex lege naturalis. §. at cum do. ff. de præ-
ſcrip. verbis, & ex §. primo inſtit. de locato, & conducto. Et
apertius probat text. lege prima. ff. de æſtimato actio. in il-
lis verbis: quoties enim de nomine contractus ambige-
retur, &c.

4 Et accedit ratio, quia contractus † innominatus ſtat in
in puris terminis contractus, cum ſpecificum nomen nõ aſ-
ſumat, ſicuti de pacto nudo dicemus in ſubſequenti præ-
ſumptione.

5 Cæterum, præſumi potius † contractum nominatum re-
ſpondit Bal. in conſi. cclxj. Primò quæritur, ſtatuto. colum-
na ſecunda. verſicu. præterea, cum dubitatur. libr. j. idem af-
firmauit ipſe Baldus in præludiis feudorum column. iiij. verſ.
pro intellectu. & in ſua Margarita in verbo contractus, & à
Baldo viſus eſt non diſſentire Cæcilianus Cotta in memo-
ral. in verbo, contractus, an in dubio. idem docuit Cur. Iun.
in l. ſi paſcenda numero 11. C. de pactis. Ea ratione vſus eſt
6 Baldus, quod contractus nominatus † eſt fauorabilior inno-
minato. Quæ ſanè ratio, repugnat diſpoſitioni iuris, vt dixi-
7 mus ſupra: Et in cõtractibus † ſtricta ſumitur interpretatio.
l. quidquid aſtringendæ. ff. de ver. oblig.

8 Secundò mouetur Curtius, quia contractus † nominati
ſunt potentiores & fortiores, vt tradunt omnes in l. iuriſgen
tium. in princi. ff. de pactis. Atqui verba contractus debent
ſumi in potentiori ſignificatione. l. prima. §. qui in perpe-
tuum. ff. ſi ager vecti. vel emph. peta. Ergo præſumitur con-
tractus nominatus.

9 Verùm reſpondetur, quod † idem eſt dicere, verba ſumi
debent in potẽtiori ſignificatu & dicere, verba intelligi de-
bere propriè. Ita ſcribunt Soci. Sen. in conſi. xxv. colum. iij.
verſicu. non obſtat vltimum. libr. iij. & Zuchardus in l. j. nu-
mero 13. C. qui admitti. Propriè autem contractus eſt con-
tractus innominatus, ex quo (vt dixi ſupra) non aſſumit ſpe-
cificum nomen. De eo ergo debet intelligi. Reſpondetur &
10 ſecundò, regulam, † dicto §. qui in perpetuum, locum habe-
re, quando alias actus de ſe non valeret: quia dum fit inter-
pretatio, fit vt in potentiori ſignificatu: ſi vero valet, non fit.
Ita declarant Soc. Sen. in conſi. vlt. in fi. lib. ij, quem ſecutus
eſt Alciat. in repe. l. j. §. ſi quis ita. nu. 36. in fin. & in l. iiij. §.
Cato. nu. 109. ff. de ver. obli. Cum ergo noſtro in caſu con-
tractus ipſe ſatis valeat, dicendum eſt ceſſare regulam d. §.
qui in perpetuum.

## PRAESVMP. XL.

Pactum præſumi nudum, cùm pacti ſimplex men-
tio fit: & quando præſumatur veſtitum.

### SVMMARIVM.

1 *Pactum in dubio nudum præſumi.*
2 *Verba in dubio, ſimpliciter, & non ſecundum quid, intelligenda.*
3 *Pacta veſtita, tanquam ſpecies continentur propriè ſub nomine pacti in genere.*
4 *Liberorum nomen tanquam genus diuiditur in ſpecies nomine differentes: & omnes continet deſcendentes.*
5 *Poſthumi nomen tanquam generale, omnes poſthumorum ſpecies complectitur.*
6 *Adoptio in duas diuiditur ſpecies.*
7 *Beneficium vt genus, diuiditur in tres ſpecies.*
8 *Inſtitutio tanquam genus diuiditur in duas ſpecies.*
9 *Pactum vt genus, quomodo diuiditur.*
10 *Mentione facta adoptionis, beneficij, inſtitutionis, pacti, quomodo diſponentes intelligendi ſint.*
11 *Qualitas tanquam accidens non præſumitur.*
12 *Pactum veſtitum præſumi, quando ſubiecta materia id ſignificat.*

DVBITARI ſolet, cum pacti ſimplex mentio
fit aliqua in diſpoſitione, an præſumatur pactũ
veſtitum vel potius nudum: atque ita ſimplex
promiſſio?
1 Et præſumi † nudum ſcribunt Baldus & Ri-
minaldus Sen. in rub. C. de pactis. ad finem. & ibidem Dec.
nu. 7. Alciat. in fin. Zuchardus nu. 87. & Io. Bolognetus. nu.
45. qui communem eſſe ſententiam teſtatur. Et quam etiam
probauit Cacialupus in tractatu. de pactis. q. iiij. qui dixit,
quod ſi in inſtrumento ſcriptum eſt, pactus, intelligitur de
pacto nudo. Eandem ſententiam eſt ſecutus Didacus in ca.
quamuis. in ij. parte. §. iiij. nu. 12. de pact. in vj.

Et quanquam tex. l. lecta. ff. ſi certum petatur. qui paſſim
à prædictis allegatur, nil ad rem pertineat, vt rectè aduertit
Zuchardus: Nec minus lex. vlti. C. de pactis. ab eo conſide-
rata, attamen ſatis fulcitur ſententia hæc, l. legitima. ff. de pa
ctis. ibi. Et ideo interdum ex pacto actio naſcitur. Pactum
ibi pro nudo ſumitur, alioquin non dixiſſet interdum. Et Ac-
curſius ibi ſic illum intellexit. Idem probat lex iij. C. de vſu
ris. vbi pariter Accurſius ſic illam explicat. Huius ſententiæ
2 ratio à prædictis affertur, quod in dubio † verba intelligi de-
bent ſimpliciter, & non ſecundum quid vt ſcribunt Bartol.
in l. hoc legatum. & in l. Lucius. §. quæſitum. de legat. ij. &
idem Barto. in rubric. ff. ſoluto matrimo. nume. 12. vbi Ale-
xand. nume. 22. & Decius in l. velle non creditur. numero 3.
de regulis iuris.

Porrò cum pactum nudum ſit ſimpliciter pactum: pactum
verò veſtitum, ſit ſecundum quid, præſumitur pactum nu-
dum, non autem veſtitum.

3 Nec repugnat conſideratio Bologne. in dicta rubric. C.
de pactis. numero quadrageſimo quinto: quod imo pacta
veſtita ſunt propriè pacta, ſicuti pactum nudum: cum & illa
ſint ſpecies pacti. l. iuriſgentium. in princip. ff. de pactis. Et

ſpecies continetur ſub genere & propriè. l. ſi quid earum. §.
inter emptum. de legat. iij. Decius in rubric. ff. de iuriſd.
omn. iud. & in l. in toto. numero ſecundo. de regul. iuris.
Nam facilè reſpondetur, præcitatos Doctores non negare,
3 quin pacta † veſtita tamquam ſpecies contineantur proprie
ſub nomine pacti in genere ſicut equus tamquam ſpecies
æquè proprie continetur ſub genere animalis, ſicuti conti-
netur & homo, ſed dicunt, quod cum pacta veſtita ob no-
men certum, quod ſumpſerunt, dicantur pacta ſecundum
quid, hanc ob cauſam proprie de eis non intelligi. Alia ra-
tione eſt Bolognetus quæ tamen non differt ab illa Docto-
rum, vt ſtatim dicemus. Rem hanc planius explicando, ſic
dicimus & diſtinguimus primum tres caſus vna cum
Zuchardo in l. poſthumo. C. de bono. poſſeſſion. con-
tra tabu.

Primus eſt, quando genus diuiditur in ſuas ſpecies, quæ
omnes aſſumunt nomen ſpeciale, vt animal, quod diuidi-
tur in ſpecies nomine differentes, vt in hominem, equum,
bouem & ſimiles. Et ita nulla ſpecies retinet nomen gene-
4 ris. Exemplum eſt in iure noſtro in nomine † liberorum,
quod tamquam genus diuiditur in ſpecies nomine differen-
tes, vt in filios, nepotes, pronepotes, & alios deſcenden-
tes. l. liberorum. de verb. ſignifi. ſi ergo dico liberi, ita pro-
priè, & vere comprehenduntur nepotes, vt filij, & econtra.
Hic caſus noſtro non adaptatur.

Secundus eſt caſus, quando genus diuiditur in ſuas ſpe-
cies, quæ omnes retinent nomen generis, atque ita nulla
earum ſibi aſſumit ſpeciale nomen. Exemplum in nomine
5 † poſthumi, quod tamquam generale continet ſub ſe poſt-
humum natum mortuo ipſo patre, poſthumum natum con-
dito teſtamento, viuo adhuc ipſo patre, & poſthumum hoc
eſt filium illegitimum, mortuo patre legitimatum, vt expli-
cant Doctores in rub. ff. de liberis, & poſth. qui ob id affir-
mant, quod ſi poſthumi fiat mentio, etiam in materia ſtricta,
tam de vna ſpecie quam de altera intelligi. Hic pariter caſus
noſtro non conuenit.

Tertius eſt caſus, quãdo genus diuiditur in ſuas ſpecies,
quarum vna retinet nomen generis, aliæ verò aſſumunt no-
men ſpeciale, ſicuti adoptio quæ in genere conſideratur, &
6 diuiditur † in duas ſpecies, hoc eſt in adoptionem in ſpecie
7 & in arrogationem. §. j. in inſtit. de adoptio. Ita & † bene-
ficium, vt genus, diuiditur in beneficium in ſpecie, in priui-
legium, & reſcriptum, Bar. in l. vltim. numero tertio. ff. de
8 conſtit. princip. Ita in inſtitutione, † quæ tamquam genus
diuiditur in inſtitutionem in ſpecie, & ſubſtitutionem, vt
ſcribit poſt alios Socin. Sen. in l. j. columna ij. in fine. ff.
9 de vulga. & pup. ſubſt. Ita caſu noſtro, pactum † vt genus,
diuiditur in pactum ſimplex, quod retinet nomen generis,
& in alias ſpecies, quæ ſpecialia nomina aſſumunt, vt no-
men emptionis, & venditionis, locationis, & conductio-
nis, & ſimilia. l. iuriſgentium. in princip. ff. de pactis. Cùm
10 ergo in aliqua diſpoſitione fit mentio † adoptionis, benefi-
cij, inſtitutionis, pacti, præſumitur diſponentes illos ſen-
ſiſſe de adoptione, beneficio, inſtitutione, pacto in ſpecie,
quæ retinent nomen ipſum generis, non autem de aliis ſpe-
ciebus, quæ alia nomina ſpecialia a genere ſuo differentia
aſſumpſerunt. Ita ſcribunt Bartol. in dicta rubric. ff. ſolut.
matrimon. numero duodecimo, & in dicta lege hoc lega-
tum. de leg. tertio & alij præallegati. Ratio eſt, quia veriſi-
mile eſt, quod partes contrahentes, vel diſponentes, ſciue-
rint certa ipſa ſpecierum nomina, & quod ſi voluiſſent in-
telligere de ea ſpecie, quæ non retinet nomen generis, ſed
aliud certum nomen aſſumpſit, quod inquam certum illud
nomen expreſſiſſent, vt puta ſciunt contrahentes, quod ſi
pactum, tranſit in contractum emptionis, & venditionis,
nomen illud aſſumit. Et quod ſi pactum manet in finibus, &
puris terminis conuentionis, retinet nomen pacti: ſi ergo
contrahentes nominando pactum, intellexiſſent de emptio-
ne, & venditione, certè expreſſiſſent proprium eius nomen.
Ita etiam cum diſponentes nominant adoptionem, ſi intel-
lexiſſent de arrogatione, illam ſuo nomine expreſſiſſent.
Eſt ergo dicendum, quod nominando, pactum, vel ado-
ptionem, intellexerint de ſpeciali pacto, & adoptione, quæ
nomine ipſo ſpeciali differunt ab emptione, venditione, &
ab arrogatione, quæ ſpecialia nomina habent. Conſiderari
etiam poteſt ratio hæc in pacto; quod nomen ſpeciale, quod
aſſumit pactum, eſt propter aliquam adiectam qualitatem.
11 dict. lege iuriſgentium. in prin. At † qualitas vt accidens, nõ
præſumitur. l. ſi vero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui ſatiſdare
cogan. & ſcripſi poſt alios in conſilio primo numero 121.
libro primo. Non ergo præſumitur pactum veſtitum, ſed il-
lud ſimplex ſicque nudum.

Declaratur primò non procedere, quando ſubiecta ipſa
materia ſignificat, diſponentes, vel contrahentes intellexiſſe
etiam de pacto veſtito. Ita declarat Zuchardus in dicta rub.
C. de pactis. numero octuageſimoſeptimo. in fin. ſimile tra-
dit Alexand. in l. lecta. nume. quarto. ff. ſi certum peta. & ibi-
dem Iaſon numero quinto, verſicul. quartò limita. Cagno-
lus. numero nonageſimoſecundo, verſi. tertiò limitat; quod
verbum promitto prolatum in materia contractuum inno-
minatorum, intelligitur de pacto nudo, & ſi aliàs intelligi
debeat de pacto veſtito, hoc eſt de ſtipulatione: & attingam
in ſubſequenti præſumptione.

## PRAESVMP. XLI.

Pactum nudum, vel ſtipulationem iniuiſſe an præ-
ſumantur, qui verbo conuentionis, vel promiſſionis,
vel placiti vſi ſunt.

### *SVMMARIVM.*

*1 Conuenit, verbum generale eſt, & ad omnes refertur contractus.*
*In dubio tamen de ſolo pacto nudo intelligitur. nu. 2.*
*Quod procedit, etſi in ſcriptura vel inſtrumento proferatur. nume-
ro 3.*
*4 Conuenit verbum, prolatum in actis iudiciariis, præſumitur mediante
ſtipulatione conuentum.*
*5 Promiſit verbum, in publico inſtrumento redactum, ſtipulationem im-
portat.*
*6 Promittimus rogati, pollicemur vltro.*
*7 Promiſit verbum, etiam in ſcriptura priuata ſtipulationem ſignifi-
care.*
*8 Inſtrumentorum appellatione, veniunt etiam ſcripturæ priuatæ.*
*9 Promiſit, verbum in actis iudiciariis, intelligitur poſt ſtipulationem.*
*Idque etiamſi ab ignaro fuerit prolatum. nu. 10.*
*Idem eſt, ſi in confeſſione partis reperiatur. nu. 11.*
*12 Promitto verbum in inſtrumento poſitum, quando ſolum nudum pa-
ctum ſignificet. nu. 13. 14. 16. 18. & 19.*
*15 Contractus innominati nudo pacto conficiuntur.*
*17 Promiſſio quod ſtipulationem ſignificet, vnde prouenіat.*

CONGRVVS ſatis eſt hic locus, vt aſſeramus,
an pactum nudum, vel ſtipulationẽ iniuiſſe præ-
ſumatur, qui verbo, cõuentionis, vel promiſſio-
nis, vel placiti vſi ſunt? Hac de re copioſè diſſe-
ruerunt poſt alios, Iaſ. in l. lecta. num. 5. ff. ſi certum peta. &
ibidem Decius nu. 9. Cagnolus nu. 87.
1 Verbum, † cõuenit, vt de hoc primum dicamus, generale
eſt, ob id ad omnes contractus referri poteſt. l. j. §. j. ff. de pa-
ctis. Vnde & ſtipulationem ſignificat, ſi apparet partes ſti-
pulari voluiſſe. l. ſeruus ea. ff. de ſeruis exportan. In dubio
2 † autem intelligitur de ſolo pacto nudo. Ita Barto. Angelus
& Alexan. d. l. lecta. & ibidem Decius numero nono. Alcia-
tus nume. 18. & Cagnolus numer. 87. qui communem eſſe
opinionem teſtatur, adducti text. d. l. lecta. in quo verbum
cõuenit, per ſtipulationem promiſſum ſignificat. Idem pro-
bant. l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. oblig. & l. ſi tibi. C.
locati. Et probabilior eſt ceteris ratio perpenſa ab Alciato,
quia etſi ſtipulatio & reliqui contractus nominati, median-
te conuentione conficiuntur: attamen præter ipſam cõuen-
tionem requiritur forma, & iuris approbatio. Et ideo in du-
bio, verbum cõuenit, ſignificat ſolum pactum nudum, cum
nil vltra conuentionem nudam habeat. Qua ſanè ratione
ſenſit prius Fulgoſius in d. l. lecta.
Extenditur primò, vt locum etiam habeat, quando verbũ
3 † conuenit fuit prolatum in ſcriptura & inſtrumento. Nam
adhuc ſignificat pactum nudum, non autem ſtipulationem.
Ita tradunt Bartol. Decius & Cagnolus numero 87. in fine,
qui ob id inferunt, quod ſi inſtrumento ita ſit ſcriptum,
hoc acto



hoc acto & conuento, non præſumitur, quod interuenerit
ſtipulatio, ſed pactum nudum tantum.
Declaratur primo, vt locum nõ habeat hæc præſumptio,
4 quando verbum, cõuenit, † fuit prolatum in actis iudicariis.
Nam tunc præſumitur conuentum, mediante ſtipulatione.
Ita Baldus in l. ſciendum. in ſecunda lectur. ff. de ver. oblig.
quam declarationem dixit ſingularem Franciſc. Cremen. in
ſingu. cxl. incipit. Quanquam. Idem ſcripſit Iaſon in d. l. le-
cta. nu. 5. verſi. ſexto limita.
Verùm Cagnolus in d. l. lecta. numero 91. diſſentit, qui
animaduertit leg. cum oſtendimus. §. vlti. ff. de fideiuſſo. tu-
to. quæ hac pro declaratione allegatur, nil dicere de verbo,
conuenit. De verbo, promiſit, diſſeramus nunc. Et dicimus
5 communem eſſe opinionem, quod † in publico inſtrumen-
to redactum, importet ſtipulationem. Ita affirmant omnes
in l. lecta. ff. ſi certum petatur. ibi Iaſon numer. 5. & Cagno-
lus numero 92. Ruinus in conſilio cxxxj. numero 1. libro j.
teſtantur communem eſſe opinionẽ. Et ſatis manifeſtè pro-
bant. l. prima. C. de contrahenda & committen. ſtipul. & §. ſi
ſcriptum. in inſti. de inutilib. ſtipul. lex enim præſumit pro-
miſſionem fuiſſe ſolemniter factam, mediante ſcilicet præ-
cedenti interrogatione & ſubſequenti reſponſione. Ita Ca-
gnolus in d. l. lecta. nu. 92. verſ. quinto limita. Nã (vt Gram-
matici ſcribunt, & docet Alcia. in d. l. lecta. nu. 20.) pollice-
6 mur vltro, † promittimus rogati. Et propterea præſumitur
neminem promiſiſſe, niſi præcedente interrogatione. arg. l.
cum de indebito. ff. de probat.
Extenditur primò, vt locum habeat etiam in priuata ſcri-
7 ptura, in qua verbum, promiſit, † ſignificat ſtipulationem, ſi-
cuti tradunt Caſtren. in l. j. C. de vſuris. Socin. Sen. in conſil.
cclxvij. lib. ij Decius in d. l. lecta. num. 9. & communem te-
ſtatur ibidem Cagnolus nume. 92. verſ non eſt tamen. Nam
etſi tex. d. §. ſi ſcriptum. loquitur de inſtrumento: attamẽ ap-
8 pellatione inſtrumentorum † veniunt etiam priuatæ ſcriptu-
ræ. l. j. ff. de fide inſtru.
Extenditur ſecundo, vt procedat etiam, quando in actis
9 iudiciariis fuit prolatum † verbum promiſit. Nam & tũc per
ſtipulationem intelligitur. Ita Iaſon in dicta l. lecta. num. 5.
ver. ſexto limit.
Extenditur tertio, vt habeat locum etiam, quando verbũ,
10 † promiſit, fuit prolatũ ab ignaro & imperito. Nam adhuc
præſumitur per ſtipulationem. Ita communem eſſe opinio-
nem teſtatur Cagnolus in d. l. lecta. numero 92. verſic. quar-
to limita.
Extenditur quartò, vt procedat, quãdo verbum, promit-
11 to, reperitur † in confeſſione partis. Afflict. in deciſ. cxx. nu-
mero quarto.
Declaratur primò, vt locum non habeat, quando † in eo-
12 dem inſtrumento adeſſent plura capitula, & in omnibus a-
liis capitulis partes expreſſè appoſuerunt ſtipulationem: ſi
poſtea in alio capitulo ſimpliciter vſi ſunt verbo, promiſit,
intelligitur pacto nudo. Ita Iaſon in d. l. lecta. nu. 5. verſi. re-
gula eſt, poſt Roma. ibi, qui ſic intellexit. d. l. lecta.
Declaratur ſecundò, vt non procedat, quando verbum,
13 promiſit, fuit † appoſitum ſuper actu, qui valet de iure com-
muni: ſecus ſi ſuper actu, qui ſolum valet de iure ſpeciali.
Nam tunc præſumitur & intelligitur pacto nudo promiſ-
ſum, vt ſi quis ſimpliciter promiſit dotem pro muliere, in-
telligitur pacto nudo promiſiſſe. Sic declarant Baldus in l.
prima. C. de dotis promiſſ. Iaſon. in d. l. lecta. numero quin-
to. verſicu. tertio limita. & idem docuit Aret. in l. ſciendum.
ff. de verborum obligatio. Ea ratione moti ſunt, quia plures
ſpecialitates concurrere non poſſunt ſimul dicta l. prima. C.
de dotis promiſſ. ſicuti hic concurreret ſpecialitas, quod
promiſſio dotis incertæ valeat. l. cum poſt. § gener. ff. de iu-
re dotium; & quod verbum, promitto, ſignificet ſtipula-
tionem.
Cæterùm à prædictis diſſentiunt Alex. & Aquenſis in d. l.
ſciendum. & Brunus in tractat. de forma. in tit. de probatio,
& præſumpt. quos ſecutus eſt Cagnolus in d. l. lecta. nu. 92.
verſi. ſecundo limitat.
Declaratur tertio, vt locum non habeat, quãdo ex ſubie-
14 cta † ipſa materia præſumeretur, & intelligeretur de pacto
nudo: ſicuti quando verbum, promiſit, fuit prolatum in ma-
15 teria contractuum innominatorum, † qui ſane contractus
pacto nudo conficiuntur. Ita Bald. in l. ſi ex placito, C. de re-
rum permu. Iaſ. in d. l. lecta. nu. 5 verſi. iiij. limita. & Ruin. in
conſi. cxxxj. nu. 3. lib. j.
Declaratur quartò, vt non procedat quando conſtaret,
16 † quod illo promiſſionis tempore, non præceſſit interroga-
17 tio: nec ſecuta eſt reſponſio. Nam quod † promiſſio impor-
tet ſtipulationem prouenit à præſumptione legis, quæ præ-
ſumit ſolemnitatem interueniſſe: vt diximus ſuprà: cum er-
go apparet ſolennitatẽ interrogationis, & reſponſionis non
interueniſſe, ceſſat ipſa præſumptio. Ita declarat Cagnolus
in d. l. lecta. nu. 92. ver. quinto limita.
Declaratur quintò, vt locum non habeat, quando ver-
18 bum, promiſit, fuit prolatum in † epiſtola, quæ cum ſoleat
mitti abſenti, ſignificat, per ſtipulationem promiſſum non
fuiſſe: quia nõ præſentia: ſed abſentia præſumitur. Ita in ſpe-
cie declarant Imola, & Aret. in l. Titia. §. pen. ff. de ver. obli.
& egregiè Ruin. in d. conſi. cxxxj. nu. 3. lib. j. qui. nu. 4. com-
probat ſimilibus.
19 Declaratur ſextò, vt non habeat locum, quãdo † verbum,
promiſit, prolatum fuit à teſtibus. Nam tũc præſumitur pa-
cto nudo promiſſum. Ita Afflictus in deciſ. cxx. nume. 2. qui
tamen intelligit, non procedere contra producentem ipſos
teſtes. Nam tunc præſumitur promiſſum mediante ſtipu-
latione.

## PRAESVMP. XLII.

Pactum præſumi ex promiſſione facta præſenti,
& tacenti, cum de eius vtilitate, & commodo a-
gitur.

### *SVMMARIVM.*

*1 Pactum aliud expreſſum, aliud tacitum.*
*2 Pactum expreſſum quid.*
*3 Pactum tacitum quid ſit.*
*4 Promittens præſenti & tacenti, aliquid ipſi vtile, paciſci dicitur. Reie-
cta ſententia eorum qui dicunt pollicitationem eſſe. nu. 13.*
*5 Pactum duorum conſenſu perficitur. tacituſque ſufficit. nu. 14.*
*6 Conſenſus ex præſentis taciturnitate, ſi de eius agatur commodo, col-
ligitur.*
*7 Mandare intelligitur, qui ab alio mandari patitur.*
*8 Intelligitur verbum, etiam præſumptionem ſignificare.*
*9 Præſumptio eſt de re dubia, fictio ſupra veritate.*
*10 Tacens diſſentire dicitur, cum de eius damno agitur.*
*11 Regulam cap. qui tacet de reg. iur. in ſexta locum habere ſolum, vbi de
tacentis commodo agitur.*
*12 Tacere eſt medium tenere, inter conſentire, vel diſſentire, & nu-
mero 22.*
*Quod declaratur. nu. 23.*
*15 Stipulanti decem viginti promittens, in decem tantum obligatio oritur.*
*16 Diffinitionis verba, in caſu vero & proprio intelligenda, quomodo intel-
ligendum. nu. 17.*
*18 Conſenſus qui ex taciturnitate colligitur præſumptus dicitur non
fictus.*
*19 Actus potius vt inutilis, quam vt vehementer damnoſus ſit, quando ſit
interpretandus.*
*20 Scienti & volenti non infertur damnum.*
*21 Expreſſum ſatis dicitur, quod lex præſumptione, & coniectura ex-
preſſit.*
*24 Tacens vbi de damno agitur, diſſentire, vbi de commodo conſentire præ-
ſumitur.*
*25 Donatio inter viuos, hodie nudo pacto facta, conſiſtit.*

CVM de pactis diſputarem atque diſſererem, pla-
cuit vna cum iuriſconſultis Paulo & aliis, in l.
ij. in l. qui in futurum. & in l. ſi vnus. §. pen. ff. de
1 pactis diuidere † pactum in expreſſum, & tacitũ.
2 Expreſſum † dicebam eſſe, quod verbis expreſſis fit, tacitum
3 verò, quod ex ſignis, & tacito † conſenſu colligitur; quod
rectè præſumptum appellatur; Cum lex præſumat, ita eſſe
inter partes actum. Quemadmodum inter multa exempla
4 extat illud, quo dicimus, quod ſi præſenti † & tacenti aliquid
promitto, quod vtile, & proficuum ei ſit, cum eo pactum
x 3 inire

inire dicor, ſicuti recepta eſt magis Doctorum ſententia, vt
communem eſſe traditionem teſtati ſunt Ripa in rub. C. de
pactis. numero 5. & ibidem Alciatus. nume. 6. & Torniellus
in rub. ff. de verb. obliga. nume. 60. Quam quidem ſenten-
tiam veram, & retinendam exiſtimaui, eo præcipuo argumē-
5 to, quod pactum † conficitur duorum conſenſu. l. j. §. j. ff. de
pactis. & l. pactum. ff. de pollicita. Et ſufficit conſenſus ta-
citus. d. l. ij. ff. de pactis, cum illi ſimilibus. Ex præſentia au-
tem, & taciturnitate, cùm de tacentis commodo agitur, con-
6 ſenſus † colligitur. l. qui patitur. ff. mand. dum Vlpia. ita re-
ſpondit. Qui patitur ab alio mandari, vt ſibi credatur, man-
7 dare † intelligitur. Quo reſponſo intelligimus, cum con-
ſentire mandato, qui patitur mandari, vt ſibi credatur atque
mutuo detur pecunia. Si me patiente mandas argentario, vt
mihi numeret, mutuoque det centum, ego ipſe mandare in-
telligor ipſi argentario. Nam patientia hæc mea operatur
conſenſum, vt ego dicar argentario mandare, vt mihi nume-
ret. Nec recipienda eſt interpretatio gloſſæ ibi dicentis,
quod ego videar mādare tibi, vt tu mandes argentario. Nam
reſponſum, l. idemque. §. ſi quis Titio. ff. eod. titul. mandati,
quod ab Accurſio citatur, ad rem non pertinet, cum ibi
loquatur Vlpia. de eo, qui ſuſcipit mandatum, quo data
eſt facultas ſuſcipiendi mutuo ab actoribus mandātis, qui
quidem mandans contra eum, cui mandauit, ſuſcepto ab
eo mandato agit de mutuo: Cum mandatum cenſeatur im-
pletum, ex ſola ſuſceptione, ex quo eſt in facultate manda-
tarij, ſi pecuniam non eſt ab actoribus illis conſecutus, il-
lam conſequi: atque ita erga mandantem tenetur ex mutuo,
quippè quod videtur recepiſſe pecuniam ab ipſomet man-
dante. Qui ſanè caſus, eſt longe diuerſus à caſu. d. l. qui pati-
tur, vbi agitur ſolum, an ego qui paſſus ſum mandari argen-
tario, vt mihi credat, actione mandati agere poſſim aduerſus
ipſum argentarium, vt ſuſceptum mandatum impleat, atque
ita mihi numeret. Et reſpondet Vlpian. quod agere poſſum,
cum ego mandare intelligar. Illa ergo ſola patientia opera-
tur conſenſum. Nec retinenda eſt interpretatio Galliaulæ
in rubr. de verb. oblig. num. 62. Cum dixit, quod in caſu. d. l.
qui patitur, interuenit vltra patientiam, actus poſitiuus, hoc
eſt numerationis, qui alioqui conſenſum ſignificat. clem. j.
de procura. & ſcribit poſt alios Iaſon in l. quæ dotis. nu. 90.
ff. ſoluto matr. Eſt enim falſum, quod actus poſitiuus ibi
interceſſerit, cum (vt rectè aduertit Zuchardus in rubric.
C. de pactis. numero 50.) numeratio pecuniæ adhuc ſub-
ſecuta non eſſet, ſed numerāda erat. Et, (ſicuti nos diximus,)
ibi erat dubitatio, an ego actione mandati ad conſequendū
numerationem experiri poſſim, contra ipſum argentarium.
Non etiam eſt admittenda interpretatio eiuſdem Galliaulæ
præcitato in loco, cum dixit, quod in caſu. d. l. qui patitur,
eſt conſenſus fictus, ſicuti ſignificat illud verbum, intelli-
gitur, iuxtà. l. vnicam in prin. C. de rei vxo. actio. & l. hæres
quandocūque. ff. de acq. hæred. & ſcribit Dec. in l. qui actio-
nem, numero 3. ff. de reg. iuris. Non eſt inquam admittenda
8 hæc interpretatio, cum verbū intelligitur † ſignificet etiam
præſumptionem. l. ſi mulier. ff. de reb. dubiis. & l. cum auus.
ff. de cond. & demon. & in ſpecie noſtra probat. l. ij. ff. de pa-
ctis. & ſcripſi ſupra lib. j. q. x. nume. 5. Et noſtro in caſu quod
ſignificet præſumptionem ſatis conſtat, quia eſt adiectum
ſuper re dubia. Poteſt enim eſſe, quod tacens conſentiat,
poteſt etiam eſſe, quod non conſentiat, lex autem præſu-
mit ob commodum, quod conſentiat. Et hoc eſt ſecundum
9 naturam † præſumptionis, quæ eſt de re dubia, vt dixi ſu-
pra lib. j. q. viij. nu. 2. quo loci diximus econtra, quod fictio
eſt ſuper veritate. Nam fingit eſſe quod vere non eſt, Quæ
ſanè fictio eſſe non poteſt noſtro in caſu, in quo non eſt cer-
tum, ſed dubium, vt diximus, quod is tacens conſentiat,
lex itaque præſumit conſenſum, ex quo tacitum mandatum
oritur. Non eſt pariter recipienda explanatio Zuchardi in
Rub. C. de pactis. numero 53. Cum dixit, quod in d. l. qui
patitur, agebatur etiam de incommodo eius, pro quo fuit
mandatum. Eſt ſanè falſa interpretatio hæc, quandoquidem
illud incommodum in cauſa potius eſſe debebat diſſenſus
10 quàm conſenſus: Cum tacens † dicatur diſſentire, quando
de eius damno agitur. l. filiusfam. §. inuitus. ff. de procura. &
ſcribit Iaſon in l. quæ dotis. num. 97. ff. ſoluto matr. & dice-
mus infrà. Non etiam mihi probatur acuta illa interpretatio
Tornielli in rubr. de ver. obligat. nu. 61. quem quidem ſen-
ſum, tacito Tornielli nomine, probauit Io. Bolognetus in l.
quæ dotis. num. 121. ff. ſol. matr. Dixit Torniellus, quod in
caſu. d. l. qui patitur, conſenſus ille tacitus ex illa patientia
ſumptus, non venit ad perficiendum aliquem actum imper-
fectum: ſed confirmandum iam perfectū, nempè mandatum
factum, & à mandatario ſuſceptum. Diuerſum eſt in caſu
noſtro, quando quis promittit præſenti, & tacenti: Nam
inter eos nihil adhuc eſt actum, nihil perfecte factum. Non
mirum ſi taciturnitas non operatur conſenſum, vt actus per-
ficiatur. Hæc ſanè interpretatio vera non eſt. Non enim in
caſu. d. l. qui patitur, illa patientia conſideratur, nec verſatur
circà perfectum: ſed ſuper imperfecto. Nam ſi me ſciente, &
patiente, mandaſti argentario, vt mihi credat, ego manda-
re videor ipſi argentario. Inter te mandantem, & argenta-
rium mandatum ſuſcipientem, actus quidem eſt perfectus:
ſed inter me, & ipſum argentarium, cum nil interceſſerit,
præter patientiam meam, actus eſt omninò imperfectus.
Et tamen conſenſus ille, ortus ex patientia operatur taci-
tum mandatum. Et prætereà, vt etiam rectè animaduertit
benè eruditus Albertus Bolognetus in commentarijs ad
Rub. de verb. obliga. cap. xvj. num. 13. tacitus atque ita præ-
ſumptus cōſenſus, potens eſt perficere actum imperfectum.
ſi nummos meos me ſciente, & non contradicente mutuo
dederit, conſenſus inde meus præſumitur, & mutuum ad mei
commodum perficitur, & (vt noſtri dicunt) reconciliatur.
l. certi condictio. §. ſi nummos. ff. ſi certum peta. Illa ergo
ſola patientia in d. l. qui patitur. conſenſum arguit, vt manda-
re intelligatur. Ita etiam explanandæ ſunt. l. ſi remunerandi.
§. ſi paſſus. & l. qui fide. ff. mand. & l. ſi fideiuſſor. C. eo. Et ſi
enim inter fideiubentem, & creditorem intercedat actus fi-
deiuſſionis, ſitque ille perfectus: attamen inter me, qui paſ-
ſus ſum fideiubere, & creditorem meum nil actum, imò nec
inter me, & te fideiuſſorem, & tamē mea ipſa patientia con-
ſenſum arguit. Hanc quoque receptam ſententiam probat
tex. l. donationes. §. ſpecies. ff. de dona. cuius verba hæc ſunt:
ſpecies extra dotem à matre, filiæ nomine, viro traditas, filiæ
quæ præſens fuit, donatas, & ab ea viro traditas videri. &c.
Ecce quod præſentia, & patientia illa filiæ, operatur con-
ſenſum, & approbationem donationis à matre ſibi factæ. Et
quamquam in commentariis de arbitrarijs iudicum. libro
ij. caſu lxxxviij. num. 34. ſcripſerim, quod ibi lex vltrà pa-
tientiam fingit traditionem filiæ factam à matre; & per filiā
marito, breui quadam manu. iux. l. ſingularia. ff. ſi certum pe-
ta: attamen nil hoc officit, quandoquidem id contingit ra-
tione traditionis factæ marito, vt contra eum, filia eius vxor
agere poſſit: ſed quātum ad perficiendam donationem inter
matrem, & filiā, ſola ipſa præſentia filiæ id operata eſt. Quib.
intelligimus, minus rectè ſenſiſſe Curtium Iun. in rub. C. de
pactis. nume. 14. cum dixit in caſu. d. §. ſpecies. donationem
fuiſſe perfectam traditione. Non enim traditio aliqua facta
fuit à matre filiæ, ſed ſolam patientiam ſicque conſenſum
adhibuit filia, dum mater eius marito tradidit. Poſtremò
fulcitur ſententia hæc illa iuris regula, qui tacet conſentire
11 videtur. cap. qui tacet. de reg. iuris in vj. quæ regula † locum
habet ſolum, quando de tacentis commodo agitur, ſecus ſi
de damno. l. filiusfam. §. inuitus. ff. de procura. & l. pen. ff. de
furtis, & tradit poſt alios Iaſon in l. quæ dotis. nu. 97. & nu.
104. ff. ſoluto matr. Niſi ergo dicamus, præſentiam, & taci-
turnitatem operari cōſenſum, cum de commodo agitur, fru-
ſtrà edita eſſet illa iuris regula. Nec repugnat alia ſubſequēs
regula. c. is, qui tacet. de reg. iuris in vj. ſumpta ex. l. qui tacet.
ff. de reg. iuris. in quibus ſcriptum eſt, quod ille, qui tacet,
nec conſentire nec diſſentire videtur. Nam tacere, tenere
12 † dicitur medium inter conſentire, & diſſentire. Huic obie-
ctioni infrà reſpondebimus. His defenditur recepta opinio,
pactum eſſe præſumptum, quod oritur ex promiſſione facta
præſenti, & tacenti, ad ſui vtilitatem, & commodum. Diſ-
13 ſentiunt tamen, & malè multi, qui ſcripſerunt, hanc † eſſe
pollicitationem; qua in opinione fuerunt Guielmus Cu-
neus, Baldus & Corneus in l. ſenium. C. qui teſta. facere
poſſe. Hoſtien. in ſumma. extrà de pactis. Crottus, Alciatus,
Alba, & Torniellus in rub. de verb. obliga. Cagnolus in rub.
C. de pactis. nu. 18. & ibidem Io. Bologne. num. 36. & Dua-
re. in l. j. in verbo, duorum. ff. de pactis. Et hanc fortè hodie
eſſe



eſſe receptiorem, ſcripſit Albertus Bologne. in d. rubric. de
verborum obligationi. capitu. xvij. numero 1. Et ij quidem
adducti ſunt multis argumentis. Et primò, quod Vlpian. in
l. prima. §. primo. ff. de pactis. & in l. pactum. ff. de pollicita.
dixerit, pactum eſſe duorum pluriúmve conſenſum. Qui ſa-
nè conſenſus non oritur aptus, & ſufficiens ex præſentia,
& taciturnitate, cum ille ſit quidam tacitus conſenſus,
quo pactum non conficitur, l. ſecunda. & l. ſi creditores. C.
de pactis.

Verùm reſpondetur, falſum eſſe, quod in conficiendo
pactum requiratur conſenſus omnino expreſſus. Cum taci-
14 tus † etiam ſufficiat, l. ij. & l. iij. ff. de pactis. Nec repugnant.
d. l. ij. & l. ſi creditores. C. de pact. quia, vt animaduertit Zu-
chardus in rub. C. de pact. nu. 67. loquuntur de pacto ficto,
ſicuti Bar. & Bal. & reliqui ibi ſunt interpretati.

Secundò perpendi ſolet tex. l. j. §. ſi ſtipulanti. de verbor.
15 oblig. vbi ſi tibi ſtipulanti † decem, promitto viginti, obli-
gatio duntaxat contrahitur in decem. Et tamen, tacente ſti-
pulatore, debuit ſaltem naturaliter ad alia decem obligari
pacto nudo, quod non fit. vt ibi dicitur. Ergo nō contrahi-
tur pactum cum præſente, & tacente.

Cæterùm reſpondetur in caſu d. §. ſi ſtipulanti. actū fuiſ-
ſe inter partes, vt ſtipulatio tantū contraheretur; ſicuti præ-
ter Doctores ibi ſcripſit Mattheſ. in notab. cxxvij. Et ideò
actus vltrà intentionem partium nihil operatur; iuxtà l. non
omnis. ff. ſi cert. petat. & pactum non inducitur in aliis de-
cem. Et prætereà dici poteſt ſecundum Zuchardum in rub.
C. de pactis. non fuiſſe ibi cauſatum pactum, quia is, qui ſti-
pulandi animum habebat, tacuit, non habetur pro conſen-
tiente, cum aduerſus eum ſumatur interpretatio. iux. l. vete-
ribus. ff. de pactis, Tertiò affertur tex. l. ex pollicitatione. ff.
de pollicita. quo loci appellatur pollicitatio, cùm quis pro-
mittit præſenti, & tacenti. Ergo non eſt pactum. Quod au-
tem ibi præſenti, & tacenti facta fuerit promiſſio, ſignificāt
illa verba, apud Rempub. fecit, quæ ſic exponuntur, id eſt,
apud magiſtratus, & officiales Reipub. qui ipſam Rempub.
repræſentant, iuxtà glo. in rubr. C. quæ ſit longa conſuet. &
ſcribit Bar. in l. omnes populi. in ij. q. prin. de iuſti. & iur. Et
idem eſt apud iudicem, quod in præſentia iudicis. l. is apud
quem. C. de edend. Reſpondet Curt. Iunior in rubric. C. de
pactis. numero 15. duobus modis: ſecunda explanatio pro-
babilior videtur, dum ait, quod quando pollicitatio fit fa-
uore Reipub. non curamus, an fiat præſenti, & tacenti, quia
ſemper producit actionem, quam etiam producit pactum,
ſed nos loquimur, quando ex pacto ſolum oritur obligatio
naturalis, quæ non oritur ex pollicitatione. Voluit dicere
Curt. nil referre, quod eo in caſu ſit pollicitatio, vel pactū,
quia ſemper Reſpub. conſequitur ſibi promiſſum. Quæ in-
terpretatio retinenda non eſt, cum ibi clare iuriſconſ. affir-
met illam eſſe pollicitationem, eamque eo appellet nomi-
ne, Retinenda fortè eſt interpretatio Zuchardi in rub. C. de
pactis. nu. 32. cùm dixit d. l. ex pollicitatione ſic eſſe legen-
dam, vt illa verba, apud rempub. cōiungantur cum illis ver-
bis, ob honorem, hoc modo, ex pollicitatione, quam quis
fecit ob honorem apud Rempubl. Et hic ſubintelligitur,
conſequendum. Vel etiam ſecundum Galliaulam in rub. de
verb. oblig. nu. 33. dici poteſt, in d. l. ex pollicitatione dici,
ob id factam fuiſſe pollicitationem apud Rempu. quia ipſa
Reſpub. actionem habet: non autem, ob id quod facta ſit in
præſentia Reipub. Quartò vrgere videbatur argumentatio
Zuchardi in dicta rub. C. de pact. nume. 57. cum dixit, quod
16 verba diffinitionis † debēt intelligi in caſu vero, & proprio
Barto. in l. omnes populi. nu. 59. de iuſti. & iure. & in l. j. col.
j. ff. de acqui. poſ. Porrò cum diffinitione pacti ponatur con
ſenſus l. j. §. j. ff. de pactis. & in l. pactum. ff. de pollicita. Cō-
ſenſus, ergo verus requiritur: At ille conſenſus, qui ſumitur
ex præſentia, & taciturnitate, non dicitur verus conſenſus,
ſed fictus. Non ergo ille aptus eſt ad cauſandum pactum,
Illa minor videtur probari in l. ij. §. voluntatem, ff. ſolu. ma-
trimo. ibi, videri conſentire: quod quidem verbum, videtur,
ſignificat fictionem, l. j. §. deieciſſe. ff. de vi, & vi arma. Bart.
in l. ſi vnus. §. pactus, col. pen. ff. de pactis. & Dec. in l. qui a-
ctionem. nu. 3. de reg. iuris, Et idem ſignificare videntur illa
verba, quaſi conſentire. Quæ ſanè verba fictionem ſignifi-
care ſolent. l. in ſuis vbi Baldus. ff. de libe. & poſth. Et quod
in caſu d. §. voluntatem, conſenſus ſit fictus, admittunt Bal.
Imo. Comenſ. Alex. Soci. & Ripa.

Verùm altero de duobus modis argumentum diluitur.
Et primùm, falſum eſſe, quod verba diffinitionis debeant
eſſe propria. Nam verius eſt, quod etſi propriū id ſit, quod
diffinitione demonſtratur, ſecundum Bar. in d. l. omnes po-
17 puli. nu. 59. de iuſti. & iure. attamen † verba ipſa, quibus res
diffinitur, poſſunt eſſe impropria, vt declarat Ripa in rub. ff.
ſol. ma. nu. 42. poſt Bar. ibi.

18 Reſpondetur ſecundo, quod imò † conſenſus, qui ex taci-
turnitate colligitur, eſt præſumptus, non autem fictus: cum
(vt ſuprà diximus,) res ſit dubia: Nam eſſe poteſt, quod ta-
cens conſenſerit; eſſe etiam poteſt, quod non cōſenſerit. In
re dubia præſumptio ſumitur, cum econuerſo fictio fingat
ſuper certo. Et hunc conſenſum eſſe præſumptum ſignifi-
cant. l. ij. & l. iij. & l. ſi vnus. §. pen. ff. de pact. Et in caſu d. §.
voluntatem. conſenſum eſſe præſumptum rectius affirma-
uit ibi Iaſon. Nec repugnat illud verbum, videtur, cum ſi-
gnificet, etiam præſumptionem. l. ſi chirographū. ff. de pro-
ba. Iaſon in l. ſciendum. nume. 7. de verbo. obliga. & ſcripſi-
mus ſupra lib. j. q. x. numer. 3. Non pariter repugnat illa di-
ctio, quaſi, quia poſita eſt ad ſignificandum, conſenſum il-
lum non eſſe clarè expreſſum. Non tamen efficit, vt dicatur
fictus conſenſus.

Quintò motus eſt Zuchardus in d. rubr. C. de pactis. nu.
39. quod cum iſtud promittere, & ſpondere, reſpiciat com-
modum eius, qui præſens eſt, & tacet, eiuſque in poteſtate
eſt, apertius mentem, & voluntatem ſuam declarare, ſumi
debet contra eum interpretatio. l. veteribus. ff. de pactis. &
ibi Bar. & l. ſi in emptione. ff. de cōtrah. empt. Ergo non de-
bet haberi pro conſentiente: ſed pro tacente.

Verùm reſpondetur primò, quod d. l. veteribus. non pro-
cedit, quādo aliàs actus redderetur nullus, & inutilis, vt ibi
declarat Bartol. ſicuti redderetur inutilis actus iſte promiſ-
ſionis, quādo cauſatum non fuiſſet pactum. Nec repugnat,
19 quod actus † potius debet interpretari inutilis, quam vt ſit
valdè alicui damnoſus, vt hic eſſet. Ita declarant in l. nō vti-
que. §. ſi quis inſulam. ff. de eo, quod certo loco, & Dec. in l.
ſemper in contractibus. nu. 17. de regu. iur. Nam reſponde-
tur, id procedere, quando non conſtat de mente eius, cui a-
lioqui damnum inferetur. Non enim tunc ſumitur interpre
tatio validitatis actus: at ſecus, quando conſtat eū, cui dam-
20 num infertur, ita ſenſiſſe, & voluiſſe; cum † ſcienti, & volenti
damnum non inferatur. capit. ſcienti. de reg. iur. in vj. Cum
ergo hic promittens, quantum in ſe eſt, ſignificauerit ani-
mum ſuum, quod promittere voluerit, actus contra eum eſt
interpretandus. Prætereà, & ſecundò reſpōdetur, hunc præ-
ſentem, & tacentem, non habuiſſe neceſſe exprimere cōſen-
ſum, ex quo iure exiſtimauit, ſatis dici poſſe expreſſum iuris
præſumptione, quæ eſt, quod vbi agitur de commodo tacē-
tis, is conſentire credatur, vt diximus ſuprà.

21 Nam ſatis dicitur expreſſum, † quod lex præſumptione,
& coniectura expreſſit, l. licet Imperator. vbi Iaſon nu. 8. de
leg. j. & ſcripſimus ſupra lib. j. q. xlv.

Sextò, & vltimo vrgere videtur. tex. l. qui tacet. ff. de reg.
iur. & c. is, qui tacet. de reg. iur. in vj. vbi habetur, quod ille,
22 qui † tacet, non dicitur conſentire, nec diſſentire, ſed tenet
medium. Cum autem pactum requirat conſenſum, ſequitur
dicendum, hoc non eſſe pactum.

Verum reſpondetur, quod tacere tenet medium inter
conſenſum expreſſum, & expreſſam contra dictionem, non
tamen fit, quin dicatur conſenſus tacitus, quando lex illum
præſumit. Ita Dyn. in d. ca. is, qui tacet, qui in fine ait, quod
23 tacere † eſt medium, quando medium datur in actu vt in ca-
ſu. l. prima. §. ſcientiam. ff. de tributo. ſed quando non datur
medium, tunc applicatur vni extremorum, Et ideo vbi agi-
24 tur de damno † dicitur diſſentire, vbi verò agitur de com-
modo (vt hic) conſentire cenſetur. Probata itaque ac rece-
25 pta illa communi ſententia ſubinfertur, quod cum † dona-
tio inter viuos facta pacto nudo hodie conſiſtat, l. ſi quis ar-
gentum. §. vltimo. C. de donatio. ſi quis præſenti & tacenti
promittit donare, valebit donatio, quia ex illa taciturnitate
reſultat pactum præſumptum. Qua de re cum copioſè di-
ſputatum à nobis ſit ſupra libr. j. q. xliij. nu. 7. non eſt quod
hic immoremur.

## PRAESVMP. XLIII.

Pactum,& conuentum præſumi inter contrahen-
tes de his,quæ vſu, & conſuetudine adhiberi ſolent
in contractibus.

### SVMMARIVM.

1 *Contractibus ea præſumuntur promiſſa,quæ conſueta ſunt,& vſitata, ratione & loci & perſonæ.*
*Eſtque præſumptio iuris.nu.4.*
*Id tamen de conſuetudine ordinaria accipiendum.nu.9.*
2 *Procurator qui pignori dare poteſt,quando poßit agere pignoratitia.*
3 *Aquæ ducendæ ſeruitutem permittens,intelligitur ſecundum id quod duci conſueuit.*
5 *Notarius præſumitur rogatus de clauſulis,quæ in ſimilibus contractibus adhiberi ſolent.nu.6.*
7 *Procurator conſtitutus à mercatore ad mutuo accipiendum pecuniam, intelligitur etiam ad cambia,& recambia.*
8 *Mandatum factum à mercatore ad negociandum, præſumitur factum ſecundum ſolitum mandantis.*

CVM ambigitur, quid in confecto contractu
promiſſum ſit, præſumptio ſumitur promiſſa
1 †fuiſſe ea,quæ ſolent conſuetudine,& vſu, vel
loci, vel perſonæ adhiberi in contractibus, ſi-
cuti probat.l.quod ſi nolit.§.qui aſſidua.ff.de
ædil.edict.vbi euictio præſumitur promiſſa,ob id, quod in
alienationibus vſu & conſuetudine adhiberi ſolet. Ita in l.
2 vel vniuerſorum.ff.de pignori.actio.vbi procurator, † qui
poteſt pignori dare,poteſt etiam agere pignoratitia, quod
intelligitur,quando habuit ſpeciale mandatum ad pigno-
randum: vel quando dominus conſueuit dare pignori. &
ideo gloſſ.ibi,ſcribit,præſumptionem ſumi à ſolitis, ſic &
l.ſi prius.§ primo.ff.de aqua pluuia arcend.vbi qui promi-
3 ſit ſeruitutem aquæ†ducendæ,intelligitur promiſiſſe ſecun
dum id,quod duci conſueuit. Et hæc præſumptio, de qua
4 loquimur,iuris†eſt,cum lex ipſa conſuetudinem approba-
uerit,ſicuti explicat Ioan.Andreæ in additio. ad Specul. in
tit.de præſumptio.§.ſpecies. numero quinto. in verbo. In
prædictis concord.Et idem ſcripſit Lucas de Penna in l.
tertia.in præſumption.clvij.C.de apochis publ.libro x. Et
5 propterea hinc dicimus,notarium†præſumi rogatum adhi-
bere clauſulas,quæ in ſimilibus contractibus adhiberi ſo-
lent,ſicuti clauſulam expreſſæ hypothecæ, quæ apponi con
ſueuit in inſtrumentis dotium, quæ à mulieribus viris ſuis
dantur,vt docuit Baldus in l.prima.in fine.ff.ſoluto matri-
monio.Et huius ſententiæ multos commemoraui in conſi.
xxxvij.nu.30.lib.1.

Huc etiam pertinet quod eodem in conſi.xxxvij.nu.31.
6 ſcripſi notarium præſumi rogatum apponere † clauſulam
ceſſionis iurium hinc inde in tranſactione,& idem in dona-
tione ex ſententia Socin.Sen.in conſil. cj.colum.j.libr.iij.
Et eo in loco idem ſcripſi de clauſula renunciationis,quæ
adhiberi conſueuit: & declaraui quomodo id locum ha-
beat.Et de multis aliis clauſulis eo in reſpōſo diſſerui. Huc
etiam pertinet quod reſponderunt Roma.in conſi.cxiiij.&
Decius in conſi.ccccxlj.columna penulti.& in conſi.dlxij.
7 procuratorem † conſtitutum à mercatore ad mutuo acci-
piēdum pecuniam, intelligi etiam ad cambia, & recambia,
ſi ita mercator ipſe conſueuiſſet aliquando ſuſcipere. Idem
affirmauit Benuenutus Stracha in Tractat.de mercatura. in
titu.de mandato.numer.19.qui eiuſdem ſententiæ recenſet
Ruinum in conſi.xciij.libro v.& ſi Pariſi.in conſi.xcj.lib.j.
aliter ſenſerit.

Confert quod reſpondit Pariſius in conſil.xlvij.nu.86.
8 lib.j.quod†mandatum factum à mercatore ad negotiandū,
præſumitur factum ſecundum conſuetudinem, & ſolitum
negotiandi ipſius mercatoris.

9 Declaratur prædicta præſumptio, vt locum habeat † in
conſuetudine ordinaria:ſecus verò ſi extraordinaria ſit. Ita
Par.in l.Seio.§.modice.nu.3.ff.de annuis legatis.Soci.Sen.
in conſil.lxxxvij.col.vlt.lib.j.in conſil.clix.col.iiij.libro ij.
Decius in cōſi.ccccxxx.nu.7.& Par.in conſi.iij.nu.50.lib.
iij.& in conſi.lxxix.nu.1.lib.iiij.

## PRAESVMP. XLIIII.

Promittens aliquid facere,& præſtare,& an quan-
do præſumatur contra ſe ipſum ea promiſiſſe.

### SVMMARIVM.

1 *Promittens præſtare vel facere contra quemcunque, non præſumitur contra ſeipſum.*
*Et ſi ſermo generalis ſit vel vniuerſalis.nu.21.*
2 *Procuratoris confeßio,omnibus creditoribus ſolutum eſſe,non comprehendit procuratorem loquentem.*
3 *Dicere vel facere contra ſeipſum,nemo præſumitur.*
4 *Diligens plus ſeipſum quam alium,non dicitur in dolo.*
5 *Aduocare pro ſua Eccleſia tenetur clericus, non tamen contra ſeipſum.*
6 *Procurator vt factum domini reuocet, nunquam præſumitur conſtitutus.*
7 *Vaſallus dominum contra ſeipſum defendere non tenetur.*
8 *Vaſallus dominum periclitantem in conflictu deſerens, quando excuſetur.*
9 *Subditi,& vaſalli dominium peſte infectum,aut locis è ſuſpectis venientem,recipere non coguntur.*
10 *Emphyteuſim conceſſam alteri cum promißione de non concedendo alteri,dominus pro ſe retinere poteſt.*
11 *Gabellam conducens à ciuitate quæ immunis eſt in rebus à ſe emptis, non habet ius exigendi ab ipſa.*
12 *Statutum omnia confirmans ciuitas,non præſumitur confirmare quæ ſunt contra ſe ipſam.*
13 *Statuta omnia ſe iurans obſeruaturum,de his quæ contra ſe ſunt, iuraſſe non præſumitur.*
14 *Actiones cedens,non præſumitur cedere contra ſe ipſum.*
15 *Ligare ſe ipſum voluiſſe præſumitur nemo.*
16 *Appellationibus à ſententia interpoſitis formam præſcribens pontifex non præſumitur præſcripſiſſe his quæ à ſe latæ ſunt.*
17 *Confirmationibus derogans pontifex,de ſuis non intelligitur.*
18 *Epiſcopus cum clericis,conſentiens ciuitati gabellas imponenti, contra ſe ipſum non præſumitur conſenſiſſe.*
19 *Statutum principis,vt quædam ſolennitates obſeruentur in contractibus ipſum non ligat.*
20 *Ferrariæ Dux,qui ſedem Apoſtolicam defendere promiſit, contra ſeipſum non intelligitur.*
22 *Caſtrum vel turrim contra quamcūque perſonam accommodare promittens,non præſumitur contra ſeipſum promiſiſſe.*
*Idque etſi culpa ſua effectus ſit inimicus.nu 24.*
23 *Promittere contra ſeipſum vt nemo,ſic neque contra ſuos preſumitur.*
25 *Promittens contra quoſcunque,continet etiam promittētis perſonam, caſu quo legis diſpoſitione is quoque adſtringeretur.*
*Idem ſi in promißione alia quam loquentis perſona comprehendi non poſſet.nu.26.*
*Vel id ſuadeat ſubiecta materia.nu.27.*
*Aut eadem ſit ratio in perſona promittente,quæ eſt in alia.nu. 28.*
*Vel appareat coniecturis perſonam loquentis includi.nu.30.*
*Idem ſi ſimus in materia fauorabili.nu.31.*
29 *Seruus nomine domini omnia bona obligans,dicitur & ſe ipſum obligare.*

EGREGIA & celebris eſt ſententia, qua dici-
mus,quod is qui promiſit aliquid facere,& præ-
1 ſtare†contra quamcunque perſonam, non præ-
ſumitur promiſiſſe contra ſe ipſum.l.ſi merce-
dem.§.vltimo.ff.de actio.empt.vbi ſi venditor in venditio-
ne domus, paſſus eſt excipi habitationem, non intelligitur
excepta contra ipſum venditorem, cuius perſona in ea ex-
ceptione non continetur.Et illo in loco annotauit Bartol.
numero 2. quod ſi aliquis vendit tibi fundum, ſaluo iure
coloni ſeu laboratoris, intelligitur de omnibus aliis præ-
terquam de ipſo vendente.Et manifeſtius probat text.l.in-
2 quiſitio.C.de ſolutio.vbi confeſſio procuratoris,quod†ſo-
lutum fuerit omnibus creditoribus, non comprehēdit per-
ſonam ipſius procuratoris loquentis.Afferri etiam ſolet.l.
j.in fine.ff.de ſenato.vbi Accur.Bartol.& alij.Huius autem
ſentētiæ ea eſt ratio,quod in dubio nemo præſumitur velle
3 aliquid † dicere, vel facere contra ſe ipſum: Cum ordinata
charitas à ſe ipſo incipiat.l.Præſes.C.de ſeruitu.& aquā, &
latè ſcribit Igneus in l.j.§.ſi quis manu.nu.7.ff.ad S.C.Syl-
4 lania.Quocircà dicimus,quod ille non dicitur in dolo†ver-
ſari,qui plus diligit ſe quàm alium, vt ſcribunt poſt alios
Calcaneus in conſi.cxx.nu.18.& Craue.in conſi.8.numero
15.& 16.

Hinc ſcripſit Specul.in titul.de aduocato.§ j.verſic. ſed
5 nunquid clericus, quod licet clericus † teneatur aduocare
pro ſua eccleſia,non tamen tenetur cōtra ſe ipſum.Et idem
ſcripſerunt Bald.in l.petitionem. C. de aduoca. diuer. iud.
Barba.in conſi.lxxvj.col.iiij.lib.iij.& Alciatus in Tract.de
præſumpt.reg.j.præſumpt.lij.& in l.qui accuſare.num.13.
C.de eden.

Huc etiam pertinet,quod reſpondit Barba.præcitato in
6 loco,quod†procurator nunquam præſumitur conſtitutus,
vt reuocet factum domini,& alia ad rem is ſcripſit.

Confert quod tradit gloſſ.in cap.vlt.de aliena.feudi pa-
ter.& in cap.j.in prin.vbi Præpoſ.quib.mod.feudum amit-
7 ta.quod licet vaſallus†teneatur defendere dominum: non
tamen tenetur contra ſe ipſum: cum ſalutem propriam ſa-
luti domini anteponere teneatur. Quam traditionem pro-
8 bauit Alcia.in d.præſump.liij. Hinc dicimus, vaſallum†ex-
cuſari, ſi vt mortis periculum euitaret, deſeruit dominum
in conflictu periclitantem.Ita Præpoſ.& alij in ca.j.§.eſt &
alia,quæ fuit cauſa benefi.amitten.Idem reſpondit Grāma.
in conſi.xiij.nu.31.& 32.in criminal.

Huc etiam facit quod tradit Ripa in tractat.de peſte.in
tit.de remediis ad conſerua.vbert.numer.250. ſubditos, &
vaſallos†iuſtè recuſare poſſe recipere in oppido, vel ciuita-
9 te,dominum peſte infectum,vel è locis ſuſpectis veniētem.
Cum non teneantur ſubditi iuuare dominum, illique pro-
deſſe contra ſe ipſos.

Et ad rem hanc pertinet,quod ſcripſit idem Ripa in eo-
dem tract.de peſte.in titul.de remediis præſeruatiuis con-
tra peſtem.nu.262.Cùm dixit,quod etſi dominus in cōceſ-
ſione † emphyteuſis promiſit, eam nulli concedere quàm
10 illi primo,cui dederat:nihilominus poteſt pro ſe ipſo reti-
nere.Idem de locatione decidit Afflict.in deciſi. ccxc. nu-
mero 7.& 8.

Huc quoque ſpectat quod docuit Bald.in l.ſi emptor.C.
11 de hære.vel actio.vend.quod ſi quis conducit gabellam † à
ciuitate,quæ pro reb.à ſe emptis immunis eſt, non tenetur
ipſa ciuitas ſoluere ipſam gabellam: Cum non præſumatur
vendidiſſe ius ſuæ immunitatis:atque ita ius exigēdi gabel-
lam cōtra ſe ipſam.Idem ſenſit Bar.in l.licitatio.§.fiſcus.ff.
de pub.& vectig.& ſequitur Affl.in dec.cccxix.nu.9.

12 Huc etiam pertinet quod ſi ciuitas confirmat omnia†ſta
tuta,non dicitur confirmare ea,quæ ſunt cōtra ſe ipſam. Ita
reſpondit Caſt.in conſi.cxxix.ſtatuta Piſana.lib.j.quē ſecu-
13 tus eſt Cra.in conſi.iij.nu.17.Et accedit quod ſi quis†iura
uit obſeruare ſtatuta,non præſumitur iuraſſe, ſe obſeruatu-
rum ea,quæ contra ſe ipſum ſunt:ſic reſpondit Bru.in cōſil.
14 xxxv.nu.16.Huc facit quod cedens actiones † nō præſumi-
tur cedere contra ſe ipſum.l.ſi peculium.§.ſicut.ff.de pecu.
leg.& reſpondit Dec.in conſil.ciiij.col.j.& iij.Et eo textu
adductus ſcripſit Crau.in tractat.de antiq.tempo.in quarta
particula quartæ partis principalis.numer.113.quod nemo
15 †præſumitur velle ſe ipſum ligare.

Huc quoque ſpectat quod reſpondit Goz.in conſil.cj.
16 nu.20.ver.item quia,quod ſi Pontifex dat†formam appel-
lationib.à ſententia interpoſitis,nō præſumitur dediſſe for-
mam contra ſentētias à ſe latas.Et hoc quidem comprobat
quod reſpondit Crau.in conſi.ccxcvj.col.vij.verſ.iiij.prin-
cipaliter,cùm dixit,quod ſi Pontifex derogat confirmatio-
17 nib.†non præſumitur derogaſſe illi,quam ipſe fecit.

Hinc etiam reſpondit Barb.in conſil.xxxij.col.iij.li.iiij.
18 quod ſi Epiſcopus,& Clerici † conſentiunt ciuitati impo-
nenti gabellas,non præſumitur,quod conſenſerint cōtra ſe
ipſos,vt ſcilicet eorum immunitas tollatur. Ita quoque rñ-
19 dit Ro.in conſi.cccċxliiij.in fi.ſtatutum † editū à principe,
vt quædam ſolennitates obſeruentur in alienationib.& con
tractib.non ligare ipſum principem, cum non præſumatur
voluiſſe contra ſe ipſum aliquid ſtatuere.Et Romanū ſecu-
tus eſt Rol.à Valle in tract.de lucro dotis.q.lxxxiiij.quo lo-
ci ſcripſit,ſtatutum de lucro dotis nō ligare principem, qui
ſtatutum illud condidit.Et qua de re copioſè rñdi in conſi.
ccl.lib.iij.Hinc etiam Rui.in conſil.xlij.nu.15.li.iiij.egre-
20 giè reſpondit Sereniſ. D.†Ducem Ferrariæ,qui ſedē Apo
ſtolicā defendere,& tueri promiſit, intelligi promiſiſſe cō-
tra alios,non autem contra ſe ipſum.

Extenditur primò,vt locum habeat hæc ſententia in ſer-
21 mone†generali,imò vniuerſali,vt putà ſi quis promiſit ali-
quid facere,& præſtare contra omnes, & quaſcūque perſo-
nas,adhuc tamē non præſumitur promiſiſſe cōtra ſe ipſum,
Ita communem eſſe ſententiam teſtatur Cagn.in l.frater à
fratre.nu.98.ff.de cōd.inde.qui huius opinioris multos re-
cenſet,præſertim Iacobinum à S.Georg.in inueſtitura feu-
dali,in verbo,Qui quidē inueſtiti.col.iiij.affirmantē, quod
22 promittens†accommodare caſtrum,& turrim contra quā-
cunque perſonam,non preſumi promiſiſſe contra ſe ipſum.
atque ita ait ſe reſpondiſſe pro Dominis Caſtri Truffarelli
aduerſus Cherianos.Et prædictis accedit Alc.in tractat.de
præſump.reg.iij.præſump.lij.

Extenditur ſecundò, vt hæc præſumptio locum habeat
etiam ad fauorem conſanguineorū eius,qui promiſit. Nam
ſicuti non preſumitur quis velle promittere cōtra ſe ipſum,
23 †ita nec contra ſuos.Ita Tiraq.in tractat.de pœnis legum.
cauſa lj.nu.79.& Cagnol.in d.l.frater à fratre.nu.106.ff.de
condi.indeb.qui eiuſdem ſententiæ multos recenſet. Idem
ſcripſerunt Rui.in conſi.xlij.nu.16.lib.iiij.Alc.in l.qui ac-
cuſare.nu.13.C.de eden.

Extenditur tertiò vt procedat, etiam ſi is, qui promiſit
24 turrim, ſua cauſa † & culpa effectus ſit inimicus eius, qui
promiſit.Nam adhuc non tenetur contra ſe ipſum cōcede-
re turrim.Ita aduerſus Pileum.q.xxiiij.docuit Alcia.in d.l.
qui accuſare.nu.13.

Declaratur primò,vt locum nō habeat hæc præſumptio
25 in diſpoſitione legis:Cum enim quis † promittit id ad qđ
& ipſe aſtrictus erat, eius etiam perſona in ea promiſſione
continetur.Ita declarat Bal.in l.frater à fratre.col.ij.verſic.
vlt.not.ff.de condict.indeb.quem ſecuti ſunt Alex.& Soci.
ibidem.& Dec.in cōſil.ciiij.col.ij.ver.vj.facit.Et traditio-
nem hanc veram eſſe fatetur Cagno.in d.l.frater à fratre.nu.
109.qui tamen ſubiungit, nō eſſe propriè huius regulæ de-
clarationem.Et rectè quidem,cum hoc in caſu non oblige-
tur hic promittens ſua ipſa promiſſione,ſed lege, quā ſequi
voluit.Reliqua à Cagnolo obiecta nil ad rem pertinent, ſi
diligenter perpendantur.

Declaratur ſecundò,vt non habeat locum, quādo in ſer-
26 mone†ipſo comprehendi non poſſet alia perſona quam il-
la loquentis.Nam tunc diceretur comprehenſa Bart.in l.ſi
quis legauerit.de leg.j.Alex.in additio.ad Bart.in l.ſi mer-
cedem.§.vlt.ff.de act.empt.Marſilius in l.j.§.ſi ſeruus.ff.de
quæſtio.& Cagno.in d.l.frater à fratre.nu.112.

Declaratur tertiò,vt non procedat hæc præſumptio,qñ
27 †ſubiecta materia aliud ſuadet:ſicuti declarat Cor.in cōſi.
xiiij.in ſecundo dubio.lib.iij.quem ſecutus eſt Cagn.in d.
l.frater à fratre.nume.113.Et illi accedit Craue.in conſilio
cclxxiiij.nu.12.

Declaratur quartò,vt locum non habeat,quando eadem
28 eſſet ratio in perſona†loquentis,quæ eſt in alia.Bartol.in l.
Paulus.in fi.ff.de pign.Salicet.in l.inquiſitio.C.de ſolutio.
& Cagno.in d.l.frater à fratre.nume.114.ff.de condict.in-
debiti.Exemplum eſt in caſu dicta l.Paulus,quando ſeruus
29 †nomine domini obligat omnia bona ipſius domini, dici-
tur obligare etiam ſe ipſum.Cum non conſideretur ſeruus,
vt homo,ſed vt res quædam:ſicuti illo in loco declarat.
30 Declaratur quinto Bar.quando conſtaret†aliquib. con-
iecturis,perſonam loquentis includi.Ita Sali.in d.l.inquiſi.
& Cagn.in d.l.frater à fratre.nu.115.
31 Declaratur ſextò,non habere locum † in fauorabilibus,
ſicuti reſponderunt Gozad.in conſil.lxxvj.nu.14.& Craue.
in conſi.cclxxiiij.nu.12.

## PRAESVMP. XLV.

Creditor recipiens vinum, vel quid ſimile mutuo
datum.an præſumatur remiſiſſe intereſſe quāti plu-
rimi,ad quod debitor ratione moræ tenebatur.

SVM

*SVMMARIVM.*

1 *Vini vel rei ſimilis mutuo ſuſceptæ, moram in reſtituendo nectens debitor, tenetur ad intereſſe quanti plurimi.*
2 *Intereſſe quanti plurimi ob moram debitoris remiſiſſe præſumitur creditor, vinum vel rem ſimilem mutuo datam recipiendo.*
*Contraria aſſeritur opinio, nu. 10.*
3 *Solutione rei principali, tollitur obligatio acceſſoria.*
4 *Sortem recipiens creditor, videtur rem ſiſſe pœnam.*
5 *Intereſſe quanti plurimi dicitur pars ipſius rei.*
6 *Precium recipiens poſt elapſam diem ex lege commiſſoria præſtitutam, videtur remiſiſſe diſpoſitionem illam legalem. Et declaratur, numero 7.*
8 *Canonem iam præteritum recipiens abſque proteſtatione, dominus præſumitur caducitatis pœnam remiſiſſe.*
*Et quæ cauſa ſit. nu. 9.*
*Aliud eſſe ſi proteſtatur. nu. 21.*
11 *Renunciatio cum donatio ſit, nemo eam de iure ſuo facere præſumitur.*
12 *Intereſſe aut pœna debita legis diſpoſitione, non dicitur remiſſa, receptæ ſorte principali.*
13 *Intereſſe quanti plurimi, hominis non legis diſpoſitione deberi.*
14 *Intereſſe quanti plurimi, poteſt creditor expreſſe donare.*
15 *Dotem principalem recipiens mulier, non dicitur remiſiſſe acceſſiones.*
16 *Dotis augmentum idem eſt cum dote ipſa principali.*
17 *Pœnam ex diſpoſitione hominis debitam, recepta ſorte principali, remiſſam cenſeri,*
*Idque procedere etiam ſi creditor proteſtetur ſaluo ſe iure conſequendi æſtimationem quanti plurimi, feciſſe. nu. 18.*
19 *Intereſſe quanti plurimi remiſſum non cenſeri, ſi in ſortis receptione, creditori proteſtanti conſentiat debitor,*
*Idem ſi tacuit debitor. nu. 20.*
*Vel etiam expreſſe contradicat. nu. 28.*
22 *Proteſtatio contra ea quæ à legis diſpoſitione pendent nil operatur.*
23 *Pœnam aliquam loco obligationis, à lege ſubrogatam alternatiuam dici.*
24 *Alternatiua in obligatione vnum recipiendo creditor, non petit alterum.*
25 *Sortis ſolutione omnis tollitur obligatio.*
26 *Fideiuſſori ſoluenti, & actiones ſibi cedi petenti, ſi ante ſolutionẽ perfectam id faciat, cedi debent.*
27 *Res reddita deterior, reddita non cenſetur.*
29 *Tranſactio fit aliquo dato vel retento.*
30 *Proteſtatio facto contraria nil operatur.*

1 CVM vini, ſimiliſve rei mutuo † ſuſceptæ, debitor in ea reſtituenda moram facit, ad intereſſe quanti plurimi tenetur, vt ſcribunt omnes in l. vinum. ff. ſi cer. pet. Cæterùm dubitari ſolet, an ſi creditor, mora commiſſa, vinum remve aliam mutuatam recipit, illud intereſſe quanti plurimi, quod ob moram conſequi à debitore poterat, præſumatur ei remiſiſſe? Et præ-
2 ſumi † remiſiſſe, ſcripſerunt Dec. & Io. Bolognetus, in d. l. vinum, ille, nu. 4. ver. ij. limitatur. iſte. nu. 21.
3 Primò ea adducti ratione, quia facta † ſolutione rei principalis, tollitur obligatio acceſſoria. l. iiij. C. depoſiti ibi Bal. Reſponderi poteſt, quod imò non eſt acceſſorium, ex quo æquè principaliter peti poteſt, vt ſcribit hic Barto. numero 15.

Præterea hæc æſtimatio dicitur pars rei, vt ĩ. dicemus. Rurſus, d. l. iiij. loquitur cum à iudice lata eſt ſententia ſuper reſtitutione rei principalis, nulla facta mentione vſurarum, ob id dicitur debitor per ſententiam liberatus.

Secundò ex l. vlt. in fi. ff. de eo quod certo loco, vbi ſcri-
4 ptum eſt, creditorem recipientem † ſortem, videri remiſiſſe pœnam. Verùm reſponderi poteſt, dicta l. vlti. loqui in pœna, quæ dicitur eſſe quid ſeparatum à re principali: diuer-
5 ſum eſt in hac æſtimatione quanti plurimi, † quæ dicitur eſſe pars ipſius rei. l. ſi ſterilis. §. cùm per venditorem infra, de actio. empt.

Tertiò accedit, l. vectigalia, §. primo, de publ. & vectigal. ad quam reſpondet Iaſon, quod ibi loquitur in vſuris penſionum, quæ peti non poſſunt ſimul cum expulſione, ne conductor duplicem pœnã patiatur, ex eadem met cauſa, nempè contumaciæ. Præterea ibi alternatiuè pœna vel res principalis debebatur, vnius ergo electione, altera ceſſat, vt infra dicemus.

Quartò conferre videtur, l. poſt diem. ff. de lege cõmiſ-
6 ſo, vbi recipiens † pretium poſt elapſam diem præſtitutã ex lege commiſſoria, vt ſcilicet, niſi intra certum tempus ſolutum ſit pretium, res ſit inempta. recipiendo inquã pretium, dicitur remiſiſſe illam diſpoſitionem legalem.
7 Cæterùm facile reſpõdetur. d. l. poſt diem procedere † in duobus remediis contrariis. Quorum vnum ſi eligitur, alteri renuntiatum dicitur, Secus quãdo ſunt duo diuerſa. Ita declarat Iaſ. in d. l. ij. nu. 124. verſi. ego puto. C. de iure emphy. poſt Alber. ibi clarius Alex. in conſi. ccvj. col. ij. verſic. non obſtat. d. l. poſt diem. lib. vj. & clarè probat. l. ſi fundus. §. eleganter. eo. tit. de lege cõmiſſo. Noſtro in caſu æſtimatio quanti plurimi nõ eſt contraria ſorti principali, imo diuerſum quid, vel vnum & idem. Ergo, &c.

Quintò non parum vrgere videtur illa recepta doctorũ
8 opinio, qua dicũt, quod vbi dominus † emphyteuſis recipit ab emphyteuta penſionem præteriti iam temporis, nulla adhibita proteſtatione, ſaluum ſibi eſſe ius declarandi caducitatem, dicitur eam caducitatis pœnam remiſiſſe, Ita affirmauit glo. in c. potuit. de loca. & communem aſſeruit Iaſon in d. l. ij. nu. 124. verſ. ego puto. C. de iure emph. Dec. in conſi. cccxxix. nu. 3. & latiſſime Boer. q. cccix. nu. 5. Verùm reſpondetur diuerſam eſſe rationem illius traditionis à no-
9 ſtra. Nam illa ob id † procedit, quia dominus conſequitur melioramenta, quæ amittit emphyteota, vt declarat Iaſon in d. l. ij. in vij. norab. & ideo iniquum eſt, quod emphyteuta duas pœnas patiatur, contra capitul. at ſi clerici. §. vlti. de iud. Præterea illa doctrina procedit, quia ipſe dominus non ſenſit tantum damni, vt mereatur emphyteota priuari ſua emphyteoſi, ratione damni dati: ſed id eſt factum ratione contemptus, & inobedientiæ erga dominũ, Iaſ. in auth. qui rẽ. nu. 16. C. de ſac. ſan. ecc. Et propterea creditor recipiendo penſionem, videtur eam iniuriam remiſiſſe.

Contraria itaque opinio videtur verior, etſi in ſpecie ne-
10 mo hactenus ſit, qui eam probet: nempè ex receptione † ſortis, non cenſeri remiſſam hanc æſtimationem quanti plurimi. Et ſimilem propè huic noſtræ facti ſpeciem diffinit Alexand. conſilio ccvj. libro vij. Quæ opinio videtur ita poſſe ſuaderi.
11 Primò, quia nemo præſumitur † remittere atque renũtiare iuri ſuo, cum renuntiatio ſit donatio. l. ſi quis delegauerit. vbi Bar. ff. de ſolutio. Dec. in l. poſtquam liti. num. 15. & ibi in ſpecie Curt. Iun. numero 5. C. de pactis, Alex. in conſ. ccvj. colum. ij. in fi lib. vij. Ergo creditor recipiẽdo ſortem principalem non dicitur remiſiſſe æſtimationem quanti plurimi.

Cæterùm reſponderi poteſt, remiſſionem atque donationem hoc in caſu præſumi, cum lex hanc præſumptionem faciat. ſicuti infra dicemus ex l. ſecunda. in princip. ff. ſi quis cautio. Et caſus multos, in quibus lex donationẽ præſumit recenſui lib. ij. de arbitr. iudicum. caſu lxxxviij.

Secundò vrgere videtur, quod æſtimatio hæc quanti plurimi debetur diſpoſitione legis, non autem hominis, vt aſſerit hic Decius, & probare videntur tex. noſter, & alia ſu-
12 pra ſuis locis allegata, Atqui vbi pœna vel intereſſe † debetur legis diſpoſitione, non dicitur remiſſum recepta ſorte principali. l. ſi pro fure. §. j. ĩ. de condictio. furt. & ſcribit Iaſon in l. vlti. colum. antepenult. de eo, quod certo loco. Ergo hic creditor recipiendo ſortem, non dicitur remiſiſſe æſtimationem quanti plurimi.

Verùm reſponderi poteſt primò, negando illam maiorem propoſitionem. ſi quidem verius eſt, hanc æſtimatio-
13 nem † quanti plurimi deberi diſpoſitione ſeu facto hominis, & ſi lex illud deinde approbet. Cum enim creditor mutuo dat, & debitor ſuſcipit, inter eos actum lex præſumit, quod res in ſuo genere reſtituatur, eiuſdem qualitatis, & bonitatis. l. cum quid. ſ. eod. Præterea hanc æſtimationem
14 quanti † plurimi, poteſt creditor expreſſe donare, & remittere, vt certi iuris eſt, Ex quibus ſequitur hanc eſſe hominis diſpoſitionem, vt declarant Ripa in l. ſi inſulam. nu. 60. de ver. ob. & Alcia in l. iiij. §. Cato. nu. 104. eo. tit.

Tertiò adfertur, l. ſi marito. §. vlti. ff. ſolut. matri. vbi mu-
15 lier † recipiens dotem principalem, non tamen dicitur remiſiſſe acceſſiones nempè fructus. Ergo idem dicẽdum eſt noſtro in caſu.

Cæterùm



Cæterùm reſpondetur eſſe ſpeciale in eo caſu fauore dotis. Ita declarat Bald. Nouellus in Tract. de dote. in ſecunda parte prin. col. vlt. nu. 11. Vel & ſecundo ex ſententia gloſſæ, & Bar. in d. l. ſi marito. §. vlt. id procedit, quia illi fructus di-
16 cuntur augere dotẽ, & † augmentum idem eſt, & æquè principaliter, quod ipſa dos. l. etiã. C. de iure dot. ſicuti ergo petita parte dotis, ſupereſt alterius partis petitio, ita etiã conſecuta dote, fructus, & augmentum peti poſſunt.

Quartò conferre videtur tex. l. nũquam plura. §. item quæſitum. ff. de priua. delict. Verùm reſponderi poteſt, loqui in pœnis legalibus, vt dixi ad l. ſi pro fure. §. j.

Placet mihi recepta opinio ex l. j. in fi. prin. ff. ſi quis cautio. quæ loquitur de pæna conuentionali, ſicq; de pæna ex
17 diſpoſitione hominis. Et affirmat † illam cenſeri remiſſam, recepto, quod debebatur principaliter. Nam & nos loquimur in æſtimatione quanti plurimi, quæ debetur diſpoſitione hominis, vt ſup. diximus.

Extenditur hæc præſumptio, vt locum habeat etiam quã-
18 do † creditor adhibuit proteſtationem, ſe recipere, ſaluo iure conſequendi æſtimationem quantiplurimi. Et huius ſententiæ fuit Petrus Perticen. & Decius præcitato in loco. Verum quia à Petro diſſentit Barto. in d. l. vlt. ff. de eo quod certo loco. & cum Bartolo cæteri ſentiunt, ob id vnà cum Bart. ac etiam ex mente Decij hic, quo res clarior reddatur diſtinguo tres caſus.

Primus eſt caſus, quando debitor ſoluens ſortem princi-
19 palem, cõſenſit † ipſi creditori proteſtanti, ſe recipere, ſaluo iure cõſequendi æſtimationẽ quantiplurimi. Hoc caſu clarùm eſt, eam æſtimationem quantiplurimi non eſſe remiſſam. Ita Dec. hic. num. 5. verſ. ſaluari tamen poteſt, ſic declarãdo. Cur. Iun. hic. num. 8. in fi. Bar. in d. l. vlt. ff. de eo, quod certo loco. Nã videtur quoddam pactum initum inter debitorem, & creditorem, vt creditor poſſit vltrà ſortem conſequi æſtimationem quantiplurimi.
20 Secundus eſt caſus, quando debitor ſoluens † tacuit, atque ita non contradixit creditori proteſtanti, ſe recipere ſaluo iure conſequendi eam æſtimationem quantiplurimi. Hoc etiam in caſu dicendum eſt, debitori non eſſe remiſſam hanc æſtimationem. Ita Bart. in d. l. vlt. & cum eo ibi Caſtr. & cæteri.

Primò ea ratione, quòd proteſtatio tollit omnem præſumptionem tacitæ remiſſionis, atq; donationis. l. ſi filiusfam. inf. ad Maced. l. quæritur. §. qui impleto. inf. locati. & l. ſi debitor. §. j. inf. quib. mod. pig. vel ſol. hyp. Ergo hac proteſtatione in receptione ſortis adhibita à creditore, remiſſa non dicitur æſtimatio quantiplurimi.

Secundò adfertur tex. l. iij. §. idem Iulian. ff. de eo, quod certo loco.

Verùm reſpondet Caſtr. in d. l. vlt. quod. d. §. Iulianus, loquitur in eo, qui ſoluit procuratori alieno, qui recipiendo non potuit adferre præiudicium creditori principali.

Tertiò & fortius accedit quod etiam ſi hæc remiſſio non eſſet præſumpta, ſed ficta, quæ ſanè ficta remiſſio potentior eſt ipſa præſumpta: attamen adhuc proteſtatio operatur, & tollit eam, cum ſit proteſtatio potẽs ad tollendum actum à lẽge fictũ, vt declarat Alcia. in trac. de præſum. in euidentia. lib. parte ſecunda. in fi. poſt Bal. Nouellum in tract. de dote parte. vj. priuil. ij. dum ſic declarat l. vnicam. in prin. C. de rei vxo. actio.

Quartò accedit doctrina eorum, qui ſcripſerunt, dominũ
21 recipientẽ † canonẽ ab emphyteuta, adhibita proteſtatione ſibi eſſe ſaluum ius caducitatis, eã caducitatem non cenſeri remiſiſſe. Ita Iaſ. in l. ij. nu. 124. C. de iure emph. idem in l. ij. in prin. nu. 3. ſup. ſi quis cautio. Ripa in circum M. Ferrarien. nu. 129. de conſtit. Alcia. in l. denuntiatio. col. v. de verb. ſignifi. & Boer. q. cccix. qui alios permultos recenſet. & dicemus inf. in præſum.

Non obſtant nunc rationes, quib. Dec. hic poſt Petrum in d. l. vltim. de eo, quod certo loco contrariam opinionem probauit, nempè non cenſeri reſeruatum ius conſequendi hanc æſtimationem quantiplurimi. Et primò ea ratione
22 mouentur, quod proteſtatio, † quæ fit contra ea, quæ à legis diſpoſitione pendent, nil operatur. l. alimenta. C. de nego. geſt. Atqui, quod moroſus debitor ſoluendo ſortem principalem, liberetur ab æſtimatione quantiplurimi, pendet à diſpoſitione legis, quæ hanc liberationem inducit. d. l. vlt. de eo quod certo loco. Ergo proteſtatio creditoris recipientis, nil operatur.

Reſpondetur, quod etſi lex inducat hanc liberationem ab æſtimatione quantiplurimi, recepta ſolutione à creditore: attamen id facit ex præſumptione quadã, quod recipiens præſumatur remittere illud acceſſorium. Et ideò adhibita proteſtatio, eius mentem, & animum declarat, ſicque ceſſat illa legis præſumptio.

Secundò adfertur hæc conſideratio, quando lex vt hic,
23 ſubrogat loco obligationis aliquam pænam: tunc illa † ſubrogatio dicitur alternatiua; ac ſi de debitor alternatiuè eſſet obligatus. l. miles. §. decem in j. reſp. de re iud. & ſcribit Bar. in l. ſtipulationes nõ diuidũtur. q. vij. de ver. obl. Atqui
24 in obligatione † alternatiua, ſi creditor recipit vnũ, impoſſibile eſt, quod recipiat alterum. l. ſi non ſortẽ. §. ſi dotẽ. inf. de cond. indeb. Ergo proteſtatio nihil operatur contra ea, quæ ſunt impoſſibilia. ſimili arg. vtitur Guid. Papæ. q. clxxij. col. ij. ver. & eſt ratio.

Cæterùm facile reſpondetur in ſpecie natura, eſſe falſam illam maiorẽ propoſitionẽ; cũ æſtimatio quanti plurimi, nõ ſit alternatiuè ſubrogata loco ſortis principalis: quandoquidem creditor, ſi vult, poteſt vtrumq; conſequi, hoc reſponſo Iuliani probatur, & aliis ſimilib. ſup. allegatis.

Tertiò accedit, ꝙ aut volumus dicere, hanc æſtimationem
25 peti prima actione: & hoc dici non põt, quia ſolutione † ſortis oĩs tollitur obli. & per cõſequens actio. Aut noua actione: & hoc etiã dici nõ poteſt, quia nulla potuit cõtrahi obli. ex quo nil actũ fuit. Ergo proteſtatio nil operatur, cũ reſeruare non poſſit, ꝙ nõ eſt. Reſpõdetur argumentũ poſſe procedere, qñ ipſe creditor recepta ſolutione ſortis, fuiſſet proteſtatus. Nam ſero nimis id feciſſet, nẽpe iam extincta omni obligatione: ſecus eſt noſtro in caſu, vbi proteſtatio adhibetur ante receptionẽ vel in eo inſtati. Ita ſimile tradit Bar.
26 in l. Modeſtin⁹. col. ij. n. 6. ff. de ſol. cũ ait, ꝙ ſi fideiuſſor † ſoluit, & petit ſibi cedi actiones, erũt illæ cendendæ, ſi petitum id ſit ante perfectã ſolutionem. Præterea cũ in caſu noſtro
27 res deterior † ſit reddita, no dicitur reddita. l. in hac. in fin. ff. de cond. trit. l. iij. §. ſi reddita. ff. commo. l. Iul. §. j. de verbor. oblig. Ergo non eſt extincta obligatio.
28 Tertius eſt caſus, qñ debitor † expreſſe contradicit proteſtationi factæ à creditore ſibi ſaluũ eſſe ius cõſequendi æſtimationem quantiplurimi. Hoc in caſu poterit adhuc creditor agere, vt eam æſtimationem conſequatur.

Primò ea ratione, quia creditor recipiendo ſortẽ principalẽ, dicitur liberaſſe debitorem ſub quadam cõditione, vt æſtimationẽ quantiplurimi deinde præſtaret arg. l. ſi mulier. & l. ſi quis accepto. infr. de cond. cauſ. data. vbi qui data aliqua ex cauſa, ea non ſecuta; condicere poteſt, quia etſi ſub conditione dicitur dediſſe, vt cauſa ſequatur.

Secundò ſatis ſuperq; fundata eſt intentio creditoris recipientis, qui proteſtatione ſua conſeruat ſibi ius ſuum. l. ſi filiusfam. ff. ad S. C. Maced. & dixi ſuo loco. Nec debitoris contradictio aliquid operatur, vt mox diluendo contrãria dicemus.

Tertiò accedit (vt dicebat hic Dec.) ꝙ creditor iuſte proteſtatur, ex quo non congebatur recipere ſortem ſine æſtimatione quantiplurimi. iux. l. acceptam. C. de vſuris. Ergo è contra illa debitoris contradictio eſt iniuſta, & propterea reiicienda.

Non obſtant nunc aliquot rationes, quæ in contrarium adferri ſolent. Et primò adfertur ratio, qua vſus eſt in ſimili Bar. in l. j. n. 8. ver. iij. quarto. ff. de ſolutio. qñ debitor ſoluit, & cõtradicit proteſtationi creditoris, dicitur eo animo ſoluere, vt nil amplius ab eo petatur, & ſi petatur, ꝙ repetere poſſit ſolutũ. Ergo proteſtatio creditoris nil operatur, repugnante contradictione debitoris. Cæterùm reſpondet hic Dec. col. iij. ver. in contrariũ facit, ꝙ non obſtante contradictione debitoris ſoluentis, poſſit creditor retinere ſolutum, ex quo eſt ei ſolutum quod iure debebatur; ceſſat ergo repetitio. l. repetitio. ff. de cond. indebi. Et ſicuti dixi ſupra, creditor iuſtè proteſtatur, ex quo non tenebatur recipere creditum ſine vſuris. At in illa quæſtione à Barto. propoſita diuerſum eſt (ait Dec.) quia ibi creditor iniuſte agebat: cum ad debitoris voluntatem eſſet pecunia computanda.

Secundò

Secundò adfertur tex.in l.ij.in fin.prin.ſi quis cautio. in
illis verbis.Ergo requiritur vtriuſque partis conſenſus,quo
deficiente proteſtatio nil operatur.Et textum hũc multum
vrgere contra Barto.& aliorum relatam opinionem,ait Iaſ.
in d.l.vlti.col.penul.in fi.de eo,quòd certo loco. Verum fa-
cile reſpondetur ex ſententia Curtij Iun.hic num.8.d.l.ij.ſi
quis cautio.loqui in tranſactione,quæ vt valeat, à partibus
debet eſſe approbata.Et qua quidem trãſactione ſubſiſten-
te,etiam intereſſe ſubſiſtit,& vnum ſine altero ſtare nõ po-
teſt,niſi expreſſe dicatur.Ibi enim tranſactione receſſum eſt
29 à pœna,cum tranſactio † fiat aliquo dato, vel retento, hinc
inde.l.j.ff.de tranſact.cum ergo iam partium conuentione
receſſum fuerit à pœna,vt illa debeatur ex tranſactione, de-
bet de ea ſpecialiter fuiſſe actũ in ipſamet tranſactione,cum
non niſi vtriuſque ſpeciali conſenſu confici ſoleat.

Tertiò alia ratione vſus eſt Iaſ.in d.l.vlt.col.penul.in fin.
de eo,quod certo loco,quam ita deduco. Proteſtatio con-
30 traria † facto nil operatur.cap.cum M.Ferrarien.de conſtit.
& c.ſolicitudinem,de appell.& vtroque in loco Doctores.
Atqui quãdo creditor recipit ſortem adhibita proteſtatio-
ne, illa proteſtatio facto receptionis aduerſatur. Ergo nil
debet operari. Cæterùm facile reſpondetur, quod imò pro-
teſtatio non eſt contraria facto, cum factum verſetur circa
vnum,nempe circa ſortem principalem & proteſtatio circa
aliud, nempe, reſeruationem iuris, quoad æſtimationem
quantiplurimi,vel intereſſe.

## PRAESVMP. XLVI.

Contrahentem aliquídve acquirentem, præſumi
proprio, non autem alieno nomine contraxiſſe, &
acquiſiuiſſe.

*SVMMARIVM.*

1 *Contrahere nomine proprio quilibet præſumitur.*
2 *Negotia propria curare quam aliena prius, quis præſumitur.*
3 *Charitatem à ſe ipſo incipere, à natura homini inditum eſt.*
4 *Soluens ſuo nomine præſumitur ſoluere.*
5 *Actus quilibet proprio nomine geſtus præſumitur, etſi geri alieno nomine quoque potuiſſet.*
6 *Nouationem faciens ſeipſum liberare voluiſſe præſumitur, non obligare pro alio.*
7 *Acquiſita præſumitur propria pecunia quæſita.*
8 *Contrahens nomine alieno præſumitur contraxiſſe, ſi ad id erat obligatus.*
*Idem ſi contraxerit nomine officij.nu.9.Vel id apparet coniecturis.numero 10.*

QVI contrahit aliquídve acquirit, præſumitur
1 proprio nomine,non autem alieno † contrahe-
re & acquirere.l.Titium & Mæuium.§.perfe-
ctus.ff.de admin.tut.& ibidem Bartol.& idem
in l.patruus.C.communia vtriuſque iud.idem
reſponderunt Corn.in conſi.lxj.col.ij.libr.j.Dec.in conſil.
vij.nume.5.Et ratio ducitur ab alia iuris præſumptione,qua
2 dicimus,quemlibet præſumi prius † curare propria negotia,
quam aliena.l.quæ Seruandarum.ff. de præſcriptis verbis.
& c.qui vult.de pœnit.diſt.iij.& ſcribit Alciatus in tract.de
præſumptionibus.reg.j.præſump.lij.qui rationem rationis
3 ſubiungit,quia à natura † inſitum eſt homini, vt charitas à ſe
ipſo incipiat,l.Præſes.C.de ſerui,& aqua.Hãc præſumptio-
4 nem comprobat illa,qua dicimus,ſoluentem † præſumi ſol-
uere ſuo nomine.l.& magis, ff. ſolutio. & diximus infra in
præſumpt.

Confert & l.Papinianus.ff.mandati.qua probatur,fide-
iuſſorem ſoluentem præſumi ſuo nomine ſoluere, quẽ text.
ſic in hanc ſententiam annotauit Lucas de Penna in l.iij.co-
lum.iiij.verſicu.trigeſima.præſumptio.C.de apochis publ.
5 libro x.Ita dicimus, quod quilibet actus † qui geri potuit
nomine proprio & nomine alieno, præſumitur geſtus nomi
ne proprio;quemadmodum tradunt Bart.in l.gerit.numero
9.ff.de acquiren.hæredi.Corn.in conſi.cccx.nu.7.libro iij.
Soc.Sen.in conſi.cxiij.lib.iiij.& Alciat.de præſump.reg.ij.
præſump.xxiiij.nu.5.in fi.Accedit quod reſpondit Crau.in
conſi.cclxxxij.col.iij.ver.octauo conſidero.Cũ dixit,eum,
6 qui † nouationem fecit,præſumi voluiſſe ſe ipſum liberare,
non autem pro alio obligare.

7 Confert quod dicimus,acquiſita † præſumi propria pecu
nia,non autem aliena fuiſſe quæſita.Bar.in l.ij.ff.pro ſocio.
& in l.Titium.§.altero.nu.2.ver.ſi verò dubitetur.ff.de ad-
mi.tuto.Bald.in l.vlt.nu.2.C.de pigno.Dec.in conſi.xx.nu.
x.Pariſ.in conſi.vlt.nu. 19.lib.ij.Craue.in conſil.cxcj.nu.8.
& in conſi.ccxliiij.nu.6.

Cæterùm hac de re verba faciens Bal.in l.ſi patruus.nu.4.
C.commu.vtriuſq.iud.ſcribit, confugiendum eſſe ad cõie-
cturas,quas infra commemorabimus.

Declaratur primò hæc præſumptio, vt locum non ha-
8 beat,quando hic contrahens & acquirens † erat obligatus
contrahere & acquirere nomine alterius. Nam tunc is con-
trahens acquirénſque præſumitur ea feciſſe nomine illius.
Ita Baldus in d.l.ſi patruus.nume.5.C.communia vtriuſque
iud.quem ſecutus eſt Alciatus in tract.de præſumptio.reg.
ij.præſump.xxiiij.nu.2.ſimilia dicemus infra, in præſumpt.
lxxx.Confert quod ſcribũt Are.Soc.& Dec.in l.ſingularia,
in ij.notab.ff.ſi cer.pet.quod ſi iuſſi meo debitori, vt ſoluat
ei,cui volo mutuare,& is numeret,præſumitur numeraſſe in
executionem mei mandati à ſe ſuſcepti.

Declaratur ſecundò vt non procedat, quãdo quis nomi-
9 ne † officij contraxit & quæſiuit.Nam tunc præſumitur con-
traxiſſe & acquiſiuiſſe eis,quorum nomine & cauſa gerebat
officium.Ita Alcia.in d.præſump.xxiiij.nu.4.verſicu.& non
poſſet allegare.Idem ſcripſerunt Bartol.in l.Titium.§.alte-
ro.col.j.& ij.ff.de admi.tuto.& Bal.in l.ſi patruus.C.com-
munia vtriuſque iudicij.vbi tutor & de re ſpectante ad pu-
pillum præſumitur nomine pupilli contrahere, & dicemus
infra præſump.xlix.

Declaratur tertiò, vt locum non habeat, quando conie-
10 cturis † conſtaret:contrahentẽ & acquirentem voluiſſe con-
trahere & acquirere nomine alieno,ſicuti in eo,qui nomine
communi negotiari ſolet, is enim communi etiam nomine
acquirere præſumitur.Ita Bal.in l.ſi patruus.nu.4.C.cõmu.
vtriuſque iud.

## PRAESVMP. XLVII.

Contrahentem paciſcentémque, præſumi etiam
contrahere & paciſci nomine ſuorum hæredum.

*SVMMARIVM.*

1 *Hæredum ſuorum nomine paciſci & ſtipulari quis præſumitur.*
2 *Hæres eadem perſona cum defuncto.*
3 *Stipulatio & pactum radicatum prius in perſona paciſcentis, tranſit ad hæredes.*
4 *Stipulationes & pacta, realia non perſonalia ſunt, & in hæredes actiuè tranſeunt & paßiuè nu.5.*
6 *Pactum etiam tacitum vt paciſcentis hæredi proſit, factum præſumitur.*
7 *Priuilegia etiam pro hæredibus acquiſita præſumuntur.*
8 *Stipulatus pro ſe, etiam in damnum promittentis, hæredibus ſuis præſumitur ſtipulatus.*
*Idque procedit, quamuis taxatiuè pro ſe tantum eſſet ſtipulatus. nu.9.*
*Et id de hærede intelligendum etiam eſt, quia præter defuncti ſpem ſuccedit.nu.10.*
11 *Stipulatio aut pactum ſuper re ad hæredes non tranſmiſsibili non comprehendit hæredes.*
12 *Vſufructus ad hæredes non tranſmittitur.*
13 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica, non ad omnes ſed quoſdam tantum hæredes tranſit.*
14 *Feudũ quod de ſui natura non eſt tranſmiſsibile, pro hæredibus non præſumitur acquiſitum.*
15 *Pactum circa factum perſonæ cohærens initum, non præſumitur pro hæredibus initum.*
16 *Pactum perſonale de non petendo, non egreditur perſonam paciſcentis.*

DISSERVIMVS ſuperiore præſumptione, quod
contrahens præſumitur contrahere nomine
proprio, diſſeramus nunc, quod contrahens,
paciſcens & ſtipulans, præſumitur ea etiam
facere



9 facere † nomine ſuorum hæredum.l.ſi pactum.ff.de proba.
cum ius ſententiæ ea eſt ratio quia hæres eſt eadem perſona
2 † cum ipſo defuncto,qui contraxit,vt in auth.de iureiuran.à
morien.præſt.in princ.Et rationem hanc conſiderauit Alc.
libro iij.pare rg.iur.cap.xiij.Et hanc iuris præſumptionem
probarunt omnes in dicta l.ſi pactum.Lucas de Penna in l.
iij.columna ſeptima verſic.clxxviij.præſumptio.C.de apo-
chis public.libro x.Iaſon in l.quod dicitur.in fine.ff.de ver-
3 bor.obligat.qui ſcribit,pactum & ſtipulationem † prius ra-
dicari in perſona paciſcentis, deinde tranſire in eius hære-
4 dem.Ex quo intelligimus,pactum & ſtipulationem † præſu-
mi realia, non autem perſonalia, ſicuti ex dicta l.ſi pactum.
annotauit ibi Florianus.numero 1.Et ideo dicimus omnia
5 pacta actiuè & paſſiuè † tranſire in hæredes, quam ſentẽtiam
latè comprobant,Iaſon in conſilio ccxvij.colum.j.verſicu.
primo quia.lib.ij.& Tiraq.de retractu conuentionali.§.pri-
mo.gloſſ.vj.nu.1.

Extenditur hæc præſumptio, vt locum habeat etiam in
6 pacto † tacito.Nam & illud præſumitur factum,vt proſit hæ-
redi paciſcentis.l.tale pactum.in prin.ff.de pactis.vbi Bart.
& Iaſon & Florianus in d.l.ſi pactum.nu.1.qui dixit, etiam
pactum tacitum præſumi reale.

Extenditur ſecundò, vt locum habeat hæc præſumptio,
7 etiam in † priuilegiis,quæ acquiſita præſumuntur pro hære-
dibus.l.forma.§.quanquam.ff.de cenſibus. & in ſpecie re-
ſpondit Socinus Senior in conſil.lix.nume.vij.libro j.& de
priuilegio exemptionis & immunitate idem cẽſuit latè Ia-
ſon in conſ.ccxvij.lib.ij.idem ſcripſit Floria.in d.l.ſi pactũ.
nu.4.cum dixit,priuilegium præſumi reale,non autem per-
ſonale,qua de re dicemus infra in præſump....

Extenditur tertiò, vt procedat etiam ad damnum ipſius
8 † promittentis,ſicuti quando venditor promittit de euictio-
ne, pro ſuo dato & facto, præſumitur etiam promiſiſſe pro
facto ſui hæredis.Ita Alex.in conſi.xviij.col.vlt.lib.v.quod
habet locum,ſecundum eum,etiamſi taxatiue facta eſt pro-
miſſio,qua de re mox dicemus.

Extenditur quartò,vt locum habeat etiam quando taxa-
9 tiuè † quis pro ſe tantum pactus,ſtipulatúſque eſt, vt ſi ven-
ditor pactum adiecit,vt ei tantum liceret rem venditam re-
dimere. Nam & hoc caſu præſumitur,pactum hoc adiectum
pro ipſius venditoris hærede,vt & ipſe redimere poſſit.Ita
Iaſon in l.ij.§.item ex facto.colum.ij.ff.de verb.obli.& alij
multi congeſti à Tiraquello in tract.de retractu conuentio-
nali.§.j.gl.vj.numer.4.quo in loco late diſſerit. Et ibidem
nu.5.poſt multos ſcribit econtra, quod ſi quis ad ſui obli-
gationem promittit taxatiuè,dicitur etiam promittere pro
ſuo hærede, ſicuti quando venditor promittit de euictione
pro ſuo dato,& facto tantùm,dicitur etiam promittere pro
facto ſui heredis. Quam quidem ſententiã probauit & Cra-
ue.in tract.de antiq.tempo.in quarta parte princip.nu.125.
qui eiuſdem ſentẽtiæ quamplures recenſet. Diſſentiunt ta-
men multi ab eis congeſti,& præter eos Iacobin.in dicta l.
ſi pactum.nu.3.

Extenditur quintò,vt locum habeat hæc præſumptio e-
10 tiam pro hærede, † qui præter ſpem defuncti ſuccedit. Ita
extendit Flor.in d.l.ſi pactum.in fi.ff.de prob.adductus no-
tab.tex.l.tale pactum.§.vlt.ff.de pact.

Declaratur primò,hæc præſumptio,vt locũ non habeat,
11 † quando pactum,vel ſtipulatio adiecta fuit ſuper re & actu
non tranſmiſſibili ad hæredes. Exemplum afferri poteſt pri-
12 mò in vſufructu,is enim † non trãſmittitur ad hæredes.l.ſti-
pulatio iſta.§.ſi quis ita.de verborum obligatio.& l.ſi vſuſ-
fructus.ff.de noua.Et propterea ſi promittitur vſusfructus,
non prodeſt pactum hæredi eius,cui promittitur vt in ſpe-
cie annotauit Floria.in d.l.ſi pactum.nu.5.Eſt & ſecundum
13 exemplum in emphyteoſi † eccleſiaſtica:quæ non tranſit ad
omnes hæredes,ſed ad quoſdam tantum, & propterea qui
eam ſibi eſt ſtipulatus, non præſumitur etiam pro hærede.
Ita Floria.in d.l.ſi pactum.nu.6.Eſt huic ſimile quod dici-
14 mus de feudo,† quòd cũ ſui natura non ſit ad hæredes tranſ-
miſſibile, nõ præſumitur acquiſitum pro hæredibus,vt poſt
alios ſcripſit Oſaſcus in deciſ.clxj.nu.12.in fi.Cęterum hac
de re diſſeremus infra in præſump.xciiij.vbi explicabimus,
an feudum præſumatur hereditarium,vel ex pacto & proui-
15 dentia.Tertium eſt exẽplum in facto,quod † cohęret perſo-
næ,ſicuti eſt induſtria hominis.Nã tũc non præſumitur pro
hærede pactum initum,ſic in ſpecie ſcripſerunt Floria.in d.
l.ſi pactum.nu.7.& ibidem Iac.nu.5.poſt Bar.& alios in l.ſi
ſic ſtipulatus ſim.ff.de verb.oblig.& in l.veteris.ff.de con-
trahen.& committenda ſtipulatio.Quartum eſt exemplum
16 in pacto † perſonali de non petendo, quod ſui natura non
egreditur perſonam paciſcentis,& ideo hæredi nõ prodeſt.
l.ſi tibi.§.pactus.& l.niſi.ff.de pact.& ibidem Doctor.& in
ſpecie Floria.in d.l.ſi pactum.nu.9.

## PRAESVMP. XLVIII.

Patrem acquirentem pro ſe & filiis, præſumi ac-
quirere voluiſſe filiis,vt hæredibus.

*SVMMARIVM.*

1 *Pater acquirens pro filijs, præſumitur non vt filijs ſed tanquam hæredibus acquirere. Ratio huius quæ ſit.nu.2.*
3 *Hæredem habere honor eſt non modicus.*
4 *Stipulari alteri, nemo niſi hæredi poteſt.*
5 *Stipulari poteſt pater filio, non tamen vt ei acquiratur.*
6 *Stipulatus pater filio vt hæredi, tanquam extraneo id acquiritur filio.*
7 *Pater filijs, vt filijs tantum præſumitur ſtipulatus, ſi ſibi ſtipulatus non ſit.*
*Idem ſi pater aliter ſibi, aliter filijs ſit ſtipulatus.nu.8.*
*Aut ſtipulatur aliquid perſonæ cohærens.nu.9.*
*Aut tale quod ad filios vt tales non tanquam hæredes tranſeat.numero 10.*
*Vel adiecta ſit aliqua conditio id ſignificans.nu.15.*
11 *Emphyteuſim eccleſiaſticam ſtipulatus pater filijs, eam vt talibus, non vt hæredibus præſumitur ſtipulatus.*
*Et eam conſequi poteſt filius, etiam patris hæreditate repudiata.numero 12.*
13 *Dotem pater filiabus ſtipulatus, præſumitur ſtipulatus tãquam filiabus, non tanquam hæredibus.*
14 *Donare pater filio tanquam tali, non tanquam hæredi præſumitur.*

CVM pater aliquid pro ſe & filiis acquirit,acqui-
1 rere † præſumitur pro filiis,nõ vt filiis,ſed vt hæ-
redibus.Ita gloſſ.in l.ſi tibi.§.ſi pactus.ff.de pa-
ctis.& ibidem Bartol.numero 8.& idem Bar.in
l.quod dicitur patrem.ff.de verborum oblig.& ibidem Iaſ.
numero 27.& Alciatus numero 28.Alexan.in conſi.cxxiiij.
lib.v.& in conſi.xxxj.numero 7.lib.vj.Corneus in conſilio
cclxxxviij.col.ij.in fi.libro primo.& in conſi.xiij.nu.5.lib.
iij.Aretinus in l.Gallus.§.quidam recte.colum.penul.in fi.
& ibidem Rubeus nu.149.& idem in conſil.xlix.numero 2,
Alciatus in tractatu de præſumptionibus,regu.iij.præſump.
xxxj.& in reg.iij.præſump.xxxij.nu.2.Soci.Iun.in conſilio
cxliiij.nu.77.lib.iij.

Eam eſſe rationem æſtimauit gloſſ.in d.§.ſi pactus.quia
2 veriſimile eſt,patrem † cogitaſſe, filium ſibi hæredem futu-
rum.l.ſcripto.ff.vnde liber.Et accedit,præſumi patrem cõ-
3 ſulere voluiſſe proprio honori, qui non modicus † exiſtima-
tur,hæredem habere.§.valde in inſtit.quibus ex cauſis ma-
numittere licet, vel non. Præſumitur etiam habere voluiſſe
filium hæredem,vt æs alienum ſoluat,ipſiuſque patris con-
ſciẽtiam exoneret.cap.tua,de vſuris : afferri etiam ſolet alia
4 ratio,quod nemo † alteri ſtipulari poteſt.§.alteri.in inſtit.de
inutil.ſtipu.ſed hæredi tantum.l.ſi factum.ff.de proba.& li-
5 cet pater † ſtipulari poſſit filio.§.ei verò,qui,inſtit.de inutil.
ſtipul.attamen id operatur,vt patri acquiratur, nõ autem vt
acquiratur ipſimet filio,vt noſtro in caſu, in quo dum pater
6 † ſtipulatur filio,vt hæredi,ſtipulatur vt ei, tanquam ſi eſſet
extraneus,acquiratur.

7 Declaratur primò,vt non procedat,† quando pater non
eſſet ſibi ſtipulatus,ſed tantummodo filiis. Nam tunc præ-
ſumitur,ſtipulatum eſſe illis tanquam filiis, non autem tan-
quam hæredibus;cum ſtipulatio non à perſona patris;ſed à
perſona filiorum incipiat.Ita declarant Alexander in dicta
l.quod dicitur patrem.& Iaſon numero 27.ff.de verborum
oblig.& ibidem Alciatus num.& idem in d.præſumpt.xxxj.
nu.1.verſic.ſecundò limitatur.Quam quidẽ declarationem
probant,per l.quodcunque.§.ſi quis ita.ff.de ver.oblig.vbi
pater

pater ſimpliciter ſtipulatus filiæ dari poſt mortem ſuam, in-
telligitur quod ei ſit ſtipulatus tanquam filiæ, ex quo ſuam
ipſam perſonam non admiſcuit. Diſſentit tamen ab hac de-
claratione Rubeus in d. §. quidam recte. nume. 150. duabus
rationibus, quas referre ſuperſedeo. Et hæc quidem decla-
ratio locum habet etiam, quãdo pater filio ſtipulatur ab eo,
de quo ipſe filius eſt benemeritus. Nam & tunc præſumitur
ei ſtipulaſſe vt filio, non autem vt extraneo, ſicuti hanc eſſe
veriorem & æquiorem ſententiam, ſcripſerunt Iaſon in d. l.
quod dicitur. nu. 20. ff. de verb. oblig. & Alcia. de præſump.
reg. j. præſum. xxx. ad fi. reiecta opinione Bar. in l. ſi tibi. §. ſi
pactus. nu. 4. ff. de pactis. & in dicta l. quòd dicitur. nu. 3. vbi
Alexan. nume. 15. dixit, eſſe communem, quod hodie verum
non eſſe exiſtimo.

8 Declaratur ſecundò, vt locum non habeat, quando † pa-
ter aliter ſibi, aliter filiis eſt ſtipulatus. Hæc enim difformis
ſtipulatio, arguit patrem ſtipulatum fuiſſe filio, vt filio, non
autem vt hæredi. Ita Barto. in d. l. quod dicitur patrem. nu. 3.
& ibidem Aretinus nu. 4. Alexander nume. 5. Iaſon numero
28. & Alciatus. numer. 15. & idem in d. præſump. xxxj. nu. 1.
ver. quartò limitatur. adducti ex l. auus. ff. de pact. qui tamen
aliter ab Alberico Caſtrenſi & Fulgoſio ibi, intelligitur, &
quos ſecutus eſt Rubeus in d. §. quidam rectè. nu. 149. verſi.
primus caſus, qui in verſ. tertius eſt caſus aliter declarat. Ad-
duci etiam ſolet. l. Seia. in prin. ff. de dona. cauſa mort. quam
aduerſus Aretinum perpendit Iaſon, in d. l. quod dicitur. nu.
28. qui pariter perpendit tex. l. ij. §. ex his. ff. de ver. ob. Hanc
declarationem non admittit Rubeus in d. §. quidã rectè. nu.
151. eiſdem rationibus, quibus improbauit & præcedentẽ.

Declaratur tertiò, vt non procedat hæc præſumptio, qñ
9 pater ſtipularetur aliquid cohærens † perſonæ, vt puta vſum
fundi, vel priuilegium immunitatis. Hoc ſanè caſu præſumi-
tur, quod pater ſit ſtipulatus filio, vt filio, non vt hæredi. Ita
declarauit Alciatus in d. præſump. xxxj. ver. tertio limitatur.
poſt Baldum, Imolam, & alios in d. l. Gallus. §. quidã recte.
ff. de lib. & poſthu.

Declaratur quartò, vt nõ habeat locum hæc præſumptio
10 in his, quæ tranſeunt ad filios † tanquam ad filios, non vt ad
hęredes, vt eſt emphyteuſis eccleſiaſtica. Hoc enim caſu prę
11 ſumitur, quod pater eam † ſtipulatus ſit filiis, vt filiis, nõ au-
tem vt hæredibus. Ita Bart. in l. ſi tibi. §. ſi pactus. nu. 9. ff. de
pactis, & in d. l. quod dicitur. nu. 4. de ver. obl. & ibidẽ Iaſon
nu. 29. qui teſtatur hanc eſſe communem ſententiam, quam
probauit etiam Alc. in d. præſum. xxxj. nu. 1.

Quocirca infertur, filium, cui pater ſtipulatus eſt emphy
12 teuſim eccleſiaſticam, poſſe illam † conſequi, repudiata pa-
tris hæreditate, ſicuti præcitati Doctores ſcribunt: & illis
accedunt Ancharanus in conſilio vigeſimoquinto. Alexan.
in conſilio octauo. numero quarto. & in conſilio vigeſimo-
ſeptimo. numero quinto. libr. tertio. in conſilio cxix. nume-
ro ſexto. & in conſilio cxxix. numero nono. libro quinto.
Corneus in conſilio decimotertio. libro tertio. Iaſon in l. ſi
non ſortem. §. libertus. numero decimoquinto. ff. de condi.
indebit. Decius in conſi. cccxix. & in conſi. ccccxj. nu. 7.

Idem de feudo reſpondit Dec. in conſil. lxxviij. nu. 5. Ve-
rum, quia hoc pendet ab ea diſputatione, an in dubio feu-
dum præſumatur hęreditarium, vel ex pacto & prouidentia:
propterea ſuo loco explicabimus. Prædictis accedit, quod
egregie reſpondit Corneus in conſilio cclxxxviij. columna
ij. in fine, & columna iij. libr. j. Cum dixit, quod ſi pater ſti-
13 pulatur dotem † filiabus, præſumatur illis ſtipulatus non vt
hæredibus ſed vt filiabus. Ea ratione vſus eſt Corneus, quia
dotare filias proprium eſt patris. l. qui liberos. ff. de ritu nu-
ptia. Non autem hoc conuenit extraneo: nec ab eo poſtula-
tur. Nam hæres eſſe poſſet extranea, quam ſtipulator dotare
non tenetur. Nec ſolent homines habere curam nuptiarum
extraneæ.

Declaratur quintò, vt locum non habeat hæc præſum-
ptio, quando pater donauit filio. Nam tunc præſumitur ei
14 donare † vt filio, non vt hæredi. Ita in ſpecie declarauit Bald.
in l. filiæ cuius. numer. ſeptimo. C. fami. erc. Et ratio eſſe po-
teſt, quia hic conſideratur affectio quædam ſingularis pa-
tris erga perſonam ipſius filij.

Declaratur ſextò, vt non procedat prædicta præſumptio,
15 quando in ſtipulatione † adiecta fuit aliqua conditio, ſigni-
ficans patrem ſtipulatum fuiſſe filiis, vt filiis, non vt hæredi-
bus: vt puta fratres inuicem ſtipulati ſunt dotes pro filiabus
ſi relictis ipſis filiabus legitimis & naturalibus deceſſerint.
Ita reſpondit Corne. in d. conſi. cclxxxviij. col. iij. ver. quod
& tertio confirmatur. lib. j.

## PRAESVMP. XLIX.

Quando procurator nomine ſui principalis con-
traxiſſe præſumatur, & quando quis nomine alterius
idem feciſſe credatur.

### SVMMARIVM.

1 *Procurator ad contrahendum conſtitutus, nomine conſtituentis con-
trahere præſumitur.*
*Idque procedit etiam certo pacto adiecto.*
*Vel ſi poſt aliquod tempus procurator is contrahat. nu. 14.*
2 *Actus ſequens præſumitur factus in exequutionem præcedentis tra-
ctatus.*
3 *Stipulationem de reddendis decem, ob mutuum præcedens factum
præſumi.*
4 *Fideiuſſor præſumitur fideiußiſſe, pro cauſa, pro qua in actu præcedenti
fuit tractatum.*
5 *Tutor contrahendo de re ad pupillum ſpectante, nomine pupilli agere
præſumitur.*
6 *Creditor mandans debitori, vt numeret Sempronio, quod cauſa mutui
debet, præſumitur numerando cauſa mutui facere.*
7 *Vaſallus ſuſcipiens inueſtituram & iurans fidelitatem, in exequutionẽ
mandati à domino facto, facere præſumitur.*
8 *Nauta promittente merces vehere, illis in nauem illatis, ad exequutio-
nem præcedentis tractatus factum præſumitur.*
9 *Laudum ab arbitro prolatum præſumitur eam ob cauſam, ob quam
ferri debuit.*
10 *Adminiſtrationis rationem reddi petens, quid exprimere debeat.*
11 *Promittere nomine proprio qui tenetur, ſi id factum appareat, præſu-
mitur ob cauſam antecedentem.*
12 *Mandato facto de interficiendo Seio, homicida, in exequutionem illius
præſumitur feciſſe.*
15 *Traditio ſemper in conſequentiam contractus venit.*
16 *Procuratorem nomine conſtituentis contraxiſſe præſumi, locum quo-
modo non habeat contra tertium.*
17 *Leges nemo præſumitur ignorare.*
18 *Procurator contrahens, non expreſſo nomine procuratoris, ſuo nomine
contraxiſſe præſumitur.*
19 *Hæredem ſe in inſtrumento contractus aſſerens, contractum tanquam
talis iniſſe præſumitur.*
20 *Nuncians alteri, ne in fundo Sempronij fabricet, tanquam illius procu-
rator facere præſumitur.*
21 *Ciuem ſe aſſerens in contractu, is cum eo vt ciue præſumitur initus.*
22 *Procurator habens mandatum generale, ſimpliciter contrahendo præ-
ſumitur nomine proprio facere. Vide declarationem. nu. 25.*
23 *Actus qui nomine tam proprio, quam alieno fieri poteſt, præſumitur no-
mine proprio factus.*
24 *Perſona extrinſeca in actu non ſubintelligitur.*
26 *Procuratore contrahente ſuper negotio, quod ad dominũ pertinere non
poteſt, cui adquirat.*
27 *Procuratorio nomine non præſumitur quis contraxiſſe, vbi delictum re-
ſultaret.*
28 *Procurator non acceptans mandatum, vtrum contrahendo præſumatur
nomine mandantis facere.*

PROCVRATOR conſtitutus ad emendum, vel
alium contractum celebrandum ſi ſimpliciter
1 emit, vel aliter contrahit præſumitur † cõtrahere
nomine illius, à quo iam fuit conſtitutus procu
rator. l. pignori. §. vlt. ff. de vſuca. Bal. in l. ſi patruus. C. com-
munia vtriuſque iud. Bar. in l. qui in aliena. §. is, qui putat. ff.
de acquiren. hæredit. & ibidem Angelus, Imola, Comenſ. &
Alexan. in l. poſt dotem. ff. ſoluto matrimo. & ibidem Iaſon
nume. 75. idem Iaſ. in l. j. §. nuntiatio. nume. 3. ff. de oper. no.
nun. Marſi. in l. ſtatu liber. nu. 8. ff. de quæſt. Soci. in tractat.
fallent. in verbo, mandatum, alias eſt reg. cclilj. Alc. in tract.
de præſum. reg. ij. præſumptio. xxiiij. nu. 2. & Tiraq. in tract.
de retractu cõuentio. ad fi. n. 117. Bologne. in d. l. poſt dotẽ.
nu. 101.



nume. 101. Et huius ſententiæ ea eſt ratio, quia alias hic, qui
mandatum ſuſcepit, delinqueret fallendo fidem mandantis.
Bald. in l. fœliciſſima. C. de iis, qui à non dom. manumit. &
Aret. in d. l. qui in aliena. §. is, qui putat. ff. de acquir. hæredi.
Et cõfert egregius ad rem hanc locus M. Ciceronis in ora-
tione pro Sext. Roſcio Amerino, cuius verba hæc ſunt: *In
priuatis rebus, ſi quis rem mandatam non modo malitioſius geſſiſſet ſui
quæſtus, aut commodi cauſa, verum etiam negligentius, eum maiores
ſummum admiſiſſe dedecus exiſtimabant. Itaque mandati conſtitutum
eſt iudicium, non minus turpe quam furti.* Hæc Cicero, qui ſenten-
tiæ huius egregiam commemorat rationem, quam ne ni-
2 mius ſim, referre ſuperſedeo. Accedit & ratio, quod † actus
ſequens præſumitur factus in executionem præcedentis tra-
ctatus. l. iiij. §. vnde quæri poteſt. ff. de manumiſſ. l. poſt do-
tem. ff. ſol. ma. ibi, filiæ volũtate. l. qui in aliena. §. is, qui pu-
tat. ff. de acq. hære. l. ſi ſeruus communis. ff. de ſtipu. ſeruo. &
l. vlt. ver. quod enim. C. per quas perſo. nob. acquir.

Hinc ſcripſi Bar. in l. triticum. nu. 5. ff. de verbo. obligat.
3 quod ſtipulatio † de reddendis decem, præſumitur facta pro-
pter mutuum præcedens, Et Bar. ſecuti ſunt in d. l. triticum.
Alex. & Iaſon nume. 15. Marſilius in d. l. ſtatu liber. nu. 8. ff.
de quæſtio. Alciatus in d. præſump. xxiiij. nume. 2. Craue. in
conſi. cxxxj. nu. 14.

Hinc etiam reſpondit Alexander in conſi. xxv. libr. ij. fi-
4 deiuſſorem præſumi † fideiuſſiſſe pro cauſa, pro qua fuerat
tractatum in actu præcedenti. Et præſumitur de ea præciſe
actum, quando incontinenti contractus eſt ſecutus. Idem
Alex. in conſi. cxcvij. nu. 12. lib. ij. Et illum ſecutus eſt Alci.
in d. præſump. xxiiij. nu. 2.

5 Hinc etiam dicimus, quod † tutor cõtrahendo de re ſpe-
ctante ad pupillum, præſumitur nomine pupilli contrahere
& agere. l. qui negotiationem. in prin. ff. de adminiſt. tuto. l.
poſt mortem. §. j. ff. quando ex facto tutor. Et tradunt Bal. in
l. ſi patruus. columna ſecunda. C. communia vtriuſque iud.
Corneus in conſilio xxvij. nume. 7. libro ſecundo. Alciatus
in dicta præſumptione xxiiij. numero 2. & ſcripſi ſupra in
præſumptione xlvj. in ſecunda declaratione. numero 9. Et
in ſpecie procuratoris idem reſpondit Decius in conſilio
lxxvij. nu. 3. in fin.

6 Hinc etiam dicimus, quod ſi creditor † mandat debito-
ri, vt numeret quod debet Sempronio cauſa mutui, & is de-
bitor ſimpliciter numerat, prę́ſumitur numerare ob cauſam
mutui mandatam. Ita Socin. Sen. in l. ſingularia, in ſecundo
notabil. ff. ſi cer. pe. & ibidem Decius & Cagnolus in prima
lectura, nume. 20.

Hinc etiam reſpondit Barbatius in conſilio vndecimo.
7 columna ſexta. numero 13. lib. ij. quod vaſallus † ſuſcipiens
inueſtituram & iurans fidelitatem, id facere præſumitur in
executionem mandati à domino facti.

8 Hinc tradit Soci. in l. ſecunda. colum. vlti. verſ. aliquando
& quarto. ff. de cõdi. & demon. quod † nauta promiſit vehe-
re merces aliquas, & deinde apparet illatas fuiſſe in nauim,
præſumitur id factum in executionem præcedentis tracta-
tus. Et Socinum ſecutus eſt Ruinus in conſi. cxxij. nu. 7. lib.
iiij. qui ſimile affert.

9 Ita pariter dicimus laudum † ab arbitro pronuntiatum,
tum præſumi prolatum ob cauſam illam quam ferri de-
buit. Ita reſponderunt Caſtren. in conſilio centeſimotrige-
ſimoſexto. Viſis & conſideratis libr. j. Corneus in conſilio
cxxvj. lib. iiij. & Crauet. in conſi. ccij. nu. 18.

Ita pariter idem Craue. in conſi. ccxxxj. nu. 14. quod pe-
10 tens reddi rationem † adminiſtrationis, exprimere debet res
& quantitates adminiſtratas, ſi ergo actor in proſecutione
cauſæ, ſimpliciter res ipſas exprimit & ſpecificat, præſumi-
tur id feciſſe ob cauſam ipſam adminiſtrationis.

Huc facit, quod reſpondit Socinus Senior in conſi. lxviij.
colum. penul. verſ. vnde non video. libro tertio. quod ſi quis
11 tenetur † promittere proprio nomine, & deinde apparet eũ
promiſiſſe, præſumitur, ob cauſam antecedentem, nempe
proprio nomine.

12 Hinc etiam dicimus, quod ſi quis mandauit † Seium in-
terfici, homicida præſumitur feciſſe in executionem præce-
dentis mandati. Ita Innocẽ. in cap. ad audientiam. de homi-
cid. Bartolus in l. non ſolum. §. mandato. ff. de iniuriis. Imo-
la in clemen. prima. de pœnis. Roma. in l. poſt dotem. ff. ſo-
luto matrimonio. & ibidem Alexander & Iaſon. idem Iaſ. in
l. prima. §. nunciatio. numero tertio. verſicul. quartò facit. ff.
de operis noui nuntia. qui hoc verum eſſe affirmant, etiamſi
Seius ille fuerit ex interuallo occiſus. Idem tradunt Curtius
Senior in l. pacta nouiſſima. C. de pact. & Marſi. in l. ſtatu li-
ber. numero ſeptimo. ff. de quæſtionibus. & in l. vnica. nu-
mero 246. C. de raptu virginum. Et conferunt quæ mox
dicemus.

Extenditur primo, vt procedat etiam quãdo procurator
13 † fuit conſtitutus ad celebrandum contractum, certo adie-
cto pacto, ſicuti in eo, qui factus fuit procurator ad venden-
dum adiecto pacto de retrouendendo. Nam tunc ſi procu-
rator ſimpliciter vendit præſumitur vẽdidiſſe cum eo facto,
modo emptor ſciuit procuratorem illum ſic fuiſſe conſtitu-
tum. Ita Afflic. dec. cclxxxv. nu. 21. & Tiraq. de retractu con
uent. ad fi. nu. 116.

14 Extenditur ſecundò vt procedat hæc præſumptio † etiam
ſi procurator per temporis interuallum emit, actúmve man
datum executus eſt. Nam adhuc præſumitur feciſſe in exe-
cutionem ipſius mandati. Ita Imola, Comenſ. & Roma. in l.
qui mihi donatum. ff. de donat. & idem Roma. in l. poſt do-
tem. ff. ſoluto matrimonio. Alciat. in dict. tractat. de præ-
ſumpt. regu. ij. præſumpt. xxiiij. numero 6. verſicu. limitatur
15 tertiò. qui ea ratione moti ſunt, quod traditio † ſemper ve-
nit in conſequentiam contractus, iuxta l. quædam mulier.
ff. de rei vẽndi. de qua dicemus infra libro ſexto. in præ-
ſumptio. xxv.

His conſtat minus rectè ſenſiſſe Barto. in l. qui donatum.
ff. de dona. Roma. in l. qui in aliena. §. ſi is, qui putat. ff. de ac-
quir. hæred. & Alex. in conſi. xxv. numer. 7. lib. ij. & Socin. in
tract. fallen. in verbo, mandatum habens. Nec obſtat. l. mul-
tum. in fine. C. ſi quis alteri vel ſibi, quia reſpondet Alciatus
quod ibi præcedens ille contractus erat inualidus, & pro-
pterea traditio ad illum non refertur, & hinc etiam fit, quod
ibi non adhibetur diſtinctio, an incontinenti, vel ex inter-
uallo fiat.

Declaratur primò, vt locum habeat præſumptio, quò ad
mandantem & mandatarium, ſecus verò quo ad tertium.
Nam cum ipſe procurator ſimpliciter contraxerit, poterit
16 † tertius contra illum agere, tanquam ſibi obligatum no-
mine proprio. Ita Bartol. in dicta l. qui in aliena. §. ſi is, qui
putat. ff. de acquirenda hæredita. Comenſ. in l. poſt dotem.
ff. ſoluto matrimonio. & ibidem Alexand. & Iaſo. numero
ſeptuageſimoquarto. Idem Iaſon in l. prima. §. nuntiatio. ff.
de operis noui nun. Soci. Sen. in conſi. lxviij. colum. penult.
lib. iij. & Alciatus in d. præſumpt. xxiiij. nume. 4. & Tiraq. in
tract. de retract. conuentionali. ad fi. nu. 118. Et moti ij ſunt
arg. l. ſed Iulianus. §. j. ff. ad Macedo.

Et rationem illam eſſe ſcribit præcitato in loco Alciat.
quia iſte tertius eſt in præſumpta ignorantia mandati præce
dentis, meritò compelli non debet, vt agat contra domi-
num, cum quo forte non contraxiſſet, ſi ſciuiſſet ſuo nomi-
ne contrahi.

Verùm (inquit Alciatus) ſi iſte ſciret mandatum ſecus eſ-
17 ſet: ex quo nemo præſumitur † ignorare leges. Et confert l.
poſt mortem. verſicul. niſi forte creditor. ff. quando ex fa-
cto tuto.

Et non poſſet tertius iſte allegare hanc ignorantiam,
quando in ipſo cõtractu appoſita fuiſſet certa qualitas, quæ
ſignificaret illum contrahere cum illo tanquam procurato-
re, vt puta ſi nominaretur ille procurator: Nam illud nomen
ſignificat officium, ſub quo dicitur contrahere. l. vlti. ff. de
admi. tut. Et tradit Angel. Aret. in tractat. maleficiorum, in
verbo, nec non ad querelam. numero 27. verſicu. tertio non
admittitur.

18 Sicuti è contra quando † procurator contrahit non ex-
preſſo nomine procuratoris, ſed ſolo nomine proprio, præ-
ſumitur ſuo nomine tantum voluiſſe contrahere. Ita Cor-
ne. in conſilio ix. numero 8. libro ij. Iaſon in l. poſt dotem.
nu. 73. ff. ſoluto matr. & in l. j. §. nuntiatio. nu. 4. ff. de operis
noui nunciatio.

Huc pertinet doctrina Angeli in leg. ſi proponas. §. j. ff.
de inoffi. teſta. cũ dixit, quod ſi quis in inſtrumento aſſeruit,
19 ſe † hæredem, præſumitur cum eo fuiſſe celebratum contra-
ctum tanquam cum hærede.

Hinc etiam docuit Imola in l.ſed etſi.ff.de acquir.hær. ſi quis in iudicio aſſeruit,ſe patremfamil.& cum eo fuit litigatum,non poterit deinde ille contrarium dicere, ex quo tanquam cum tali, lis fuit tractata,arg.l.Pomponius.§.rati. ff.de procurator.

Huc etiam facit tex.l.ſi pater.§.qui duos vbi Bald.ff.de adoptio.vbi conſideratur qualitas deducta in contractu, & quo nomine fiat,vt ſecundum eum valeat contractus. iuxtà l.in familiæ.C.famil.erciſ.

Huc etiam pertinet quod docuit Bar.in leg.ſi ab vno.C. de nego.geſt.ex illo textu.ſi quis vendit domum, præſumitur vendere tanquam procurator Titij. Et Bartolum ſecutus eſt Alexand.in dicta l. prima. §. nuntiatio. ff. de operis noui nuntia.

Similiter pertinet traditio,Bartolus in l.ſi fundum per fi-
deicommiſſum.de leg.j.& ibidem Imola & idem Bartol.in
dicta l.j.§.nuntiatio.numero ſeptimo.ff.de operis no.nun-
20 tia.ſi quis alteri † nuntiat,ne ædificet in fundo Sempronij,
præſumitur nuntiare tãquam procurator Sempronij. Idem
ſcripſerunt Felinus in capitul.cum M. numero 27. de con-
ſtitut.& Iaſon in dicta l.poſt dotem.numero 73.ff.ſoluto
matrimonio.

Hinc etiam reſpondit Decius in conſi.cclxxxiij.nu.10.
21 ſi in contractu quis aſſeruit,ſe ciuem † præſumitur contra-
ctus,cum eo tanquam cum ciue,celebratus.

Declaratur ſecundò, vt non procedat hæc præſumptio,
quando mandatum præcedens fuiſſet valdè generale. Nam
licet tunc talis contractus potuerit in eo mandato compre-
hendi,attamen ex quo poteſt etiam eſſe,quod de eo nõ fue-
22 rit actum,quando procurator † ſimpliciter contraxit, præ-
ſumitur potius feciſſe nomine proprio.l.tertia.§.ſed, quod
de tutore.verſicul.& ſiquidem. ff. iudicatum ſolui. Ita tra-
dunt in ſpecie Alexand.& Iaſon in dicta l.poſt dotem.ff.ſo-
luto matri.Alciatus in d.reg.ij.præſumpt.xxiiij. numero 5.
verſic.limitatur ſecundò,qui motus eſt traditione Bart.in l.
gerit.nu.12.ff.de acqui.hær Cùm dixit,quod quando actus
23 † fieri poteſt nomine proprio & nomine alieno, in dubio
præſumitur factus nomine proprio.arg.l.& magis.ff.ſolut.
Et dicemus infra præſum....vbi explicabimus,cuius nomi-
ne & cauſa præſumatur facta ſolutio.

24 Et præterea accedit,quod perſona†extrinſeca in actu nõ
ſubintelligitur.l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.de verbo.
oblig.Cæterùm declarationem hanc intelligit Rom.in d.l.
25 poſt dotem.ff.ſol.ma.niſi procurator†iſte generalis cõtra-
heret ſuper re domini, vel communi, vel ſub commemora-
tione officij.Nam tunc tanquam procurator diceretur con-
traxiſſe.

Declaratur tertiò, vt non procedat hæc præſumptio,
26 quando agitur de re†& negotio quod pertinere non poteſt
ad dominum:ſed ad procuratorem tantum. Nam tunc non
obſeruatur,quod ſit facta mentio mandati, vel non, ſed ac-
quiritur ei,cui acquiri poteſt. Ita declarant gloſſ.in l.poſt
mortem.§.j.ff.quando ex facto tut.Bart.in l.j.§.nuntiatio.
& ibidem Iaſon nu.4.ff.de ope.noui nun.idem Iaſ.in l.poſt
dotem.nu.75.ff.ſol.ma.& Alcia.in d.præſumpt.xxiiij.nu.7.
verſi.limitatur quartò.

Declaratur quartò, vt locum non habeat hæc præſum-
28 ptio,quando†reſultaret aliquod delictum,ſi diceretur pro-
curatorem contraxiſſe procuratorio nomine. Sicuti quãdo
ſtatutum prohiberet forenſem immobilia acquirere:prout
extat ſtatutum hoc,in dominio Mediolanenſi in nouis con-
ſtitutionibus.in tit.de pœnis.

Hoc ſanè caſu,ſi forẽſis mãdauit Caio ſubdito, vt emat, & is emerit,non præſumitur emiſſe nomine mandantis, ſicque illius forenſis,ſed nomine proprio.Ita in ſpecie declarat Alcia.in d.præſump.xxiiij.nu.8.ex ſententia Baldi in l. fœliciſſima.C.de iis,qui à non dom.& Aret.in l.qui in aliena.§.ſi is,qui putat.ff.de acquir.hæredit.Idem docuit Iaſon in l.prima.§.nuntiatio.nume.3.verſi.quartò facit.ff.de ope. noui nuntiatio.

Declaratur quintò, vt locum non habeat hæc præſum-
28 ptio,quando†procurator ipſe non acceptaſſet mandatum.
Nam tunc non poſſet dici contraxiſſe nomine domini. Ita
declarat Alciatus in dict.præſump.xxiiij.in fin.ex ſententia
Baldi in l.qui literas.C.mandati.& A[illegible]xã.in d.l.j.§.nuncia-
tio.ff.de ope.no.nun.Verum(ait Alciatus)ſi procurator faceret actum,qui non poſſet pertinere, niſi ad dominum, ex ipſo facto videretur acceptaſſe mandatum. Quod ( inquit Alciatus )probatur in l.qui ſeruum. §. idem in eo.ff.de negotiis geſtis.

## PRAESVMP. L.

### Acquiſita à filio quando ex bonis patris, vel propriis acquiſita præſumantur.

*SVMMARIVM.*

1 *Bona filij habitantis cum patre,& negotia illius adminiſtrantis,profectitia præſumuntur.*
*Niſi tamen vrgentiores coniecturæ in contrarium adſint.nu.2.*
3 *Bona filij habitantis ſeorſim à patre aduentitia præſumuntur ,& ex eius induſtria acquiſita.*
4 *Agenti contra poſſeſſorem,onus probandi incumbit.*
5 *Bona filij nec cum patre, nec ab eo ſeorſim habitantis, qualia præſumantur.*
6 *Militiam emptam filio à patre habente bona obligata,virum ex pecunia creditorum præſumamus emptam.*

DVBITARI frequenter ſolet, an quæſita à filio præſumantur vel ex propriis bonis, vel ſua induſtria,vel bonis patris acquiſita, atque ita, an aduentitia,vel profectitia præſumantur? Bald. in l.cum oportet.in princi.nu.12.C.de bonis, quæ liberis,viſus eſt diſtinguere duos caſus, tertium adiungemus nos.

Primus eſt caſus,quando filius habitat cum patre, & bo-
na ipſa patris adminiſtrat. Hoc caſu præſumptio eſt, quod
1 †acquiſita ſint profectitia atque ita ex bonis patris.Ita Bal.
in dicta l.cum oportet.nu.12.quem ſecutus eſt Calcaneus
in conſi.xix.nu.4.& nu.6.qui dixit,hanc eſſe præſumptionẽ
naturalem & vehementem.Et eo in reſponſo Calcaneus.co
lum.j.multis rationib.& argumentis ſententiam hãc com-
probat & præſertim.l.familiæ licet.& l.filiæ.C.de colla.Idẽ
ſenſit Alciatus in tracta. de præſumptionibus.regul.v.præ-
ſumpt. xxv. Quæ quidem præſumptio maximè procedit,
quando conſtat patrem dediſſe aliquam ſummam pecunia-
rum ipſi filio, vt negotiaretur, ſicuti conſiderat Calcaneus
in d.conſi.xix.nu.5.Et rurſus hęc præſumptio magis & ma-
gis confirmatur,quando pater deinde, filio ipſo tacente, &
cõſentiente,declararet,illa acquiſita eſſe ex propriis bonis:
quemadmodum quando pater rebus ipſis acquiſitis, filium
ipſum emancipat,& partem ipſorum acquiſitorum,vel om-
nia pro ſua portione aſſignat.Ita conſiderat Calcaneus in d.
conſi.xix.col.j.ver.vj.iſtam partem.

Declaratur tamen hæc præſumptio,vt locum nõ habeat,
3 quando aliis vrgentioribus†coniecturis apparere poſſet, fi-
lium aliũde acquiſiuiſſe, quam ex bonis patris, vt puta ſi ab
extraneo habuit pecuniam,& ipſe pater eſt adeo pauper, vt
veriſimile non ſit,filium ex bonis patris acquiſiuiſſe : vel ſi
filius eſt artifex,& ex lucro alia negotia cœpit pertractare.
Hoc ſanè caſu præſumitur quod non ex pecuniis patris ac-
quiſierit.Ita ſenſit Bald.in dicta l.cum oportet.numero 12.
poſt gloſſ.ibi.Roma.in conſi.clix.in fine.Et idem concedit
Calcan.in d.conſi.xix.num.6.dum vult eſſe conſiderandam
perſonarum qualitatem. Idem manifeſte docuit Lucas de
Penna in l.facultas.in fi.C.de iure fiſci.lib.x.Idem reſpõdit
Soci.Sen.in conſi.ccxlix.in fi.lib.2.

Secundus eſt caſus,quando filius ſeorſum habitat à patre
3 & negotiatur.Hoc caſu præſumitur filius ſua † induſtria ac-
quiſiuiſſe:atque ita illa bona præſumuntur aduentitia. Ita
ſenſit Bar.in tract.de duobus fratribus.n.5.& apertius Bal.
in d.l.cum oportet.in princi.nu.12.idem Bal.in l.vltra.ff.de
dona.inter vir.& vxo.Calcaneus in d.cõſi.xix.nu.11.Ea ra-
tione motus eſt Bal.quia non tenetur filius dicere titulũ ſuæ
poſſeſſionis,ſufficit enim dicere poſſideo,quia poſſideo, cũ
4 agenti†contra poſſeſſorem incũbat onus probandi.l.ei qui.
& l.circa.ff.de prob.cum ſimilib.Et huc facit tex.l.quãdo-
cunque.ff.de ver.obli.quo dicimus, filium ſtipulando patri
præſumi ex cauſa aduẽtitia.Et ibi annotarũt Bar.& reliqui.

Tertius



5 Tertius eſt caſus:quando†filius non omnino habitat cum
patre, nec omnino ſeorſum, vt puta quando eſt in caſtris,
militia à ſe empta. Hoc caſu militia illa præſumitur empta
pecunia patris.l.vlti.C.de pigno. Et hanc eſſe iuris præſum-
ptionem ſcribit Ioann. Andreæ in additionibus ad Specul.
in tit.de præſumpti.§.ſpecies.numero quinto , in verbo , in
prædictis. Et hanc probarunt Lucas de Penna in l.iij.verſic.
clviij.præſump.C.de apoch. publ.libro decimo,& Alciatus
in tract. de præſumptio. regu.iij.præſump.xxv. Et hæc qui-
dem præſumptio hanc habet vtilitatem, iuxta.d.l.vlti.C. de
pigno. quod ſi quis habens omnia bona ſua obligata , emit
militiam filio , poteſt creditor intentare ius hypothecæ ad-
6 uerſus filium ipſum,quia lex præſumit; † emptam eſſe mili-
tiam ex pecunia ipſius creditoris,peruentæ ad patrem.Et ex
d.l.vlt.ſic docuit Bar.in l.Imperator.§.vlt.num. 3. de leg.ij.
quem ſecuti ſunt Ruin.in conſ.cxcix.nu.12.lib.ij.& in conſ.
clij.in fi.libr.v.& Capic.in deciſ.cxciiij.nu.15. & Alc. in d.
præſumpt.xxv.qui ſubiungit, hodie procedere quando ſpe-
cialiter mutuatum fuit ad emendum militiam.

## PRAESVMP. L I.

### Acquiſita per vxorem,quãdo ex bonis mariti acquiſita præſumantur , diligens & accurata explanatio.

*SVMMARIVM.*

1 *Acquiſita à muliere,ex bonis mariti præſumitur quæſita iuris præſumptione.nu.2.*
3 *Vtilius videri debet,quod honeſtius eſt.*
4 *Mulierum tenuis eſt induſtria,viriſque operari tenentur.*
5 *Acquiſita etiam ab vxore putatiua,ex bonis mariti præſumuntur.*
6 *Vxor etiam putatiua de adulterio accuſari poteſt.*
7 *Concubina,ex bonis mariti præſumitur acquiſiuiſſe.*
8 *Concubina quæ dicatur.*
9 *Quæſtus turpis in concubina facilius , quam in vxore præſumitur.*
10 *Concubina à lege honeſtæ perſonæ loco habetur. Et an diuerſum ſit hodie.nu.13.*
11 *Comprehenſio dicitur,non extenſio,quæ eandem habet rationem.*
12 *Donatio inter concubinarios permiſſa eſt,niſi concubinarius miles ſit.*
14 *Vidua intra annum luctus,ex bonis mariti præſumitur acquiſiuiſſe.*
15 *Vidua intra annum luctus , eandem quam in matrimonio caſtitatem præſtare debet.*
16 *Acquiſiuiſſe mulier ex bonis mariti,vel vidua intra annum luctus præſumitur,etſi illud neget.Reiecta opinione Baldi & aliorum.num.29. Diſtinguente Alciato.nu.26.*
*Et licet matrimonio conſtante adulterium commiſiſſet.nu.17.*
*Procedit etiam præſumptio hæc contra ſingularem mulieris ſucceſſorem.nu.18.*
*Et ad commodum hæredis mariti,tum etiam ſucceſſoris ſingularis. numero 19.*
*Nec refert ſi ante matrimonium contractum,ſe pecuniam eam habuiſſe aſſerat.*
20 *Exceptio de iure tertij obijci poteſt,quando intentionis agentis excluſiua eſt.*
22 *Bona reperta penes mulierem matrimonio conſtante vel intra annum luctus mariti præſumuntur.*
23 *Prælato poſt beneficium adeptum acquirente,præſumptio eſt pro Eccleſia ex eius bonis acquiſitum fuiſſe.*
24 *Mulieres quomodo prælatis æquiparentur.*
27 *Pecunia reperta penes mulierem,ipſius fuiſſe præſumitur , ſi maritus id ſit confeſſus.*
*Et ſufficere præſente & tacente marito mulierem pecuniam ſuo nomine alicui numerare.nu.28.*
*Diſtinguit tamen Alciatus.nu.29.30.& 31.*
32 *Mulier induſtria , quæ veriſimiliter ex ſuis negociationibus acquirere potuit,non præſumitur ex bonis mariti acquiſiuiſſe.*
*Niſi tamen ſors ipſa principalis fuerit mariti.nu.34.*
*Vel in contrarium extet conſuetudo , vt omnia vxores maritis acquirant.nu.35.*
33 *Mulier quas operas marito præſtare teneatur.*
36 *Mulier habita pecunia à conſanguineo,non præſumitur bona deinceps acquiſita,ex bonis mariti quæſiuiſſe.*
*Idem ſi ab amaſio , vel etiam ex turpi quæſtu, cum id donatum in ipſius domino permaneat.nu.37.*
38 *Mulier diues,nupta pauperi,ex ſua potius quam mariti pecunia acquirere præſumitur.*
39 *Mulier adminiſtratrix bonorum alicuius , ex illis potius,quam ex turpi quæſtu præſumitur acquiſiuiſſe.*
40 *Marito tranſeunte ad domum vxoris,mulier ex propriis bonis,non mariti præſumitur acquirere.*
41 *Mulier proprietatem rei habens conſolidata demum cum vſufructu, ex propriis præſumitur acquirere.*
42 *Mulierem ex bonis mariti acquiſiuiſſe præſumi , quomodo non habeat locum quo ad bonorum recuperationem,ſed precium tantum.*
43 *Res empta abs te pecunia mea, non mea ſed tua ſit,pecuniæ mihi ſolum repetitione competente.*
44 *Mulier quæ reperitur poſſidere bona acquiſita,in iudicio poſſeſſorio obtinet.*
*Id tamen quomodo accipiendum.nu.45.*

MVTIVS Scæuola,vt refert Pomponius in l.
Quintus. ff. de donat. inter virum & vxo-
rem , ita reſpondit. Cum in controuerſiam
venit,vnde ad mulierem quid peruenerit,&
verius & honeſtius eſt,quod nõ demonſtra-
tur vnde habeat,exiſtimari à viro,aut qui in
poteſtate eius eſſet, ad eam perueniſſe. Rationem Pompo-
nius affert cur ita reſponſum ſit,euitandi ſcilicet turpis quæ-
ſtus gratia. Quam quidem Scæuolæ & Pomponij ſententiã
confirmauit Alexander Seuerus in l.etiam.C.de donat.inter
virum & vxorem his verbis. Nec eſt ignotũ,quod cum pro-
bari non poſſit , vnde vxor matrimonij tẽpore honeſte quæ-
ſierit, de mariti bonis eam habuiſſe , veteres iuris auctores
merito crediderint. His adducti reſponſis vno ore interpre-
1 tes noſtri pro regula ſtatuerunt,acquiſita à muliere,†præſu-
mi quęſita ex bonis mariti.Ita gl.Bar.& reliqui in d.l.Quin-
tus & in d.l.etiã ſic,& gl.in c.ij.de donatio.inter virũ & vxo.
Io.Andreæ in additionib.ad Spec.in tit.de præſũptionibus.
§.ſpecies.nu.5.in verbo.in prædictis concordant. qui recte
2 ſcripſit,hanc eſſe † præſumptionem iuris.Innocen.in capit.
cum ex officij.de teſtam.Baldus in l.cũ oportet.nu.12.& 13.
C.de bonis quæ liberis,qui hãc honeſtam eſſe præſumptio-
nem,cum Pomponio ſcripſit,idem in conſ.xxx.Proponitur,
quod quidam.& in conſilio.liij.A libello.libro iiij.Angelus
in conſil.cclxxxv. ſuper primo puncto.Alberic.in d.l. etiam
verſi.quærit Vbertus. Socin.Sen.in conſi.ccxlix.in fine.lib.
ij.Cremen.in ſingu.vj.in princ.Alciatus in tract.de præſum-
ptionibus,regu.iij.præſump.xxvj.Boer.in q.lxxxj.num.1.&
nu.5.verſi.primo caſu.& Crauet.in conſi.lxxxj.nu.4.

Et alij multi , quos infra commemorabimus. Nec huic
præſumptioni repugnat , quod damnoſa hæc mulieri videa-
tur. Nam cum ſummoueat turpem ſuſpicionem , magis re-
3 cipienda eſt , & vtilius † videri debet, quod eſt honeſtius.
Si enim dicimus , mulieri ab alio vtiliter donatum eſſe , in-
honeſtæ alicuius donationis ſuſpicio quædam oborietur.
Quod præclare expreſſit Plautus in Caſſidum Mirinã Clo-
ſtratam ita alloquitur. *Vnde ea tibi eſt ? Nam peculi probam nihil
habere addecet clã viro & quod habet partum,ei haud cõmodi eſt,quin
aut viro ſubtrahat,aut ſtupro inuenerit,hoc viri cenſeo nunc quidquid
tuum eſt.* Hæc Plautus. Nec dici hic poteſt,mulierem ex ho-
neſtis operis ſibi quidpiam quæſiuiſſe cum quod tenuis
4 †admodum eſſe ſoleat mulierum induſtria,tum etiam quod
viris operari debeant l. ſicut. ff. de oper. liber. & late tradit
Tiraquel.de legib.connubia.l.j.nu.2.

Extenditur primò hæc præſumptio, vt locum habeat etiã
5 in vxore putatiua. Nam & †quæſita ab hac ipſa, præſumun-
tur ex bonis mariti quæſita. Ita tradit Tiraquellus in tracta.
de legib. connubial. in glo.vj. nume.cclxiij.Et hæc quidem
ſententia magis & magis cõprobatur ex his,quæ mox ſubij-
ciemus. Ea eſt ratio quod & in vxore putatiua, honeſtas ipſa
6 conſiderabilis eſt : quare de adulterio † accuſari poteſt. l. ſi
vxor.ff.ad l.Iuliam.de adulter.

Et hæc quidem operari debet marito , à quo alitur. Et accedit , quod & ratio illa euitandæ ſuſpicionis furti,locum habet & in hac ipſa, ſicuti in vera vxore. Quæ vero à Tiraquello aduerſus traditionem hanc afferuntur, facili negotio diſſoluuntur.

Extenditur ſecundò , vt procedat etiam in concubina

y †quę

7 † quæ pariter ex bonis viris acquiſiuiſſe præſumitur, ſicuti ſcripſerunt Bald. in l.j.nu.1.C.de natura.liber. Crottus in l. frater à fratre.nu. 120. ff. de condict. indebiti. Cremen. in ſing.vj.Io.Lupus in rub.extra,de donatio.inter virũ & vxor. §.lx.& Antonius Gabriel in libro primo,concluſionum.tit. de præſumptio.concluſ.xv.nume. 2. Quam quidem ſententiam ſatis mihi probare videtur.d.l.j.§. ipſas. C. de natural. liber. vbi ſi illi, quæ ſenatoris vxor non eſt, ſed concubina, aliquid quæſitum, vel commendatum dicitur, reddi viro id debet, quod ſi negat mulier aliunde iuſte quæſiuiſſe, tormentis ſubijcienda eſt.

Nec repugnat conſideratio Alciati in d.pręſumptio.xxvj. dicentis, illam præſumptionem non eſſe legis, ſed hominis. Eſt enim verius præſumptionem legis eſſe: cum lex exiſtimet, concubinam è bonis viri ſubtraxiſſe, & ob id quæſtionibus ſubijciendam eſſe. Et accedit quod in concubina eadem militat ratio, quæ & in vxore. Nam cum concubi-
8 na † illa ſit, quæ in domo maritali affectu retinetur, vt ſcribunt Barto. in l.concubinam.ff.de concub. & reliqui in l. ſi qua illuſtris.C.ad orphitianum.ob id vxori æquiparatur, ſicuti reſpondit Cæphalus in conſi.cccxc.num. 35.lib.iij. Et pro honeſta muliere haberi dicitur. Ex quo ſequitur, quod ſicuti ad euitandam turpem ſuſpicionem in vxore, ſumitur præſumptio hæc, ita & in concubina.

Cæterùm ab hac opinione diſſentiunt Alciatus in d. præſumptione xxvj.nu.1.& Pariſius in conſilio lxxx.nu. 23. libro j.

9 Ea ratione prima: quod facilius turpis quæſtus † præſumitur in concubina, quàm in vxore. & ideo non procedit argumentum de vxore ad concubinam, quia eſſet argumentari de maiori ad minus, hoc modo ſumitur interpretatio, vt præſumatur vxorem quæſiuiſſe ex bonis viri, ob eius honeſtatem: Ergo etiam idem præſumitur in concubina, quod quidem (ait Alciatus) genus argumenti iure non recipitur.

Verum reſpondetur, quod etſi verum eſt, facilius præſumi turpitudinem in concubina, quam in vxore: attamen non inde fit, quin & aliqua extet ſuſpicio in concubina, &
10 illa ſit conſiderabilis, quandoquidem concubina † à lege honeſtæ perſonæ loco habetur. l. Maſſurius vbi Alciatus.ff. de verborum ſignificat. & Palæotus de nothis ſpuriiſque filijs capi.xj. numero 3. Et præterea accedit, quod ratio illa honeſtatis, conſiderata à iureconſulto in d. l. Quintus, locum etiam hic habet. Cum enim duæ ſumi poſſint præſumptiones; vna quod ex bonis mariti mulier quæſierit: altera, quòd ex illicito quæſtu, benignior ſumitur interpretatio, & præſumptio, quod ex bonis viri acquiſierit. Hæc eadẽ ratio militat etiam in concubina. Eſt ergo dicendum, quod & hic caſus comprehendatur in diſpoſitione. d. l. Quintus, cum
11 non extenſio, ſed comprehenſio † eſſe dicatur illa, quæ eandem habet rationem, ſicuti in ſpecie reſpondit Pariſius in d. conſi.lxxx.nu. 12.in fi.lib.j.

Secundò ea ratione motus eſt Alciatus: quod etſi hæc quęſita peruenerunt ex bonis cõcubinarij, non tamen eſſent ita ſimpliciter reſtituenda à concubina ipſi concubinario,
12 cum inter eos permiſſa ſit † donatio, niſi concubinarius miles ſit. l. j. C. de donatio. inter virum & vxorem. Bartolus in l. affectionis.ff.de donatio.& Ripa in l.miles.nu.10.ff.de re iud.

Verum reſpondetur; argumentum nil ad rem pertinere. Nil enim inter ſe commune hoc habet, præſumi quæſita ex bonis mariti ad euitandam ſuſpicionem turpis quęſtus, cum illo, quod donatio facta concubinæ valeat; Nam verum eſſe poteſt vtrumque. Et procedunt in diuerſis caſib. illud in dubio, hoc vero in claris.

Tertio conſiderabat Alciatus, iura quæ hanc præſumptionem introduxerunt, præciſe loqui de vxore, & ob id in concubina locum habere non poſſunt: ſed facile reſpondetur, iura illa loqui de vxore non tamen taxatiuè aut præciſe, ſed ſimpliciter. & ob id comprehendunt etiam concubinam in qua militat (vt diximus) eadem ratio. Et accedit quod ſi conſideratio Alciati eſſet vera, idem foret dicendum in vidua infra annum luctus, de qua. d. l. Quintus non loquitur, & tamen contrarium eſt verius, ſicuti dicemus in ſubſequenti extenſione, ex eius Alcia. ſententia.

Quartò huic opinioni Pariſij & Alciati ſuffragari vide-
13 tur, quod etſi olim † concubina perſona fuerit habita honeſta: attamen diuerſum eſt hodie ſicuti reſponderunt Decius in conſilio clv. colum.j.Pariſ.in conſi.lxxx.numero 3. libro primo.& Craue.in conſil.clxvj.nu.8.& in conſil. ccxxix.nu. 12. Cùm ergo ſemel mala fuerit, præſumitur ſemper mala in eodem genere mali, iuxta cap. ſemel. de regul. iur. in vj. Præſumi ergo debet, quod etiam cum aliis turpem quæſtum exercuerit.

Verùm reſpondetur, nos loqui de concubina, præſuppoſitis terminis habilibus, nempe quod ſit vere concubina, atque ita quod cum alijs non coeat alioqui concubinæ nomẽ non obtinet: ſed potius meretricis.

Extenditur tertiò hæc præſumptio, vt locum habeat
14 etiam in † vidua intra annum luctus. Nam & illa præſumitur acquiſiuiſſe ex bonis mariti: ſicuti ſcripſerunt Alber. in l. etiã.C.de donatio.inter virũ & vxor.Baldus in conſi.cxxxix. Proponitur, quod quidam Ioannes.lib.iiij. Capra in conſi. xij.Angelus in conſi.cxlj.ſupra primo.nu.2.verſic. ſecundo caſu. Crottus in l. frater à fratre. nu.45.ff.de condict. indebiti, Decius in conſi.cxxxvij. numero 9. Ruinus in conſil. xliiij.num. 4. lib.v.Io.Lupus in rub.extra,de donatio. inter virum & vxorem.§.lx.nu.15.Io.de Garronibus in rub.C.de ſecundis nuptijs.nu. 27.Cremen.in ſing.vj.Alcia.in tract.de præſumptionibus reg.iij.præſump.xxvj.nu.1.verſi.ſecundò declarat.Neuiza.libr.iiij.ſyluæ nuptia.num.21.Bertrandus in conſi.ccxxxviij.nu.4.lib.ij.Pariſ.in cõſi.lxxx.nu.8. & nu. 28.in fin.lib.j.Io.de Ripa in rẹpe.l. faminæ. q. xx. C. de ſecundis nuptijs.Boe.in q.lxxxj.nu.7.Coraſius lib.iij.miſcella.cap.v.num.4.& Antonius Gabriel in lib.j.concluſionum, tit.de præſumptio.concl.xv.num. 4. Et ij quidem ea prima
15 ratione vſi ſunt, quod eadẽ caſtitas † requiritur in vidua intra annum luctus, quæ requiritur conſtante ipſo matrimonio.l.vlti.ff.de diuortiis,& repudiis & §.ſolutam.in auth. de nuptiis,& tradit gl.in l.vnica.§.exactio.C. de rei vxo. actio. Quemadmodum ergo ad euitandam turpem ſuſpicionem mulieris nuptæ, ſumitur præſumptio, quod acquiſierit ex bonis mariti, idem pariter dicendum eſt in ipſa vidua. Et rectius dicere poſſumus, quod ſicuti in muliere nupta, ex duabus præſumptionibus ſumitur hæc honeſta, quod ex bonis viri acquiſierit, & non illa, quod ex turpi quæſtu. Ita pariter idem dicendum eſt in vidua.

Extenditur quartò, vt hæc præſumptio locum habeat, etiam ſi mulier ipſa conſtante ipſo matrimonio, vel intra
16 annum luctus † negaret, ſe acquiuiſſe ex bonis mariti. Nam adhuc contra eam præſumitur. Ita Neuiz.libr.iiij. ſyluæ nuptia.nu. 21.verſ.tertiò amplia.& Anton. Gabr.in d.concluſione decimaquinta.nume.6.ex ſententia Io.Lupi in d.§.lx. nu.15.verſ.limita primò.

Verum quomodo procedat hæc extenſio dicemus infra in octaua extenſione.

Extenditur quintò, vt locum habeat, etiam ſi mulier, con-
17 ſtante ipſo matrimonio commiſiſſet † adulterium. Nam adhuc quæſita ab ipſa vxore præſumuntur ex bonis mariti acquiſita. Ita Ioan. Lupus in d.§.lx.numer. 11. & Antonius Gabriel in d. concluſione decimaquinta. numero 9. ex ſententia Baldi.in l.cum oportet.num.12.C.de bonis, quæ liberis,& Barb.in cap.j.de peculio clericorum.

Verum, ſi diligenter perpendantur verba Baldi, contrarium is affirmare videtur.

Extenditur ſextò, vt locum habeat hęc præſumptio, etiam
18 contra † ſingularem ipſius mulieris ſucceſſorem, vt eſt contra eum, qui deinde ab ipſa muliere emit. Nam hæc præſumptio operatur contra emptorem illum: ſicuti contra ipſam mulierem. Ita tradunt Albericus in l.etiam.C. de dona. inter virum & vxorem Lupus in d.§.lx.num.15.verſi.amplia tertiò, Neuizan.in d.lib.iiij.ſyluæ nuptia.num.21.verſic.ſecundo amplia. & Anton. Gabriel. in dicta concluſione decimaquinta.numero decimo. Et huius ſententiæ ea eſt ratio, quod nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quam ipſe habeat. l.alienatio.ff.de contrah.empt.& l.traditio.ff.de acquir.rerum dom. Cùm ergo mulier nullum ius habeat in his acquiſitis, ex quo mariti præſumuntur, ſequitur dicendum in emptorem illum tranſmittere non potuiſſe.

Extenditur ſeptimò, vt hæc præſumptio locum habeat,
19 non ſolũ ad commodum † hæredis mariti, ſicuti de hærede reſpondit



reſpondit Pariſ.in conſ.lxij.colu.ij.lib.ij.ſed etiam ad commodum ſingularis ſucceſſoris ipſius mariti. Nam & iſte aduerſus mulierem obijcere poterit, hanc iuris præſumptionem. Ita reſpondit Decius in conſil.ccxxxvij.col.vlt.quem ſecuti ſunt Neuiz. in d.lib.iiij.ſyluæ nupt.nu.21.ver.quarto amplia. Alciatus in tract.de præſumptionibus regul.iij.præſumptio.xxvj.num.1.verſic.quartò declara,& Antonius Gabriel. in d. concluſione decimaquinta. numero vndecimo, Et huius traditionis ratio afferri ſolet, quod præſumptio hæc eſt à lege inducta, ad euitandam ſuſpicionem turpis quæſtus. Quæ quidem præſumptio rem ipſam quodammodo ſequitur, ita vt à quouis poſſeſſore obijci aduerſus mu-
20 lierem iure poſſit. Et comprobatur: quia ſi † exceptio de iure tertij obijci poteſt, quando eſt excluſiua intentionis agentis, l.ij.vbi Socin. numer.4.ff.de exceptio. rei iud. ita à fortiori ſucceſſor iſte ſingularis obijcere poteſt exceptionem hanc, ſuo auctori competentem, cui ipſe ſucceſſit. Nam & in ſingularem ſucceſſorem trãſeunt omnia iura ſui auctoris, reſpectu illius rei, in qua ſucceſſit.

Nec repugnat quod Baldus in l. ſi vxor. numero 7. C. de cond.inſertis:& Alex.in l.qui iure familiaritatis.nume.5. ff. de acquiren.poſſeſ. & in conſi.cj.libro j. à prædicta opinione diſſentire videantur. Quandoquidem nullo iure vel ratione horum traditio fulcitur. Nõ enim textus d.l.Quintus, quem allegant, eis ſuffragatur: Cum eius ratio militet tam pro ſucceſſore mariti, quam pro ipſo marito, vt iam diximus. Et præterea Baldus non loquitur de ſucceſſore ſingulari, ſed de extraneo ſicuti Baldum ipſum declarauit Dec.in in d.conſi.ccxxxvij.in fi.

Extenditur octauo, vt hæc præſumptio locum etiam ha-
21 beat, † quando mulier diceret, ſe habuiſſe pecuniam illam ante contractum matrimonium. Nam adhuc præſumptio eſt, quod imò illa pecunia ſit ex bonis mariti, niſi mulier ipſa ſuam illam aſſertionem probet. Ita ex ſententia Vberti de Bobio docuit Albericus in l.etiam.C.de donat. inter virum & vxo. quem ſecuti ſunt Aretin. in conſi.xxxj.num.5. Ioan. Lupus in d.rubr.extra.de donatio. inter vir.& vxorem.§.lx. nume.16.verſic.ſed quamuis,& Didacus in cap.j.num.6. de
22 teſta. Ea vſi ſunt ratione; quia cum bona † reperiantur apud ipſam vel conſtante matrimonio: vel eo ſolutò, intra tamen annum luctus, præſumũtur bona mariti, cui ſubdita eſt, vel fuit. Et quia ſolent bona in dotem data, in inuentarium redigi. l. ſi ego.§.vltim. ff. de iure dotium. Et ideo cum hæc non reperiantur in eo deſcripta, mariti præſumuntur. Et ad rem optimè confert text. in auth. licentiam. C. de epiſc. &
23 clericis, vbi cùm dubitatur, an res acquiſitæ à prælato † fuerint quæſitæ poſt adeptum beneficium, vel ante: præſumitur pro eccleſia, quod fuerint acquiſita poſt: & ſic ex bonis eccleſiæ. Et ratio eſt; quia cum prælatus ab initio non diſtinxerit res ſuas per libellum ſeu inuentarium, à rebus eccleſiæ, ſicuti diſtinguere debebat capitul. manifeſta. xij. quæſt. ſecunda. præſumptio eſt contra eum, quod nullas proprias, tempore promotionis habuerit, ex quo fuit in culpa, non obſeruando cautelam legis. Ita ſcribit Inno. in capitu. cum in officijs, de teſta. Quæ ſane ratio optimè caſui noſtro con-
24 uenit. Nam mulieres † prælatis comparantur, ſicuti Inno. & alij ſupra commemorati affirmant. Et accedit, quod ſi aliter diceremus, facilè eſſet mulieri, vel eius hæredibus dicere, illa bona fuiſſe quæſita ante matrimonium: Et hoc modo transferre onus probandi contrarium in maritum, vel eius hæredem, atque ita reddere cluſoriam iuris diſpoſitionem. Et abſurdum certè eſſet, quod ſola mulieris negatione, illa bona fuiſſe quæſita conſtante matrimonio, grauari debere maritus probandi onere. Quibus conſtat, minus re-
25 cte ſenſiſſe † Baldum in l.ſi vxorem.C.de cond. inſertis. Salicetum in l.etiam in fine. C.de donatio.inter virum & vxo. Alex.in conſi.xlij.num. 3.lib.v. Claudium de Seyſellio in l. qui iure familiaritatis.ff.de acquiren.poſſeſ.& Craue.in cõſ. lxj.num.7. Cùm dixerunt, quod imo negante muliere, ſe acquiſiuiſſe conſtante matrimonio, probandi onus pertinet ad maritum vel eius hæredes: ij ſane minus recte ſenſerunt.

Cæterùm Alciatus in d.præſumpt.xxvj,numero 1.verſic. tertiò intellige, viſus eſt conciliare opiniones. Inquit ille,
26 quod aut mulier † veriſimiliter non potuit acquirere ante matrimonium, ſicuti non poteſt filia, quæ eſt ſub poteſtate patris, vel ſoror, quæ dum eſt cum fratribus, & induſtria caret, operas tantum domeſticas ad commodum fratrum præſtat. Et hoc caſu procedit prima illa opinio. Aut vero veriſimiliter mulier hæc acquirere potuit: & tunc procedit ſecunda Baldi & ſequacium opinio. Et traditionem hanc probarunt Didacus & Anton. Gabriel, præcitatis in locis. Et apertius ante eos Aret.in conſi.xxxj.num.4.verſi.ſuppoſito, quod. Io.Lupus in d.§.lx.nu.18.verſi.& iſtud maxime.

Declaratur primo, vt locum non habeat hæc præſum-
27 ptio, quando maritus † confeſſus eſt, pecuniam illam fuiſſe ipſiuſmet vxoris. Nam tunc præſumeretur, pro ipſa muliere, quò ad euitandam ſuſpicionem turpis quæſtus. Ita declarant, Signorolus in conſil. cxxij. Albericus in d.l.etiam. C. de donat.inter virum & vxo. Salicetus in l.cum propria. C. ſi quis alteri vel ſibi. Alex.in conſi.xxij.nume.7. libr.iij. Soc.Sen.in conſil.lxv.num.20.verſic.vigeſimo.lib.j.Io.Lupus in d.§.lx.Ripa libro iij.reſponſorum cap.iiij.in fine.Io. Coraſius libro iij.miſcella.iuris.cap.v.nu.3.verſ.ceſſat præterea. Boer. in quæſt. lxxxj.nume.5.in fine, qui ex ſententia Specula.& Saliceti ſcripſit, quod ad tollendam ſuſpicionem
28 ex d.l.Quintus.ſufficit, quod † mulier præſente & tacente marito, numeret ſuo nomine pecuniam, aſſeratque ſuam eſſe. Et idem affirmarunt Fulgoſius in conſi.cxcviij.colum. ſecunda.Riminal.Sen.in conſi.ccxliiij.in fine libr.ij.Craue. in conſi.lxj.nu.7.& Oſaſcus in deciſ.cxl.nu.8.

Quibus intelligimus hanc eſſe receptam opinionem, & ſi ab ea diſſenſerint Baldus in conſil. lxvj. Punctus talis eſt, in libro Cataſtri lib. j. Salicetus in l.ſi mater.C.de contrah. empt.Aretinus in conſilio xxxj.nume.6.verſic.ad ſecundum dicimus (meo in codice corruptus eſt locus, cum ita ſcriptũ ſit, quod etiamſi maritus non dicat &c. illa negatiua eſt trãſponenda paulò poſt.) Alexander in conſi. xviij. columm.ij. lib.iij.& Pariſ.in conſi.lxij.nu.12.libr.j. Horum autem præcipua ratio & augmentum facile confutari poteſt, ſcribunt ij confeſſionem factam inter perſonas prohibitas donare, nil operari, ſed aliunde ſumendas eſſe probationes cum in fraudem legis facta præſumatur. l.qui teſtamento.ff.de probat.& l.ſi forte. ff. de Caſtren. pecul. Atqui confeſſio hæc facta inter virum & vxorem, facta eſt inter perſonas donare prohibitas. l. j. & l.ij. ff. de donatio. inter virum & vxorem Ergo nil proderit confeſſio hæc, & per conſequens credendum eſt, ne turpis quæſtus præſumatur, pecuniam illam à marito accepiſſe.

Huic argumento facile reſpondetur omiſſa Alciati conſideratione. Hic enim (ſicuti etiam infra dicemus) duo impedimenta conſiderantur, quorum vnum eſt, præſumptio ſeu ſuſpicio turpis quæſtus. d. l. Quintus. Hæc præſumptio tollitur confeſſione mariti. Alterum eſt, quia cum donatio prohibita ſit inter virum & vxorẽ, non adhibetur fides confeſſioni mariti. Hoc impedimentum nil ad rem noſtram pertinet: ſed ad titulum, de donatio.inter vir.& vxorem. Conciliando tamen prædictas opiniones Alciatus in tract. de præſumptionibus, regu.iij.præſumptio.xxvj.verſiculo decimo declara. aliquot caſus diſtinguit, Quorum primus eſt quan-
29 do † pecunia numeratur ab ipſamet vxore emente, vel maritus fatetur pecuniam illam eſſe ipſius vxoris, & agitur de ſolo detrimento ipſius mariti. Hoc caſu adhibetur fides huic confeſſioni: atque ita tollitur præſumptio. d. l. Quintus. Ita (inquit Alciatus) procedit ſecunda illa opinio Signoroli, Alberici, & ſequacium. De veritate huius caſus, mox dicemus.

30 Secundus caſus (ait Alciatus) eſt, quando † ipſemet maritus emit nomine vxoris, & fatetur pecuniam eſſe ipſius vxoris. Hoc in caſu non creditur illi confeſſioni, quia præſumeretur maritus donare l. cum propriam. C. ſi quis alteri vel ſibi.& l. ſi non verum & l. ſi filij. C. de donatio. inter virum & vxo. Et ex quo maritus numerat pecuniam, lex præſumit eam numerantis. l. ij. ff. pro ſocio, vbi Bartol. Quare confeſſio ipſa mariti aduerſus legis præſumptionem, inter perſonas prohibitas nil operatur. Hic caſus vere non differt à præcedenti, in quo Alciatus affirmauit eſſe adhibendam fidem aſſertioni mariti. Et nulla certè habenda eſt ratio, quod ipſamet mulier numeret, vel ipſemet maritus, quia aut confeſſio eſt falſa, & tunc etiam conficta & falſa eſſe poteſt, numeratio à muliere facta: cum facile maritus clam tradere

potuerit ipſi mulieri pecuniam, vt illa deinde ſuo nomine
numeraret. Aut verò confeſſio eſt vera, ſeu vera eſſe poteſt
præſumptiue, & tunc præſumptio imò probatio, quæ oritur
ex confeſſione expreſſa mariti, præferri debet illi præſum-
ptioni, quę oritur ex actu ipſo numerationis factæ à marito.
Præterea conſiderandum eſt, quod hic duo extant impedi-
menta, quibus dicimus, acquiſita à muliere non acquiri, etiã
ſtante confeſſione mariti. Vnum eſt ex præſumptione d. l.
Quintus. Hoc impedimentum dicitur ſublatum confeſſione
mariti vel expreſſa, vel tacita, ne alioqui vxoris leno fuiſſe
videatur, conſentiendo illius meretricio. Et hoc in caſu vera
non eſt illa conſideratio, quam faciunt Aretinus in conſilio
xxxj. columna penultima. verſicul. ad ſecundum dicimus: &
Fulgoſius in conſi. cxcviij. colum. ij. Non enim hic præſumi
poteſt turpis quæſtus: cum maritus ipſe fatetur, pecuniam
eſſe vxoris, ceſſat etiam præſumptio furti, ab illis conſidera-
ta. Alterum eſt impedimentum: quia donatio eſt prohibita
inter virum & vxorem. Et ideo confeſſioni mariti, quæ alio-
qui inducit ipſam donationem, fides non adhibetur. Hoc
impedimentum nil pertinet ad materiam huius noſtræ præ-
ſumptionis: ſed ad diſpoſitionem l. j. & totius tituli. ff. de do-
natio. inter virum & vxor. Et propterea eſt dicendum, quod
niſi adſint aliquæ præſumptiones, quibus colligatur confeſ-
ſionem mariti eſſe veram, dicendum erit, confeſſionem non
valere.

31 Tertius eſt caſus (inquit Alciatus) quando agitur † de
præiudicio tertij. Hoc caſu confeſſioni mariti nulla adhibe-
tur fides. Ita Alciatus ſcribit, docuiſſe Salicetum in d. l. ſi
mater. C. de cõtrah. empt. & ait probari argumento. §. aliud.
ver. ſi verò non fuerit in authẽ. de ęqualitate dotis, vbi ſi ma-
ritus in inſtrumento dotis fatetur, auctam fuiſſe dotem, li-
cet confeſſio illa præiudicat marito confitenti: non tamen
præiudicat creditoribus. Hic caſus duo pariter habet, Vnum
quo ad præſumptionẽ dict. l. Quintus. Alterùm quoad præ-
ſumptam fraudem contra creditores. Illud primum ita hoc
in caſu tollitur cõfeſſione mariti, ſicuti tollitur in præcedenti
caſu. Illud verò ſecundum permanet, niſi extent contrariæ
præſumptiones & coniecturæ quod apparere poſſit, confeſ-
ſionem mariti veram eſſe, ſicuti quando mulier bona aliunde
habebat, vt tradit Salicetus in d. l. ſi mater. quem ſecutus eſt
Craue. in tract. de antiquit. tempo. in tertia particula primæ
partis principalis, incipit. Propoſitum. nu. 69. & in ſexta par-
ticula, quæ incipit, Quartò limitatur. numero 38. Hic caſus
ſecundum Alciatum pręcita in loco, multò magis locum ha-
bet, ſtante ſtatuto, quod ad remouendas fraudes, acquiſita
per vxorem, cenſeantur acquiſita marito. Nam huiuſmodi
ſtatutum non conſtituit fundamentum ſuper præſumptione
& ratione. l. Quintus, ſed propter tollendas fraudes marito-
rum, qui vt circumueniant creditores, curant inſtrumenta
acquiſitionum à ſe factarum, nomine vxorum confici.

Declaratur ſecundò hæc præſumptio, vt locum non ha-
32 beat, quando mulier † eſſet adeo induſtria, vt veriſimiliter
ex ſuis negotiationibus potuiſſet acquirere bona illa, ex
lucris à ſe factis. Sicuti ſi eſſet mulier chirurga, vel obſtetrix,
vel laniſicio alióve ſimili artiſicio perita, vel mercaturam
exercuiſſet, ſicuti in Gallia & Italia, multis in locis mulieres
negotiari videmus. Hoc ſane caſu, quidquid acquirit mulier
ſibi acquirit, ceſſante omni ſuſpicione turpis quæſtus. Ita
Bald. in l. cũ oportet. numero duodecimo. C. de bonis, quæ
liberis. & in conſilio ccxcix. Dicunt Petrus & Cynus, in fi.
libro primo. Romanus in conſilio clix. Alexan. in conſilio
quadrageſimo. libro tertio. & in cõſilio cxxxiij. libro quar-
to. Petraſancta in ſingul. nonageſimonono, incipit; inter
virum. verſi. & ſic. Crottus in l. frater à fratre. numero 120.
ff. de condict. indeb. Ripa libro tertio. reſpon. capit. quarto,
Alciatus in tract. de præſumptionibus, reg. iij. præſumptio.
xxvj. in ſexta declaratione. Thomas Feratius in cautela qua-
drageſimaprima. nu. 4. Bellonus in conſil. xvij. in fine. & An-
tonius Gabriel. in dicta concluſione xv. nu. 12. & Io. Cora-
ſius in l. iij. miſcella. iuris. c. v. nu. 3. verſ. rurſus.

Ea ratione ij moti ſunt, quia hic ceſſat illa ſuſpicio turpis
quæſtus, quæ mouit Mutium Scæuolam, ad reſpondendum
acquiſita à muliere præſumi quæſita ex bonis mariti. Hac
itaque ſuſpicionis ratione & cauſa ceſſante, ceſſat etiam prę-
ſumptio hæc.

Nec repugnat quod practica Papienſis in forma libelli,
quo mulier agit ad dotem, in verbo, tamquam bona para-
phernalia, à prædicta recepta ſententia diſſentiat, ea ratio-
ne, quod mulier tenetur operari marito, à quo conſequitur
alimenta. l. ſed etſi virum, in princip. ff. de donatio. inter vi-
rum & vxorem. & l. ſicut. ff. de operis libert. & propterea ſibi
ipſi acquirere non poteſt. Nam reſpondetur, mulierem te-
33 neri † ſolum præſtare operas reuerentiales & obſequiales
marito, non autem induſtriales. Ita gl. in l. ſicut. ff. de operis
liber. & in cap. quod die. xxxiij. q. v. & in ſpecie ſic explicant
& reſpondent, Baldus in l. etiam. colu. ij. C. de condit. inſer-
tis. Boer. q. lxxxj. numero quarto. Ripa libro tertio, reſpon.
capit. quarto. numero quarto. & Tiraquellus in l. ſi vnquam
in verbo, donatione numero centeſimo. C. de reuocan. do-
natio.

Cæterum declarationem hanc intelligit Alciatus in dict.
pręſumptione vigeſimaſexta, in ſexta declaratione, non pro-
34 cedere, quando ſors † ipſa principalis, cum qua mulier ip-
ſa negotiata eſt, mariti fuiſſet. Nam tunc nomine mariti ne-
gotiationem exercuiſſe præſumitur, & propterea lucrum ei
acquiſiuiſſe dicitur. Ita dicimus, filium acquirere patri,
cum ex illius pecunia negotiatur, Baldus & reliqui in l. cum
oportet. C. de bonis, quæ liberis, & dicemus ſuo loco. Et
pręterea intellexit Alciatus declarationem hanc, niſi in con-
35 trarium extaret † conſuetudo, qua obſeruari ſoleat vt ac-
quiſita mulieris induſtria, marito acquirantur. Ita ait Alcia-
tus colligi ex Hoſtien. & aliis in capit. ſignificauit. de dona-
tioni. inter virum & vxorem.

Declaratur tertiò, vt non procedat hæc præſumptio,
36 quando † appareret mulierem habuiſſe pecuniam à con-
ſanguineo. Nam tunc non præſumitur quod bona deinde
acquiſita, fuerint empta pecunia mariti. Ita ex ſententia Ri-
cardi & Cyni ſcripſit Baldus in l. cum oportet. in princ. nu-
mero decimoquarto. C. de bonis, quæ liberis, qui ob id tra-
didit cautelam, qua tute mulier poſſit ſibi acquirere, vt ſcili-
cet curet ficte pecuniam ſibi à conſanguineo dari, & deinde
prædia emat. Hæc cautela (vt recte docuit Baldus) pecca-
tum continet, quo circa cauendum eſt, quia etſi de his non
cognoſcit iudicetve eccleſia militans; Illa tamen triũphans,
cui nil occultum eſt, ſeuere vindicabit. Et præterea (inquit
Baldus) hæc cautela nil operaretur, quando probaretur,
pecuniam illam ſtatim reſtituram fuiſſe à muliere conſan-
guineo, iuxta. l. prima. C. ſi ſeruus extero. Quando autem
vere conſtaret pecuniam illam fuiſſe donatam à conſangui-
neo, vel ab alio ipſi mulieri, res careret probabili dubita-
tione. Nam in claris verſaremur, ſicuti etiam reſponderunt
Caſſaneus in conſilio vigeſimonono. numero duodecimo.
& Craue. in conſilio ſexageſimoprimo. numero ſeptimo, &
idem affirmauit Alciatus in dicta præſumptione vigeſima-
ſexta. numero quarto. verſ. idem eſt; poſt Fulgoſium in con-
ſilio cxcviij. & Albericum in d. l. etiam. Et ſubiungit Alcia-
tus, declarationem hanc procedere etiam quando huic mu-
lieri fuiſſet donata pecunia, vel res alia ab amaſio. Ita ſcribit
Alciatus, affirmaſſe Angelum & Pract. Pap. ac etiam Guid.
Pap.

Declaratur quartò, vt locum non habeat quando mulier
37 probauit ſe habuiſſe ab † amaſio, vel ex turpi quæſtu. Hoc
caſu ceſſat præſumptio. d. l. Quintus: & illud ſic donatum
manet in dominio ipſius mulieris, cum datum mulieri etiam
ex turpi cauſa, efficiatur ipſius. l. Idem. §. ſed quod mere-
trici. ff. de condic. ob turpem cauſam, & probat. d. l. Quin-
tus, à ſenſu contrario. Ita in ſpecie declarat Pract. Papienſis
in forma libelli, quo vxor agit ad dotem. in verbo, tamquam
numero quarto. quæ aliis comprobat. Verum hæc declara-
tio non eſt de re dubia: ſed in caſu claro.

Declaratur quinto, vt locum non habeat hæc præſum-
38 ptio, quando conſtaret mulierem fuiſſe † diuitem, & viro
pauperi nupſiſſe. Nam tunc præſumitur potius ex propria
pecunia emiſſe, quàm ex illa mariti. Ita Butrius & Anchara.
in capitul. primo. in ſecundo notab. de peculio clerico. So-
cinus Senior in conſilio ducenteſimoquadrageſimonono.
in fine. libro ſecundo. Alciatus in tractat. de præſumptioni-
bus, regul. tertia. præſumptione vigeſimaſexta. numero
quarto. verſicu. nono. declara. Coraſius libro tertio miſcel-
la. iuris. capit. v. numero tertio. & Antonius Gabriel in libro
primo



primo concluſionum, in tit. de præſumptionibus, concluſio-
ne decimaquinta. numero vigeſimoquarto. Hoc ſane caſu,
ceſſat illa diſpoſitio turpis quæſtus.

Declaratur ſextò, vt nõ procedat hæc præſumptio, quan-
39 do † mulier adminiſtraſſet bona alicuius. Nam etſi regula-
riter non præſumatur, adminaſtrator acquiſiuiſſe ex bonis
adminiſtratis, vt ſuo loco dicemus: attamen hoc caſu præſu-
mitur mulierem potius acquiſiuiſſe, quam ex turpi quæſtu,
Ita reſpondit Alex. in conſi. lxxxij. nu. 14. lib. ij.

Declaratur ſeptimò, vt non procedat hæc præſumptio,
40 quando † maritus traduxit ſe ad vxorem: atque ita cum iuit
ad domum vxoris. Nam tunc deinde ab ea quæſita, præſu-
muntur ex bonis proprijs, non autem mariti quæſita. Ita Sa-
licetus in l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito, Socinus
Senior in conſilio centeſimovigeſimooctauo, columna ſe-
cunda. verſicu. ſecundo. pro hoc accedit libro primo, quos
ſecutus eſt Craue. in conſilio ſexageſimoprimo. numero ſe-
ptimo. verſi. tertiò dicitur. Et idem affirmauit Anto. Gabr.
in d. concluſio. xv. nu. 23.

Declaratur octauò, vt non habeat locum hæc præſum-
41 ptio, quando † mulier habebat proprietatem rei: & deinde
finito vſufructu, illa eſt conſolidata cũ eo. Ita declarat Ga-
briel in dicta concluſione decimaquinta. in fin. ex ſententia
Caſſanei in commentariis ad conſuetud. Burgundiæ. Quæ
ſane declaratio de re clara & certa eſt, in qua ceſſat omnis
ſuſpicio.

Declaratur nonò, vt non procedat hæc præſumptio quo
42 † ad recuperationem bonorum. Et ſi enim eſſemus in caſu
dict. l. Quintus; attamen maritus, vel eius ſucceſſores, non
poſſent recuperare bona ipſa acquiſita, ſed ſolummodo pre-
tium numeratum. Ita Bartolus in l. vxor marito. numero 3.
C. de donation. inter virum & vxorem. & in l. ſi inſtrumenta.
& ibidem Ioan. de Platea. C. de fide inſtru. & iure haſtæ fiſ-
cal. libro decimo. Baldus in conſilio trecenteſimoquinqua-
geſimooctauo, ſupur eo, quod quæritur. colu. ij. libr. ij. & in
conſil. lxvj. Punctus talis eſt, in libro cataſtri. libro quinto.
Signorol. in conſilio cxxij. numero quarto. & in conſilio
cxxvj. Crottus in l. frater à fratre. numero 120. ff. de cõdict.
indeb. Ioan. Lupus in rubrica extra de donatio. inter virum
& vxorem. §. lx. numero vigeſimo. Alciatus in dict. præſum-
ptione vigeſimaſexta. numero quarto. verſicul. octauo in-
tellige. Ripa libro tertio, reſpon. capit. quarto. in fine. Ber-
trandus in conſilio centeſimononageſimooctauo, libro pri-
mo. Boerius in quæſtio. octuageſimaprima. numero quinto.
in fine. Coraſius in libro tertio. miſcella iuris. capitul. quin-
to. nu. 7. Craue. in conſilio octuageſimoprimo. nu. 4. & An-
tonius Gabriel. in d. concluſ. xv. nu. 14.

43 Et huius ſentẽtiæ ea eſt ratio, quia † res à te empta ex pe-
cunia mea, nõ efficitur mea, ſed tua, ego verò à te pecuniam
repetere poſſum. l. j. C. ſi quis alteri vel ſibi. & in ſpecie pro-
bat. l. multum. eo. tit.

Declaratur decimò & vltimò, vt locum non habeat hæc
44 præſumptio, † quò ad iudicium poſſeſſoriũ: Nam in eo iudi-
cio obtinebit mulier. Ita Baldus in l. ſi vxorem. numero ſe-
ptimo. C. de condit. inſertis. Socin. Senior in conſilio
cxxxj. columna ſecunda. libro primo. Alciatus in dict. præ-
ſumptione vigeſimaſexta. numero ſecundo. verſicul. quintò
declara. Ioan. Lupus in dicta rubric. extra, de donation. in-
ter virum & vxor. §. ſexageſimo. numero vigeſimoprimo.
Neuizan. libro quarto. ſyluæ nuptia. numero vigeſimoter-
tio. verſicul. octauo limita. & Antonius Gabriel in dicta
concluſio. decimaquinta. nume. decimonono. Et hanc qui-
dem declarationem comprobat Alciatus præcitato in loco
ſimili traditione Baldi in l. cum oportet in princip. C. de
bonis quæ liberis, cum dixit, quod filius habitans ſeorſum
à patre, eſt tutus in poſſeſſorio, quod ſcilicet bona, quæ
poſſidet, non ſint profectitia. Qua de re diximus in ſuperio-
re præſumptione.

Hanc declarationem veram eſſe intelligit Alciatus, quan-
45 do vxor † ſola poſſideret, aliàs ſi poſſideret vna cum marito,
præſumeretur potius poſſeſſio ipſius mariti: & ipſam vxo-
rem iure familiaritatis poſſidere, ſecundum Alex. poſt alios
in l. qui iure familiaritatis. numero 7. ff. de acq. poſſ. & tra-
dit Baldus in l. ob marimtorum. C. ne vxor pro marito. &
in ſpecie idem ſcripſit Coraſius in lib. iij. miſcella iuris. c. v.
num. 2. Hæc traditio (inquit Alciatus) eſt egregia extenſio
ad dict. l. qui iure familiaritatis, vt ille, qui habet titulũ præ-
ſumatur poſſidere iure familiaritatis, quando ſcilicet ille ti-
tulus iuris pręſumptione ad alium ſpectat: ſicuti in caſu no-
ſtro titulus, quem habet mulier pertinet ad maritum præ-
ſumptione iuris. ex d. l. Quintus.

## PRAESVMP. LII.

Acquiſita ab adminiſtratore bonorum Principis, vel Reipublic. quando præſumantur quæſita propria pecunia vel illa principis & Reipublic.

### *SVMMARIVM.*

1 *Adminiſtrantem res principis vel Reipub. ex publicis pecuniis dicatum præſumi.*
*Contraria opinio refertur. nu. 4.*
*Tertia opinio. nu. 6.*
*Quarta opinio. nu. 7.*
*Quinta quod ad iudicis arbitrium recurrendum ſit. nu. 8.*
2 *Adminiſtrator Reipubli. adminiſtratori eccleſiæ æquiparatur.*
3 *Prælatus eccleſiæ adminiſtrator, ex bonis eccleſiæ præſumitur acquiſiuiſſe.*
5 *Præſumptio bona & boneſta in dubio ad delictum euitandum ſumenda eſt.*
9 *Vaſallum in dubio, ex propria induſtria, non ex bonis feudalibus acquiſiſſe.*

RECTE ſuperiori præſumptioni annectitur hæc,
quando ſcilicet acquiſita ab adminiſtratore bo-
norum principis, aut Reipu. præſumantur quæ-
ſita propria pecunia, vel illa principis, vel Rei-
publi. Qua quidem in re extant interpretum opiniones.
Vna fuit Accurſij in l. facultas. C. de iure fiſci. libro x. qui
1 affirmauit, adminiſtratorem † hunc præſumi diuitem effe-
ctum atque ita acquiſiuiſſe ex publicis pecuniis. Hanc opi-
nionem ſecuti ſunt Bald in l. ij. num. 12. C. de hæred. vel act.
vend. & in c. j. num. 4. de contentio. inter dom. & fidelem de
inueſt. feudi. vbi & de ipſo vaſallo ita ſcribit & Coraſius lib.
iij. miſcella iuris. cap. v. num. 6. Et ij adducti ſunt illo tex. d.
l. defenſionis facultas. Qui quidem non probat. Secundò vſi
2 ſunt ea ratione & argumento, quod † adminiſtrator Reipu-
blicæ æquiparatur adminiſtratori eccleſiæ, ſicuti ipſa Reſ-
publ. eccleſiæ comparatur. l. vlt. C. de ſacroſ. eccl. At qui iu-
3 ris eſt præſumptio, quod † prælatus eccleſiæ adminiſtrator,
acquiſierit ex bonis eccleſiæ vt in ſubſequenti præſumptio-
ne dicemus. Ergo idem dicendum eſt in adminiſtratore
Reipublic.

Cæterùm rationem hanc confutant Baldus in capitul. j.
numero quarto. de contentione inter dom. & fidelem de
inueſtit. feudi. & Dec. in conſil. vj. numero 1. & in conſil.
cclxxv. in fi.

Tertiò moti ſunt argum. l. Quintus. ff. de donatio. inter
virum & vxorem. de qua ſuperiore præſumptione diximus.
Verum longa eſt differentia inter caſum d. l. Quintus, &
hunc noſtrum, Ille enim eſt de præſumptione honeſta. Hic
de turpi.

4 Secunda eſt opinio † præcedenti contraria, quòd imò hic
adminiſtrator nõ præſumitur effectus diues, atque ita acqui-
ſiuiſſe ex pecunia Reipubli. Qua in opinione fuerunt Bart.
in d. l. facultas. C. de iure fiſci lib. x. Baldus in l. quiſquis. in
fin. C. ſi cert. pet. & in l. ſi defunctas. C. arbitrium tutelæ. in
l. cum oportet. in princ. nu. 13. C. de bonis, quæ liberis. Dec.
in conſ. vj. nu. 1. & in conſ. clxxv. in fin. Benuenutus Straccha
in tract. de mercatura, par. iiij. nu. 37.

Et ij quidem ea ratione primùm moti ſunt, quia in du-
5 bio † præſumptio bona & honeſta ſumenda eſt, vt delictum
euitetur. l. merito. ff. pro ſocio. confert. capitul. quod in du-
biis. Et confert quod ita dicimus in tutore, qui non præſu-
mitur ſubtraxiſſe bona pupilli, cuius tutelam & adminiſtra-
tionem geſſit: ſed tantummodo tenetur reddere rationem
adminiſtratæ tutelę, & reſtituere, qđ apud ſe habebit. l. ſi de-
functus. C. arbitrium tutelæ, & explicauimus ſupra in præ-
ſump.... Præterea accedit quod non reperitur (ait Baldus in
d. l.

d.l. cum oportet.) iure cautum, ita eſſe contra hunc adminiſtratorem præſumendum. Et ob id contenti eſſe debemus pænis legalibus, iuxta l. qui ſine vſuris. ff. de nego. geſt. & l. ſtipulatio. de verbo. oblig. legalis autem pæna eſt, vt ſi appareat hunc adminiſtratorem ſubtraxiſſe, puniri debeat. Non tamen ita ſtatim dicere debemus, eum ſubtraxiſſe.

6 Tertia fuit † opinio Io. de Platea. in d.l. facultas, in verſi. ſane. in fine. C. de iure fiſci, libro x. qui ſic diſtinxit; Aut hic publicus adminiſtrator eſt ex his, qui prohibiti ſunt negotiari & contrahere, & tunc præſumitur iniuſte acquiſiuiſſe. l. non licet. ff. de contrah. empt. & l. quiſquis. C. ſi certum pet. Verùm caſus iſte non conuenit noſtro, ſi recte perpendatur. Aut eſt ex his, quibus permiſſum eſt contrahere & negotiari, & pecuniæ publicæ adminiſtratio apud eum non eſt: & tunc (inquit Platea) non præſumitur acquiſiuiſſe ex pecunia publica. l. Præſidis. ff. ſi certum petat. Hic caſus extra rem noſtram eſt. Aut (ait Platea) eſt ex his, quibus eſt conceſſum contrahere & nogotiari, & apud eum erat adminiſtratio pecuniæ publicæ, & de adminiſtratione ipſa reddidit bonum computum. Hoc caſu (inquit Platea) non præſumitur acquiſiuiſſe ex pecunia publica. Et hunc caſum admittit etiam in ſpecie Baldus in d. cap. j. numer. 4. de content. inter dom. & fidelem. Et hic quidem caſus nil penè ad rem noſtram pertinere videtur: cum ſit de re clara. Aut (inquit Platea) nullam reddidit rationem: Et tunc præſumitur acquiſiuiſſe ex pecunia publica. Hic caſus ille eſt, qui in controuerſiam venit. De quo quidem ipſe Platea ſenſit cum gl. in d.l. facultas.

7 Quarta fuit † opinio Ripæ in l. ſi ventri. §. eorum in fine. ff. de priuilegio credit. qui viſus eſt ita diſtinguere. Aut dicimus, quod adminiſtrator & officialis iſte, dum exercuit officium factus eſt diues, atque ita multa acquiſiuit. Hoc caſu dicendum non eſt, quod præſumatur id feciſſe ex bonis fiſci: cum præciſe hoc lex non præſumat. Ita procedit ſecunda illa opinio Bart. Baldi & ſequacium. Aut dicemus, adminiſtratorem hunc præſumi factum diuitem cauſa officij, ſiue modo ex bonis fiſci, ſiue priuatorum. Et hoc caſu dicendum eſt, quod ita præſumitur effectus diues. Verum nec opinio hæc, ſatis tuta eſt.

8 Quinta & vltima fuit † opinio Lucæ à Penna in d.l. facultas. in fine. C. de iure fiſci. libro x. qui tandem hoc iudicis arbitrio relinquendum eſſe cenſuit, vt is pro qualitate perſonæ adminiſtratoris officialiſque arbitretur, an is acquiſierit, ex propriis bonis, vel ex publicis. Et propterea ad coniecturas (ait Lucas) recurrendum eſt. Id quod docuit & Baldus in d.l. cum oportet. in princ. numero decimotertio. in fin. C. de bonis, quæ liberis. Ita quoque Bartolus in tract. de duobus fratribus. numero quinto declarando, quando officialis præſumatur factus diues ex pecunia publica, inquit, eſſe recurrendum ad coniecturas. Perpendet autem iudex quod ſi adminiſtrator iſte habebat aliqua bona, & erat ita induſtrius & diligens, & adminiſtratio tenuis erat, quod veriſimiliter non ex bonis publicis, ſed ex propriis adhibita propria induſtria, acquirere potuerit. Et tunc exiſtimare poterit, ex bonis publicis non acquiſiuiſſe. Si verò econtra erat is admodum inops & negligens, & tamen effectus eſt adeo diues, vt veriſimile non ſit acquiſiuiſſe propria induſtria, & bonis ſuis, tunc dicendum eſt, præſumi quæſiuiſſe ex bonis publicis. Porrò quando res eſſet admodum dubia & coniecturis diſcerni non poſſet, quomodo acquiſierit, retinenda erit ſecunda illa communis opinio, quod ſcilicet præſumendum non ſit, quæſiuiſſe ex bonis publicis, ſed ex propriis.

His diffiniri poterit & illa traditio Iſerniæ in c.j. numero quinto. de controuerſ. inter maſculum & fœminam, quam ibi multum commendat Afflictus. nume. 28. cum dixerunt, vaſallum in dubio non præſumi acquiſiuiſſe de bonis feudalib. ſed ex propria induſtria. Ex prædictis enim traditio hæc explicari poteſt.

## PRAESVMP. LIII.

### Acquiſita à clerico & eccleſiæ Prælato, ex quibus bonis quæſita præſumantur.

*SVMMARIVM.*

1 *Prælatus aut clericus non habens, alia bona, vel officium aut exercitium omnia ex bonis eccleſiæ præſumitur acquiſiuiſſe.*
2 *Clericus vltra bona eccleſiæ patrimonium habẽs, aut officium, vel exercitium, ex eo bona non eccleſiæ, ſed ſibi acquirit.*
*Idque præſertim ſi bonæ vitæ ſit. nu. 3.*
4 *Prælatus habens bona eccleſiæ, quæ tamen exigui ſint reditus patrimonialia vero opulenta ſatis, ex illis præſumitur acquiſiuiſſe, & è conuerſo.*
5 *Prælatus tum patrimonium ſatis amplum habens, tum bona eccleſiæ magni reditus, tam ex eccleſiæ bonis, quam proprijs præſumitur acquiſiuiſſe.*
6 *Prælatus ad officium non promotus, ſed certam tantum habens penſioſionem, non præſumitur ex bonis eccleſiæ acquiſiuiſſe.*
7 *Prælatus de quo non conſtat an bona propria habuerit, vel officium ex quo potuerit ditari, bona poſt prælaturam adeptam ex bonis eccleſiæ præſumitur acquiſiuiſſe.*
*Quid autem, ſi dubiũ ſit, vtrum ante vel poſt prælaturam, acquiſiuerit.*
*Opinio prima eſt, vt hæredibus prælati in poſſeßione exiſtentibus pro eis ſit præſumptio.*
*Secus ſi eccleſia poßideat. nu. 9.*
*Contraria eſt aliorum opinio, indiſtincte ex bonis eccleſiæ cenſeri acquiſitum. nu. 10.*
11 *Prælatum tempore quo dignitatem aſſequitur, teneri conficere inuentarium de rebus quæ ex patrimonio alióve titulo habet, ſecundum Bald.*
12 *Prælato conſtituente fratrem vel conſanguineum adminiſtratorem eccleſiæ ſuæ, vtrum bona acquiſita ab eo, ex reditibus eccleſiæ præſumantur. & nu. 13.*
14 *Conſanguinitatis coniectura, in prælati conſanguineo contrahente circa bona eccleſiæ, vtrum ad arguendam fraudem ſufficiat.*

CONVENIT vt hoc loco diſſeramus, quando bona acquiſita à clerico & Prælato eccleſiæ, præſumãtur acquiſita ex bonis vel eccleſiæ, vel propriis. Qua quidem de re, cum plura ſcripſerim in commentariis de arbitrariis iudicum lib. ij. caſu cxcv. pauca huc afferre ſtatui. Diſtinxi illo in loco quatuor caſus.

1 Primus eſt, quando clare conſtat clericum † alia bona non habuiſſe, quam illa eccleſiæ, nec aliquod officium vel exercitium, vt inde aliquid lucrari poſſet. Hoc caſu dixi in d. caſu cxcv. nu. 3. præſumi acquiſita ex bonis eccleſiæ. Et huius ſententię commemoraui Abbatem, Romanum & Socinum ſeniorem. His nũc accedunt Lapus in alleg. cxiij. nu. 1. Corneus in conſi. cccxiiij. nu. 4. lib. iij. & in conſ. lxxix. nu. 3. lib. iiij. Cæpolla in conſi. lj. col. pen. verſ. ſed vbi Prælatus, in ciuilibus. Barb. in cõſ. lxix. col. pen. lib. iij. Decius in cõſ. lxxv. in fi. Lucas à Pẽna in l. facultas. in fi. C. de iure fiſci. lib. x. Alciat. in reſp. xviij. nu. 1. Ripa in l. ſi neutri. §. eorum. in fi. ff. de priuil. credit. Boer. in q. lxxxj. nu. 6. & apertius Neuiz in conſi. xcix. nu. 25. & Didac. in c. j. nu. 6. de teſt.

Et ij quidem moti ſunt ex c. j. de teſta. & c. j. de pecu. cler. & argumen. l. Quintus. ff. de dona. inter virum & vxo. & apertè probat cap. j. xij. q. iij. Et hoc in caſu non habetur ratio, quòd ſit clericus, vel eius hęres in poſſeſſione. Non enim poſſeſſio præſumptionem hanc tollit: ſicuti tradunt Præpoſ. in c. ſint manifeſtæ. nu. 4. in fi. xij. q. j. & Neuiz in d. cõſ. xciij. num. 25.

Secundus eſt caſus, quando clericus vltra bona eccleſiæ
2 habebat † bona patrimonialia, vel officium, vt in curia Romana, vel exercitium, vt quia erat Doctor, & publice docebat, & cõſtat ab eo quæſita, fuiſſe quęſita ex propriis bonis, vel induſtria, non autem ex bonis eccleſiæ. Hoc in caſu verſamur in claris. Nam illi non autem eccleſiæ acquiritur. Ita ſcripſi in d. caſu cxcv. nume. 4. & 5. Addo nunc multos ita in ſpecie affirmantes. Ita ſane Corneus in d. conſ. cccxiiij. nu. 4. lib. j. Cæpolla in d. conſi. lj. col. pen. Præpoſitus in d. c. ſint manifeſtæ. col. j. verſic. aut tempore promotionis. nu. 12. q. j. Idem ſenſit Capra in cõſ. xx. nu. 3. & manifeſte Didacus in c. j. nu. 10. de teſta. & Alcia. reſp. xviij. num. 1. verſic. tertio pro
3 eadem. Et hic quidem caſus maximè procedit, quãdo † prælatus eſt bonæ vitæ. Nam pro eo multum præſumitur, ſicuti in ſpecie reſpondit Corneus in d. conſ. ccxiiij.

4 Tertius eſt caſus, quãdo † Prælatus habebat bona propria



& eccleſiæ, vt ſupra, ſed tamen bona eccleſiæ erant modici reditus, & reditus patrimonij ſatis opulenti. Hoc caſu præſumitur, quod acquiſita ſint ex bonis propriis: & econtra quando bona eccleſiæ ſunt multa, illa verò patrimonij modica, præſumatur, quod acſiquiſita ſint ex bonis eccleſiæ. Ita Præpoſ. in d. c. ſint manifeſtæ. col. ij. verſi. & in dubio, ſi non apparet.

5 Quartus eſt caſus, quando † prælatus habebat bona propria & eccleſiæ, vt ſupra, & tam bona eccleſiæ quam propria tot ſunt, vt veriſimiliter ita ex propriis quam ex illis eccleſiæ, acquirere potuerit. Et non cõſtat ex quib. bonis acquiſierit. Hoc caſu præſumitur acquiſiuiſſe tam ex bonis eccleſiæ, quam ex propriis. Et propterea iudicis arbitrio diuidi illa debent inter eccleſiam & hæredes Prælati. Ita auctoritate multorum ſcripſi in præcitatis commentariis de arbitra. iud. lib. ij. caſu cxcv. nu. 7. Eiuſdem ſententiæ addo nunc Præpoſ. in d. c. ſint manifeſtæ. col. ij. verſi. ſi verò vtrumque. Neuiz. in conſi. xciij. nu. 21.

6 Quintus eſt caſus, quando clericus non fuit † promotus ad aliquod beneficium, ſed habebat ſolummodo aliquam penſionem, vel ſalarium, aut vicariam temporalem in eccleſia. Hoc caſu non præſumitur, quod illa à ſe deinde quæſita acquiſierit ex bonis eccleſiæ. Ita Præpoſ. in d. c. ſint manifeſtæ. col. j. verſ. ſecus in ſolum ſimplex. xij. q. j. Alexander in conſ. cxvj. nu. 3. lib. vij. & Neuizan. in conſi. xciij. nu. 25.

Sextus eſt caſus, quando eſt dubium † an Prælatus alia bona, quàm illa eccleſiæ habuerit, vel aliquod officium, ita vt acquirere potuerit ex propriis bonis, vel ex bonis eccleſiæ, & conſtat bona acquiſita fuiſſe poſt aſſecutam prælaturam & beneficium.

Hoc in caſu præſumuntur ex bonis eccleſiæ acquiſita. Ita ſcribunt Abbas in capitul. cum eſſes. numero 24. in fine. de teſtam. Socinus Senior in conſilio xcj. columna tertia verſi. confirmatur hoc in caſu libro tertio. quos ſecutus ſum in dict. caſu cxcv. numero nono. Eiuſdem ſententiæ nunc addo Dynum in capitul. ratum. in fine. de regul. iuris in ſexto, Lucam à Penna in leg. tertia, columna quarta. verſicul. ſeptima præſumptio. C. de apochis publ. lib. x. & in l. facultas. in fine. C. de iure fiſci. lib. x. Præpoſ. in cap. ſint manifeſtæ. num. 3. 12. q. j. Ioan. Lupus in rub. extra de donatio. inter virum, & vxo. §. lx. num. 16. in fine. & nume. decimoſeptimo. Didacus in cap. j. nu. 6. in fine.

8 Septimus eſt caſus, quando † eſt dubium an prælatus alia bona quàm illa eccleſiæ habuerit, & dubium etiam eſt, an bona acquiſita fuerint ab eo quæſita ante prælaturam, vel poſt? Hic caſus multum dubitationis habet. Nam Goffredus in ſumma de ſucceſſionibus ab inteſtato diſtinguit,
9 † quod aut hæredes Prælati ſunt in poſſeſſione ipſorum bonorum, & tunc præſumitur, quod bona quæſita fuerint ante prælaturam, & propterea onus probandi contrarium, incumbit eccleſiæ. Aut verò eccleſia eſt in poſſeſſione, & tunc pręſumitur bona acquiſita fuiſſe poſt ſuſceptum beneficiũ, & prælaturam, atque ita contrarium probare tenentur hæredes Prælati. Hanc Goffredi diſtinctionem probarunt Abbas in c. j. de teſt. & in c. iij. in fine. de pecul. cler. Rom. in conſi. clix. col. pen. verſic. tertio caſu. Cardinalis Zabarella in conſi. lxxix. col. ij. Barba. in c. j. in fi. de peculio cleric. Salice. in auth. licentiam. C. de epiſ. & cler. Dec. in l. vlt. nu. 53. C. de edicto Diui Adria. tollen. Ripa in c. ſæpe. col. j. verſic. ſextum eſt. de reſt. ſpol. Bertachinus in tractat. de epiſcopo. lib. iiij. parte. iiij. nu. 6. Alciatus in conſ. j. nu. 19. verſ. quartò. reſpondeo. Cattelianus Cotta in memoral. in verbo, poſſeſſionis cõmoditas, & Tiraquellus in tracta. de iure primigen. q. xvij. opinione. xj. nu. 8. Et hos quidẽ ſecutus ſum in commentariis de arbitrariis iudicum. lib. ij. caſu. cxcv. in fine. & accedit Rota Romana referente Putheo in deciſ. ccxxviij. lib. ij. quæ ob id ait, ſic poſſe definiri illud dubium, quando ius patronatus acquiſitum à clerico, dici debeat ſæculare, vel eccleſiaſticum. Et ij quidem adducti ſunt notabili tex. c. j. xij. q. v. vbi Diuus Gregorius tertius, cenſuit, bona illa non eſſe auferenda à legataria illius Conſtantini Epiſcopi teſtatoris, niſi eccleſiæ actores probauerint, poſt ipſam dignitatem à Conſtantino acquiſita fuiſſe.

Cæterùm Didacus in c. j. num. 9. de teſta. ſcribit. d. c. j. xij. q. v. fuiſſe deſumptum ex Diuo Gregorio lib. x. epiſtolarum xliij. epiſtola, ad Deodatum epiſcopum Mediolanenſem. Quo ſanè in loco non tam motus eſt Diuus Gregorius ex præſumptione ducta à poſſeſſione legatariæ, quàm quod fama perlata fuerat ad ipſum Diuum Gregorium, illa bona fuiſſe acquiſita à Conſtantino ante epiſcopatum.

Contrariam opinionem, quod ſcilicet præſumantur hoc
10 in caſu bona acquiſiti † ex bonis eccleſiæ, etiamſi Prælati hæredes poſſideant, affirmarunt Ioan. Andreæ, Butrius, Zabarella, Imola & Abbas in capitul. iij. de peculio cler. Henricus Boic. in capitul. vltim. eo. Ancha. Imola in capitul. primo. de teſta. Baldus in authen. licentiam. C. de epiſcopis, & cler. & ibidem Alber. Aretinus in conſilio xxxj. columna penultima Barba. in capitul. primo. numero ſecundo. de teſtamen. Corneus in conſil. cccxiiij. libro tertio, qui communem eſſe aſſeruit. Socin. Senio. in conſilio xcj. colum. iij. lib. tertio quos ſecutus eſt Didacus in dicto. cap. primo numero nono. de teſtam. idem ſenſit Afflict. in capitul. primo. numero 28. de controueſ. inter maſculum, & femin. Et ij quidem adducti ſunt ex dicta auth. licentiam. C. de epiſcop. & cler. ibi, quæcumque ante epiſcopatum probatus fuerit habuiſſe.

Verùm intelligi poteſt, quando Epiſcopi hæredes non ſunt in poſſeſſione ipſorum bonorum. Ita euitari poteſt. tex. capitul. ſint manifeſtæ. xij. quæſt. prima. qui adduci ſolet in illis verbis: ea, quæ epiſcopi eſſe probantur. Tertiò & me-
11 lius affertur ratio à Baldo, Didaco & aliis; quod † Prælatus tenetur tempore quo dignitatem illam conſequitur, conficere inuentarium earum rerum, quas ipſe ex ſuo patrimonio alióve titulo habet. capitul. Siracuſanæ. xxviij. diſtinct. capitul. manifeſta. & capitul. ſint manifeſtæ. xij. quæſtion. prima. & tradit Abbas in diſput. tertia. in quarto dubio. ſi ergo Prælatus ipſe non confecit hoc inuentarium, præſumptio fraudis non ceſſat, quin ſcilicet acquiſierit ex bonis eccleſiæ.

Octauus eſt caſus, quando bona hæc fuiſſent empta à
12 fratre, vel conſanguineo ipſius Prælati, † qui eum procuratorem, & adminiſtratorem bonorum ſuæ eccleſiæ conſtituerat. Hoc ſanè caſu bona illa acquiſita, non præſumi quæſita ex bonis eccleſiæ ſcripſit Alciatus, in Tractat. de præſumption. regul. prima præſumptio. xxix. in fine. quo non diſſentit Didacus in dicto capitul. primo. numero decimo. verſicul. quibus illud. de teſtam. Et idem reſpondit ipſemet Alciatus in reſpo. xviij. numero primo. Qui quidem ea ratione, & argumento motus eſt, quia ratio illa capitul. primi de peculio cleric. quod ſcilicèt Prælatus non poteſt negotiari, ceſſat in procuratore, & adminiſtratore, qui poteſt aliundè lucrari. l. ſi defunctus. C. arbitrium tutelæ. Verùm ratio hæc leuis eſt, cum euenire idem poſſit in prælato, qui ex officijs, vel aliquo honeſto exercitio, vt puta profitendi munera, lucrari iuſtè poteſt. Et vere, data terminorum paritate, nulla extat differentia inter Prælatum, & eius procuratorem. Quocircà rectè Didacus præcitato in loco, admo-
13 nuit, † iudicem attente ac diſcretè perpendere debere, an ex hoc fraus fiat eccleſiæ. Nam ſicuti ſolent perſæpe Prælati ementes ex pecunia eccleſiæ, conſcribi facere inſtrumenta acquiſitionum, ſub conficto & ſuppoſito conſanguineorum nomine, vt tradit Abbas in c. cum ſit generale. de foro compet. Ita facilè ij concedunt adminiſtrationem bonorum eccleſiæ ſuis ipſis conſanguineis, vt cum graui eccleſiæ detrimento ditentur opulentique fiant. Et quamquam hæc con-
14 iectura † conſanguinitatis ad arguendam fraudem non ſufficiat, vt in ſpecie reſpondit Alciatus in d. reſp. xviij. nu. 2. tamen coniuncta coniectura augmento acquiſitorum bonorum abundè ſatis ſufficere videtur. Et in ſpecie ſic ſentit Prępoſitus in c. epiſcopus. nu. 1. 12. q. j.

## PRAESVMP. LIIII.

### Quando fraus à Prælato commiſſa præſumatur in alienatione bonorum eccleſiæ, facta in proprios affines & ſanguine coniunctos.

*SVMMARIVM.*

1 *Alienatio bonorum Eccleſiæ facta à prælato in conſanguineos ſuos, obſer-*

uata ſolennitate requiſita, & in vtilitatem Eccleſiæ, valet & conſiſtit.
2 Prælatus Eccleſiæ vt ex bonis Eccleſiæ eleemoſynam largiri ſuis poteſt, ita & alienare in eos, cum Eccleſia non defraudetur.
3 Exequutor teſtamenti in electione pauperum, poteſt eligere ſanguine ſibi coniunctos.
4 Alienationem bonorũ Eccleſiæ factam à prælato in conſanguineos ſuos, præſumi in dubio factam in fraudem Eccleſiæ.
5 Epiſcopi circa nepotes & conſanguineos cæci dicuntur.
6 Papa conferens beneficium conſanguineo, præſumitur motus affectione ſanguinis, non reuelatione ſpiritus.
7 Papa quando peccet alienando bona Eccleſiæ in conſanguineos ſuos.
8 Emphyteuſim vel infeudationem nouam, conceſſam à prælato conſanguineis præſumi fraudulentam.
9 Prælatus eſt vſuarius, vel vſufructuarius tantum bonorum Eccleſiæ,

QVOD in fine præcedentis præſumptionis diximus, efficit, vt hic diſſeramus, quando præſumatur fraus in alienatione bonorũ eccleſiæ à prælato, facta in proprios affines & ſanguine coniunctos. Qua quidem in re duo caſus diſtinguendi ſunt.
1 Primus eſt, quando † conſtat alienationem fuiſſe factam
in eccleſiæ vtilitatem, & obſeruatas fuiſſe ſolennitates à le-
ge requiſitas. Hoc ſanè caſu ceſſat omnis præſumptio & ſu-
ſpicio fraudis, & alienatio ipſa valet, ac ſi ciui extraneo
facta fuiſſet. Ita ſenſit Barto. in auth. quibuſcunque. C. de ſa-
croſan. ecc. Feder. de Senis in conſi. lij. Quidam Prælati. Ab-
bas in conſi. xlj. nu. 3. lib. j. quos ſecutus eſt Alc. in tracta. de
præſump. reg. j. præſump. xxix. nu. 4. & alios congeſſi in cõſi.
lxxix. nu. 19. lib. j. vbi auctoritate multorum probaui, Præ-
latum æquè poſſe, ſuis conſanguineis concedere rem in em-
phyteuſim, vel feudum, ſicuti extraneis, modò eccleſia non
2 fraudetur. Nam ſi poteſt Prælatus † ſuis benefacere & elee-
moſinam ex bonis eccleſiæ dare. c. non ſatis. lxxxvj. diſt. & c.
quis. xij. quæſtio. ij. ita etiam poteſt in eos alienare bona ec-
cleſiæ, modo eccleſia non fraudetur. Imò laudandus eſt Præ-
latus, qui in his eleemoſinis anteponit conſanguineos extra-
neis, vt ait Gemi. in d. c. quiſquis. Et hinc dicimus, executo-
3 rem † teſtamenti in electione pauperum, eligere poſſe ex ſibi
coniunctis ſanguine. Ita Ioã. Andreæ in addit. ad Spe. in tit.
de inſtrumentorum editione. §. nunc verò aliqua in additio-
ne quæ incipit, cõtinuatur hic alia quæſtio. & Anch. in conſ.
cccxxxvj. In his dubiis. Et ſi ab his diſſentit Bald. in l. tutor
petitus. §. de excuſ. tut.
Secundus eſt caſus, quando ſumus in dubio. Hoc in caſu
4 † præſumitur facta alienatio & conceſſio, ad fraudandam ec-
cleſiam: ſicuti colligitur ex auth. quibuſcunque. C. de ſacro-
ſan. ecc. vbi Bar. Bal. & Alber. & apertius probat cap. decen-
ter. lxxxix. diſtin. & reſponderunt Barb. in conſil. xvij. col. ij.
lib. iiij. Io. Iacob. de Leonardis inter conſilia Brun. in conſi.
cxiiij. nu. 117. & Iaſ. in conſi. clxxxiij. col. vlt. verſ. non obſt.
lib. ij. Cõfert gl. c. peruenit. j. q. iij. Cũ dixit, quod Epiſcopi
5 † ſunt cæci circà nepotes & alios cõſanguineos. Hinc etiam
Bal. in l. tutor petitus. §. j. ff. de excuſ. tut. ex illo textu colli-
6 git, quod Papa † conferens beneficium conſanguineo vt ne-
poti, quem ad Cardinalatum promouet, præſumitur motus
affectione ſanguinis, non autem reuelatione ſpiritus & Bal.
ſecutus eſt Barb. in conſi. xvj. col. pe. in fi. lib. j. & in cõſ xvij.
col. iij. lib. iiij. Et ſcribit Arch. in ca. non licet. xij. q. ij. Papã
7 † peccare ſi alienat bona eccleſiæ in ſanguine ſibi coniun-
ctos, vt eos diuites efficiat. Et ad rem magis pertinet, quod
ſcripſit Alc. in d. præſump. xxix. nu. 2. ex ſententia Guid. Pa-
8 pæ nouam infeudationem † vel emphyteuſim conceſſam ab
Epiſcopo & Prælato conſanguineis propriis, præſumi factã
in fraudem eccleſiæ. Nec obſtat quod Abb. in d. conſil. xlj.
nu. 3. lib. j. diſſentire videatur, & exiſtimet. d. authen. quibuſ-
cunque loqui in œconomo, qui quidẽ non habet ita pingue
ius, ſicut Prælatus cap. j. v. q. iij. Nam reſpondetur vna cum
Alc. in d. præſump. xxix. eandem eſſe rationem in œconomo
quæ eſt in ipſo Prælato, cum ita vnus ac alter lege prohibea-
tur alienare bona eccleſiæ. Nam etſi prælatus maius ius ha-
beat ipſo œconomo, quo ad commodum fructuum, attamẽ
9 eſt † ſolummodo vſuarius, vel vſufructuarius vt poſt alios re-
ſponderunt Soc. Sen. in conſi. xxxij. col. ij. lib. j. & Bellonus.
in conſi. iij. & propterea de rebus ipſius eccleſiæ diſponere
ad libitum non poteſt.

## PRAESVMP. LV.

Quando pecunia, à Prælato mutuo ſuſcepta eccleſiæ cauſa, præſumatur verſa in ipſius eccleſiæ vtilitatem, & ibidem de aliis his ſimilibus.

### SVMMARIVM.

1 Bonis eccleſiæ pretio numerato venditis, ſi emptor ad eorum conſequutionem agit, pretium in eccleſia vtilitatem conuerſum eſſe probare debet.
Prælato autem ad recuperationem eorum agenti, probatio incumbit, numero 2.
3 Socius contractu ſuo ſocium quando obliget.
4 Pecuniam in vtilitatem Eccleſiæ conuerſam, præſumptionibus, & coniectu ris probari.
Quarum prima eſt ab indigentia, tempore pecuniæ acceptæ. nu. 5.
Alia ab adminiſtratoris ducta probitate, & integritate. nu. 6.
Tertia in ſumma modica. nu. 7.
Quarta, ſi ſatisfactum ſit cauſæ, ob quam pecunia accepta fuit. nu. 8.
Quinta quando codices adminiſtrationis haberet aduerſarius, eoſque edere recuſaret. nu. 9.
10 Dolus contra eum, præſumitur qui quod facere tenetur non facit.

PERMVLTI ſunt caſus, in quibus prælatus, qui eccleſiæ cauſa mutuo ſuſcepit pecuniã, probare debet, pecuniam illã fuiſſe verſam in ipſius eccleſiæ vtilitatem, quemadmodum copioſè diſ-
ſerui in libr. ij. de arbitrariis iudicũ. caſu ccccxxxij. Cũ verò
1 res eccleſiæ pretio numerato fuit vẽdita, † emptor ſi rem ad-
huc non eſt conſecutus, & agit, vt eam conſequatur, debet
probare pretium fuiſſe verſum in vtilitatem eccleſiæ, ſecus
2 verò ſi conuenitur à Prælato, † qui vult rem ipſam recupera-
re. Nam tunc ipſe Prælatus probat. Ita poſt Abbat. Socin. &
alios reſpondi in conſi. cxiiij. nu. 7. 8. & 9. libr. ij. Ita quoque
3 dicimus, quod ſocius † obligat ſuo contractu ſocium, quãdo
apparet, quod ab eo actum eſt, in communem ſocietatis v-
ſum, & vtilitatem eſſe conuerſum. l. iure ſocietatis. ff. pro ſo-
cio, & ibidem ſcribunt Bal. Alber. & Fulgo. & reſponderunt
Alex. in conſi. cx. in fi. lib. iij. Ruinus in conſi. xxix. nu. 4. lib.
5. & Crau. in conſil. cxxix. nu. 12. Qua quidem de re, diſſerui
in conſi. ccclxxv. nu. 4. & nu. 31.
Cæterùm dubitari ſolet, quomodo probari poſſit, pecu-
niam eſſe verſam in vtilitatem eccleſiæ, vel ſocietatis? Et di-
4 cendum poſſe probari † præſumptionibus, & coniecturis, cũ
alioqui difficilis probationis ſit, ſicuti ſcribunt Bar. in d. au-
then. hoc ius porrectum. nume. 17. C. de ſacroſanct. eccle. &
ibidem Baldus, in l. vnica. in fine. C. ſi aduerſus. cred. Caſtrẽ.
in conſi. cccxxxviij. P. imò quæritur, poſito. numero 2. lib. j.
Riminal. Sen. in l. ciuitas. col. vlt. verſ. ex quo colligitur. ff. ſi
certum peta. & ibidem Decius nu. 10. & Alciatus numer. 6.
Idem reſpondit Ruin. in conſil. cxlij. numer. 4. libro j. Quos
quidem ſecutus ſum libro ij. de arbitrariis iudicum. caſu
ccccxxxij. nu. 33.
Prima eſt coniectura, & præſumptio, quando cõſtat quod
5 † tempore acceptæ pecuniæ eccleſia, vel ſocietas, vel ciuitas
maximè indigebat ipſis pecuniis. Nam tunc præſumitur pe-
cunias verſas fuiſſe in earum vtilitatem. Ita gloſ. in dicta au-
then. ius porrectum, quam alij multi probarunt, & idem re-
ſpondit Ruin. in conſi. lxxvj. col. iiij. in fin. lib. iiij. qui com-
munem eſſe aſſerit.
Verùm ſcripſi in d. caſu ccccxxxij. num. 34. diſſentire ab
hac ſententia multos, & illis accedit Ripa in l. ſi is, qui bona.
nu. 10. ver. contrarium. ff. de pign. qui hanc eſſe communem
teſtatur. Dixi ego in d. nu. 34. vna cum Alciato, hoc eſſe iu-
dicis arbitrio relinquendum.
6 Secunda eſt coniectura, ducta à prudentia † & probitate
prælati, ſocij & adminiſtratoris, qui conſueuerunt negotia
ſuorum principalium ſumma fide pertractare. Ita ſcripſi in
dict. caſu ccccxxxij. nu. 36. ex ſententia multorum, quos ibi
recenſui.
7 Tertia eſt coniectura, cum modica ſumma † fuit mutuo
data.



data. Nam tunc præſumitur verſa in vtilitatem eccleſiæ, ſo-
cietatis, vel ciuitatis. Ita ſcripſi in d. caſu ccccxxxij. num. 37.
ex ſententia Alciati ibi commemorato.
Quarta eſt coniectura, ſi confeſtim quo mutuo data fuit
8 pecunia reperiatur † ſatisfactum illi cauſæ, ob quam pecunia
fuit accepta. Ita ſcripſi in d. caſu ccccxxxij. num. 38. ex mul-
torum ſententia. Illis accedit Baldus in conſi. cxxv. Quidam
Ioannes. col. vlt. ver. item ſi eſſet. lib. v. cum reſpondit, quod
ſi ſocius macelli emit animalia, & cõſtat eo tempore in ma-
cello fuiſſe occiſa animalia, præſumitur, quod ex illis à ſe
emptis occiſa fuerint: & propterea illa empta, fuiſſe verſa in
vtilitatem ſocietatis.
Quinta coniectura conſiderari poteſt, quando prælatus,
adminiſtrator, vel ſocius, qui aſſerit pecunias fuiſſe verſas in
vtilitatem eccleſiæ, vel ciuitatis, caret illis libris, & codici-
9 bus † adminiſtrationis, qui quidem extãt apud aduerſarium,
qui eos edere recuſat. Hoc caſu præſumitur pecunias verſas
in prædictam vtilitatem: Nam præſumptio inſurgit contra
recuſantem edere codices illos, qui alioqui edendi ſunt, iu-
xta ea, quæ tradunt Alciatus in lege prima, numero vigeſi-
moſecundo. C. de edend. & Bero. in conſilio cxcj. numero
10 trigeſimoquinto. lib. primo. Dolus † enim præſumitur con-
tra eum, qui non facit, quod facere tenetur. lege ſi procura-
torem. §. dolo. ff. mand. & reſponderunt Soci. Senio. in con-
ſilio ccxiij. numero quinto. libro ſecundo. & Crauet. in con-
ſilio cxv. numero ſecundo. & dicemus infrà libro quinto,
præſumptio. tertia, vbi de præſumendo dolo agemus. Qua-
re in eo reſponſo, quod pro Boſiis reddidi, ſcripſi, quod cum
liber adminiſtrationis ſocietatis eſſet apud reum, qui nega-
bat ſocium non cõuertiſſe lanas à ſe emptas in communem
ſocietatis vtilitatem, & recuſaret libri editionem, præſumen
dum eſſe, quod lanæ ita verſæ fuerint, alioqui facilè librum
is reus edidiſſet, tum maximè, quia id aliundè probari non
poterat.

## PRAESVMP. LVI.

Societas omnium bonorum, vel alicuius negotiationis, quando contracta præſumatur inter fratres, vel alios ſanguine coniunctos.

### SVMMARIVM.

1 Societas duobus modis contrahitur.
2 Societas expreſſè verbis claris ſtipulatione adhibita, contrahitur.
3 Societas tacitè contrahitur per actus ſociales. Idque pendet à coniecturis. nu. 4.
5 Fratres habitantes ſimul patre eorum viuo, non præſumuntur ſocietatem iniſſe.
6 Fratres vel affines plures ſimul habitantes, pupillis aliquibus ex ijs exiſtentibus nullam iniſſe ſocietatem præſumuntur.
Licet etiam vnus exceſſerit ætatem pupillarem ſit tamen minor xxv. annis habeatq; curatorem. nu. 9.
Item quamuis de eius vtilitate tractaretur. nu. 11.
7 Societatis contractus vltro vtroque obligatorius eſt, neque ex eo pupillus obligatur aut alius carens legitimo conſenſu.
Vel qui tractare negotia non poteſt. nu. 8.
10 Minor curatorem habens, ſine ipſius autoritate, neque expreſſè obligatur neque tacitè.
11 Societas quando nomine pupilli, cum alijs fratribus, à tutore contracta præſumatur.
13 Tutorem verbis autoritatem ſuam interponere debere, in quibus actibus verum ſit.
14 Societas à tutore nomine pupilli cum alijs fratribus contracta non præſumitur, ſi tutor ipſe vnus ſit ex ſocijs.
15 Societas inter fratres inita præſumitur, mandante patre vt negotiatio communi nomine exerceatur. Idem ſi pupillus maior factus, eam ſocietatem ratificet. nu. 17.
16 Prædium pupilli quod pater vendi in teſtamento mandaret, ſine prætoris decreto alienari.
18 Societas inter fratres etiam cum pupillo, inita præſumitur, quoad fructus bonorum aut lucra negotiationis.
19 Societas cum maioribus pupilli cœpta, tacitè cũ pupillo præſumitur continuata, præſertim aliquibus concurrentibus coniecturis.
20 Fratres aut affines omnes maiores, non negotiantes, ſed hæreditatẽ indiuiſam poſſidentes, ſocietatem contraxiſſe non præſumuntur.
Niſi contrariæ exiſtant coniecturæ. nu. 21.
Vel diu ſimul habitantes, communicaſſent reditus. nu. 22.
23 Fratres aut affines natu maiores omnes, ſimul habitando, ſi vnus tãtum negotietur non præſumuntur iniſſe ſocietatem.
Niſi tamen reliqui communicarent ea, quæ aliundè ſibi obueniunt. numero 24.
25 Fratres aut affines omnes maiores, negotiando, lucra communicando, contraxiſſe ſocietatem præſumuntur, quo ad illam negotiationem. Non autem quo ad reliqua. nu. 28.
Nec refert quod diuerſas negotiationes exerceant, dummodo lucra communicent. nu. 32.
26 Familiæ erciſcundæ iudicio ea tantum veniunt, quis qua facit vt hæres.
27 Communi diuidundo iudicium, ad diuidendum tantum, non etiam communicandum datur.
29 Actus voluntarij vltra quam geruntur, non extenduntur.
31 Fratres aut affines, quando negotiando & lucra communicando præſumantur ſocietatem iniſſe quo ad omnia bona, prædia ſcilicet & ſimilia.
Idque ſi eorum communi conſenſu bona poſita ſint in cataſtro ſeu communi æſtimo. nu. 32.
Vel id conſtet ex aliqua confeſſione extraiudiciali. nu. 33.
Item ſi longo tempore tanquam communia poſſederint. nu. 34.
Aut ex communi pecunia aliqua prædia empta ſint. nu. 35.
36 Societate inita quo ad lucra negotiationis, ſi ex ea pecunia proprio nomine ſociorum vnus aliquid emat, communicare non tenetur, ſed reſtituere ſolum pecuniæ partem.
37 Fratres & affines omnes natu maiores, hæreditatem poſſidentes indiuiſam, ſimul viuendo & lucra indifferenter communicãdo, omnium bonorum ſocietatem præſumuntur contraxiſſe.
Diſſentiente tamen Caſtrenſe & alijs, niſi id expreſſe ſit dictum. numero 38.
Prior tamen opinio vt recepta, locum habet etiam in lucris dotalib. vnius ex fratribus. nu. 39.
Item lucris Doctoris, ſi ea diu habitando communicaſſet. nu. 40.
Nec referre vtrum vnus altero plus lucretur, tribus tamen concurrentibus. numero 42.
41 Taciti & expreſſi par virtus eſt.
43 Fratres natu maiores vel affines, ſimul habitando atque lucra communicando, nec ineundo rationes, quando tamen non cenſeantur, omnium bonorum iniſſe ſocietatem.
Idque primo ſi vnus ex ijs librum rationum conſcripſerit, cuius tamen effectus ſpectandus eſt. nu. 44.
Vel ſi ab initio cohabitationis & communicationis, vnus ex ijs nomine proprio emeret & cataſtro nomine proprio cæteris ſcientibus inſinuaret. nu. 45.
Idem eſt ſi omnes emant nomine proprio. nu. 46.
Denique ſi patre mortuo vel vno ex fratribus incipiat alter nouas librorum inſcriptiones ſuo nomine tantum facere. nu. 47.

IN iudiciis & foro frequentiſſima eſt hæc diſputatio, quando inter fratres, vel alios ſanguine coniunctos, qui alioqui bona habent indiuiſa, contracta præſumatur ſocietas, vel omnium bo-
norum, vel alicuius negotiationis. Quo clarius hæc explice-
1 tur tractatio prius ſciendum eſt. Societatem † contrahi duo-
2 bus modis expreſſè & tacitè. Expreſſè quando † per verba
clara, adhibita ſtipulatione contrahitur. l. ſocietatem. ff. pro
3 ſocio. Tacitè † contrahitur per actus ſociales. Ita Soc. Sen. in
conſi. iiij. nu. 1. lib. iiij. poſt à ſe commemoratos. De illa pri-
ma noſtra non eſt diſputatio. De tacita itaque diſſerendum
eſt. Hæc ſocietas, vt dicatur tacitè contracta pendet à conie
4 cturis † & præſumptionibus, vt rñderunt Bal. in conſ. ccciiij.
Non eſt nouum col. ij. lib. j. & in conſi. cccclij. lib. iij. Iaſ. in
conſi. ij. col. vj. lib. iij. Dec. in conſi. xxj. col. ij. ver. prædictis
tamen non obſtantibus. & alij plures quos ſtatim comme-
morabimus. Hac in re ſunt diſtinguendi atque conſtituendi
permulti caſus.
5 Primus eſt, quando fratres † ſimul habitant, patre eorum
viuo. Hoc in caſu non præſumitur inter eos contracta ſocie-
tas. Ita Bal. in l. cum oportet. in princ. nu. 9. C. de bonis, quæ
liberis, Roma. in conſi. cccclxx. nu. 2. verſ. non tamen dicen-
dum. Iaſ. in l. j. nu. 12. ver. ſecũdo intellige. C. qui teſta. face-
re poſſunt, & Decius in conſi. dclxx. n. 3. Ea eſt huius ſenten-
tiæ ratio, quia lucra omnia, quæ vel ex ipſa negotiatione, vel
ex bo

ex bonis ipſis aliundè obueniũt filiis,eorum vſufructus ac-
quiritur patri.d.l.cum oportet.Nil ergo affuit,quod com-
municari potuerit inter ipſos fratres.
6 Secundus eſt caſus, quando plures fratres,† vel affines
vna ſimul habitant,ſed eorũ aliqui pupilli,adhuc ſunt. Hoc
in caſu abſolutum etiam eſt,cum illis contractam non præ-
ſumi,nec eſſe ſocietatem.Ita tradunt Bart.in l.Titium.§.al-
tero.nu.5.ver.ex prædictis.ff.de administrat. tuto. in l. cum
duobus.§.idem Papinianus.ff.pro ſocio.Bal.in l.ſi patruus.
nu.15.C.communia vtriuſq; iud.idem in conſi. cclx. Vnus
videlicet Io.col.ij.lib.j.Angelus in conſi.lx.Viſo teſtamen-
to.Roma.in conſi.ccccxiij.nu.14.Caſtren.in conſi.cccl.Ex
die quo iſte.nume.1.lib.j.Alex.in conſi.xlix.num. 1.libro j.
& in conſi.xxxvij.nu.3.lib.iiij.Corn.in cõſi.j.nu.2.lib.j. &
in conſi.ccxiij.nu.3.lib.iij.Cæpolla in conſ.40.numer.1. in
ciuil.Lud.Bolog.in conſ.vij.nu.5.Barb.in conſi.xxxvij.col.
xiij.lib.ij.& in conſ.x.col.v.& col.vj.lib.iiij.Iaſon in l.j.nu.
6.C.qui teſt.facere poſſ.Soc.Sen.in conſi.clx.col.iiij.lib.ij.
Decius in l.in eo,ꝙ plus.§.pupillus.ff.de regul.iur. in conſ.
xxj.col.j.verſ.ij.in caſu. & in conſi. ccxiij. Pariſ. in conſilio
lxxxiiij.nu.8.& nu.53.lib.j.Alciatus in tract.de præſumpt.
reg.j.præſum.xxv.nu.2.Craue.in conſ.cclxxxvj.col.j.ver.ij.
licet.Et hos ſecutus ſum in conſi.xij.num.11.Hanc ſenten-
tiam probat tex.clarus.l.vt in conductionibus.ff.pro ſocio.
7 Et ratio eſt manifeſta,quia contractus † ſocietatis,eſt vltrò
citroque obligatorius.l.ſocietates contrahũtur.§.vlt.ff.pro
ſocio,ea propter pupillus,qui obligari non poteſt.l.obliga-
ri.ff.de aucto.tuto.non etiam cõtrahere ſocietatem poteſt.
Hac ratione idem dicimus in furioſo, & aliis, qui legitimo
conſenſu carent.Alciatus in d.præſum.cxv.nu.2. Idem poſt
Baldum reſpondit Barbat.in con.xxxvij.col,xij. verſ. & ad-
8 duco,quod voluit.lib.ij.Idem eſt in aliis, qui † negotia tra-
ctare non poſſunt,vt in clerico.Fede.de Senis in conſ.ccvij.
columna ſecunda,quem ſecutus ſum in conſil. xij. num. 12.
lib.j.
Extenditur primò hic caſus,vt locum etiam habeat, qñ
9 †vnus horum fratrum,vel affinium exceſſiſſet pupillarẽ æta-
tem, ſed tamen adhuc eſſet minor xxv. annis, & curatorem
haberet. Nam & tunc non præſumitur contracta ſocietas
inter eum, & alios fratres, vel affines ſuos. Ita Alexand.
in conſilio xlix. numero quarto, libro primo, & in conſilio
cliij.numero ſeptimo,libro ſecundo.Iaſon in l.j.nume.ſex-
to,ver.tertio limita.C.qui teſt.facere poſſ.Ea eſt ratio,quia
10 minor† habens curatorem non poteſt expreſſè obligari, ſi-
ne ipſius curatoris auctoritate.l.ſi curatorem habens. C. de
in integrum reſtitu.minor.Ergo nec tacitè perſeuerando in
bonorum communione.
Extenditur ſecundò, vt locum etiam habeat hic caſus,
11 †quando tractaretur de vtilitate ipſius pupilli,vel minoris.
Nam adhuc non præſumitur contracta ſocietas. Ita Baldus
in l.cum oportet.in prin.nu.9.ver.ſi autem.C.de bonis,quę
liberis.& Iaſon in l.j.nu.6.ver.amplia iſtam.C.qui teſta. fa-
cere poſſ.
12 Declaratur primò,vt non procedat hic caſus,quãdo† pu-
pillus habet tutorem,qui communicat bona, & negotiatio-
nes aliis fratribus, & fratres illi ipſi tutori, nomine ſcilicet
pupilli.Hoc in caſu præſumitur nomine pupilli tam reſpe-
ctu negotiationis,quàm omnium bonorum (ſi modò alia
habilia concurrunt)contracta ſocietas.Ita Baldus in l.ſi pa-
truus.numero 15.verſ.item dico.C.commun.vtriuſque iud.
idem in l.mandatum in ſecunda oppo. C. mand. Alexan. in
conſilio xlix.numero ſecundo,in fin.lib.j.Barba.in conſilio
x.columna vj.verſ. circa hoc eſt.libr. iiij.Corneus in conſi-
lio primo, numero octauo, libro j. Abbas in conſi.lxxxvij.
lib.ij.Iaſon in l.j.nume.vj.verſi.primò limita.C.qui teſtam.
facere poſſ.& in conſ.iij.col.ij.lib.iij. & alios plures com-
memorat Tiraq.in Tract.de legibus connub.in glo.v.num.
20.& Crauet.in conſ.cclxxxvj.col.j.verſ.ij.dico.Et probat
tex.d.l.vt in conductionibus.ff.pro ſocio.
13 Nec obſtat,quod† tutor debet verbis interponere aucto-
ritatem ſuam pro pupillo.l.j.in fin.ff.de auct.tuto. Nam re-
ſpondet Bal.præcitatis in locis, & reliqui ſequuntur; quod
in illis actibus,qui verbis expediũtur, auctoritas debet etiã
verbis interponi : ſecus verò in illis, qui factis explicantur.
Nã tunc ſufficit tacita auctoritas.arg.l.fiſtulas.§.fundum.ff.
de contrah.emp. Hæc autem declaratio locum non habet,
14 quando tutor† vel curator eſſet vnus ex ſociis.Ita Decius in
d.conſi.xxj.col.j.verſi.ſecundo.in caſu coſtro.
Declaratur ſecundò,vt non procedat hic caſu,s quando
15 pater ipſius pupilli mandaſſet,† negotiationem communi
nomine exerceri.Nam tunc contracta dicitur ſocietas, etiã
ſi alter fratrum eſſet vel pupillus, vel minor. Ita Baldus in
dicta lege cum oportet. in prin. numero nono. verſi. ſi au-
tem.C.de bonis,quæ liberis.Alexand. in conſilio xlix. nu-
mero primo libro primo.Barbat.in conſilio trigeſimopri-
mo.columna tertia libro primo, & Iaſon in dicta l.prima,
numero ſexto,verſi.ſecundò notabiliter limita.C.qui teſta.
facere poſſeſſ. Et ij quidem adducti ſunt ex l. qui negotia-
tionem.in prin. ff. de admin. tuto. Et accedit ſimile, quod
26 quando pater ſuo in teſtamento mandat aliquod† prædium
vendi à filio ſuo pupillo,vel minore; vendi illud poteſt, ſine
prætoris decreto.l.j.in prin.l.magis puto.§.ſi fundus.& §. ſi
pupillus.ff.de reb.eorum;& ſcripſi in commentariis de ar-
bitra.iudicum,lib.ij caſu clxxj.nu.lxvij.
17 Declaratur tertiò,vt non procedat,quando pupillus† fa-
ctus maior ratificaret. Alexand. in conſilio quadrageſimo-
nono,numero nono, libro primo, & Iaſon in dicta lege.
prima, numero ſexto verſicul. vltimo limita. C. qui teſta-
men.facere poſſunt. Ex lege ſi pupillus,in princip.ff.de no-
uat. Idem affirmarunt Petrus de Vbaldis in tract. de duo-
bus fratribus, in tertia parte prin. columna ij. Corneus in
conſil.ccxiij,numero primo,lib.iij.Soci. Sen. in conſi. clx.
colum.iiij.ver.reſpondeo & aliter.lib.ij.Decius in conſilio
xxj.col.prima.Crau.in conſi.cclxxxvj.col.ij.verſ. Non ob-
ſtat ſecundum.
18 Declaratur quartò,vt non procedat quo ad fructus† tam
bonorũ,quàm lucrorum negotiationis,& qui in dies conſu
muntur, in his præſumitur contracta ſocietas, etiam cum
pupillo,vel minore,Alex.in conſi.xlix.nu.4.lib.j.
Declaratur quintò, vt non procedat quando agitur de
19 †continuanda ſocietate iam cœpta, cum maioribus ipſius
pupilli.Ita Baldus in leg.ſi patruus.nume.16.C. communia
vtriuſq; iud.Corne.in conſi.j.nume. 3. lib. primo. Nec diſ-
ſentit tandem Barba.in conſi. x. colum.ix.verſi. nec obſtat
quod voluit. libro quarto, etſi ibidem columna vj. in prin.
poſt Angelum in conſi.lviij.aliter viſus ſit ſentire. Alexan.in
conſi.cxxxij.col..j.lib.v.Abb. in conſi.lxxxvij. lib. ij.Iaſon
in cõſi.iij.col.ij.lib.iij.& Crau.in conſi.cclxxxvj.col. j. ver.
ſed præmiſſis.& col.ij.ver.reſpondeo,quod.Et hæc quidem
declaratio maxime procedit, quando aliquæ coniecturæ
concurrunt,quibus coniicitur illos ætate maiores, voluiſſe
continuare ſocietatem cum pupillo,vel minore illo,quem-
admodum coniecturas aliquas ex affectione & amore ac
aliis conſiderauit Corneus in d. conſi. j. numero tertio, &
numero 4.lib.j.qui idem ſenſit,quando frater,vel affinis ne-
gotiaretur cum pecuniis pupilli. Idem apertius reſpondit
Crau.in conſ.cclxxxvj.nu.1.Nam alioqui præſumeretur de-
linquere, hoc eſt, velle conuertere pecunias illas in pro-
prium vſum ad detrimentum pupilli.
20 Tertius eſt caſus,quando omnes † ipſi fratres; vel affines
ſunt ætate maiores,& nulla negotia gerunt:ſed ſolummodò
paternam,vel maiorum ſuorũ hæreditatem indiuiſam poſſi-
dent,ſicuti contingit in nobilibus,qui ex propriis reditibus
viuunt. Hoc in caſu non præſumitur inter hos contracta
ſocietas.Ita Bart.in l.Titium.§.altero.numero 5.ver.primo
caſu.ff.de adm.tuto.idem in l.ſi patruus. nu. 9. ver. ego cla-
rius.C.communia vtriuſque iud.Angel.in l.ex tribus. ff. de
neg.geſt.& in conſ.cxiij.Vanutius:Anch.in cõſi.xxxj.Quia
quæſtio.Caſtr.in l.ſi patruus.& ibidem Salicetus & Fulgo-
ſius.C.cõmunia vtriuſq; iud.Alex.in conſi.xlix.nu.1. lib. j.
Iaſ.in l.j.nu.7.C.qui teſt.facere poſſunt.Alciat.in tracta.de
præſum.reg.j.præſumpt.xxv.ver. item fallit.& hos ſecutus
ſum in conſi.xij num.13.lib.j.vbi alios retuli. Et ij quidem
adducti ſunt l. ex parte. §. ſi filius. ff.famil.erſciſc.Et com-
probatur ex his,quæ dicemus infra in ſexto caſu.
Et hinc infertur,quod acquiſita à ſingulis horum fratrũ,
vel affinium,propria ſunt ipſius acquirentis. Rom.in conſi.
ccxcj.nu.7.in conſi.ccxiij.& Alcia.in tract.de præſum.reg.
iij.præſum.xvij.nu.2.
Declaratur primo, vt non procedat hic caſus quando
extant



21 extant † coniecturæ, quibus colligi poteſt, hos fratres, vel
affines voluiſſe contrahere ſocietatem.Ita Baldus in l. ſi pa-
truus.nume.14.ver.ſed ego dico.C.communia vtriuſq; iud.
quem ſic intellexerunt Comenſis in l. Titium. §. altero. nu.
4.ff.de adm.tut.& Iaſ.in l.j.nume.7.verſi.tu ergo.C. qui te-
ſta.facere poſſ.Idem ſenſerunt Roma.in.d.conſi. ccxcj. nu.
7.Socin.Sen.in conſi.xlvj.col.vlt.lib.iij.Pariſ.in conſi. liij.
nu.21.lib.j.Soc.Iun.in conſi.lxj.nu.3.lib.iij.& Alciat.in d.
præſump.xvij.num.2.cum dixerunt,quod ſi ij ſic vna habi-
tantes,curant à ſe quæſita reponi & deſcribi in cataſto, ſeu
æſtimo communi, cenſeri acquiſita communi, nomine at-
que ita inferre contractam fuiſſe ſocietatem.
Declaratur ſecundò,vt locum non habeat hic caſus, quã-
22 do† diu ſimul habitaſſent,& reditus communicaſſent.Nam
tunc ob temporis diuturnitatem,& communem vſum viuẽ-
di, iuncta ſanguinis coniunctione, præſumitur contracta
ſocietas.Ita Iaſon in dicta l.j.numero 7.in fine. verſicul.li-
mita ſecundo. C.communia vtriuſque iud.poſt Oldradum,
Baldum,& Albericum ibi,& Salicetum in l.ſi patruus.colu.
vlt.C.communia vtriuſq; iud.Idem affirmauit Ancharan.in
in conſi.cccij.Materia iſta.nu.4.verſ.& Baldum etiã. Et hos
etiam ſecutus eſt Iaſon in conſi.ij.col.ſexta. verſi. ij. princi-
paliter.libro iij.His accedunt Alex.in conſi.xlix.nu.6. in fi.
lib.j.Ruin.conſi.cxlj.nu.23.in fin.& Cæphal.in conſi.cccc-
lxxxiij.nu.3.lib.iiij.
Quartus eſt caſus,quando fratres, vel affines ij ſimul ha-
23 bitantes,ætate maiores quidem ſunt,ſed eorum vnus † tan-
tum negotiatur.Hoc in caſu non præſumitur cum aliis cõ-
traxiſſe ſocietatem.Ita Bartol.in dict. leg. Titium.§. altero
numero quinto. verſi.ſecundo caſu. ff. de adminiſtr. tuto.
Caſtren.in leg.ſi patruus.C.communia vtriuſq; iud. & ibi-
dem Fulgoſius.Ioan.de Anna.in conſilio.lxv.nume.1. Cor-
neus in conſi.ccxcix.numero ſecundo, libro quarto. Iaſon
in leg.prima.numero octauo.C.qui teſtam. facere poſſunt.
Ea eſt ratio quia cum non negotiantes, nihil de ſuo ponant
in negotiatione,dici nõ poteſt contracta ſocietas.leg.quin-
ta.in fin.ff.pro ſocio.Et præterea accedit,quod cum acqui-
ſita ab hoc negotiante eius propria efficiantur. l. cum duo-
bus.§.ſi inter fratres. ff. pro ſocio, & l. ſi patruus. C. com-
munia vtriuſque iud.ſequitur dicendum, non fuiſſe contra-
ctam ſocietatem, alioqui acquiſita illa effecta eſſent com-
munia.
Declaratur hic caſus, vt non habeat locum quando
24 reliqui fratres, vel affines † communicarent ea , quæ ſibi
aliundè obueniunt, vt putà bona, fructus bonorum eccle-
ſiaſticorum & ſimilia. Nam tunc præſumitur contracta ſo-
cietas cum illo negotiante, vt lucra efficiantur communia.
Ita Baldus in leg.ij.patruus.numer. decimoquinto.C.com-
munia vtriuſq; iud.Ancharanus in in conſilio cccij.Materia
iſta. numer.7.Alex.in conſ.xlix.nu.3.lib.j.& Iaſ.in l.j.num.
8.in fi.C.qui teſta.facere poſſ.Idem Iaſ.in conſi.ij.columna
vj.verſi.iij.facit.lib.iij.Idem reſpondit Cæpolla in conſi.xl.
nu.3.in ciuilib.
Quintus eſt caſus,quandò fratres vel affines iſti ſunt æta-
te maiores,& omns negotiãtur;& lucra ipſius negotiationis
25 ſimul communicant . Hoc in caſu, † præſumitur contracta
ſocietas quò ad negotiationem illam. Ita Bart.in l.Titium.
§. altero.nu.5.verſi.tertiò caſu.ff.de admi. tuto. Roman. in
conſi.ccxcj.nu.4.Alex.in conſi.cxl.nume.3.lib.j. & in conſ.
lxxvij.num.5.lib.iiij.& in conſ.cxxxij.nu.16.lib.v.Corn.in
cõſ.xxvij.nu.12.lib.ij.& in conſ.ccxcix.nu. 2.lib.iiij.Barb.
in conſ.xxij.libro ij.Socin.Sen.in conſ.lvij.numero 8.verſ.
circà ſecundã.lib.j.& in cõſ.clx.nu.5.lib.ij.Iaſ.in l.j.nu.10.
C.qui teſt.facere poſ.idẽ in conſ.ij.col.ij.ver.in præſenti,&
col.ix.verſ.non obſtat ergo.lib.iij.Dec.in conſ.xxj.nu 3.&
in conſ.dcxxviij.nu.3.Pariſ.in cõſ.lxxxiiij.nu.10.lib.j. Alc.
in tract.de præſum.reg.j.præſum.xxv.nu.2.verſ.itẽ qñ.Cra-
ue.in conſ.xxvj.nu.1.Cæphalus in cõſ.ccxlvij.nu.26.lib. ij.
& hos ſecutus ſum in conſ.xij.nu.19.lib.j. Ea eſt vrgens ra-
tio;quia actus iſti dici non poſſunt celebrati,citrà ius,& no-
men ſocietatis.Ergo ſocietas præſumitur contracta.argu. l.
pro hærede.§.Papinianus.ff.de acq.hære.Nõ enim dici po-
teſt donatio:cũ non fiant actus iſti ex liberalitate; Nã vnus
confert,quia & alij conferunt.Non etiam hoc ex natura hæ-
reditatis retentæ prouenit.Et ſic non veniunt in iudicio fa-
26 miliæ erciſcundæ, cum eo in iudicio † ea tantummodo ve-
niant,quæ quis facit,vt hæres.l.ij.l.veniunt.& l.puto. §. ſed
etſi dolo. ff. famil. erciſcun. Non etiam veniunt in iudicio
27 communi diuidundo:Cum illud iudiciũ† detur ad diuiden-
dum,non autem ad communicandum. Reſtat ergo vt dica-
mus,iure ſocietatis hæc lucra fuiſſe communicata.
Hic caſus intelligitur(vt attigimus ſuprà)vt ſolummodo
ipſius negotiationis præſumatur contracta ſocietas,quò ſci-
28 licet ad eius lucra : Non autem præſumitur † contracta ſo-
cietas,quò ad reliqua,Ita Bar.in d.§.altero.nume.6.verſi.ad
29 quod dico. Ea ratione vſus eſt Bart.quia actus † noſtri vo-
luntarij, non extenduntur vltra quam gerantur. l. tutores,
qui poſt.§.j.ff.de adm.tuto. l.prima.§.hoc interdicto. ff. de
itinere actuque priuat.& l.j.& l.ij.C. de nego. geſt. Et aliis
argumentis ſtatim in ſubſequenti extenſione comproba-
bimus.
Verùm Alciatus in d.præſum.xxv.num.2.ver.vnde puto;
ſcribit,immo in fratrib.hoc caſu præſumi contractã ſocie-
tatem omnium bonorum : quia aliàs coniunctio ſanguinis
nihil operaretur. Quæ ſanà ratio leuis eſt:cum verè ſangui-
nis coniunctio, non operetur contractum ſocietatis, leuem
enim coniecturam quandam facit,vt infrà dicemus.
Extenditur hic caſus, vt locum etiam habeat, quando
30 fratres,vel affines iſti varias† & diuerſas negotiationes exer-
cerent,vt puta,ſi vnus eſſet mercator pannorũ, alter ſerico-
rum,tertius argentarius ſeu nummularius,ſinguli tamen lu-
cra communicarent.Nam adhuc quò ad lucra illa præſumi-
tur contracta ſocietas:non autem quò ad alia bona. Ita ſen-
ſit Bart.in d.l.Titium.§.altero.nu.6.verſi.dico ergo. Abbas
in conſilio lxxj.lib.j.Alex.in conſi.lxxviij.lib.ij.& apertius
Alciat.in d.præſum.xxv.nu.2.verſi.item quando.Et eandem
opinionem verè probarunt Salicetus in l.ſi patruus.colum.
pen.verſi.ego autem vel prædicta, dum concludit lucra, &
fructus communicari,non autem ipſos fundos,vel capitale,
& Roma.in cõſi.ccxcj.nu.5.& ſi hos aliter intellexerit Iaſ.
in l.j.nu.12.C.qui teſtam.facere poſſunt. Et prædicti moti
ſunt,ex l.cum duob.§.ſi fratres.ff.pro ſocio,& in l.ex parte.
§.filius.ff.fam. erciſ. vbi retentio hæreditatis obuentæ fra-
trib.pro indiuiſo,non ſignificat contractam eſſe ſocietatem
quo ad reliqua bona.Ergo & noſtro in caſu,communicatio
lucrorum negotiationum, non infert communicationem
omnium bonorum.. Et apertius hanc ſententiam probat
tex.d.l.cum duobus.§.cum duo erant argentarij, vbi com-
municatio lucri ex negotiatione argentariæ,non infert cõ-
municationem aliorum lucrorum. Ergo multò minus alio-
rum bonorum. Et ratio etiam affertur, quam & ſupra cum
Bart.commemorauimus:quia.ſ. actus voluntarij non vltra
extenduntur quam gerantur.d.l.tutores,qui poſt. §. j. ff. de
admin.tuto.cum ſimil.
His intelligimus minus rectè ſenſiſſe Baldũ.in l.ſi patruus,
nu.16.C.cõmunia vtriuſque iud.Barb.in conſi. xxxvij. col.
xiij.verſi.mihi videtur. lib. ij.& Iaſon in d.l.j.nu. 12 .verſi.
quid tenendum.C.qui teſta.facere poſſ. Nec ratio à Baldo
conſiderata,quod actuum difformitas inferat communica-
tionem bonorum,iure probatur.
Et hæc quidem lucrorum communicatio ſolum nõ pro-
cedit,quo ad tempus vel pręteritum,vel præſens:non autem
quò ad futurum.Quando quidem poſſunt ij in futurum non
communicare,Ita Sali.in d.l.ſi patruus.col.pen.in fin.verſi.
quid plura.&c.Niſi(ait Salicetus)eo anno iam cæpiſſet cõ-
municare.Et Salicetum ſecutus eſt Barb.in d.conſil.xxxvij.
col.xiij.verſi.præterea inquit.lib.ij.
31 Declaratur nunc hic caſus,quando extant† aliquæ conie-
cturæ, quib. coniici poſſet, hos fratres, vel affines ita com-
municantes lucra negotitaionum voluiſſe etiam communi-
care bona ipſa omnia, ſeu capitale, prædia & ſimilia, ſicuti
declarant Roman.in d.conſi.ccxcj.numer.7.& 8.& Barb.in
d.cõſi.xxxvij.col.xiij.& xiiij.lib.ij.Qui quidẽ conſiderarũt
32 aliquot coniecturas.Quarum prima eſt,quando† bona ipſa
fuiſſent communi conſenſu eorum, poſita in cataſtro, & æ-
ſtimo,communi nomine.Ita Roma.in d. conſi. ccxcj.nu, 7,
& Barba.in d.conſi.xxxvij.col.xiiij. lib. ij.& cõprobatur ex
his,quæ diximus ſupra in prima declaratione tertij caſus,
33 Secunda eſt coniectura, quando ex aliqua † confeſſione
extraiudiciali conſtaret,hos aliquando dixiſſe,ſe eſſe ſocios
tam alio

tam aliorum bonorum,quã lucrorum : vel etiam ſi conſen-
ſiſſent alicui ex ſuis maiorib.dicentibus, quod eſſe deberẽt
omnium bonorum ſocij.Ita Roma.in d.conſi. ccxcj. nu. 7.
verſ.ij.iſtud.& num. 8.verſic.tertiò nec eam.Iaſ.in conſi.ij.
col.vij.verſi.ſeptimò vltra tot.lib.iij.& Soc.Sen.in conſilio
clx.col.iij.in fi.lib.ij.

34 Tertia eſt coniectura, qñ longo † tempore poſſediſſent
reliqua bona,tamquam communia.Ita Barba.in d. conſilio
xxxvij.col.xiiij.verſ.item in caſu noſtro.lib.ij.

35 Quarta eſt coniectura,quando aliqua†prædia communi
nomine fuiſſent ex his lucris empta.Ita But. in conſ.ſeptua-
geſimoprimo.

Ex prædictis autem infertur,quod quando ſolùm quò ad
36 lucra dicitur contracta ſocietas,ſi ex†pecuniis ipſius lucri
vnus ſociorum emit, proprio tamen nomine, fundum, non
tenetur communicare fundum ipſum:ſed tenetur reſtituere
tantummodò partem pecuniæ communis, cæteris ſociis.
Cum quò ad emptionem prædiorum non dicatur contracta
ſocietas,ſed ſolummodò quò ad lucraIta Bar.in d.l.Titium.
§.altero.nu.6. verſi. & ideò ſi forte.ff.de admin. tuto. cuius
quidem traditionem copiosè comprobaui, in conſi. cxxij.
nu.20.lib.ij.

37 Sextus & vltimus eſt caſus,quando fratres,†vel affines æ-
tate maiores, mortuo patre, hæreditatem poſſident indiui-
ſam,vna ſimul viuunt,lucra,& reditus omnes inuicem,& in-
differenter communicant,non reddentes de actis, geſtis &
tractatis negotiis rationem. Hoc in caſu præſumitur con-
tracta ſocietas omnium bonorum. Ita manifeſtè omnium
primus ſcripſit Oldradus,quem refert Barto.in l. Titium. §.
altero.nu.5.ff.de adm.tuto.& Bald. in l.ſi patruus.num. 16.
C.communia vtriuſq; iud.qui à fortiori hoc ſenſit & idẽ in
l.j.C.qui teſta.facere poſſ.& ibidem Iaſ.nu.5. verſ. ſubiun-
git Bal.Idẽ Bal.in conſ.xix.Tres ſunt fratres lib. j.Angelus
in conſ.lxxxv.col.ij.verſ.de tertio dicendũ eſt.Anch.in cõſ.
cccij.Materia iſta.nume.4. Idem ſenſit Butr. in conſil. lxxj.
clarius Alex.in cõſ.xlix.nu.5.lib.j.in conſ.xlviij. nu. 1. lib.
ij.Idẽ ſenſit Corn.in conſ.ccxcix.nu. 1.lib.iiij.dum ſequitur
Angelũ,& Anch.etſi in Codice Corn. corruptè legatur ne-
gatiua.Soc.Sen.in conſi.clx.col.j.verſi.iſta concluſio.libro
ij.latè Iaſ.in cõſ.ij.col.v.& in conſi.iij.col.ij.lib.iij.Decius
in conſi.xxj.col.ij.in conſi.lxvj.nu.2.& 3.in conſi. ccccxlij.
nu.35.in conſ.dxlviij.nu. 5.& in conſi.dclj.col.j.Rubeus in
conſi.lxxxvij.nu.4.& in conſ.xcv.num.1.& Craue.in conſi.
xxvj.num.5.& conſi.cclxxxvj.col.j.verſi.ſed præmiſſis non
obſtantibus,qui ex duobus tantum,hoc eſt,communi habi-
tatione,& patrimonij cõmunicatione, ſenſit ſocietatẽ om-
niũ bonorũ contractam præſumi.His accedunt Alciatus in
Tract.de præſum.reg.j.præſum.xxv.nu.1.Neuizan.in conſ.
lxxvj.nume.8.Et hanc quidem vt magis receptam veramq;,
ſequor nunc,etſi alias forte in conſi.xij.num. 10.lib.j. aliter
ſcripſerim.Et ij quidem moti ſunt tex.l.coire.ff.pro ſocio.
cuius verba hæc ſunt, Coire ſocietatem, & ſimpliciter
licet.Et ſi non fuerit diſtinctum, videtur coita eſſe vniuer-
ſorum, quæ ex quæſtu veniunt. hoc eſt, ſi quod lucrum ex
emptione,venditione,locatione,conductione deſcendit.

Cæterum ab hac opinione viſus eſt diſſentire Caſtren. in
conſi.cccl.Ex die,quo iſte Raphael col.vlt.verſi.iuxtà præ-
dicta quæritur,lib.j.cũ enim Caſtr.ibi col.j. recitaſſet opi-
nionem Oldradi, & Iacobi de Arena, nec eam clarè affir-
maſſet,ſubiunxit in d.col.vlt.Societatem omnium bonorũ,
38 †non dici inter aliquos contractam,niſi expreſſe, & ſpecia-
liter conuentum ita ſit. Alexan.in conſi.lxxvj.nume.10.lib.
iiij.Cæpolla in conſi.xlij.in ciuilib.Idem ſenſit Soc.Sen. in
conſi.lxxiij.num. 9. lib.j.Barba.in conſi.xxij.col.pen.lib.j.
Ruinus in cõſ.cj.col.j.lib.j.quos viſus ſum ſequi in cõſ.xij.
nu. 10.lib.j,vbi commemoraui,& Crauet.in conſi.xxvj.nu.
5.qui tamen contrarium dixit, cum ſcripſerit, Caſtrenſem
malè reſpondiſſe.Et Caſtrenſem viſus eſt ſequi Alciatus in
reſp.ccclix.nu.5.

Et ij quidem adducti ſunt tex.l.iij.§.j.ff.pro ſocio;qui lo-
quitur de ſocietate omnium bonorum expreſſa, non autem
de tacita:Non enim negat tex.ille,quin tacitè contrahi poſ-
ſit Societas omnium bonorum,quæ quidem ex coniecturis
& præſumptionibus,(vt diximus)colligitur. Ita declarant
Barb.in conſi.xxij.col.ix.lib.j.Iaſon in conſi.ij.col. x. verſi.
viij.non obſtat.lib.iij.

Extenditur primò hic caſus,vt locũ etiam habeat quoad
39 lucra,quæ obueniunt vni ex fratribus † ex dote lucrata. Ita
gl.in l.quod ſi eo tempore.ff.pro ſocio.Rom.in conſi.cccc-
vj.nume.2.& in conſi.cccclxxj.num.2.Ancha.in conſi.ccc-
ij.nume.7.Barbat.in conſi.xxxvij.col. xiiij.lib.ij.Decius in
conſi..xvj. col.iij.ver.non obſtant allegata.& in conſ.lxviij.
col.iij.verſi.iiij.in ſociis.

40 Extenditur ſecundò,vt procedat etiam in Doctore, † qui
diu habitaſſet cum ſuis fratribus,& lucra à ſe facta commu-
nicaſſet.Nam & quò ad illa præſumitur contracta ſocietas,
ſicque & illa effecta ſunt communia,Ita Baldus in l. prætor.
§.ſed & filius.ff.de eden. & in l. ſi patruus.nume. 15. C. pro
ſocio.& ibidem Salicetus.col.pen.Idem Bald.in conſ.cccc-
lij.Duo fratres.lib.iij.Anch.in conſi.cccij.num.7. Capra in
conſ.cxlij. Viſo & conſiderato.Iaſon in l.j.nume.9.& 13.C.
qui teſta.facere poſſ.& Alciatus in Tract.de præſum. reg. j.
præſum.xxv.nu.2.verſi.ſed puto quod. Et huius ſentẽtiæ ea
eſt ratio, quod cum de hoc ipſo quaſi caſtrenſi peculio, ſi-
cuti & de caſtrenſi contrahi poſſit expreſſa ſocietas, vt cla-
41 rum eſt,ita & tacitè:cum par ſit virtus † taciti, & expreſſi. l.
cum quid.ff.ſi certum peta.

Contrariam tamen opinionem,& malè quidem, proba-
runt Lucas de Penna in l.iubemus.C.de ſilentia,lib. xj. Ro-
man.ſibi parum conſtans in conſi.cxlv.num. 2. in fin.& Al-
ciatus in reſp.ccclix,nu.3.& 4.Et ij quidem adducti ſunt ex
l.Iubemus.C.de ſilentia.lib.xij.quæ tamẽ loquitur de quę-
ſitis,viuente patre:ſicuti perpendit Alciatus in d. præſump.
xxv.qui & alteri argumento,reſpondit. Et prædicta opinio
Capræ, & ſequacium multò magis haberet locum, quando
extaret ſtatutum,quod ex bonorum communione,& ex co-
habitatione,præſumatur contracta ſocietas; ſicuti extat in
ciuitate Cluſij,vt meminit Capra in dict.conſilio cxlij. Ex-
tat & in ciuitate Laudæ, vt refert Alciat. in reſp.ccclix. qui
quidem Alciatus tam in d.reſpon.ccclix.quàm in dict. præ-
ſum.xxv.declarat,quomodo procedant,& intelligi debeant
hæc ſtatuta.

42 Extenditur tertiò,vt procedat etiam ſi vnus plus † altero
lucretur. Nam adhuc præſumitur contracta omnium bono-
rum ſocietas,ſi modò prędicta concurrunt,nempe cõmunis
habitatio,lucrorum communicatio,& de adminiſtratis non
reddita ratio.Hanc extenſionem ſenſerunt Bald.in d.l.ſi pa-
truus.nume.16.C.communia vtriuſque iud.& Ancha.in cõ-
ſi.cccij.Materia,de qua,num.8.verſi.circa dubium tertium.
Nam is, qui plus altero lucratur, donare dicitur alteri illud
plus.

Declaratur primò hic caſus,vt locum non habeat,quan-
43 do†vnus fratrum conſcriberet librum rationum, & faceret
debitores,& creditores cæteros fratres,cauſa impenſarum,
& redituum.Nam ex hoc actu non videtur cõtracta Socie-
tas omnium bonorum.Ita Decius in conſil. xxj.numero 6.
verſi.vltimò prædicta concluſio,qui declarando reſponſum
Butrij in conſi.lxxj.inquit illum loqui,quando apparet iam
contractam eſſe ſocietatẽ,& deinde vnus ſociorum aliquid
agit,vt deroget ipſi ſocietati, id enim facere non poteſt in
præiudicium aliorum:& huc etiam pertinet quod diximus
in præcedenti extenſione. Diuerſum eſt(ait Decius)quãdo
adhuc non conſtat coniecturis prædictis contractam fuiſſe
ſocietatem.Nam tunc ſi vnus ſociorum conſcribit librum
rationum,redituum,& lucrorum, ac etiam impenſarum, ſi-
gnificare videtur,contractam non eſſe ſocietatem,cum ani-
mum non habuerit contrahendi.

Cæterùm ab hac Decij traditione diſſentit Alciatus in
tract.de præſum.reg.j.præſump.xxv.numero 2. verſi. tertio
aduerte.qui dixit,hoc eſſe relinquendum iudicis arbitrio,ex
quo ſolent mercatores,imò & alij diligentes patresfam. cõ-
ficere libros rationum, redituum,& impenſarum domus ſe-
paratos à libris negotiationum;non vt diſſenſus à ſocietate
arguatur;ſed vt ſciãt,quis pecunias accipiunt pro impenſis,
quæ in domo fiunt ; & quas pro vſu negotiationis. Credi-
44 derim ego ſpectandum eſſe effectum † conſcriptionis li-
bri rationum : ſi confecto libro fratres, vel affines ipſi, vel
ſingulis annis, vel certis temporibus calculos ineunt, red-
dentes rationem de à ſe geſtis. Hoc in caſu exiſtimauerim
rectè ſenſiſſe Decium præcitato in loco. Et hoc in caſu
etiam



etiam rectè loquitur Iaſon in conſ.ij.col.iij. verſic. decimò
facit.lib.iij.Cũ dixit,quod ſi vnus fratrum fatetur ſe eſſe de-
bitorem alterius, ſignificat, non eſſe inter eos ſocietatem
omnium bonorum.Hoc ſanè intelligerem,quando(vt dixi)
reddita eſſet inter eos ratio. Et ita etiam ſunt intelligenda
quæ reſpondi in conſi.xij.nu.17.lib.j.Et accedit, quod hoc
in caſu deficit vnum ex trib.requiſitis, quib. diximus ſocie-
tatem omnium bonorum cõtractam præſumi,nempè com-
munis habitatio,redituum & lucrorum cõmunicatio, & de
geſtis nulla hinc inde reddita ratio. Deficeret enim noſtro
in caſu hoc poſtremum.Si verò, confectis ipſis libris ratio-
num,nunquam conficiuntur calculi, rectè ſenſit Alciatus,
ratione ab eo perpenſa.

Declaratur ſecundò,vt locum non habeat hic caſus,quã-
45 do†iam ab ipſo initio communis habitationis, & commu-
nicationis bonorum,& lucrorum,vnus ipſorum fratrum vel
affinium, emeret aliqua nomine proprio, & ea deſcribi fa-
ceret in cataſtro,ſeu æſtimo nomine etiam proprio,cæteris
ſcientibus.Nam tunc non pręſumitur ſocietas omnium bo-
norum:ſed ſolum eorum,quæ inuicem communicantur. Ita
Crauet.in conſi.xxvj.num.2.poſt multos ab eo congeſtos;
& illum ſecutus ſum in conſi.xij.nu. 14.verſi.vj.renouatam.
46 Idem quando omnes † ipſi fratres vel affines ſeparatim no-
mine eorum proprio emerent,omnibus ſcientibus. Ita Al-
ciatus in reſp.ccclix.col.vlt.atq; ita declarari poteſt reſpon-
ſum Ancha. in conſi.cccij.numer.7. & quod tradit Iaſon in
l.j.numero 17.C.qui teſt.facere poſſ. qui loquuntur, quan-
do cæpta ſocietate, eorum vnus tantum emit , cæteris in-
ſcijs.

Declaratur tertiò,vt non habeat locum hic caſus, quan-
do mortuo patre,vel altero ex fratribus,inter quos erat ſo-
47 cietas omnium bonorum,vnus deinde fratrum,nouas†fecit
librorum inſcriptiones ſub ſuo nomine tantùm, vel ſuo, &
alterius ſolummodo.Hoc in caſu non præſumitur continua-
ta illa antiqua ſocietas omnium bonorum:ſed noua negotia
ſeparatim,vel vna cum eo tantum à ſe inſcripto velle tracta-
re.Ita reſpondi in conſi.xij.nu.16.lib.j.& in conſil. cxxj. nu.
96.libro ij. poſt multos ibi commemoratos, & attingam in
ſubſequenti præſumptione.

## PRAESVMP. LVII.

### Societas diſſoluta, quando renouata præſumitur.

*SVMMARIVM.*

1 *Societas ſemel diſſoluta,niſi probetur,renouata non præſumitur.*
2 *Societatis renouatio vel verbis expreſſis, vel tacitè facta, coniecturis probatur.*
3 *Societas renouata præſumitur, ſorte principali in negotiatione relicta. Idque præſumi ſi apud illum ſocium,qui communi nomine adminiſtrabat.nu.4.*
5 *Capitali dimiſſo apud ſocium antiquum,calculo primæ ſocietatis finitæ, iam facto,ſi iis ſed nomine ſolo vt & ante,libros rationum conſcribat,finitáne an renouata præſumatur ſocietas, opiniones duæ ſunt.nu.6.& 7.*
8 *Societas tranſiens ad hæredes ex pacto,ſi ſocietatis forma,& modus non immutetur, capitale apud ſocium dimiſſum, præſumit ſocietatis continuationem.*
9 *Voluntatis continuatio potius,quàm mutatio præſumitur.*
10 *Societatis primæ tempore finito,redditiſque rationibus,ſi poſt ſortis, & lucri receptam partem,ſocij demum pecuniam pro capitali conferant,renouata præſumitur ſocietas.*
11 *Conſenſus ex facto inducitur ſicut voluntas factis declaratur.*
12 *Factum poſitiuum conſenſum arguere.*
13 *Societatis primæ tempore finito,ſi redditis rationibus,capitale dimittatur apud ſocium qui nomine communi negociabatur, non tamen renouata præſumitur ſocietas, cum modus & forma negociandi permutantur.*
14 *Societatis renouatæ coniectura eſt,noui lucri communicatio.*
15 *Conſuetudine extante,vt ſocietas continuata dicatur,ſi non reuocetur expreſſè,ſecundũ eam contraxiſſe præſumũtur mercatores aut ſocij.*
16 *Socijs bona poſt diuiſionem communiter poſſidentibus, renouatæ ſocietatis eſt coniectura.*

EXPLICANDVM nunc eſt,quando ſocietas diſ-
ſoluta renouata, atque ita noua inchoata præſu-
matur. Qua in re conſtituenda eſt regula,ſocie-
1 tatem non præſumi†renouatam:ſed qui renoua-
tam fuiſſe aſſerit, probare debet. Ita reſponderunt Caſtr. in
conſi.lxxiij.In cauſa,quæ vertitur inter Gabrielem. colu. j.
lib.j. & Corneus in conſi.liiij.nu.2.ver. & ſatis. lib. j. quos
ſecutus ſum in conſ.cxxj.nu.70.in fine.lib.ij.Ea eſt manife-
ſta ratio, quia renouatio hæc dicitur eſſe quid facti,ob id nõ
præſumitur.l.in bello.§.factæ.ff.de capt. & poſtlim. reuerſ.
& dicemus inf.lib.vj.in præſum.

2 Renouatio autem ſocietatis†probatur facta, vel ex ma-
nifeſtis verbis,iux.l.iiij.cum ſeq.ff.pro ſocio,& tradit Soci.
Sen.in conſi.xxxvij.nu.11.in fin.lib.j.vel tacitè,quando ſci-
licet conſenſu tacito,qui coniecturis colligitur,id fit.l. pla-
nè.ff.pro ſocio,& ſcripſerunt multi à me congeſti in conſi.
cxxj.num.72. libr.ij.vbi aliquot coniecturas renouatæ ſo-
cietatis commemoraui,& quæ paucis hic repetam.

Prima coniectura renouatæ ſocietatis eſt, quando finita
3 ipſa prima,illud totum capitale,quã ſortem † noſtri appel-
lant,relinquitur in ipſa negotiatione. Verùm in hac conie-
ctura diſtinguendi ſunt aliquot caſus,vt ſcripſi in d.conſilio
cxxj.nu.73.

Primus eſt,quãdo finita prima ſocietate, illud totum ca-
4 pitale relictum fuit apud†ſocium illum, qui cõſueuit com-
muni nomine negotiari, quemadmodum antea : nempè in
ſcribendo rationes,vt communes, nihil immutando ex pri-
ma ſocietatis forma. Hoc caſu præſumitur renouata &
quoddammodo continuata ſocietas. Cum nulla detur dif-
formitas inter primam, & ſecundam.Ita multorum aucto-
ritate reſpondi in dict.conſi.cxxj.nume.73.verſi.primus ca-
ſus.lib.ij.

Et caſus iſte multò magis procedit,quando nõ ſolùm an-
tiquus negotiando modus, antiquaque forma obſeruatur
ſed etiam lucrum in communi ponitur; ſicuti in hac ſpecie
reſpondit Abb.in conſ.lxxxvij.lib.ij.

Secundus eſt caſus, quando apud ſocium dimiſſum eſt
5 capitale†antiquum, facto ſcilicet calculo primæ ſocietatis
iam finitæ;& non cõſtat eſſe mutatam,vel formam, vel mo-
dum negotiationis,vt putà,quia ſocius qui negotiatur, erat
ſolitus negotiari expreſſe ſuo ſolo nomine,inſcribendo ſuo
ſolo nomine libros rationum,dando literas de negotiis,ſuo
nomine ſolo : ſed tamen tacite communi nomine negotia-
batur,quia communicabat lucrum cum altero ſocio. Hoc
in caſu, an illa ſola dimiſſio capitalis apud ſocium, qui
negotiationem proſequitur arguat continuatam, ſeu reno-
uatam ſocietatem, etiam ſi non conſtet de communicatio-
ne lucri,eſt dubium. Nam hac de re ſunt opiniones. Vna
6 enim fuit opinio eorum,qui†ſcripſerunt, præſumi renoua-
tam ſocietatem.Ita Petrus de Vbaldis in tracta. de duobus
fratribus parte.v.nume.39.Cùm diffinit quæſtionem de ru-
ſtico.qui retinet vaccas ſocidi elapſo tempore primi ſocidi.
& apertius Alex.in conſ.cxxxvj.nu.4.lib.v.Ita etiã intelligi
poſſunt Soc. Sen.in conſi.lxxxvij. nu.12. verſi. concluditur
ergo.lib.j.& clarius Pariſ.in conſ.lxxxij.nu.36.lib.j.

7 Secunda fuit opinio eorum, qui dixerunt, ex † ea dimiſ-
ſione capitalis apud antiquum ſocium, non præſumi reno-
uatam ſocietatem.Ita Caſtr.in con.ccccxv. Iſta ſocietas. in
ſecũdo dubio.lib.j.qui loquitur fortiori in caſu, qñ ſcilicet
finito primo ſocietatis tẽpore, nec capitalis, nec lucri facta
eſt diuiſio:ſed totum apud antiquum ſocium dimiſſum fuit.
Idem & apertius reſpondit Crottus in cõſ.xv.nu.15. Et po-
ſteriorem hanc opinionem ſecutus ſum,in d. conſ. cxxj. nu.
82.ver.altera fuit opinio.&c.quib.argumentis hanc defen-
derim:& quib.primam illam confutauerim eo in reſponſo
ſcripſi,ea propter hic de induſtria non repetam.

Tertius eſt caſu,quando ſocietas à ſocio primo tranſit in
8 †hæredem ipſius ſocij,ex pacto conuento:& ipſius ſocieta-
tis forma,& modus non immutatur,& ille hæredes defuncti
ſocij dimittit capitale apud ſociũ,qui ſuo ſolo nomine ne-
gotiabatur. Hoc in caſu ſocietas præſumitur continuari vt
prius.Ita loquitur Pariſ.in conſ.lxxxij.nume.36.& 37.lib.j.
Nam hoc caſu illa dimiſſio capitalis,arguit voluntatem hæ-
redis eſſe, velle continuare ſocietatem à ſuo prædeceſſore
contractam . Arguit etiam voluntatem eſſe eandem ſocij
retinentis.

retinentis. Et hic caſus differt à præcedenti, quia in illo ex-
tincta erat omnino ſocietas illa prima;& ideo ibi agitur de
eius renouatione: Hoc verè in caſu de ſola continuatione,
quæ continuatio præſumitur, rebus ipſis omnibus eodem
primæuo in ſtatu permanentibus, excepta morte vnius ſo-
ciorum. Et ſi dicatur, quæ ergo erat dubitatio in ea ſpe-
cie Pariſij:dico dubitationem illam fuiſſe, quia videbatur
dicendum,hæredem non conſenſiſſe continuationi ſocieta-
tis,ex quo illo facto nõ declarauerat animum ſuum. Et etiã
quò ad ſocium retinentem apud ſe pecuniam, non videba-
tur adhibitus conſenſus continuandi. Verùm tamen aliter
& rectè reſpondit Pariſius, quia quò ad hæredem aliud fa-
ctum non requirebatur,quàm traditionis pecuniæ;quæ ſanè
traditio ſatis inducitur ex illa dimiſſione,& patientia, poſt-
eaquam non probatur hæredem tunc eſſe alterius opinio-
nis, quàm perſeuerare in ſocietate. Voluntatis enim con-
9 tinuatio,† non autem mutatio præſumitur. l. nam ad ea.
ff.de cond. & demon. Quò etiam ad retinentem, eadem
præſumitur voluntas continuandi ſocietatem. niſi contra-
rium declaret. Hunc caſum ita explicaui in dicto conſilio
cxxj.nume.88.

10 Quartus eſt caſus,quando finito tempore primæ†ſocie-
tatis,redditiſque hinc inde rationibus vnus quiſque ſocio-
rum ſumit partem ſuam capitalis,& lucri, & deinde paulò
poſt,adhuc in communi ponunt capitale,& non conſtat(vt
ſuperioribus in caſibus) mutatam eſſe formam primæ ne-
gotiationis.Hoc in caſu præſumitur renouata ſocietas. Ita
intelligo Caſtren.in conſi.lxxiij.In cauſa,quæ vertitur Ga-
brielem.col.j.ibi,vel poſitio capitalis in cõmuni.lib. ij. Ea
eſt ratio,quia hoc dicitur quoddam factum:non autem non
factum, vt ſuperiore caſu. Quamobrem conſenſum infert,
11 cum conſenſus†ex facto inducatur,ſicuti ex facto voluntas
ipſa declaratur,l.Paulus.ff.rem ratam hab.& in ſpecie ita re-
ſpondit Anch.in conſi.cccij.Materia de qua quæritur.nu.2.
Et ſcribit Inno.in cap.olim,de reſt.ſpolia.quem ſecutus eſt
Imola in l.ſi mora. in fin.ff.ſolu.matrim.factum poſitiuum
eſſe fortioris effectus ipſo negatiuo. Et factum poſitiuum
12 arguere†conſenſum,reſpondit Soc.Sen.in conſi.cxcvj.col.
ij.in prin.libr. ij. Et hunc caſum ſic explanaui in d. conſilio
cxxj.nu.89.& 90.

Quintus,& vltimus eſt caſus,quando finito,primæ ſocie-
tatis tempore,redditis rationibus,apud ſocium, qui ſolitus
eſt communi nomine negotiari,remanet capitale: Et is ſo-
13 cius negotiator, perſeuerat in negotio,ſed mutat†modum
& formam negotiandi; vt puta, mutat inſcriptiones libro-
rum negotiationis: quas ſanè inſcriptiones tunc ſuo nomi-
ne proprio facit,cum tamen prius nomine communi factæ
eſſent: Vel quid ſimile agit, ex quo conſtat modum nego-
tiandi eſſe à primo difformem. Hoc in caſu(admiſſa etiam
ea opinione, quod ſolius capitalis dimiſſio apud ſocium,
arguat renouatam eſſe ſocietatem) dicendum eſt, non præ-
ſumi atque cenſeri renouatam ſocietatem. Nam hæc con-
iectura, quæ oritur à dimiſſione capitalis eſt debilior ea,
quæ naſcitur à variato modo negotiandi, ſicuti multis de-
monſtraui in d.conſilio cxxj.numero 91.cum multis ſubſe-
quentibus. Et ibidem nume.101.reſpondi,nunquam ex ſo-
la dimiſſione capitalis,ſicque ex ea patientia cenſeri renoua-
tam ſocietatem,quando vltra patientiam requiritur aliqua
ſolennitas.

Secunda eſt coniectura, & præſumptio renouatæ ſocie-
14 tatis,quando denuo†lucra communicantur. Ita Petrus de
Vbaldis in tract.de duobus fratribus,parte.iij.q.ij.num.36.
& egregiè Soc.Sen. in conſi.cxcij.col.iij.verſi.confirmatur
hæc,lib.ſecundo.Et hos ſecutus ſum in dicto conſilio cxxj.
numero 105.quo loci dixi, hanc coniecturam non proce-
dere, quando ſocius negotiator alteri aſſignaſſet par-
tem debitorum præteritæ ſocietatis, vt illos ſuo nomine
exigeret.

Tertia eſt coniectura, & præſumptio renouatæ ſocieta-
15 tis,quæ ducitur†à cõſuetudine mercatorũ.Nam ſi extat cõ-
ſuetudo,niſi expreſſe dicatur,ſocietatem non debere conti-
nuari nec præſumi renouatam, mercatores cenſentur ſub
ea conſuetudine iniuiſſe ſocietatem:& ita illa non conti-
nuabitur,ſeu cenſebitur renouata.Ita Socin.Sen.in conſilio
clx.numero 8,& in conſilio clxij.nu.11.lib.ij.quem ſecutus
ſum in conſi.cxxj.nu.106.quo loci dixi poſt Caſtrenſem,eſ-
ſe probandum,quod tacentibus,& nihil dicentibus ſociis,
conſuetudo induxerit, vt cenſeatur ſocietas renouata. Et
ibi.numer.107.dixi procedere,niſi appareat de diſſenſu ex-
preſſo.Et traditio Socin.comprobatur auctor.Baldi in l. j.
q.ij.C.pro ſocio.& Pariſ.in con.xc.nume.45.lib.j. cùm di-
xerunt, ſocietatem præſumi contractam ſecundum loci
conſuetudinem.

Quarta eſt coniectura renouatæ ſocietatis,quando ſocij
poſt bonorum diuiſionem,adhuc illa communiter poſſidẽt
Ita Roman.conſi.ccccxviiij.Craue.in conſi.lxxiij.num.13.
quos ſecutus ſum in conſi.cxxij.nu.51.

## PRAESVMP. LVIII.

### Pecuniam ſolutioni paratam fuiſſe quando præſumatur:& in mutuo ſpeciale non eſſe, quod pecuniæ ſolutioni paratæ, dominium in mutuatarium tranſeat.

#### *SVMMARIVM.*

*1 Priuilegium in mutuo nullum conſiderari,ad transferendum dominium pecuniæ ſolutioni iam deſtinatæ.*
*2 Dominium pecuniæ ſolutioni deſtinatæ,etiã in aliis contractibus quam mutuo transferri.*
*3 Pecuniam ſolutioni paratam fuiſſe, coniecturis probatur ſecundum Alciat.*
*4 Pecuniam ſolutioni deſtinatam eſſe, non præſumi, ratioque huius. numero 5.*
*6 Pecuniam ſolutioni paratam coniecturam præbet.*
*Perſonæ qualitas.nu.7.*
*Conſiderandam tamen eſſe debiti ſummam.nu.10.*
*Si quis ſit debitor depoſiti.nu.11.*
*Et de quo depoſito accipiendum.nu.12.*
*Si ſemel pecuniam in promptu debitor habuerit.nu.13.*
*Si creditor aſſerenti debitori,ſe paratam habere,fidem det vel aſſentiatur.nu.16.*
*Si tamen ipſarum partium præiudicio tantum agatur.nu.17.*
*Si teſtes affirmant ſe penes debitorem tantam quæ ſolutioni ſufficiat vidiſſe.nu.18.*
*8 Locuples,& opulentus pecuniam præſumitur habere in promptu.*
*9 Mercatori vili, & pauperi affirmanti ſe gemmas habuiſſe non habendam fidem.*
*14 Rem qui ſemel habuit,adhuc præſumitur habere.*
*Idque tam in mobilibus,quam immobilib.nu.15.*

CVM mutui tractationem auditoribus explica-
rem;affirmaui veram eſſe receptam Doctorum
1 ſententiam,nullum conſiderari priuilegium†in
mutuo,vt transferatur dominium pecuniæ,quę
ſolutioni parata:eſt quẽadmodum ſcripſerunt
Bart.in l.ſingularia.nu.6.Caſtr.& reliqui;& nouè Bologne.
numero 37.Eſt enim verius etiam in reliquis contractibus
2 †transferri dominiũ rei,quæ ſolutioni parata eſt.ſicuti pro-
bant tex.l.eius rei,cum.l.ſeq.ff.de rei vend.l.ſi ſponſalibus.
§.j.ff.de iure dotium.l.iij.§.ſed ſi debitorem,cum.l.ſeq. ff.
de donat.inter virum, & vxo. & l.falſus. §. ſed etſi is. ff. de
furtis. Dubitari autem ſolet,quomodo dici poſſit, conſtare
pecuniam fuiſſe ſolutioni paratam. Alciatus in l.ſingularia.
3 nu.8.docuit conſtare poſſe†præſumptionibus,& coniectu-
ris. Rem hanc paulo diligentius explicãdo dicimus, eſſe pro
4 regula conſtituendum:præſumi pecuniam†non eſſe paratã
ſolutioni. Ita manifeſtè reſpondit Bald.in conſilio cccxviij.
Practica ciuitatis.columna ij.verſi.dico,quod debitor. lib.
5 j. Ea ratiõe motus eſt,quia hæc eſt mera†negatiua nõ coar-
ctata, quæ non eſt obiectum ſenſus, vel viſus: cum non
terminetur ad aliquod ſubiectum viſibile. Et hæc ipſa ne-
gatiua,non eſt,(inquit Baldus)ſubſtantia nec qualitas, nec
aliquod de prædicamentis. Et ideò non eſt ens naturale, &
per conſequens nec probabile,niſi per confeſſionem,iuxta.
l.actor.C.de probat.& cap.j.de confeſſ.in vj. Receditur ta-
men ab hac regula,& præſumptione contrariis pręſumptio-
6 nibus, & coniecturis, quibus † præſumitur pecuniam fuiſ-
ſe, eſſeque ſolutioni paratam. Et inter coniecturas hæ con-
numerantur.



numerantur.
7 Prima eſt,quæ ſumitur ex † qualitate perſonæ iuxtà. l. ſi
verò.§.j.ff. qui ſatiſdat. cog. Cum itaque quis eſt locuples,
8 †& opulentus pecunioſuſque,præſumitur habere pecuniam
paratam,& in promptu. Ita docuit Bart.in d.l. ſingularia. ff.
ſi certum peta.in fin.quem ibi ſecuti ſunt Caſtren. Alexand.
& Iaſon,Purpur.& Alciatus nu.8. Idem affirmarunt Salice-
tus in l.ſi pretio.col.vlt.q.j.C.ſi certum peta.Craue.in con-
ſi.cxcj.num.8.& Benuen.Straccha in tractat. de mercatura,
parte ſecunda.num.20.Eſt propè ſimile quod colligitur ex
Abbat.in capitul.vltim.in fine.de his,quæ vi metúſve cauſ.
9 Cùm dixit,non eſſe habendam fidem vili pauperique†mer-
catori affirmanti,ſe habuiſſe gemmas. Ergo contra in mer-
catord diuite. Eſt quoque ſimile prope quod ſcripſit Bar.in
l.cum oportet. nume.5. C. de bonis, quæ liberis: cum do-
cuit,quod res præſumitur à filio quæſita, ex propriis pecu-
niis, & bonis:non autem ex pecunia patris, quando ipſe fi-
lius erat vir induſtrius, & qui negotiando lucrabatur. Hæc
autem coniectura à Bar.& ſequacibus probatur arg.l.iiij.§.
melior.ff.de in diem adiect. quo tamen loci iuriſconſ. non
explicat,quæ ſit perſona illa,quæ dici poſſit paratam habuiſ-
ſe pecuniam, qua meliorem offerabat venditori conditiò-
nem. Crediderim coniecturam hanc non eſſe ita abſolutè,&
latè intelligendam,vt eam Doctores noſtri conſiderant:ſed
10 habendam † eſſe rationem quantitatis pecuniæ, & qualita-
tis ipſius diuitis, & opulenti mercatoris. Nam tam ingens
ſumma eſſe poſſet,vt ille mercator,qui non conſueuit relin-
quere pecuniam in arca otioſam, in promptu, paratamq́ue
non habeat ad ſoluendum, ſicuti quotidiana ipſa experien-
tia docet.

11 Secunda eſt coniectura,quando quis eſt debitor†depoſi-
ti. Nam tunc præſumitur habere pecuniam ipſam iam de-
poſitam in promptu, & paratam reſtitutioni. Ita Caſtren.in
d.l.ſingularia.nu.26.Alex.in fine.Purpur.in fine. & Alcia.
numero octauo. Eſt ratio, quia alioqui præſumeretur deli-
ctum,nempè contrectatio ipſius rei depoſitæ contra.l.j.§.ſi
rem. ff. depoſiti. Ad euitandum ergo delicti præſumptio-
nem,præſumitur pecuniam eſſe paratam reſtitutioni. ſimi-
le propè tradit Bart.in l.Cum oportet,numero 5. C. de bo-
nis, quæ liberis: cum dixit, quod ad euitandum delictum
præſumitur,tutorem ex propriis pecuniis acquiſiuiſſe: non
autem ex illis pupilli.

12 Hæc tamẽ coniectura intelligitur procedere in†depoſito
regulari:ſecus verò in irregulari: hoc eſt, quando data fuit
facultas vtendi pecunia ipſa depoſita.iuxta l.Lucius & l.die
ſponſaliorum.§.j.ff.depoſiti. Nam tunc ceſſat illa ratio pre-
allegata,quod pecuniæ diſtractio non præſumatur, ne alio-
qui præſumatur delictum. Ita declarant Alex.Purpur.& re-
liqui ſupra commemorati.

13 Tertia eſt coniectura,quando † debitor habuit ſemel pe-
cuniam in promptu,& paratam ſolutioni. Ita Alcia. hic nu.
14 8. Ea eſt ratio,quia qui†ſemel rem habuit, adhuc præſumi-
tur rem habere.l.ſiue poſſideris.C.de probat.vbi gloſſ. Bal-
15 dus & reliqui. Quæ ſententia procedit†non ſolùm in rebus
immobilibus:ſed etiam in mobilib.vt ſcribunt Barto.in l.ſi
quis ex argentariis.§.an verò hæredi.nu.1.ff.de eden. Felin.
in c.ſcribebam.col.vlt.de præſum. Ripa in c.cum eccleſia.
nu.23.verſi.amplia.de cauſa.poſſ.& proprie: & Alciatus in
tracta.de præſum.reg.ij.præſump.xxj.nu.4. Et hæc quidem
communis eſt ſententia;& ſi ab ea diſſentiant nonnulli com-
memorati,& probati à Iaſone, in l. ſi quis ex argentariis. §.
prætor.nu.12.ff.de eden.& in l.quod te in fine.ſi certum pe-
ta.& Purpur.in d.l.ſingularia.in fine,qui ob id coniecturam
hanc non recipit.

16 Quarta eſt coniectura,quando debitor†affirmat ſe habe-
re pecuniam paratum;& illi aſſertioni conſentit creditor.
Nam & tunc præſumitur ita eſſe,ſicuti docuit hîc Alcia.
nume.8.ſi modò de ipſarum partium præiudicio † tantum-
17 modò agitur,ſtatur enim tunc illi aſſertioni,iuxtà glo.§.aliæ
in inſtit.de actio.& tradunt Iaſon in §. ſed iſte. numero 84.
in inſtit. de action. Secus verò cum agitur de alterius pre-
iudicio & creditor dicit ſe habere pecuniam ſolutioni pa-
ratam. Nam tunc illi aſſertioni non creditur;ſicuti ſimilibus
in caſibus ſcribunt Bart.in l.inter omnes.§.rectè.numero 2,
ff.de furtis. Dec.in capitul.nouit,in fine.de iud.& Alciat. in
tract.præſum.reg.iij.præſum.xvj.nu.6.
18 Quinta eſt coniectura,quando teſtes affirmant†ſe vidiſſe
in crumena debitoris pecuniam ipſam. Hoc caſu præſu-
mitur ſolutioni paratam fuiſſe. Ita Purpur.in hac. l. ſingula-
ria.nu.10.qui tamen hoc intelligit,quando aſſerit tantam ſe
vidiſſe pecuniam quanta ad ſolutionem ſufficere poſſit. ex
traditione Bart.in l.cũ ſeruus in ſin.ff.de cond. & demon. &
Baldi in l.acceptam.q.11.C.de vſuris,& in l.ſi ex cautione.
q.vij.C.de non nu.pec.& ſenſit etiam Alciat.in d.l. ſingula-
ria.nu.8.in fin.

## PRAESVMP. LIX.

### Mercator an præſumatur ſoluendo,vel non.

#### *SVMMARIVM.*

*1 Mercator habens multas merces,quæ difficulter exportari poſſunt, ſoluendo eſſe præſumitur.*
*Idem ſi intricata habeat nomina debitorum in magnis ſummis,adeoque fugæ ceſſet ſuſpicio.nu.2.*
*3 Soluendo non eſſe præſumitur mercator accipiens pecuniam ſub vſuris.*
*Idem ſi eaſdem merces,dilata ſolutione,emptas,præſenti pecunia minori precio vendat.nu 4.*
*Idem ſi merces habeat in locis periculoſis nu.5.*
*Vel bona illius venduntur.nu.6.*

POSTEAQVAM de mercatore, quem pecuniam
ſolutioni paratam habere præſumi, diximus ſu-
periore præſumptione, placet nunc ſubiicere,
mercatorem aliquando præſumi ſoluendo, ali-
quando non. Eſt enim prima coniectura tunc eſſe ſoluendo,
1 qui multas†merces habet,quæ difficilè amoueri atq; expor-
tari poſſunt. Ita Bar.in l.ſciendum.ff.qui ſatiſd.cogantur, &
ibidem Iaſ.nu.3.qui alios recenſet affirmantes,hunc merca-
torẽ non eſſe ſuſpectũ,vt decoquat. Secũda cõiectura,qñ ha
2 bet mercator intricata debitorũ † nomina,in magnis pecu-
niarũ ſummis;adeo quod ceſſet ſuſpicio fugæ, cum non fa-
cilis ſit eorum exactio. Ita Alex.in l.facere.ff.ſol.matrim.in
conſ.lxxxvij.lib.ij.Cacialupus in tract.de debitore ſuſpect.
nu.10.Iaſ.in d.l.ſciendũ.in prin.nu.3.& in §.ſi fundus.nu.7.
ff.qui ſatiſdat.cogantur,& Benuenutus Straccha in tract.de
mercatura,parte.ij.nu.25.

E contra,quod non præſumatur ſoluendo,ſed ſuſpectus,
3 coniecturam primò facit,quãdo†accipit pecuniam ſub vſu-
ris. Nam tũc præſumitur pauper,& effici non ſoluendo. Ita
gl.in l.ij.in prin.in verbo,ſuſpectum ff.ſoluto matr. & ibid.
Alex.Iaſ.in l.ſi conſtante.nu.138.ff.ſol. matr.vbi Ripa. nu.
38.idem Ripa in l.ij.in princ.nu. 52. ff. eod.& Benuenutus
Straccha in d.ſecunda parte.nu.27.

4 Secunda eſt coniectura,quando†mercator verſuram fa-
cjt,ſeu dilata ſolutione ad diem,merces eaſdem,viliori pre-
tio quàm emerit præſenti pecunia venderet. Eſt ſanè conie-
ctura,hunc malè rem ſuam agere,& ad inopiam vergere. Ita
Iaſ.in d.l.ſi conſtante.num.138. & Straccha in dicta ſecun-
da parte.nu.28.

5 Tertia eſt coniectura,quando† mercator habet merces in
loco periculoſo, vt in mari, vbi immineret pyratarũ in cur-
ſus,aut in montibus, vbi aquarũ impetu madefieri poſſent.
Hunc enim non ſoluendo effici veriſimile eſt,ſicuti ſcripſe-
rũt glo.in l.ij.in prin.in verbo,ſuſpectum. ff. ſoluto matri.
vbi Bart.nu.9.Alex.num.10.Iaſon num.26.Ripa nume.51.
Idem affirmarunt Iaſ.in d.l.ſciendum in princ. col. ij. ff.qui
ſatiſdare cog.Benuẽtus Straccha in dic.Trac.de mercatura
parte ſecunda.nu.26.

6 Quarta eſt coniectura,quando†mercatoris bona vendun-
tur. Ita Bart.in l.tres.nu.4.ff.de adminiſtr.tuto.

## PRAESVMP. LX.

### Societatis diuiſio quando facta præſumatur.

#### *SVMMARIVM.*

*Bonorum diuiſio cum quid facti ſit,non præſumitur.*

*2 B norum diuiſionem fact in eſſe, præſumptionibus probari.*

*3 Fratres ſeparatim habitantes longo tempore, poßidendo pro ſingulis partibus percipiendo commoda, & onera ſubeundo, diuiſiſſe præſumuntur.*

*Quod extenditur etiam in minore ſine curatoris autoritate aut prætoris decreto diuidente, ſi maior factus poßidendo per decennium taceat. nu. 4.*

*5 Fratres pro diuiſo poßidentes, ex taciturnitate longi temporis, præſumuntur in diuiſione facta, omnes rationes recte diſtraxiſſe.*

*5 Fratres poßidentes partes inæquales, non præſumi diuiſionem feciſſe, ſi tamen illa magna ſit inæqualitas. nu. 8.*

*7 Aequalitas vt inter fratres ſeruetur multa à lege inducuntur, & præſumuntur.*

*9 Iurium incorporalium, fratres non præſumuntur feciſſe diuiſionem.*

*10 Societati renunciaſſe frater præſumitur, qui ſeparatim negociari cæpit ſibique acquirere.*

*Diſſentiente tamen Baldo, dum aliorum fratrum conſenſus non adſit. nume. 11.*

*Diſtinguitur, vtrum ſcientibus, & patientibus aliis fratribus hoc faciat vel non. num. 12.*

*13 Bonis fratrum in catastro ſeu æſtimi libro ſeparatim conſcriptis, ſocietatis diſſolutæ facit præſumptionem.*

CVM ſupra diſputatum à nobis ſit, quando inter fratres præſumatur contracta bonorum ſocietas: nunc explicandum atque differendum eſt, quando inter eos præſumatur facta ipſorum bonorum diuiſio. Qua in re dicimus primum
1 †diuiſionem non præſumi; cũ quid facti ſit. Et in ſpecie tradit Maſchardus in concl. dxxvj. nu. 1. etſi Docto. quos commemorat, hoc non ſcripſerint.

Cæterùm coniecturis, & præſumptionibus, factam fuiſſe
2 †diuiſionem probari ſatis poteſt, quemadmodum affirmant omnes, quos infra commemorabimus.

Prima coniectura, & præſumptio eſt, quando longo tem-
3 pore fratres †ipſi ſeparatim habitarunt, nempè decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes, & quilibet ſolus poſſedit partem ſuam, ſubeundo onera pro ea parte tantum; & emolumentum ex ea percipiendo. Ita gloſſ. in l. pen. C. communi diuidu. vbi Bartol. Baldus, & Alber. Idem Bart. in l. cum de in rem verſo, nu. 5. ff. de vſuris, & in l. qui in aliena. in princ. ff. de acquiren. hæred. & ibidem Baldus, Angelus, Alex. & Iaſon. Idem Baldus in l. j. col. 11. C. qui admitti. & in l. j. nu. 12. C. de fideicom. in cõſ. ccccxxxvij. Quedã puella. in fin. lib. ij. & in conſ. cclxxxij. Proponitur quod minor lib. ij. Caſtr. in l. ſi filius. C. de petitio. hæred. & in cõſi. cxxvj. Non ſequendo ordinẽ. nu. 2. lib. ij. Roma. in conſi. ccv. nu. 3. verſ. tertiò principaliter, & in cõſi. ccccxviij. nu. 2. Alex. in conſi. xcij. nume. 3. lib. ij. & in conſi. xxv. nu. 3. libro quinto. Calcan. in conſi. xxiij. nu. 4. Iaſon in l. ſi certis annis. nu. 11. C. de pactis in l. j. nu. 15. verſ. iiij. limita. C. qui adm. & Iaſon in l. ſi certis annis nu. 11. in §. quædam. in inſt. de actio. & idẽ in cõſi. cxxviij. num. lib. j. & in conſi. clxxij. nu. 5. libro iiij. Socin. Sen. in conſi. clxiiij. col. pen. lib. ij. Ruinus in cõſilio cxvij. col. vlt. & in conſi. clxij. nume. 5. lib. iij. Decius in cõſ. lxix. in fin. Balbus in tract. de præſcriptio. in tertia parte principali. q. x. principali. numero 39. Io. Baptiſta de ſancto Blaſio inter conſilia Bruni in conſi. lxvj. num. 35. & numero 37. Gratus in conſi. cxxj. columna j. lib. ij. Alciat. in reſpon. xciiij. nu. 7. Boerius in q. lviij. Rubeus in cõſ. cliiij. nu. 5. Alba in conſi. xj. nu. 24. Bero. in q. iiij. nume. 14. Craue. in conſi. cccxviij. nu. 1. in fine. Tiraquell. in tract. de præſcrip. in gl. quarta, verſic. decimoquartò. & Anton. Gabriel in libro primo concluſionum. in tit. de præſumpt. concluſ. j. numero 28. Ea ratione fulcitur ſententia hæc, quam perpendit Bart. in l. cum de in rem verſo. nume. 5. ff. de vſuris, & in diſputatione. vij. Quæ incipit, Mulier habens in fine. quia agitur de modico præiudicio. Et Bartol. ſecuti ſunt Caſtren. ib l. ſi filiusfa. C. de petitio. hæred. & Iaſon in l. j. col. v. verſ. limita quarto. C. qui admitti. Eſt ſanè leue præiudicium, cum præſupponatur partes eſſe æquales.

Extenditur primò hæc coniectura, vt locum habeat, quã-
4 do †minor diuiſit bona ſuis cum fratribus, tempore minoris ætatis ſine curatore, vel iudicis decreto, quo caſu diuiſio non valet, præſuppoſito, quod eſſet pubes, & non iurauerit ſecundum diſpoſitionem auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus vẽd. & l. pen. C. de prædiis mino. & l. j. §. ſi communis. ff. de rebus eorum. Attamen ſi poſt maiorem ætatem tacuit per decennium, poſſidendo pro diuiſo, cenſetur inducta tacita, & ſolennis diuiſio, adeò quod nõ poteſt amplius retractari. Ita extendit Baldus in dicto conſilio 282. Proponitur, quod minor. lib. ſecundo quem probauit Fran. Balbus in dicto tract. de præſcriptio. in tertia parte principali. q. x. principali. num. 40. Et idem affirmarunt Ruinus in conſilio cxvij. in fine. lib. iij. Tiraquellus in d. tracta. de præſcrip. in glo. iiij. ver. decimoquarto. & Marſcardus in d. concluſ. dxxvj. nu. 4.

Extenditur ſecundo, vt locum habeat etiam, vt tanti tem-
5 poris †taciturnitate, ſi nũquam petita fuit redditio rationis, præſumatur, quod omnia in dict. diuiſione fuerint terminata, & ratio hinc inde reddita, cum non ſit veriſimile, quod tã diu tacuiſſent. Ita reſpondit Caſtren. in conſilio cxxvj. Non ſequendo ordinem. col. prima verſic. tollitur etiam. libro ij. quem ſecutus eſt Balbus in d. q. x. num. 41. Et ij quidem adducti ſunt textu. l. Procula. ff. de probatio. iuncta gloſſ. dic. l. pen. C. communi diuid. Et rurſus, quia à communiter accidentibus, quãdo fratres ſunt diuiſuri bona communia, prius hinc inde reddunt rationes, de à ſe adminiſtratis, & geſtis, iuxtà. l. cũ ſeruus. ff. de conditio. & demon. & ſcripſi in lib. ij. de arbitra. iudicum. caſu... Quare præſumitur, quod fratres reddiderint inuicem rationes, cum tanto tempore diuiſio præſumatur.

Declaratur primò, vt non procedat hæc præſumptio
6 †quando partes eſſent inæquales. Nam tunc non præſumitur facta diuiſio. Ita Bal. & Caſtren. in d. l. pen. C. communi diuid. Alex. in conſ. xxv. nu. 16. lib. v. Felin. in c. ſicut. col. xv. ver. hanc fallentiam. de re iudic. quos ſic refert, & ſequitur Balb. in d. q. x. nume. 43. & 44. Et his accedunt Nicolaus de Neapoli in §. quædam. q. iiij. in inſt. de act. Caſtr. in l. filiusfam. nu. 8. C. de petitio. hæred. Ruin. in coſi. clxij. nu. 17. lib. iij. qui ob id. nu. 14. reſpondit, non præſumi factam diuiſionem, quando vnus poſſedit totum. Eandem ſententiam ſecuti ſunt, Trigonius in ſing. cxxiij. Boe. in q. lviij. n. 8. & Maſcardus in d. concluſ. dxxvj. nu. 8. & 11. Ea ratione fulcitur horum traditio, quòd nemo præſumitur iactare ſuum. l. cum de indebito. ff. de probat. Non eſt ergo præſumẽdum, quod is, qui minorem partem poſſidet, conſenſerit illi diuiſioni inæquali. Et præterea ceſſat hic illa ratio, qua dicunt Doctores preſumi factã diuiſionẽ, nẽpè, quia agitur de modico præiudicio. Noſtro enim in caſu, agitur de magno, ex quo
6 partes ſunt inæquales. Et rurſus accedit, multa à lege †induci atque præſumi, vt æqualitas ſeruetur inter fratres, ſicuti diximus ſupra in præſumptione... cum ergo de inæqualitate apparet, dicendum eſt, non præſumi diuiſionem. His intelligimus minus rectè ſenſiſſe Salicetum in dicta l. penult. C. communi diuid. quem ſecuti ſunt Alex. in conſilio xcij. nu. 5. lib. ij. Angelus Aret. in §. vlti. in inſtit. de ſocieta. Iaſon in conſi. ij. col. x. verſi. quarto nõ obſtat. lib. iij. & Ruinus in conſi. cxvij. in fine. libro iij. Qui quidem ea ratione moti ſunt, quia licet partes inæquales ſint: attamen alter frater, vel ſocius potuit recipere compenſationem in pecunia. Quæ ſanè ratio vera non eſt. Non enim ſequitur, petuit recipere compenſationem. ergo eam recepit. Ita rationem hanc confutauit Franc. Balbus in d. q. x. numer. 44. Et accedit ſecundum Ruinum in dicto conſi. clxij. nume. 17. hanc eſſe ſolennitatem materialem, quod ſcilicet interuenit recompẽſatio facta pecunia, & pretio; quæ quidem ſolennitas materialis non præſumitur. §. pretium. in inſtit. de empt. & vend. Et præterea (inquit Ruinus) inducerentur duo ſpecialia ex eodem curſu temporis, hoc eſt, diuiſio facta; & datum pretium loco rei. Quæ duo ſpecialia concurrere non poſſunt circà eundem actum. l. j. C. de dotis promiſſ. Hæc autem de-
8 claratio locum habet, quando magna †eſſet inæqualitas: ſecus ſi tenuis, & modica. Ita Alex. in d. conſi. xcij. nu. 4. & manifeſtius Alba. in conſi. xj. nu. 24.

9 Declaratur ſecundò, non habere locum in iuribus incorporalibus. Ita Io. Baptiſta à ſancto Blaſio inter conſilia Bruni in conſi. lxvj. nu. 58. Verùm aliter ſcripſit Craue in conſi. cccxviij. col. j. & ij.

Declaratur tertiò habere locum, quando alter frater nihil





re illa vſus eſt: ſecus ſi aliqua ea eſt vſus. Ita Ioan. Baptiſta in d. conſil. lxvj. nume. 36. ſicuti quando fratres cauſa melioris adminiſtrationis feudi, alternatiue præponunt magiſtratus. ſed aliter prædicta declarat, & egregiè quidem Craue. in dicto conſilio cccxviij. nu. 2. verſi. ſed dicet aliquis; vbi plura ſcribit.

Secunda eſt coniectura, quando vnus fratrum, qui vnà ſimul cum aliis fratribus negotiari conſueuit, ſeparatim
10 † negotiari cepit, & ſibi acquirere. Ex hoc enim actu cenſetur diuiſiſſe ſocietatem eique renuntiaſſe. Ita Bar. in l. Titium aut Mæuium. §. altero. ff. de adm. tuto. Baldus in l. cum oportet. col. ij. C. de bonis, quæ liberis. Roman. in conſilio ccccxviij. in fine. Petrus de Vbaldis in tractat. de duob. fratribus parte vndecima principali. nu. 9. Alex. in conſ. lxxviij. nu. 1. lib. j. & in conſi. xcij. nu. 3. lib. ij. Socin. Sen. in conſilio cxcij. col. iij. verſi. non enim per vnicum actum. lib. ij. Et hãc opinionem ſecutus ſum in conſil. xij. in ſi. lib. j.

Cæterùm diſſentit Baldus in conſi. cccclij. Duo fratres ſimul ſteterunt, libro tertio. repetitum in conſil. cccclxxviij. eodem libro tertio, qui reſpondit, immo non dici diſſolutam ſocietatem, cum non adſit conſenſus aliorum fratrum; ſicuti omnium conſenſus requiritur in diſſoluenda ipſa ſocietate, vt & in ea contrahenda. l. actione. §. diximus. ff. pro ſocio. Et Baldum ſecutus eſt Natta in conſi. 100. nu. 5. lib. j.

Diſtinguendum eſt, quod aut is, qui cæpit ſeparatim ne-
21 gotiari, id facit † ſcientibus, & patientibus aliis fratribus; & hoc in caſu locum habet illa Bartol. Baldi, Petri Vbaldi, & ſequacium opinio. ſi verò alij ignorant, diſſoluta dici non poteſt ſocietas: & ideò quæſita à fratre ipſo communicari debent. Ita procedit opinio Baldi in dicto conſi. cccclij. & Nattæ vbi ſuprà. Et rurſus coniectura hæc locum non habet in ſocietate expreſsè inita vſque ad certum tempus. Nam ante finitũ illud tempus, ſi renuntiari ei non poteſt expreſſe, dicta lege actione. §. qui ſocietatem. multo minus poteſt tacitè negotiando, & ſibi acquirendo ſeparatim. Ita ſanè reſpondit Cæpolla in conſilio quadrageſimo primo. numero quarto in ciuilibus.

Tertia eſt coniectura, quando in libro æſtimi, cataſti, ciuita-
13 tis, † deſcriptæ eſſent ſeparatim bona ipſorum fratrum. Hęc ſanè deſcriptio argueret diſſolutam fuiſſe ſocietatem. Ita Alexand. in conſilio xcij. num. 6. libro ſecundo quem ſecutus eſt Marcardus in d. concluſ. cccccxxvj. nu. 13.

## PRAESVMP. LXI.

Diuiſionem factam inter fratrem ætate minorem, & maiorem, præſumi factam prouocante ipſo maiore, quando verum ſit.

### SVMMARIVM.

*1 Diuidere bona communia, eſt ſpecies alienationis, idque ſine decreto prætoris minor non poteſt.*

*2 Diuiſio bonorum inter minorem, & maiorem fratres, prætoris decreto adhibito, maiore prouocante facta præſumitur, ſecus ſi fiat extra iudicialiter. nu. 4.*

*3 Prætore autore geſta, præſumuntur geſta ſolemniter.*

1 CVM diuidere † bona communia alienationis ſpecies ſit, lege prima. C. communia vtriuſque iud. & tradunt Ruinus in conſ. cv. numero nono. libr. v. & Simoncellus in tract. de decretis libro ſecundo. tit. quarto. nu. primo. ea propter minor non poteſt ſine Prætoris decreto, etiam prouocante maiore diuidere: ſicuti poſt alios ſcripſi in lib. ſecundo de arbitrariis iudicum, caſu clxxj. nu. 36. & idem ſcripſit Simoncellus in dicto tract. de decretis. tit. quarto. nu. 6. & nu. 23.

Dubitari autem contingit, an diuiſio, quæ facta apparet inter fratrem minorem, & maiorem præſumatur facta prouocante ipſo maiore? Diſtinguendi ſunt duo caſus, quorum
3 primus eſt, quando diuiſio † facta fuit iudicialiter; adhibito Prætoris decreto. Hoc ſanè caſu præſumitur facta prouocante fratre maiore. Ita in ſpecie reſpondit Calcaneus in conſilio octuageſimo. numero ſecundo. quem ſecutus eſt Hier. Gabriel in conſilio trigeſimo ſexto. numero quadrageſimoſecundo. libro primo. Ea eſt ratio, quia geſta Præ-
3 tore † auctore, eiuſque adhibito decreto, præſumuntur ſolenniter geſta, ſicuti ſcripſimus ſuperiore libro in preſum. lxxv. vbi in quinto caſu ſcripſi ſolennitates modicæ cognitionis præſumi, ſi enuntiatæ fuerunt.

4 Secundus eſt caſus, quando † diuiſio facta fuit extraiudicialiter. Hoc in caſu reſpondit Gabriel in d. conſilio xxxvj. nu. 42. non præſumitur facta, prouocante maiore. Ita is intelligit Angelum in conſi. lxvj. nu. 2.

## PRAESVMP. LXII.

Librum ſocietatis & mercatorum præſumi ſcriptum conſenſu ſociorum, & ob id probationem inter eos facere.

### SVMMARIVM.

*1 Liber ſcriptus ab vno ſociorum, qui ſcribere conſueuerat, aliorum conſenſu ſcriptus præſumitur, & probat contra ſocios. num. 3.*

*2 Mandatum ex ſcientia & patientia præſumi.*

*4 Liber ab omnibus ſociis differenter ſcriptus, omnium voluntate præſumitur, & facit fidem inter eos.*

*5 Liber ab inſtitore ſociorum ſcriptus, mandato omnium præſumitur.*

*6 Libro mercatoris ſcriptum ad fauorem tertij, præſumitur ſcriptum mercatoris conſenſu.*

SOLET dubitari, an liber ſocietatis mercatorum fratrum & ſimilium, qui res, bona & negotiationes communes habent, conſcriptus præſumatur volentibus & cõſentientibus aliis ſociis & fratribus? Qua in diſputatione conſtituo aliquot caſus.

Primus eſt quando liber ſcriptus eſt ab vno ſociorum,
1 † qui ſcribere conſueuit. Hoc caſu ſcriptus pręſumitur conſenſu aliorum. Ita reſpondit Alex. in conſi. clxxxvj. nu. 1. lib. ij. quem ſecutus eſt Craue. in tracta, de antiq. tempo. in ſexta particula primæ partis principalis. nu. 57. Ea eſt ratio, quia præſumitur ſic mandatum ab aliis ſociis, qui ſcienter paſſi
2 ſunt illum ſcribere. Mundatum enim præſumitur † ex ſcientia & patientia, vt ſcribunt Innocen. in c. ex parte decani. de re iud. & alij, quos retuli ſuperiore libro. præſump. xv. in ſecunda declaratione, vbi explicaui, quando mandatum pręſu-
3 matur. Ex quo ſequitur, quod hic liber † probat pro ſcribente contra ſocios, ſicut è contra.

Secundus eſt caſus, quando liber iſte communis fuit in-
4 differenter † ſcriptus, ab ipſis omnibus ſocijs. Hoc etiam caſu à fortiori præſumitur ſcriptus voluntate & conſenſu omniũ, & propterea inter eos fidem facit. Ita Baldus in rub. C. de fide inſtru. nu. 35. verſ. ſequitur de ſcriptura ſociorum. Alex. in d. conſi. clxxxvj. nu. 1. lib. ij. Corne. in conſi. cccxix. nu. 14. lib. iij. Soc. Sen. in conſ. clxij. nu. 15. in conſi. ccxl. col. pen. verſ. quarto & vltimo. & in conſi. ccxcj. num. 14. libr. ij. Decius in conſ. lxviij. nume. 2. in fin. & Craue. in dicta ſexta particula primæ partis princ. nu. 59.

Tertius eſt caſus, quando liber fuit ſcriptus non ab ipſis
5 ſociis, ſed ab inſtitore † ipſorum ſociorum. Hoc etiam caſu dicimus, librum præſumi ſcriptum mandato omnium ſociorum, cum eorum conſenſu fuerit is præpoſitus negotiationi. Ita reſpondit Caſtre. in conſ. ccxiiij. Omiſſo primo. col. ij. ver. & quòd pater lib. ij. quem ſecutus eſt Craue. in d. vj. partic. nu. 26. & nu. 55.

Quartus eſt caſus, quando mercator habet aliquid ſcri-
6 ptum † contra ſe, in ſuo libro negotiationis, & diſputatio eſt non cum ſocio, ſed cum tertio ad cuius fauorem ſcriptum legitur. Hoc etiam caſu quidquid legitur ſcriptum in ipſo libro, præſumitur voluntate & conſenſu ipſius mercatoris ſcriptum. Sic docuit Baldus in rub. C. de fide inſtru. numero 33. ver. ſed hic quæro. quem ſecuti ſunt Alex. in conſ. cxlvij. nu. 9. lib. ij. & in conſilio ducenteſimoquadrageſimoquinto, columna prima, libro ſexto. Decius in l. vlt. numero trigeſimoſexto. C. de edicto Diui Adrian. tollen. in capit. ſecundo, numer. vigeſimoquarto. de fide inſtru. & in conſilio centeſimoſeptuageſimoquinto, numero ſeptimo, verſic. quinto non obſtat, qui ſimile reſpondit, de literis ſigillo alicuius

ſigillatis, vt præſumantur voluntate & conſenſu domini ſigilli ſigillatæ. Baldum quoque ſecutus eſt Craue.in tract.de antiquitate temporis,in octaua particula primæ partis principalis.nu.xxviij.

## PRAESVMP. LXIII.

Librum mercatoris præſumi continere vera in reliquis parcellis,cum earum aliquæ fuerũt probatæ & iuſtificatæ.

*SVMMARIVM.*

1 *Liber mercatoris in aliquibus particulis probatus & iuſtificatus, præſumitur verus etiam in non iuſtificatis.Diſſentiente Decio cum aliis. num.4.*
2 *Scriptura continens falſum in vna parte,præſumitur etiam in reliquis.*
3 *Confeſſione mariti de dote recepta matrimonio conſtante, in aliqua parte probata præſumitur vera in totum.*
4 *Exequutor teſtamenti, qui ſecundum teſtatoris voluntatem repertus fuerit recte aliqua erogaſſe,ſimiliter præſumitur de reliquis.*
6 *Libro ſcribentis ſtari pro ipſo ſcribente in connexis.*
7 *L.conueniri.ff de pactis dotalib.quando procedat.*
8 *Falſitas commiſſa à notario in vna parte inſtrumenti,quomodo reddat ſuſpectum in aliis.*
*Quid autem ſit inſtrumentis diuerſis.nu.9.*
10 *Librum mercatoris in multis particulis approbatum, etiam in alia verum præſumi,quamuis magni momenti ſit,*
*Adhibito tamen prudentis iudicis arbitrio.nu.11.*
12 *Libri mercatoris particulam aliquam aduerſario negante, ſi vera illa eſſe probetur,reliquæ omnes veræ præſumuntur.*
13 *Debitor negans debitum,de mendacio conuictus, perdit ceſſionis beneficium.*

ET ad hanc tractationem pertinet hæc præſumptio, qua dicimus, quod quando parcellæ ſeu
1 partitæ libri † mercatoris, vel alterius priuati probatæ & verificatæ fuerũt, liber præſumitur verus in reliquis omnibus parcellis,etiam nõ verificatis.Ita reſponderunt Caſtren.in conſi.cccj.Ad bene examinandum colu.j.lib.j.Comen. in conſi.cxxxvj.col.vlt.verſic.quinimo dato.Corneus in conſi.lxxxj.col.vlt.verſi. & ſaltem videtur. li.iiij.Ang.Aret.in §.vlt.ver. quæro an credatur. in inſti. de attilia.tuto.& in §.actionem.q.xiij.in inſt.de actio. Iaſon in repe.l.admonendi.nu.128.verſi.quinto. principaliter.limita.ff.de iureiuran.Ruin.in conſi.xviij.col.ij.verſ.ſicut libr.j. Alcia.in tract.de præſump.reg.j.præſump.xvj.in fin. Gramma.in conſi.clviij.colu.j.in ciuilibus.Anton.Gabr.in libr.j. concluſionum tit.de præſump.concluſ.v.nu. 1. & Craue. in conſi.clviij.nu.6.Et huius ſententiæ ea eſt ratio, quia quando plures parcellæ ſunt verificatæ, non eſt veriſimile, quod liber in cæteris falſum cõtineat; ſicuti ecõtra dicimus,quòd
2 quando liber,aliáve † ſcriptura cõtinet falſum in vna parte, præſumitur etiam in reliquis falſum continere. l. ſi ex falſis. C.de tranſact.& explicauimus infra lib.v.præſump. xxxviij.

Et prædictis accedit ſimile,quod reſpondit Socin.Sen.in
3 conſi.lxxxij.colum.ij.lib.iij.quod vbi confeſſio † mariti de in dote recepta conſtan.matri.aliqua in parte probatur vera, totum vera præſumitur. Eſt etiam ſimile quod reſpondit Ancha.in conſ.ccccxxxvj.In his dubiis.col.ij.verſ.præterea
4 præſumendum,cum dixit,præſumi executorem † teſtamenti vere erogaſſe quandam ſummam centum librarum,ſecũdum teſtatoris diſpoſitionem, poſteaquam apparauit, reſiduum verè & recte ab eo erogatum fuiſſe.

Cæterum ab ea Caſtrenſis, Comenſis & ſequacium opi-
5 nione diſſentiunt † Dec.in l.j.nu.4.verſ.& iſta concluſio. C. de eden.in c.ij.col.v. verſ.ſecundum eſt.de fide inſtru. & in conſi.cccxvij.nu.7.Ripa in l.admonendi.nu.125.ff.de iureiura.& ibidem Purpu.num.200.Afflict.in commentariis ad conſtitutiones Neapol.in tit.de iure Bailij.nu.23.Craue. in tract.de antiq.temp.in ſeptima particula primæ partis principalis.nu.12.& in conſi.cclvij.nu.1.

Primò ea ratione motus eſt Ripa, quia ſi in connexis ſtatur libro ſcribente: ſequitur dicendum quod in ſeparatis fidẽ nõ faciat, & tamen cõtra ſe ſcripta vera eſſe præſumũtur.

6 Verum facile reſpondetur, quod in connexis † ſtatur libro rationum, etiam pro ipſo ſcribente, nulla ab eo facta probatione. Sed in ſeparatis non ſtatur, niſi multæ parcellæ iuſtificentur, quia tunc inſurgit præſumptio, quod in reliquis vera ſcripſerit.

Secundò ea ratione vſus eſt Ripa, quod ſi crederetur in ſeparatis,eſſet dare materiam delinquendi,contra. l. conueniri. ff. de pactis dota. Nam poſſet quis facile ſuo in libro ſcribere multa vera,& deinde inſerere vnum quod eſſet falſum, quod non eſt admittendum, vt inquit Imperator in l. comparationes. C.de fide inſtr.

Cæterum reſponderi poteſt,non eſſe hoc veriſimile, ex quo iam multæ parcellæ ſunt verificatæ,vt dixi ſupra.

7 Nec repugnat regula. l. conuenire, quia illa † procedit, quando directò, quis inuitatur ad delinquendum: ſicuti poſt Angelum & Alex. declarat Iaſon in l.nemo poteſt in prima lectur.nu.27.ff.de leg.j.& ibidem Ripa. num.56.Præterea. d.l.cõuenire procedit, quãdo intentio legis eſt ad hoc ordinata, vt explicat idem Ripa in l. ex facto.§. ſi quis rogatus. nume.50.ff.ad Trebell. Hoc autem noſtro in caſu, lex non concedit præſumptionem hanc, vt directò inuitet ad delinquendum.Et præterea quod credatur huic libro,non excluditur contraria probatio.Et ideo ille, qui aſſerit parcellam, de qua eſt contentio,falſam eſſe,probare id poteſt.

Tertio retorquebat Ripa argumentum illud, quòd pro recepta ſententia adducebatur,cum diximus quod ſicuti inſtrumentum in vna parte falſum, præſumitur etiam falſum in alia parte.d.l.ſi ex falſis.C.de tranſact.Ita econtra liber in vna parte verus ſic præſumitur verus in altera. Inquit Ripa id non procedere in ſeparatis,& propterea ſicut in ſeparatis falſum in vna parte,nõ arguit falſum in altera parte ſeparata: ſic econtra verum in vno, non præſumitur verum in altero. Reſpõdetur, quod aut agitur de vno eodẽque inſtrumento;
8 Et tunc falſitas à perſona † notarij proueniens,commiſſa in vna parte eius,reddit ſuſpectum totum ipſum inſtrumẽtum, in alijs ſuis partibus etiam ſeparatis. Eſt ratio, quia & ſi inſtrumentum continet plures actus: attamen inſtrumentum ipſum dicitur quid indiuiduum,ex quo vno eodemque tempore cõfectum fuit ab eo notario, cuius perſona fuit approbata,quo ad actum illum totum ſimul conficiendum,vt ſcribunt Bart.in d.l.ſi ex falſis in prima lectura.col.vlt.verſ.breuiter,& ibidem Alex.col.vlt.& Curtius Senior.nu.48.& dicemus infra libr. v. præſumptio. xx. in primo caſu. Et caſus iſte cõuenit huic noſtro,cum & nos diſputemus de pluribus parcellis libri rationum ſcriptis ab eodem mercatore, pro eadem perſona cũ qua negotiatus eſt, & vnicum quoddammodo negotium confectum videtur; & eadem fides vnius mercatoris approbata ab ea perſona, quæ cum eo negotia
9 pertractauit. Aut vero agitur de † diuerſis inſtrumentis: & tunc falſitas à perſona notarij proueniens, commiſſa in vna parte non arguit falſitatem in altera parte, quemadmodum præcitati Doct.ſcribunt.

Hic caſus noſtro non conuenit: quia (vt diximus ſupra) hic agitur de vnico actu, ſeu ſcriptura diuerſarum parcellarum ab eodem mercatore pro eadem perſona debitoris ſcriptarum

10 Extenditur hęc ſententia & traditio,vt procedat † etiam ſi parcella eſt magni momenti. Ita Angelus Aret.in §.actionum.nu.88.in inſt.de actio.Corne.in conſi.lxxxj.nu.9.verſ. & eſt aduertendum.lib.iiij.Rui.in conſ.xviij.num.2.lib.iiij. & Grammat.in d.conſi.clviij.num.6.qui eiuſdem ſententiæ recenſent Paulum Caſtrenſem. Quam quidem declarationem intelligo, quando veriſimile eſt,quod mercator ille vel dederit, vel numerauerit ſummã illam: atque ita in hoc tri-
11 buere † multum iudicis arbitrio. Ex his ſequitur, minus recte ſenſiſſe Ripam in d.l.admonẽdi, dum intelligit Caſtren. in d.conſi. cccj. loqui ſolum de parcellis minutis. Et communis illa ſententia procedit multò magis, quando concurrerent aliæ coniecturæ,vt concurrebant in caſu.Craue.in d. conſili. clviij. vt ipſemet declarat in dicto tractat. de antiq. temp.in ſeptima partic.numer.13. & numer.14. Et ibidem. num.24.intelligit communem opinionem poſſe procedere verificatis plurimis parcellis. Et præterea multo magis pro-
12 cedit, relata communis opinio,quando aduerſarius † mercatoris negaſſet vnam ex parcellis cõtentioſis:& illa deinde fuiſſet



fuiſſet ab ipſo mercatore verificata. Nam tunc reliquæ ſine controuerſia veræ præſumuntur: ſicuti ſimili in caſu ſcribũt Angel.Aret.§.vlt.col. vlt.in inſti.de actio. Iaſon in §.actionum.num.88.eo.titu.Decius in l.nemo ex his.num.7. ff.de
13 regu.iur.quòd ſi debitor † negauit debitum, & poſtea conuictus fateatur,perdit beneficium ceſſionis,propter mendacium. Ita & noſtro in caſu ſi de mendacio conuincitur debitor, in vna parcella, magna contra eum inſurgit præſumptio quò ad aliàs.

## PRAESVMP. LXIIII.

Signa & nomina præſumptionem & cõiecturam facere,res illorum eſſe,quorum inſcripta,vel impoſita ſunt ipſa nomina & ſigna.

*SVMMARIVM.*

1 *Nomina ad res demonſtrandas inuenta.*
2 *Res illius cuius nomen obtinet præſumitur.*
3 *Stigma militem, habitus clericum,ſtola ſacerdotem notat.*
4 *Veſtimentorum ſigna perſonæ qualitatem ſignificare.*
5 *Cadauer occiſi cuius ſit,ſi facies non indicet ſigna & ſtigmata corporis perquirenda.*
6 *Merces ex ſignis inſcriptis agnoſcuntur.*
7 *Vexilla ſeu inſignia nauibus impoſita,dominum demonſtrant.*

1 QVEMADMODVM nomina † inuenta ſunt, vt res ipſæ demonſtrẽtur. l.Labeo. ff. de ſuppelect. legata, & l. ad recognoſcendos. C.de ingenuis, & manumiſ. & ideo dicimus,rem præ-
2 ſumi † illius,cuius nomen obtinet,Baldus in l. Gallus. §.nunc.ff.de lib. & poſthu.& Cæpolla in conſil.iij. colum.vltim. Ita & ſigna.l.ſtigmata.C.de Fabricenſ.lib.xj. Hinc apud Romanos,ſerui, qui venum exponebantur, pileo capiti impoſito,oſtendi conſueuerant,vt ſcribit Gellius
3 lib.vij.noct.att.capit.iiij.Ita dicimus, † ſtigmata militem, habitum clericum, ſtolam ſacerdotem, quæ propria eorum ſunt ſigna ſignificare Bald. in l.indirectis.C.de teſta.manu. & Decius in capit. cauſam matrimonij. numero tertio. de
4 probatio. Sic pariter ſigna † veſtimentorum perſonæ qualitatem ſignificare reſponſum eſt, in l. apud Labeonem. §. ſi quis virginem. ff. de iniuriis & l. ſpecioſas.ff. de verborum ſignificatione. vbi Cæpolla, Alciatus & Ioan.Bræcheus. & ſcripſerunt Decius in conſi. cxxv.num.6.Marſil. in conſilio xcvij.nu.9.

Ita pariter dicimus, ſignum demonſtrare cuius ſit equus Bart. in d.l.ſtigmata.& ibidem Lucas de Penna.& Io.à Platea. Reſtaurus in tract. de Imperatore. quæſt. lxxxix. Benuenutus Straccha in tract.de mercatura parte.ij.num.lxxiij.
5 & praxim egregiam recognoſcẽdi cuius ſit cadauer † occiſi, cuius facies dignoſci nõ poteſt,vt corporis ſigna & ſtigmata inſpiciantur docuit Bart.in d.l.ſtigmata,& Anton.Corſetus in ſing.in verbo,teſtis.incipit,Dictum teſtis.

Sic etiam dicimus, merces, ſeu ſarcinulas,quæ vulgò, le
6 balle,appellamus cognoſci ex ſignis † eis inſcriptis.Bald.in auth.dos data.C.de dona.ante nupt.Petrus Vbal.in tract.de duob.fratrib.parte xj.nu.72.Francus in cap.ſi iudex.§.idem extra de ſentent. excom. in vj.Dec.in d.c.cauſam matrimonij.nu.3.de proba.Afflict.in dec.xxiij.nu.4.& Straccha in d. ij.par.nu.71.

Sic quoque reſpondit Iaſ.in conſil.clxx.colum.iiij.libr.
7 ij. ex vexillis † ſeu inſignib.familiæ Mediceæ. ſeu Reipub. Florentinæ impoſitis naui, illam præſumi eſſe prædictæ Reipub.

## PRAESVMP. LXV.

Socius,mercator,& debitor,qui nulla contradictione facta, literas ad ſe datas accipiunt, an in eis ſcriptam obligationem, contractum & debitum approbaſſe præſumantur,diligens explanatio.

*SVMMARIVM.*

1 *Literas recipiens,eas approbare præſumitur & vera eſſe in eis ſcripta.*
*Et ſecundum aliquos idem eſſe in recipiente mandatum.nu.2.*
*Idque tam in perſona extranea quam coniuncta obtinere.nu.7.*
*Procedere etiam ſi verba in literis ſcripta,non principaliter ſed ob aliud emiſſa ſint.nu.9.*
3 *Arbitrum recipientem compromiſſi inſtrumentum,nulla facta contradictione præſumi onus cognoſcendi & laudum proferẽdi,acceptaſſe.*
4 *Laud prolati ſcripturam litigantes recipiendo,nulla cum contradictione,præſumuntur laudum acceptaſſe.*
5 *Laudi reductionem ad viri boni arbitrium,vſque ad 10.ann.peti poſſe.*
6 *Proteſtationis inſtrumentum ſine contradictione recipiens,præſumitur ei conſenſiſſe.*
8 *Nuncium etiam ſine literis recipiens,ſi non contradicat, præſumitur nunciata approbaſſe.*
10 *Literas recipientem præſumi ijs conſentire, verum eſſe in obligatione ſponte & voluntarie facta,non in ea,quæ inuito accideret.*
11 *Actui qui ſe inuito geri poteſt, ſubſcribens, non dicitur approbare in ſui præiudicium.*
12 *Literas recipientem præſumi approbare actum in eo contentum,non tamen fateri,quod ita geſtus fuerit.*
*Idque ſi literas etiam ſciens reciperet.nu.13.*
*Eaſque aperuerit & legerit.nu.14.*
15 *Literas recipiens non præſumitur eis deſcripta approbare,ſi dati & accepti iiſdem calculus contineatur.*
16 *Literas recipientem contenta probaſſe præſumi, verum eſt ſi teſtes qui de retentione abſque vlla contradictione deponunt ſciebant quæ in literis deſcripta continebantur.*
*Idque etiã ſi literæ viuo mittente ad manus recipiẽtis peruenerint,aliud enim eo mortuo.nu.17.*

CONTINGIT ſæpiſſime inter ſocios & mercatores,dari literas abſentibus ſociis & debitoribus, quibus ſignificatur eos aliquid debere, quare dubitatur, an literas ipſas recipiens, præſumatur fateri & approbare cõtractum,obligationem,& debitum in eis ſcriptum? Hãc diſputationem explicaui aliquãdo in libr.j.de arbitrariis iudicum &c. caſu xxj. Verum hic paulo copioſius & diligentius pertractabo,cum huc maxime pertineat. Eſt ſane conſtituenda
1 hæc iuris ſententia, recipientem literas † præſumi illas approbare,& fateri vera eſſe,quę in eis ſunt ſcripta.Ita ſcripſerunt Bar.in l.ſi filius.la ij.ff.ad Macedon. in l. cũ tabernam. §.j.in fine.ff.de pigno.in l.Titius.in fine.ff.de cõſtit. pecun. & in l.quo enim.§.j.in fine.ff.rem ratã hab.Bal.in l.emptor. §.Lucius.ff.de pact.in l.ſi procurat.in princ.ff.de procur. in d.l.Titius.ff.de conſtit.pec.in l.ſi abſentis.col.ij.verſ.tu dic: quòd quãdoque.C.ſi certum peta.in l.vlt.col.j.verſ. quæro. ſi contrahitur.C. ad Macedo. & in rubric. C. de fide inſtrumen.col.pen.verſ.quæro,quid de literis.& in capit.vlti.col. penult.verſic. quid de pagina.de iureiurando.Angelus in d. l.ſi filius.Fulgoſius in d.l.emptor.§.Lucius,Salicetus in d. l. vltim.columna ſecunda. verſicul. quæro,quid ſi filius.C.ad Macedon. Romanus in conſi.ccxcv.nume. 5.Abbas in cap. cum iniuſte. numero 7. de procurat.& in conſi.lxxxviij.col. penult.verſi. ſi autem interuenit ſcientia.lib.j. & in conſilio xviij.num.5.libro ij. Mattheſil.notab.xxiij .Imola in l. non ſolum.§.morte.col.iij.ff.de operis noui nuntiat. & in capit. cum M.Ferrarienſis colum.xviij.verſ.quartò caſu de conſti. Alexan.in conſilio lxxviij.col.j.lib.j.& in conſil.cxlvij.col. iij.verſ.fortificantur prædicta.lib.ij.Cæpolla cautela ix.Pone quod Barba.in conſi.xv.col.iij.in fine.lib.ij.Felinus in d. c. cum M. numero 36.de conſt.& in cap.ij.num.20. de fide inſtr.Iaſon in l.admonendi, in repe. numero 138.de iureiurando.in l. quæ dotis. nume.92.ff.ſoluto matrimonio. & in conſilio xlvij.num.2.libro j.Decius in conſ.ccccxxx.in fine & in conſi.dcxxxij.num.16.Ripa in l.admonendi.num.138. de iureiurando,& in d.capit.cum M. Ferrar.numero 132.de conſtitut.Gozad.in conſi.xxiij.numero 6.Marſilius in rubr. C.de probat.num.140.& in practica criminali.§.diligenter. num.138.Franciſc.Couuar.libro v.commenta.iuris.ciuilis. capit.iiij.numero primo. Pariſius in conſilio xlvij.num.15. in conſilio nonageſimoprimo. numero 3. in conſilio cxij. numero 45.& in conſilio cxxvij.num.32.lib.j.& in conſil.v.

num. 206. libro iiij. Antonius Gabriel in ſuis concluſionibus.lib.j.tit.de præſumpt. concluſio. ij.num.1.& nouiſſime Rota Genuenſis in deciſio.ij.num.2.& in deciſi.xcj. numero primo. Et hanc quidem ſententiam probari omnes exiſtimant ex d.l.ſi filius.ff.ad Macedon. & ex clemen. prima. de procurat. quod tamen dubitationem habet non mediocrem,vt ſcripſi in dicto caſu vigeſimoprimo. numero 3. Et
2 ex præcitatis multi idem eſſe ſcripſerunt , in† recipiente mandatum,vt cenſeatur illud acceptaſſe:vt vere hoc probat d. clemen. prima. de procurat. Et præter iam commemoratos,ita in ſpecie affirmarunt Baldus in l.ſi defunctus.in princip. ff. de procurator. & in l. ſi literas in fine. C. mandati. Roman.in l. quæ dotis. columna decima. verſi. ego autem. Dec. in c. cum M. numero 23. de conſt. Eſt ſimile quod
3 ſcribit Roma.qui ſupra, arbitrum† recipientem inſtrumentum compromiſſi,nulla contradictione facta,præſumi acceptaſſe onus cognoſcendi & proferendi laudum. Ita quoque
4 econtra dicimus,litigantes† qui compromiſerunt, recipiendo ſcripturam laudi prolati,nulla contradictione facta,præſumi acceptaſſe ipſum laudum. Ita Abbas in conſilio xviij. nu.5.lib.ij.

Cæterùm diſſentit Ripa in capitul. cum M. nu.132.verſi. ex prædictis. de conſt. poſt Bart. in l.j.nu.6.C.de rela.& Felin.in c.cum in iure peritus.colu.iij.de off. deleg. Ea ratione
5 adducti,quòd data eſt facultas petendi † reductionem ad arbitriũ boni viri,vſque ad xxx.ann.vt ſcribit Bar. & poſt eum cæteri.in l. ſi ſocietatem.§.arbitrorum.ff.pro ſocio. Et ideo iſte tacens cum ſciat hanc ſibi conceſſam facultatem non præſumitur acceptaſſe laudum. Hæc autem præſumptio eo meliori ſimili comprobari poteſt,quo dicimus,recipientem
6 † inſtrumentum proteſtationis , nulla facta contradictione, præſumi illã approbaſſe eique conſenſiſſe. Ita Alex.in l.non ſolum.§.morte.num.27.de operis noui nun. Cæpol.in caut. xxiij. Feli.in d.cap.cum.M.nu.37.de conſt. & ibidem Dec. nu.23.qui intelligit,quando præſenti fit proteſtatio. & Rubeus in d.§.morte.nu.262.

7 Et prædicta præſumptio procedit tam in perſona† extranea, recipiente has literas quàm in perſona coniuncta, vt puta patre,& ſimilibus.cum,iuxtà magis receptam interpretationem.d.l. ſi filius. ff. ad Macedo. ſeu eius ratio , locum habeat tã in extraneo quàm in patre, etſi diſſentiant à communi hac opinione Caſtren.in d.l.ſi filius. & in l.interdum, ff.rem ratã hab.vbi & Comenſ.in §.rem haberi,in fine. Dec. in dicto cap.cum.M.nu.23.

Extenditur hæc præſumptio , vt locum etiam habeat in
8 recipiente† nuntium ſine literis: cui quidem nuntio referenti ſi non contradicit,præſumitur approbare ab eo nunciata. Ita ſcribunt Imola in d.l.non ſolum.§.morte colu.iij. verſ.nam quando iniungitur.de operis noui nunt. Caſtren.in d.l.interdum.ff.rem ratam haberi.& ibidẽ Comenſ. & Alex. in anno.ad Bart.in d.l.ſi filiusfa.& Ant.Gabriel in d.cõcluſ. ij.num.3.

Cæterùm diſſentire videntur Barto.in d.l.ſi filius. & in d. l. quo enim. Alex. in d. §.morte.nu.27.& Felinus in d.capit. cum.M.num.32. dum ſcripſerunt præſumptionem hãc procedere,ratione retentionis literarum; ex quo ſequitur,quod vbi non adeſt literarum retentio , non præſumitur iſte conſenſus, & approbatio. Sed reſponderi poteſt , adeſſe hic retentionem relationis factæ à nuntio : cui quidem ita potuit cõtradicere ſicuti literis. Nec,mea ſentẽtia,illa nuda chartæ retentio,quòd plus ſignificat,quàm reſponſio,vel contradictio non facta huic nuntio.

9 Extenditur ſecundo hæc præſumptio vt procedat† etiam ſi verba in literis illis ſcripta,eſſent emiſſa non principaliter, ſed propter aliud.Ita Ancha.in clem. j. in quinto notab. de iureiuran.quem ita recenſet, & probat Anto. Gabriel.in d. concluſ.ij.nu.7.

Declaratur primò,vt procedat prædicta præſumptio quo
10 ad ea , ad quæ recipiens† ſua ipſa voluntate, & ſponte ſe obligaſſe dicitur : vt puta, ſi recipio literas , in quibus ſit ſcriptum,me à te ſcribente,mutuo ſuſcepiſſe centum coronatos. Secus verò quò ad ea , ad quæ recipiens inuitus obligaretur; exempli gratia,recepi literas , in quibus ſcribis pecuniam,quam mihi debes , fuiſſe ſequeſtratam iudicis mandato,mea aliqua de cauſa.Hoc ſanè caſu illa receptio literarum à me facta non infert , quod ego conſenſerim illi ſequeſtro : cum illud me inuito factum ſit. Ita egregiè declarat Comenſ. in conſilio clxxvij. Suppoſitis ſtatutis. columna ſecunda. verſicul. Nec obſtat literarum. & columna penultima. verſicul. Non obſt. igitur. Et ſi eo loci dicat , ſequeſtrationem non omninò fieri inuito debitore. Attamen viſus ſum hoc exemplo , quo apertius declaratio explicetur. Et ſuam hanc declarationem probat Comenſis ex lege. Caius , vbi gloſſ. vltima verſicul. tu autem dicas. ff. de pignor.
11 action. vbi ſubſcribens † actui , qui eo inuito geri poteſt, non dicitur ei conſentire , & illum quò ad ſui præiudicium approbare. Ita ergo hic recipiens literas , quæ continent actum,qui geri potuit inuito ipſo recipiente , ei conſentire non dicitur : ſed opus eſt , quòd contineant actum , qui geſtus dicatur voluntate ipſius recipientis. Quibus intelligimus erraſſe Antonium Gabrielem in ſuis concluſionibus libro primo titul. de præſumptio. concluſ. ſecunda. numero octauo. qui dum malè intellexit Comenſis traditionem , ab eo diſſenſit.

Declaratur ſecundò , vt procedat hæc præſumptio, quod
12 hic † recipiens literas, vel inſtrumentum , præſumatur quidem approbaſſe actum ipſum; non autem fateri,quod re vera ita fuerit geſtus. Ita declarant Comenſ. in dicto conſilio clxxvij. columna penultima. verſicul. Non obſtat quod receptio. Ripa in capitul. cum. M. Ferrarien. numero centeſimo trigeſimo ſecundo. verſicul. tertiò declara. de conſtitut. & in lege admonendi. numero centeſimotrigeſimoſeptimo. ff. de iureiuran. Alciatus in l. deteſtatio. numero quinquageſimoprimo. ff. de verbor. ſignificatio. Anton. Gabriel in dicta concluſ. ſecunda. numero nono. quos ſecutus ſum in dicto libro ſecundo. de arbitra. iudicum. caſu xxj. numero quarto. Exemplum adferri ſolet , ſi procurator Titij ei dat literas , ſe mutuo recepiſſe, ſuo nomine centum à Caio. Titius iſte recipiendo literas approbaſſe quidem illas dicitur , ſi mutuo receptæ fuerunt pecuniæ : ſed tamen non dicitur affirmaſſe , quod re vera fuerint receptæ. Et propterea qui numeraſſe aſſerit,aliter quàm ex literis eam numerationem probare debet.

Declaratur tertiò , vt habeat locum hæc præſumptio in
13 eo , qui† ſcienter recipit literas: ſecus ſi ignorantur. Ita gloſſ. in clemen. prima , in verbo , ſcienter. de procurat. Matthef. notab.xxj. Cæpolla cautela nona. Pone quod. numero ſecũdo. Ripa in dicto cap.cum M.nu.132.verſ.primo. requiritur. Berous inter conſilia Zaſij in conſil.iiij.columna penultima verſicul. adhæreo. qui quidem ſcribunt , quòd ad hoc vt præſumptio iſta locum habeat , debet is recipiens
14 † aperuiſſe, & legiſſe literas : nec quidem ſufficere perfunctoriam lectionem , ſed tantùm temporis tribuendum eſſe, vt eas conſiderare potuerit,vt poſt alios declaraui libr.ij. de arbitr.iudic. caſu xxj.nu.5. Quæ ſanè traditio procedit, niſi poſt retentionem ſcripturæ tantùm temporis effluxerit , vt veriſimile ſit,illum recipientem vidiſſe,& legiſſe ſcripturam illam. Ita Imola in clemen. j. in fine.de procurato.& Anton. Gabriel in dicta concluſ. ſecunda. numero duodecimo. Atque ita poteſt intelligi , & declarari Anch. in dicta clemen. prima,columna ſecunda. de procurat. cum dixit,ex præſentatione literarum , præſumi ſcientiam , etiamſi non apparet de ipſius ſcripturæ lectione,loquitur ſanè Ancharanus , quãdo poſt retentionem literarum,aliquod tempus elapſum ſit, quo veriſimile ſit eas legiſſe.

Declaratur quartò , vt non procedat , quando in ſcriptura
15 † contineretur calculus dati & accepti. Nam tũc recipiens non præſumitur eam approbare. Ita Cæpola in d.cautela.ix. Iaſon in repe.l.admonendi.num. 138. de iureiuran. Decius in c.ij.nu.15.de fide inſtr. Ripa in d.c.cum M.nu.132.verſi. ſecundo.intellige.de conſtit.& Anton. Gabr. in d. concluſ. ij.nu.13. Ea eſt ratio,quia non præſumitur retinere,vt debitum agnoſcat,ſed vt videat,an rectè calculus ille fuerit confectus.iuxta l.cum ſeruus.ff.de cond.& demonſt.

Declaratur quintò , vt non procedat hæc præſumptio,quando
16 teſtes illi , qui atteſtantur de retentione ipſius ſcripturæ & de contradictione non facta, ſciebant quæ ſcripta erant in ea ſcriptura , alias ſecus. Ita Matthef.in d.notab.xxj. Cæpolla in d.cautela.ix. Alexãder in annotat.ad Bartolum in d.l.quo enim.§.j.ff.rem ratam hab. Decius in d.cap.ij.nu.15.de fide inſtr. Iaſon in repet.d.l.admonendi.nu.138.verſ.& ex hoc.& Berous inter conſilia Zaſij in d.conſil.iiij.colum.j.verſicul. adhæreo.& Antonius Gabriel in d.concluſio.ij.nu.14.

Declaratur ſextò , vt procedat hæc præſumptio , quando
17 † hæc ſcriptura,viuo mittente,peruenit ad recipientem:ſecus ſi eo mortuo. Nam tũc locus nõ eſt huic præſumptioni. Ita Roma.in d.l.nuda ratio.ff.de donat. Decius in cap.ij. nu.15.de fide inſtru. Iaſon in d.repet.l.admonendi.nu.138. verſic.ſecundo limita.de iureiurando. & Antonius Gabriel in dicta concluſione ij.num.26.



## PRAESVMP. LXVI.

### Quãdo ac quomodo ſubſcribens alterius ſcripturam vel eam ſua manu ſcribens vel inſcribens, eam approbare præſumatur , accurata & diligens explicatio.

*SVMMARIVM.*

1 *Scripturam alienam manu ſua totum ſcribens , approbat præſumitur in ea contenta.*
*Quod extenditur,etiam nullo ipſius ſigno appoſito.nu.3.*
*Item etſi manu ſua ſcripſiſſe non aſſeruit.nu.4.*
*Fallit id,ſi ſcriptura non contineat cauſam aptam,quæ ſcribenti nullum adferret præiudicium.nu.5.*
2 *Scripturam manu propria ſcriptam , ſcribentis ſubſcriptione non indigere.*
6 *Notarius ſcripturam conficiens ratione officij , non præſumitur in ea contenta approbare.*
7 *Scripturæ ab alio confectæ ſubſcribens, præſumitur eam approbare.*
*Quod etiam locum habet in pœnalibus.nu.8.*
*Etſi ſubſcriptio generalis ſit.nu.9.*
*Non obſtante opinione B [illegible] etſi rectè intelligatur. nu.11.*
9 *Diſpoſitio præſumens negantem ſcripturam propriam , locum habet etiam in ſubſcribente.*
12 *Statuto ſtante vt executio detur contra ſcribentem , de ſubſcribente quoque intelligi.*
14 *Scriptura ab alio qui ſubſcripta , ipſius mandato & cauſa confecta præſumitur.*
*Idque etiam quando ſcriptura pro forma requireretur.nu.14.*
15 *Scripturæ alienæ,nomine alieno ſubſcribens,eam non præſumitur approbaſſe.*
*Niſi tamen ſubſcribendo actui illi , pro [illegible] ſui detrimentum adferret. num.16.*
17 *Subſcribens ſcripturæ alienæ, officij ratione,eam nõ præſumitur approbaſſe.*
18 *Notarius ſubſcribens actui ratione officij , eum non præſumitur ad ſui præiudicium approbare.*
19 *Agnatis cuius conſenſus ex diſpoſitione requiritur , ſubſcribendo actui celebrato ab agnata,in ſui præiudicium non præſumitur approbaſſe.*
*Quod tamen quomodo accipiendum.nu.20.*
21 *Scripturæ non lectæ ſubſcribens,non præſumitur eam approbaſſe.*
22 *Ratificatio non niſi de his facta præſumitur,quæ à ratificante lecta,cognita,& rectè intellecta fuerunt.*
23 *Subſcribens,ſcripturam legiſſe præſumitur,ſi viſis & lectis ſupraſcriptis ſe ſubſcripſiſſe aſſerat.*
*Idem ſi teſtes deponant , illum ſcripturam ad ſe receptam in domum, cubiculum,aut bibliothecam detuliſſe, & eã ſubſcriptam extuliſſe. num.24.*
*Iudicis tamen arbitrio committendum eſſe.num.25.*
*Et quid ſi ſcripturam per aliquod temporis interuallum penes ſe detinuerit.nu.25.*
*Aut ſubſcribens ſit vir diligens , & in re domeſtica cautus. numero 28.*
*Et quid in parum ſoluto & cauto.nu.29.30.& 31.*
32 *Scripturam alienam non ſcribens,aut ei ſubſcribens , ſed ſupraſcribens tantum,præſumitur eam approbaſſe.*
*Id autem locum non habet in teſtamentis , & alijs quæ requirunt ſubſcriptionem.num.33.*

EFFICIT præcedens diſputatio,vt hoc loco explicem , quod alibi eram explicaturus , quando ſubſcribens alterius ſcripturam,vel eam ſua manu ſcribens,vel inſcribens, eam approbare præſumatur. Quæ ſanè diſputatio in ſummè vtilis eſt,ita non indiligenter a nobis pertractanda eſt. Hac itaque in re, tres præcipuos caſus diſtinguimus,atque conſtituimus.

Primus eſt , quando quis nomine alterius totam ipſam
1 ſcripturam † ſua ipſa manu ſcripſit, præſumitur eam,ſeu id, quod in ea continetur,approbare. Ita Bartolus in l.cum tabernam.§.idem quæſit. numero primo. verſicul. item fortè.ff. de pignor.& ibidem Angelus in ſecundo notab.& Salicetus in verſicul. idem notat. Baldus in prohem. Digeſtorum.num.19.verſicul. ſed ſi eſſet nomen. Cum dixerit,
2 ſcripturam manu† propria ſcriptam , non egere quod eiuſdem ſcriptoris manu ſubſcribatur. Idem Baldus in l.cum antiquitas.in vltimo notabil. C. de teſtam. & ibidem Caſtren in fin. Romanus in conſilio ccciij. numero primo. Butrius in cap.ij.col.ij.verſ.vtrum autem in ipſa.de fide inſtr.& ibidem Cardinal. colum.pen.verſ.nam quando obſtat.& Imola colum.iij.verſicul. intelligo quando. Idem Imola in clemen.j.numero [illegible] idem ſi non eſſet.de procurat. Aret. conſ.lxiiij.colu.quinta.verſ.nec poteſt dicere. Alex. in l.admonendi.num.[illegible] verſ.item adduci.& in fine.ff.de iureiuran. idem Alex. in l.cum antiquitas.col.ij.in vltimo notab.C.de teſt.& ibidem Iaſon numero duodecimo. Socin. Senior in conſil.xv.numero 48.in fine.lib.j. Decius in l.hac conſultiſſima.num.27.C.qui teſtam.facere poſſ. Purpur.in l.admonendi.numero clxvij.ff.de iureiuran. Crauet.in tract.de antiq.tempo.in quinta particula primæ partis principalis num. 42. Anton.Gabriel in ſuis concluſionibus.lib.j.tit.de præſumpt.concluſ.iij.num.1. Benuenutus Stracha in tract.de mercatura.titul.quomodo in cauſis mercatorum procedendum ſit.num.30. Quam quidem ſententiam probat text.in l.ſi debitor.§.pater.ff.de pign.& textus in §.ij.inſtit.de empt.& vendit.ibi,ſi inſtrumenta fuerint conſcripta manu propria contrahentium,vel ab alio quidem ſcripta,à contrahente autem ſubſcripta.

Extenditur primò,vt procedat etiamſi nullum ipſius ſcri-
3 bentis† ſignum appoſitum fuit. Nam neceſſarium illud minimè eſſe tradiderunt Bar.in d.l.cum tabernam.§.idem quæſijt.ff.de pigno. & Butrius in d.c.ij.col.j.verſ.an in ipſa exigatur.de fide inſtr.

Extenditur ſecundò , vt procedat etiam quando is qui
4 ſcripſit,† non aſſeruit,ſe ſua manu ſcripſiſſe. Ita Barto.in d. §.idem quæſijt.num.2.& apertius Crauet.in d.tracta.de antiq.temp.in d.quinta particula primæ partis principalis num. 43. ſatis enim ſuperq; eſt,quod conſtet ſcripturam eſſe manu illius ſcriptoris ſcriptam. Nec obſtant auctoritates Felini in d.c.ij.colu.ij.verſic.octaua concluſio de fide inſtr. & Purpur.in d.l.admonendi.nume.167.de iureiuran.qui diſſentiunt. Nam reſpondetur eos mouerī ex l.cum antiquitas. §.vltim. C.de teſt. qui tamen loquitur quando ſubſcriptio requiritur pro forma. Sicut ad rem noſtram declarat Areti. in conſilio. ſexageſimoquarto.columna quarta. & Crauet. vbi ſupra.

5 Declaratur primò,vt procedat hic caſus , quando † ſcriptura continet cauſam aptam & idoneam,vt alias ſcribens ſibi non adferret aliquod præiudicium. Ita Imola in d.cap.ij.nu. 3.verſ.in eadem glo.de fid.inſtr.& ibidem Dec.nu.12. Ant. Gabr.in d.concluſ.iij.num.14. quæ declaratio comprobari poſſet ex copioſè traditis à Feli.& cæteris in c.ſi cautio.de fide inſtr.

Declaratur ſecundo,vt non procedat hæc præſumptio in notario, qui ſubſcribere etiam tenetur. Ita Felin. in d.c.ij. nu.7.de fide inſtr.& Anto.Gabr.in d.concl.iij.nu.15. Quibus addo Alex.in conſ.xlj.num.9.lib.j.Iaſ.in d.l.cum antiquitas.nu.12.C.de teſta.poſt Caſtrenſ.& Alex.ibidem & Pariſium in conſi.xxvij.nu.9.lib.ij.

Ceterùm declaratio hæc à Gabriele propoſita,non ſatis videtur congruere huic diſputationi quæ quidem eſt,an ſcribens præſumatur ad ſui præiudicium approbaſſe ea , quæ in ipſa ſcripta fuerunt, non autem eſt diſputatio de ſcriptura ſubſcripta,vel non ſubſcripta. Quocirca rectius dicere poſ-
6 ſumus,non procedere hunc caſum,† in notario,ob id,quod ipſe ratione ſui officij eam ſcripturam confecit , vt dicemus ſubſequenti in caſu,in ſecunda declaratione.

Secundus eſt caſus , quando quis ſubſcripſit ſcripturam
7 † ab altero ſcriptam. Hoc in caſu pro regula traditur eſt,

 ſubſcri

ſubſcribentem hunc præſumi approbaſſe ſcripturam illam. Ita Bart.in l. emptor.§.Lucius.ff.de pactis.& ibidem Angelus, Fulgoſ.Caſtrenſ.Iaſ.col.j.verſ.ſed notat.Idem Bart.in l. ſicut.§.non creditur.ff.quib.modis pignus, vel hypoth. ſoluitur, idem in l.quæ dotis.ad finem. ff. ſolu.matr. & ibidem Alex.col.pen.verſi.ſucceſſiuè in quantum.Baldus in rub.C. de fide inſtr.nume.7.& in cap.cùm eccleſia. columna prima verſicul. & ſi caconici. de electio. Angelus in l. ſi ita ſtip. §. Chryſogonus. verſic.& ſic nota.ff.de verbo.obli. & ibidem Imola columna ſecunda. verſicul.item nota. Caſtren.col.j. verſi.in prima parte.Aret.in colum.ſecunda.verſic.nota primo.Alex.col.j.Iaſon in primo notab.& Alciat.numero tertio. Idem Angelus in l. pluribus. in prin.ff.de verbo. oblig. Imo.in cap.ij.columna ſecunda.verſi.noua declaratio.de fide inſtr.Caſtren.in l.ſi procuratorem abſentem.colum.j. de procurator. & in l.cum antiquitas.in fine. C. de teſta.& ibidem Iaſon columna vltima. Ancharan.in conſilio cxlij.col. j.Roman.in l.quæ dotis.nume.49.ff.ſolu.matr.& in conſil. cciiij.colu.j.Aret.in conſi.lxiiij.col.j.ver.nec dicat aliquis. Abbas in cap. quoniam contra.numero 32.verſi.ſed quæro. de probat.& ibidem Felin. nu.35.& Dec.nume.40.Alex.in cōſi.cxlvij.col.j.& in cōſi.clxxxj.col.pen.verſi.& dicit Lud. lib.ij.& idem in conſi.cxviij.col.ij.ver.& dicit.lib.iiij.Ang. Aret.in proh.inſtit.col.v.verſ.ſexto nota.Barb.in cōſ.lxxxvj. col.v.verſi.ſi vero loquimur.lib.iij. Iaſon in rep. l. admonēdi.col.xj.verſi.item adde.de iureiur.& in l.quæ dotis.nu.93. ff.ſol.matr.& in auth.ſi quis in aliquo.col.ij.verſi.confirmo; quia ſubſcribēs.C.de eden.Soc.in tract.fallēt.reg.ccclxxxv. Fel.in c.ij.nu.7.& 8.de fide inſtr.Ruinus in cōſi.ccxv. nu.1. lib.j.in conſi.xxij.nu.5.& in conſ.lxxvj.in fine.lib.iiij.Dec. in conſi.xj.nu.16.in conſ.cxv.col.pen.verſ.cōprobatur hoc, & in conſ.ccccclxiij.nu.2.Marſil.in rub.C.de probat.nu.75. Purpur. in l. admonendi.nu. centeſimoſexageſimoſexto. de iureiur.Pariſi.in conſi.lxxviij.nu.3.in conſi.xciiij.nu.5.& in conſ.cj.nu.57.lib.j.in cōſi.xij.nu.107.lib.ij.& in cōſ.lxxvij. nu.23.lib.iij.Soc.Iun.in conſi.xcij.nu.15.lib.ij. & in conſi. cvj.nu.4.& 5.lib.iij.Crau.in conſi.lxxiij.nu.1.Ant.Gabr.in ſuis concluſionibus.libr.j.titu.de præſumpt.concluſ. tertia. nu.1.& Roland.in conſi.xliiij.nu.30.lib.j.Quæ ſanè ſententia multiplici iure probatur,nēpè in leg.emptor. §. Lucius. ff. de pactis.in lege prima. §. primo. ff.de conſtit. pecun.in leg.ſicut.§.non creditur.ff. quib. modis pignus vel hypoth. ſoluitur. in l. ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus. de verborum obligatio.in l.j.§.inter filium.ff.ad l.Cornel.de falſis.§.j. in inſtit. de emp. & vend.in auth.ſi modo.C.fam.erciſ.& in c.ſi quis presbyterorum.de reb.eccl.non alien.

8 Extenditur primò, vt procedat etiam † in pænalibus, ſicuti videmus,quod diſpoſitio puniens negātem ſcripturam propriam, locum etiam habet contra eum,qui negauit ſcri-
9 pturam : cui ipſe ſubſcripſit. Ita Baldus in auth. contra†qui propriam colum. ij. verſic.item quæro,quod.C.de non. numer. pecu. Caſtren.in conſi.lxxxvij.Quantum ad contenta. colum.vlt.verſi. ſuper alio quæſito. lib.ij.Decius in auth. ſi quis in aliquo.num.17.C.de eden.& in capit.quoniam contra.colum.antepenul.verſic.circa ſecundum de probat.Purpura.in l.admonendi.nu.166.de iureiura.Alciatus in dict.§. Chryſogonus.num.3.Antonius Gabriel in d.concluſio.iij. nu.2.Et ratio eſt manifeſta, quia ita conſentit in pænalibus ex ſubſcriptione quam in cæteris : cum differentiæ ratio aſſignari non poſſit inter pænalia & pecuniaria,cum ſubſcriptio efficiat, vt ſcriptura illa propria eſſe dicatur, cum ſit non ſolum mandato ſubſcribentis ſcripta, vt ait Geminia. in capit. ſi pro te. de reſcript. in vj. ſed etiam propria manu ſubſignata. Quocirca male diſſentiunt ab hac opinione Salicetus in d. auth. contra qui propriam,colum.ij.verſi. quæro,quid ſi eſt chyrographum.C.de non.nume,pecun.Iaſon in d.l.emptor.§.Lucius.colum.j.verſic.tertiò adde.ff.de pactis.in d.l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.num.3.de verbo. obligat.& in auth.ſi quis in aliquo colum.iij.verſicul.puto, quod ſit falſum. C. de eden.ij ſane ea adducti ſunt ratione, quod aliud eſt ſcribere,aliud ſubſcribere, & ſubſcribens dicitur ficte ſcribere. l. diuus. §. item ſenatus.& l.ſi ego.§.docis.ff.ſol.matr.

Verum reſpondetur, quod cum tota vis approbationis in ſubſcriptione ſit ſatis eſt illud in quo ſcripturæ efficacia vertitur,manu debitoris eſſe factum.

Extenditur ſecundò, vt procedat etiam ſi ſubſcriptio
10 †generalis ſit. Non enim requiritur ſpecialis.Ita Baldus in authen. ſi quis in aliquo,columna ſecunda. verſicul.vlterius quæramus.C.de eden.Angelus in l.ſi ita ſtipulatus.§. Chryſogonus.col.prima. verſic.attende etiam,de verbor.obligatio.& ibidem Imola.colum.ij.verſi.aduerte tamen.Caſtren. colum.j.verſic.item adde tertio.Alex.col.ij.verſic.ſecundo, amplia. & Alciatus.num.4.Idem ſcripſerunt Ancharanus in conſi.ccxlij.colum.ij.verſi.non obſtat dictum. Alexan. in l. quæ dotis.col.vlt.verſ.& ſubdit.ff.ſolu.matrim.& in conſil. cxlvij.col.ij.verſ.& ſecundum magis communem.lib.ij. Iaſon in l.cum antiquitas.colum.vlt. verſicu.limitat mirabiliter.C.de teſta.Felinus.in cap.quoniam contra.verſic.limita ſextò.de probat.& ibidem Decius numero quadrageſimooctauo.verſi.circa primum, qui communem hanc eſſe opinionem aſſeruit. Idem Decius in conſi.cxlvij.in fin. Rolandus à Valle in conſi.xliiij.nu.38.lib.j.& Alcia.in d.§. Chryſogonus.nu.9.Natt.in auth.quod ſine.num.48.verſi.retenta igitur. Hæc ſane generalis ſubſcriptio approbationem &
11 conſenſum arguit,Nec obſtat auctoritas † Bar.in l.diuus.§. item ſenatus.ff.ad l.Cornel.de falſis. qui ſpecialē eſſe oportere ſubſcriptionem dixit.Et Bartolum viſus eſt ſequi Socinus. in tracta.fallent.regu.ccclxxxv.fallen.iij.Nam reſpondetur primò,aduerſus Bartolum eſſe communem opinionē, vt ex relatis multi teſtantur præſertim Decius, & Rolandus præcitatis in locis. Præterea & ſecundo reſpondetur declarando Bartoli traditionem, illum loqui quando lex expreſſe requirit ſpecialem ſubſcriptionem, vt eſt quando ſcriptura eſt à lege prohibita,ſicuti in caſu d. l. diuus. §. item ſenatus. vbi actus ipſe ſcribendi punitur, non autem conſenſus: & ideo vt pænæ locus ſit ſpecialis ſubſcriptio eſſe debet, Ita declarant Baldus in d. auth. ſi quis in aliquo. Angelus, Imola,& Aretinus.in d.§.Chryſogonus.Alexander in d.conſilio cxlvij.Felinus in d.capit.quoniam contra.num. 22. verſi.limita ſexto.& ibidem Decius.num.48.verſi.dictum Bartoli, ſcripſit Bartoli traditionem procedere, quando nominatim requiritur exprimi. Et exemplum etiam adferri poteſt in caſu Caſtrenſ. in conſil.ccix. Viſo quodam inſtrumento continente.colum.vlt.verſicu.præterea etiam.lib.j. quando notarius committit alteri notario,vt ſuo nomine conſcribat inſtrumentum : Nam tunc notarius mandans debet ſpeciali ſubſcriptione eam ſcripturam comprobare.Rurſus Caſtren. in conſil. ccxvj. confirmando quæ ſuperius. ad finem. libro j. intelligit Bartolum loqui, quando ſcriptura continet aliqua pro ſcribente,& aliqua cōtra.Nam tunc requiritur ſpecialis ſubſcriptio,cum alioqui generalis ſubſcriptio referatur ad ea ſolum,quæ pro ſe faciunt,nō autem ad ea quæ contra : ſicuti multis probat ipſe Caſtrenſis.Et idem ſenſit Gofredus in conſi.xiiij.nu.57.

12 Extenditur tertiò,vt procedat etiam ſtante ſtatuto†quod contra ſcribentem detur executio ad inſtantiam creditoris: Nam & tunc executio datur contra debitorem ſubſcribentem. Ita Angelus in d.l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.col. j.verſicul. ſi ſtatutum. de verbo. obligat. & ibidem Imola. col.ij.verſi.& pro hoc infert. Caſtren.col.j. verſi. item adde quòd ille Aret.col.ij.verſi.nota j.Alex.col.j.verſi.& per hoc infert.& colu.iij.verſicu. & an ſtatutū.Barb.in conſi. lxxxvj. col.v.lib.iij.Decius in auth.ſi quis in aliquo.nu.18.verſ.ſed tamen dictum.C.de eden.& in d.cap.quoniam contra.num. 48.verſ.circa ſecundum.de probat.Gratus in conſ.cxxxviij. colum.vlt.verſic.nec obijci poteſt. libro ſecundo. Bertrandus in conſilio quinquageſimonono. columna ſecunda.verſicul.& quamuis. libro primo. Natta in auth. quod ſine.nu. 46.C.de teſta.& hanc viſus eſt ſequi Antonius Gabriel in d. concluſ.iij.num. 7. Ea eſt manifeſta ratio, quia ſuo manda-
12 to † & cauſa præſumitur confecta illa ſcriptura, & ob id perinde eſt,ac ſi ipſe ſua ipſa manu ſcripſiſſet, ſtatutum ergo quod reſpicit conſenſum,quo obligatio fuit cauſata,locum habet & hoc in caſu.Quibus conſtat male ſenſiſſe Angelum in l. cum antiquitas. in lectura Florentina.C.de teſta.& ibidem Iaſonem.col.vlt.verſic.fortius per prædicta,& eundem Iaſonem in l.emptor.§.Lucius.col.j.verſi.quinto.adde.ff.de pact.& in d.§.Chryſogonus col.ij.verſi.iſtud notabile.& in d.auth.ſi quis in aliquo.col.ij.verſic.vnde per illum textum, cum



cum aduerſus cæteros ſenſerunt.

Extenditur quartò, vt procedat hæc ſententia etiam
14 † quando ſcriptura requiritur pro forma. Nam etſi ſubſcribens non ſatisfacit diſpoſitioni legis; attamen ipſe approbaſſe cenſetur ſcripturam illam à ſe ſubſcriptam. Ita ſenſerunt Iaſon in l.cum antiquitas.numero duodecimo.verſi. & eodem modo.C.de teſta.poſt Caſtren.& Alexan.ibidem & Decius in l.hac conſultiſſima.nu.26.C.qui teſt.face.poſſ.Ea eſt ratio,quia ita conſenſus elicitur ex ſola ipſa ſubſcriptione : ſicuti ex tota ſcriptura, vt & ſupra in prima extenſione declaraui.

Declaratur primò, vt locum non habeat hæc præſum-
15 ptio, quando quis alieno nomine † ſcripturæ ſe ſubſcriberet. Nam tunc eam approbaſſe non præſumitur. Ita Imola in capit.ſi quis presbyterorum.nume.14.de reb. eccleſ.non alienan.Felinus in cap.quoniam contra.num...verſic.limita ſecundò.de probat. Pariſius in conſi.cj.numero 6.libro primo. Antonius Gabriel in d.concluſion.iij.nu.18. Ea eſt ratio, quia non ſua cauſa id facit. ſed aliena, & ob id omnis conſenſus ſe obligandi abeſt. Et actus agentium non operantur vltra ſuam intentionem.l.nō omnis.ff.ſi cer.pet.

Hanc tamen declarationem intellexerunt gloſſ.& Imola in d.cap.ſi quis presbyterorum, non habere locum,quando
16 ſubſcribens † ſubſcriberet ſe actui, quo iuri proprio detrimentum adferret. Nam tunc ſi illum impedire poſſet,& non impediret,ſibi præiudicaret.

Declaratur ſecundò, vt non procedat, quando quis ra-
17 tione † officij ſui ſubſcriberet ſe ſcripturæ alterius, vt puta quando teſtis ſubſcribit ſcripturæ, vt ſignificet ſe adfuiſſe, cum illa ſcriberetur. Nam tunc ſubſcribens iſte non dicitur approbaſſe actum illum. Ita tradunt glo.v.in d.capit.ſi quis presbyterorum.de rebus eccleſ.non aliena.& glo.in l. ſicut. §.non videtur.ff.quibus modis pignus, vel hypoth.ſol.Bart. in l. quæ dotis.colum.vltima verſi.quæro, quid.ff.ſolut.matrim.Baldus in l.Titia.§.Lucia.in fin.de leg.ij.& in l.ſi pater. C.de fideiuſſ.Caſtren.in l.emptor.§.Lucius.col.ij.verſicul. & hoc quando.ff de pactis. & ibidem Iaſon.numer.4.Idem Caſtren.in d. §. Chryſogonus. colum.ij.verſic. quod eſt verum.& ibidem Alexan.colum.ij.verſi.& dicit ipſe Iaſon col. iij.verſi.ſupraſcriptum notabile. & Alciatus nume.7.Socinus in tracta.fallen.reg.ccclxxxv.fallen. j. Ruinus in conſil. cxciij.nu.6.lib.ij.

Adferri etiam poteſt exemplum in notario, qui tāquam notarius ratione ſui officij ſubſcripſit inſtrumento, de quo
18 fuit rogatus. Nam tunc illa ſubſcriptione non † præſumitur cenſetúrve approbaſſe ad ſui præiudicium, actum illum eo in inſtrumento deſcriptum. Ita Bartolus in d. l. ſicut. §. non videtur. in primo notab. ff. quibus modis pignus. vel hypoth. ſol. Baldus in d.l. ſi pater.C.de fideiuſſ.Corneus in conſi.ccviij.colum.vlt.verſi.nec obſtat.libro iiij Iaſ.in d.§. Lucius.nu.4.& in d.§.Chryſogonus.nu.11.& ibidem Alciatus.num.8.

19 Poteſt etiam adferri exemplum in agnato,† qui ex diſpoſitione debet auctoritatem ſuam interponere contractui celebrato ab agnata. Nam ſubſcribendo ipſi contractui, non præſumitur illum approbare voluiſſe ad ſui præiudicium. Ita ad rem noſtram, hoc exemplo vſus eſt Alciatus in d. §. Chryſogonus. num.8. & conferunt quæ ſcribit Crau.in illa quæſt. de indemnitate mulieris &c. impreſſa poſt tracta.de antiq.temp.& poſt eum ſcripſi in conſi....

Cæterum hæc declaratio intelligitur quando iſte,qui ra-
20 tione & cauſa officij ſubſcripſit, † cauſa probationis ſubſcripſit:ſecus ſi reſpectu ſubſtantiæ,& id quidem voluntarie ſubſcripſit. Nam tunc ad ſui præiudicium conſenſiſſe præſumitur atque cenſetur. Ita Socinus Senior in conſil. xliij. col.vlt.verſi. ſed poſtremo lib.iiij. quem ſecutus eſt Craue. in d.quęſtio.de indemnitate mulieris.nu.38.& idem ſcripſit Antonius Gabriel in d.concluſione.iij. numer.22.qui alias declarationes,quæ tamen hac ſub vna continentur,commemorat.

Declaratur tertiò, vt non procedat hæc præſumptio,
21 † quando ſubſcribens nō legiſſet ſcripturam cui ſubſcripſit. Nam tunc non præſumitur eam approbaſſe. Ita glo.ij. in d. c.ſi quis presbyterorum.de reb.eccle.non alienan. Bartolus in l.quę dotis.colum.vlt.verſic.quæro,quid in ſubſcribente. ff.ſoluto matr.Bald.in l.vlt.verſi.nota,quod ſubſcribens. C. plus valere, quod agitur, quàm quod ſimul concip. Ang. in d.l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus. colum.j. verſic. & ſic nota. de verborum obliga.& ibidem Imola.colum.iij.verſ. item adde ſecundò Caſtren. & Alexander columna j. Iaſon colum.iij.verſi.ſecundò limita & Alciatus numero 9. Idem affirmarunt Abbas in cap.ex literis.colum.vlt.verſi.Goffredus.de tranſact.Angelus Aretinus in prohem.inſtit. colum. v.verſi.ſextò nota. Cacialupus in tract.de tranſact.q.xij. nu. 14. Alexan.in l. quæ dotis.colum.penul.verſi.ſucceſſiue in quantum. ff. ſoluto matrimo. Iaſon in l. emptor.§.Lucius. nume.4.verſi.item limita.ff.de pactis.Socin.in tract.fallen. reg.ccclxxxv.fallen.Felinus in cap.quoniam contra.numero quadrageſimooctauo.de probat.Alciatus in d.§.Chryſogonus.nu.9.verſic.hinc etiam.Gramma.in conſi.lxvj.nu.71.in ciuilibus. Antonius Gabriel. in d.concluſ.iij.nu.28. Et huc
22 pertinet, quod dicimus ratificationem † non præſumi factam niſi de his,quæ lecta,cognita,& recte intellecta fuerūt à ratificante, vt ſcribunt Oldrad. in conſi.cccxxix.Has allegationes.col.vlt.Baldus in conſi. clxxvj. Præmittendum eſt ad euidentiam.lib.ij.& Craue.in conſi. cxcvij.nu.14.& alios commemorabimus infra præſump....

In dubio autem,an præſumatur hic ſubſcribens legiſſe & cognouiſſe quæ ea in ſcriptura continebantur,ita diſtinguēdi ſunt multi caſus.

23 Primus eſt, quando † in ea ſubſcriptione dictum, fuit viſis & lectis ſupraſcriptis, &c. Hoc caſu ita factum præſumitur vt argumento ducto à ſenſu contrario probat.l.vlt.C. plus valere, quod agitur,quam quod ſimulatè concip.Et in ſpecie tradit Imola in d.§.Chryſogonus.colum.iij.verſic.in dubio autem dic.qui ſubiungit,idem eſſe quādo teſtes aſſirmarent, eum audiſſe & legiſſe. Et Imolam ſecuti ſunt Iaſon in d.§. Chryſogo.nu.14. Qui ſane caſus caret probabili dubitatione.

Secundus eſt caſus, quando in ſubſcriptione nil fuit di-
24 ctum,& teſtes † atteſtantur ſolum,quod ſubſcribens coram ſe non legit; ſed quod ſecum detulit in domum,vel cubiculum,vel ſuam bibliothecam & quod ſtatim reuerſus eſt, ea ſcriptura ſubſcripta. Hoc caſu exiſtimauit Imola in dict. §. Chryſogonus.col.iij.verſ.ſi verò conſtet,non præſumi lectā
25 vel cognitā.Ego hac in re multū tribuerē iudicis † arbitrio, vt conſiderata ſcripturæ qualitate, loci diſtantia, temporis breuitate, & his ſimilibus arbitrari poſſit, an is ſubſcribens legere eam ſcripturam potuerit,vel non.

Tertius eſt caſus, quando non apparet quod ſtatim ſub-
26 ſcripſerit, ſed quod per aliquod temporis † interuallum apud ſe retinuerit. Hoc ſane in caſu præſumitur, quod eam ſcripturam legerit. Ita Imola in d. §. Chryſogonus. colum. iij.verſ.ſi verò non apparet.& ibidem Alciatus. num. 11.argumento cap.conſtitutus.de teſtib.cum ibi nota.& confert. l.non eſt ferendus.ff.de tranſact.& in ſimili tradunt Doct.in l. qui Romæ. §. duo fratres ibi. Bar.num.13.& Ripa.nume.
27 56. ff. de verborum oblig. dum diſputant an hæres † tranſigens ſuper teſtamento præſumatur ſcire in eo contenta : & dicunt præſumi, quando conſtat teſtamentum fuiſſe per aliquod tempus apud eum. Ita etiam in ſpecie tradunt Bar. in l. eius,qui. in quinto notab. ff. ſi cert. peta. & alios refert Dec.in conſi.dcvij.nu.4.Grammat.deciſ.iij.num.32. Alba in conſ.xviij.col.j.Ita etiā declarari & intelligi debet Natta in auth.quod ſine.nu.50 C.de teſta.

Quartus eſt caſus, quando non conſtat hunc ſubſcribentem vidiſſe & legiſſe ſcripturam illam; nec etiam conſtat,
28 quod penes ſe habuerit, ſed hic ſubſcribens † eſt vir diligens,ſolers & cautus in re domeſtica. Hoc caſu præſumitur vidiſſe, legiſſe ac conſideraſſe ſcripturam illam. Ita tradunt Imola in d.§.Chryſogonus.col.iij.verſi.ſi vero non conſtat. & Alcia.nu.13.qui communem eſſe ſententiam aſſeruit.

Ea eſt ratio,quia non præſumitur, quod ſuum iactare voluerit,iuxt.l.cum de indebito.in prin.ff.de probat.

Quintus & vltimus eſt caſus, quando non conſtat hunc ſubſcribentem vidiſſe & legiſſe ſcripturam, nec etiam conſtat,quod penes ſe habuerit:Et hic ſubſcribens eſt notæ ne-
29 gligentiæ, & in re ſua familiari † parum cautus. Hoc in caſu ſunt opiniones. Vna fuit Imolæ in d. §. Chryſogon. colum.iij.ver.ſi vero non conſtat,qui dixit, præſumi in hoc

ignorantiam.
Altera fuit opinio Alexandri in conſilio cxlvij.nume. 3.
30 libro ij. quod † imo præſumitur legiſſe & ſciuiſſe in ea de-
ſcripta. & Alexandrum ſecutus eſt Iaſon in dicto §.Chryſo-
gonus. numero decimoquarto. qui eiuſdem ſententiæ re-
cenſet Caſtren. in conſilio cccl.lib.ij.eſt hodie in conſi. xij.
De caſu præſenti. numero ſeptimo. libro tertio. Eandem
opinionem probarunt Felinus in d.cap.quoniam contra nu-
mero quadrageſimooctauo.verſic.limita ſextò.ad finem. de
probat.Marſilius in rubr.C.de probat.num. 315. Ruinus in
conſi.cxciij nu.1.& nu.6.lib.ij.Purpuratus in l.admonendi.
nu.179.de iureiur.Io.de Amicis.in conſi.cxxxvij.nu.28.Pa-
riſ.conſ.lxxvij.nu.26.& conſi.lxxxviij.nu.34.lib. iij.
Tertia fuit opinio eorum, qui ſcripſerunt, Imolæ opi-
31 nionem procedere, quando † aliqua alia coniectura concur-
rit. Ita Aretinus in d.§. Chryſogonus.& ibidem Claudius
Seyſellius.nu.7.Alciatus.nu.11.verſi.ego Imolæ. Et vna eſt
coniectura ( inquit Alciatus ) vt ſi probaretur ante ſubſcri-
ptionem dixiſſe creditorem debitori, vt Syngraphæ ſubſcri-
beret, in qua locatio contineretur, deinde appareret ſubſcri-
ptum venditioni. Nam tūc coniectura fit, illum ſubſcriben-
tem non legiſſe Syngrapham illam. iuxta...vlt. C.plus vale-
re, quod agitur.&c.
Altera eſt coniectura, ( inquit Alciatus ) vt ſi magna eſt
inter eos coniunctio, & vnus de altero maxime confidit. Si-
cuti contingit inter ſocios, aut inter patrem & filium, iuxta.
l.data.C.de donat. Eſt ſane coniectura, quod hic ſubſcribens
non viderit, nec legerit ſcripturam illam.
Tertiam coniecturam conſiderauit Alciatus in d.§.Chry-
ſogonus.nu.12.verſ.& putarim hoc vt ſi dies, vel alia manu
adſcripta appareat, vel ex atramenti diuerſitate videatur, nō
eodem tempore adiecta, vel ſignum aliquod raſuræ adſit. Et
hac in re multum tribuit Alciatus iudicis arbitrio.
Tertius eſt caſus principalis huius diſputationis, quando
32 quis non ſcripſit, vel ſubſcripſit ſcripturam. Sed † ſupra-
ſcripſit. Hoc etiam in caſu hic ſupraſcribens, præſumitur
approbaſſe ſcripturam illam. Ita Bar.in l.ſi quis ex argenta-
riis.§.ſi initium.nu.35.ver.ſi vero verba dicerent.ff. de edē.
Alex.in conſ.cxlvij.nu.10.lib ij.Ant.Gabr. in ſuis concluſ.
lib.j.tit.de præſump.cōcluſ.iij.nu.16.& Natt.in auth.quòd
ſine.nu.52. C.de teſta. Et hic caſus recipit omnes declara-
33 tiones quas recenſuimus ſuperiore caſu. In teſtamentis † ta-
men & aliis, qui requirunt ſubſcriptionem, non ſufficit ſu-
praſcriptio, vt tradit Natta in d.auth.quod ſine.nu.52.in fi.

## PRAESVMP. LXVII.

Mutuum præſumi ita contractum, vt tantum-
dem eiuſdem bonitatis reſtituatur, & an hæc ſit fictio
legis vel præſumptio.

### *SVMMARIVM.*

1 *Mutuum pro cauto habet, vt tantumdem eiuſdem bonitatis reſtituatur.*
*Et hanc eſſe fictionem legis ex ſententia Decij.nu.2.*
*Præſumptionem legis ſecundum alios.nu.4.*
*Fictionem autem in præſumptione fundata ſecundum Socin.Iun.numero.6.*
3 *Intelligitur & habetur, verba, præſumptionem ſignificare.*
5 *Probatio contraria contra præſumptionem, non fictionem admittitur.*

CVM res mutuo datur, etſi nil agitur de illius re-
1 ſtitutione, attamen pro cauto † habetur, vt tan-
tumdem eiuſdem bonitatis reſtituatur. l. cum
quid.ff.ſi certum petat.
Cæterùm dubitari contingit, an hæc ſit legis fictio, vel
præſumptio? Hac in re ſunt opiniones. Prima fuit eorum,
qui dixerunt, hanc eſſe fictionem. Ita Decius in d. l. cum
quid.in prima lectura. num.4.poſt Aretinum in l.iiij.§. Ca-
2 to.ff.de verbo.obliga.opinatus eſt, † fictionē legis eſſe, cum
iuriſconſultus in d.l.cum quid, dixerit: agi intelligitur, quod
ſane verbum ſignificat fictionem. l. j. in princip. C. de rei
vxo.actio. Et rurſus dixit iuriſconſultus pro cauto habetur,
quod verbum, habetur, ſignificat pariter fictionem. Bald. in
l.j.ff.de ſuis & legit.
3 Verùm facile reſpondetur, quod verbum † intelligitur &
verbum habetur, ſignificant præſumptionem ſicuti diximus
ſupra lib.j.q.x.
4 Secunda fuit opinio, quod hæc ſit præſumptio † legis. Ita
Socinus Senior in d.l. iiij. §. Cato. de verborum obligatio.
Purpur.in d.l.cum quid.nume.23.& ibidem apertius Alcia-
tus num.13.& idem in d.l.iiij.§.Cato.num.105.& in libr. j.
paradox.cap.xx. Ea ratione motus eſt Alciatus, quia recepta
eſt Doctorum ſententia, agi poſſe inter mutuantes, vt res
minoris bonitatis reſtituatur. Et ideo quod habeatur pro
cauto tantumdem debere reſtitui, recipit probationem in
contrarium. Non ergo eſt fictio, ſed præſumptio, cum con-
5 tra præſumptionem admittatur † contraria probatio, non
autem contra fictionem: ſicuti declarauimus ſupra libro j.
q.viij.num.11. Et ſimile eſt, quod dicemus infra ſubſequen-
ti libro in præſumptio. xxiiij. declarando.l.iam hæc iure.ff.
de vulg.& pup.ſubſtit. dicemus inquàm an pupillaris tacita
comprehenſa ſub vulgari expreſſa, dicatur ſubſtitutio à lege
ficta, vel pręſumpta. ſimile etiam explicabimus eodem libro
in præſump.lviij.an illa diſpoſitio.l.cum auus. ff.de cond.&
demo.ſit fictio legis, vel potius pręſumptio. Et hæc quidem
opinio verior eſt.
Tertia fuit opinio Socin.Iun. in d.l.iiij.§. Cato.nu. 81.
6 ff. de verborum obligatione, qui docuit, hanc eſſe † fictio-
nem, fundatam tamen in præſumptione. Lex enim (ait Soci-
nus ) præſupponit, contrahentes ita voluiſſe, quod præſum-
pto fingit ita cautū fuiſſe. Et ideo reſpectu cautionis, quod
ſcilicet pro cauto inter partes habeatur dicitur ( ſubiungit
Socinus ) vera fictio: ſed reſpectu voluntatis ſit præſumptio.
Hæc opinio contradictionem quandam implicat. Inquit
Socinus, quod lex præſupponit, hoc præſuppoſitum deinde
appellat Socinus præſumptionem. Et ſi lex præſumit ita cō-
trahentes egiſſe, non poteſt dici fictio, quæ præſupponit ve-
rè nil penitus actum.
Retinenda eſt itaque ſecunda illa opinio, quòd ſit præ-
ſumptio.

## PRAESVMP. LXVIII.

Mutuam pecuniam à ſcholari, à legato, & à mili-
te ſuſceptam, præſumi in cauſas ſcholaſticas, legatio-
nis, & militiæ impenſam, vt eam pater reſtituere te-
neatur, & ceſſet ſenatuſcon.Macedonianum.

### *SVMMARIVM.*

1 *Filio pecuniam mutuo ſuſceptam in cauſam patris conuertente, ceſſat S.C.Maced.*
*Quamuis ab initio ſuo nomine mutuo ſuſcepiſſet.nu.2.*
3 *Studiorum cauſa abſens filius, mutuum ſuſcipiens pro quātitate quam pater præſtare ſolebat, non facit locum S.C.Maced.*
*Idem in eo qui legationis cauſa abſit.nu.4.*
5 *Filius ſtudiorum cauſa vel legationis abſens mutuum ſuſceptum, in cauſam ſtudiorum vel legationis præſumitur conuertiſſe.*
*Hanc autem non eſſe præſumptionem iuris & de iure.nu.11.*
6 *Mutuum ſuſcipiens pater tempore penuriæ, præſumitur in alimenta familiæ conuertiſſe.*
7 *Matrimonij onera maritus ſuſtinens, præſumitur id ob dotem feciſſe.*
8 *Mutuo dans filio ſtudiorum vel legationis cauſa abſenti, repetit à patre illius.*
*Idque etiam ſi patre inuito mutuo datum ſit.nu.9.*
10 *Filiusfamil.miles mutuum ſuſceptum præſumitur in cauſam Caſtrenſem vertiſſe & de ea tanquam pater famil.tenetur.*
12 *Filiusfamil. mercator de patris conſenſu, ſi pecuniam mutuo ſuſcipit, negotiationis id cauſa præſumitur facere.*

CVM filius acceptam mutuo pecuniam in cau-
1 ſam patris † vertit, ceſſare S. C. Macedonia-
num, reſpondit Celſus in l. ſed Iulianus.§. pro-
inde. ff.ad S. C. Macedo. Nam ( vt ille dixit )
patri, non autem ſibi mutuo accepit. Imò idem eſt quan-
2 do ab initio ſuo † nomine accepit, deinde in rem patris
vertit, ſicuti idem Celſus ſubiunxit. Ceſſat etiam S. C.
Mace-



3 Macedonianum, quando filius ipſe, ſtudiorum † cauſa ab-
ſens mutuam pecuniam accepit, pro ea tamen quantitate,
quam pater ſolebat ſubminiſtrare. vt idem Celſus adiunxit
ibidem in §. quod dicitur. Idem ſtatuit Alexander Seuerus
in l. Macedoniani. C. eod. ad S. C. Macedo. qui idem eſſe
4 voluit, quando filius abſens † cauſa legationis mutuam ſuſ-
cepit pecuniam. Eſt enim præſumptio, quod pater ipſe non
recuſaſſet, illi mutuo dari pecuniam ob prædictas cauſas: ſi-
cuti Alexander ipſe coniecturam hanc facit. Eſt etiam pre-
5 ſumptio quod filius † ipſe in cauſam ſtudiorum & lega-
tionis, pecuniam ipſam verterit, quemadmodum ſcripſe-
runt Bart.in l.vlt.ff.ad S.C.Macedo.& Socin.Sen.in conſi.
xvj.num.10.lib.iij.qui quidem Soc.reſpondit, quòd quan-
6 do pater mutuo † accepit pecuniam tempore penuriæ, præ-
ſumitur illam impendiſſe pro alimentis familiæ. Ita & Cra-
uetta in conſi.xcj.nu.5.ſecutus Bar.& Socin.reſpondit, ma-
7 ritum, qui diu ſuſtinuit onera † matrimonij, præſumi id fe-
ciſſe ob dotem, ſine qua tot onera non ſuſtinuiſſet. Quocir-
8 ca is, qui mutuo † dedit pecuniam filio cauſa ſtudiorum, vel
legationis, ab ipſo patre repetere poterit. Id quod intellexit
glo.dict.l.ſed & Iulianus.§.quod dicitur: etiam ſi patre ipſo
9 † inuito, pecunia mutuo data fuit.& gloſſam illā ſecuti ſunt
Bart.ibi & Bal.Nouel.in tract.de dote.par.vj. in priui. xlvj.
nu.1. Ceſſet etiam S. C. Macedonianum, quando filiusfam.
10 † miles mutuo accepit pecuniam. Nam præſumitur in cau-
ſam Caſtrenſem vertiſſe, & ob id tamquam paterfamil. te-
netur, l.vlt.in fin.C. ad S. C. Macedo. Et hanc eſſe præſum-
ptionem iuris & de iure, ſcripſerunt Specu.in titul. de præ-
ſumptio.§.ſpecies.nu.5.& ibidem Io.Andreæ in additioni-
bus.in verbo, in prædictis concord. verſic. decimus contra.
& attigi ſupra in lib.j.q.lx. in fin. Sed verius exiſtimo, non
11 eſſe † præſumptionem iuris & de iure; cum lex non reiiciat
contrariam probationem, quæ facile fieri poſſet, probando
pecuniam fuiſſe in aliam cauſam verſam. Prædictis accedit
12 ſimile, quod ſi filius † eſt mercator conſenſu patris: & mutuo
ſuſcipit pecuniam, præſumitur mutuo accepiſſe cauſa nego-
ciationis & mercaturæ. Ita Bar.in d.l.Macedoniani vbi Bal-
dus.& idem Baldus in d.l.vlt.nu.6.C.ad S.C.Macedo.

## PRAESVMP. LXIX.

Mutuum vel depoſitum an præſumatur, quando
pecunia in ſacculo alicui traditur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Pecunia in ſacculo alicui tradita, præſumitur depoſita.*
*Idque tum maxime, ſi vt recipiens cuſtodiret, dictum ſit.nu.2.*
*Aliud eſſe ſi conceſſus fuerit illius vſus.nu.3.*

DVBITARI aliquando cōtingit, an mutuū, vel
depoſitū præſumatur, qn̄ alicui traditur pecu-
1 nia in ſacculo? Recepta eſt Doct. opinio, † de-
poſitū præſumi. Ita Petrus & Cynus in l.incen-
dium.C.ſi cer.petat. Angelus, Caſt.& Alexand.
in l.cum quid.ff.eo. ſi certum petatur. & ibidem idem re-
ſpondit Ruinus in conſi.cviij.nume. 2.lib.j. Et hæc quidem
præſumptio locum habet multò magis, qn̄ tradens pecuniā
2 dixit recipienti, † quod eam cuſtodiret. Cum proprie cuſto-
dia conueniat ipſi depoſito.l.j.in prin.ff.depoſiti. Ita in ſpe-
cie Ruinus in d.conſilio cviij.nume.primo.qui declarat nō
3 habere locum, quando recipienti data fuit † facultas vtendi.
Nam tunc mutuum præſumitur. iuxta l.Lucius. la j. & l. die
ſponſaliorum.§.j.ff.depoſiti.

## PRAESVMP. LXX.

Mutuum ſub vſuris, cuius gratia celebratum præ-
ſumatur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Mutuo datum ſub vſuris, recipientis gratia præſumitur, in caſu legis ſi quis nec cauſam.ff.ſi cert.pet.*
*Aliud eſſe in aliis caſibus, & quod gratia vtriuſque.nu.2.*
3 *Contractus quando vnius tantum, aut vtriuſque gratia præſumitur factus.*

CVM mutuum ſub vſuris celebratur dubitari ſo-
let, cuius cauſa id factum præſumatur? Et rece-
1 pta eſt ſententia, præſumi † factum mutuum cau-
ſa & gratia recipientis. Ita glo. prima in l. ſi quis
nec cauſam.ff.ſi certum petat. quā ſecuti ſunt ibi Bart.& re-
liqui.& communem teſtatur Decius ibi col.j.verſi.in gloſ.
prima.qui obiectiones diſſoluit. & ibidem Purpura. nume-
ro vigeſimo, crediderim, in caſu d.l.ſi quis nec cauſam, mu-
tuum fuiſſe factum ſub vſuris gratia ipſius recipientis, cum
(vt ibi inquit iuriſconſultus) is mutuans, non habuerit ani-
mum mutuandi atque fœnerandi. In aliis verò caſib. verius
2 credo, mutuum celebrari † gratia vtriuſque cum mutuo ſuſ-
cipiens ea indigeat pecunia, mutuans verò ſentiat vſurarum
commodum. Quando autē dicatur contractus celebratus
3 † cauſa vnius tantum, vel amborum, explicat Barto. in l.ſi vt
certum.§. interdum.ff.commo.& in l.cum plures. §. culpa.
de lega.iij.qui & praxim articulandi docet.

## PRAESVMP. LXXI.

Mutuans abſentis nomine, an ipſi abſenti donaſſe
præſumatur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Mutuans abſenti, non præſumitur donare. Niſi forte quid modicum ſit. nume.4.*
2 *Donatio vbi alia coniectura ſumi poteſt, nunquam præſumitur.*
3 *Negocium alterius nomine gerens, non præſumitur donare.*

QVI abſentis nomine alicui mutuo pecuniā dat,
1 ipſi abſenti † donare nō præſumitur. Ita Guliel-
mus Cuneus & Butriga. Caſtren.& Alexander
in l.certi condictio. §. ſi nummos. ff. ſi certum
petat. Salicetus in l.ſi abſentis.C. eo. Soc. in d.
§.ſi nummos.nu.6.& Decius num. 8.& Purpu.nu.51. Et hęc
quidem ſentētia probatur eo textu d.§.ſi nūmos. ibi, vt no-
ſtro nomine creditor numeret futuro debitori noſtro. Et ac-
2 cedit ratio, quòd donatio † non præſumitur, quando alia cō-
iectura ſumi poteſt.l.cum de indebito.in prin. ff. de donat.
& copioſe diſſerui in commentariis de arbitrariis iudi.lib.
ij.caſu lxxxviij.colum.j. Porrò coniectura ſumi hic poteſt,
quòd mutuans voluerit conficere abſentis negotium: ſic-
3 que eius nomine & cauſa mutuo dare. Et confert, quod † ge-
rens negotium nomine alterius illi donare non præſumitur.
Bar.& reliqui in l.quæ dotis.ff.ſol.matr. Nec repugnat tex.
l.vlt.§.vlt.ff.de donat.quia præter Decij interpretationem
dicere poſſumus, quod ibi non erat dubitatio, an illa eſſet
donatio, cum pro conſtanti præſupponeretur, donationem
fuiſſe, ſed dubitabatur, an eſſet perfecta & irreuocabilis? Et
reſpondit Scæuola, perfectam fuiſſe donationem, cum de-
bitor eſſet obligatus Labeoni, cuius nomine auia mutuam
pecuniam ipſi debitori dederat.
Declaratur recepta hæc ſententia, vt locum non habeat,
4 quando † pecunia mutuo data erat modica. Nam tunc dona-
tio præſumitur. Ita declarat Alex. in d. §. ſi nummos. & ibi
ſequuntur Decius num.8.& Purpu.nu.51.& conferunt quæ
diximus ſupra hoc libro in præſump.xxxiiij. cum explicaui-
mus; qui contractus præſumatur celebratus, quando quis
alicui dixit, ſume tolle hanc pecuniam.

## PRAESVMP. LXXII.

Satiſdatio quam arrogator præſtat de reſtituen-
dis rebus arrogati, an præſumatur, vel fingatur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Arrogator de bonis arrogati reſtituendis ſatiſdare debet.*
*Qua ſatiſdatione omiſſa, lex eam pro interpoſita habet.nu.2.*
3 *Satiſdationem arrogatoris omiſſam, præſumptam cenſeri, iuris & de iure præſum*

*iure præſumptione, opinio eſt Io.And.*
*Fictam autem eſſe, Bart.autumat.nu.4.*
*Alij & verius, nec fictam eſſe nec præſumptam, ſed legem æquitate ſuadente, actionem hanc reddere.nu.5.*

1 CVM quis aliquem in filiũ arrogat, ſatiſdare†debet, ſe arrogatione diſſoluta, reſtituturum accepta ab arrogato, eis, ad quos illa pertinebunt.l. non aliter.ff. de adoptio. Cæterum ſi omiſſa eſt
2 promiſſio atq; ſatiſdatio lex habet †ac ſi fuiſſet interpoſita.
l.his verbis.in fin.eo.tit.dũ inquit, omiſſa ſatiſdatione dari
actionẽ vtilẽ.Quæ ſane actio redderetur niſi promiſſio, &
ſatiſdatio pro appoſita haberetur. Cæterũ dubitari ſolet, an
lex præſumat, ver fingat ſtipulationem & ſatiſdationẽ hanc.
Vna fuit opinio Ioann.Andr. in Additio.ad Specul.in titul.
de præſumptio.§.ſpecies.nu.5.iñ verbo; prædictis concord.
3 qui ſcripſit, hanc†eſſe præſumptionem iuris & de iure. Se-
4 cunda fuit opinio, quod hæc ſit†fictio.Ita Bar.in l.j.in prin.
nu.3.ff.de ver.obli.& alij multi, quos recenſet ibidem Soc.
Iun.nu.19.
5 Tertia fuit opinio eorum, qui ſcripſerunt, nec fingi†nec
præſumi ſatiſdationem, ſed legem ipſam ſuadente æquitate
quadam, actionẽ hanc reddere. Ita Alciatus & Alba, quos
commendat & probat Albertus Bologne.in commentariis
de verb.obli.c.xxix.nu.14.& vere idem ſenſit Socinus Iun.
in d.l.j.nu.21.& mihi magis probatur.

## PRAESVMP. LXXIII.

Pretij quantitatem coniecturam facere, an res comprehendatur in emptione, & in diuiſione, ſignificare etiam an contractus ſit emptionis, vel locationis, vel emphyteuſis, vel feudi.

### SVMMARIVM.

1 *Pretij quantitas rem vel comprehenſam, vel non comprehenſam oſtendit.*
2 *Valor rei coniecturam facit, an res in portione vnius ex fratribus vel ſociis diuidentibus contineatur.*
3 *Pretij quantitas, locationem ab emphyteuſi diſtinguit.*
*Idem feudum à locatione.nu.4.*
*Et locationem ab emptione.nu.5.*
6 *Prædia quæ & qot in locatione, emphyteutica cenſeantur, pretij indicat quantitas.*
7 *Prædia ruſtica an in emptione caſtri feudalis contineantur, indicio eſt pretij quantitas.*
*Idem an contineatur iuriſdictio.nu.8.*

QVANTITAS pretij coniecturam facit non mediocrem, ad cognoſcendũ, an in emptione & venditione certa res contineatur. Cum enim quantitas ipſa†conuenit, præſumitur res illa comprehen-
1 ſa: ſicuti econtra, quando non adaptatur. Ita Bar.in l.cum ta-
bernam.colum.j.verſ.quod autem dixi.ff. de pigno. & in l.
ſemper in ſtipulationibus, & ibidem Decius numer. 6.ff.de
reg.iur.Baldus in rub.C.de contrah.empt.nume.15.& idem
in cap.literæ.nume.7.de dilat.Alex. in conſi.xxvj.nume. 5.
lib.iiij.in conſil.lxviij.in fine lib.v.in conſil. ccxxij. in fine.
lib.vj.& in conſi.xiiij.in fin.lib.vij.Calcaneus in conſi.xliij.
colu. j.verſicul.tertiò.Iaſon in l.quominus.quæſt. xx. ff. de
Flum.in l.j.nume.4.C.de ſumma trinit. & fide cathol. Antonius Burgos in capitu. ad noſtram. numero 51. de empt.
& vend.Decius in conſi.xliij.in fine. & in conſilio cccxlvij.
col.vlt.verſi.& hoc confirmatur. Neuiz.in conſi.vij.numero
3.& in conſi.xxxviij.nume.4.Afflictus in deciſ.lxviij.nume.
ſecundo. Curtius Iunior in conſilio octuageſimo.numero
2.Soc.Iun.in conſi.xxxvj.nume.11.lib.iij.& Craue.in con-
ſi.ccxxxiiij.col.iij.verſi.iiij.an aliquid.Didacus libro Pract.
quæſt.c.iij.nu.3.ver.hæc verò.
2 Ita pariter dicimus valorem†rei ſignificare, coniecturã-
que facere, an res contineatur in portione vnius ex fratribus
vel ſociis, qui bona communia diuiſerunt. Sic reſpondit A-
lex.in conſi.xxvj.nume.4.lib.iiij.& apertius docuit Soc. in
l.j.in iiij.notab.ff.de reb.dubiis, idem in cõſ.xcviij.col.vlt.
lib.j.quem ſecuti ſunt Curt.Iun.in conſi.lxxx.num.1.Crau.
in conſi.cccx.num.3.& Rolan.à Valle in conſi.lxxxij.num.
54.lib.ij.
3 Ita quoque ex quantitate pretij coniectura ſumitur, † an
contractus ſit locationis, vel emphyteuſis: quia ſi magna eſt
penſio, præſumitur locatio, ſi modica præſumitur emphyteuſis.glo.in l.j.§.j.ff.de ſuperficiebus quam ſingularem ad
rem hanc dixit Corſetus in ſuo ſingulari, in verbo, contractus, incipit contractus.Alex.in conſ.xxxviij.lib.ij.in conſ.
lxxxix.nu.5.lib.iiij.& in conſ.clxxxix.nu.3.lib.v.& Afflict.
in deciſ.lxij.nu.9.& deciſ.lxxx.in fi.
Ita etiam dicimus, pretij quantitatem declarare, conie-
4 cturamq; facere, an ſit contractus † feudi, vel locationis: vt
reſpondit Ruin.in conſi.50.nu.18.lib.iij.
Ita quoque dicimmus pretij quantitatem declarare, &
5 præſumptionem facere, an contractus†ſit emptionis & venditionis, vel conductionis & locationis, vt tradunt Barto.&
alij in l.ex conuentione.C.de pactis. Iaſon in conſ. lxxxiiij.
col.ij.verſ.ij.ex quantitate.libro iij.Socin.Iun.in conſ.cxlj.
nu.21.lib.j.& in conſ.xliij.nu.2.& nu.8.lib.ij.& Tiraq.in l.
boues.§.hoc ſermone.limi.xij.nu.2.de verb.ſignif.
Sic etiam dicimus, quod ex pretij quantitate cõiecturam
6 ſumimus, quæ & quot†prędia cenſeantur in locatione comprehenſa.Ita Bald.in l.emptorem.nu.9.C. locati & conducti.Ita & Nat.in conſi.ccccIx.nu.14.reſpõdit, ex quantitate
7 pretij cognoſci, an prædia†ruſtica ſint comprehenſa in emptione caſtri feudalis.Idem cenſuit Roland. in conſi.lxxxij.
nu.55.lib.ij.
Confert quod ſcripſit Barba.in cap. Rodulph. numero
83.de reſcriptis, cum dixit, ex pretij quantitate duci conie-
8 cturam, an in venditione † caſtri contineatur etiam iuriſdictio.

## PRAESVMP. LXXIIII.

Pretij & æſtimationis mentionem, arguere contractum eſſe emptionis & venditionis.

### SVMMARIVM.

1 *Pretij mentione facta, emptio & venditio præſumitur.*
*Idque etiamſi poſt mentionem precij dicatur, indulgemus.nu.4.*
*Fallit tamen ſi precium non eſt conueniens.nu.5.*
2 *Aeſtimatio contractum emptionis & venditionis facit præſumi.*
3 *Periculum rei in ſe ſuſcipiens, præſumitur emiſſe.*

1 CVM pretij mentio fit, cõtractus emptionis † & venditionis præſumitur. Ita ſcribunt gloſſ. in l. apud Celſum. §. ſed cum legitima.ff. de doli mali & metus except. & in l. vltim. C. de prædiis Decurio. libro decimo. Baldus in l. ex conuentione. C. de pactis. & in l.cum dotem. numero
2.C.de iure dotium. Socin. in tractar.fellen. regul.cxvj. &
cxlj. Iaſon in l.j.numero 23. C. de iure emph. & in conſilio
xlv.nu.3.lib.j.Fabianus in tract.de empt.& vend.q. j. ad finẽ.Decius in l.imaginaria.nu.1.ff.de reg. iur. & ibidẽ Cagnolus.Afflict.deciſ.lxxij.in fi.Pariſ.in conſi.lxxxij.nu.7. &
in conſi.lxxiij.nu.10.lib.iij.Soc.Iun.in conſi.lxj.nume.3.&
nu.7.lib.j.Alba.in conſ.lxxxj.n.47.Aemilius Ferretus in l.
iuriſgentium.in prin.nu. 46.ff.de pactis.Alc.in.l.ij.in prin.
nu.26.ff.ſi certum petatur.Tiraq.de retractu conſan.§.j.gl.
ij.nu.1.Marſil.ſing.cv.
2 Ita dicimus, quod æſtimatio†præſumi facit contractum
eſſe emptionis & venditionis.l.res æſtimatæ.& l.quoties.ff.
de iure dotium.Aretinus conſi.elix.nu.16.verſi.iij. hoc deducitur.Barba.in conſi.xij.col.pen.lib.iiij.Soc.Sen.in conſi.ix.col.pen.lib.j.Decius in conſi.dcxxviij. nu. 11. & idem
in l.cum quid in j.lectu.nu.23.& in ij.lect.nu. 53. ff. ſi certũ
per.Rubeus in cõſi.v.in fi.late Didac. libro prac.q.c.xxvij.
3 Ita quoque dicimus, quòd ſuſcipiens in ſe†periculum rei
præſumitur emiſſe.Bal.in d.l.cum dotem.nume.2.C.de iure
dotium.
Extenditur primò, vt procedat etiam quando facta men-
4 tione de pretio, concedens ipſe dicit, †indulgemus: adhuc
præſumitur contractus emptionis.Ita Iaſon in d.l.j. nu. 23.
C.de iure



C.de iure emph.& in conſi.xlv.nu.3.lib.j.poſt Baldum in l.
qui ſe patris.C.vnde libe.
5 Declaratur primò, vt locum non habeat, quando†pretium non eſt conueniens, ſed incongruum vt dici poſſit emptio.Ita Bald.in l.ex conuentione.ff.de pact.& Iaſ.in dicta
l.j.nume.23.in fin.C.de iure emph.& in d.conſi.xlv. nume.
3.lib.j.

## PRAESVMP. LXXV.

Pretium rei venditæ recipientem venditionem ipſam approbaſſe atque ratificaſſe præſumi.

### SVMMARIVM.

1 *Precium rei ſuæ venditæ recipiens, præſumitur venditionem approbare.*
2 *Contractum confirmatum & ratum habere minor præſumitur, ſolutionem recipiendo aut pretium numerando.*

QVI rei propriæ venditæ pretium recepit, ven-
ditionem†ipſam approbaſſe atque ratificaſſe
1 præſumitur. Ita reſpondit Scæuola in l. qui-
dam. ff. de euictio. quo loci Bartol. diſtinguit
tres caſus.Et illum ſecuti ſunt Roma.in conſi.
lxxxvij.Socin.Iunior in conſil.lxxxiiij.numero 23.lib.ij.&
Tiraquellus de retractu conſang.§.j.glo.ix.nume.137.Huc
facit tex.l.Iulian.§.vltim.cum l.ſeq.ff.ad S.C.Macedo.quo
adductus reſpondit Aretinus in conſi.cxxviij. nume. 6. mi-
2 norem†præſumi confirmare ratumque habere contractum,
quando ſolutionem recepit; vel pretium ipſe numerauit.Et
alia his ſimilia congeſſi in commentariis de recuperanda
poſſeſſione, remed.xv.nu.119.& multis ſequentibus. Conferunt etiam ea, quæ de ratificatione ſcripſi ſuperiore libro in præſum.xxxix.

## PRAESVMP. LXXVI.

Precio ſimpliciter promiſſo, quæ moneta promiſſa præſumatur.

### SVMMARIVM.

1 *Precium in contractu promiſſum, de pecunia in loco frequentata præſumitur.*
2 *Pecuniam legans teſtator, præſumitur de vſuali & currenti intellexiſſe.*
3 *Monetæ mentio facta in ſtatutis, intelligitur de currenti.*

NON ſemel ex facto euenit, vt contrahentes
non declarent, cuius monetæ eſſe debeat
pretium promiſſum, puta ab emptore, con-
ductore & ſimilibus, quare ambigi ſoler,
quæ moneta præſumatur promiſſa? Recepta
1 eſt omnium ſententia, præſumi † promiſſam
monetam vſualem, & in loco frequentatam.Ita Fabianus in
tract.de emptione & venditione.in quinta quæſtione principali.num.14.& 15.Socin.Sen.in conſ.ccxlvij.nu.4.libr.j.
Decius in l.ſemper in ſtipulationibus.numero 8.& ibidem
Cagnolus.nu.5.verſ.actum pariter.ff.de regu. iur. qui alios
recenſent.Et ſecutus eſt Myſingerius in tract. obſeruationũ
centuria quarta obſeru.xv. Et illi accedit Rubeus in conſi.
xvij.colum.j.qui eiuſdem ſententiæ recenſet Oldra.in conſi.ccl.& Corneum in conſi.cccxxj.lib.iij.Et de eadem facti
ſpecie cum Rubeo reſponderunt Curtius Iunior in conſilio
xxiiij.Alciatus in reſponſ.cxviij.& Purpur.in cõſi.dxxij.Ita
2 quoque dicimus in diſpoſitione teſtatoris, vt ſi teſtator†legat pecunram, præſumitur legaſſe vſualem & currentem. l.
Imperat.in fin.& l.ſi ſeruus plurium.§.vlt.vbi Doct. de leg.
j.& ſuo loco dicemus.
3 Sic dicimus ſtatuta; quæ monetæ†mentionem faciunt,
intelligi debeant de moneta vſuali & currenti. Ita Fulgo.
conſilio lxxij.numero 2.Tiraq.de retract.conſang.§.primo.
gloſſ.xviij.numero 63.& Myſinger.in dict.obſerua. prima.
ad finem.

## PRAESVMP. LXXVII.

Vinum in dolio vendens, an & dolium vendidiſſe præſumatur.

### SVMMARIVM.

1 *Vinum in dolio vendens, non præſumitur vendere dolium.*
*Attendendam tamen loci conſuetudinem.nu.4.*
2 *Vino legato, dolia legata non præſumi, ſecus de vaſis & cuppis.*
3 *Dolia apud antiquos, quæ vaſa fuerint.*

QVI vinum in dolio exiſtens vendidit, dolium
1 † ipſum non vendidiſſe præſumitur. Ita Lucas
de Pẽna in l.iij.in præſum.cxviij.C. de apoch.
qubli.lib.x.& idem ſenſit Bart.in l.iij.§.j.ff. de
tritico, vino oleoque leg.quẽ ſecutus eſt Boe.
in q.clxxvij.nu.8. Quam ſententiam probant reſponſo Vlpiani in l.j.§.vlt.ff.de periculo & commo.rei vendit: cuius
verba hæc ſunt, ſi diolare vinum emeris, nec de tradendo eo
quidquam conuenerit: id videri actum, vt ante euacuaretur,
quam ad vindemiam opera eorum futura ſit neceſſaria, &c.
His ſignificauit Vlpianus, dolia vendito vino, non cenſeri
vẽdita, alioqui vana fuiſſet dubitatio, quo tempore euacuari deberent ipſa dolia.Sic etiã Vlpianus in l.iij.§.j.ff.de tri-
2 tico, vino oleoque lega.reſpondit, legato vino, †non præſumi legata dolia, maxime ſi depreſſa in cella vinaria fuerint:
aut ea ſunt, quæ per magnitudinem difficile mouentur.
Cum verò vinum eſt in vaſis, vel cuppis, eo legato, cẽſentur
legata & ipſa vaſa & cuppæ, vt Vlpianus ipſe in dict. §. j. reſpondit.Nec aliter de vaſis & cuppis, vino vendito, reſpondiſſet ipſe Vlpianus in d.l.j.§.vlt.ff. de periculo & commo.
rei vend. vbi de doliis tantum loquitur, quæ nec vẽdito, nec
3 legato vino accedunt.Erant enim apud antiquos dolia†vaſa ampliſſima & capaciſſima.Sicuti ex l.quid ſæpe.§.penult.
ff.de contrah. emptio. colligit Hotomanus in commentariis verborum iuris.in verbo Doliarium, & auctoritate Columellæ egregie explicat Ioann.Bræcheus in l.vinaria. ff.de
verborum ſignificatio.qui ſcribit, in eis reponi conſueuiſſe & alias res, præter vinum, cum ſine vino eſſent. Et propterea cum ad alios etiam vſus eſſent deſtinata, nec è loco
& cella vinaria moueri conſueuiſſent, vendito, vel legato vino non accedebant: vaſa verò & cuppæ, cum parua eſſent, &
vſu conſuetudineq; contrahentium cum vino vẽdito transferrentur, ita vendita cum illo dicebantur. Quocirca Bar. &
4 Boerius conſuetudinem†locorum obſeruandam eſſe ſcripſerunt.

## PRAESVMP. LXXVIII.

Vendere nolle præſumitur is, qui immodicum pretium petit.

### SVMMARIVM.

1 *Vendere nolle, & precium immodicum petere, paria ſunt.*
2 *Contrahentes nil præſumitur agere voluiſſe, conditionem impoßibilem ſi contractui adiecerint.*

PARIA quidem eſſe intelligimus, nolle omninò
1 vendere vel dicere, velle vendere, †petendo pre-
tium immodicum, cum nil aliud ſit hoc poſtre-
mum, quam tacite emere volentem repellere.
Ita Lucas de Penna in l. iij. præſumptione octuageſimaprima.C.de apochis public.libro decimo, hoc colligens ex
reſponſo Cai.l.non dubium.§.vltimo, de lega.iij.cuius verba hæc ſunt. Sed ſi cui legatum relictum eſt, vt alienam rem
redimat, vel præſtet: ſi redimere non poſſit, quod dominus non vendat, vel immodico precio vendat, iuſtam æſtimationm inferet. Hæc Caius.
Et reſponſum hoc annotarunt Bartolus ibid. Caſtre. &
reliqui.
2 Eſt ſimile, quod dicimus, præſumi contrahentes † nil
agere voluiſſe, quando conditionem impoſſibilem contractui adiiciunt. Sic ſcripſit idem Lucas de Penna in dicta
leg.iij.

leg. tertia in præſumptione centeſimaſeptuageſimaquarta, adductus auctoritate gloſſæ in l. non ſolum. ff. de actio oblig.

PRAESVMP. LXXIX.

Emptorem tradentem rem præſumi habere fidem de precio.

SVMMARIVM.

1 *Emptionis contractus ſubſtantiam recipit.*
2 *Emptio precio non intercedente non conſiſtit.*
3 *Precium ſtatim numerare, vel fidem de eo haberi, ad contractus perfectionem ſufficit.*
4 *Venditore rem tradente fidem dicitur de precio habere, præſumi.*

EMPTIONIS venditioniſque contractus ſubſtantiam
1 recipit à precio. §. pretium. in inſtit. de emptio. & vendit. & ſcripſi copioſè in conſi. xxxvij. numero quinto: vbi explicaui quæ dicantur ſubſtantialia, quæ naturalia, quæ ſolennia, & quæ accidentalia
2 contractus. Niſi ergo intercedat pretium, emptio ipſa non conſiſtit. d. §. pretium. Verum nil refert, quod ſtatim nume-
3 retur pretium, vel de eo fides habeatur. d. §. pretium, & ibidem Doct.
4 Quare venditore ipſo rem tradente, conſtituto tamen pretio fidem de eo habuiſſe præſumitur. Ita Lucas de Penna in l. iij. in præſum. centeſimaduodecima. C. de apochis pub. libro decimo. Id quod colligit ex l. ſi ſoluturus. in fine. ff. de ſolutio.

PRAESVMP. LXXX.

Emere & alios contractus celebrare quando palam & bona fide præſumatur tutor cum pupillo, cuius tutelam gerit.

SVMMARIVM.

1 *Tutori cum pupillo palam contrahere permiſſum, clam verò prohibitum.*
*Ratio ad euitandas fraudes, & vt illarum ceſſet ſuſpicio, nu. 2.*
3 *Tutoris contractus cum pupillo bona fide factus, valet ſuſpicione fraudis ceſſante.*
4 *Auctoritas tutoris adhibenda in contractu à pupillo ineundo, non eſt de ipſius contractus ſubſtantia.*
5 *Actus ſubſtantialia mutari non poſſe.*
6 *Auctoritas tutoris cur in contractu adhibeatur.*
7 *Auctorari ſibi tutor poteſt, vbi de pupilli commodo agitur.*
8 *Tutor palam, & bona fide contrahit, coram iudice bene informato.*
*Item coram amicis & conſanguineis, nu. 9.*
*Adhibita auctoritate contutoris nu. 10.*
11 *Tutor dicitur clam contrahere, ſi tam occultè fiat, vt de cuius intereſſe agatur non appareat.*
*Aut non adhibeatur eorum præſentia aut autoritas, quæ neceſſaria erat, nu. 12.*
*Vel confecta quidem ſcriptura, & teſtibus adhibitis, illis tamen vt taceant ſi dictum ſit. nu. 14.*
*Aut contrahat tutor per perſonam interpoſitam. nu. 15.*
13 *Contutore dato, vnus ſine altero rectè non contrahit.*

RECEPTA & vera eſt interpretū ſententia, tutori
1 permiſſum quidem eſſe, palàm ſuo cum pupillo contrahere, clam verò non eſſe, vt fraudes quæ ab illis administratoribus committi ſolent quantum fieri poteſt, euitentur. Ita gloſſ. in l. ſi in emptione. §. vlti. ff. de contrah. empt. & in l. tutor rerum. ff. de adm. tuto. Bart. in l. ſingularia. num. 7. ff. ſi certum peta. & in l. pupillus. §. vlt. ff. de aucto. tuto. Angelus in conſi. xvj. col. j. Abbas in conſilio lxviij. col. vlti. lib. j. Iaſon in l. principalibus. col. tertia verſi. ſeptimò limitatur. ff. ſi certum petat. Socin. Sen. in conſil. lxxxvij. numero 5. lib. j. Ruinus in conſi. xlij. num. 9. lib. j. Decius in d. l. ſingularia. nu. 56. qui communem eſſe opinionem teſtatur; & Ripa in l. j. §. fuit quæſitum. numero 8. ff. ad Trebell. Et probatur. l. pupillus. §. vltim. ff. de auctor. tuto. & l. cum ipſe. C. de contrahen. empt. Et accedit ratio,
2 quia contrahendo palam † ceſſat fraudis ſuſpicio. l. non exiſtimo. ff. de admin. tuto. quæ impedire ſolet, ne tutor cum ipſo pupillo contrahat. Nec repugnant aliquot iura, & argumenta, quibus Accurſius in dict. l. ſingularia, & manifeſtius Ioan. Coraſius in libro ſexto. miſcella iuris capit. decimoquarto, numero quarto. à communi aliorum ſententia receſſerunt. Et primò quidem tex. l. ſi in empt. ff. vlt. ff. de contrahen. emp. quo loci abſolutè reſpondit iuriſcon. tutorem emere non poſſe rem pupilli. Verùm reſpondetur, intelligi quando dubium eſſe poteſt, pupillum poſſe lædi, & aliquod detrimentum capere, ſecus ſi clarum eſt, nō adeſſe damnum;
3 ſed potius lucrum. Nam (vt diximus) vbi ceſſat † fraudis ſuſpicio, contractus bona fide factus valet.

Secundò afferri ſolet argumentum, quòd ſubſtantia obligationis contrahendæ per pupillum eſt ipſa tutoris auctoritas. l. obligari. vbi gloſſ. & Bart. ff. de aucto. tuto. Atqui non poteſt tutor ſuſtinere vices duorum, nempè tutoris, & contrahentis. l. pupillus. §. item ipſe tutor. ff. de auctor. tuto. & præſertim in obligatione de nouo contrahenda. l. j. §. fuit quæſitum. ff. ad Treb. Ergò &c.

4 Verùm reſpondetur, quòd imò auctoritas † tutoris adhibenda in contractu à pupillo cōficiendo, nō eſt de ſubſtantia ipſius contractus, alioqui non poſſet ſuppleri eius præſentia, & auctoritas per iudicis auctoritatem, quam ſufficere
5 mox dicemus. Non enim ea, quæ ſunt de † actus ſubſtantia, mutari poſſunt. l. pacta conuenta. ff. de contrahen. empt. cū dixit Vlp. nouum eſſe actum, mutata primi confecti actus
6 ſubſtantia. Auctoritas † itaque tutoris non alia de cauſa adhibetur, quam ne pupillus iudicio carens decipiatur. Quæ ſanè deceptionis ſuſpicio omninò ceſſat in cōtractu palàm, & bona fide geſto. Et cum non agitur de damno, ſed potius
7 de lucro pupilli, poteſt tutor † ſibi auctorari. l. quod dicimus. ff. de auct. tuto. & in ſpecie tradunt Io. Andreæ in c. qui tacet. in fi. de reg. iur. in vj. Soc. Sen. in conſi. lxxxvij. nu. 5. lib. j. & Coraſius in lib. vj. miſcella. iuris c. xv. in fine. Quod eſſe non poſſet, ſi hæc auctoritas eſſet de ſubſtantia.

Tertiò vrgere videtur l. non licet. ff. de contrah. emp. iuncta interpretatione gloſſæ ibi. Cū enim dixiſſet Martianus, non licere illis, qui officia gerunt, emere per ſe, vel per aliū, accurſius interpretatus eſt, ſiue publica exiſtunt ſiue priuata, quemadmodum ſunt illa tutorum & curatorum.

Cæterùm reſpondetur, Martianum loqui de his tantùm, qui publica gerunt officia, quales ſunt magiſtratus, & reliqui, qui iuriſdictioni præſunt, iuxta l. principalibus. ff. ſi certum peta. Præterea, & ſecundò reſpondetur, reſpōſum Martiani eſſe intelligendum, qn̄ eſt dubium, quòd ex eo contractu aliquod detrimentū ſentire poteſt ſubditus, cum quo magiſtratus ille contrahit, atque ita quando non palàm, & non bona fide contrahitur. Ita poſt alios declarat Iaſon in dic. l. principalib. col. iij. ver. vij. prædictam. Et ſimili declaratione explicauimus ſupra l. ſi in emptione. §. vlt. ff. de contrah. empt. Eſt itaq; vera recepta illa ſententia, tutorem poſſe palàm, non autem clàm cum ſuo pupillo contrahere.

Cæterùm apud noſtros dubitari cōtingit, qn̄ præſumatur tutor palàm, & bona fide contrahere cum pupillo? Hic ego dicam primùm qn̄ palam, deinde ſubnectam, quando clam præſumatur contrahere. Et primò quidem palàm, & bona
8 fide, contrahit, quando ſi contractus coram iudice bene informato celebratur. Ita Bal. in l. frater à fratre. nu. 50. verſic. iij. quæro. ff. de condict. indebiti. Alexan. in l. tranſactione in fin. C. de tranſacti. Curtius Iunior in conſilio ſexageſimoſeptimo, numero tertio, in fine. & Alciatus in Tractat. de præſump. regul. prima, præſum. xxj. adducti ſunt omnes textu l. vlt. vbi gloſſ. ff. quod metus cauſa. Diſſentire tamen videtur Curtius Iun. in conſ. xxx. nu. 1.

Secundò palàm celebrari dicitur contractus, quādo co-
9 ram † amicis, & conſanguineis conficitur. Ita gloſſ. in lege Pola. in gloſſ. magna. C. de iis, quibus vt indignis, & ibi Baldus, Iaſon in l. bonorum numero quarto. C. qui admitti. Dec. in l. ſingularia. numero decimo. ff. ſi certum petatur. Petra ſancta in ſingul. lvij. & Curtius Iun. in conſilio vigeſimonono. nume. 12. Etſi ab his diſſentiant Alciatus in dicto præſumpt.



præſum. xxj. & Coraſius lib. vj. miſcella. c. xiiij. in fin.

Tertiò palam dicitur geri contractus, quando adhibe-
10 tur † contutoris auctoritas. l. non exiſtimo. ff. de admin. tut. & in ſpecie annotauit Coraſius in d. c. xiiij. nu. 5. ſicuti econtra diceretur clam fieri, quando adeſſet contutor, & ſine eius auctoritate celebraretur contractus, vt ſtatim dicemus.

Clam verò contractus geri atque celebrari præſumitur,
11 diciturque multis modis. Primò: quando † ita occultè conficitur, vt ſciri & cognoſci non poſſit ab eo, de cuius intereſſe agitur. Ita Bart. in l. ij. nu. 1. C. de iis, qui ex publ. ratio. lib. x. Decius in l. quo tutela. nu. 1. de reg. iur. & in conſ. ccc-xcix. col. vlt. & Pariſius in conſ. lvij. num. 12. lib. iiij. adducti textu l. iij. §. vlt. ff. quod vi aut clam. Et ſcribunt omnes. in l. clam poſſidere. in prin. ff. de acq. poſſeſ.

Secundò clam geritur contractus, quando non adhibe-
21 tur præſentia † & auctoritas eorum, qui ad eſſe & auctoritatem ſuā impertiri debent, ſicuti ſi requireretur iudicis præſentia, & illa non adhiberetur. Ita Bart. & Dec. præcitatis in locis. Et confert glo. in c. vlt. in verbò, clandeſtina, de clandeſt. deſpōſa. dum explicat, tribus modis matrimoniū clandeſtinum celebrari. Et ex prædictis ſequitur, quòd quando
13 adeſt † contutor, nō poteſt vnus eorum ſine altero agere & contrahere: alioqui clam contrahere dicitur. Baldus & Caſtren. in dict. l. cum ipſe. C. de contrahen. emption. Imola & Socinus in l. prima. §. fuit quæſitum. numer. ſexto. ff. ad Trebel. & ibidem Ripa. numero ſeptimo. in fin. Cagnolus in l. ſingularia. numero 82. & ibidem Bologne. numero 57. in fi. ff. ſi cer. petatur.

Tertiò dicitur clam contrahi, quando conficitur quidem ſcriptura, & adhibentur teſtes, & notarius, ſed tamen illis
14 mandatur, † vt taceāt. Ita ſcripſerunt multi, quos congeſſi in commentariis de arbitrariis iudicum, libro ij. caſu cxciiij. numero 19. & in conſi. cxcix. num. 40. verſ. iij. reſpondeo. Et illis accedunt Decius in l. quo tutela. §. clam. in fin. de reg. iur. & idem in l. ſingularia. nume. 14. ff. ſi cert. pet. & ibidem Bologne. nu. 57.

Quartò clam dicitur tutor contrahere, quando per † interpoſitam perſonam contrahit. l. pupillus. §. item ſi ipſe tutor. verſicu. ſed per interpoſitam. ff. de auctor. tutor. Nam tunc fraus & mala fides præſumitur. Ita in ſpecie reſpondit Baldus in conſi. trecēteſimoquadrageſimoſeptimo: Titius, lib. iiij. Et idē affirmarunt Decius in d. l. quo tutela. §. clam. numero ſecundo. & ibidem Cagnolus numero quarto. de reg. iur. Neuizan. in conſi. lxxxv. numero vndecimo. & Craue. in in conſi. clvj. nume. 11.

PRAESVMP. LXXXI.

Contrahentem cum pupillo, non præſmi, quòd ſine tutoris auctoritate contraxerit, vt inde obligetur tutor.

SVMMARIVM.

1 *Læſus in contractu, cum pupillo auctore tutore celebrato, aduerſus tutorem rectè experitur.*
2 *Filius filiáue patre ſuadente contrahentes etſi læduntur; de dolo aduerſus patrem non agunt.*
3 *Filiæ vt nubat perſuadens pater, ex affectu paterno potius, quam dolo præſumitur perſuaſiſſe.*
4 *Patris de bonitate & affectu in liberos, lex multum confidat.*
5 *Pater filij minoris bona adminiſtrans, ſine prætoris decreto alienat.*

1 QVI ſuadente tutore, cum pupillo contraxit & † læſus appareat, experiri is poteſt aduerſus tutorem, quia iuris eſt præſumptio, ꝙ læſionis cauſam præbuerit ipſe tutor, ſine quo ille cū pupillo aliàs nō contraxiſſet. Ita hanc iuris præſumptionem colligit Io. Andræ in additio. ad Specu. in tit. de præſumpt. §. ſpecies. nu. 5. ver. In prædictis concord. ex l. pen. §. j. & ij. ff. ꝙ falſo tutore aucto. quo loco Vlpianus ita reſpondit. Qui dolo auctoritatē accōmodauit tenebitur hoc edicto. Sed etſi quis filiæfam. auctor factus ſit ad contrahendum, tenetur. Idemq; iuris eſt, ſi ancillæ, quis tutore auctore crediditſſet. Nam omnib. iſtis modis propter tutorem decipitur is, qui contraxit, qui aliter cum impubere contracturus non fuit, quàm ſi tutoris auctoritas interceſſiſſet. His ſignificauit Vlpianus, ꝙ ille contrahens non contraxiſſet veriſimiliter, niſi ſuaſus fuiſſet ab ipſo tutore, eapropter tutor ipſe tenetur, tanquam dolo id ſuaſerit.

Declaratur hæc præſumptio, vt locum non habeat in
2 † patre, qui perſuaſit contrahere, vt puta ſi perſuaſit filiæ mi-
3 nori duodecim annis, vt nuberet. Nam etſi filia † non erat aliàs ductura virum: attamē aduerſus patrem nulla eſt actio, cū dolus aliquis excogitari non poſſit in patre, qui affectus propenſione magis, quā dolo id perſuaſit, ſicuti Vlpianus ipſe reſpondit in d. l. pen. §. Iulianus. Cum enim lex plurimū
4 † confidat de patris bonitate & amore egra filiū, inde fit, vt nō præſumatur quid dolo agere in detrimentū filij, aut cum
5 filio contrahentis. Sicuti videmus permiſſum eſſe patri † adminiſtranti bona filij minoris, alienare ſine prætoris decreto, vt latiſſime tradit Octauius Simonce. in tract. de decretis in alienationibus bonorum minoris. lib. iij. tit. viij. nu. 9. qui communem eſſe opinionem teſtatur: locum hunc retuliſſe ſufficiat.

PRAESVMP. LXXXII.

Minores, & mulieres contrahentes præſumi facilè lædi, & ob id facilè ſubueniendum eſſe.

SVMMARIVM.

1 *Minores, & mulieres ob fragilitatem facilè præſumuntur decipi. Idque certis tantùm caſibus non autem regulariter. nu. 13.*
2 *Minor contrahens cum fœneratore, præſumitur læſus, niſi locupletior factus probetur.*
3 *Venditio pupillum lædens, ficta & ſimulata præſumitur.*
4 *Contrahens cum pupillo, præſumitur in mala fide, nec vſucapit.*
*Idem habere locum in contrahente cum muliere. nu. 5.*
6 *Mulier tamquam minor ſuum præſumitur ius ignorare.*
7 *Renuntiaſſe iurib. ſuis mulier minórque non præſumuntur, niſi de eis certiores factos eſſe appareat.*
8 *Sententia contra ſe lata, ſi minor non appellet, læſus præſumitur, & reſtituitur.*
*Id tamen quomodo procedat. nu 9.*
10 *Compromittendo minor præſumitur læſus.*
11 *Appellationis beneficium minori per compromiſſum auſertur.*
12 *Compromiſſo coram principe, eóque auctore factum, minor non præſumitur læſus.*
14 *Reſtitutionem in integrum petens minor, tria probare debet.*
15 *Reſtitutio in integrum minori competit etiam ſi non dolo aduerſarij, ſed veriſimili ignorantia, aut ſui facultate læſus ſit.*

CVM minorum magna ſit, vt & mulierum fragi-
1 litas, facileq; decipiantur, ſic lædi † facilè præſumuntur. lege j. ff. de mino. Hinc dicimus mi-
2 norem, † cum fœneratore contrahentem præſumi læſum, niſi probetur factus locupletior. lege prima. C. ſi aduerſus credit. quod ſanè reſpōſum in hāc ſententiam ſic citauit Alciatus, in Tract. de præſumption. regul. prima, præſumptio. xlij. numero ſecundo, & prius Lucas de Penna in lege tertia, in præſumptio. xxxvj. & præſumpt. xxxviij. C. de apochis publ. libro decimo. Et vterque adiun-
3 git, quòd ob id venditio, † quæ pupillum lædit, ficta & ſimulata præſumitur. l. vltim. C. ſi aduerſ. vend. Illud ego nunc
4 addo: Contrahentem cum pupillo † præſumi in mala fide, & propterea non vſucapit. l. ij. §. ſi à pupillo. ff. de vſucap. pro emptore. Et quod de pupillo, & minore dictum eſt, lo-
5 cum etiam habet in muliere. Nam & illa † præſumitur facilè decipi. §. his cōſequens. in auth. de æqual. dotis. Et in ſpecie ſic annotarunt Lucas de Penna in dict. l. iij. in præſumpt. xxxvij. & Alciatus in d. præſump. xlij. numero ſecundo, qui addit, hoc præſertim procedere ob viri ſeductionem. §. j. in authent. vt immobil. ante nupt. donat. & capitul. j. & ſecundo, de adulter. Eſt ratio tam in muliere quā in minore, quia
6 vterq; † præſumitur ignorare ius ſuum. l. j. in fin. ff. de edendo. l. ſi quis partem. §. j. ff. ad Macedo. l. cum de indebito. §. ſin autem is. ff. de probatio. & l. ij. in fine. ff. de iure fiſci. glo. in §. primo, an authentic. de inceſtis nupt. Alexand. in conſilio cxxvj.

lio cxxvj.numero octauo,libro ſeptimo,& multis compro-
bat Nicolaus Arelatanus in additionibus ad Alciatum in
7 dicta præſumpt.xlij.qui ob id ſubiungit,†mulierem, & mi-
norem non dici renuntiaſſe ſuis iuribus,niſi appareat de eis
factos fuiſſe certiores.Hinc etiam ex prædictis infert Alcia-
tus in dicta præſumpt.xlij.numero ſecundo, verſicu.& ideò
8 minor,quòd ſi minor non appellauit à ſententia † contra ſe
lata, eo ipſo læſus præſumitur, & propterea in integrum
reſtitui debet. Bartol. in l. vltima. C. de in integrum reſtit.
mino.Cæterùm Alciatus ipſe præcitato in loco ſubiungit,
9 hoc verum eſſe,quando†minor allegat ea,quæ pro ipſa cau-
ſa dicta,& allegata non fuerunt. iuxta l.minor autem ma-
giſtratus. §. ſinautem. ff. de mino. aliàs ſecus, vt ſcribunt
Barto. & Alexand.in l. nam poſtea. §.ſi minor. ff.de iureiu-
ran.atque ita poſſunt conciliari(inquit Alciatus)opiniones
Doctor.in dict.§.ſi minor,& hanc eſſe communem opinio-
nem, teſtatur Sfortia Oddo, quem mox referam in quæſt.
xxxvj. numero quadrageſimo, verſicul. in contrarium eſt.
Aliter diſtinguunt Fulgoſius in d. §. ſi minor, & in l. vltim.
C.in quibus cauſ.in integrum reſtit. non eſt neceſſaria, vbi
Caſtren.& Iacobinus à ſancto Georgio numero quadrage-
ſimo.Alexand.in conſil.cxv.in fine.libro quinto. Ruinus in
conſil. lxviij. numero vigeſimoprimo,lib.j.& hos referens
Antonius Gabriel in libro ſecundo concluſionum in ti-
tul. de minoribus, concluſ. prima in fine : ij ſanè dixerunt,
quòd minor eſt reus,aut actor:ſi reus eſt, eo ipſo quòd non
appellauit,læſus præſumitur:ſi verò actor, non. Verùm di-
ſtinctionem hanc reiiciunt Crottus in conſi. cclxxvj. & in
conſi.cccxxxiiij.nu,decimo,& Sfortia Oddo in Trac,de re-
ſtitutio. in integrum. parte prima quæſtion. trigeſimaſexta.
numero quadrageſimoſexto.verſicul.ſed contra.Qui aliam,
& probabiliorem quidem ſubiungit diſtinctionem, quod
aut loquimur de aliqua probatione ſaltē ſummaria, ad do-
cendum qualiter de bono iure petentis, reſtitutio in inte-
gum concedatur.Et hoc caſu vera eſt communis ſententia,
quòd ſcilicet neceſſaria ſit probatio iuſtæ cauſæ.Aut loqui-
mur de probatione plena, facienda ſuper bono iure mino-
ris in cauſa principali.Et hoc caſu probatio hæc non eſt ne-
ceſſaria.Ita procedit opinio aduerſus communem. Et hanc
diſtinctionem ( inquit ille ) in ſpecie probarunt Præpoſ. in
capitul.ex ratione.numero ſeptuageſimo,de appellation.&
Rota Roman. in deciſion. trigeſima, de reſcriptis, in anti-
quis.& alibi.Et Rotam ſecutus eſt Crauetta in conſ.clxxix.
nume.8.

Ex prædictis etiam infertur, minorem præſumi læſum
10 eo ipſo,quòd†compromiſit.l.ſi minor xxv, annis filiofam.
§.minores.ff.de mino.quo loci glo.& Doctor.rationem eſ-
11 ſe ſcribunt,quia per compromiſſum†aufertur minori bene-
ficium appellationis.l.j.ff. de receptis arbitris, & in ſpecie
Corneus in conſilio clxxviij.libro tertio,& ſcripſi in libro
ſecundo, de arbitrar. iudicum. caſu clxxj. numero 43. ſi ta-
12 men coram†principe, vel eo auctore factum eſt compro-
miſſum, minor non præſumitur læſus. Ita reſpondit Alciat.
in reſp.ccclxix.nu.5.& 6.

13 Prædicta præſumptio locum habet certis†in caſibus : ſi-
cuti ſunt iam enumerati:At regulariter ex ſolo ipſo contra-
ctu, minor non præſumitur læſus. Ita declarat Alciatus in
d.præſum.xlij.numero ſecundo,verſi.ſupradicta tamen. Et
præter eum idem reſpondit Corneus in conſilio cxxxv. nu.
quinto,libro ſecundo,in conſilio lvij. numero 6. Hinc fit,
quòd quando minor petit reſtitui in integrum, non ſufficit,
14 ſi probat,ſe eſſe minorem:ſed probare†debet tria,primum
ſe eſſe minorem,ſecundum ſe læſum,tertium,ſe dolo aduer-
ſarij, vel nimia ſua facilitate læſum. Idem reſponderunt
Corneus in conſilio cxxxv.numero ſexto, libro ſecundo, &
Soc.Sen.in conſilio lvij.numero primo,libro quarto. Hæc
tria ſufficiunt. Non enim requiritur illud quartum requiſi-
tum,relatū à Butrio in ca. conſtitutus.de in integrum.reſti-
tu. Alexand. in l. ſi minorem. C. de reſtitut. in integrum,
Franc.de Marchis in deciſion. dxvj. numero quarto, parte
prima,quòd ſcilicet,minor petens reſtitui,probet ſe eſſe in-
tra tempus petendi reſtitutionem. Nam Butrij, & ſequaciū
traditionem reiiciunt reliqui omnes,ſicuti permultis com-
memoratis teſtatur bene eruditus Sfortia Oddo in Com-
mentariis de reſtitutione in integrum.q.xxxix.art.j.verſi.in
contrarium eſt communis, qui egregia diſtinctionee Do-
ctorum opiniones conciliat.Eſt quoque aduertendum cir-
cà illud tertium requiſitū,quòd ſi minor læſus eſſet non do-
15 lo aduerſarij, † ſed veriſimili ignorantia, vel ſui facilitate,
adhuc competeret reſtitutio in integrum,ſaltem ex clauſula
generali,ſi qua mihi iuſta cauſ.ita declarat Alciatus in dicta
præſumpt. xlij.nu.3.verſicul.circa tamen, poſt Corneum in
conſi.clxxiij.lib.tertio, quos ſecutus ſum in commentariis
de recuperanda poſſeſ.remedio xv.nume.136.vbi alios eiuſ-
dem ſententiæ Doctores commemoraui, & alios adiungit
Sfortia in præcitatis commentariis,de reſtitutione in inte-
grum.q.iiij.art.ij.verſi.in contrarium eſt.

## PRAESVMP. LXXXIII.

Minoris læſionem ex præſumpta affectione erga
rem diſtractam,vel emptam,conſiderari.

### SVMMARIVM.

1 *Intereſſe affectionis in re minoris,habenda ratio eſt.*
2 *Affectio quam quis erga res ſuas,& maiorum ſuorum habet, conſidera-
bilis eſt.*
3 *Reſtitutio minori,ob intereſſe affectionis conceditur.*
4 *Minor res maiorum ſuorum diſtrahendo,enormiter cenſetur læſus.*
5 *Progenitorum ſuorum res amittere graue eſt.*
6 *Intereſſe affectionis,ad res paternas,conſiderabile quoad damnum eui-
tandum non quo ad augendum pretium.*
7 *Intereſſe affectionis, non impeditur, quo minus de fuga quis ſuſpe-
ctus ſit.*
*Nec reddit debitorem diuitem,& ſoluendo.nu.8.*
9 *Intereſſe affectionis etiam in minore conſiderabile,ſi in emendo aut per-
mutando,malum adeptus ſit vicinum.*
*Item ſi in malum incideret locum,nu.13.*
10 *Vicinum habere malum,magnum eſt malum.*
11 *Vicinum malum æquè ac morbum nocere voluit Cato.*
12 *Vicinum bonum habiturum, emptorem prædij ſui,proclamari iuſſit
Themiſtocles.*

CVM minoribus læſis concedi ſoleat ( vt dixi-
mus ſuprà ) in integrum reſtitutio ; dubitari
interdum contingit,an habenda ſit ratio inter-
eſſe prouenientis ex affectione pręſumpta? Quæ
1 in re dicitur, † habendam eſſe. Nam conſiderabilis eſt af-
2 fectio,quam quis ega ſuas,& maiorum ſuorum†res habere
præſumitur.l.cum ſeruus.ff.mandati : & ſcripſit Alciatus de
præſumptio. regul. prima,præſumption. vigeſima. Et pro-
3 pteieà minori conceditur † reſtitutio cauſa huius intereſ-
ſe prouenientis ab affectione. l. ſi in emptionem. ff. de
minor. vigintiquinque annis, qua probatur, quod ſi mi-
nor permiſit labi tempus à ſtatuto conceſſum, ad luendum
rem paternam, ( Mediolani extat ſtatutum hoc, ) ſibi com-
petit in integrum reſtitutio aduerſus lapſum ipſius tem-
poris : Cum dicatur læſus ex affectione illa veriſimili, &
præſumpta erga res paternas . Ita Alciatus in dicta præ-
ſumpt.vigeſima.ex ſententia Ioan.Ignei in l. quatenus. nu-
mero trigeſimoquinto. ff. de regul. iuris, & in l. dudum.
numero trigeſimooctauo. C. de contrahend. emption.
Idem ſcripſerunt alij permulti,quos congeſſit Sfortia Od-
do in Commentariis, de reſtitutione in integrum. quæſtio.
quarta. articul. decimo numero 84. verſicul. in contra-
rium eſt, Et illis accedit Barba. in conſilio xxvij. colum-
na decimaquinta. libro primo, & in conſilio xviij.colum.
ij.libro ij. qui poſt Baldum dixit, minorem cenſeri læſum,
4 & quidem enormiter,†cum res maiorum ſuorum diſtraxit.
Et illis in locis reſpondit,graue eſſe amittere ea,quæ fuerūt
5 ſuorum†progenitorum,ſic etiam ſcripſerunt Decius in cō-
ſilio cccclxxj.in fine, Sic & Neuizan.inter conſilia Bruni in
conſil. xij. numero 70. Pantaleon Cremen. in lege ſecunda
nu.324.C.de reſcind.vend. ſic etiam in ſpecie ſtatuti Me-
diolan.cēſuit Alc.in reſp.cccxij.habendā eſſe rationem hu-
ius affectionis erga rem maiorū ſuorum,quando minor vult
in integrum reſtitui.Ita quoque Tiraquellus in Tract.de re-
tractu conſang.§.primo. glo. decimaquarta, numero quin-
quageſi



quageſimoſecundo,qui in contractu feudali locum non ha-
bere declarat.& Petrus Rebuffus in l.vnica.nu.m286.C.de
ſent.quæ pro eo quod intereſt proferuntur.
6 Eſt tamen hic obſeruandum,quòd etſi intereſſe†affectio-
nis,ad res paternas,eſt conſiderabile,ad euitandum damnū,
atque ita ad petendum reſtitutionem in integrum:attamen
non eſt conſiderabile,vt augeat rei pretium : ſicuti ex ſen-
tentia Cæpollæ de ſimulatione contractuum docuit Ripa
in l.filiusfa.§.Diui, numero tertio in fine de leg. primo, ſic
etiam ſimili in caſu reſpondit Pariſius in conſilio nonageſi-
monono, numero quadrageſimoſeptimo, libro tertio, in-
7 tereſſe hoc affectionis non efficere, vt debitor † ſuſpectus
de fuga,dici non debeat ſic ſuſpectus ob res maiorum ſuo-
rum, quas recuperare poteſt, cum hoc intereſſe non reddat
8 †eum diuitem,& ſoluendo.
Extat,& aliud exemplum intereſſe affectionis,ſicuti quā-
do minor propter emptionem, vel permutationem, vel aliū
9 contractum incidiſſet†in malum vicinum.Ita in ſpecie ſcri-
pſit Sfortia Oddo in dict.quæſt.iiij.artic.x.numero 86. au-
ctoritate gloſſ.in l.nam quod.§.primo.ff. ad Trebell.& in l.
quod ſæpe.ff.de contrah.empt. ac etiam Mantuæ in ſingul.
vij.numer. tertio.Nam(vt eſt apud Plautum in mercatore.)
aliquid eſt mali,propter vicinum malum. Non aliquid ego
10 mali, ſed magnum malum dicere ſoleo, habere † vicinum
malum. Cato enim in libris de agricul. malum vicinum
11 æquè ac†morbum nocere ſcriptum reliquit. Quare The-
miſtocles ( vt in illius vita memoriæ prodidit Plutarchus)
12 prędium vendens,proclamari iuſſit bonum†vicinum etiam
habere. Sentiebat ille tantum damni ex malo vicino ( vt
Heſiodus dicebat)quantum ex bono, commodi nos con-
ſequi. Quod re ipſa ego experior, qui ſatis malè vicini du-
ritie affligor,eiuſque canum latratibus tanta moleſtia affi-
cior, vt vix ſtudiis interdum incumbere valeam. Nec is
meis vel amicorum precibus à tanta abduci inhumanitate
poteſt.
Eſt & aliud exemplum intereſſe affectionis conſiderabi-
le,vt minor dici poſſit læſus,ſicuti quando incidiſſet in ma-
13 lum † locum, hoc eſt in malam aeris temperiem. Ita Sfor-
tia in dicta quæſtion.quarta,articu.decimo, numero 87. ex
ſententia Cæpollæ de ſeruit.ruſtico.prædiorum. in rub. de
aere.numero quarto,& & Ripæ in tracta.de peſte.in titu. de
remed.præſerua.contra peſtem. numero tertio. Plura alia
affectionis exempla commemorat Pantaleon Cremen.in d.
l.ſecunda,numero 325.& multis ſequentibus.C.de reſcind.
vendit.

## PRAESVMP. LXXXIIII.

Pretium rei venditæ à minore an in eius vtilita-
tem verſum præſumatur.

### SVMMARIVM.

1 *Vendicans rem alienatam minor,pretium reſtituere debet.*
*Quatenus tamen in vtilitatem ſuam conuerſum ſit.nu.2.*
3 *Precium minori ſolutum,eiuſque in vtilitatem conuerſum præſumi, ſi
requiſitæ in contractu ſolennitates fuerint adhibitæ.*
4 *Contractum reſcindi petens minor,quando probare teneatur pretium
deperditum aut malè conſumptum.*
5 *Alienatione rerum minoris facta,pro contrahente cum eo præſumptio,
eſt ſi debitæ ſolennitates fuerint adhibitæ.*
6 *Dolus & mala fides, in contrahendo cum minore abſque ſolennitati-
bus requiſitis,præſumitur.*

CVM minor rem alienatam vendicans pretium
1 †à ſe receptum reſtituere debet.l.non ſolū. in fi.
C.de præd.& reſponderunt Anchara.in conſilio
trigeſimoquarto, numero vigeſimo, & alij con-
geſti ab Octauio Simoncello in tract.de Decretis lib.iij.ti-
tu.ſeptimo,nu. 17. qui. numero 18. auctoritate multorum
ſubiungit,teneri etiam reſtituere vſuras, & impenſam me-
lioramentorum.Hoc tamen intelligitur, quatenus pretium
2 †verſum eſt in ipſius minoris vtilitatem. Ita Bartol. & reli-
qui in l.prædiorum. C. de prædiis. mino. & alij congeſti à
Simoncello præcitato in loco. Cæterùm dubitari contin-
git; quis probare debeat, pretium fuiſſe verſum in pupilli
vtilitatem?Lucas de Penna in l.iij.præſumption.clxxviij.C.
de apochis pub. libro decimo. ſcriptum reliquit, pretium
præſumi ſolutum minori, eúmque ex illo locupletatum, ſi
3 in venditione † obſeruatæ fuerunt requiſitæ ſolennitates.
Quam traditionem exiſtimauit probari.l.prædiorum.& l.ſi
in prædium. C.de prædiis mino. Et hæc quidem fuit opinio
Accurſij in dict.l.prædiorum,qui ſic diſtinguit, aut contra-
ctus eſt validus, quippè quod obſeruatæ fuerunt debitæ
ſolennitates. Hoc caſu minor petens reſcindi contractum
4 †probare debet pretium à ſe deperditum, & malè conſum-
ptum. Aut verò contractus eſt nullus, ob id, quòd requiſi-
tæ ſolennitates non fuerunt obſeruatæ. Et hoc caſu non
ipſe minor, ſed qui cum eo contraxit, probare debet,pre-
tium fuiſſe verſum in vtilitatem; & commodum ipſius mi-
noris.Et diſtinctionem hanc probarunt etiam Barto. Bal-
dus,& Salicetus in dicta l. prædiorum. & in dicta lege, ſi
prædium. Corneus in conſilio ſeptuageſimoprimo, nume-
ro ſexto,& conſilio lxxij.nu.9.lib.iij.Marian.Socin.Sen. in
conſilio xv.nu.22.libro primo.Iaſon.in l. nam poſtea. §. ſi
minor.nu.21.ff.de iureiur.Nat.in conſ.dcxxxj.nu.5.lib.iij.
Riminal.Iun.in conſi.v.nu.76.libro primo, & in inſtit. qui-
bus alienare licet vel non.§. vltim.numero lxj. & Eruditiſ-
ſimus ampliſſimuſque Cardinalis Albanus in lucubratio-
nibib.ad Barto.in d.l.prædiorum. Et hos ſecutus eſt Octa-
uius Simoncellus in d.tit.vij.nu.20.Prædictis addo Alexan.
in conſil.xlvj.nu.1.libro v.Socin.Sen.in conſi.cxv.num.13.
lib.j.& Alphonſus Aluarez in Speculo Summ. Pontif. Im-
per.& Regum.capit.lxxx.verſ.dixi. Et hæc quidem diſtin-
ctio communis retinenda eſt,etſi ab ea diſſentiant comme-
morati à Simoncello in d.tit.vij.nu. 20.verſ. Plicus tamen.
Huius diſtinctionis, & differentiæ ratio eſt . Nam quando
5 alienatio†eſt facta,obſeruatis à iure requiſitis ſolennitati-
bus,præſumptio ſtat pro eo,qui contraxit cum minore : ſi-
cuti explicauimus ſuperiore libro in præſumpt.lxxv.& ideò
omnis doli præſumptio eſt ſublata, & conſequenter præſu-
mitur pretium fuiſſe verſum in vtilitatem, & commodum
ipſius minoris.Diuerſum verò eſt,quando ſolennitates ob-
6 ſeruatæ non fuerunt, quia tunc præſumitur † mala fides,&
dolus in eo,qui contraxit cum ipſo minore iuxtà.c.qui con-
tra de reg.iur.in vj.& dicemus infra in pręſum....in ſeptimo
caſu,vbi explicabimus, quando mala fides præſumatur, ob
non obſeruatas iuris ſolennitates.

## PRAESVMP. LXXXV.

Conductor quando reconduxiſſe præſumatur
rem conductam.

### SVMMARIVM.

1 *Conductor in re ſibi locata perſiſtens,præſumitur reconduxiſſe.*
*Idq; præſumptione iuris.nu.2.*
*Et in quo fundetur hæc præſumptio.nu.3.& 4.*
5 *Precarium à locatione non diſſimile eſſe.*
6 *Conductorem in re conducta perſiſtentem, præſumi conduxiſſe, tam in
vrbano quàm ruſtico prædio locum habet.*
7 *Conductio prædij ruſtici,& vrbani,qua in re differant.*
8 *Prædij ruſtici fructus,certa tantum anni parte percipiuntur,vrbani ve-
rò qualibet anni parte vniformiter.*
9 *Prædij ruſtici reconductio,pro ratione fructuum percipiendorum factæ
præſumitur.nu.10.& 12.*
*Idem in vrbano prædio.nu.11.*
13 *prædium ſi vno anno frumentum,alio milium tribuat, vna dicitur præ-
dij cultura,fructúsque confunduntur.*
14 *Conductores vectigalium perſiſtendo,cenſentur reconduxiſſe.*
*Vide tamen.nu.34.*
15 *Domus partem conducens ſocius,perſiſtendo præſumitur reconducere.*
16 *Operarum locatio,& conductio,tacendo vltra tempus præſumitur repe-
tita.*
17 *Medici operas comparari prædio ruſtico.*
18 *Medicus cenſetur reconductus cum eiſdem qualitatibus, & conditioni-
bus quibus prima vice conductus fuerat.*
19 *Reconductio cum eiſdem qualitatibus, & conditionibus, quibus pirma
conductio facta præſumitur.*

Conductori,

*20 Conductori,de non expellendo, pactum in prima conductione factum cenſetur in ſecunda repetitum.*

*21 Conductioni adiectum pactum de affrancando, cenſetur in re conductione repetitum.*

*22 Reconductione non cenſetur repetita pœna,primæ locationi adiecta.*

*23 Reconductio præſumitur facta,ſi diſponente hoc ſtatuto,conductor vltra tres menſes in re conducta commoratus ſit.*

*Quid autem ſit, ſi paciſcentes dixerint,ne cenſeatur repetita.nu.25.*

*24 Iuri communi,pacto & proteſtatione non derogatur.*

*25 Conductorum aut locatorum hæredes,in contractu facto, perſeuerare voluiſſe præſumuntur,& nu.27.*

*28 Conductio aut locatio,aliam requirens ſolemnitatem vltra patientiam repetita non præſumitur.*

*29 Feudi vel emphyteuſis conceſſio, cum ſcripturam requirat, renouata non præſumitur.Vide tamen.nu.36.*

*30 Locatio bonorum Eccleſiæ,renouata non præſumitur.*

*31 Societatem ſola demiſſione capitalis apud ſocium,non præſumi renouatam,dum inſtrumentum interuenire deberet.*

*32 Societatem ineuntes ciuitates duæ ad quinquennium, ſolemni ſtipulatione,& ſcriptura,eo lapſo non cenſentur renouaſſe, licet mutuo auxilio ſe adiuuent.*

*33 Reconductio vbi ſolennis requiritur, ſtipulatio facta non præſumitur.*

*35 Conductionis,& conceſſionis renouatio,concurrente temporis antiquitate præſumitur, item ſi conductio,& locatio ad longum tempus facta ſit, vel in emphyteuſim.nu.36.*

*37 Renouatio contractus, præterquam in locatione conductione aut precario,non præſumitur.*

*Itaque non in contractu venditionis fructuum.nu.38.*

*39 Vectigal non locatio,eſt fructuum venditio.*

*40 Cuſtodiæ cauſare conceſſa ad certum tempus,non præſumitur facta renouatio,cuſtode vltra tempus præſtitutum permanente.*

*41 Conceſſiones officiorum quæ neceſſitate geruntur,finita prima conceſſione non præſumuntur renouatæ.*

*42 Reconductio facta non præſumitur, quando coniecturis apparet aliam fuiſſe locatoris voluntatem.*

*43 Conductore non implente ex parte ſua,locationis non præſumitur facta renouatio.*

*44 Relocatio facta non præſumitur, impedimento in locatore interueniente.*

*45 Conductore perſeuerante in re conducta modicum temporis, non præſumitur facta contractus renouatio.*

*46 Inſtrumentum in prima locatione factum, in tacita relocatione non præſumitur repetitum.*

*47 Relocatione ex ſecunda tacitè facta, non infertur ad aliam tacitam priorem.*

*48 Reconductio aut relocatio in rebus mobilibus facta non præſumitur.*

*Adhibita tamen diſtinctione.nu.49.*

*50 Conductionis in contractu pignora data à tertio,non cenſentur in tacita reconductione in eius præiudicium repetita.*

*51 Locans operas ſuas,vt in meo prædio ſit cuſtodiæ cauſa, finito tempore ibi perſiſtendo,non præſumitur facta reconductio.*

PRAECLARA eſt tractatio hęc,quando conductor, ob id quòd finito primo conductionis tempore, perſiſtit in re conducta, eam reconduxiſſe præſumatur. Qua in re pro regula tra-
1 ditum eſt reconduxiſſe † præſumi. l. item quæritur. §. vltim. ff. locati. Qui impleto ( ait Vlpianus ) tempore conductionis, remanſit in cõductione,non ſolùm reconduxiſſe videbitur : ſed etiam pignora videntur durare obligata. &c. Et in l.ſequen,ſubiungit idem Vlpian. Qui ad certum tempus conducit, finito quoque tempore, colonus eſt. Intelligitur enim dominus, cum patitur colonum in fundo eſſe,ex integro locare, &c.Et in l.legem.§.j.C.eo.ita eſt ſcriptum. Sinautem tempus, in quo locatus fundus fuerat, ſit exactum, & in eadem locatione conductor permanſerit : tacito conſenſu eandem locationem vnà cum vinculo pignoris renouare videtur, &c. Hanc eſſe iuris
2 † præſumptionem ſcripſit Ioann. Andreæ in additio. ad Specul. in titul. de præſumptio, §. ſpecies. numero 5. in verbo,in prædictis. Eſt autem præſumptio hæc fundata in ea
3 † ratione,quòd conductor iſte non poſſet aliter licitè retinere fundum illum:atque ita occupando delinqueret,quod præſumendum non eſt. l. merito.ff. pro ſocio. Hanc rationem probauit Barto.in d.§.vlt. Verùm Caſtren.in d.§. vlti. & Alciat. in tracta. de præſumpt.reg.iij.præſumpt.xvij. nu, 2.verſi.ſed prior, exiſtimarunt,& rectius,eã eſſe rationem,
4 quia † ex tacito hoc contractu, tam locator quàm conductor præſumuntur approbaſſe eam voluntatem, quam iam
5 in prima locatione habuerunt. Eſt ſimile in precario † quod à locatione non eſt diſſimile.l.in rebus. §. vltim. ff. de precario.Ita in ſpecie tradit Alciatus in d.præſump.17.numero 2.qui ſubiungit ex ſententia Comen.in conſi.viij.in fi.idem eſſe in depoſito.Hæc præſumptio locum habet tam in præ-
6 dio ruſtico † quàm in vrbano, vt probant præallegata iura. Differunt enim ſolumodò in hac materia, prædium
7 ruſticum, & vrbanum, ratione † temporis ipſius reconductionis,& relocationis. Nam prædium vrbanum cenſetur reconductum ſolum,prout habitauit, hoc eſt, ſi annum, vel menſem habitauit,ſolum pro eo tempore dicitur reconduxiſſe.Prædium verò ruſticum præſumitur reconduxiſſe per annum tantum,etſi prima conductio fuerit maioris temporis. Ita probat tex.d.l.item quæritur.§.vlt.verſicu.quod autem diximus,vſque ad finem. Alexnd. in conſi.xxviij.in fin. lib.v.Rui.in conſi.lxj.nu.11.circa medium lib.j.Rationem
8 differentiæ aſſignant ibi gloſſ.& Barto.numero 10.quod ex prædio ruſtico † non percipiuntur fructus, niſi in certa parte anni:atque ita certo tempore.Sed ex prædio vrbano,vniformiter qualibet parte anni fructus conſequimur. Quam rationem probauit & Baldus in d.l.legẽ.C. locati. Hinc infert Bartol. in dict.§. vltim. numero 10. verſicul. ex hac, q ſi eſſet prædium ruſticum, ex quo non perciperentur fructus niſi de quinquennio in quinquennium, cenſeretur facta reconductio.Idem ſi eſſet prædium ruſticum, ex quo bis
9 † in anno perciperentur fructus : ſicuti contingit in prædiis Aegypti, auctore Plinio lib.iij.natural. hiſto. capitul. xx. Nam tunc ſolùm in ſex menſes præſumeretur facta reconductio.Rurſus(inquit Bart.)ſi eſſet prædium ruſticum, ex quo perciperentur fructus vniformiter, qualibet parte
10 anni,ſicuti ex hortis & viridariis. Nam tunc pro † rata temporis præſumeretur facta reconductio:cum eadem ſit ratio quæ in prædio vrbano. Et prætereà ( ſubiungit Bartol. )ſi
11 eſſet prædium vrbanum,† ex quo non perciperentur fructus vniformiter qualibet parte anni, ſed vno certo menſe vel hebdomada:vt ſi haberem domum,in loco vbi fiunt nundinæ:& illam locarem:licet conductor toto anno eam inhabitet:attamen quia plus nundinarum tempore percipitur:& quia eam ob cauſam domus conducitur atque locatur,idem eſt de ea domo dicendum quod de prædio ruſtico:cum eadem ſit ratio.

Verùm Fulgoſius in d.§.vlt.col.vlt. Exiſtimauit hoc potius eſſe relinquendum arbitrio viri boni, qui iudicabit, quid veriſimile ſit.

Et rurſus(ait Bartol.in d.§.vlt.nume.10.verſic.aduerte.) quod ſi ex prædio ruſtico quolibet anno fructus percipe-
12 rentur,† ſed difformiter, vt quia vno anno percipitur frumẽtum,alio verò anno faba vel miliũ:Et conductor non cõduceret pro eo ſolo anno,ſin quo faba percipitur,intelligeretur facta reconductio pro duobus annis,atque ita in biennium præſumitur reconduxiſſe : cùm eadem ſit ratio, vt in prædio,in qua ſolum ſingulo biennio fructus percipiuntur. Et confert quod docuit Bartol.in l.diuortio.§. quod in anno. numero. ff. ſoluto matrimon. quòd ſi ex prædio vno
13 † anno percipitur frumentum, & alio anno milium, dicitur eſſe vna ſola cultura prædij;& fructus confunduntur.

Huc pertinet quod decidit Afflictus in deciſione trecenteſimaſexageſimaquinta,numer. 10.quod cum è feudo percipiantur fructus ſolùm in vna parte anni : & ita certo tempore, renouatio atque reconductio eius præſumitur atque cenſetur facta,eo modo quo & prædij ruſtici.

Extenditur primo hæc præſumptio, vt locum etiam ha-
14 beat in locatione, conductione † vectigalium:quando ſcilicet locatores habent liberam poteſtatem locandi abſque alia ſolennitatis obſeruatione . Ita Bartolus in dicta l. item quæritur. §. vltim. numero ſexto. ff. locati. Eandem ſententiam probauit iuribus , & argumentis Signorolus in conſilio vigeſimoſecundo , numero 6. & 7. qui dixit, quòd etſi in locatione gabellarum requiratur licitatio, nihilominus illa licitatio facta primo anno, cenſetur repetita in ſecundo. Idem de prædiis Reipub. vt cenſeantur, & illi



& illi reconducti,probat tex.d.§.vlt.verſicu.eadem cauſa,& ſcripſerunt Salicetus in l.legem.C.locati & Barba.in conſi. xiiij.col.pen.nume.16.lib.ij.Qui & idem dicunt de prædiis eccleſię,quod intelligo ſemper,præſuppoſita facultate Pręlati locantis.

Extenditur ſecundò,vt procedat etiã in ſocio conducen-
15 te partem † domus ſocij.Ita Petrus de Vbaldis in tractat.de duobus fratribus, parte prima. q. x. Alciatus in tractat.de præſumpt.reg.iij.præſump.xvij.nume.2.verſic. & procedit dicta ; Nã & hoc in caſu militat ratio huius præſumptionis, nempè tacitus conſenſus ſociorum, atque ita quod primam illam voluntatem in prima locatione conductioneq; factam approbauerint.Nec repugnat argumentũ,quo adducti contrariam opinionem probarunt Socin.in l.ſerui electione.§. primo.nume.3.ff.de leg.j.& Pariſius in additio.ad Barto.in dicto §.vltimo.nume.3.in verbo,deliquerat.Illa enim conſideratio qua vſus eſt Socinus,vera non eſt;cùm dixit, quòd hoc caſu ceſſat illa ratio,ob quam in aliis præſumitur facta relocatio,& reconductio,nempè,ne delictum præſumatur. Non enim vera eſt ratio hæc, vt diximus cum Caſtrenſi, & Alciato eſſe rationem præſumpti conſenſus , & approbationis,

Extenditur tertiò hæc præſumptio,vt locum habeat etiã
16 in conductione & locatione † operarum, vtputà aduocati, medici,& ſimilis.Ita reſpondit egregiè Corneus in conſilio
17 cccxlviij.lib.j.quo loco in fine affirmauit,quòd opera † medici comparatur prædio ruſtico:cum magis indigeamus opera ipſius medici æſtiuo tempore,quàm hyemali, ob morborum pluralitatem. Et præſertim ſi conductus fuiſſet medicus etiam pro tempore peſtis, quæ magis graſſatur tempore æſtus, & caloris, quàm frigoris. Et illo loco reſpondit
18 Corneus,† medicum cenſeri recõductum cum eiſdem qualitatibus,& conditionibus,quibus iam prima vice cõductus fuit,qua de re ſtatim dicemus.

Extenditur quartò,vt hæc præſumptio locum habeat e-
19 tiam reſpectu qualitatum. Præſumitur enim facta † reconductio cum eiſdem qualitatibus & conductionibus, quibus prima conductio extitit,ſicuti quando cõductor dedit propria pignora. Nam illa repetita cẽſentur in relocatione. Ita probat tex.d.l.item quæritur.§.vlt.ibi,non ſolum reconduxiſſe videtur,ſed etiam pignora videntur durare obligata.Et de pignoribus ſcripſerunt Barto.ibi.nume.1.Caſtren.Bald. in l.legem.C.locati.Barba.in conſi.xiiij.col.vij.verſic. cum ergo.lib.ij.Bertachinus in tract.de gabellis.parte ij.nu.15. Corneus in conſi.cccxlviij.col.ij.ver.nam in omninò.lib.j. Boer.q.cclxxxiiij.nu.14.Rui.in conſi.lxxviij.nu.4.lib.j.Alcia.in tract.de præſump.reg.iij.præſum.xvij.nu.3.

20 Ita quoque pactum ne † conductor expelli poſſit, factum in prima conductione,cenſetur repetitum in ſecũda hac renouata,reſpondit Soc.Sen.in conſi.xvij.nu.2.libr.iij. quem ſecutus eſt Craue.in tracta.de antiq.tempo.in quarta particula,quartæ partis prin.nu.106.

21 Sic etiam pactum de † affrancando adiectum locationi, cenſetur repetitum,in reconductione locationéque.Alexã. in conſi.xxviij.in fi.lib.iij.Ruinus in conſi.lxxviij.nu.4.lib. j.quo loco Ruinus nu.3.verſicul.ſecundus caſus, dubitat an idem ſit,quando ſtatutum diſponit, quòd res cenſeatur reconducta,ſi finita locatione, conductor perſeuerauit in ea per tres menſes.Idem Ruinus in conſi.lxxxvj.in fi.& in cõſi, cxiiij.nu.4.lib.j.

22 Non habet locum hæc præſumptio in pœna,quæ † repetita in reconductione non cenſetur,Iaſon in conſil.xlix.col. ij.lib.iij.poſt Baldum in d.§.vlti.& in l.legem.C.locati.Idẽ decidunt Afflict.in deciſ.ccclxv.nu.14.& Boerius in quæſt. cclxxxiiij.nu.14.

Extenditur quintò, vt locum habeat hæc præſumptio,
23 quando extat ſtatutum, † quod conductio cenſeatur renouata,ſi conductor in re conducta perſeuerauit per tres menſes:Et locator cõductorque pacti ſunt, quòd finita ipſa con ductione prima, non dicatur facta reconductio : & conductor perſeuerauit vltra tres menſes à ſtatuto præfixos. Hoc ſanè caſu dicitur facta reconductio. Ita egregiè reſpondit Ruin.in conſi.lxxviij.nume.4.verſic.non obſtat etiam.libr. j.Ea ratione motus eſt,quia illud pactũ,& proteſtatio,quod locatione illa prima finita non cenſeretur facta relocatio, intelligitur reſpectu curſus trium menſium ex diſpoſitione ſtatuti. Et propterea ſi vltra tres menſes perſeuerauit con-
24 ductor in re conducta,ſecundum ius † commune,cui pacto, & proteſtatione nõ dicitur derogatum, relocatio facta præſumitur.Cum(ait ille)proteſtatio facta in vna re non extendatur ad aliam,vt docuit Bar.in l.non ſolum.§.morte.q.j.ff. de operis noui nuntia.

25 Cæterùm ego certe valde dubito,cùm † ea videatur mens proteſtantium paciſcentiumque,vt euitarent hanc præſumptam voluntatis,& conſenſus perſeuerantiam.

Extenditur ſextò,vt procedat hæc præſumptio etiam re-
26 ſpectu hæredum † tam locationis quàm conductoris. Nam & ipſi præſumuntur relocaſſe,& reconduxiſſe, ſi conductoris hæres prædium perſeuerauit retinere.Ita Caſtren.in d.§. vlti.Angelus in l.cum ſatis.§.caueant.C.de agricol.& cenſ. lib.xj.Io.de Anna,in cap.ij.de Iudæis.Alex.in conſil.xxviij. in fin.libr.iiij.Alciatus in tracta.de præſumptio. regu.tertia præſumptio.xvij.nu.4.Socinus Iunior in conſilio ſexageſimotertio,numero 20.libro ſecundo.& Afflictus in deciſio. ccclxv.nume.6.

Extenditur ſeptimo, vt locum habeat hæc præſumptio
27 etiam in † hærede locatoris,ante aditam hæreditatem.Nam adhuc is cenſetur relocaſſe,ſi paſſus eſt conductorem perſeuerare in re ei locata.Ita Alciatus in d.præſumptio.xvij.numero quarto.ſic intelligens l.qui ad certum.ff.locati, vbi Caſtrenſ.

Declaratur primò hæc præſumptio, vt locum non ha-
28 beat,quando conductio locatioque requirit † aliquam ſolennitatem : atque ita,quid aliud vltra patientiam illam locatoris.Nam tunc non præſumitur facta reconductio,atque relocatio.Ita docuit Bar.in d.l.item quæritur.§.vlt.num.4. Cum dixit, quòd ſi ex parte locatoris, qui permittit conductorem perſeuerare in conductione,quid agendum eſt,vltra patientiæ pręſtationem,locatio ipſa renouata non cenſetur, ſola ipſa patientia.Idem Bar.ibidem,nu.7.in fine.& cum eo Caſtr.ſcripſit,quod vbi locationis contractus requirit ſcripturam,ſola patientia nõ cenſeri renouatam ipſam locationem.Idem affirmarunt Fulgoſius in d.§.vlt.Roma.in conſil. ciij.nu.6.Ruinus in conſi.clxvij.nu.22,lib.j.Iaſon in conſil. xlix.colum.ij.verſicu.ſecundò dicitur,lib.iij.Galliaula in l. j.in prin.nume.28.ff.de verbo.obligatio.Afflictus in deciſ. ccclxv.nu.10.Boerius q.cclxxxiiij.nu.14.& Craue.in tract. de antiquit.tempo.in quinta parte principali.numer.14.qui
29 quidem ob id dicunt,non cenſeri renouatam † conceſſionẽ emphyteuſis,& feudi,ex quo illa pro ſui ſubſtantia & ſolennitate requirit ſcripturam.Idem reſpondit Crauet.in conſi. lxxxvij.nume.3.

30 Idem de locatione † bonorum eccleſiæ, quæ ſine magna ſolennitate alioqui fieri non poſſet,reſpondit Alex.in cõſil. xvij.nu.11.lib.iiij.Eſt ſimile quod reſpõdit Crottus in con-
31 ſil.xv.nume.18.non cenſeri renouatam † ſocietatem ſola dimiſſione capitalis apud ſocium negotiantem, ex quo contractus ille ſocietatis requirebat inſtrumentum pro ſui eſſentia & ſolennitate.Et Crotum ſecutus ſum in conſil.cxxj. nu.81.& 101.vbi egregiam facti ſpeciem in terminis ſocietatis diffiniui.Eſt ſimile quod tradit Baldus in titul.de pace Conſtantiæ, in verbo, item ſocietatem.in fine, quòd ſi duæ
32 † ciuitates ſolenni ſtipulatione & ſcriptura ineant ſocietatem & confœderationem per quinquennium,ſi elapſo quinquennio mutuo auxilio ſe adiuuant, non tamen cenſentur renouaſſe ſocietatem ipſam, quæ ſcripturam & ſtipulationẽ requirebat.Non enim quò ad hunc effectum differt ſolennitas ſtipulationis ab illa ſcripturæ. Ita dicimus, quòd vbi
33 requiritur ſolennis ſtipulatio,non cenſetur † facta reconductio.Ita Bar.in d.§.vlt.nu.13.

34 His conſtat minus † rectè reſpõdiſſe Signorolum in conſil.xxij.num.6.& 7.cum dixit,quòd etſi locatio conductioque vectigalium fieri ſoleat,adhibita ſolenni licitatione,attamen ſi finito tempore primæ conductionis, in ea conductor perſeuerat,dicitur renouata conductio.Hæc autem de-
35 claratio locum non habet,quando adeſt temporis † antiquitas : Nam tunc renouatio conductionis, & nouæ conceſſionis præſumitur.Ita Craue.in tractat.de antiqui.temporis.in vltima parte.nu.14.

Declaratur ſecundò,vt locum non habeat hæc præſum-

36 ptio, quando locatio & conductio † facta eſt ad longum
tempus. Et idem quando cōceſſio eſt facta in emphyteuſim.
Hæc enim duo quo ad hunc effectum procedunt à pari. De
emphyteuſi ſic affirmarũt Baldus in d.l.item quæritur.§.vlti.
ff.locati.& in l.j.q.xj.C.quando non pet.partes.Roman. in
conſi.ciij.nu.4.Alex.in conſi.xvij.nu.12.lib.iiij.& in conſi.
lxxvj.nu.4.lib.5.Iaſon in l.j.colum.xv.verſic.item per præ-
dicta.C.de iure emphy.Ruin.in conſil.lxj.nu.7.libro j.De-
cius in conſi.cccxxviij.nu.1.& in conſi.ccccclv.nu.1.Afflic.
in deciſ.ccclxv.nu.6.Crauet.in tracta.de antiquit.tempo.in
quinta parte principali.nu.14.Quibus conſtat minus rectè
ſenſiſſe Alciatum, in tractat.de præſumpt.reg.iij.præſumpt.
xvij.numer.2.Hanc tamen declarationem intelligunt Iaſon
& Crauetta in locis præcitatis, non habere locum, quando
eſſet decurſum longiſſimum tempus. Idem in locatione ad
longum tempus, quòd in ea locum non habeat hæc pręſum-
ptio, ſcripſerunt Alex.in d.conſ.xvij.nu.12.lib.4.Affli.in d.
dec.ccclxv.nu.5.Gozad.in conſi.xciiij.nu.52.

Verùm ab hac opinione diſſentit ipſemet ſibi parũ con-
ſtans Alex.in conſi.xxviij.nu.4.lib.v.Ruin.in conſil.lxj.nu.
4.lib.j.vbi nu.8.verſi.& etiam, reſpondit, habere locũ etiam
in diſpoſitione ſtatuti.

Declaratur tertiò, vt hęc præſumptio locum non habeat,
37 in aliis † contractibus vltra locationem & conductionem,
ac vltra precarium, etiamſi alij contractus eſſent ſimiles ipſi
locationi, vel precario. Ita reſpondit Alex.in cōſil.lxxvj.nu.
7.ver.non obſtat prædictis.lib.v.

Et ſubiungit Alexander declarari ſic debere ſtatutum,
quod vult præſumi reconductionem, vt illud locum non ha-
beat in aliis contractibus. Id quod vtile eſt ad declarationẽ
ſtatuti huius ciuitatis Paduæ, ſub rub. De villanis & inquili-
nis.§.inquilini.

Et hinc infertur, præſumptionem hanc locum non ha-
38 bere in contractu † venditionis fructuum. Ita Alex.in d.cōſ.
lxxvj.nu.4.lib.v.Rui.in conſi.lxj.nu.7.lib.j.

Verùm diſſentit Signorolus in conſil.xxij.nu.6.& 7.dum
reſpondit, diſpoſitionem hanc locum habere etiam in loca-
39 tione vectigalium, † quæ dicitur fructuum venditio, vt ex-
plicaui ſupra hoc libro præſumpt....

Ita pariter non habet locum hæc præſumptio, quando
res fuit conceſſa ad cuſtodiam. Non enim finito eo tempore
40 cuſtodiæ præſtituto, ſi cuſtos † perſeuerat aliquod tempus
in ipſa cuſtodia, non præſumitur illa ex toto renouata. Bart.
in d.§.vlt.nu.9.etſi ipſemet Barto.in l.ſi mora.in fin.ff.ſolu.
mat.aliter viſus ſit ſentire, & apertius ibidem Imo.& Alc.&
Gramma.in conſi.xiij.nu.10.in criminalib.

Ita pariter locum non habet hæc præſumptio in conceſ-
41 ſionibus officiorum † quæ neceſſitate geruntur, ſicuti in tute
la & ſimilibus. Non enim videtur finita prima conceſſione,
illud renouatum, etſi ille in eo permaneat.l.j.§.j.verſic.qua-
re, ſi quis finita.ff.de eo, qui pro tutore, Bart.in dicta l.item
quæritur.§.vlt.nu.8.ff.locati. Verũ ab hac declaratione diſ-
ſentire videtur Alex.in conſil.j.col.pen.lib.ij.dum reſpōdit
de conceſſione priuilegij facta Hæbreis, vt in ciuitate Chri-
ſtianorum fœnus poſſint exercere.

Declaratur quartò, vt locum ſibi non vendicet hæc præ-
42 ſumptio, quando conie cturis † apparet aliam eſſe locatoris
voluntatem, quàm vt conſentiat relocationi. Exemplum af-
ferri poteſt in ea facti quæſtione, de qua ſe reſpondiſſe ſcri-
bit Alciatus in d.præſumpt.xvij.in fine.ſtante ſtatuto, quòd
dominus teneatur denuntiare inquilino ante tres menſes, vt
exeat è domo ei locata, finito locationis tempore, alioqui
cenſeatur facta recōductio. Quod ſanè ſtatutum (vt dixi ſu-
prà) extat hic Patauij. Euenit, quòd dominus litigauerat cũ
inquilino, quia non ſoluerat penſionem, vt eum eijceret, &
obtinuit dominus. Dicebatur, quòd pro ſequenti anno erat
facta relocatio, quia dominus non denuntiauerat, atque ita
non ſeruauerat formam ſtatuti. Contrarium reſpondit Al-
ciatus, quia relocatio fit ex præſumpta mente partium, dicta
l.item quæritur.§.vltimo.& l.qui ad certum.ff.locati. Quæ
ſanè mens præſumpta locatoris tollitur contraria volunta-
te, ex quo dominus litigabat, vt eum expelleret. Vnde appa-
rebat, quòd elapſo anno non intendebat relocare. Et præter
43 Alciatum accedit ratio, quòd cum † conductor non imple-
uerit ex parte ſua, non ſoluendò penſionem, renouatio loca-
tionis facta à locatore non præſumitur. Ita in ſpecie reſpon-
derunt Alexand.in conſilio lxxvj.numero 13.libro quinto.
Ruinus in conſi.lxxviij.nume.2.& 3.& in conſil.clxxvij.nu-
me.22.lib.j.Gozad.in conſi.xciiij.nu.53.& Craue.in cōſil.
lxxxvij.numero 3.

Cæterùm prædictis repugnare videtur, quod reſpondit
Alex.in conſi.j.col.pen.verſi.nec obſtat, ſi diceretur libr.ij.
Cùm dixit, quòd licet Dux Mantuæ, qui per aliquot annos
conceſſerat Hæbreis, vt ſua in vrbe poſſent exercere fœnus,
pendente illo tempore inhibuerit, ne fœnus exercerent, at-
tamen ſi finito tempore illo, permiſit illos fœnerari, dicitur
renouaſſe priuilegium eis conceſſum. Reſponderi poteſt, A-
lex.loqui, quãdo inhibitio effectum non habuit, vt quia (vt
ipſe dicebat) tempore incongruo fuit facta.

Declaratur quintò, vt non procedat, quando in ipſo loca-
44 tore † ſuperueniret impedimentum, quod impediret cōſen-
ſum, vt ſi efficeretur demens, vel furioſus. Nam deficiente
conſenſu, non intelligitur facta relocatio. Ita, ex ſententia
Bartol.in dicto §.vlt.nume.14.in ſpecie decidit Afflictus in
deciſ.ccclxv.numer.2.Et confert tex.l.electio.§.vnius.ff.de
optio.legata.ibi, quia non videor conſentire, quia cōſentire
non poſſum. Idem eſſet, quando locator fuiſſet abſens, tem-
pore finitæ locationis. Nam & tunc deficit cōſenſus, & pro-
pterea non præſumitur facta relocatio. Ita Afflictus in d.de-
ciſ.ccclxv.in fine.

Declaratur ſextò, vt non procedat, quãdo conductor per-
45 ſeuerauit in re conducta † modicum tempus, vt triduum, vel
quatriduum, & poſtea locator rei dominus prohibuiſſet eũ,
ne ibi plus cōmoraretur, quia volebat prædium pro ſe. Hoc
caſu non præſumitur facta relocatio. Ita in ſpecie declarant
Bald.in d.l.item quæritur.§.vlt.ff.locati. Afflictus in deciſi.
ccclxv.nume.14.

Cæterùm Bartol.in d.§.vlti.numer.12.hoc totum iudicis
arbitrio relinquit. Qua de re ſcripſi libro ij.de arbitra.iudi-
cum.caſu xxxj.

Declaratur ſeptimo, vt locum non habeat quo ad inſtru-
46 mentum † in prima ipſa locatione cōfectum. Nam illud non
cenſetur repetitum in relocatione, in eaque exequi non po-
teſt. Ita Bal.in l.legẽ.C.locati.Alex.in conſi.xvij.& in conſ.
xxviij.nu.7.lib.iiij.& Affli.in deciſ.ccclxv.nu.15.

Declaratur octauò, vt non procedat in ſecunda tacita re-
locatione. Ita egregiè reſponderunt Alex.in conſi.xxvj.lib.
iij.& Ruin.in conſi.lxxviij.nu.3.in fi.libr.j. Non enim ex ea
47 tacita † relocatione, inferri poteſt ad aliam tacitam.
48 Declaratur nonò, vt locum non habeat in reb. † mobili-
bus. Nam in his non præſumitur facta relocatio, & recōdu-
ctio. Ita glo.in d.l.item quæritur.§.vlt.ff.locati.
49 Verùm Bar.ibi.nu.11.ſic diſtinguit, † Aut res illa mobilis
erat conſueta locari, vt puta ſi agitur de equo locari ſolito.
Et tunc præſumitur reconductio. Aut non conſueuit locari:
ſicuti quando nobilis concedit equum amico, vt aliquẽ cer-
tum in locum proficiſcatur. Hoc ſanè caſu non dicitur facta
relocatio: ſed potius is amicus furtum committere dicitur,
niſi aliqua ratione credat, dominum fuiſſe permiſſurum, vt
declarat idem Barto.in l.inter omnes.§.rectè.ff.de furtis, &
ſcripſi in commentariis de arbitrariis iudicum, libro ſecun-
do caſu.

Declaratur decimò, vt non procedat hæc præſumptio,
quo ad pignora data per tertium pro cautione obſeruatio-
50 nis contractus. Nam illa non cenſentur † ad præiudicium
ipſius tertij repetita in relatione. Ita Bart.in d.l.item quæri-
tur.§.vlt.nu.3.ff.locati. In hoc enim tertio, qui pignora de-
dit, ceſſant rationes illæ, quibus locator, & conductor præ-
ſumuntur conſentire relocationi reconductionique, quem-
admodum egregiè declarat ipſe Bart.

Declaratur vndecimo, vt locum non habeat, quando is,
qui eſt in prædio, eſt locator: & dominus eſt conductor: vt
51 puta Caius locauit † operas ſuas, vt eſſet in meo prædio cau-
ta cuſtodiæ, ſi finito tempore is Caius manet in prædio ad
eius cuſtodiam, non videor ipſum reconduxiſſe. Eſt ratio,
quia ſola patientia non implet contractum ex parte mea.
Et ego nil feci ex quo præſumi debeat, me ipſius Caij ope-
ras reconduxiſſe. Ita Bartol.in dicta l.item quæritur.§.vlti-
mo.numero 5.ff.locati.quem ſecutus eſt Soci.Sen.in conſi.
clxvj.colum.j, libro ij. Inquit tamen Barto.quòd ille cuſtos
petere



petere poterit mercedem ſui laboris, actione negotiorum
geſtorum.

## PRAESVMP. LXXXVI.

Locatorem præſumi adhibuiſſe patiẽtiam, vt con-
ductor re conducta poſſet vti, & frui.

*SVMMARIVM.*

1 *Conductor in contractu locationis penſionem, locator patientiam præſtat.*
2 *Locator patientiam vtendi, & fruendi præſumitur præſtitiſſe.*
3 *Impedimentum vtendi, & fruendi præſtare, cum quid facti ſit non præſumitur.*
4 *Facere contra legem, & fidem promiſſum, graue eſt delictum.*
5 *Delictum non præſumitur.*

QVEMADMODVM conductor ex natura contra-
ctus locationis & conductionis, tenetur præſtare
1 promiſſam † penſionem.l.quæro.§.inter locato-
rem.ff.locati.ita econtra locator debet adhibe-
re, & præſtare patientiam, vt conductor valeat vti & frui re
conducta.

Verùm quando dubitatur, an locator præſtiterit patien-
2 tiam vtendi, & fruendi, † præſumitur eam adhibuiſſe. Ita re-
ſpondit Cardinalis Zabarella in conſi.cxl.col.vlti.in princi.
verſic.ſed hoc nihil eſt. Ea ratione adductus eſt, quòd præ-
3 ſtare impedimentum vtendi, & fruẽdi eſt, † quid facti: quod
non præſumitur, niſi probetur.l.quæcunque.§.vlt.ff.de pu-
blicia.in rem actio.& l.in bello.§.factæ.ff.de capt.& poſtli.
reuerſ.& dicemus latiſſimè infra libr.vj.in præſumpt.xxiiij.
Accedit & altera ratio, quòd ſi locator non pateretur con-
4 ductorem vti & frui re locata, aduerſus † legẽ, & promiſſam
fidem faceret, quod graue eſt delictum.l.j.ff.de pactis. Cùm
5 verò delicta † non præſumantur. l. meritò. ff. pro ſocio: ſic
nec præſumi debet, locatorẽ præſtitiſſe hoc impedimẽtum.

## PRAESVMP. LXXXVII.

Mercedem pręſumi promiſſam eo ipſo, quòd man
cipium fuit naui impoſitum: aut res mulioni feren-
da tradita.

*SVMMARIVM.*

1 *Nautæ promiſſa merces præſumitur, rem mancipi, ad vehendum naui imponendo.*
*Quod & in mulione obtinet.nu.2.*

CVM mancipium naui imponitur aliquo in loco
1 vehendum, etſi † merces promiſſa non fuit do-
mino nauis, eo ipſo, quòd fuit impoſitum, præ-
ſumitur promiſſa. Ita Lucas de Penna in l.iij.in
præſumptio.clxxiij.C.de apochis publ.libr.x.adductus re-
ſponſo Labeonis in l.ſi vehenda.in princip. ff. ad leg. Rho-
diam de iactu: cuius verba adſcripſi. ſi vehenda mancipia
conduxiſti: pro eo mancipio, quod in naue mortuum eſt, ve-
ctura tibi non debetur. Paulus. Immo quæritur, quid actum
eſt, vtrum pro his, qui impoſiti, an pro his, qui deportati eſ-
ſent, merces daretur, quòd ſi hoc apparere non potuerit, ſa-
tis erit pro nauta, ſi probauerit, impoſitum eſſe mancipium.
Hactenus Labeo: qui ſatis eſſe exiſtimauit, quòd probetur,
mancipium fuiſſe in naui impoſitum, quia merces eo ipſo
præſumitur promiſſa, ſiue mãcipium deceſſerit, ſiue vectum
deſtinato in loco fuerit. Et reſponſum hoc annotarunt ibi
Barto.& Petrus Pechius in commentariis ad d.l.ſi vehenda.
Non enim quòd vixerit vel mortuus ſit ſeruus, efficit, quin
vectura debeatur. Et idem ſcripſerunt Roman. in ſingul.
ccccclv.conduxi. Signorolus in conſi.cxcv.nume.7.qui idẽ
2 de re tradita † mulioni, aliquo in loco ferenda ſcribunt. ſic &
Benuenutus Stracha in tract.de mercatura in titulo de naui-
bus. parte tertia.nu.16.qui quidem diſtinguunt tres caſus,
quos nunc non refero.

Ex eadem l.ſi vehenda. diffiniri ſolet & illa dubitatio, ſi
nauis dominus certa mercede conuenta, promiſit Titium in
naui ſua ponere, & in loco aliquo vehere atque exponere, ſi
reperitur Titius in naui, & expoſitus in loco, an præſumatur
impleta conditio, nempè à domino fuiſſe poſitus in naui.
Qua de re ſcripſit multa poſt alios Benuenutus præcitato in
loco, nume.23.

## PRAESVMP. LXXXVIII.

Contrahens cum aliquo præſumitur habere co-
gnitam illius conditionem.

*SVMMARIVM.*

1 *Contrahens conditionem eius cum quo contrahit, ſcire præſumitur.*
2 *Mutuum tradens filiofamil. non repetit, cum conditionem eius ſciuiſſe præſumatur.*
*Idem in mutuante minori.nu.3.*
4 *Contrahens cum ſocio mercatoris ſocietate finita, damnum quod ſentit ſibi imputat.*
5 *Debitorem accipiens, qui ſoluendo non ſit, ſibi imputabit.*
*Idem eſt in fideiuſſore minus idoneo.nu.6.*
7 *Eligens electi conditionem præſumitur ſcire.*
8 *Beneficium permutans cum aliquo, ſibi adſcribit, ſi quomodo id obtineret non perquiſierit.*
9 *Bannitum offendens, cuius bannum inualidum eſt, ob ignorantiam non excuſatur.*
10 *Contrahens cum aliquo fœmina, eius conditionem non præſumitur ignorare.*
*Niſi tamen mulieri falsò ſit perſuaſum.nu.11.*
12 *Forenſis contrahens, eius cum quo contrahit præſumitur conditionem cognouiſſe.*
13 *Mulierem ob ignorantiam ſtatuti, in domicilio mariti de lucranda dote, ſe excuſare non poſſe.*
14 *Forenſem, & ciuem, prætextu ignorantiæ à delicto, non autem in contrahendo excuſari.*
15 *Ignorantia multum probabilis, de conditione eius cum quo quis contrahit excuſat.*
16 *Emens à minore, qui communiter reputabatur maior ob ignorantiam excuſatur.*
*Idem eſt in contrahente cum filiofamil.qui eſſet in quaſi poſſeſſione, ſui iuris, & pro tali ſe gereret.nu.17.*
18 *Hæres ſuccedens debitori, excuſatur ob ignorantiam conditionis perſonæ, cum qua contractus ſit.*

QVI contrahit cum aliquo, præſumitur ſcire † &
cognoſcere eius conditionem, & qualitatem, an
ſcilicet ſit ſeruus, vel liber, minor vel maior, ſa-
piens, vel ſtultus, & prodigus.l.ſi patronus. vbi
Bartol.ff.de confirm.tuto.& l.in ciuile.C.de furtis, vbi Bal-
dus.& ſcribunt Decius in l.qui cum alio.numer.1.ff.de reg.
iur.& ibidem Cagnol.nume.5.Eſt ratio, quia is, qui contra-
hit, diligens & cautus eſſe debet in perſcrutanda cōditione,
& qualitate eius, cum quo vult contrahere d.l.qui cum alio.
de regu.iuris.quod reſponſum egregiè explicat Cuiacius in
libro ſeptimo obſerua.capitul.xxxvj. Eapropter ſuæ negli-
gentiæ adſcribitur, ſi malè contraxit, ignorans illius condi-
2 tionem. Hinc dicimus, quòd is, qui † mutuo dedit pecuniam
filiofamil.repetere non poteſt, etſi dicat, ſe ignoraſſe illum
fuiſſe ſub patris poteſtate: cum id ſciuiſſe præſumatur.l.pe-
nultima.ff.ad S.C.Macedo. Idem dicemus de eo, qui mino-
3 ri † mutuauit, vt eadem ratione repetere non poſſit. Ita gloſſ.
in l.ſi Titius.in verſicul.ætatis.ff.de fideiuſſ. Decius in dicta
l.qui cum alio.numero primo.& Tiraquel. in tractat. con-
ſangui.ad finem tituli.numero 43.qui alia ſimilia congerit.
4 Idem dicimus de eo, qui contrahit cum ſocio † mercatoris,
quorum ſocietas iam erat finita. Nam ſibi imputare debet,
ſi non perquiſiuit eius conditionem, & qualitatem. Ita Ca-
ſtrenſ.in l.prima.§.non autem.verſic.item aliàs conſului.ff.
de exercito.actio.Dec.in dicta l.qui cum alio. numero ſe-
cundo.& ibidem Cagnol. numero tertio. Eſt ſimile quod
ſubiungit idem Decius in dicta l.qui cum alio.numero ter-
tio.& ibidem Cagnol.numero quinto.poſt Aret.in l.ſecun-
da.in princip.columnæ penultima.ff.ſoluto matri.Alex.in l.
ſi cum dotem.§.ſi mulier.ff.ſoluto matr. eſſe adſcribendum

5 negligentiæ eius,qui acceptauit † debitorem, qui ſoluendo
non eſt.Eius enim inopiam ſciuiſſe præſumitur.Idem etiam
6 de recipiente fideiuſſorem † minus idoneum facultatibus.
Alex.in conſil.lx.libr.v.& Cagnol.in d.l.qui cum alio.nu.7.
7 Idem dicimus de eligente, † qui præſumitur ſcire conditio-
nem electi.Bar.in l.ſi patronus.ff.de confir.tuto.Dec.in d.l.
qui cum alio.nu.3.ver.& quod hic dicitur. ſic & permutans
8 beneficium, † cum aliquo, ſibi imputat, ſi non perquiſiuit,
quomodo is illud obtineret.Crauet.in conſil.cxxxij.nu.13.
9 Idem eſt in offendente †bannitum,cuius bannum eſt inuali-
dum.Nam præſumitur id ſciuiſſe, & propterea non excuſa-
tur.Dec.in d.l.qui cum alio.nume.4.& ibidem Cagnol.nu.
9.latè declarat.Et alia his ſimilia adiungit Alciatus in tract.
de præſumptio.regul.iij.præſumpt.xxix.verſicul.ſed poſſet
dubitari.

Extenditur primò,vt procedat hæc præſumptio etiam in
10 fœmina,quæ†cum alio contrahens præſumitur æquè ſcire
eius conditionem,ſicuti vir.Ita tradunt Comenſ.in conſilio
xxvj.colum.j.& in conſil.lxxij.col.iij.Decius in conſil.xix.
col.j.verſi.tertio ſpecialiter.Purpur.in l.Cunctos populos.
nume.149.C.de ſum.Tri.& fide cathol.Curtius Iunior in l.
exigere dotem.colū.iij.ff.de iud.& ibidem Cagnol.col.j.&
idem Cagnol.in d.l.qui cum alio.nu.17.& Rolandus à Val-
le.in Tract.de lucro dotis.q.xiiij.nume.18.Quam extenſio-
11 nem intelligo niſi † mulieri fuiſſet aſſertum, & perſuaſum,
cuius eſſet conditionis,is cum quo contrahebat.Purpu.præ-
citato in loco.

12 Extenditur ſecundò, vt procedat etiam in forenſi, † qui
præſumitur ſcire ſtatum, conditionem, & qualitatem eius,
cum quo contrahit.Ita ſenſit Decius in conſi.xix.column.j.
13 verſicu.nec obſtat.cùm dixit,mulierem†non poſſe ſe excu-
ſare quòd ignorauerit ſtatutum domicilij mariti,de lucrāda
dote,eo ſub prætextu, q eſſet forenſis, quia etiam ipſa per-
quirere atque perſcrutari debuit ſtatum, & conditionē ma-
riti.Et Decium ſecutus eſt Rolandus in Tract.de lucro do-
14 tis.q.xviij.nu.16.qui dicunt,forenſem†& ciuem nouellum,
excuſari quidem à delicto prætextu ignorantiæ, non tamen
in contrahendo excuſantur.

Declaratur primò,vt locum non habeat hæc præſumptio
15 quando†adeſt ignorantia multum probabilis,& iuſta.Nam
hæc excuſat.l.ſi quis patrem.ff.ad Macedon.& l.ſi Titius.ff.
de fideiuſſ.& ſcribit Dec.in d.l.qui cum alio.nume.3.verſi-
cu.& iſta regula.ff.de reg.iur.& per conſequens hic præſu-
mitur ignorare conditionem eius, cum quo contrahit. Hu-
ius probabilis ignorantiæ exemplum afferri poteſt,quando
is cum quo contrahitur communiter pro tali habebatur. Ita
Guido Papæ.in q.clxxij.colum.j.& in quæſt.cccj.Alexan.
in conſil.lx.libr.v.& tradit Arius Pinellus in l.ij.in ſecunda
16 parte.nu.38.C.de reſcin.vend.quod emens † à minore, qui
maior communiter exiſtimabatur,excuſetur.Eſt etiā exem-
17 plum in eo,qui cōtraxit cum†filiofamilias,qui erat in quaſi
poſſeſſione ſui iuris,& pro tali ſe gerebat. Hoc ſanè caſu ex-
cuſatur hic contrahens,ſi non eſt perſcrutatus illius ſtatum,
& conditionem.Ita declarando d.l.qui cum alio, tradit Al-
ciatus in tract.de præſump.regu.ij.præſumpt.ij.nu.5.verſic.
nec obſtat quòd.

Declaratur ſecundò, vt non procedat quo ad hæredem,
18 †qui ſucceſſit debitori,qui iam contraxit.Ita Decius in di-
cta l.qui cum alio.numer.7.& Cagnolus numer.17.qui co-
piosè declarant.

## PRAESVMP. LXXXIX.

### Seruitutem non præſumi,ſed libertatem.

*SVMMARIVM.*

1 *Res qualibet libera,non ſeruituti obnoxia præſumitur.*
2 *Seruitus cauſam naturalem regulariter non habet, ſed aut impoſitam aut præſcriptam.*
3 *Aedes ſuas ad cœlum vſque tollere,cuilibet liberum eſſe.*
4 *Feudalis res eſſe cur non præſumatur.*
5 *Ciuitas vna alteri non præſumitur ſubdita.*
6 *Rem liberam præſumi,etiam extante quaſi poſſeſſione ſeruitutis.*
7 *Quaſi poſſeſſio,repugnans ſtatui primæuo,atque rei origini, non transfert onus probandi in aduerſarium.*
*Diſtinguit tamen Alciatus.nu.8.*
*Idque ſi cum quaſi poſſeſſione concurrit contumacia rem liberam eſſe aſſerentis.nu.9.*
10 *Rem liberam non præſumi,ſi communis ſit vox & fama,eam ſeruituti obnoxiam.*
*Idem ſi maior illius rei pars ſeruituti ſubiaceat,ſeruire præſumitur, & reliquum.nu.11.*

CVM de præſumptionibus, & coniecturis, quæ
circa feuda, & emphyteuſes, verſantur, multa
dicturi ſimus, viſum eſt prius, præfationis cu-
1 iuſdam loco diſſerere:Quòd quælibet † res li-
bera,nō autem ſeruituti obnoxia præſumitur.
l.altius.& l.ſi in ædib.C.de ſer.& aqua.& illis in locis anno-
tarunt gl,Bald.& reliqui,ſic etiam ſcribunt Bar.in l.ſi prius.
nu.14.ff.de oper.no.nun.& in l.j.§.hoc interdicto.nu.12.ff.
de itinere actuque priua.Floria.in l.ſicuti.§.ſed & ſi quæra-
tur.ff.ſi ſerui.vend.Iaſon in d.l.ſi prius.nu.38.Dec.in conſi.
ccclx.nu.4.Alcia.in tract.de præſump.reg.ij.præſump.j.nu.
2.& præſump.iij.nu.1.Didacus lib.j.varia.reſolut.cap.xvij.
nu.7.verſi.ſed & fortior.Craue.in conſil.cxj.nu.9. qui alios
commemorat.ſic & Andreas Gail.libr.ij.pract.obſerua.ca.
lxix.nume.2.

2 Et huius præſumptionis ratio eſt,quia ſeruitus†regulari-
ter non habet cauſam naturalem,ſed aut impoſitā, aut præ-
ſcriptam.§.vlt.in inſti.de ſeruit.& ſcribunt Baldus in capit.
cum omnes.de conſtitu.Iaſon in d.l.ſi prius.numer.40. Hac
ex præſumptione ſumptum eſt illud,quod diffinit iuriſconſ.
3 in dicta l.altius.liberum eſſe † vnicuique ædes ſuas ad cœlū
vſque tollere.Qua de re plura ſcribunt Iaſon in conſi.xcviij.
lib.j.Marſil.ſing.cliiij.Pariſ.in conſi.xvj.nu.14.lib.iiij. Co-
raſius lib.iij.miſcella.c.xxiiij.Veggius in conſ.liij.& Andr.
Gail.d.libro ſecundo.pract.obſer.cap.lxix.Eſt etiam ſum-
4 pta illa recepta omnium traditio,rem non præſumi † feuda-
lem ; cum feudum ſit ſeruitus, vt diſſeremus infra ſuo loco.
Hinc etiam reſpondit Dec.in conſil.ccclx.num.4.quod vna
5 †ciuitas non præſumitur alteri ſubdita,ex quo libera præſu-
mitur, & eo in loco reſpondit pro ciuitate Sauonæ, quòd
non præſumebatur ſubdita ciuitati Genuæ,& de ea facti ſpe
cie idem reſpondit Cur.Iun.in conſi.cxxiiij.

6 Extenditur hæc præſumptio, vt † locū etiam habeat,qū
extat quaſi poſſeſſio ſeruitutis.Ita Bart.in d.l.ſi prius.nu.17.
verſi.tertio contra,& ibidem Iaſon numer.38.quos ſecutus
ſum in conſilio lxxv.nume.4.Afferri ſolet ratio, quia quan-
7 do quaſi†poſſeſſio repugnat ſtatui primæuo,atque ita origi-
ni rei, nil illa operatur, ſicque non transfert onus probandi
in aduerſarium.

Cæterùm à prædicta opinione diſſentit Alciatus in dicta
præſumpt.j.qui nume.3.verſic. quantum autem diſtinguit,
8 †Aut loquimur(inquit Alciatus)de quaſi poſſeſſione ſerui-
tutis,quæ acquiritur ex interpellatione,puta,interpello ali-
quem,ne altius tollat ædes ſuas, cum ædes illæ mihi debeāt
ſeruitutem,altius non tollendi.Hæc interpellatio,niſi is cō-
tradicat,conſtituit me in quaſi poſſeſſione illius ſeruitutis;
Cum incipiam præſcribere,vt docuit Bartol.in d.l.ſi prius.
nume.9 Non tamen hæc quaſi poſſeſſio aliquid operatur,at-
que ita non transfert onus probandi in aduerſarium. Quan-
doquidē probare debeo cauſam meæ interpellationis,nem-
pè ſeruitutem,quæ eſt meæ intentionis fundamentum. Aut
(inquit Alciatus)loquimur de quaſi poſſeſſione ipſius rei,&
ſeruitutis,putà, ſi in muro mihi contiguo habeo feneſtram,
ſeruitutem luminis mihi præſtantem. Hæc quaſi poſſeſſio
releuat me ab onere probandi, illudque transfert in aduer-
ſarium,ſicuti operantur aliæ quaſi poſſeſſiones.l.vti frui.ver.
quòd ſi fortè.ff.ſi vſusfructus peta.l.ſicuti.§.ſi quæratur.ff.ſi
ſeruitus vendi.& confert l.prima.in princ.ff.de itinere actu-
que priua.

Declaratur primò , vt non procedat hæc præſumptio,
9 quando † cum quaſi poſſeſſione ſeruitutis concurrit etiam
contumacia eius,qui rem liberam eſſe aſſerebat.Ita declarat
Iaſon in d.l.ſi prius.nu.38.ff.de oper.noui nuntia.qui ratio-
nem affert.

Declaratur ſecundò, vt locum non habeat hæc præſum-
10 ptio,quando†communis vox,& fama extat,quòd res ſit ſer-
uituti



uituti ſuppoſita. Ita declarat Gozadi. in conſilio quinqua-
geſimo.numero vigeſimoquarto.qui ob id ait,rem præſumi
feudalem,quādo ita ſe habet communis fama,qua de re ſuo
loco diſſeremus.
11 Declaratur tertiò, vt non procedat quando maior † pars
illius rei eſſet ſeruituti obnoxia.

Nam tunc reſiduum præſumitur ſeruire.Ita dicimus,rem
præſumi feudalem,quando maior illius rei pars eſt feuda-
lis,vt dicemus infrà in præſumptio.xcj.dum explicabimus,
quando res præſumatur feudalis, in decimatertia coniectu-
ra, & in ea præſumptione plura afferemus, quæ huc per-
tinent.

## PRAESVMP. XC.

### Ius patronatus in eccleſia acquiſitum, quando, & & quibus præſumatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Ius patronatus in Eccleſia non præſumitur.*
*Præſertim ſi vniuerſitas illud,aut potens aliquis prætendat.nu.2.*
*Id enim vſurpatum potius,quàm rectè quæſitum præſumitur.nu.3.*
4 *Ius patronatus quomodo probari velit concilium Tridentinum.*
5 *Alternatiua dictio,vel,inter diuerſa ponitur,& alteram partem veram eſſe ſufficit.*
6 *Ius patronatus,conſtructione,reædificatione,& ditatione Eccleſiæ acquiri.*
7 *Incluſio vnius non eſt excluſio alterius,vbi eadem eſt vtriuſque ratio.*
*Item eius,quod alio iure incluſum legitur.nu.8.*
9 *Dictionem,&,interdum alternatiuæ loco capi.*
10 *Ius patronatus antiquiſſimum,probatur etiam lapidibus in foribus, & ianuis Eccleſiarum repoſitis.*
*Item & fama ſufficit.nu.11.*
12 *Fama in antiquiſſimis,in quibus difficilis eſt probatio,obtinet locum authenticorum documentorum.*
13 *Ius patronatus antiquum per teſtes de fama antiqua non probari, ſi pro ſua ipſi communitate deponant.*
14 *Tres aut duo multi dicuntur.*
15 *Ius patronatus vt acquiratur,conſenſum ordinarij tacitum etiam ſufficere,ſeu præſumptum.*
*Iſq; ex curſu antiqui temporis cenſetur adhibitus.nu.16.*
17 *Patronatam præſumi Eccleſiam illius loci,vbi ædificata eſt.*
18 *Eccleſia collegiata,quæ dicatur,& quæ non collegiata.nu.19.cum ſeq.*
21 *Eccleſia cathedralis vel conuentualis,ipſo iure collegiata cenſetur.*
22 *Eccleſia ſi qualis ſit non conſtet,attenditur eius quaſi poſſeſſio.*
23 *Ius patronatus multis caſibus alienari poſſe.*

EX ſuprà commemorata præſumptione, qua di-
ximus,ſeruitutem non præſumi,fluit & hæc ipſa
præſumptio,ius patronatus† in eccleſia nō præ-
1 ſumi:cum ſit ius patronatus ſeruitus quædam.
Ita manifeſtè ſcripſerunt Archidiaco.in capit.nullus.xvj.q.
vj.Inno.in c.cum venerabilis.de exceptio.Abbas in conſil.
liiij.col.ij.lib.j.& in conſi.lxxvj.& conſil.cvj.libr.ij.Paulus
Cittadinus in tract.de iure patrona.in tertia parte.in ſecun-
da cauſa nu.7.Dec.in conſi.cxvij.col.j.& vlti.& Lamberti-
nus de iure patro.parte ij.in vij.art.xj.q.pri.

Et præſertim hoc locum habet in iure patronatus, quod
2 †vniuerſitas,vel potens aliquis prætendit.Nam illud magis
præſumitur vſurpatum quàm rectè quæſitum:vt tradunt Bu-
trius in c.cum dilectus.de officio ordin.Rochus Curtius in
Tracta.de iure patronatus in verbo,contraxit.q.xx. & alios
refert Puteus in deciſ.lvij.lix.& ccv.lib.j.& idem credo ſcri-
pſiſſe Verallum in deciſ.cxxviij.parte ſecunda.quæ mihi vi-
detur corruptè ſcripta.Cum legendum fortè ſit, ius patro-
3 natus in magnis†dominis,præſumitur magis ex vſurpatio-
ne,quàm ex dotatione, & fundatione acquiſitum. Idem re-
ſpondit Hiero.Gabriel in conſi.cxcij.nu.1.libr.ij. Quā ſen-
tentiam comprobauit ſacrum Concilium Tridentinum, in
ſeſſione xxv.De reformatione,cap.ix.cuius ſanè verba hæc
ſunt:Decernit ſancta Synodus,vt titulus iuris patronatus,ſit
ex fundatione,vel dotatione,qui ex authentico documento,
& aliis iure requiſitis oſtendatur:ſiue etiam ex multiplicatis
præſentationibus,per antiquiſſimum temporis curſum, qui
hominum memoriam excedat,aliáſve ſecūdum iuris diſpo-
ſitionem.In ijs verò perſonis,ſeu communitatibus, vel vni-
uerſitatibus,in quibus id ius plerunque ex vſurpatione po-
tius quæſitum præſumi ſolet,plenior, & exactior probatio
ad docendum verum titulum requiratur. Nec immemoria-
lis temporis probatio aliter eis ſuffragetur, quàm ſi præter
reliqua ad eam rem neceſſaria, præſentationes etiam conti-
nuatæ,non minori ſaltem quàm quinquaginta annorum ſpa
cio, quæ omnes effectum ſortitæ ſint, authenticis ſcriptis
probentur.Reliqui patronatus omnes in beneficiis tam ſæ-
cularibus,quàm regularibus,ſeu parochialibus,vel dignita-
tibus,aut quibuſcūque aliis beneficiis in cathedrali,vel col-
legiata eccleſia,ſeu facultates,& priuilegia conceſſa, tam in
vim patronatus quàm alio quocunque iure nominandi, eli-
gendi,præſentandi ad ea,cum vacant,exceptis patronatibus
ſuper Cathedralibus eccleſiis competentibus, & exceptis
aliis,quæ ad Imperatorem,& Reges,ſeu regna poſſidentes,
alioſque ſublimes ac ſupremos principes,iura imperij in do
miniis ſuis habentes pertinent, & quæ in fauorem ſtudio-
rum generalium conceſſa ſunt, in totum perſonæ abroga-
ta, & irrita , cum quaſi poſſeſſione inde ſecuta intelligan-
tur , &c.

Requirit ſacrum Concilium, quod ius patronatus non
præſumatur,ſed probetur,& præſertim à Communitatibus,
in quibus ſolet præſumi vſurpatio.Probari autem vult con-
4 cilium,fundatione,†vel dotatione, vel curſu temporis, hoc
eſt præſcriptione, iunctis præſentationibus. Et ij quidem
probationis demonſtrationiſque modi, ita diſtincti, & ſe-
parati ſunt,vt vnus eorum tantum ſufficere poſſit : quemad-
modum declaraui in concilio ccxlj.num.2.librò tertio,per-
5 pendendo dictionem illam,†vel,alternatiuam,quæ inter di-
uerſa poni ſolet:& ſufficit alteram partem eſſe veram : & in
ſpecie iuris patronatus ſic declarat Lambertinus in tractat.
de iure patronatus lib.j.parte prima.quæſtio.iij.principali.
Qui ita iure communi ſancitum eſſe ſcripſit, vt ſcilicet vnū
ex his tribus ſufficiat,hoc eſt, vel fundatio, vel dotatio, vel
præſcriptio. Et præter tres enumeratos modos acquiritur
6 etiam ius†patronatus conſtructione,reædificatione,& dita-
tione eccleſiæ:ſicuti ſcribūt permulti,quos commemoraui,
& ſecutus ſum in conſilio xc.nume.28.& 29.lib.primo.Nec
concilium ipſum Tridentinum tres hos poſtremos modos
7 reiicit,etſi alios tres commemorat. Non enim incluſio † v-
nius eſt excluſio alterius,quando eadem eſt vtriuſque ratio,
vt declarando regulam.l.cum Prætor.ff.de iudiciis. ſcripſe-
runt Felinus in cap.nonne.nume.5.de præſumpt.& Pariſius
in conſilio cxj.numerò 39.libr.j.quos ſecutus ſum in conſi-
lio cvj.nume.232.lib.ij.Et præterea incluſio vnius, non eſt
8 excluſio alterius,quod alio iure†incluſum legitur.ſicuti de-
clarat Decius in l.j.in tertia lectura.numero 84.ff.ſi certum
peta.& in conſi.xj.nume.18.Porrò hic eandem eſſe vnius,&
alterius modi certum eſt : & alij modi à ſtatuto non incluſi,
ſunt à iure ipſo communi probati. Immo & idem ſacrum
Concilium in Seſſione xiiij.ca.xij.de reformatione, ſtatuit,
ius patronatus acquiri conſtructione. Et quanquam conci-
lium copulatiuè ita loquatur:aut capellam de nouo funda-
uerit, & conſtruxerit : attamen exiſtimo, illam dictionem,
9 †&,non ſtare copulatiuè,ſed potius loco alternatiuæ, iuxta
tex.l.cum quidam.C.de verborum ſignificatio.vbi gloſſ.&
Doctor.Et dum Concilium in d.Seſſione xxv.cap.ix.requi-
rit,quòd tituli ij patronatuū probentur authenticis docu-
mentis,crediderim inter ea poſſe connumerari probationes
coniecturales,quæ iure probatæ ſunt : ſicuti aliorum aucto-
ritate reſpondi in conſil.ccxlj.numero 7.quando ſcilicet a-
10 gitur de probando † patronatu antiquiſſimo. Quocircà ad
probandum hunc patronatum,ſufficiunt antiqui lapides in
foribus,& ianuis eccleſiarum repoſiti:quemadmodum poſt
Baldum,& alios ſcripſi ſuperiore libro, in præſumpt.lix.in
11 primo caſu.Fama etiam ſufficit ad probandum † antiquum
patronatum.Lambertinus in tract.de iure patro.lib.ij.parte
ij.in quarto artic.decimæ quæſtionis principalis.nume.13.
Et ibidem numer.14.ſubiungit,teſtes etiam de auditu pro-
12 bare.Hæc†enim in antiquiſſimis, in quibus difficilis admo-
dum eſt probatio , locum obtinent authenticorum docu-
13 mentorum.Quod intelligo non habere locum † in teſtibus
Communitatis,qui dicerent,audiuiſſe à ſuis maioribus,pa-
tronatum

tronatum eſſe ipſius Communitatis. Ita decidit Rota Ro-
mana teſte Verallo in deciſ.cxxxiiij.parte ſecunda.Dum ve-
rò requirit Concilium illas multiplicatas præſentationes in
patronatu præſcriptione quæſito,exiſtimo ſatis verificari in
14 duabus,vel tribus præſentationibus:cùm duo† & tres dican
tur multi.l.prima.§.hoc reſcriptum.vbi gloſſ.ff.ad Silla. &
poſt alios docuit Iaſon in l.licet Imperator.nu.19.ff.de leg.
j.qui tamen inquit,iudicis arbitrio relinqui. Eſt etiam no-
tandum,quòd etſi concilium vtatur hoc nomine, præſenta-
tiones:attamen idem eſt,ſi inſtrumenta patronatuum appel-
larent electiones;& teſtes dicerẽt,patronos elegiſſe. Quan-
doquidem perſæpe canones,& eorum interpretes, his abu-
tuntur nominibus, appellantes præſentationes electiones,
vel collationes,& econtra.Ita Lapus in allegat.viij.numero
quarto.Feder.de Senis in conſilio cij.columna prima.verſi-
cul.ad hoc reſpondeo,Barb.in conſi.xxxiij.col.pen.libro ij.
Rochus Curtius in tractat.de iure patronatus, in verbo, ho-
norificũ.q.xxxviij.Dec.in conſi.cxxxiiij.nu.3.in fi.& Lam-
bertinus in tract.de iure patronatus lib.j.parte prima.in ter-
tio art.nonæ quæſtionis principalis,& in lib.ij.parte ſecun-
da.artic.iij.q.v.principalis.Dum etiam Concilium requirit
patronatus probari authenticis documẽtis,& aliis à iure re-
quiſitis,inter hæc requiſita extat conſenſus Prælati, nempè
ordinarij,vel ſummi Pontificis, vt poſt alios reſponderunt
Alex.in conſi.lxxiiij.lib.iiij.& Berous,in conſi.v.nu.14.lib.
15 j.Conſenſus tamen tacitus † ſeu præſumptus ſufficit, ſicuti
reſpondit Bero.in d.conſi.v.numer.15.& alios commemo-
raui in conſilio ccxlj.nu.18.quo loco num.20.ſcripſi,curſu
16 † antiqui temporis præſumi adhibitum conſenſum hunc.
Præſumitur etiam adhibitus conſenſus in ipſo actu,& licen-
tia conceſſa de ædificanda eccleſia.Ita Lambertinus in tra-
cta.de iure patronatus lib.j.parte ij.in vij.arti xj.q.princip.
17 Qui ob id ait,præſumi eccleſiam†patronatam illius cõmu-
nitatis,vbi fuit ædificata.Non etiam omittendum eſt, quòd
cum concilium permittit nominationes,& electiones in ca-
thedralibus,collegiatis, & regularibus, hoc eſt conuentua-
libus,non repugnare iuri communi,ſed cum eo conuenire.
Nam & ius commune permittit etiam laicis,vt habeant fa-
cultatem eligendi,conſenſu ordinarij, vel Pontificis : ſicuti
tradunt gloſſ.in cap.nobis.§.cæterum.de iure patronat. vbi
Zabarella colum.iij.Curtius de iure patronatus in verbo,ec
cleſiis.quæſtio.ij.Paulus Cittadinus de iure patronatus in
ſexta parte.quæſt.liiij.& in ſeptima parte, q. x. & copioſius
Lambertinus de iure patronatus.libro ij.parte prima quæſt.
18 v.principali.numer.13.Collegiata autem eccleſia † quæ di-
catur,explicat copioſè Lambertinus in d.quæſtio.v.colum.
j.& ij.qui tandem ſecutus eſt Abbatem in cap.nobis.de iu-
re patro.poſt Ioan.Andr.& alios, qui plures caſus niſi ſunt
diſtinguere.

Primus eſt,quando in ipſius eccleſiæ inſtitutione ordina-
tionéque prima fuit ordinatum,quòd ibi eſſent clerici col-
legiati,tunc eccleſia dici debet collegiata.c.nemo.x.q.j.&
c.j.de elect.

Secundus caſus eſt,quando fuit ordinatum,quòd ibi eſſet
19 ſolus rector,vel rector cum clerico,tunc † non eſt collegia-
ta.c.cum quis.de vita,& honc.cler.

20 Tertius caſus,quando fuit ordinatũ non haberi † ius col-
legij in ea,ſed patronum habere præſentationẽ, tunc eccle-
ſia non eſt collegiata.Ita Io.Andr in d.c.nobis,qui exemplũ
affert in eccleſia annũtiationis Beatæ Virginis arenæ in hac
ciuitate Paduæ,meis ædibus vicina, cuius eccleſiæ patrona-
tus eſt clariſſimæ familiæ Foſcaræ.

21 Quartus caſus,quando eccleſia eſt cathedralis, †vel con-
uentualis,tũc ipſo iure cẽſetur collegiatæ.c.ne pro defectu,
de elect.Hoſti.in d.c.nobis.

Quintus caſus, quando nullo modo apparere poteſt, an
22 ſit collegiata,vel non,tunc attenditur † eius quaſi poſſeſſio.
Nam talis præſumitur,qualis eam eſſe quaſi poſſeſſio ſigni-
ficat.Si enim eſt in quaſi poſſeſſione collegij, iudicabitur
collegiata, ſic econtra. Quaſi poſſeſſionem verò collegij o-
ſtendunt ſigna,vt cum exercentur pertinentia ad collegium,
ſicuti quando conſueuerunt facere Synodum,vel habere ſi-
gillum commune,vel eligere prælatum,& ſimilia. Ita Abb.
& Lambertinus præcitatis in locis. Cum verò conciliũ præ-
dictum diſtinguat certis caſibus ius patronatus eccleſiaſti-
cum,hoc eſt,à clericis quæſitum ex bonis eccleſiaſticis,à pa
tronatu ſæculari, dubitari ſolet, quando præſumatur eccle-
ſiaſticum,vel ſæculare? Rota Romana referẽte Puteo in de-
ciſ.ccxxviij.lib.ij.decidit,ſpectandum eſſe,quibus ex bonis
præſumatur clericus acquiſiuiſſe.Qua de diſputatione dixi-
mus ſupra hoc libro in præſump.liij.ſtatuit etiam cõcilium
in d.c.ix.verſi.Nec dictum ius patronatus, vendi & alienari
non poſſe ius patronatus contra canonicas ſanctiones. Ad-
mittit ergo concilium à ſenſu contrario,ius patronatus poſ-
ſe vendi,alienari,& in alios transferri illis in caſibus,quibus
ius ipſum commune canonicum permittit. Caſus autẽ mul-
23 ti ſunt,in quibus alienari poteſt ius†patronatus:ſicuti quã-
do alienatur vniuerſitas iuris,ſub qua ius patronatus conti-
netur:vt ſi venditur villa,vel caſtrum.Abbas & reliqui in ca.
ex literis.de iure patrona.latè Lambertinus in tracta.de iure
patronatus libro j.parte ſecunda,in vndecimo artic. quintæ
quæſtionis principalis.& ibidem in xv.art.quando venditur
hæreditas,in qua extat ius patronatus.Non hic commemo-
ro alios caſus ab eo relatos.In illis verò caſibus, in quibus
permiſſa non eſt alienatio,ſi illa fiat, ipſo iure nulla erit : vt
ſtatuit concilium,quod & iure ipſo communi ſancitum, re-
quiritur tamen declaratio facti, nempè factam eſſe aliena-
tionem in caſu prohibito. Qua declaratione facta ſequitur
priuatio ipſo iure.Ita Lambertinus præcitato in loco, in ar-
tic.ij.& iij.

## PRAESVMP. XCI.

### Feudalis res quando præſumatur, & quando libera,& allodialis.

*SVMMARIVM.*

*1 Allodialem & liberam,non feudalem in dubio rem præſumi.*
*2 Feudum dicitur quædam ſeruitus.*
*3 Libera res quælibet,ob primæuum ſtatum ſuum dicitur.*
*4 Poſſidere iure proprio potius,quàm alieno quis præſumitur.*
*5 Conceſſio rei facta à principe, in dubio liberè non per infeudationem præſumitur.*
*6 Prædia ruſtica,ſui natura,& à communiter contingentibus libera ſunt, & præſumuntur.*
*7 Caſtrum in dubio liberum,& allodiale præſumitur.*
*8 Comitatus liber,& allodialis,non feudalis præſumitur.*
*Idem in Marchionatu.nu.9.*
*10 Allodialis præſumitur res,etiam feudali vicina,& contigua.*
*11 Allodiale etiam feudum præſumitur,ſi à principe donante factum ſit.*
*Nec refert ſi dicat princeps noſtri Principatus, & dominij, & aliorum quolibet iuribus ſemper ſaluis.nu.13.*
*Aut aliquid annuatim principi præſtaretur nu.14.*
*12 Feuda,& iuriſdictiones liberè donari poſſunt.*
*15 Feudalis non præſumitur,aliquibus in conceſſione verbis extantibus quæ feudalem,aliquibus quæ allodialem ſignificent.*
*Vel exprimerentur in conceſſione aliqua feudalia, non expreſſa enim præſumuntur allodialia.nu.16.*
*17 Feudalis res non præſumitur,etſi à principe recognoſceretur.*
*Quod rectè tamen intelligendum.nu.18.*
*19 Allodialis vtrum res ſit,ex verbis conceſſionis præſumitur.*
*20 Donamus,largimur,conferimus,committimus, liberè de omni eo &c. Verba hæc in conceſſione liberam non feudalem rem demonſtrant. nu.21.22.& 24.*
*25 Allodialem eſſe rem,colligi ex ſignis.*
*26 Homagij ſeruitij aut fidelitatis,in conceſſione nulla facta mentione, res feudalis non præſumitur.*
*Idem ſi nulla inueſtitura ſolenniter conceſſa ſit.nu.27.*
*Aut conceſſio pro libera,& allodiali facta ſit.nu.28.*
*29 Feudalem rem ex præſumptionibus , & coniecturis demonſtrari poſſe.*
*30 Feudum conceſſum eſſe demonſtrant verba principis in feudum concedentis.*
*31 Feudum conceſſum,figura,ſeu actus facti feudo conuenientes, demonſtrant.*
*Idq; ſi ex certa ſcientia non errore probabili.nu.32.*
*33 Feudalis eſſe res,ex confeſſione iudiciali poſſidentis præſumitur.*

*Feudi*



*34 Feudi loco rem propriam cognoſcens, illam feudalem facit,ſi certa id ſcientia fiat.*
*35 Feudalem rem eſſe,antiqua principis aſſertio facit.*
*36 Feudalem rem fidelitatis iuramentum arguit.*
*Concordantur opiniones contrariæ.nu.37.*
*38 Fidelitatis & homagij reſeruatio feudum arguit.*
*39 Poſſeſſor rei ſeruitia præſtans in ſignum ſubiectionis,feudum arguit.*
*Et quot annorum curſus requiratur.nu.40.& 45.*
*41 Allodialis,& libera non præſumitur res,in æſtimo ciuitatis non deſcripta,in quo alia deſcribi conſueuerunt.*
*42 Feudalis præſumitur res in cataſtro feudalium deſcripta.*
*43 Feudalis res præſumitur diu tanquam talis poſſeſſa.*
*Et quot annorum ſpacium ſufficiat.nu.44.*
*46 Feudalis poſſeſſa res ab anteceſſoribus,ad hæredes eodem iure præſumitur perueniſſe.*
*47 Feudum poſſidere de quo conſtat in genere,ſi requiſitus à domino vt bona oſtendat id negligat,præſumptionem contra ſe habet.*
*48 Vaſallus feudum negans,de mendacio conuictus,feudo cadit.*
*49 Feudalem rem eſſe,concedentis perſona,qualitas indicat prælatus eccleſiæ bona concedens in feudum præſumitur concedere.ibid.*
*50 Bonorum eccleſiæ natura eſt,vt alienari nequeant.*
*51 Donare potius,quam infeudare principi conuenit.*
*52 Feudali exiſtẽte bonorum parte maiori,de alijs eadem eſt præſumptio.*
*Id tamen quomodo accipiendum.nu 54.*
*53 Res eadem diuerſo iure cenſeri non debet.*
*55 Feudalis res eſſe,à communi voce & fama,in antiquis præſumitur.*
*Quot autem annorum fama eſſe debeat.nu.56.*
*57 Feudum an præſumatur,principe vtile dominium concedente, directo ſibi reſeruato.*
*58 Feudum eſſe,vt teſtibus rationem ſcientiæ reddentibus præſumitur.*
*59 Feudalis res quæ fuit,adhuc talis eſſe præſumitur.*
*60 Præcedentia declarant ſequentia.*
*61 Res ad naturam ſuam priſtinam reuerti deſiderat.*
*62 Feudalem rem eſſe regionis conſuetudo præſumptionem præbet.*
*Item ſi pro tali habita fuerit & tenta,nu.6 .*
*Vel appareat ex inſtrumentis antiquis etiam inter alios celebratis.numero 64.*
*Aut ita iudicatum ſit,citatis ijs,quorum intereſt.nu.65.*

POSTEA quam cœpimus diſſerere de præſum-
ptionibus, quæ verſantur circa feudorum con-
ceſſiones,adiiciamus hanc quando res præſumi-
tur feudalis. Qua in re dicimus primum, quod
quando vere ſumus in dubio,præſumptio eſt rem eſſe libe-
1 ram &†allodialem,non autem feudalem.

Prima itaque erit hæc præſumptio,quam probarunt Io.
Andreæ & alij in capit.nimis.de iureiur.Caſtren.in conſilio
clxxix.In cauſa,quam magnificus.nu.3.lib.j.Prępoſ.in pro-
hemio feudorum,verſic.decimoquinto.Abbas in cap.ſigni-
ficauit.col.iij.de reſcrip.Alex.in conſil.cxxix.nu.1.libr.j.in
conſi.lv.nu.4.lib.iiij.& in conſi.15.nu.7.lib.v.Curt.Senior
in conſi.lxxvj.Dominus Ludouicus.col.ij.verſi.tamen hoc
non obſtante.Ruinus in conſi.clv.nu.1.& in conſil.clvj.nu.
1.lib.j.Decius in conſi.cclxix.num.1.& in conſi.cccclxviij.
nu.6.& in conſi.cccclxxxviij.nu.8.Cur.Iun.in conſi.xlj.nu.
7.Gozadi.in conſi.xlvij.nu.14.Pariſ.in cõſil.xvj.nu.14.lib.
iiij.Brunus in conſi.cxxvij.col.ij.verſ.& ſi aſſumamus.And.
Gail.lib.ij.pract.obſer.c.lxix.nu.4.& alios congeſſi in cõſ.
j.nu.10.lib.j.& in conſil.cxcj.nu.21.libr.ij.quo in loco.nu.
2 22.dixi eam eſſe rationẽ:quia feudum†dicitur ſeruitus quæ-
dam,vt inquit gl.in l.ſi cuius.§.ſi vſusfructus.in verbo,opor
3 tet.ff.de vſufructu.At omnis res præſumitur libera † ob ſuũ
primæuum ſtatum.l.altius.C.de ſeruitu.& aqua. Accedit &
ratio,quam in d.conſil.cxcj.nu.22.recenſui ex Rolando, in
conſi.xlvj.nume.44.libr.iij:quod vnus quiſque magis præ-
4 ſumitur poſſidere † iure proprio quàm alieno.l.filiusfam.§.
Diui.verſi.ijdem principes.de lega.j.& ibi Ang. Non ergo
quis poſſidere vt vaſallus,atque ita iure directi domini, ſed
nomine proprio.Quæ tamen ratio ſolùm concludit, quan-
do is,qui aſſerit rem eſſe liberam,eam poſſidet. Et præſum-
5 ptio hæc maximè procedit in conceſſione facta†à principe,
qui in dubio libere donare, non autem infeudare præſumi-
tur:ſicuti reſpondi in conſilio cxcj.nu.24.lib.j.poſt Oldra-
dum in conſi.clix.nu.5.& alios plures, quibus addo Rolan.
in conſi.lxxxv.nu.18.lib.iiij.Hæc præſumptio multò magis
6 procedit in † prædiis ruſticis, quæ ſui natura & à cõmuniter
contingentibus ſunt libera:vt in ſpecie reſpondit Crauet.in
conſil.dclxij.nu.14.quem ſecutus ſum in conſil.cccxc.col.
prima.libro iiij.

Extenditur primò hæc præſumptio,vt locũ habeat etiãſi
de Caſtro aliquo ſit diſputatio : etſi enim Caſtrum dicatur
continere etiam iuriſdictionem:attamen in dubio pręſumi-
7 tur†liberum & allodiale.Ita Curt.Sen.in d.conſil.lxxvj.D.
Ludouic.col.ij.verſi.tamen hoc nonobſtante. Iacobinus in
inueſtitura feudali.in verbo,De Caſtro.nu.16.& Pariſius in
conſi.xvj.nu.18.lib.iiij.qui dixit,idem eſſe,quãdo Caſtrum
eſt intra regnum,vel prouinciam.Idem de Caſtro reſpondit
Bellonus in conſi.x.nu.9.

8 Extenditur ſecundò,vt procedat etiã in Comitatu, † qui
præſumitur liber & allodialis,non autem feudalis. Ita Iaco-
binus in dicto verbo,de Caſtro nu.xvj.poſt Bald.quẽ refert.
Idem reſpondit Bellonus in conſil.x.nu.9.quos ſecutus ſum
in d.conſi.cxcj.numer.21.Idem ſcripſit Alciatus in tract.de
præſumpt.regu.ij.præſumpt.iij.nu.2.qui alios commemo-
9 rat.Idem de Marchionatu † reſpondi in conſilio primo.nu-
mero 35.Et intelligit Alciatus præcitato in loco, etiãſi hic,
qui Comitatum,vel Marchionatum obtinuit,aliqua ſeruitia
domino pręſtitiſſet,quia ea tanquam feudatarius præſtitiſſe
non præſumitur,ſed vt domino & ſuperiori ſuo.

Extenditur tertiò,vt procedat etiam in re empta conti-
10 gua† & confini feudali.Nam adhuc libera & allodialis præ-
ſumitur.Bald.in c.j.§.econtrario.numer.2.de inueſtit.de re
aliena facta:quem ſecutus eſt Hieron.Montanus in tract.de
finibus regun.capit.xcvj.ad finem.Et hæc quidem extenſio
tanto magis procedit, quanto prædia alia vicinia ſeu confi-
nia ſunt libera & allodialia.Nam tunc multò magis & hæc,
de quibus eſt diſputatio allodialia præſumuntur.Ita Iſernia
in c.j.nu.3.de controuerſ.inter maſcul.& fœminam. & ibi-
dem Afflict.nu.11.verſi.ſecunda,niſi.Brun.in conſil.cxxvij.
col.vij.ver.quod ſi aliam,& Natta in conſi.ccccxiiij.num.
34.quos ſecutus ſum in conſilio cccxc.colum.ij.ver.ſecun-
do accedit.

Extenditur quartò,vt locum habeat hæc præſumptio etiã
in conceſſione rei feudalis dixit dominus & princeps conce
11 dens,quòd donabat† & cõcedebat feudum. Etſi enim dixit,
concedere feudum,non tamen dixit iure feudi, & ideo præ-
ſumitur feudum libere,& vt quid allodiale conceſſum, cum
12 † feuda & iuriſdictiones libere donari poſſint.Ita reſponde-
runt Pariſi.in conſi.xxiij.nu.15.lib.j.& in conſil.xvj.nu.14.
lib.iiij.& Alba in conſi.xvj.nu.2.Idẽ ſcripſit Marinus Frec-
cia in tract. de ſubfeudis.lib.ij.tit.quis dicatur ſubfeudata-
rius.nu.4.quos ſecutus ſum in conſi.cxcj.nu.29.

Extenditur quintò,vt procedat etiam quando in ea con-
13 ceſſione rei,adiecta fuiſſent hæc verba.† Noſtri principatus
& dominij, & aliorum quorumlibet iuribus ſemper ſaluis.
Hoc etiam caſu non præſumitur conceſſio feudalis,ſed libe-
ra.reſpondi in d.conſi.cxcj.nu.41.lib.j.ex ſentẽtia Ruini &
Iacobini,reiecta opinione Decij & Alciati.

Extenditur ſextò,vt locum habeat etiamſi pro re ipſa a-
14 liquid † annuatim Principi præſtaretur.Nam adhuc præſu-
meretur libera & non feudalis.Ita Alexan.in conſil.cxxxvj.
columna quarta.libro j.quem ſecutus eſt Afflictus in deci-
ſione centeſimauigeſimanona.numer.3.in fi.qui teſtatur ſic
fuiſſe deciſum.

Extenditur ſeptimò, vt locum habeat hæc præſumptio
15 etiam quando†aliqua extant verba ſignificatiua feudi, & a-
liqua ſignificatiua allodij. Nã adhuc allodium præſumitur.
Ita latè reſpondi in d.conſi.cxcj.nu.27.

Extenditur octauò, vt procedat etiam ſi in conceſſione
16 aliqua bona exprimuntur,vt feudalia.Nam alia†nõ expreſ-
ſa,feudalia non præſumuntur,ſed allodialia.Ita Alexand. in
conſi.xxix.col.vlt.ver.dum autem.lib.v.& Brunus in conſil.
cxxvj.col.iiij.ver.& meritò.

Extenditur nonò,vt locum habeat etiam quando res ipſa
17 recognoſceretur†à principe.Nam adhuc nõ præſumeretur
feudalis.Ita Alciatus in reſp.clxxviij.nu.2.ver.& ſolent no-
biles.Ea eſt motus ratione,quod ſic recognoſcentes, id ad
abundantiorem cautelam faciunt,vt vtiliore titulo cũ opus
erit,ſe tueri poſſint.Quod probatur ſecundum Alciatum in
cap.poſt electionem.de conceſ.præbend.& ibi Abbas nu.4.

cum dixit aliquem poſſe obtinere rem variis titulis, & eis ſe
tueri. Cæterum dubia apud me eſt Alciati traditio. Nam aut
18 recognoſcēs ſimpliciter† recognoſcit, ſe rem illam habuiſ-
ſe ab ipſo Principe, & tunc eſt certum rem nō præſumi feu-
dalem, cum perinde eſt, acſi dixiſſet, ſibi à Principi dona-
tam, vt dixi ſupra, aut dixit ſe recognoſcere in feudum, &
tunc feudalis præſumitur, vt dixi in conſilio centeſimono-
nageſimo.
19 Secunda præſumptio & coniectura, quod res conceſſa ſit
libera, & allodialis, eſt illa, quæ† ſumitur ex verbis conceſ-
ſionis.
Exemplum primum affertur, quando princeps dixiſſet,
20 donamus † & largimur. Hæc ſane verba ſignificant conceſ-
ſionem, fuiſſe liberam donationem, non autem feudalem.
Ita in ſpecie reſpondit Oldrad. in conſil. clix. quem ſecutus
ſum in conſi. j. nu. 11. & in conſi. ij. nu. 253. lib. j. & in conſil.
cxcj. nu. 9. lib. ij. quibus in locis quamplures eiuſdē ſenten-
tiæ commemoraui.
Eſt & ſecundum exemplum, quando princeps dixiſſet,
21 † conferimus. Sicuti reſpondi in d. conſil. cxcj. nu. 6. & 7. vbi
multis comprobaui.
Poteſt etiam afferri tertium exemplum, quando prin-
22 ceps vſus eſſet his verbis. Committimus † tibi totaliter vi-
ces noſtras. Nam & tunc res non dicitur cōceſſa in feudum,
ſed vt libera & allodialis. Ita reſpondi in d. conſi. cxcj. num.
12. poſt Iacobinum & Alciatum, quos ibi commemoraui.
idem reſponderunt Ruinus in conſi. xviij. nu. 6. libr. j. & Ro-
lan. in conſi. lxxxv. nu. 30. lib. iiij.
23 Quartum eſt exemplum, quādo† limitate conceſſum fuit
prædium in feudum vſque ad talem locum. Nam tunc reſi-
duum allodiale & liberum præſumitur. Ita Brun. in conſilio
cxxvij. col. ix. ver. quod ſi ſeptimam.
Quintum exemplum eſt, quando conceſſio facta fuit li-
24 berè, † vel de omni eo, quod habet, vel aliis ſimilibus verbis
ſignificantibus tranſlationē cuiuſcunque iuris. Ita poſt mul-
tos reſpondit Rolandus in d. conſi. lxxxv. nu. 30. lib. iiij. cum
multis ſequentibus.
Tertia præſumptio & coniectura, quod res conceſſa ſit li-
25 bera & allodialis† eſt, quæ colligitur ex ſignis.
Quorum primum eſt, quando in tota illa ſcriptura con-
ceſſionis, nullum adeſt verbum, quod res illa ſit feudalis, ſeu
in feudum conceſſa. Ita reſpōdi auctoritate multorum in d.
conſi. cxcj. nu. 17. & accedit Rolandus in conſi. lxxxv. nume.
19. libro quarto.
Secundum eſt ſignum, quando in ipſa conceſſione nulla
26 facta eſt reſeruatio ſeruitij, vel† homagij, vel fidelitatis: ſi-
cuti reſpondi in conſilio primo. nume. trigeſimo. libro pri-
mo. & in conſilio centeſimononageſimoprimo. nume. deci-
moocTauo. libro ſecundo. vbi eiuſdem ſententiæ recenſui
Calderinum, Alex. & Dec. & idem reſpondit Rolandus in d.
conſi. lxxxv. nu. 23.
27 Tertium eſt ſignum, quando nulla ſolennis † inueſtitura
fuit conceſſa. Nam & tunc res pręſumitur libera, non autem
allodialis. Ita conſului in dicto conſilio centeſimononage-
ſimoprimo. numero decimoſexto. vbi retuli alios, qui idem
affirmarunt.
28 Quartum eſt ſignum, quando † conceſſio ipſa fuit obſer-
uata pro libera & allodiali. Hæc enim obſeruantia ſignificat
rem eſſe liberam, non autem feudalem, quemadmodum re-
ſpondi in conſi. ij. nu. 264. & in conſil. xxxij. nu. 45. & nu. 64.
lib. j. & in d. conſil. cxcj. nu. 19. libro ij. vbi eiuſdem opinio-
nis fuiſſe Alciatum ſcripſi.
Nunc diſſeramus de præſumptionib. & coniecturis, quæ
29 ſignificant, rem eſſe feudalem. Præſumptiones† enim & cō-
iecturas ad demonſtrandum rem eſſe feudalem ſufficere ſcri
pſerunt Alex. in conſi. cxxix. in prin. lib. j. Afflictus in cap. j.
nu. 68. Ex quib. cauſis feudum amitta. Natta in conſ. ccccl x.
nu. 4. lib. ij. & Rolan. in conſi. xxxij. nu. 37. & 58. lib. ij.
30 Prima eſt præſumptio & coniectura, quæ ſumitur † à ver-
bis, vt ſi princeps dixit, quod concedebat rem illam in feu-
dum. Ita Oldradus in conſi. clix. nu. 5. & Afflictus in capit. j.
num. 71. ex quibus cauſis feudum amitta. qui idem eſſe ſcri-
pſit, quando eſt dictum, do tibi pro te, & liberis tuis, ex tuo
corpore deſcendentibus. Idem quando dixit, inueſtio te.
Hoc enim verbum ſignificat conceſſionem in feudum. Ita
Afflictus in d. c. j. nu. 71.
Verùm hac de re dubitaui in conſi. cxcj. nu. 2. lib. ij. Idem
quando dixit, teneas à noſtra curia immediatè. Afflictus vbi
ſupra, ſimilia verba refert.
Secunda eſt præſumptio & cōiectura, quæ ſumitur ab eo
31 † ſigno, quando facti ſunt plures actus naturæ feudi conue-
nientes, ſicuti petitio inueſtituræ. Nam tūc præſumitur feu-
dum. Ita Præpoſit. in præludiis feudorum, verſicul. decimo-
quinto. & Alciatus in tractat. de præſumptionibus regul. ij.
præſumpt. v. numero 3. Quam ſane coniecturam intelligo,
32 quando actus iſti † confecti fuerunt ex certa ſcientia, non
autem probabili errore. Sicuti ſcripſerunt à me congeſti in
dicto conſilio cxcj. numero ſeptuageſimoſecundo. & confe-
runt quæ mox ſubiiciam.
Tertia præſumptio & cōiectura, quod res ſit feudalis eſt,
33 quæ ſumitur à confeſſione† iudiciali ipſius poſſidētis rem,
qui confeſſus eſt, eam eſſe feudalem. Ita reſpondi in d. conſi.
cxcj. numero quinquageſimoſeptimo. poſt Gozadinum, So
cinum Iuniorē, & Rolandum. Et illo in loco dixi, hoc mul-
tò magis procedere quando confeſſio fuit geminata. Et huc
facit, quod latè ſcripſi in eodem conſi. cxcj. nu. 50. 52. & 72.
34 quod recognoſcens† rem propriam in feudum, facit illā eſſe
feudalem: modò recognitio ſit ex certa ſcientia.
Quarta præſumptio & coniectura eſt, quæ ſumitur ab aſ-
35 ſertione† antiqua principis, qui aſſeruit, rem illam eſſe feu-
dalem. Ita Alex. in conſi. xv. nume. 9. lib. v. Iaſon in l. ſi prius.
nume. 42. verſic. ſecundò limita. ff. de operis noui nuntiat. &
in conſi. ccxxxv. col. ij. lib. ij. Gozad. in conſi. 50. colum. vlt.
Afflict. in cap. j. nu. 75. ex quib. cau. feudum amitta. Alciatus
in d. præſum. iij. nu. 3. & Antonius Gabriel in lib. iij. conclu-
ſionum. in tit. de feudis. concluſio. iij. nu. 3. Craue. in conſil.
cclxxvj. col. j. ver. ſecundò probari.
Quinta coniectura & præſumptio eſt, quæ ſumitur à pręſ-
tatione iuramenti fidelitatis à poſſeſſoribus illius rei. Nam
36 iuramentum† fidelitatis arguit rē eſſe feudalem. Ita reſpon-
derunt Abbas in conſi. lxxxij. col. iij. ver. inſuper. lib. j. Aret.
in conſi. xiiij. colum. ij. Ruinus in conſi. xxxiiij. num. 7. & in
conſi. xlij. in prin. lib. j. Gozadin. in conſil. ix. in princi. & in
conſi. lxv. nu. 10. Pariſius in conſi. xxj. nu. 22. & in conſ. xxiij.
numer. 34. libr. j. Berous in conſi. cxv. nume. 8. libro j. Idem
ſcripſerunt Iaſon in præludiis feudorum. numero 28. Cur-
tius Iunior in tractat. feudorum parte prima. quæſtio. ſexta.
principali.
Cæterum à prædicta opinione diſſentiunt Oldradus in
conſilio clix. numero quinto. Caſtren. in conſilio clxiiij. In
præſenti cauſa, quæ vocatur. colum. vltima. verſi. nec obſtat,
quod appellat. lib. ij. Socin. Sen. in conſi. cclvij. nu. 2. verſic.
præterea aduertendum. libr. Ruinus in conſil. xxxvj. nu. 8. &
in conſi. xlij nu. 7. ver. nec obſtat præſtatio. lib. j. Curtius Iu-
nior in tract. feudorum, in prima parte. q. vij. numer. primo.
Socinus in conſi. lxxvj. nu. 47. lib. j. Alciatus in reſpon. cxcix.
nu. 35. Berous in conſi. lxv. nu. 81. lib. j. & in conſil. clij. num.
13. lib. ij. Craue. in conſi. ccxciij. col. vij. ver. quinto conſide-
ro, & Rolandus in conſilio ij. nu. 6. lib. j. Et horū opinionem
ſum & ego ſecutus in conſi. j. nu. 34. in conſ. ij. nu. 125. lib. j.
& in conſi. cxcj. nu. 31. lib. ij.
37 Conciliari forte ſic poſſunt hæ † opiniones, vt illa prima
procedat, quando nulla extat coniectura & præſumptio con
38 traria. Nam tunc reſeruatio fidelitatis † & homagij arguit
eſſe feudum. Illa verò ſecunda opinio locum habet, quando
alia extat præſumptio & coniectura in contrariū. Ita reſpon-
dit & declarauit Decius in conſi. ccccxiij. nu. 7. verſicul. non
obſtant allegata. quem ſecutus eſt Rolandus in conſi. lxxxv.
nu. 55. & 59. lib. iiij.
Sexta præſumptio & coniectura, quod res feudalis præſu-
35 matur, ex eo ſumitur, quando† ipſius rei poſſeſſor, præſtitit
aliquod ſeruitium in ſignū ſubiectionis & feudi. Ita tradunt
Iſernia in commentariis ad conſtitutiones Regni Neapoli.
ſub rubr. de officio Iuſtitiarij. & ibidem Afflictus, quos ſe-
cutus eſt Anto. Gabriel lib. iij. concluſionum in tit. de feud.
conclu. iij. in fi. vbi idem eſſe ait, quando fuit præſtitum ſer-
uitium perſonale, ex ſententia Grammat. in deciſione ſexa-
geſimaoctaua. numero primo. rectius allegaſſet in deciſione
ſeptua



ſeptuageſimaſeptima. numero primo. quo loci dixit præſu-
mi feudum, ſi poſſeſſor tenetur deferre domino quotannis
accipitres, vel quid ſimile.
His accedit Afflictus in cap. j. nu. 79. ex quib. cau. feudum
amitta. qui affirmat, ſe ita obtinuiſſe.
Cæterum Iulius Clarus in §. feudum. q. xix. teſtatur com-
40 munem eſſe opinionem, quod requiratur† curſus & præſta-
tio triginta annorum.
Septima præſumptio & coniectura eſt, quando res illa
41 non reperitur regiſtrata in cataſtro † ciuitatis, in quo alia
bona libera & allodialia deſcripta reperiuntur. Nam tunc
bona: quæ non apparent regiſtrata, non pręſumuntur libera.
Ita Rolandus in conſilio lxxxij. nume. 50. libro ij. Natta in
conſil. ccccl x. nu. 16. libr. ij. quos ſecutus ſum in conſil. cxcj.
nu. 82. lib. ij.
42 Octaua præſumptio eſt, quando res iſta reperitur † regi-
ſtrata in Cataſtro, & regiſtro aliorum bonorum feudalium.
Nam & hæc feudalis præſumitur. Ita in ſpecie reſponderunt
Barba. in conſi. xviij. nu. 38. verſicu. modo in propoſito. libr.
ij. & Brunus in conſi. cxxvij. colum. xxiiij. ver. quod ſi vnde-
cimam. Idem docuit Afflictus in ca. j. nu. 77. Ex quibus cau-
ſis feudum amittatur. Et hos quidem ſecutus ſum in d. conſi-
lio cccxc. col. iij. verſi. quartò confert. Idem reſpondit Cra-
uet. in conſi. cclxxvj. in prin.
Nona præſumptio, & coniectura eſt, quando diu res ipſa
43 poſſeſſa fuit vt† feudalis: Nam & nunc feudalis præſumitur.
Ita Afflictus in ca. j. nu. 11. ver. quarto dicta. de controuerſ.
inter maſculum, & fœmin. & idem in cap. j. nu. 72. ex quibus
cauſis feud. am. Cozadi. in conſi. iiij. nu. 28. & Craue. in trac.
de antiq. tempor. in prima particula tertiæ partis principa-
44 lis. numer. 36. qui ſcripſit ſufficere longum tempus† decem
annorum.
Sic etiam reſpondit Decius in conſil. cxlvj. nu. 13. quod
res præſumitur feudalis, quando poſſidetur vt feudalis. Sic
etiam Andreas Gail. lib. ij. pract. obſerua. c. lxix. nu. 6. & Iu-
lius Clarus in §. feudum. q. xix. in fi. Idem reſpondit Brunus
in cōſi. cxxvij. col. 26. ver. quid ſi decimam quartam, qui di-
45 xit: quod ſola præſtatio† ſeruitiorum, ſine curſu triginta an-
norum, non efficit rem eſſe feudalem. Quod intelligo cum
ipſo Bruno, quando apparet iam rem illam fuiſſe liberam, &
allodialem.
Decima præſumptio, & coniectura eſt, quando anteceſ-
ſores huius, qui contendit rem eſſe, vel non eſſe feudalem,
eam poſſederunt tanquam feudalem. Nam tunc præſumitur
46 eodem iure† perueniſſe ad hæredem illorum antiquorū. Ita
Bald. in l. is cuius. nume. 4. ff. de vſufructu. Barbat. in conſil.
xviij. colum. xvj. verſicul. & ſi quiſpiam. libro ij. & Alciatus
in tracta. de præſump. reg. ij. præſump. iij. numero 3. verſicu.
fallit quartò. Idem reſpondit Brunus in conſil. cxxvij. colū.
xxvj. ver. quod ſi decimam quintam.
Vndecima eſt præſumptio, & coniectura, quando in ge-
nere conſtaret, quod aliquis habet bona feudalia talis: & re-
47 quiſitus† ab ipſo domino, vt oſtēdat bona, pro quibus præ-
ſtat homagium atque ita quæ ſunt feudalia: Et iſte poſſeſſor
non oſtendit. Nam hoc caſu bona omnia ab hoc poſſeſſa,
præſumuntur feudalia. Ita ſcribunt Specul. in titul. de loca-
to. §. nunc aliqua. verſicu. ſexageſimoſecundo. Iacobus Bel-
uiſius, Baldus, & Præpoſ. in ca. vaſallus. il j. ſi de feudo fuerit
controuerſi. inter domin. & agnat. Baldus in capitu. j. de va-
ſallo, qui contra conſtit. Lotha. & in cap. j. §. inſuper. num. 3.
de prohib. feudi aliena. per Federicum Alber. in l. ſi certis
annis. C. de pactis. Iaſon in l. ſecunda. numer. 173. C. de iure
emphy. Ruinus in conſilio 50. nume. 14. libro primo. Affli-
ctus in cap. primo. numero 12. de controuerſ. inter maſcul.
& fœminam. Alciatus in tracta. de præſumptionibus, regul.
ij. præſumpt. tertia. verſ. fallit tertio, idem in reſponſ. clxviij.
nu. 12. & in reſp. cxcj. in fine. Curtius Iunior in conſilio cxl.
nume. 10. & in conſi. clviij. nu. 3. & in tract. feudorum, in ſe-
cunda parte primæ partis. q. vj. Bellonus in conſi. x. nu. 10. &
Natta in conſi. iij. nu. 7.
Quibus conſtat hanc eſſe receptam ſententiam etſi ab ea
diſſentiant Baldus in addition. ad Speculatorem in loco ſu-
pra citato, & Moder. Pariſ. in conſuetudin. Pariſ. titul. j. §. v.
nume. 4. in fine, qui ſcribunt, prædia & bona hæc ſolum pi-
48 gnorari, & tunc, ſi† vaſallus negat & conuincatur de menda-
cio, cadit à feudo. Si verò fatetur, cogitur recognoſcere, vt
tradunt Bald. & Præpoſ. in d. c. vaſallus, il j. ſi de feudo fuerit
controuerſ.
Duodecima præſumptio, & coniectura, qua demonſtra-
tur res & prædia eſſe feudalia, eſt quæ ſumitur à qualitate
49 † perſonæ concedentis, vt in eccleſiæ prælato, qui dum præ-
dia & res concedit in dubio præſumitur concedere in feu-
dum. Ita Baldus in capit. ad audienciam. de præſcript. Iaſon
in l. ſi prius. numero quadrageſimoſecundo. ff. de operis no-
ui nuntiatio. Ruinus in conſilio vigeſimoſecundo. columna
quarta. libro primo. Alciatus in tracta. de præſumptionibus
regul. ſecunda. præſumpt. tertia. in fine. Antonius Gabriel in
libro tertio concluſionum. titu. de feudis. concluſione ter-
tia, numero 4.
50 Ea ratione vſi ſunt, quod natura† rerum eccleſiæ eſt, vt nō
poſſint alienari: ſed facilius infeudentur. capitul. primo. qui
feudum dare poſſunt. Quare potius præſumitur infeudatio
quam libera conceſſio. Quæ ſane ratio ceſſat in laico, præ-
51 ſertim in principe, cui magis conuenit donare† quam in feu
dum concedere, ſicuti auctoritate Oldradi: Alberici, Iaſo-
nis, Decij, & aliorum quamplurium, reſpondi in conſi. cxcj.
nume. 24. libro ij.
Decimatertia præſumptio, & coniectura eſt, quando ap-
52 paret maiorem partem bonorum† eſſe feudalem. Nam tunc
præſumitur reſiduum eſſe feudale. Ita ſcribunt Beluiſius,
Iſernia, & Aluarotus in capitulo primo, de controuerſia in-
ter maſculum & fœminam. & ibidem Afflictus numero ſex-
to, verſicul. ſecunda niſi omnes numero duodecimo, & nu-
mero vigeſimoſexto. Rui. in conſilio centeſimooctauo. nu-
mero vigeſimotertio. libro ſecundo. Iaſon in conſi. ccxxxv.
numero quinto. libro ſecundo. Curtius Iunior in conſi. cen-
teſimoquadrageſimo. numero decimo. Zaſius in conſilio
vndecimo. numero duodecimo. libro primo. Antonius Ga-
briel in libro tertio. concluſionum in titu. de feudis, conclu-
53 ſio. iij. numero quinto. Ea eſt ratio, quia res † diuerſo iure
cenſeri non debet, leg. eum, qui ædes. ff. de vſucapio. Et quia
ſicuti caput eſt feudale, ſic & membra, quæ caput ipſum ſe-
quuntur. c. j. de conſec. eccle. vel alta.
Verùm hæ rationes conueniunt quando bona ſeu prædia
54 ſunt vno† ſub corpore comprehenſa: non autem ſi diuerſa,
mox dicemus.
Contrariam itaque ſententiam probarunt Baldus in d.
capi. primo. §. cum autem. de controuerſ. inter maſculum, &
fœminam, & ibidem Lauden. & Præpoſitus. columna vltim.
& Brunus in conſil. cxxvij. colum. iij. verſic. Quod ſi aſſuma-
mus, ij ſcripſerunt præſumptionem hanc ſumi quidem poſ-
ſe, quando eſt vnum quid integrale, ſicuti ſi vnus eſt fundus,
orti amplus latuſque. Nam tunc ſi maior eius pars eſt feuda-
lis, idem de reſiduo eſt præſumendum, ne eadem res (vt ſu-
pra dictum fuit) in dubio diuerſo iure cenſeatur. Diuerſum
autem eſt quando prædia ſunt ſeparata. Non enim tunc ſe-
quitur, maior pars eſt feudalis, ergo & reſiduum: ſicuti dici-
mus, quod ex poſſeſſione vnius rei, non dicitur quis aliā poſ-
ſidere. l. iij. §. incertam. ff. de acqui. poſ. Et probabilior mihi
videtur poſtrema hæc ſententia.
Decimaquarta præſumptio & coniectura ad demonſtran
dum rem eſſe feudalem, ſumi ſolet à communi voce & fama,
55 † quando ſumus in antiquis, Ita Alexan. in conſi. xv. numero
9. libro quinto. Barba. in conſilio xviij. numero 37. & 41. li-
bro ſecundo. & alios plures commemoraui in conſil. cxcj.
numero 73. libro ſecundo. & in conſilio cccxc. numero 28.
Et illis accedunt Socin. Senior in conſil. clxvj. columna v. li-
bro ij. Decius in conſi. cclxix. Craue. in tract. de antiq. tem-
po. in vltima parte. numer. 9. Antonius Gabriel in libro iij.
concluſionum tit. de feudis, concluſ. iij. numer. 2. Et hæc fa-
56 ma debet eſſe † centum annorum, ſicuti reſpondit Curtius
Senior in conſ. lxxxiij. Deus prius. columna ij. quo in loco.
colum. penult. ſcripſit plura requiri ad probandam hanc fa-
mam. Et copioſius ſcripſi in d. conſil. cxcj. nu. 73. & in dicto
conſi. cccxc. nu. 32.
Decimaquinta præſumptio & coniectura eſt, quando
57 princeps conceſſit† vtile dominium, reſeruato ſibi directo.
Nam tunc præſumitur feudum. Ita reſpondit Old. in d. conſ.
clix. nu. 6. quem ſecutus eſt Afflic. in d. c. j. nu. 73. ex quibus
cauſis feudum amitta.

Verum

Verum dubito, quia neceſſario non concludit cum eſſe
poſſit emphyteuſis,vel cenſus.
Decimaſexta præſumptio eſt,quando teſtes atteſtantur
58 †rem eſſe feudalem,reddendo rationem ſcientiæ.Alexan.in
conſi.cxxxvj.col,iiij.lib.j.Afflictus in d,c.j,nu.74.ex quibus
cauſis feudum amitta.
Decimaſeptima præſumptio & coniectura,quòd res ſit
59 feudalis†ſumitur ex eo,quod iam prius feudalis extitit. Ita
Afflictus in cap.j.numero ſeptuageſimonono.verſicul. item
præſumitur feudum ex quibus cauſis feudum amitta. Ea ra-
60 tione primò adductus,quod præcedentia†declarant ſequẽ-
tia.l.ſemper,de regulis iuris:vel & ſecunda eſſe poteſt ratio,
61 quia ( inquit Afflictus ) res † deſiderat reuerti ad priſtinam
ſuam naturam.argumen.l.ſi vnus.§.pactus vbi Iaſon nume-
ro ſexto.ff.de pactis .Crediderim tertiam afferri poſſe ratio-
nem quia ſi prius fuit feudalis, ſic & nunc talis præſumitur:
cum mutatio non præſumatur.l.qui teſtamentem.ff.de pro-
batio.& dicemus infra lib.vj.in præſump.xxv.
Decimaoctaua præſumptio eſt, quæ ſumitur à conſue-
62 tudine†& more regionis,vbi res aliquæ concedi ſoleant in
feudum,Ita Brunus in conſilio centeſimouigeſimoſeptimo,
col.viij.ver.quod ſi quintam.
Decimanona præſumptio eſt,quæ colligitur à ſubſecuta
63 obſeruantia,cum ſcilicet res ipſa conceſſa habita † & tenta
fuit pro feudali.Ita poſt alios reſpondit Brunus in d.conſil.
cxxvij.col.vij.verſi.quod ſi quartam aſſumamus.& col.xiij.
ver.quod ſi decimam.
Vigeſima præſumptio & coniectura eſt, quæ ſumitur ex
64 †inſtrumentis antiquis, etiam inter alios geſtis, in quibus
affirmatur rem eſſe feudalem.Ita reſpondit Brunus in conſi.
cxxvij.col.xxiiij.ver.quod ſi duodecimã.poſt Barb.in conſ.
xviij.col.xxiij.lib.ij.
Vigeſimaprima præſumptio eſt,quando alias fuit iudica-
65 tum†eſſe feudum,modo in eo iudicio citati fuerint agnati,
de quorum intereſſe agitur. Ita reſpondit Brunus in dicto
conſilio centeſimouigeſimoſeptimo , columna vigeſima-
quinta,verſi.quod ſi decimamtertiam, ex ſententia Aretini
in conſi.xv,col.iij.

## PRAESVMP. XCII.

### Feudi vel emphyteuſis, inueſtituram primam obſeruandam eſſe, ſecundam verò vel errore vel dolo, ſuſceptam præſumi.

*SVMMARIVM.*

1 *Feudi natura ex inueſtituræ verbis cognoſcitur.*
2 *Inueſtituræ primæ verba attendi debent.*
3 *Inueſtitura prima non reperta,dolo præſumitur ſublata.*
4 *Inueſtituræ ſecunda contraria primæ, per errorem ſuſcepta præſumitur.*
5 *Inueſtituræ renouatio ſecundum naturam primæ intelligitur.*
6 *Inueſtituræ verbis dubijs,interpretatio fit contra dominum.*

CVM de feudi natura diſputatio eſt,ante omnia
1 ad inueſtituræ † verba confugimus. capit.j.de
duobus fratribus à Capita.inueſtit. Decius in
conſi.cxciij.nu.1.latè Cur.Sen.in conſilio 50.
columna 23.Soc.Iun.in conſi.lxxj.nu.1.lib.j.
& Craue.in cõſi.cclj.col.iij.& latiſſime Tiraq.in l.ſi vnquã
in verbo.libertis.nu.8.C.de reuo.don.
Verum cum aliquando à prima inueſtitura variet ſecunda
2 & tertia,ac deinceps aliæ,non poſtremarum ſed primæ†tan
tum verba obſeruari atque attendi debent.Ita Baldus & alij
permulti quos congeſſi in conſi.j.nume.124.& nu.125.lib.
j.& in conſil.cxcj.nu.1.libr.ij.Quibus accedunt Decius in
conſi.cxcij.nume.4.& in conſi.cccclxviij.nume.6.& Crau.
in conſi.cccccxcij.nu.23.lib.iij.qui ob id ſcripſerunt,quod
3 ſi†prima inueſtitura nõ reperitur,dolo ſublata præſumitur.
4 Et accedit,quod ſecunda†inueſtitura primæ contraria, præ-
ſumitur per errorem ſuſcepta.Alexand.in conſilio lv.nume.
24.libr.iiij.& Rolandus in conſi.j.nu.65.& in conſil.xxxiij.
num.50.libr.iiij.Et præterea renouatio inueſtituræ intelligi
5 debet ſecundum † naturam primæ. Ita auctoritate aliorum
ſcripſi in dicto cõſilio primo.numero centeſimouigeſimo-
quinto. quo loci dixi etiam attendi ſecundam & poſterio-
rem inueſtituram,quando ſcienter à prima receſſum fuit.Il-
lud etiam hac in re obſeruandum eſt, quod quando verba
6 †inueſtituræ ſunt dubia,ſumi debet interpretatio cõtra do-
minum,vt reſpondit Ioan.Iacobus de Leonardis inter con-
ſilia Bruni in conſilio centeſimodecimoſeptimo.nume.cen-
teſimotrigeſimoſecundo.

## PRAESVMP. XCIII.

### Feudum antiquum,vel nouum an & quando præſumatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Feudum in dubio antiquum præſumi verior eſt opinio.Contraria huic, altera.nu.4.*
2 *Interpretatio & præſumptio benignior in dubio ſumenda.*
3 *Bona in familia & agnatione conſeruari æquitati conuenit.*
5 *Argumentum à ſenſu contrario debile eſſe,nec habere locum cum aliæ rationes repugnant.nu.6.*
7 *Præſenti ex ſtatu,quando non præſumatur in præteritum.*
8 *Feudum vel antiquum vel nouum eſſe,probandi onus aſſerenti incumbere,quorundam eſt opinio.*
9 *Feudum quale ſit,vbi præſumptiones extant,illis ſtãdum eſt,donec probetur contrarium.*
10 *Feudum vel nouum vel antiquum ex obtinentis poſſeſſione præſumitur.*
11 *Poſſeſſio anteceſſoris,ſucceſſori in feudo prodeſt.*
12 *Feudi pars vna,vel noua vel antiqua,talem arguit & reliquam.*
13 *Feudum antiquum præſumi,temporis antiquitas facit.*
*Idem & vox & fama antiqua.nu.14.*
15 *Fama fidem in antiquis,vel ſaltem efficacem præſumptionem facit.*
16 *Inueſtitura antiqua feudum arguit antiquum.*

QVANDO conſtat rem aliquam eſſe feudalem,
qua de re ſupra diſſeruimus, reuocari in dubiũ
ſolet, an feudum hoc præſumatur nouum, vel
antiquum?De hac diſputatione plures ſunt in-
terpretum opiniones.
Prima fuit eorum , qui exiſtimarunt, feudum præſumi
1 †antiquum. Ita ſcripſerunt Baldus , Aluarotus & Afflictus.
numero ſeptimo.in capitul.primo.in princi.ſi de feudo fue-
rit controuerſ.inter domi.& agna. Alexand. in conſilio xv.
numero ſeptimo.libro quinto. Iaſon in conſilio cxiiij. co-
lumna ſecunda.libro primo.Decius in conſilio cclij.nume-
ro ſexto. verſicul. ſecundò reſpondetur in conſilio cclxix.
numero tertio.& in conſilio ccccxlv.numero quinto.Zaſius
in epitome feudorum parte vndecima. numero trigeſimo-
primo.Thomas Marinus in tract.feudorum tit.ij.de feudo.
ex pacto & prouidentia antiqua.numero trigeſimoſecundo.
in fine,vbi teſtatur ſic fuiſſe deciſum in conſilio illo Neapo-
litano.Eandem probarunt Alba in conſilio ſeptuageſimo-
octauo.numero decimoſeptimo.Rolandus in conſilio ter-
tio.numero tertio.libro j.& Ioſeph Cumia in commẽtariis
ad cõſtitutiones Neapolitanas in c.ſi aliquem in verbo, an-
tiquis.nu.98.Et ij quidem adducti ſunt ex c.j.de ſuc.fratrũ,
ſeu grad.ſucce.in feudo,& ex d.c.j.ſi de feudo fuerit contro-
uerſ.inter do.& agn.Ea quoque ratione vſi ſunt, quod beni-
2 gnior†præſumptio & interpretatio recipienda eſt, l.vlti.C.
qui bo.ced.poſ.& ſcripſi in lib.ij.de arbi.iudicũ caſu cxcix.
nu.6.Eſt autẽ benignior interpretatio & præſumptio,quod
feudum ſit antiquum,ob id,quod admittentur agnati,qui a-
3 lioqui eſſent excluſi.Aequitati enim † conuenit,ſimilia bo-
na conſeruari in agnatione & familia, iuxta ea, quæ ſcribit
Bar.in l.j.§.permittitur.ff.de aqua quoti.& æſtiua.
Secunda fuit opinio eorum, qui ſcripſerunt, feudum in
4 dubio † præſumi nouum,non autem antiquum.Ita Iaſon in
conſilio vigeſimoquarto, numero tertio, libro tertio.&
Afflictus in commentariis ad conſtitutiones Neapolitan.
parte ſecunda. rubric.vigeſimaquarta,de ſucceſſione nobi-
lium.numero quinquageſimo.Et adductus eſt Afflictus ex
capitul.primo.§.cum autem. de controuerſia. inueſtitu. de
cuius ſenſu dicemus infra. Eſt etiã motus auctoritate Baldi
in cap



in capitul.primo.verſicul:his verò.de grad.ſucceden.in feu-
do ſumpto argumento à ſenſu contrario. Quod ſane argu-
5 menti†genus debile eſt:tum quia probabilis & non neceſ-
ſaria eſt Doctoris auctoritas,tum etiam quia argumentum
6 à ſenſu contrario locum non habet, cum alia iura vel†ratio-
nes repugnant,ſicuti hic repugnare demonſtrabimus.
Rectius probari videtur hæc opinio ea ratione & argu-
mento, quo vſi ſunt Alciatus in tractat. de præſumptioni-
bus, regula tertia. præſumptione vigeſimaoctaua. numero
ſecundo.verſicul.& idem credo,& Craue.in tractat.de anti-
quitate tempor.in vltima parte,numero quinto.quod quan-
do quærimus de aliqua qualitate,in qua præſens ſtatus rei,
7 non concordat cum antiquo ipſius rei ſtatu,'ex præſenti†nõ
præſumitur in præteritum,vt ſcribit Bal.in l.ex perſona.col.
j.C.de probat.quem permulti commemorati à Crauetta &
Alciato,ſecuti ſunt.
Atqui primus rei ſtatus repugnat præſenti ſtatui, cum ab
initio quælibet res præſumatur libera. l.altius.C.de ſer.& a-
qua.Ergo in præteritum non præſumitur feudum.
Cæterum nec argumentatio hæc ſatis ſolida.Nã hic con-
ſiderandi ſunt duo caſus.
Quorum primus eſt,quando ex inueſtitura non conſtat
quod antea conceſſum fuerit hoc feudum. Hoc caſu proce-
dit argumentum, quia in præteritum præſumitur, quod res
fuerit libera d.l.altius.
Secundus eſt caſus,quando ex inueſtitura, quæ produci-
tur apparet, quod etiam ante fuit conceſſum hoc feudum,
ſed non conſtat quibus & quo tempore fuerit conceſſum.
Et hoc caſu( qui noſtro conuenit )ex quo conſtat de ipſa
ſubſtantia nempe feudum eſſe:facile præſumitur qualitas
hæc,quod ſit antiquum,tanquam qualitas benignior, vt ſu-
pra diximus.
Tertia fuit opinio eorum, qui dixerunt, quòd aſſerenti
8 †feudum eſſe vel antiquum,vel nouum,incumbit onus pro-
bandi,atque ita in dubio non præſumi, nec nouum, nec an-
tiquum.Ita Alcia.in d.præſumpt.xxviij.nume.2.& apertius
Craue.in d.trac.de antiq.temp.in vlt.par.nu.6. Quorũ opi-
nio quibus iurib.probetur,non vidi hactenus.Et illæ multæ
Doctorum auctoritates, quas ipſi commemorant, loquun-
tur quando aduerſarius aſſerentis, eſt in poſſeſſione ipſius
feudi.At quando nec actor,nec reus poſſidet, & ſic quando
verè ſumus in dubio,nullum ab illis fit verbum ,Quamobrẽ
retinenda eſt illa prima opinio , quod quando non con-
ſtat quo tempore conceſſum fuerit feudum , præſumatur
antiquum.
Declaratur nunc hæc ſententia, vt locum non habeat,
9 quando†extant indicia,& præſumptiones,quę indicant,cu-
ius qualitatis ſit ipſum feudum.Nam illis prçſumptionibus
ſtandum erit,donec contrarium probetur.Ita in ſpecie tra-
dunt Afflictus in cap.j.numer. 7.de gradibus ſucced.in feu-
do,& in commentariis ad conſtitutiones Neapolitanas in
rubr.xxiiij.de ſucceſſione nobilium nume.50.Curtius Iun.
in tract.feudorum.in prima part.q.viij.Alba in conſilio lx.
nu.3.Ioſeph Cumia in d.c.ſi aliquem in verbo, antiquis.nu.
99.qui alios recenſent.Præſumptiones autẽ & indicia con-
ſiderari ſolent multa.
10 Prima eſt præſumptio & coniectura,quæ ſumitur†à poſ-
ſeſſione,in qua reperitur obtinens feudum. Nam illa arguit
feudum eſſe:vel antiquum,vel nouum,vt erit vtilius ipſi poſ
ſeſſori,cuius poſſeſſio transfert onus probandi in aduerſa-
rium,ſic in ſpecie ſcripſerunt Beluiſ.in c.j.de ſucceſ.fratrũ,
Caſtren.in conſi.xliiij.circa præſentem caſum.col.ij.verſ.ſi
verò non conſtaret.& in cõſi.cclxxix. Viſa petitione.col.ij.
ver.ſed in contrarium.lib.ij.Alex.in conſil.x.col.ij.libr.iij.
Iaſ.in prælud.feud.nu.97.in fi.Curtius Sen.in conſi.50.Me
moriæ recolendæ.nu.8.& nu.57.Crottus in l.re coniuncti.
col.vlt.de leg.iij.Affli.in c.j.nu.6.de grad.ſucced.in feudo.
Curt.Iun.in tract.feud.in j.par.q.viij.nu.16.ver.illud tamẽ.
Craue.in tract.de antiq.temp.in vlt.par.nu.6.Alci.in tract.
de præſump.reg.iij.præſump.xxviij.nu.2.Ioſeph Cumia in
d.c.ſi aliquem in verbo,antiquis.nu.99.& in tracta.feudor.
lib.j.in tit.de feudo ex pacto & prouidentia.nu.53.& num.
55.Qui quidem Cumias& Marinus auctoritate aliorum af-
firmarunt:idem eſſe,quando conſtaret defunctum anteceſ-
11 ſorem poſſediſſe,cum illius†poſſeſſio etiã ſucceſſori proſit.
Niſi(aiunt illi)medio tempore alter poſſidere cœpiſſet. Et
præterea,poſſeſſio hæc nil prodeſſet,quando eſſet vitioſa,ſi-
cuti declarat Curt.Sen.in d.conſil.50.nu.57.Et rurſus ſub-
iungit Cumias,præcitato in loco.nu.103. coniecturam hãc
ceſſare,quãdo actor aſſerens feudum eſſe vel nouum, vel an-
tiquum,aliis coniecturis & prçſumptionibus vrgentioribus
ſuam fundauit intentionem.
Secunda eſt conjectura,quando conſtat partẽ ipſius feu-
12 di†eſſe antiquam,vel nouam. Nã tunc idem de reſiduo præ
ſumitur,ne eadem res diuerſo iure cẽſeatur.Ita tradunt Af-
flic.in d.rub.xxiiij.de ſuc.nobilium.nu.50.& Io.Cumias in
d.verbo,antiquis nu.107 & nu.108.
Tertia eſt coniectura, quando probatur feudum longo
13 tempore fuiſſe poſſeſſum.Nam temporis antiquitas arguit
feudum eſſe antiquum:ſicuti econtra,quando conſtat modi-
co tempore fuiſſe poſſeſſum,præſumi debet nouum. Ita de-
clarant Afflict.in d.rub.xxiiij.de ſuc.nob.nu.50.& Cumias
præcitato in loco.n.104.qui ſcribit,hoc procedere ſine du-
bio cum ſit cõmunis opinio,feudum ob temporis antiqui-
tatem cenſeri antiquum.Et in ſpecie,prædictis accedunt A-
lex.in conſi.xv.nu.7.lib.v.Soc.Sen.in conſi.lxvj.col.v.libr.
iij.Io.Iac.Leonardus inter conſilia Bruni in conſi.cxiiij.nu.
437.& nu.446.& Craue.in trac.de antiq.temp.in vlt.parte.
nu.1.ver.feudum etiam,cum dixerunt feudum præſumi an-
tiquum,ob antiquitatẽ poſſeſſionis,quando antiquitus fuit
poſſeſſum per prædeceſſores vaſalli.
Quarta eſt cõiectura & præſumptio,quæ à communi vo-
14 ce & fama † antiqua ſumitur. Nam hæc arguit feudum eſſe
antiquum,quemadmodum in ſpecie reſpondit Socinus Se-
nior in conſilio clxvj.columna quinta.libro ſecundo, quem
ſecutus eſt Crauetta in dicta vltima parte.numero 9. In an-
15 tiquis enim fama†probationem facit:vel ſaltem efficacem
præſumptionem,Ita è contra præſumerem eſſe nouũ,quan-
do extat communis vox & fama,quod nouum ſit.
Quinta eſt cõiectura & præſumptio,quæ ſumitur ex ver-
16 bis enuntiatiuis inueſtituræ.Nam ſi inueſtitura†eſt antiqua
arguunt verba illa eſſe feudum antiquum. Ita reſpõdit Ale-
xander in conſilio decimoquinto. columna ſecunda. libro
ſecundo.quem ſecutus eſt Crauetta in dicta tracta.de antiq.
tempo.in vltima parte.numero decimo.ſic econtra quando
verba enuntiatiua ſunt, feudum eſſe nouum præſumi debet
nouũ.Quocirca,ſi legitur in inueſtitura,conceſſum eſſe feu-
dum iure antiqui feudi, ſignificant illa verba, iure antiqui
feudi,feudum antea fuiſſe nouũ,quod tamen hodie aſſumit,
naturam feudi antiqui,vt ad rem ſcripſit Alcia.in d.præſum.
xxviij.nu.2.verſi.quod intellige,& copioſe ſcripſi in conſil.
clx.nu.25.& nu.27.lib.ij.

## PRAESVMP. XCIIII.

### Feudum an præſumatur hæreditarium, vel potius ex pacto & prouidentia.

*SVMMARIVM.*

1 *Feudum hæreditarium,præſumi,vna eſt DD.opinio.*
*Alia opinio refertur.nu.7.*
1 *Idque procedere etſi in inueſtitura dictum ſit,pro ſe hæredibus & ſucceſſoribus maſculis.*
2 *Proſpicere ſibi hæredibusq́; præſumitur quilibet.*
3 *Feudum hæreditarium dici,nomine hæredis in inueſtitura expreſſo.*
4 *Feudi natura eſt,vt ad ſuos tantum,non autem extraneos tranſeat.*
5 *Feudum venire in petitione hæreditatis,quando verum ſit.nu.6.*

DISSERAMVS nunc, an in dubio feudum præ-
ſumatur hæreditarium , vel potius ex pacto &
prouidentia ? Hac de re ſunt Doctorum contra-
1 riæ opiniones, quarum prima eſt, quod † hære-
ditarium præſumatur, Hanc probarunt Iſernia in capitul.
primo.numero primo.verſicu.& quando conceditur.in tit.
an agnatus,vel filius.& in capitul. primo. numero nono. &
numero decimo.de alien.feudi paterni.& aliis multis in lo-
cis.Baldus in l.liberti libertæque.verſicul.quæro, de eo.C.
de oper.libert.& in dicto c,j.an agnatus,vel filius & ibidem
Aluaro.Caſtren.in conſi.ij.nume.18.& in conſil.iij.num.9.
lib.j.

lib.j.Comenſ.in conſi.ccclxvj.Alexand.in conſil.xviij.col. iij.& in conſi.xxvj.nu.3.lib.v.Soci.Sen.in conſi.cclvij.col. penul,verſi.tamen oſtendo.lib.ij.Afflictus in præludiis feudo.numer.99.qui hinc inde argumenta deducit: & tandem ait,nil in conſilio Neapolitano fuiſſe deciſum.Idem in ca.j. numer.24.de aliena.feudi paterni.Curtius Iun.in conſil.iij. nu.4.Rubeus in conſi.xviij.in conſi.lxxxiiij.nu.3.& in cõſi. lxxxv.nu.4.Brunus in conſi.viij.num.14.Zaſius in epitome feudorũ.parte iiij.nu.6.Pernus in conſi.vj.col.ix.& in conſ. viij.col.iij.Euerardus in centuria legali, in loco à feudo ad emphyteuſim.col.iij.ver.& inter alia.

Et ij quidem ea prima ratione moti ſunt,quod quis in du
2 bio cenſetur proſpicere ſibi & †hæredibus ſuis.l.ſi pactum. ff.de probatio.& cap.j.de duobus fratribus.Eſt ergo perinde,ac ſi in conceſſione feudi expreſſum fuiſſet nomen hære-
3 dis.Atqui quando hæredis †nomen expreſſum eſt in inueſtitura,feudum dicitur hæreditarium,vt tradunt permulti à me congeſti in conſi.ciiij.nu.6.lib.j.

Ergo etiam in dubio hæreditarium præſumitur.

Verùm huic argumento reſpondet Thomas Marinus in tract.feudorum.in tit.de feudo ex pacto & prouidentia.nu. 55.& aliorum, argumentum procedere reſpectu animi acquirentis,qui dicitur voluiſſe proſpicere ſibi & hæredibus, & ita procedit dicta l.ſi pactum. Secus verò eſt reſpectu animi concedentis, qui præſumitur voluiſſe concedere ſolum
4 pro ſe,& eius deſcendentibus,ſecũdum naturam †feudi,quæ eſt,vt ſolum tranſeat ad ſuos,nõ autem ad extraneos. Et hoc in caſu declaratur dicta l.ſi pactum.quæ locum non habet in his,quæ ſui natura non tranſeunt ad extraneos hæredes,ſicuti declarat gl.ibi,quam in ſpecie noſtra ſecuti ſunt Oſaſcus in dec,clxj.nu.12.in fi.& diximus ſupra in præſumpt.xlvij. dum declarauimus, quando acquirens præſumatur acquiſiuiſſe etiam pro hæredibus.

Nec repugnat d.ca.j.de duobus fratrib.quia ibi expreſſe actum fuerat,vt feudum perueniret etiam ad hæredes recipientis,ſicuti declarat Oſaſcus in d.deciſ.clxj.nu.14.

5 Secundò, ea ratione alij vſi ſunt, nempe, quod † feudum venit in petitione hæreditatis,vt inquit gl.in l.item veniũt. ff.de petitio.hære.Ergo hæreditarium præſumitur.Ita argumentatur Affli.in prælu.feu.nu.99.

Cæterùm facile reſpondetur, quod tunc demum feudum
6 venit in petitione †hæreditatis,quando apparet eſſe hæreditarium,non autẽ hoc demonſtrat, quod regulariter feudum præſumatur hæreditarium.

Secunda fuit opinio eorum,qui ſcripſerunt, quod imò in
7 dubio feudum † præſumitur ex pacto & prouidentia. Hanc probarunt ſibi parum Conſtantes,Baldus,Iſernia, Caſtrenſis,& Alexander quos recenſet Oſaſcus in dict.deciſio.centeſimaſexageſimaprima. numero duodecimo. qui pariter commemorat Iaſonem,Decium,Bertachinum,Caſſaneum, Afflictum,Brunum,Marſilium,Curtium Iuniorem, Ripam, Socinum Iuniorem,Pernam,Sigiſmundum,Lofredum,Didacum,Pariſium, Neuizanum, Gozadinum, Iulium Clarũ, Modernum Pariſien. & Beroum. Et his accedunt Ioſeph Cumia in commentarijs ad capit.ſi aliquem.in verbo, antiquis.numero centeſimodecimonono.& numer. centeſimotrigeſimoquarto.Thomas Marinus in tractat. feudorum libro primo.in titu.de feudo ex pacto & prouidentia. numero quinquageſimotertio, & quinquageſimoquinto. & Myſingerius in commentariis obſeruatio.centuria quarta, obſerua.ij.qui teſtatur,cameram Imperialem ita iudicaſſe. Et prædicti quidem adducti ſunt multis rationibus & argumẽtis, quæ diligenter & accuratè commemorantur ab Afflicto in præludiis feudorum.numero nonageſimoſeptimo,ab Oſaſco in dicta deciſione centeſimaſexageſimaprima. numero quinto,cum ſubſequentibus.& à Thoma Marino loco ſupracitato.

Extenditur,vt locum etiam habeat hæc ſententia, quan-
8 do in inueſtitura †fuiſſet dictum,pro ſe hæredibus & ſucceſſoribus maſculis,&c.Nam adhuc præſumitur feudum ex pacto & prouidentia non autem hæreditarium. Quandoquidem in feudalibus hæc verba,pro hærede maſculo,interpretantur pro filio,ſicuti ſcribũt permulti à me congeſti,in conſilio centeſimoſexageſimo.numero 40. & tradit Myſingerius in d.obſerua.ij.

PRAESVMP. XCV.

Feudum rectum & proprium in dubio præſumi.

*SVMMARIVM.*

1 *Feudum rectum & proprium præſumi in dubio.*
*Idque procedere, propria & recta feudi nam alterata aut immutata, numero 2.*
3 *Feudum pro quo annuus cenſus præſtatur,feudum non eſſe proprie.*
4 *Feudum emptitium,feudum improprie dici.*
5 *Feudo conceſſo,pacto adiecto,vt nullum præstetur ſeruitium ab eius natura receſſum dicitur.*
6 *Feudum conceſſum pro maſculis & fœminis,improprium dicitur in eo quod ad fœminas tranſit.*
7 *Feudorum natura conſiderari poteſt dupliciter.*
8 *Feudi naturam,ſecundum regionis morem attendi potius,quam quæ ſecundum ius ſcriptum eſt.*
9 *Feuda propria in foro Iulij & ea dici , pro quibus annuus cenſus ſoluitur.*
10 *Feudum improprium cenſetur,ſi ex inueſtituræ verbis id appareat.*
11 *Feudi proprij naturæ repugnat alienandi facultas.*

1 ESt vera hæc iuris & interpretum ſententia,feudum † in dubio præſumi rectum & proprium. Ita glo.Baldus & Aluarotus in capit.j.§.præterea.Quid ſit inueſtitura, & Thomas Marinus in tract.feudorum in titu.de feudo ſimplici & recto.numer.3. & ſcripſi in conſi.j.nu.312.& in conſi.clxxxj.numer.71. vbi alios plures huius opinionis Doctores cõmemoraui. Quibus accedunt Perna in conſi.viij.numero 10.Craue.in conſilio dcxxiiij.& Doctiſſimus Antonius Sola in commẽtariis ad Decreta Pedemontium,in titu.de feudis.in glo.Rubricę nu.1.Et quæ dicantur de natura feudi recti & proprij, copioſe ſcribit Thomas Marinus in tit.de feudo hab.propriã naturam feudi.

Extenditur primò,vt locum habeat etiam ſi propria & re-
2 cta ipſa feudi †natura,alterata atque immutata fuit. Nam & tunc quo ad reliqua retinet rectam & propriam feudi naturam capitu.j.de feudo non habente propriam naturam feudi.ibi.licet propriam naturam feudi non habeat, iure tamen feudi cenſetur.Et manifeſte reſpondit Roma.in conſil. lxx.
3 numero 2.quod licet feudum , † pro quo præſtatur cenſus annuus,non ſit proprie feudum : attamen ſi in aliqua diſpoſitione feudi mentio facta eſt, intelligitur etiam comprehẽſum hoc feudum. Et Romanum ſecuti ſunt Præpoſitus in prohemio Feudorum columna vij.verſicul.& proinde, Decius in conſil.cxciij.nume.5.Curtius Iunior in tract.feudorum,in prima parte,q.vj.Crauet.in conſi.ccclxxiij.nu.28.& in conſi.cccclxxij.nu.18.Natta in cõſi.cccclxvij.nu.12.lib. ij.Thomas Marinus in tract.feudorum.lib.j.ti.xxj.de feudis degenerantibus. Et in ſpecie magis ſcripſit idem Thomas Marinus in titu.de feudo non habente propriam naturam feudi,nu.7.hæc feuda dici,& non impropriè niſi in his tantum,à quibus pacto eſt receſſum à feudi natura. Ita quoque Modernus Pariſien.in commentariis ad conſuetudines Pariſien.in tit.j.§.xxx.nu.100.in fi.dixit,ꝙ etſi feudum empti-
4 tium †eſt feudum improprium, ob id, ꝙ eſt contra naturam feudorum,quæ gratuito ſolent concedi:attamen in reliquis retinet naturam feudi,& feudi nomen,& dicitur(ait ille)verum feudum,& regulatur in omnibus tanquam feudum. Idẽ
5 eſt,quando feudũ conceſſum eſt,†adiecto pacto, quod nullum ſeruitium præſtetur. Nam & tunc remanet feudum:& ſi à feudi natura in eo receſſum eſt,vt ſeruitium non pręſtetur. Ita affirmarunt Baldus in l.prima.quæſtio.vj.ff.de rerum diuiſio.Præpoſit.in prohemio feudorum colum.vj.verſicul.& proinde;Sigiſmundus Lofredus in conſil.j.numer.177.Rolandus in conſi.ij.nu.135.libr.j.Siluanus in conſi.xlij.nu.5. Franciſcus Dec.in conſi.cj.nu.74.& eruditiſſimus Ludouicus Molina Hiſpanus in libro j.de Hiſpano.primogen. cap. xiij.numero 15.Sic etiam quando feudum eſt cõceſſum pro maſculis & fœminis,dicitur quidem impropriũ, quo ad id, quod tranſit ad fœminas, in reliquis verò eſt proprium. Ita reſpondi in conſilio cccc.nume.6.lib.iiij.& idem conſuluit

Io.Ba



Io.Baptiſta Ferrettus in conſ.clxxviij.nu.18.qui ſic reſpondit de feudis Caſtri Sancti Danielis patriæ Fori Iulij, conceſſis à Sereniſſimo Dominio Venetiarum, Gabrieli de Pithianis. De quibus quidem feudis cum eſſet controuerſia inter ipſum Sereniſſimum Dominium,& Illuſtriſſimum Patriarcham Acquileienſem,ſic reſpondi pro ipſa Sereniſſima Republica. Et præter iam dicta conſiderabam illa dici verè & propriè feuda,cum non repugnent naturæ feudorum, ſecundum morem, & conſuetudinem ipſius patriæ Fori Iu-
7 lienſis. Natura enim feudorum † conſiderari poteſt dupliciter,nempe ſecundum ius ſcriptum feudorum,& ſecundum mores & conſuetudines regionum. Ita declarat Thomas Marinus in tracta.de feudis.in tit.de feudo nõ habente propriam naturam feudi.numer 6.Et hæc quidem natura feudi
8 †ſecundum morem regionis attendi magis debet, quam illa,quæ eſt ſecundum ius ſcriptum, vt decidit Guido Papæ. in quæſtio.lix.poſt Hoſtienſem, quem commemorat. Porro ſecundum morem ipſius regionis Fori Iulij, feuda etiam
9 illa propria †dicuntur,pro quibus annuus cenſus præſtatur.

Declaratur hæc præſumptio,vt locũ non habeat, quan-
10 do †colligitur ex verbis inueſtiturę eſſe feudum impropriũ, & non rectum.Ita tradit poſt alios Thomas Marinus iñ dicto titulo,de feudo non habente propriam naturam feudi, numero quarto.Et ibi numer.quinto.ſubiungit exemplum, quando feudum eſt conceſſum pro ſe,& quibus dederit.Nã cum his verbis cenſeatur data alienandi facultas, id quod
11 †repugnat naturæ feudi proprij,dicitur alterare ipſum feudum,& efficere illud feudum non rectum & improprium.Id quod in ſpecie reſponderunt etiam Curtius Iun.in conſilio cxxx.numero 7.Campegius inter conſilia Bruni in conſilio xj.columna ij.& Craue.in conſilio cccclxxij.numer.10. qui tamen aliud eſſe dixerunt,quando conceſſio facta eſt, pro ſe & his,quibus legitime dederit.Reliqua exempla feudi improprij ſunt apud Thomam Marinum præcitato in loco, & in duob.tit.ſubſequentibus.

PRAESVMP. XCVI.

Caſtrum an præſumatur à principe infeudatum, vel donatum,aut cuſtodiæ traditum.

*SVMMARIVM.*

1 *Caſtrum cauſa cuſtodiæ conceſſum præſumi.*
*Niſi titulus habilis ad transferendum dominium præceſſerit.nu.4.*
*Aut traditionis verba id ſignificarent.nu.5.*
2 *Dominij tranſlatio non præſumitur in dubio.*
3 *Clauium traditionem cauſa cuſtodiæ factam præſumi.*

1 CONTINGIT aliquando Principem concedere ſeu tradere alicui caſtrum, non expreſſo titulo quo tradit,quare dubitari ſolet, quo titulo & modo tradidiſſe dicatur? Et præſumi †traditum cauſa cuſtodiæ,reſpõdit Brunus iñ conſilio lxxxvij.nu.1.& 2.

Ea ratione moti ſunt, quia vbi ignoratur cauſa traditio-
2 nis,præſumitur cauſa cuſtodiæ,cum dominij † tranſlatio in dubio non præſumatur.l.cum pater.§.pater pluribus.de legatis tertio.vbi Barto.idem Barto.in l.prima numero quarto.ff.pro dote.& in l.ſub conditione.in fi.ff.de ſolutio.Aretinus in capitu.examinata.numero decimooctauo.de iudic. Dec.in l.ſemper in obſcuris.nu.7.ff.de regu.iur.& in l.ſi paſcenda.nu.15.C.de pact.

Huc facit quod ſcriptum reliquit Lucas de Penna in l.iij. præſumptione vigeſimanona.C.de apochis publ. libro de-
3 cimo.Clauium †traditionem præſumi factã cauſa cuſtodiæ, loci,qui à clauib. illis clauditur & reſeratur.l.dominus horreorum.ff.locati,& d.l.cum pater.§.plurib. Idem ſenſit Iaſon in conſi.ccviij.in fi.lib.ij.

Declaratur primò, hæc doctrina, vt locum non habeat,
4 †quando præceſſit titulus habilis ad transferendum dominium:vt ſi eſſet titulus venditionis, vel donationis : vel alius ſimilis. Nam tunc præſumitur traditio facta cauſa transferendi ipſum dominium. Ita declarat Bartol.in dicta l.prima. numero 4.ff.pro dote:& in d.l.ſub conditione.in fine.ff.de ſolutio.Brunus in d.conſil.lxxxvij. numero primo. & Curtius Iunior in l.cum quid.numero decimoſeptimo.ff.ſi certum petatur.

Declaratur ſecundò non habere locum quando verba
5 †traditionis ſignificarent tranſlationem dominij,vt ſi princeps dixiſſet,do,aſſigno,vel alio ſimili verbo vteretur:ſicuti diximus ſupra hoc libro in præſumptio.trigeſima.vbi de re data à patre filio, an præſumatur donata, vel in peculium conceſſa.

PRAESVMP. XCVII.

Caſtro in feudum dato, vel donato, vel vendito, quando iuriſdictio,& merum ac miſtum imperium, conceſſum præſumatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Caſtro ſimpliciter à principe conceſſo,in quo aliqua iuriſdictio exerceri non conſueuit,non præſumitur conceſſa iuriſdictio.*
2 *Caſtrum quid muro cingitur,dici.*
3 *Territorium dicitur,id quod extra muros caſtri continetur.*
4 *Separatorum aut diuerſorum conceſſo vno,non præſumitur conceſſum aliud.*
5 *Caſtrum à iuriſdictione quid ſeparatum eſſe.*
6 *Territorium ſine iuriſdictione, & iuriſdictionem ſine territorio conſiſtere.*
7 *Acceſſorium in tranſlatione principalis,quando non contineatur.*
8 *Iuriſdictionem non eſſe acceſſorium caſtro omnino cohærens.*
9 *Reſcripta quibus iuriſdictio ordinarij alteri demandatur ſtricte interpretari.*
10 *Toto tranſlato,cenſentur omnes ipſius partes tranſlatæ.*
11 *Principali conceſſo cenſentur tributa illi cohærentia.*
12 *Caſtrum ſeu territorium,ſignificare vniuerſitatem quandam reſpectu nominis ſui.*
13 *Beneficia principum ſtricte interpretanda quando tertius læditur.*
14 *Caſtro ſimpliciter conceſſo in quo iuriſdictio & imperium exerceri conſueuit,illa quoque conceſſa præſumitur.*
15 *Caſtro cum iuriſdictione conceſſo,merum imperium conceſſum præſumi.Dyni fuit opinio.*
16 *Caſtrum in limitibus imperij , ſine principis licentia ædificari vetitum eſſe.*
17 *Conceſſionis à principe factæ,verba latiſſima interpretanda ſunt.*
18 *Iuriſdictionis nomine merum imperium demonſtrari ſignificatione larga.*
19 *Beneficia principum late interpretantur,niſi ſtricta interpretatio à lege approbatur.*
20 *Beneficia principum non comprehendunt ea,quæ requirunt ſpecificam mentionem.*
21 *Imperium miſtum ſui natura conceſſibile eſt & delegabile.*
22 *Genus idem quod ſpecies operatur.*
23 *Iuriſdictionis conceſſione generali,non conceſſum dici merum imperiũ, eſt opinio Baldi.Angeli & aliorum.Diſtinguit Fel.nu.32.*
24 *Legem condere meri imperij eſt.*
25 *Verba etiam in materia fauorabili,ſi poſſunt,in ſpecie an ſumenda ſint. nume.26.*
27 *Imperium merum ex regalibus eſſe.*
28 *Regalia ſpecialem requirunt conceſſionem.*
29 *Regalium facta mentione in conceſſione aliqua,ſermone etiam generali illa contineri.*
30 *Magiſtratuum creandorum poteſtas iuriſdictionis eſt.*
31 *Imperium merum,venit appellatione iuriſdictionis in genere.*
33 *Caſtrum quod ciuitati ſubeſt,cum iuriſdictione princeps concedendo, non præſumitur concedere merum imperium.*
*Niſi tamen cum omni vel tota iuriſdictione conceſſerit.nu.34.*
35 *Caſtro cum iuriſdictione conceſſo, ſi aliqua meri imperij princeps ſibi reſeruarit,reliqua præſumuntur conceſſa.*
30 *Mandato procuratoris generali quando comprehendantur etiam quæ ſpeciale mandatum requirunt,*
37 *Regalia iuriſdictionis conceſſione contineri, caſu quo aliqua reſeruata ſint.*
38 *Caſtro conceſſo cum iuriſdictione & omnibus ſuis pertinentijs, dicitur conceſſum merum imperium.*
39 *Caſtrum concedens cum iuriſdictione, quod ciuitati nõ ſubeſt, princeps etiam cum mero imperio præſumitur conceſſiſſe.*

*Iuriſdictio*

capitu.quod ſedem,numero trigeſimo. & dicemus infra in
ſubſequenti caſu principali, qui erit ex ordine quartus. Aut
(inquit Felinus)princeps donauit Caſtrum cum iuriſdictio-
ne,& tunc conceſſiſſe dicitur etiam merũ imperium. Et hoc
in caſu locum habet opinio illa prima Dyni, Oldradi, &
aliorum.

Cæterùm nec opinio hæc retinenda eſt,quia Felynus non
probat lege,vel ratione ſecundum illud diſtinctionis mem-
brum,quod nunc venit in controuerſiam. Quartam itaque
opinionem aliquando conſiderabam, vt diſtinguantur duo
caſus,ſicuti conſideraui ſuprà in conceſſione Caſtri ſimpli-
citer facta. Primus eſt, quando Princeps conceſſit Caſtrum
33 †cum iuriſdictione,quod quidem Caſtrum ſubeſt Ciuitati,
à quo regitur, & moderatur. Hoc caſu præſumitur Princi-
pem voluiſſe concedere ſolam ipſam iuriſdictionem : non
autem merum imperium. Et hoc in caſu procedit illa ſecun-
da opinio Baldi, Iaſonis, & aliorum. Nam hic verſamur in
odioſis,cum agatur de præiudicio Ciuitatis, & ob id verba
debent ſtrictè,& in ſpecie intelligi.

Hic tamen caſus declaratur primò non habere locum,
34 quando Princeps conceſſiſſet Caſtrum cum omni, † vel to-
ta iuriſdictione, Nam tunc conceſſiſſe dicitur etiam merum
Imperium. Ita gloſſ.in clement.j.in verbo, omnimodam.de
foro competen.Iaſon in d.l.Imperium.numero 12.de iuriſ-
dict.omnium iudic.Felynus in d.capitu.quod ſedem.nume-
ro 3.de officio ordina.Curtius Iunior in l.prima.numer.50.
ff.de officio eius.Pariſius in conſi.ix.nume.3.lib.j.& Dida-
cus in libro pract.quæſtio.c.j.nu.10.verſi.primùm etenim,
reiecta opinione Bal.in d.c.quanto,nu.7.in fin.de iudiciis,
qui contrarium aſſeruit.

Declaratur ſecundò non procedere quando Princeps,
conceſſo Caſtro cum iuriſdictione,ſibi aliqua meri Imperij
35 reſeruauit. Nam tunc reliqua, † quæ meri Imperij ſunt cen-
ſentur conceſſa. Ita in ſpecie declarat Pariſius in conſil.viij.
numero 7.& in conſi.ix.numer.11.libro j.& fortiori in caſu
idem ſcripſit Modernus Pariſien.in commentariis ad con-
ſuetud.Pariſien.titu.j.§.j.gl.v.nume.60.Et præter rationes
ab eo conſideratas,confert regula capit.qui ad agendum.de
36 procurat.in vj.vbi in generali†mandato procuratoris,con-
tinentur etiam ea,quę requirunt ſpeciale mandatum,ſi in eo
mandato excepta fuerunt aliqua ex his, quæ ſpeciale man-
datum poſtulant. Et ſimile admodum eſt, quod in conceſ-
37 ſione iuriſdictionis,non continentur†regalia,niſi aliqua ex
regalibus fuerint reſeruata, vt poſt Alciatum, & alios dice-
mus infrà. Idem reſpondit Decianus in conſi.cxxiij.nu.39.
libro ſecundo.

Declaratur tertiò, vt locum non habeat, quando Prin-
38 ceps conceſſit†Caſtrum cum iuriſdictione,& omnibus ſuis
pertinentiis. Nam & tunc dicitur conceſſum etiam merum
Imperium. Ita reſpondit Pariſius in conſi.ix.num.16.& nu-
mero 20.lib.j.

Quartus eſt caſus, quando Princeps conceſſit Caſtrum
39 cum iuriſdictione,†& Caſtrum ipſum à ſolo Principe admi
niſtratur,ex quo Ciuitati non ſuberat,& ita agitur ſolùm de
damno ipſius Principis concedentis. Hoc caſu dicitur con-
ceſſum etiam merum Imperium. Nam conceſſio hæc fauo-
rabilis eſt,& latiſſime interpretanda ex quo eſt beneficium
Principis. Et hoc in caſu procedit prima illa opinio Dyni,
Oldradi,& ſequacium.

Quintus eſt caſus,quando Princeps non donauit, vel ali-
ter tranſtulit Caſtrum : ſed ſolum conceſſit iudici & magi-
ſtratui exercitium iuriſdictionis ſiue in ipſo Caſtro, ſiue in
ciuitate. Hoc caſu dubitatio magna eſt, an præſumatur vo-
luiſſe concedere merum ipſum imperium? Receptior tamen
40 opinio Doctorum eſt,quod†etiam merum imperium con-
ceſſiſſe præſumatur. Ita Baldus in l.tertia.§.vltimo.ff. de of-
ficio præfecti vrbi. Abbas in capitul. quod ſedem. numero
octauo.de officio ordina. Alexand.in l.prima.in princip.nu-
mero ſexageſimoſexto,ff.de officio ejus.& in conſilio tri-
geſimoquinto.libro quarto. Decius in l.imperium.numero
27.de iuriſdict.omnium iudic.idem in capit. licet cauſam,
columna prima.de probatio. Curt.Iunior in l.prima.nume-
ro 50.& 53.ff.de officio ejus & in l.imperium.numero 42.
verſicu.poſtremo.ff.de iuriſdict. omnium judi. Alciatus in
capitul.quod ſedem,nume.30.de officio ordina.& Didacus
libro practic.quæſtio,capitul.primo. columna vltima.ver-
ſicu.quartò,& regulariter. Et hæc quidem ſententia ſequen-
da eſt,etſi ab ea diſſenſerint Alexand.& alij plerique à præ-
dictis relati.

Sextus eſt caſus,quando agitur de regalibus. Tunc enim
41 †conceſſo Caſtro cum iuriſdictione, in ea conceſſione non
comprehenduntur merè regalia. Cum neceſſaria ſit ſpecifi-
ca regalium nominatio,vt conceſſa dicatur. Ita ſcribũt Ga-
ſpar Vallaſcus in l.imperium.numero 50.ff.de iuriſdic.om-
nium judic.& ibidem Iacobinus à Sancto Georgio.numer.
14.Calcaneus in conſi.cxx.col.j.Alciatus in capit,quod ſe-
dem.numer.28.& nu.29.de officio ordina.& Didacus in d.
cap.j.numero 10.Moderni Pariſienſes in commentariis ad
conſuetudi.Pariſien.in titu.j.§.j.gloſſ.v.numero 55.& 56.
Idem decidit Boerius in quæ.50.nume.12.qui ob id ait, in
hunc vaſallum non tranſire facultatẽ condendi leges,crean-
di magiſtratus,cudendi monetam,& alia regalia commemo
rata in capitul.j.quæ ſint regalia. Hæc enim adeò inhærent
42 † pſonæ principis,vt euelli ab ea vix poſſint,vt ſcribit Boe-
rius in d.q.50.nu.13.qui ſubiungit,non ſufficere conceſſio-
nem generalem, ſed requiri omninò ſpecificam cum certa
ſcientia,& Moder.Pariſien.præcitato in loco.vbi nume.60.
declarat,niſi in conceſſione aliqua ex regalibus reſeruaſſet,
qua de re ſupra attigi.

Septimus eſt caſus,quando priuatus aliquis, vt puta vaſal
43 lus vendit Caſtrum, † an præſumatur etiam iuriſdictionem
vendidiſſe. Bart.in l.inter eos.ff.de acquir.rer. do.diſtinguit
tres alios caſus.

Quorum primus eſt, quando iuriſdictio cohæret perſo-
næ. Hoc caſu iuriſdictio non tranſit in emptorem : atque ita
non cenſetur vendita. Ita ſcripſit præcitato in loco Bartolus
quem ſecuti ſunt Roman.in l.tertia.in princip.numero no-
no.de acquiren.poſſeſſio,Barba.in capi.Rodulphus,nu,82.
de reſcript,

44 Et huius ſententiæ ea eſt ratio, quia iura † perſonalia co-
hærent(vt dici ſolet)oſſibus ipſius perſonæ,& ob id nõ poſ-
ſunt in alium transferri.l.vt pomum.ff de ſerui,l.pater.ff.de
ſeruitu.lega.& l.prima.ſi hæres.ff.ad Treb. Et confert quod
docuit Baldus in l.à procuratore.C.manda.cum dixit,quòd
ſi vaſallus vendit fundum in quo ſolebat habere domum, in
qua habitabant exactores ſui ad colligẽdum pedagium, vel
fundum,in quo erant erectæ furcæ ad ſuſpendendum delin-
quentes,eo fundo vendito : non continetur iuriſdictio ſeu
facultas illa exigendi pedagium & merum illud imperium,
cum illa non fundo ſed perſonæ adhæreant. Hic caſus non
45 habet locum, quando quantitas ipſius † pretij ſignificaret
venditorem hunc voluiſſe vẽdere etiam iuriſdictionem. Ita
declarat Barbat.in d.c.Rodulphus.nu.38.ver.poſſet etiam,
&c.& infra repetam.

46 Quando vero iuriſdictio † cohæret loco, & ita ſecundus
eſt caſus ſecundum Bartolum, tunc ſub venditione Caſtri
continetur etiam iuriſdictio. Ita Bartolus in d.l.inter eos.
Et illum ſecuti ſunt Barba.in d.capit.Rodulphus nume.82.
Vallaſcus in l.imperium.numero quinquageſimoquinto.ff.
de iuriſdict.omnium iudicum.congeſti à Didaco lib.pract.
quæſtio.capit.j.numero decimo.dum relata hac Bartoli tra-
ditione,propoſuit concluſionẽ,quod conceſſo Caſtro, cen-
ſetur conceſſa iuriſdictio ei cohærens, & loquitur abſolute
Didacus,ſiue facta ſit conceſſio à principe,ſiue à priuato. Et
his accedit Romanus in l.iij.in prin.numero.nono.verſicu.
ſecundo.caſu de acquiren.poſſeſ. Et ſententiam hãc egregie
ſatis probat.l.teſtator.§.j.de leg.j.

47 Non habet locum hic caſus,quando quantitas†pretij ar-
gueret contrahentes non ſenſiſſe de ipſa iuriſdictione. Ita
colligo ex Barb.in dicto capitulo Rodulphus, nume.octua-
geſimotertio. de reſcriptis. Et conferunt quæ ſcripſi ſu-
pra in præſumption. ſeptuageſimatertia, dum explanaui:
quæ præſumantur comprehenſa in emptione, ex quantita-
te pretij.

Eſt etiam tertius caſus huius ſeptimi, quando verè ſu-
48 mus in dubio, Hoc ſanè caſu præſumitur † iuriſdictionem
cohærere Caſtro,& ob id ſub ipſa Caſtri venditione conti-
netur. Ita Bartolus in d.l.inter eos. Et idem docuit Roman.
præcitato in loco.ſcripſerunt alij congeſti à Boerio.quæſt.
50.numero 11.

PRAE



## PRAESVMP. XCVIII.

Caſtro recognito in feudum à Principe, an præ-
ſumatur etiam recognita iuriſdictio,& imperium ſeu
territorium.

*SVMMARIVM.*

1 *Caſtrum recognoſcens in feudum à principe,iuriſdictionem,imperium & territorium non præſumitur recognouiſſe.*
*Niſi id ex recognitionis verbis colligi poſſit.nu.2.*

CONVENIT maximè, vt nunc explicemus,
quando quis ſcienter recognoſcit Caſtrum à
Principe in feudum , an præſumatur etiam
recognouiſſe iuriſdictionem , imperium &
territorium? Oldradus in conſi.cxxj.num.6.
reſpondit multis rationibus & argumentis, non præſumi
1 † recognouiſſe iuriſdictionem , imperium , & territorium.
Quam quidem ſententiam ſecuti ſunt Albericus in l. Impe-
rium.colum,xv.ff.de iuriſdict.omnium iudicum.& in l.vlti.
colum.vlt.C.eo.Baldus & Alua.in c.j.de Capita.qui curiam
vend. Iacobinus in inueſtitura feudali.in verbo,De Caſtro
rubei montis.num.6.& in verbo, Dictique vaſalli promiſe-
runt.nume.2.Modern.Pariſien.in commentariis ad conſue-
tud.Pariſien.tit.primo.§.primo,gloſſ.v.numro ſexageſimo-
primo. Boerius in q. 50. numero vndecimo. & Dionyſius
Pontanus in commentariis ad cõſuetud.Bleſenſes.tit. quin-
to.artic.ſexageſimoquinto.§.xx.colum.iij. & iiij. Et motus
eſt Oldradus multis argumentis , quorum aliqua comme-
moraui ſuperiore præſumptione in primo caſu ; & alia ad-
iungit Iacobinus, quem ſupra retuli,

Declaratur prædicta traditio , vt locum non habeat,
2 quando † ex aliquibus recognitionis verbis colligi poteſt
vaſallum hunc voluiſſe recognoſcere etiam iuriſdictionem,
imperium & territorium ; vt puta ſi dixit,recognoſcere ple-
no ſtatu , vel cum omni iure. Ita Iacobinus & Modern. Pa-
riſien.in locis ſupra allegatis.

## PRAESVMP. XCIX.

Feudo Caſtri, vel Oppidi conceſſo,vel recogni-
to,an & quando pertinentiæ conceſſæ & recognitæ
præſumantur:& quæ ex pertinentiis eſſe dicantur.

*SVMMARIVM.*

1 *Feudo caſtri,vel oppidi conceſſo,præſumi conceſſas pertinentias.*
*Et de quibus id pertinentiis non habeat locum.num.6.*
2 *Caſtro vel oppido vendito,præſumi venditas eorum pertinentias.*
3 *Venditio cuiuslibet rei complectitur ſua pertinentia.*
4 *Conceſſiones principum,pertinentias continere.*
5 *Adiecta alteri rei loco adiectionis cedunt.*
7 *Pertinentia feudi vel caſtri,aliæ proximæ,aliæ remotæ.*
8 *Pertinentiæ feudi proximæ quæ ſint,& num.9.*
10 *Pertinentiæ remotæ quæ ſint.*

DISSERAMVS nunc , quando Princeps & do-
minus concedit Caſtrum , vel oppidum in feu-
dum , vel emphyteuſim, an præſumatur conceſ-
ſiſſe etiam eorum pertinentias? Et præſumi do-
1 minum † conceſſiſſe , vel vaſallum à domino recognouiſſe
manifeſtè ſcripſit Moder. Pariſienſ.in commentariis ad con-
ſuetud, Pariſien. titul.j. §. gloſſ.v.numero 14.& idem ſenſit
Oldradus in conſi.cclij.numero 8. Ita dicimus,quod vendi-
2 to † caſtro,vel oppido , præſumuntur venditæ etiam eorum
pertinentiæ, Bartolus in l.inter eos.ff.de acquiren.rerũ do,
Alex,in l.iij.in prin.numero 23.ff.de acq. poſ. Copioſè An-
to. Corſetus in ſing.in verbo,princeps , incipit, Si princeps.
Boer,in q.50.numero vndecimo. Neuiz. in conſi.vij.nume-
ro primo. & Alciatus in reſp.ccccl xxxj.nume.4.& 5. Imò in
3 † venditione cuiuslibet rei contineri alia ad ea partinentia
probant.l.fiſtulas.in prin.& l.qui fundum.§.j.ff.de contrah.
empt.l.ſi venditor.in fine,& l.Iulianus.cum multis ſequenti-
4 bus.ff.de actio.empt. Et in conceſſionibus † principum con-
tineri pertinentias probat. l. ſi quando, la j. C. de bonis va-
cat. libro decimo, ibi. continebitur cum adiacentibus &
omni iure ſuo. Et huius ſententiæ ea eſt ratio,quia quæcum-
5 que alteri rei adiecta † ſunt , loco adiectionis cedere dicun-
tur.l.in rem.§.ſi quis.& §.quęcumque.ff.de rei vend.& l.ſed
etſi ex meis.§.Proculus.ff.de acq.rer.dom.

Declarat traditionem hanc Modernus Pariſienſis præci-
6 tato in loco.num.15.vt locum non habeat † in his pertinen-
tiis,quæ accedunt feudo,non vt feudo , nec in eadem quali-
tate eiuſdem feudi , ſed vniuntur ; vt feudo patrimoniali ex
deſtinatione patrisfam.non autem ex conceſſione & inueſti-
tura feudali ; puta ſi vaſallus habens feudum conſiſtens in
domo & centum iugeris terræ arabilis:& quia carebat vi-
neis , pratis & horto, emit iugerum vineæ,hortum , & quæ-
dam iugera prati,iuxta domum ſuam , & vniuit dicto fundo
forte ſub eadem clauſura,redditibus & rationibus confuſis,
ſub denominatione vnius & eiuſdem fundi , ex quo patet
vnum & eundem fundum ex pluribus partibus eſſe factum.
iuxta. l. prædiis. §. Titio. ff. de lega. ſecundo. & reſpondit
Alexander in conſilio centeſimoſeptuageſimoprimo. libro
quinto.

Hoc ſanè caſu recognito feudo à domino,non cenſentur
prædia ſic adiecta recognita : cùm non ſint ex pertinentiis
originariis ipſius feudi. Et hoc quidem niſi is vaſallus ſcien-
ter voluerit etiam prædia hæc recognoſcere ab ipſo domi-
no , atque ita voluit eſſe feudalia, vt reliqua iam ab ipſo do-
mino habita ; ſicuti explicat prædictus Modern. Pariſienſ.
præcitato in loco.nu.20.& 21.

7 Cæterùm ſolet dubitari quæ dicantur pertinentiæ†Caſtri
& feudi,

Et dicendum eſt, quod pertinentiæ aliquæ ſunt proxi-
8 mæ : aliquæ verò remotæ, Proximæ ſunt illæ , † ſine quibus
res principalis vix ſtare poteſt : quemadmodum arma bel-
lica, tormenta , annona , & his ſimilia exiſtentia in Caſtro,
oppido,& ciuitate. Ita Oldra. in conſi.clxiij. Baldus in capi-
tul.j.§.ſi de manſo. numero quarto. ſi de inueſtitura fuerit
controuerſ. & ibidem afflictus. numero tertio. & Præpoſ.
Ancha. & Barb. in capitul. cum dilecti. de donat. Iaſon in
l.vltim. numero tertio. & numero quinto.ff.de conſt. prin-
cip. & Præpoſ. Ancha. & Barb. in capitul. cum dilecti. de
donat. Iaſon in l.vltim, numero tertio. & numero quinto.ff.
de conſt. princip. & in præludiis feudorum.colum,viij.ver.
& per hoc , quòd feudum. Decius in conſilio cccccxvj.nu-
26. Catelianus Cotta in memora. in verbo , Caſtro mihi
conceſſo. Tiraquellus in Tractat. de retractu conſang. §. j.
gloſſ.vij,nume.96. & idem reſpondit Doctiſſimus Panciro-
lus in conſi.j.num.91.lib.j.ſunt etiam ex pertinentiis proxi-
9 mis † melioramenta oppidorum,& Caſtrorum,quæ effecta
ſunt vnum corpus cum ipſis oppidis & Caſtris ſicuti mani-
10 feſtè , & ad ſenſum patet. Remotæ pertinentiæ ſunt, † quæ
ita habitæ ſunt ; etſi ſine eis res principalis ſtare poteſt:ſicu-
ti molendina,valles ſeu paſcua, eſſe dicuntur de pertinentiis
oppidi , & Caſtri. Ita Calcaneus in conſi.xc.numero 6.Bar-
bat. in capitul, Rodulphus. numero 73. de reſcrip. Decius
in dicto conſi, cccccxvj.num.24.Pariſius in conſi.xxvij.nu.
14.lib.j.Alciatus in reſpon.cccclxxxj.num. 9. & Modernus
Pariſien.in commentariis ad conſuetud,Pariſien.tit.j.§.j.gl.
v.num.47.Sic etiam nemora eſſe de pertinentiis oppidi,vel
Caſtri reſpondit Socinus Iunior in conſilio cvj. numero 4.
lib.ij.& idem ſenſit Socin.Sen.in conſilio xlvij.col.iij.verſ.
poſtremò poſſet.lib.j. Immo & prædia adiacẽtia oppido, &
Caſtro,quando pro pertinentiis habita ſunt, de pertinentiis
eſſe dicuntur ; ſicuti reſponderunt Curtius Iunior in conſil.
xlj.num.3.Craue,in conſi.liiij. nume.9.& Natta in conſilio
cccccv.num.23.& in conſi.cccccvj.nu.26.& de eadem facti
ſpecie interrogati,idem reſponderunt Cæphalus in conſilio
iij,num.42.lib,j.& Rolandus in conſilio decimo. num. 35.
libr,iij.ſunt etiam de pertinentiis Caſtri,& oppidi, reditus,
cenſus,vt taxæ Salis,& equorum,& ſimilia;ſicuti ſcripſerunt
Cæphalus & Rolan, præcitatis in locis , & manifeſtè Alcia-
tus in reſpo.ccccxciij.nu.2. Idem dicendum eſt de prædiis,
quæ Caſtro & oppido circumiacent ; ſi ab ipſo Principe , &
domino concedente poſſidebantur. Nam & hæc cenſentur
eſſe de pertinentiis Caſtri , & oppidi : Et idem quando à ne-
mine poſſidebantur. Ita multorum auctoritate reſpondi in

B conſi.

conſilio cccxc. numero 25. & dicemus in ſubſequenti præſumptione.

## PRAESVMP. C.

Caſtro, oppido, & ciuitati prædia adiacentia, an & quando præſumantur eſſe principis, & domini ipſius Caſtri, oppidi & ciuitatis.

*SVMMARIVM.*

*1 Prædia caſtro adiacentia, præſumuntur eſſe ſub iuriſdictione Domini caſtri.*
*2 Prædia adiacentia caſtro, quoad proprietatem cuius præſumantur. nu. 3. & 4.*
*5 Poſſeſſor in dubio præſumitur dominus.*
*6 Territorium exiſtens intra fines feudi, feudale non præſumi, ſi poſſideatur à priuato.*
*7 Caſtri, oppidi aut ciuitatis dominus, non præſumitur rerum particularium dominus, ſi ab aliis poſſidentur aut de eorum dominio conſtat.*
*Quomodo autem de poſſeſſione eorum conſtet. num. 8.*
*9 Prædia caſtro adiacentia præſumuntur domini caſtri, ſi nec de domino vel poſſeſſione alterius conſtet.*
*10 Caſtrum eius præſumi, cuius eſt regnum.*
*11 Caſtri intra fines repertum, præſumitur iure dominij ad dominum caſtri ſpectare.*
*12 Dominia rerum à quo diſtincta fuerint, & num. 14.*
*13 Fines, poſſeſſionem, & dominium demonſtrant.*
*15 Diuiſio terræ à quibus facta fuerit.*
*16 Dominia rerum iure gentium diſtincta fuiſſe.*
*17 Caſtri dominus, dicitur habere dominium vniuerſitatis agrorum in territorio exiſtentium.*
*Idque procedit etſi non poſſideat, ſed annuam penſionem ratione dominij recipiat. num. 18.*

DISPVTATIO eſt frequens, & vtilis, an & quando Caſtro, oppido & ciuitati prædia adiacentia ſeu in eorum finibus ſita, & exiſtentia, præſumantur eſſe domini ipſius Caſtri, oppidi & Ciuitatis? Qua in re quo capita diſtinguo vnà cum noſtris.

Primum eſt caput, quando eſt contentio de iuriſdictione, an ſcilicet prædicta prædia ſint ſub iuriſdictione, & poteſtate ipſius domini Caſtri, vt de illis, ſi contigerit contentio, poſſit ius dicere. Hoc in caſu recepta eſt Doctorum ſenten-
1 tia: præſumi prædia hęc eſſe † ſub iuriſdictione domini ipſius Caſtri, oppidi, vel ciuitatis. Ita Oldra. in conſilio clxxvj. in fine. Specul. in titul. de feudis. §. quoniam. quæſtion. xiiij. Ancha. Imola & Abbas capitul. nimis. de iureiuran. idem Abbas in cap. ſi diligenti. in ſecundo notab. de præſcript. & ibidem Henricus Boic. colū. j. Guido Papæ in ſingul. dclxj. Soci. Sen. in l. prima, numero 25. ff. de acquir. poſſeſ. in conſilio octuageſimoſexto. numero ſexto. & in conſil. cxxvij. numero quinto. verſicul. aliquando & tertio lib. j. Iſernia in commentariis ad conſtitutiones Regni. incipit. ab officijs noſtris. Afflictus in deciſion. cclxvij. numero quarto. Caſſaneus in conſilio decimo octauo. numero... Bouerius in ſing. in verbo, præſumptio. verſicu. decimooctauo. Iacobinus in inueſtitura feudali. in verbo, Dictique vaſalli promiſerunt. lib. ij. numero ſexto. Curtius Iunior in conſilio clviij. nume. 24. & 25. Antonius Gabriel in libro primo concluſionum in titul. de præſumption. concluſio. nona. numero 1. Et illis accedunt Ruin. in conſilio xxij. numero 7. libro primo. & in conſi. xiij. nume. 8. lib. iiij. Pariſ. conſi. xv. nu. 9. lib. j. & egregiè Didacus in cap. peccatum. parte ſecunda. §. ix. num. 8. de regu. iur. in vj.

Et licèt Gabriel in d. concluſ. ix. numero 1. verſic. contrariam, refert ab hac opinione diſſentire. Guido Papę in conſ. ccxiij. in fin. Henricus Boic in capit. ſi diligenti. numer. 4. de præſcriptio. Cardinal. Zabarellam in capitul. nimis. de iureiuran. & Pariſius in conſi. xvj. nu. 18. lib. iiij. attamen, ſi rectè illorum traditiones perpendantur, non repugnat illi receptæ ſententiæ.

Secundum eſt caput huius diſputationis, quando eſt
2 contentio de dominio ſeu proprietate ipſorum † prædiorum, quæ ſunt intra fines Caſtri, oppidi, & Ciuitatis. Hoc in capite diſtinguo aliquot caſus.

3 Primus eſt, quando apparet aliquem eſſe † dominum illius prædij. Hoc caſu res eſt clara, quod dominus Caſtri non præſumitur dominus illius prędij: quia in claris non eſt opus coniecturis. l. ille, aut ille. §. cum in verbis. de leg. iij.

Secundus eſt caſus, quando prædia intra fines Caſtri exi-
4 ſtentia, ab alio quàm à Caſtri domino † poſſidentur. Hoc etiam caſu, prædia non præſumuntur eſſe domini Caſtri: ſed
5 ipſius poſſeſſoris. Cum in dubio † poſſeſſor præſumatur dominus. l. cum res. C. de probatio. & l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito, & vtroque in loco Docto. & diſſeremus infra libro vj. in præſumpt. xxxviij. Hunc caſum in ſpecie affirmarunt Aretin. in l. j. in princip. num. 7. ff. de acquirend. poſſeſſio. & manifeſtè Socinus Sen. numero 22. verſicul. aliquando, & tertio. Et clarius idem Socinus in conſil. cxxvij. nu. 4. & nu. 5. verſi. quartò & vltimò. lib. j. idem ſenſit Henricus Boic in cap. ſi diligenti. numero 3. in fine. de præſcript. Ruinus in conſilio xiij. num. 8. lib. iiij. Idem ſenſit Gozadin. in conſi. 50. numero 27. in fi. ſic quoque decidit Afflictus in
6 deciſio. cclxvij. nu. 4. quod territorium † exiſtens intra fines feudi, non pręſumitur feudale atque ita ſub domino directo, ſi à priuato poſſidetur. Ita etiam intelligendi ſunt Docto-
7 res, cùm dicūt, quod dominus Caſtri † oppidi, vel Ciuitatis non præſumitur dominus rerum particularium; loquuntur illi, quando ipſi particulares poſſident, vel de eorum dominio conſtat. Ita ſanè intelligendi ſunt Oldrad. in conſilio clxxvij. in fine. Abbas in capitul. ſi diligenti. in ſecundo notab. de præſcript. Caſtren. in conſilio clxxix. In cauſa, quam Magnificus. numero 5. libro primo. Aretinus in conſilio xv.
8 numero 2. & 3. qui dixit, de poſſeſſione † conſtare quando apparet prædia fuiſſe culta à particularibus. Corneus in cōſilio ccxlvij. in fine. libro ſecundo. Bertrandus in conſilio xv. col. prima. libro ſecundo. Curtius Iunior in conſi. clviij. numero 24. & alij congeſti ab Antonio Gabriele in d. concluſione ix. nu. 4.

His intelligimus malè agere Principes illos, qui prædia Ciuitatum, & oppidorum, quæ communalia appellant, ſibi vendicant, & ſuæ Cameræ appropriare contendunt. Cum enim prædia illa ab hominum vniuerſitate poſſideantur, iuxtà. l. in tantum. §. vniuerſitatis. ff. de rerum diuiſio. ex quo in nemoribus ligna incidere, & paſcuis depaſcere conſueuerint, propria vniuerſitatis, non autem Principis eſſe præſumuntur.

Tertius eſt caſus, quando non apparet aliquem eſſe dominum prædiorum, nec ea poſſidere, vel occupare. Hoc ca-
9 ſu prædia illa † præſumuntur eſſe domini Caſtri, & oppidi. Ita Caſtren. in d. l. prima. in princip. numero ſeptimo. ff. de acquir. poſſeſſio. quem ſic intellexit, & declarauit Socinus Senior ibidem. numero 22. verſicul. aliquando & tertiò. & in conſilio lxxxvj. numero ſexto. & in conſilio cxxvij. numero quinto. verſicul. aliquando, & ſecundò. libro primo. Ruinus in conſilio xxij. numero ſeptimo. verſic. & per hæc manifeſtè. in conſil. xxvj. numero ſeptimo. & in conſi. xl. nu. 14. libro prmo. & in conſi. xiij. numero octauo. lib. iiij. Decius in conſilio cccccxvij. num. 9. Curtius Iun. in conſil. xlj. numero nono. Pariſius in conſil. xv. numero 9. libro primo. Alciatus in reſp. clxxv. numero primo. Natta in conſilio ccccl x. nu. 10. Antonius Gabriel in d. concluſion. ix. nu. 11. & Crauet. in conſilio liiij. numero ix. & in conſilio ccxciij. nume. 5. in fin. & idem in reſponſo pro Genero. nume. 430. verſicu. ſextus caſus. Et hos ſecutus ſum in conſilio cccxcv. numero. 23. libro quarto. Et ſimile ſcripſit Alciatus de præſumptionib. regu. ij. præſump. xx. numero ſecundo. verſi. eſt
10 verum, Caſtrum † præſumi eſſe eius, cuius eſt regnum. Et huc facit quod docuit Baldus in rubric. C. de contrahend. emptio. quæſtione vigeſimaſeptima. Cùm dixit, quidquid
11 reperitur intra fines † Caſtri, & loci, præſumitur iure dominij pertinere domino illius loci. Et Baldum ſecuti ſunt poſt alios Brunus in conſi. xxxiiij. nu. 5. & Soc. Iun. in cōſ. cxxxix. nu. 1. in fin. lib. iij.

Ea ratione prima motus eſt Socinus Senior in d. l. prima. numero vigeſimoſecundo. de acquirend. poſſeſſio. quòd
12 à domino † rerum publicarum diſtincta fuerunt rerum dominia. l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure, & termini ſeu fines appoſiti.



13 appoſiti. Et ideò † fines demonſtrant poſſeſſionem, & dominium. l. prima. ff. finium regund. Cùm ergo non apparet cui aſſignata fuerint prædicta prædia, remanent apud dominum. Hæc conſideratio recipienda non eſt; Cum non conſtet dominum Caſtri fuiſſe ab initio etiam dominum prædiorum, & illa ſubditis ſuis diuiſiſſe, & conceſſiſſe. Sed
14 verius eſt ab initio iure † naturali, & gentium primæuo, omnia fuiſſe communia. §. ſingulorum. in Inſtitu. de rerum diuiſion. Cùm dixit Iuſtinian. homines nanciſci dominium iure naturali, quod cum ipſo genere humano natura prodidit. Deinde inter ſe homines diuidere cæperunt orbem terrarum. Diuus Auguſtinus in libro ſexto. de Ciuitate Dei. capitul. tertio. ſcriptum reliquit, tempore quo natus eſt Phalec filius Heber, qui erat abnepos Sem, vnus ex filiis Noe, factas fuiſſe terræ diuiſiones. Vel (vt aliis placet)
15 facta fuit † diuiſio à filiis Noe, hoc eſt, Sem, Cam & Iaphet. Ita Iacobus Philippus Bergomenſis in annalibus, quem ex noſtris refert Vaconius in libr. j. declarationum iuris. capitul. xxj. numero 5. Et ideò iurecon. in l. ex hoc iure.
16 ff. de iuſt. & iure, rectè ſcripſit, iuregentium † diſtincta fuiſſe rerum dominia, & agris poſitos fuiſſe terminos. Diuiſio itaque rerum non ab vno principe hominū: ſed ab ipſiſmet hominibus inter ſe facta eſt.

Secundò motus eſt Socinus eo argumento, & ratione quod prædia ſunt domini Caſtri, & vniuerſitatis, aut particularium perſonarum, vt inquit Baldus in capitul. Cum Bertholdus, de re iud. & in cap. j. §. item ſi quis. Quibus modis feudum amitta. Atqui hic non apparet hæc prædia inculta eſſe priuatorum ſicque particularium. Ergo præſumuntur eſſe domini Caſtri ob id, quod ab initio dominium in vni-
17 uerſum erat eius proprium. Nam dominus Caſtri † dicitur habere dominium territorij, cum eius finibus atque ita dominium vniuerſitatis agrorum exiſtētium in territorio. cap. cum Bertholdus. de re iud. Et propterea (inquit Socinus) fundata eſt intentio habentis dominium totius territorij, & vniuerſitatis agrorum. Qui ergo vult excludere ipſum dominum, debet probare proprium dominium, vel poſſeſſionem illius prædij, quod vult ab vniuerſitate excipere atque excludere. l. æde ſacra. §. j. ff. de contrah. emption. Diluitur atque confutatur hæc ratio, vt & præcedens, cum iure non probetur dominum Caſtri, oppidi, & ciuitatis habere dominium in vniuerſum agrorum in vniuerſitate exiſtentium. Habet enim ſolum, quantum & ipſe occupaſſe reperitur. Eſt quidem dominus quo ad iuriſdictionem, & poteſtatem ius dicendi, non autem quo ad prædia, niſi appareat, ab eo poſſeſſa. Eſſet tamen difficilè in iudiciis recedere ab opinione Caſtrenſis, Socini, & ſequacium, quæ communis eſt: Et ſi diſſentiat Ripa in d. l. j. num. 16. & cogitandum reliquerit Soci. Iunior ibidem. num. 135. qui contra ipſum Socin. Sen. inclinauit.

Extenditur hic caſus, vt locum habeat etiam quando
18 dominus Caſtri † non poſſidet, ſed tamen annua penſio ei præſtatur ratione dominij. Ita Specul. in titu. de locato. §. nunc aliqua. q. lxxxvj. & Gabriel in d. concluſ. ix. num. 12. & apertius Alciatus in reſp. clxxv. nu. 1. qui, nu. 2. ſubiungit, idē eſſe quando particulares ipſi poſſeſſores recognouerunt dominum Caſtri, oppidi & ciuitatis.

Subiunxit etiam Gabriel in d. concluſ. ix. num. 13. ex ſententia Caſſanei in commentariis ad conſued. Burgundiæ, quod ſi ſubditi omnes, vno, duob. vel trib. exceptis recognoſcunt ipſum dominum Caſtri, quod quò ad illum vnum, duos, vel tres, dominus habet intentionem fundatam, quod ſcilicet, & dominium prædiorum ab eis poſſeſſorum, ſit ipſius domini caſtri.

## PRAESVMP. CI.

Feudalia an, & quando præſumantur, prædia ſita in territorio oppidi, vel Caſtri feudalis.

*SVMMARIVM.*

*1 Prædia ſita in feudo, an & ipſa feudalia ſint, inter quos diſceptatio ſit, videndum eſt.*
*2 Caſtro in feudum ſimpliciter conceſſo, abſque prædiis vel pertinentiis, præſumuntur & ipſa à domino Caſtri in feudum recepta, ſi alio titulo poſſidere vaſallus non reperiatur.*
*3 Caſtrum in feudum obtinens, ſi prædia alio titulo poſſidere demonſtret, præſumptionem quæ pro domino eſt, conuellit.*
*4 Caſtro generaliter in feudum conceſſo cum pertinentiis, prædia ab aliis non poſſeſſa feudalia præſumuntur.*
*5 Pertinentiarum verbo in venditione caſtri ſolum iuriſdictionem, & Caſtro cohærentia, non autem prædia intelligi.*
*6 Caſtro limitatè cum iuribus, prædiis, vineis, nemoribus, &c. conceſſo, vaſallo poſſeſſore aliquod ex illis eſſe negante, domino probatio incumbit.*
*Et quid ſi de pertinentiis eſſe, vaſallus aſſerat. num. 8.*
*7 Relatiuum; Quæ, ſui natura reſtrictiuum eſt.*
*9 Prædia omnia eiuſdem iuris, non diuerſi cenſentur.*
*10 Poſſeſſor titulo præambulo poſſidere præſumitur.*
*11 Feudali exiſtente bonorum parte maiori, idem de reliqua præſumitur.*
*12 Caſtro cum prædiis ſpecificè conceſſo, & recognito, illa feudalia præſumuntur quæ ſpecificè dinumerata ſunt.*
*13 Caſtri conceſſio, & recognitio generalis, nullam facit præſumptionem aduerſus tertium.*
*14 Inueſtituram, & locationem non probare ius feudi, in tertij præiudicium.*
*15 Caſtri conceſſione limitatè facta, feudale non præſumitur prædium aliquod contra tertium.*
*16 Emphyteuticum eſſe fundum confeſſus, ſuo nocet ſucceſſori etiam ſingulari.*
*17 Caſtri conceſſio, ſpeciatim prædia vaſallo conceſſa enumerans, non tamen præiudicat tertio.*
*18 Prædium an de pertinentiis caſtri ſit vel non, orta diſputatione inter conuaſallos, vel eorum ſucceſſores, quomodo lis dirimenda.*

CONVENIT huic loco, vt explicemus, an & quando prædia ſita in territorio oppidi, vel Caſtri feudalis, & ipſa feudalia eſſe præſumantur? Hac in re longam, & minus perfectam diſtinctionem multorum caſuum, fecit eruditiſſimus Crauetta in in reſponſo pro Genero à. numero quadracenteſimouigeſimoſexto. vſque ccccxxxij. Diſtinguo ego primum tria capita.

Primum eſt, quando de prædiis ſitis in territorio feuda-
1 lis Caſtri diſputatio, † & contentio eſt inter dominum, & vaſallum.

Secundum eſt caput, quando de his prædiis contentio verſatur inter dominum aut vaſallum aduerſus tertium.

Tertium caput eſt, quando de his prædiis diſputatur atque contenditur inter ipſos ſolos vaſallos, vel vaſallorum ſucceſſores

Quod attinet ad primum caput, diſtinguendi ſunt aliquot caſus, facilioris explanationis gratia, quamquam vna ſit omnium communis ratio atque determinatio.

Primus eſt, quando dominus ipſe in ſua inueſtitura & conceſſione, conceſſit vaſallo ita acceptanti & recognoſcen-
2 ti Caſtrum vel oppidum ſimpliciter, nulla † facta mentione prædiorum, vel pertinentiarium, ſed ſimpliciter (vt dixi) locutus eſt, vt puta, ſi dixit, concedo tibi Caſtrum Carbonariæ. Hoc ſanè in caſu, ſi vaſallus reperiatur poſſidere aliqua prædia ſub territorio illius Caſtri, quæ conſtat non fuiſſe ab aliquo poſſeſſa tempore illius conceſſionis, & hic Caſtri poſſeſſor non oſtendat, ſe alio titulo quàm eo, quo poſſidet Caſtrum, poſſidere, præſumptio eſt, quod illa prædia habuerit à domino Caſtri, & quod eodem titulo quo & Caſtrum ipſum poſſideat. Ita in ſpecie docuit Baldus in in capitul. primo. numero decimo. verſic. in quæſtio. Dom. Oldradi, de Capita. qui curiam vend. dum ita declarat reſponſum Oldradi in conſilio centeſimouigeſimoprimo. Et Baldum ſecutus eſt Ruinus in conſilio vigeſimoſecundo. numero ſeptimo. & in conſilio quadrageſimo. numero decimoquarto. libro primo. Et ratio eſt manifeſta, quia intentio ipſius domini Caſtri eſt de iure fundata, quod ſcilicet prædia ſita in territorio Caſtri ſint ſua, ſi à priuatis poſſeſſa non reperiantur, eo tempore conceſſionis: vt docuit Caſtre. in l. prima, in princ. ff. de acquir. poſſ. quem ibi recenſet & ſequitur Socin. Senior. numero 22. verſic. aliquando & tertiò. & dicemus in ſequenti præſumptione in tertio caſu, ſecundi capitis.

Quocirca, qui à domino Caſtrum obtinet, probare de-
3 bet ſe alio titulo poſſidere † prædia, quam eo, quo poſſidet Caſtrum, & id probatum ſufficit ad conuellendam eam præſumptionem, quæ eſt pro ipſo domino, quia inſurgit hæc præſumptio magis vehemens, quod hic qui nunc poſſidet, poſſederit & antea, vel per ſe, vel per ſuos anteceſſores eodem iure ſuo, prædia ipſa. ¶ Eadem ratione idem à fortiori dicendum eſt, quando cõceſſio eſt facta generaliter his verbis, concedo Caſtrum cum ſuis pertinentiis. Nam & tunc prædia non poſſeſſa à priuatis, cenſentur ſub hac conceſſio-
4 ne comprehenſa, atque ita feudalia † præſumuntur. Ita in ſpecie reſpondit Craue. in reſponſo pro Genero. num. 430. verſicul. ſextus caſus. ex ſententia Socin. Sen. Ruini, Decij & Nattæ quos ſupra retuli. Et poſt Pariſ. in conſi. xxvij. nu. 14. lib. j. & Curt. Iunio. in conſi. xlj. nu. 3. & in conſil. cxl. nu. 10. & in conſi. clxxxiiij. nu. 4. & Albam in conſi. lxiiij. nu. 70. Nã manifeſte conſtat de voluntate domini concedentis, & eadẽ eſt ratio, quòd præſumantur hæc prædia ipſius domini, ſi à nullo poſſidebantur vt diximus ſupra.

Et cum non conſtet vaſallum ipſum poſſidere hæc prædia alio titulo, præſumitur quòd poſſideat ex eodem titulo antecedenti, quo poſſidet & Caſtrum, iuxta l. quædam mulier. ff. de rei vend. & l. ij. C. de acq. poſſ.

Nec hic obſtat quod ſcribunt Docto. in l. iij. in princ. ff. de acquiren. poſſ. vbi Imola ad finem. Alex. nume. 23. Aretinus. colu. iiij. & alij multi, cum dicunt vendito vel conceſſo
5 Caſtro cum pertinentiis; ſub verbo pertinentiarum † non intelligi prędia, ſed ſolum iuriſdictionem & ſimilia, quę Caſtro cohærent, & in ſpecie magis Curt. Iun. in conſili. clviij. num. 26. Craue. in conſi. liiij. nu. 9. in fi. & in conſi. ccxxiiij. nu. 2. in fine. quia reſpondetur, traditionem illam procedere, quando prædia habita non fuerunt, de pertinentiis: ſecus eſt in hoc caſu in quo vaſallus recipiendo prædia tamquam de pertinẽtiis & illa poſſidendo eodem titulo, quo poſſidet Caſtrum, cenſetur ea vti de Caſtri pertinentiis agnouiſſe. Ita declaratur Bellonus in conſi. x. nu. 12.

Hic caſus multo magis locum habet, quando conceſſio fuit his verbis facta. Caſtrum cum villis, prædiis, vineis, nemoribus conſiſtentibus in territorio & pertinentiis dicti Caſtri. Nam & hoc in caſu multo magis conſtat prædia omnia fuiſſe habita de pertinentijs, atque ita fuiſſe ipſius domini (niſi à priuatis fuiſſent poſſeſſa): & ideo eſt præſumptio, omnia eſſe feudalia. Ita reſpondit Craue. in dicto reſponſo pro Genero. num. 430. verſi. quintus caſus. &c. Qui huius ſententiæ citat Iaſonem in conſi. ccxxxv. in fine. lib. ij. Ruinũ in conſi. cviij. nu. 22. lib. ij. & Nattam in conſ. ccccl x. nu. 9. lib. ij.

Secundus eſt caſus huius primi capitis, quando Caſtrum
6 fuit † limitate conceſſum, vt puta ſi dictum eſt, Caſtrum, cum iuribus, prædiis, vineis, nemoribus & paſcuis, quæ ad ipſum Caſtrum pertinent. Hoc in caſu ſcribit Crauet. in reſponſo pro Genero. numero. 426. verſic. prior caſus, quod ſi vaſallus poſſidens negat, aliquod prædiũ ad ipſum Caſtrum pertinere, dominus qui aſſerit, imò pertinere, probare id debet. Ea ratione mouetur, q̃a præſumptio repugnat actori aſſerenti prædium illud eſſe de pertinentijs Caſtri, ex quo res non feudalis, ſed libera præſumitur. capitul. j. §. ij. ſi de feudo fuerit contro. inter dom. & agna. capitul. j. iuncta glo. ij. de controuerſ. inter maſculum & fæmin. de benef. Ioann. Andreæ in cap. nimis. de iureiuran & Baldus in l. libertas. ff. de ſtatu homin. & alios recenſui ſupra. Et præterea iuris eſt regula, quòd ille, qui dicit, probare debet, l. ei, qui. ff. de probat. & l. actor. C. eo. cum vulgatis ſimilibus.

Nec hic repugnat ipſa conceſſio, & recognitio quia nec dominus concedens, nec vaſallus recognoſcens confeſſus eſt, prædium illud eſſe de pertinentijs, ex quo reſtrictiue lo-
7 cuti ſunt per illud relatiuum, quæ, † ſui natura reſtrictiuum. l. Stichum, qui meus erit vbi Bart. & reliqui. ff. de leg. j.

Nam dixerunt, concedo & recognoſco prædia, quæ ſunt de pertinentib. quæ autem illa ſint ex ipſis verbis non conſtat: imo videntur ignoraſſe: is ergo qui dominus, aſſerendo eſſe de pertinentibus, probare debet. Eſt autem diuerſum,
8 quando vaſallus qui poſſidet, aſſerit prædium hoc eſſe † de pertinentiis Caſtri. Nã tunc præſumptio eſt pro eo, quod ſcilicet ſit de pertinentiis. Ita in ſpecie reſpondit Craue. in dicto reſponſo pro Genero. num. 426. verſicu. ſecundus caſus.
9 &c Ea eſt ratio, quia prædia † omnia eiuſdem iuris, non autem diuerſi eſſe cenſentur. iuxtà regulam. l. iam hoc iure. ff. de vulgar. & pup. ſubſt. & cap. qui contra. 8. diſtinct. Et præ-
10 ſumptio eſt, quod † poſſideat titulo præambulo. iuxta l. quædam mulier. ff. de rei vendit. & l. ij. C. de acquiren. poſſ. Et hîc ceſſant rationes illæ, quæ paulò ſuprà conſideratæ fuerunt pro poſſeſſore negante prędium eſſe de pertinentiis: quandoquidem illæ ſunt ad eius fauorem, cui renuntiare is potuit, aſſerendo quod immo prædium hoc eſt de pertinentiis. Et his accedat auctoritas eorum, qui ſcripſerunt, quod,
11 qñ † maior pars bonorum, prædiorumque eſt feudalis, reliqua feudalia præſumuntur. ita Doctor. in capi. j. de controuerſ. inter maſ. & fœm. de benefi. ibi Afflictus. num. 11. verſ. ſecundo. niſi. &c. Curtius Iunior in Tract. feudorum. parte ſecunda. q. vj. ſecundæ quæſtionis principalis. numero 40. Gramma. in conſi. clj. num. 3. in ciuilibus. Caſſane. in conſuetud. Burgundiæ. tit. de manu mortua. §. iiij. nu. 6. & Cæſar Vrſilius in additionibus ad Afflictum deciſ. cclxvij. num. 9. Ita ergo, & hic, vbi excepto vno prædio, cætera omnia ſunt de pertinentiis Caſtri, dicendum eſt, & illud prædium de pertinentiis cenſeri.

Tertius eſt caſus huius primi capitis, quando conceſſio,
12 & recognitio Caſtri, eſt facta vna cum prædiis † ſpecificè enumeratis, vt ſi dictum ſit: Caſtrum cum prædiis illis: Sæiano, Sempronio, Titiano. &c. Hoc ſane in caſu, ſi contentio eſt inter ipſum dominum, & vaſallum de altero ex prædiis enumeratis, an ſit feudale, vel non, res eſt omnino clara, feudale præſumi. Ita in ſpecie cenſuit Crauet. in dicto reſponſo pro Genero. numero 431. verſicul. ſeptimus caſus. &c. qui dixit hunc caſum carere probabili dubitatione. Quandoquidem ex confeſſione, & recognitione vaſalli ſcienter facta de his prædiis ſatis probatur, illa feudalia eſſe. Ita reſpondit Dynus in conſilio xlviij. numero duodecimo. Et idem affirmarunt Baldus in capitul. primo. §. ſacramentum. numero 15. verſicul. ſed mirum eſt. de conſuetudin. recti. feudi Comenſ. in conſilio clxxxvij. dom. Conſignorus. columna ſecunda. verſic. pro parte negatiua. Alexan. in conſilio. xxix. columna penultima libro quinto. Iaſon in l. ij. numero 214. C. de iure emph. Boer. deciſ. ccxj. columna penultima. & Sigiſmundus Lofredus in conſilio vndecimo. numer. 45. ſi verò eſſet contentio de alio prædio vltra ſpecificè enumerata, vt quia diceret dominus eſſe feudale, vel econtra, dicendum eſt, rem adhuc eſſe claram, quod ſcilicet aliud prædium non contineatur ſub ea conceſſione. cum vnius incluſio ſit alterius excluſio; lege cum prætor. in princip. ff. de iudiciis, cum ſimilibus.

Secundum eſt caput huius diſputationis, quando de his prædiis contentio verſatur inter dominum aut vaſallum aduerſus tertium. Quod quidem caput, etſi non conueniat noſtræ diſputationi: attamen, quo clarius eluceſcat, quod nunc venit in dubium, ita eſt à nobis explicandum, diſtinguendo in eo plures caſus.

13 Primus eſt, quando conceſſio caſtri, & recognitio † eſt generalis, vt ſi dictum eſt, concedo caſtrum, vel concedo Caſtrum cum pertinentiis: vel concedo Caſtrum cum prædiis, vineis, nemoribus, & aliis pertinentiis. Hoc ſanè caſu conceſſio & recognitio nullam præſumptonem facit aduerſus tertium illum: Ita ſenſit Ruin. in conſi. cviij. nume. 22. libro ſecundo. Eſt enim hoc confeſſio. inter alios facta, nempe inter dominum, & vaſallum, quæ alteri ſicque tertio non nocet. l. Sæia mancipia. ff. ad Velleia. l. Quintus. ff. mandati. & l. ſi quis in graui. §. j. ff. ad S. C. Syllania. Et in ſpecie
14 ita ſentiunt Doctores cùm ſcribunt, ex inueſtitura, † & locatione non probari dominium, aut ius feudi in præiudicium tertij. Ita Bartol. in l. legata inutiliter. ff. de adimen. leg. & in l. ad probationem. C. de probat. Ripa in l. ſi aliquam rem. num. 42.

Secundus eſt caſus huius ſecundi capitis, quando ſcilicet
15 Caſtrum fuit limitate † conceſſum, vt ſi dictum eſt, caſtrum cum prædiis, vineis, nemoribus ac aliis quæ ſunt de pertinentiis Caſtri. Nam & hoc in caſu multo magis prædium aliquod non præſumitur feudale, ſeu de pertinentiis contra hunc tertium poſſeſſorem. Ita in ſpecie reſpondit Crauetta in dicto reſponſo, pro Genero. nu. 426. verſi. ſin autem contra. &c.



tra. &c. Et ibidem. numero 427. ſubiungit rationem, quia res præſumitur libera, non autem feudalis, vt diximus ſupra. Et confirmatur quia ſi conceſſio limitata non facit præſumptionem aduerſus ipſummet vaſallum, qui ſuſcepit inueſtituram, vt diximus ſupra in præcedenti capite in tertio caſu, quantò fortius idem eſt dicendum aduerſus tertium hunc poſſeſſorem. Comprobatur etiam fortius ex his, quæ dicemus infra in ſequenti caſu. Ex hoc caſu ſequitur, quod ſi vaſallus iſte vellet compellere tertium hunc poſſeſſorem, vt recognoſceret prędium illud vt feudale, & eius cauſa aliquid præſtaret, compellere eum non poſſet. Ita cenſuit Crauetta in dicto reſponſo pro Genero. numero. 428. poſt Signorolum in conſilio decimo. numero quinto. Aretinum in conſilio clxiiij. in princip. & numero tertio. Corneum in conſilio xxxv. col. x. ver. & inſuper dictus dictus lib. primo. Decium in conſil. cccij. numero vndecimo. in conſilio cccxxj. numero decimotertio. in conſi. ccclx. numero quinto, & in conſ. cccxciiij. numero octauo. in fine, & Brunum in conſi. j. nume. 3.

Hic caſus locum etiam habet, quando tertius ille poſſeſſor cauſam habuit à vaſallo, à quo tamen accepit prædium vt allodiale, & liberum: Exempli gratia, vaſallus eſt conſecutus à dom. Caſtrum cum pertinentiis, limitate vt ſupra, & deinde aliquod prædium in ſpecie recognouit, vt feudale, quod quidem prædium alienauit poſtmodum tertio, cui aſſeruit eſſe prædium liberum, & allodiale. Nam & hoc in caſu præſumptio eſt, quod illud prædium ſit liberum, & allodiale. Ita in ſpecie reſpondit Craue. in dicto reſponſo pro Genero. num. 428. verſ. quartus caſus qui ſcripſit, hanc præſumptionem vrgere etiam contra ſucceſſorum illius alienantis. Et ratio eſt manifeſta, quia ſicuti is vaſallus, qui contraxit, & confeſſus eſt, bona eſſe allodialia, non poteſt impugnare, & contrauenire proprio facto. l. poſt mortem. ff. de adoptio. Ita nec poteſt eius ſucceſſor, iuxtà regulam. l. cum à matre. C. de rei vendi. Et in ſpecie ita ſenſit. Socinus Senior in conſilio 50. numero 8. libro iiij. Cùm reſpondit,
16 quod confeſſio illius, qui dixit, fundum eſſe † emphyteuticum, nocet ſuo ſucceſſori etiam ſingulari. Idem Socinus in conſilio lxviij. numero 6. lib. iiij. Ruinus in conſi. cviij. num. 23. libro ij. Ripa in l. ſi aliquam rem. nu. 42. verſic. intellige, vt non probet. ff. de acquiren. poſſeſſion. Crauet. in conſ. 29. nu. 1. & clarè & in ſpecie Natta in conſi. ccccl x. nu. 9. libr. ij. & Rolan. in conſi. lxxxij. nu. 38. lib. ij.

Tertius eſt caſus huius ſecundi capitis, quando conceſ-
17 ſio, & recognitio ſpeciatim † enumerat prædia conceſſa ipſi vaſallo, vt ſi dictum eſt, Caſtrum cum prædio Sæiano, Gabiniano, Semproniano, &c. Hoc etiam in caſu nec inueſtitura, nec confeſſio illa vaſalli nocet illi tertio. Sed ſolida ſtat præſumptio pro ipſo tertio poſſeſſore, prædium à ſe poſſeſſum, etſi ſit de enumeratis in inueſtitura, eſſe tamen liberum, & allodiale, iuxtà regulam ſupra relatam, quod quælibet res præſumatur libera. Ita cenſuit Crauetta in ſæpius allegato reſponſo pro Genero. numero 431. verſicul. tertiis planè. &c. qui quidem ait, ita reſpondiſſe Aretinum in conſilio clxiiij. & Socinus Senior in conſilio clxvj. numero 5. verſicul. tertia concluſio. libro ij. Et illa conceſſio nil nocet huic poſſeſſori, cum ſit (vt diximus ſuperiorib. in caſibus) res inter alios acta.

Tertium caput diſputationis eſt, quando eſt contentio
18 † inter ipſoſmet vaſallos, vel vaſallorum ſucceſſores, an aliquod prædium ſit de pertinentiis Caſtri, vel non: Exempli gratia, vnus vaſallorum vendit aliquod prædium tanquam liberum, allodiale, & alter conuaſallus vult recuperare prædium illud, aſſerens eſſe feudale, & alienari non potuiſſe: alienans vero contendit, imò potuiſse, quia ſit prædium liberum. Vel ſit exemplum (vt in caſu noſtro) vnus vaſallorum hæredem facit extraneum, qui in feudo non poteſt ſuccedere: contendit is hæres, ſe poſse obtinere certa prædia, quæ ait non eſse feudalia, agnati verò & conuaſalli contendunt eſse feudalia. Hoc ſanè in capite dubitatio tota in eo poſita videtur, cui comparetur ille negans prædia eſse feudalia, & cui ille, qui aſserit imò feudalia cenſeri. Nam ſi negans comparatur tertio poſseſsori, res eſt clara, quod idem eſt dicendum hoc in caſu quod in proximo præcedenti. Si verò ille qui aſserit eſse feudalia comparatur domino feudi, & negans vaſallo, erit diffiniendus iſte caſus ex traditis ſupra in primo. Ego exiſtimo, negantem prædium eſſe feudale comparari non tertio poſſeſſori, ſed vaſallo, quò ad rem illam. Ea eſt ratio, quia iam vel ipſe, vel eius ſucceſſor obtinet partem Caſtri ſicque feudi, & niſi oſtendat, ſe prædium illud alio titulo poſſidere, præſumitur poſſidere codẽ titulo quo & Caſtrum. Et præterea ille aſſerens, prædium eſſe feudale, ſuſtinet perſonam domini directi, & dicitur eius loco ratione vtilis dominij. Eſt itaque hic caſus diffiniendus ex traditis ſupra in primo caſu.

## PRAESVMP. CII.

Subuaſalli ſubinfeudati cuius effecti vaſalli præſumantur, an primi mediati, vel ſecundi immediati domini.

### *SVMMARIVM.*

1 *Subuaſallus non primi mediati, ſed ſecundi ſubinfeudantis vaſallus eſt, iure communi inſpecto & num. 14.*
2 *Subinfeudare vaſallo ius commune permittit.*
3 *Socius ſocij mei non eſt ſocius meus.*
4 *Subuaſallum ad ſibi ſeruiendum, primus dominus cogere non poteſt.*
5 *Subuaſallus inueſtituram non à primo, ſed immediato domino recipit, & num. 15.*
6 *Vaſalli dominus proprius, dicitur immediatus.*
7 *Subuaſallus domino mediato non præſtat releuium.*
*Et ſi quid ei præſtat, dicitur præſtare in ſubſidium. nu. 8.*
9 *Subuaſallus domino mediato non præſtat fidelitatis iuramentum.*
10 *Subuaſallus ſubfeudum alienare volens, requirit conſenſum domini immediati tantum.*
11 *Dominium vtile an penes duos eſſe poſſit eodem tempore.*
12 *Dominium vtile duplex.*
13 *Feudum primi vaſalli originem, & fundamentum habere à domino directo, quomodo intelligendum.*
16 *Dominus primus directus, non poteſt ius dicere in ſubvaſallos, nec in ſubditos vaſalli ſui.*
*Nec imponere onera ſubuaſallis. nu. 17.*
*Fallit illud in Imperatore. nu. 18.*
*Et in Gallia ex Regni conſuetudine. nu. 19.*
*Aliud quoque ſi vaſallus partem feudi alio iure obtineat. nu. 20.*
21 *Subuaſallus qui ex regni vel loci conſuetudine nequit ſubinfeudari, abſque domini directi licentia, cuius efficiatur vaſallus.*
22 *Infeudandi licentia, & alienandi, maxime inter ſe differunt.*
23 *Subinfeudationem non eſſe proprie alienationem.*
24 *Subuaſallum non primi, ſed immediati domini vaſallum factum eſſe, coniecturis quomodo probetur.*
*A vicinitate ſcripturæ. num. 25.*
*A conſuetudine principis vel domini directi. nu. 26.*
*A loci & regionis conſuetudine. num. 27.*
*Ab immenſo beneficio vaſalli in dominum collata. numero 28.*
*A grauitate perſona cui feudum conceſſum eſt. num. 29.*
*A gratia & fauore, quo veriſimiliter vaſallum dominus voluerit cohoneſtare ob benemerita. nu. 30.*
*A conſuetudine rei, quæ ita conſueuit in feudum concedi. nu. 31.*

DE ſubuaſallis dicenda nunc ſunt aliqua, nec quidem contemnenda: Eſt enim egregia, & vtilis admodum diſputatio, cuius vaſalli effecti præſumantur ſubinfeudati, an ſcilicet illius primi domini mediati, vel ſecundi immediati. Hic ego duo diſtinguo capita, quorum primum eſt iure communi inſpecto: ſecundum eſt, cõſiderato iure regni & regionis, illiuſque principatus, vbi feuda exiſtunt. Et quod attinet ad
1 primum caput, exiſtimo veriſſimum, † ſubuaſallum non eſſe primi domini vaſallum: ſed ſecundi, & immediati. Sicuti ſcripſerunt Baldus in l. j. nu. 9. C. communia de legatis & fideicom. & in capitul. cum dilecti. numero 6. de dolo, & contuma. Guido Papæ in quæſt. cccccl j. in tertio dubio. Socin. Senior in conſilio cclvj. columna ſecunda. libro ſecundo. & in conſilio lxvj. numero quarto. libro tertio. Brunus in conſilio xxxij. numero quarto. Decius in l. conſilij. §. Socij. nu. 1. de reg. iur. & ibi Cagnol. nu. 1. & Afflictus in cap. Imperialem. §. illud. col. ij. verſic. ſed ſolue de proh. feudi aliena. per

Feder. Et primò fulcitur horum ſententia, quod cum ius ip-
2 ſum commune permittat vaſallo poſſe † ſubinfeudare cap. j.
§. primo. qualiter olim feudum aliena. pote. & poſt alios
ſcripſerunt Curtius Iunior in Tractat. feudorum in quarta
parte, numero 83. Iacobinus in inueſtitura feudali, in ver-
bo. Ita etiam, quod ipſi vaſalli. col. ij. verſi. ſed ponamus. nu.
3. & Cagnolus. d. §. Socij. numero ſecundo. inde ſequitur, va-
ſallum ſubinfeudantem ſibi acquirere ſubuaſallum, non au-
3 tem domino ſuo; ſic etiam dicimus, quod † ſocius ſocij mei,
non eſt ſocius meus. l. nam & ſocius. ff. pro ſocio.

Secundò accedit, quod dominus ille primus cogere
4 non poteſt ſubuaſallum † ad ſibi ſeruiendum: ſicuti tradunt
Iacobinus præcitato in loco. numero ſexto. verſicul. item
quæro de pulchra quæſtione. Curtius Iunior in d. quarta
parte Tractatus feudorum. numero 89. Non ergo illius pri-
mi vaſallus, alioqui obligatus ei eſſet inſeruire, iuxtà capit. j.
de noua forma fidelit.

Tertiò ſuffragatur, quod hic ſubuaſallus non tenetur
5 ſuſcipere † inueſtituram à primo, ſed à ſecundo domino.
cap. Imperialem. §. præterea, ſi quis. de prohib. feudi alie-
na. per Federic. cuius verba hæc ſunt: ſi quis infeudatus ma-
ior quatuordecim annis ſua incuria, vel negligentia per an-
num, & diem ſteterit, quod feudi inueſtituram à proprio do-
mino non petierit, tranſacto hoc ſpacio, feudum amittat, &
feudum ad dominum redeat: Statuit hoc loco Federicus,
inueſtituram peti debere à proprio domino. Proprium do-
6 minum vaſalli † intelligunt omnes, ipſum dominum imme-
diatum ſicque ſecundum dominum. ſicuti ex traditione Bal-
di in d. l. j. num. 9 C. communia de ſucceſſ. ſcripſerunt in ſpe-
cie Iacobinus à ſancto Georgio, in inueſtitura feudali, in
verbo: Qui quidem inueſtiti præſtiterunt iuramentum fi-
delitatis. nu. 55. poſt Ioan. Rayna. in d. §. præterea ſi quis, &
Marinus Freccia in Tractat. de ſubfeudis libr. ij. in verbo,
7 Tertia auctoritas. num. 3. qui dixit, ſubuaſallum † non teneri
præſtare domino mediato releuium (eſt recognitio quæ-
dam, ſicuti laudemium, quod pręſtat emphytheota: vt decla-
rat Afflictus in cap. j. numero. 21. per quos fiat inueſtitura.)
Et ipſe Afflictus in dicto capitul. primo. numero 27. idem
ſcripſit quod Freccia.

Quartò confert egregia traditio Baldi in capitul. primo.
§. rurſus. numero nono. de controuerſ. inueſtit. cùm ſcripſit,
ſubuaſallũ nil agere habere cum primo domino mediato:
8 & quod ei † præſtat, in ſubſidium præſtare dicitur. Et ſub-
iungit Baldus hunc ſubuaſallum non habere cauſam pri-
mam, vel ſecundam à primo, & mediato domino: ſed ex con-
tractu per eum ex propria prouidẽtia inito, cum ſuo imme-
diato domino. Et qui contractus eſt ſeparatus à contractu
ſui domini, quem cum ſuperiore confecit.

9 Quintò confert, quod hic ſubuaſallus † non tenetur præ-
ſtare iuramentum fidelitatis domino mediato, ſed imme-
diato tantùm, ſicuti ſcribunt Baldus in cap. cæterùm. colu. j.
de iudiciis. Iaſon in l. iij. §. ex contrario nu. 76. ff. de acqui-
ren. poſſ. & inter conſilia Bruni in conſi. viij. col. vlt. Iacobi-
nus in inueſtitura feudali. in verbo. Qui quidem inueſtiti
præſtiterunt iuramentum fidelitatis. nu. 14. & Cagnolus in l.
Conſilij. §. ſocij. nu. 4. ff. de reg. iuris. Et hinc ſcripſit Iaco-
binus in dicta inueſtitura feudali. in verbo. Dictique vaſalli.
lib. ij. in fine. ſubuaſallum non teneri recognoſcere niſi do-
minum ſuum immediatum.

Sextò huc pertinet traditio illorum, qui ſcripſerunt, quod
10 quando ſubuaſallus vult alienare † ſubfeudum, requirere
debet conſenſum domini immediati. Ita ſanè affirmarunt
Bertramus Caprioli in cap. Imperialem. §. illud. de prohib.
alienat. per Feder. & ibidem Ioann. Raynaudi, Ioan. Fabri
in §. adeo. in inſtit. de locato. quos ſic refert Iacobinus in
inueſtitura in verbo. Et cum pacto de non alienando. nume.
21. verſicul. contrariam opinionem, & ſi ipſe Iacobinus vt
mox referam, diſſentiat. Et prædictos ſecutus eſt Curtius
Iunior in tractat. feudorum. in quarta parte principali. nu-
mero 89. in fine. Etſi remittat ſe ad alium locum in quo ni-
hil ſcripſit. Et apertius opinionem hanc probauit, Zaſius in
epitome feudorum. parte nona. numero trigeſimotertio,
adducti omnes eo text. dicto capitul. Imperialem. §. præte-
rea. Et quia duplex dominium (vt mox dicemus) conſide-
ratur. Non ignoro tamen quòd ab horum opinione diſſentit
gloſſ. in d. §. illud. Iacobinus in dicto verbo. Et cùm pacto
de non alienando. num. 21. Cagnolus in d. §. ſocij mei. nu. 9.
& communem dixit Clarus in §. feudũ. q. xxxij. in fi. Verùm
poſtremæ huius opinionis leuia, & minus vera ſunt funda-
menta. Nam quod dicunt vaſallum ſub infeudantem non
remanere aliqua ex parte dominum: Cum totum vtile ſuum
dominium tranſeat in ſubuaſallum, ex quo vtile dominium
11 † non poteſt eſſe apud duos eodem tempore. l. iij. §. ex con-
trario. ff. de acq. poſſ. Eſt falſum: cum vera, & communis ſit
Doctorum ſententia, imò vaſallum ſubinfeudantem rema-
12 nere dominum: cum dominium vtile † ſit duplex, ſuperius
ſcilicet, quod manet apud vaſallum ſubinfeudantem, & in-
ferius, quòd tranſit ad ſubuaſallum ſubinfeudatum. Ita Bal.
in c. Cæterũ. nu. 13. de iud. Io. Fabri in §. adeo. in inſt. de lo-
cato. Socin. Sen. in conſi. lxvj. col. ij. verſi. ſecundò præmit-
tendum. lib. iij. qui ſic reſpondit in ſpecie ſubfeudi eccleſiæ
Mantuanæ, Curt. Iun. in Tract. feudorum. in quarta parte.
nu. 83. Iacobinus in inueſtitura feudali, in verbo, Dictique
vaſalli. lib. j. nume. 11. verſi. vos poteſtis, & Cagnolus in d. l.
Conſilij. §. Socij. nu. 2. ff. de reg. iuris. Et hanc quidem ſen-
tentiam probat. d. c. Imperialem. §. præterea, is, qui. vbi va-
ſallus poſt à ſe factam ſubinfeudationem appellatur adhuc
dominus. Non etiam vrget ſecundum argumentum illius
opinionis gloſſæ, & ſequacium, dum. referente Iacobino di-
xerunt, primam cauſam feudi accepiſſe fundamentũ à priore
ſeu antiquiore domino, & appellatione domini intelligi de
directo domino. l. j. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager victigal.
vel emphyt. peta. Nam reſpondetur; verum quidem eſſe
13 feudum vaſalli primi ſumpſiſſe originem, & fundamentum
à perſona domini directi, ſed hoc non cõtingit in ſubfeudo,
quod originem habet ab ipſo vaſallo atque ita à domino
immediato, cuius quidem perſona ſpectanda eſt. Nam ei iu-
rare debet (vt diximus) fidelitatem: ei etiam, & non domino
mediato ſeruire debet.

Præterea admiſſo citrà veri præiudicium, quod verior ſit
illa gloſſæ opinio, nempe requirendum eſſe etiam conſen-
ſum primi domini, in alienatione feudi, attamen hoc non
efficit, quin hic ſubuaſallus dici debeat vere, & proprie ſub-
uaſallus domini immediati. Nam conſenſus ille mediati, qui
requiritur in alienatione, quam facit ſubuaſallus ipſe, ob id
requiritur, ne illi domino mediato præiudicium aliquod
afferatur reſpectu directi ſui dominij, ſicuti gloſſa, & præci-
tati Doctores ſcribunt. His intelligimus veriſſimam eſſe
14 ſententiam hanc, † ſubuaſallum non eſſe vaſallum primi do-
mini mediati directi, ſed immediati. Ex quo ſequitur, hunc
15 ſubuaſallum non teneri ſuſcipere † inueſtituram à domino
illo mediato, ſed ab immediato tantum, ſicuti reſpondi ſu-
periore anno in ſubuaſallo eccleſiæ Mantuanæ. Infertur etiã
16 dominum illum primum mediatum † non poſſe ius dicere
in ſubuaſallos, ſicuti nec in ſubditos ſui vaſalli. Baldus in c.
cæterùm. de iudiciis. Iaſon inter conſilia Bruni in conſi. viij.
num. 59. Curtius Iunior in conſi. ij. num. 1. Socin. Iunior in
conſi. cxxvj. num. 4. lib. iij. & Neuiz. in conſi. lxj. nu. 12. Ita
pariter non poteſt dominus mediatus, & directus imponere
17 onera † ſubuaſallis, Ruinus in conſi. ccxix. num. 5. lib. j. Cæ-
18 terum hæ illationes locum non habent in † Imperatore, qui
ſubuaſallis imperare, & inter eos ius dicere poteſt. Curtius
Iunior in conſilio cxxxvij. nume. 10. Non etiam locum ha-
19 bent † in Gallia. Caſſaneus in conſi. lxvj. num. 11. Non pari-
20 ter procedit, quando vaſallus obtineret partem feudi † alio
iure. Guido Papæ. q. dlj. col. pen. verſ. nec obſtat. Moder. Pa-
riſienſ. in commentariis ad conſuetud. Pariſienſes titu. j. §. j.
glo. vj. nu. 3. & Marinus Freccia de ſubfeudis. lib. j. in capite,
quod incipit. Fuit dubitatum. nu. 5. & nu. 24.

Secundum eſt huius diſputationis caput, quando extat
regionis, regni & loci conſtitutio, vel conſuetudo, quod va-
21 ſallus † non poſſit ſubinfeudare ſine domini directi licentia,
& ipſe dominus directus deinde requiſitus cõcederet licen-
tiam, & conſenſum ſubinfeudandi, an is ſubuaſallus ſit ipſius
immediati, vel mediati domini? Marinus Freccia in Tracta.
de ſubfeudis lib. j. de origine Baronum. c. Vidimus, quæuam
fuerint, &c. nume. 46. Opinatus eſt, hunc effici ſubuaſallum
primi domini. Ego verò in Commentariis, de arbitrariis iu-
dicum lib. ij. Caſu. cc. Contrariam ſententiam aduerſus Ma-
rinum defendi, & illius rationib. & argumentis quãtum per
me licuit,



me licuit, ſatisfeci. Cæterùm poſtquam illa ſcripſi, occurrit
mihi egregia traditio Baldi in c. cæterùm. nume. 13. de iudi-
ciis, qui ſcriptum reliquit, quod ſi vaſallus ſuo nomine ſub-
feudum concedit, atque ita ſuo nomine acquirit ſubuaſallũ,
quod ipſe concedens retinet vtile dominium, atque ita da-
tur vtile dominium inferius, & ſuperius, ſicuti etiã diximus
ſupra. ſi verò (inquit Baldus) voluntate domini vaſallus
alienat, penes alienantem nullum ius remanet, ſed tota re-
cognitio eſt directi domini. Et Baldum ſecuti ſunt Soc. Sen.
in conſi. lxvj. col. ij. verſic. ſecundò præmittendum eſt lib. iij.
Curt. Iun. in Tract. feudorum in quarta parte. nu. 83. & Mo-
der. Pariſiens. in conſuetud. Pariſienſibus. §. j. gl. vj. nume. 4.
ſenſit ergo Baldus, quod facta alienatione voluntate directi
domini, non ſolùm vaſallus non habet ſubuaſallum, verùm
nec ius aliquod in ipſo feudo.

Cæterùm facile reſpondetur, hæc duo inter ſe maxime
22 differre, † licentia alienandi, & licentia infeudandi. Nam
facultas alienandi efficit, vt in totum rei dominium in alium
tranſeat, atque ita vaſallus alienans, perdit vtile dominium.
Licet verò ſubinfeudandi, quæ ſecundum feudi naturam
conceſſa dicitur, operatur, vt vaſallus ſubinfeudans, retineat
vtile quoddam dominium, quod ſuperius (vt diximus)
appellatur, ſubuaſallus dominiũ inferius. Nec aliquid aliud
præter directum dominium, manet apud ipſum primum
dominum. Quocircà rectè ſcribunt Doct. noſtri, ſubinfeu-
23 dationem † non eſſe propriè alienationem. Ita ſanè Abbas
in cap. cum apoſtolica. de his, quæ fiunt à prælatis ſine con-
ſenſu capituli. Curtius Iunior in tractatu feudorum, in quar-
ta parte principali. num. 84.

Probata tamen opinione illa Marini Frecciæ, quod ſci-
licet conceſſa à domino directo licentia ſubinfeudandi, is
ſubuaſallus; ſubinfeudatus, efficitur vaſallus ipſius directi pri
mique domini. Hæc ſanè opinio locum non habet, quando
coniecturis & præſumptionibus conſtat, ita fuiſſe cõceſſam
24 alienandi facultatem, vt is † ſubuaſallus ſit ſubinfeudantis
& non primi domini: ſic declarat Marinus Freccia in d. capi.
vidimus: quæ nam. nu. 54. verſic. Hæc autem perſtringerem,
qui ſeptem coniecturas recenſet, quas etſi enumeraui in prę-
citatis commentariis de arbitrariis iudicum lib. ij. caſu cc. ad
finem, non tamen grauabor & hic repetere.

Prima itaque eſt coniectura, quæ (inquit Marinus) de-
25 ſumitur † à vicinitate ſcripturæ. arg. l. ſi ſeruus plurimum. §.
vlt. de leg. j. & ſcripſi ſupra lib. j. q. xxviij. nu. 1. & 2. vbi mul-
tis comprobaui.

26 Secunda eſt coniectura deſumpta à † conſuetudine ipſius
Principis & domini directi, argumen. l. vel vniuerſorum. ff.
de pignorati. actio. quo loci Caius reſpondit: procuratorem
poſſe pignori dare rem domini, ſi is dominus conſueuit ſic
accipere mutuo, pignore dato. Et latè comprobaui ſupra
lib. j. q. xviij. nu. 1.

27 Tertia eſt coniectura ducta à loci & regionis, † conſue-
tudine, argumento eorum, quæ ſcripſit Iſernia in capitul.
primo. §. præterea. numero 8. de capitul. Corradi, cum dixit,
aliquando non eſſe permiſſam ſubinfeudationem ob regio-
nis conſuetudinem, ſic voluntatis interpretatione à conſue-
tudine patriæ colligit Iulianus in d. l. ſi ſeruus plurium. §. vl-
timo. de leg. primo. & aliis comprobaui in d. lib. j. q. xxviij.
num. 7.

28 Quarta eſt coniectura, quæ colligitur ex immenſo † cól-
lato beneficio à vaſallo ipſi principi, & directo domino, ar-
gum. l. ſi pater. §. j. ff. de donationi. cuius egregia verba hæc
ſunt, ſi quis aliquem à latrunculis vel hoſtibus eripuit, &
aliquid pro eo ab ipſo accipiat: hæc donatio irreuocabilis
eſt. Nam merces eximij laboris appellanda eſt, quod con-
templatione ſalutis certo modo æſtimari non placuit.

29 Quinta eſt coniectura ſumpta ex grauitate † perſonæ, cui
conceſſum fuit feudum, arg. l. plenum. §. equitij. ff. de vſu &
habita. quem textum multis illuſtrabimus infra lib. vj. præ-
ſump. xxiiij.

Sexta eſt coniectura ducta ex eo, quod feudum fuerit
30 conceſſum ob benemerita † vaſalli, quem ipſe dominus ple-
niore gratia & fauore cohoneſtare veriſimiliter voluiſſet.
Nam (inquit Marinus) inducta ad augmentum non debent
operari diminutionem. l. legata inutiliter. ff. de adimen.
legat.

Cæterum hæc coniectura nõ multum differt à quarta ſu-
pra commemorata.

31 Septima eſt coniectura ſumpta ex eo, quod res † ita in
feudum concedi conſueuit. argumen. l. excepto. C. de loca-
to. & conducto. vbi conſuetudo locandi attenditur, in re-
mittenda penſione ob ſterilitatis & penuriæ caſum. Et illo
in loco diſſerunt Baldus, Salicetus, & reliqui.

## PRAESVMP. CIII.

Priuilegium ſeu conceſſio, an & quando præſu-
matur vel realis, vel perſonalis, & qui ſit huius tracta-
tionis vtilis effectus.

### SVMMARIVM.

1 *Priuilegium aut conceſſio perſonæ facta, perſonalis eſt, cum ea extin-
guitur, nec ad hæredes tranſit.*
2 *Priuilegij cauſam proximam & immediatam, fuiſſe perſonam ſignis
probari.*
*Si ratio & cauſa conceſſionis ipſi ſoli perſonæ conueniat. nu. 3.*
*Si ſpeciali fauore ipſius perſonæ factum probetur. nu. 6.*
*Si ſub nomine proprio aut pronomine fiat conceſſio. nu. 9.*
*Si perſonæ induſtria videtur electa, idque ex qualitate negocij commiſſi
appareat. nu. 10.*
*Si id appareat ex aliqua priuilegij parte. nu. 11.*
4 *Maritus ad reſtitutionem dotis, vltra quam poteſt, non condemnatur.*
*Idem in patre, patrono & milite. nu. 5.*
7 *Fiſco ne gabellas ſoluat conceſſum priuilegium, non tranſit ad gabellæ
conductores.*
8 *Pallij vſus Archiepiſcopo conceſſus, priuilegium perſonale eſt, & cum
eo pallium ſepelitur,*
12 *Priuilegium conceſſum ad benemeritorum remunerationem, vtrum
perſonale ſit vel reale. nu. 13.*
14 *Contractus ſui natura ad hæredes tranſit.*
15 *Beneficium inferioris à principe non ita lata interpretari.*
16 *Priuilegium reale dicitur ſi perſona cui conceſſum ſit, remota cauſa
fuerit, proxima vero quæuis alia.*
17 *Reſtitutionis priuilegium an tranſeat ad hæredes minoris.*
18 *Reſtitutio minoris quando comp. tat.*
19 *Immunitas ob duodecim liberos, fauor publicus eſt cauſa proxima.*
20 *Conceſſio facta perſonæ per modum beneficij, non priuilegij, realis eſt.*
21 *Beneficia principum late interpretari.*
22 *Conceſſio facta perſonæ in modum pacti, & conuentionis, realis eſt, &
ad hæredes tranſitoria.*
23 *Conceſſio facta familiæ realis eſt, & ad omnes tranſit poſteros.*
24 *Conceſſio facta ciuitati, loco, vniuerſitati, realis eſt.*
25 *Ciuitas, populus, vniuerſitas ſemper eadem eſt.*
26 *Conceſſio facta rebus ipſis, realis eſt, non perſonalis.*
27 *Conceſſio facta cauſæ, realis præſumitur.*
28 *Nobilitatis & memoriæ conceſſum priuilegium reale eſt.*
29 *Conceſſio vtrum cauſæ an perſonæ facta ſit, in dubio præſumitur realis.*
*Eſſe tamen recurrendum ad coniecturas. nu. 30.*
31 *Priuilegium conceſſum à principe, reale eſſe.*
*Perſonale autem inferioris à principe. num. 32.*
33 *Priuilegium principis de facto aliquo perſonale eſſe.*
34 *Priuilegium de iure indeterminato perſonale, de determinato reale
præſumi.*
35 *Priuilegium ſeu conceſſio rei ad hæredes non tranſitoriæ, perſonam non
egreditur.*
36 *Obſeruantia coniecturam præbet vtrum priuilegium perſonale ſit vel
reale.*
37 *Aquam ducendi conceſſio cur realis præſumatur.*
38 *Obſeruantia cur nil operetur in vniuerſitate.*
39 *Verbum in perpetuum ſecundum ſubiectam materiam intelligi.*
*Et in materia priuilegiorum quomodo accipiatur. nu. 40*
41 *Conceſſio realis ſit vel perſonalis præſumptio interdum ex aliquo ex-
terno accidenti ſumitur.*
42 *Conceſſio realis præſumitur, ſi alias ob qualitatem perſonæ cui facta eſt,
penè redderetur inutilis.*
43 *Conceſſio realis præſumitur interdum ex promiſſione reciproca.*
44 *Communitas nunquam moritur.*
45 *Conceſſio realis ad omnes tranſit hæredes & ſucceſſores.*
*Et de perſona ad perſonam extenditur. num. 46.*
*Aliud in conceſſione vel priuilegio perſonali. ibid.*

CVM hactenus de feudorum conceſſionibus, &
principum liberalitate multa expoſuerimus,
viſum eſt, non abs re, hoc in loco diſſerere, an
& quando ipſæ principum conceſſiones, & pri-
uilegia præſumantur realia, vel perſonalia? Di-
ſputatio eſt valde frequens, & vtilis, in qua quidem diſtin-
guendi atque conſtituendi ſunt aliquot caſus.

Primus eſt caſus, quando conceſſio facta fuit perſonæ,
quæ extitit cauſa proxima, & immediata ipſius conceſſio-
1 nis. Hoc in caſu præſumitur † perſonalis, non autem realis:
& propterea cum ipſa perſona extinguitur, atque ita non
tranſit ad hæredes, ſicuti infrà demonſtrabimus.

2 Cæterùm ad cognoſcendum, quod † perſona ipſa fuerit
cauſa proxima, & immediata cõceſſionis, aliquot ſigna con-
3 ſiderari poſſunt. Et primum eſt, quando † ratio & cauſa,
ob quæ facta eſt conceſſio, conuenit ſolùm illi perſonæ.
Exemplum eſt in caſu.l.maritum, cum.l.ſeq. ff. ſol. matr. &
in l. etſi fideiuſſor.§.ſi maritus. ff. de re iud. vbi priuilegium
4 conceſſum marito † vt ad dotis reſtitutionem ſolùm con-
demnetur, inquantum facere poteſt, perſonale præſumitur,
cum conceſſum ſit ob honorem marito debitum, ne aliquan
do indigeat, faméque quodammodo necetur. Idem dici-
5 mus in priuilegio conceſſo patri, † patrono, & militi, vt
condemnentur tantummodo inquantum facere poſſunt. l.
ſunt, qui.l.patronus.l.item miles.& l.miles.ff.de re iud.

Secundum eſt ſignum, quod ſumitur à ſpeciali fauore
6 † ipſius perſonæ, cui conceſſum fuit priuilegium. Exem-
plum in fiſco, cui conceſſum eſt, ne ſoluat gabellam.l. lici-
tatio.§.Imperatores.ff.de publica.& vectig. Quod quidem
7 priuilegium non † tranſit ad conductores ipſius gabellæ, vt
ſcribunt Bartol.in d.§. Imperatores.Decius in l.in omnibus
cauſis.nu.2.ff.de reg.iur.& in cõſi.xlviiij.nu. 5. & Tiraquel-
lus in Tract.de retractu conſang.§.j.glo.xiij.nu.12. Eſt etiã
etiam exemplum in Archiepiſcopo, cui fauore ſpeciali ſuæ
8 perſonæ conceſſus eſt vſus † pallij, & ideò priuilegium dici-
tur perſonale, quod nec quidem vſus ipſe commodari alter
poteſt, immo cum ipſo pallio ſepeliri debet.cap.ij.de aucto.
& vſu pallij, vbi Doctor.& notat Decius in d.l.in omnibus
cauſis.num.1.in fine.ff.de reg.iuris.

9 Tertium eſt ſignum, quod ſumitur à nominatione † pro-
prij nominis, vt putà, ſi dictum eſt, concedimus Caio, præ-
ſumitur enim ex hoc priuilegium eſſe perſonale. Ita Ancha.
in conſilio cccxxvij.numero ſecundò. Alex.in conſil.lxxxvj.
numero 7.libro primo.Socin.Sen.in conſilio lix.numero 2.
libro primo.Felinus in c.mandata.num.2.de præſump.Dec.
in d.l.in omnibus cauſis.nume.2.de reg.iuris, & in conſilio
cclxij.num.1.Bellonus in conſilio xx.nu.7. Alciatus in reſp.
cciij.nume.12.& Natta in conſi.clxiij.num.7.& in conſilio
clxiiij.nu.21.

Et hoc ſignum multo magis locum habet, quando adie-
ctum fuiſſet pronomen, ipſe, vt ſi dictum fuit, concedimus
ipſi Caio. Ita in ſpecie Natta in d.conſi.clxiij.num.8. libro
j.poſt Baldum in l.apud Iulianum.§.ſi quis alicui. ff. de leg.
j.Imolam, & Ancha.in c.priuilegium.de reg. iur.in vj. Cum
dixerunt, conceſſionem præſumi perſonalem, ſi concedens
dixit, per te exerceas. Ita etiam Alciatus in reſp.cciij.nu.26.
Idem Natta in conſi.clxiiij.num.21.lib.j.qui declarat, ſicuti
infrà ſuo loco dicemus.

10 Quartum eſt ſignum; quod ſumitur ex qualitate † negotij
commiſſi ipſi perſonæ, ſicuti quando negotium aliquod non
determinatum commiſſum mandatumque fuit. Nam tunc
conceſſio præſumitur perſonalis, ex quo præſumitur electa
induſtria perſonæ, vt dicemus infra lib. vj. in præſumptio-
ne xl. vbi quando dicatur electa induſtria, in quarto caſu. Et
in ſpecie noſtra ſignum hoc probarunt Bartol.in l. apud Iu-
lianum.§.ſi quis alicui.ff.leg.j.& ibidem Alex.nume. 2. Ia-
ſon num.7 idem Iaſon in conſi.lxxxix.col.iij.verſi.ſeptimò
facit.lib.iij.Dec.in cõſi.cclxij.col.ij.verſi.tertio. & num.7.
verſ.ſextò non obſtat.Dec.in conſi.lj.colu.ij. dum loquitur
de ſaluo conductu.Natta in conſi.clxiij.num.10.& nu.11.&
in conſi.clxiiij.nume.10.verſicul.præterea.& num.13.lib.j.

11 ¶ Quintum eſt ſignum, quod ſumitur ex aliqua parte † ipſius
priuilegij, & cõceſſionis, vt puta, ſi in vna parte priuilegij, in
qua aliquid fuit cõceſſum, dictum fuit, pro ſe, & hæredibus,
deinde in alia parte, in qua aliud diuerſum conceſſum fuit,
ſolummodò fuit dictum pro ſe, colligitur ex ſecunda parte,
conceſſionem hanc eſſe perſonalem. Ita Baldus in conſilio
ccclxviij.Quod permutatio facta.col.j.verſi. ſecunda ratio.
libr.v. qui reſpondit, quod quædam verba antiquorum pa-
ctorum, in quibus dicebatur, quod nemo ipſorum poſſit ali-
quid acquirere in territorio alterius, cenſentur perſonalia,
atque ita non referri ad hæredes, ſed ſolummodò ad ipſos
principales contrahentes: quia ibi in dicta clauſula nihil erat
repetitum de hæredibus, de quibus facta fuerat mentio ſupra
in alia parte. Et Baldum ſecutus eſt Natta in conſ.clxiiij.nu.
1.& nu.22.lib.j.vbi in contrarium recenſet Corneum, ſed à
Baldo recedendum non eſſe ſcripſit.

Secundus eſt caſus, quando conceſſio facta fuit perſonę,
quæ fuit cauſa proxima, & immediata ipſius conceſſionis:
12 ſed conceſſio ipſa facta fuit ad † remunerationem beneme-
ritorum. Hoc in caſu ſunt opiniones. Aliqui exiſtimarunt,
hanc conceſſionem adhuc præſumi perſonalem, & ob id
non eſſe ad hæredes tranſitoriam. Ita Ioan.Andreæ in capit.
priuilegium. de reg. iuris in vj. in mercurialibus. vbi in ſo-
lutione quæſtionis per eum diſputatæ, concludit, quod ſi ap-
paret, quod propter labores, quos aliquis pro eccleſia Ro-
mana ſuſtinuit, vel propter eminentem ipſius ſcientiam, vel
ſanguinis nobilitatem priuilegium fuerit conceſſum, iſtis
caſibus priuilegium non præſumitur reale, etiam ſi ſuppreſ-
ſum fuiſſet nomẽ proprium: quia perſona videtur fuiſſe cau-
ſa immediata priuilegij. Et Ioan.Andreæ ſecutus eſt illo in
loco Ancharan. Idem reſponderunt Iaſon in conſil. lxxxix.
col.ij.verſi.ſecundò facit.lib.iij.Alciatus in reſp.cciij.num.
22.& Natta in conſi.clxiiij.nu.20.verſi.ad iſta omnia. lib.j.
ex l.j.ff.de conſtit.prin.

Secunda fuit opinio, & verior quidem eorum, qui ſcri-
13 pſerunt, immo conceſſionem hanc † realem eſſe. Ita reſpon-
derunt Bald. in conſilio ccclv. Præmittendum eſt lib.j. & in
conſi.xcviij. Quæritur lib.iij.idem Ancha.in cõſi. cccxxvij.
nu.3.Soc.Sen.in conſ.lix.col.iij lib.j.& in cõſi.lxxxiiij.col.
pen.nu.11.in fin.lib.iij.Tiraquellus in l.ſi vnquam, in verbo
donatione largitus.nu.48.C.de reuoc. donat. Ea ratione ij
moti ſunt, quod princeps à ſuſcipiente priuilegium lucratus
eſt aliquam donationem, vel factum, quod habet perpetuam
commenſurationem cum re conceſſa, & ideò dicitur tranſi-
re in vim contractus, argum.l.ſi cum mihi. ff. de dolo, vbi
Baldus in fine annotauit. De natura autem contractus eſt,
14 † quod tranſeat ad hæredes. l. ſi pactum. ff. de probatio. &
dicemus infra in quinto caſu. Et accedit, quod hoc non di-
citur propriè priuilegium, ſed beneficium, vt egregiè tra-
dunt omnes in l.vlt.ff.de conſtitu. principum.& Socin.Iun.
in conſil.xxxvij.num.18.lib.j. ex quo ſequitur non eſſe per-
ſonale, ſed ad hæredes tranſitorium, vt dicemus infra in
quarto caſu. Nec obſtat. d. l.j. ff. de conſt.princip. quia re-
ſpondetur ſecundum Socin.Sen.in d.conſi.lxxxiiij.num.13.
verſi.etſi dicas.lib.iij.d.l.j.loqui in remiſſione pœnæ ob ali-
quod meritũ, quæ ſanè remiſſio non debet trahi in exemplũ.

Eſt etiam aduertendum, quod Iaſon in d. conſil.lxxxix.
colum.pen.verſic.non obſtat ſecundum. libro tertio.decla-
rat, ſe ipſum illo in loco, vt à ſe dicta procedant in inferiore
15 à † principe, cuius beneficium latè non interpretatur, vt il-
lud principis.

Tertius eſt caſus, quãdo perſona, cui facta eſt conceſſio,
16 & priuilegium, † fuit cauſa remota, & alia proxima. Hoc
in caſu conceſſio, & priuilegium dicitur reale, & ideò tran-
ſit ad hæredes. Ita Dyn.in cap.priuilegium.num.4.verſ.aut
perſona de reg.iuris in vj.Decius in l.in omnibus cauſis, nu.
4.ff.de reg.iuris.

Exemplum in l.non ſolum.ff.de in integrum reſtit.mino.
in l.minor annis.§.vlt.& l. ſequẽ.ff.de mino.xxv.annis. & in
l.ea, quæ. C. de tempo. in integr. reſt. pet. vbi priuilegium
17 † reſtitutionis in integrum conceſſum minori, tranſit ad hę-
redes, & ſucceſſores, ob id, quod non ipſa perſona minoris
immediatè, ſed læſio fuit in cauſa ipſius reſtitutionis con-
ceſſæ. Nam reſtitutionis priuilegium tunc competit mi-
18 nori, quando † de læſione conſtat. l. quod ſi minor. §. non
ſemper.& l.non omnia.ff. de mino. Eſt etiam exemplum in
l. hæredes.ff. ad S.C.Velleia.vbi priuilegium tributum mu-
lieribus à S.C.Velleiano, ne pro fideiuſſione teneantur, trã-
ſit ad hæredes, atque ita perſonale non eſt, ex quo priui-
legij



legij cauſa non eſt immediatè perſona mulieris, ſed ipſa de-
ceptio. Et hinc aliquando reſpondi, quod cum pater ſit cau-
ſa remota conceſſionis immunitatis, ob numerum duode-
19 cim filiorum, cum cauſa proxima ſit fauor † publicus, &
onus educandi ipſos filios, ſecundum Ripam in l. ex facto.
nu.13.ff.de vulga.ob id immunitas hæc realis dicitur, & ad
filios tranſit. Ita Soc.Sen.in d.conſ.lxxxiiij.nu.9.lib.viij. Et
in Ducatu Mediolani ſic fuit conſtitutum noua conſtitu-
tione in tit.de immunit.& iure duodecim libero.

Quarius eſt caſus, quando conceſſio facta fuit perſonæ
20 per modum beneficij, † non autẽ priuilegij. Hoc caſu præ-
ſumitur realis. Ita Bar.in l.vlt.nu.4.ff.de ſeruitute lega. Bal.
in l.apud Iulianũ.§.ſiquis alicui.ff.de lega.j.conſ.ccciij.Ad
euidentiam.col.ij.verſi.item beneficia.libr. ij.Ancharan. in
conſi.cccxxvij.nu.3.Imola, & Alexan.in l.quia tale.nu.2. ff.
ſolut.matr.Barb.in conſi.xliiij.col.vj.verſi.præterea faciat.
lib.ij.& cum Barbatia de eadẽ facti ſpecie interrogatus idẽ
reſpondit Soc.Sen.in conſi.lxxxiiij.num.12.lib.iij.Dec. in
conſi.cclxij.nu.5.verſ.viij.& in l.in omnibus cauſis.num.5.
ff.de reg.iur.Bellonus in conſi.xx.nume.8.& Alciat.in reſp.
ccxiij.nu.15.& 17.

21 Ea ratione adducti ſunt, quod beneficia † principum latè
interpretantur.l.vlt.ff.de conſtit.prin. Eſt ergo præſumen-
dum, quod concedere voluerit etiam pro hæredibus, & ſuc-
ceſſoribus.

Quintus eſt caſus, quando conceſſio fuit facta perſonæ,
22 ſed in modum pacti, † & conuentionis; atque ita ex contra-
ctu. Hoc in caſu conceſſio præſumitur realis. Ita Baldus in
ca.j.col.vij.de iud.& idem in conſi.cxij.de generali natura.
col.ij.ver.& propriè iſta.lib.j.Iaſon in l.ſi ſic ſtipulatus.la ij.
nu.13.& nu. 17.de verbo.obligat.qui dixit, ſe ita conſuluiſ-
ſe pro immunitate conceſſa à ciuitate Albæ, vt verè conſu-
luit in conſi.ccxvij.lib.ij.qui reſpõdit, quod immunitas cõ-
ceſſa conuentione & pacto, tranſitoria eſt ad hæredes iuxta
l.ij.ff.iure immunita.& natura pactorum, & contractus eſt,
vt ad hæredes tranſeant. l. iuriſgentium. §. pactorum. & l.
tale pactum in princip.ff.de pactis, & l.ſi pactum.ff.de pro-
bat.Abbas in c.vlt. in primo notab. de arbitr. & alia multa
præcitatis in locis recenſet Iaſon. Et illum ſecutus eſt Bel-
lonus in conſ.xx.nu.3.ver.quidquid.

Sextus eſt caſus, quando conceſſio facta fuit certo gene-
23 ri perſonarum, vt puta † familiæ. Hoc in caſu conceſſio præ-
ſumitur realis, & ob id ad ſucceſſores, qui eiuſdem familiæ
ſunt, tranſit. Ita Dynus in c.priuilegium.nu.6.verſ.iij. caſu.
de re.iur.in vj.ex l.j.§.vlt.& l.immunitatis.ff.de iure immu-
nita.& l.vacatio.ff.de muner.& hono. Et eandem ſententiã
apertius probauit Barba.in conſ.xliiij.col.iij.lib. ij. cũ quo
in eodemmet caſu reſpondit, & Socin.Sen. in conſ.lxxxiiij.
nu.7.& nu.9.verſ.poſtremò adhuc.lib.iij.qui dixerunt pri-
uilegium immunitatis conceſſum familię, tranſire ad omnes
poſteros ex familia.

24 Septimus eſt caſus, quando conceſſio facta fuit † ciuitati,
vel loco ſicq; vniuerſitati. Hoc caſu præſumitur realis. Ita
Dinus in d.c.priuilegium.nu.7.de reg.iur.in vj.Bar.in l. vl-
ti.nu.5.ff.de ſeruit.leg.Baldus in l.omnia in prin.C. de epiſ.
& cler.Ancha.in conſ.cccxxvij.col.ij.ver.primo namque.A-
ret.in cap.nullus.de foro compet.Roma.in conſi.cviij.De-
cius in l.in omnibus cauſis.num. 16.& in l. qui in ius domi-
niúmve.nu.2.ff.de reg.iuris.Bellonus in conſi.xx.num.9. &
Zaſius lib.ij.ſingula.reſp.c.iiij.in fin. Et ij quidem adducti
ſunt ex l.forma.§.quamquam.ff. de cenſib. Et ratione illa,
25 quod eadem ſit ſemper † ciuitas, idem populus, eadem vni-
uerſitas.l.proponebaur.ff.de iud.& pulchrè ſcribit Alex.ab
Alex.lib.iij.dierum genial.c.j.

26 Octauus eſt caſus, quando conceſſio facta fuit † reb.ipſis,
non autem perſonæ. Hoc in caſu præſumitur realis. Dinus in
d.c.priuilegium.nu.6.de reg.iur.in vj. Alex. in conſi. cxcij.
lib.ij.Iaſon in conſ.lxxxix.col.j.verſ.iij.facit.& col.ij.verſi.
iiij.ita.lib.iij.Dec.in l.in omnibus cauſis.nu.15.de reg. iur.
Qui ob id affirmant, conceſſionem hanc tranſire ad eum, ad
quem tranſeunt, & ipſæ res. l. via. §. quæcumque. ff.de ſer-
uit.ruſtic.prædio.l. ſi aquæductus.ff. de contrah. empt.& l.
ætatem.§.rebus.ff.de cenſib.

27 Nonus eſt caſus, quando conceſſio facta fuit † cauſæ, vt
putà cauſæ depoſiti, mutui, vel ſimili. Hoc caſu priuilegium
præſumitur reale. Dynus in d.capit. priuilegium. in fine. de
reg.iuris.in vj.Iaſon in l.tempus.colu.j.ff.de re iud.Decius
in l.in omnibus cauſis.numero 14.ff.de reg.iuris. Et probat
tex.apertus in l.priuilegia.ff. de reg.iuris. Et confirmantur
prædicta auctoritate Baldi in conſi.ccclv.Præmittendũ eſt.
28 lib.j.cum reſpondit, quod conceſſio, & priuilegium † con-
ceſſum memoriæ, & nobilitati, ſicque cauſæ, præſumitur
reale, & ideò ad hæredes tranſit. Et Baldum ſecutus eſt Al-
ciatus in reſp.cciij.nu.20.

29 Decimus eſt caſus, quando ſumus in dubio, † cui facta ſit
conceſſio, an perſonæ, vel cauſæ, vel rei. Hoc in caſu præſu-
mi realem ſcripſerunt Baldus, in l.apud Iulianum. §. ſi quis
alicui de leg.j.Anch.in conſ.cccxxvij.nu.3.qui alios refert.
& copioſè Alexand.in l.quia tale.nume.2.ff.ſoluto matr. &
egregiè Iaſon in conſ.ccxvij.col.j.verſic.ſecundò quia lib.
ij Dec.conſ.cclxij.num.5.vbi de conceſſione immunitatis.
Idem reſpondit Bellonus in conſilio xx.num.8. Qui tamen
30 nu. 9. verſ.præterea ſcripſit ad coniecturas † recurrendum
eſſe, & idem affirmarunt Natta in conſ.clxiiij.nũ. 21. & Al-
ba.in conſ.lxiiij.nu.72.

Primò coniectura ſumitur à qualitate ipſius conceſſionis,
31 ſi eſt † priuilegium principis, præſumitur realis ipſa conceſ-
ſio. Ita ſenſit Bar.in l.vlt.num.4.ff.de ſeruitute lega.& aper-
tius Francus in c.priuilegium.col.j.de regu. iuris in vj.Ale-
xan.in l.quia tale.nu.2.ſoluto matr.& in conſi.cxciij.nu. 3.
lib.ij.Decius in l.in omnibus cauſis.nume.3.de regul.iuris.
& in conſ.cclxij.col.vlt.verſi.ſecundò reſpondetur.Alba. in
conſ.lxiiij.nu.72.Natta in conſ.clxiiij.nu.5.& nu. 15. & nu.
28.& Alciatus in reſpon.cciij.numer.4. Cum autem eſt be-
32 neficium conceſſum ab † inferiore à principe, præſumitur
perſonalis conceſſio. Alciatus in reſp.ccij.nume.15. Verùm
aliter diſtinguit Bart.in d.l.vlt.nu.7.ff.de ſeruit.lega.qua de
re ſtatim dicemus.

Secundò ſumitur coniectura à qualitate actus faciendi, &
33 exequendi. Si conceditur † factum præſumitur perſonalis
34 conceſſio; ſi verè ius indeterminatum, † conceſſio eſt perſo-
nalis, vt dixi ſupra in primo caſu in quarto ſigno. Si verò eſt
determinatum, conceſſio præſumitur realis. Ita Barto.in d.l.
vlt.nu.7.ff.de ſeruit.lega.

Tertiò ſumitur coniectura à qualitate ſeu natura ipſius
rei conceſſæ, vt ſi conceditur res quæ ſui natura non eſt trã-
35 ſitoria ad hæredes, conceſſio † perſonalis eſt: ſicuti quando
conceditur immunitas, quæ non tranſit ad alios ſucceſſores.
Ita Alciatus in reſp.cciij.nu.17.& Bero.in conſi.clxxiij. nu.
68.lib.j.& in conſ.cliij.nu.7.lib.iij.

36 Quartò ſumitur coniectura † ab obſeruantia. Ita Decius
in conſ.cclxij.nu.5.verſ.accedit vlterius; qui reſpondit, con-
37 ceſſionem ducendi † aquã præſumi realem ob id, quod mul-
tos annos continuata ſit in hæredes eius, cui facta fuerat ip-
ſa conceſſio. Hanc tamen coniecturam intelligit Alciatus in
d.reſp.ccciij.nu.31.procedere in eo, qui ſciens eſt facti, vt
in perſona priuata, ſecus in vniuerſitate, quæ quotãnis ſolet
mutari, & propterea in ea præſumitur ignorantia, & conſe-
38 quenter † obſeruantia nil operatur.

Quintò coniectura ducitur à qualitate verborũ expreſſo-
rum in ipſa conceſſione; vt ſi dictũ eſt, concedimus Caio in
perpetuum. Ita Anch.in conſi.cccxxvij.col.ij. verſ. ij. prin-
cipaliter.Soc.Sen.in conſ.lxxxiiij.nu.4.lib.iij.& cum eo de
eadem facti ſpecie conſultus, reſpondit Barb.in conſi.xliiij.
col.ij.& lib.ij.vbi latiſſimè comprobat.

Cæterùm diſſentit Alciatus in d.reſp.cciij. nu. 25. qui
39 dixit, verbum hoc in perpetuum, † intelligi ſecundum ſub-
iectam materiam; & ob id poteſt intelligi durante vita eius,
cui facta fuit conceſſio, iuxta.l.j.ff.pro ſocio, vbi glo.& alia
refert Alci.

Verùm reſpondetur, ſecundum Socinum in d.conſi.lxxx-
40 iiij.nu.4.quod in hac materia † perpetuum illud propriè di-
citur, quod non eſt perſonale, ſed reale, & quod tranſit cum
ipſis reb.ad hęredes, & ſucceſſores: Id qđ ille multis probat.
Et ſubiungit Soc.ibi.nu.6. hoc maximè procedere, qñ alia
verba adiecta ſunt, quæ ſignificarent hoc perpetuum debere
intelligi, vt ſit realis ipſa conceſſio.

Quintò coniectura ſumitur etiam aliquando ab aliquo
41 extrinſeco † accidẽti ex verbis ſignificato, vt putà ſi dictum,
& mandatũ fuiſſet, quod ex libro æſtimi, & cataſtri extrahe-
retur

retur atque cancellaretur nomen,& æſtimum huius, cui fa-
cta fuit conceſſio. Nam tunc præſumitur, quod conceſſio
facta,eſſe debeat perpetua.Ita Alciatus in reſpon. cciij. nu-
me.9.verſic.tum quia,qui tamen,nume.23.verſi.non obſtat
quod declarat,niſi alia adeſſet coniectura, vt quia liber æ-
ſtimi conſueuerit mutari certis temporibus. Hãc coniectu-
ram confirmat alia ſimilis conſiderata à Socino Sen.in cõſ.
lxxxiiij.nu.9.in fine.verſi.ſecunda ratio eſt libr.iij.Cùm di-
xit,quod ſi mandatum fuit,conceſſionem illam debere regi-
ſtrari in actis publicis: Nam hoc ſignificat (ait Socinus)
quod conceſſio perpetua eſſe debeat, atque ita realis, & ad
hæredes tranſitoria.

Sextò ſumitur coniectura, quando ob qualitatem per-
42 ſonæ,†cui facta fuit conceſſio,illa redderetur penè inutilis,
ſi intelligeretur perſonalis, vt puta quando fuiſſet facta, iam
ſeni. Nam tunc præſumitur realis,vt reſpondit Socin. Sen.
in dict.conſilio lxxxiiij.numero 10.verſic.tertia ratio mul-
tum.lib.iij.

43 Septimò ſumitur coniectura à reciproca† promiſſione,
vt ſi vniuerſitas concedit immunitatem alicui,qui ſe obli-
gauit tueri ipſam communitatem:quemadmodum ex parte
44 ipſius vniuerſitatis promiſſio eſt realis: cùm † communitas
nunquam moriatur.l.proponebatur. ff. de iud. Ita etiam ex
parte eius,cui conceſſa fuit ipſa immunitas dicitur realis,ſic
in ſpecie reſpondit Ancha.in conſi.cccxxvij.col.ij.verſic.j.
namque.

Ex prædictis intelligimus magnum eſſe huius tractatio-
45 nis effectum.Nam ſi conceſſio†realis eſt,ad hæredes,& ſuc-
ceſſores omnes tranſit:ſi verò eſt perſonalis, non tranſit; vt
ſuprà diximus,ex l.j.§.perſonis.ff.de iure immun.& l. ſordi-
dorum.C.de excuſa.mune. & reſpondit Socinus Senior in
conſilio quinquageſimonono numero ſecundo, & in con-
ſilio cxvj.nume. vigeſimo lib. j. Eſt & alius effectus,quod
46 quando conceſſio eſt realis,extenditur† de perſona ad per-
ſonam: non autem quando eſt perſonalis. Roman. in con-
ſilio ccxlvj. numero quarto. Alexander in conſilio cxiiij.
numero quinto,libro quarto.Iaſon in l.non tantum.nume-
ro ſeptimo. ff.de re iud.Decius in l.in omnibus cauſis. nu-
mero 6.& numero 7.ff.de reg.iur.& Crau.in conſi.ccxxxix.
numero 4.

## PRAESVMP. CIIII.

Emptionis,& venditionis:vel locationis,& con-
ductionis contractus an præſumatur, cùm princeps,
vel vniuerſitas aliquam vectigalium exactionem ali-
cui certo pretio concedit.

### SVMMARIVM.

*1 Vectigalium exactioe conceſſa alicui certo pretio à principe,ciuitate aut vniuerſitate,non expreſſo contractus nomine,in dubio præſumitur locatio.*

*Idque multo magis,ſi contrahentes verbo locationis vſi fuerint. numero 2.*

*Et maximè ſi vnum certum pretium, pro omnibus annis præſtandum fuerit conſtitutum nu.4.*

*Et quid ſi precium in ſingulos annos ſoluendum fuerit conſtitutum. nume.6.*

*3 Sermonis à proprietate non recedendum.*

*5 Vectigalium conductor, non fructus percipiendus, ſed ſpem fructuum percipiendorum videtur conduxiſſe.*

*7 Locationem dici,vbi precium annuum vel menſtruum conſtituitur, an verum ſit.*

*8 Gloſſæ auctoritas probabilis non neceſſaria.*

*9 Locationis in contractu, mercedis remiſſionem fieri, & qua de cauſa. nume.15.*

*10 Locatio,& emptio eiſdem regulis cenſentur.*

*11 Superficiario penſionis remiſſionem fieri,ob ſuperficiei ruinam.*

*12 Interpretatio benignior accipienda,& quæ illa ſit, in conductione vectigalium.nu.13.*

*14 Retis iactum emens ſi nil epiſcatum ſit non conqueri poteſt.*

*16 Contrahentes ſecundum naturã contractus contrahere præſumuntur.*

*17 Emptionis contractus mercedis remiſſionem non admittit.*

*18 Emptionis natura,& ſubſtantia eſt,vt dominium transferatur.*

*19 Vectigalium in conductorem,dominium vtile transire.*

*20 Vectigalium in conductione duo conſiderari.*

*22 Fructus rei vendi poſſe.*

*22 Precium vbi ſingulis annis ſoluitur, non videri dominum aliquod ius transferre voluiſſe.*

*23 Locationem prædiorum, leges cenſent, cum merces conſtituitur in ſingulos annos.*

*24 Coniecturam vnam,tolli alia contraria.*

*25 Vectigalium exactione certo precio conceſſa, quod emptio ſit alia eſt opinio.*

*Idque etiam ſi ab intio vnicum ſit conſtitutum precium, & diſtributio deinde facta in annos ſingulos.nu.39.*

*26 Contractus talis creditur,qualem demonſtrat verborum proprietas.*

*27 Contractus qualis ſit,diſpoſitionis tenor oſtendit.*

*28 Contractus naturam potius & materiam ſubiectam ſpectari,quam verborum ſonum.*

*Id autem quando verum ſit.nu.31.*

*29 Materiam ſubiectam,ad cognoſcendum actum potiſsimum præbere indicium.*

*30 Emphyteuſis contractus etſi contrahentes appellent, quando tamen cenſeatur venditio.*

*32 Mens diſponentis potius,quam verba attenditur,vbi illa certa eſt.*

*33 Precij facta mentione in contractu, emptionem & venditionem præſumi.*

*34 Precium emptionis & venditionis ſubſtantia eſt.*

*35 Precij verbum quando pro mercede poſsit exponi.*

*36 Impropriatio duplicata iure non recipitur.*

*37 Emptionis,& venditionis natura eſt,vt dominium transferatur.*

*38 Emptionis,& venditionis contractus cenſetur,in quo quid principaliter dari promittitur,& fieri aliud in conſequentiam.*

*40 Vectigalium aut gabellarum contractus,emptionis facta mentione,certo pretio conſtituto,vt id ſemel numeretur,emptio præſumitur.*

*Quod procedit,etſi poſtea ſolutionis facta ſit diſtributio in ſingulos annos.nu.41.*

*Idem in emptione datij cuius emptor commoditatem percipiendi dicitur emiſſe.42.*

*43 Vectigalium facta dicitur locatio,facta ſimul venditionis, & locationis mentione: præſtationis autem diſtributione in annos vel menſes facta.*

*Item etiam ſi vnica præſtatio pro toto tempore. nu.44.*

DVBIA admodum eſt,etſi valdè egregia, illa in-
terpretum noſtrorum diſputatio,an præſumatur
initus contractas emptionis, & venditionis, vel
locationis, & conductionis, quando princeps,
vel ciuitas, ſeu populus aliquis vectigalium exactionem
alicui, certo conſtituto pretio conceſſit? Hanc diſputatio-
nem pertractarunt Bartol.in ſua diſp.quarta.incipit, Publi-
canus.Ripa in Tracta.de peſte.in titu.de priuilegiis contra-
ctuum.numer.46.& Boer.in quæſt.ccxlix.numero decimo.
& numero vndecimo & alij plures, quos ſtatim commemo-
rabo. Placet mihi ita diſtinguere, in multis ſecutus Ripæ
traditionem.

1 Primus eſt caſus,quando contrahentes non ſunt†vſi ver-
bo emptionis,& venditionis:nec verbo,locationis, & con-
ductionis,vt puta ſi fuit dictum, communitas ſeu princeps
conceſſit Caio gabellas, vſque ad decem annos pretio de-
cem millium coronatorum,ſingulo anno.Hoc in caſu rece-
pta eſt Doctorum opinio,hanc præſumi locationem,& cõ-
ductionem.Ita communem eſſe aſſeruit Ripa in dic.titu.de
priuilegiis contractuũ.nu.51.& cum eo Boer. in d.q.ccxlix.
num.11.ver.primus caſus,qui teſtatur eſſe communem opi-
nionem.

2 Secundus eſt caſus,quando contrahentes vſi ſunt†verbo
locationis,& cõductionis,vt puta ſi dictum fuit,quod prin-
ceps locauit Caio gabellas ad decem annos pretio decem
millium coronatorum ſingulo anno. Hoc etiam in caſu à
fortiori præſumitur atque cenſetur locatio, & conductio.
Et communem hanc eſſe opinionem aſſeruit Ripa in dict.
titu.de priuilegiis contractuum,numer.55. & cum eo Boe-
rius in d.q.ccxlix.nume.11.verſic. ſecundus caſus eſt.Ea eſt
manifeſta ratio, quia ſi in dubio præſumitur locatio, cùm
ſcilicet locationis mẽtio nõ eſt facta,vt ſuperiore caſu dixi-
mus:mulo magis,quãdo fuit adiectum verbum, locationis.
3 Et prætereà ſermonis†proprietate non eſt recedendum...

non aliter



non aliter.de leg.iij.& multis infrà comprobabimus. Cum
ergo locationis verbo vſi ſint contrahentes, hanc locatio-
nem eſſe ſignificarunt.

Extenditur hic caſus,vt locum etiam habeat quãdo con-
4 ſtitutum fuit vnicum certum prtium†præſtandum pro om-
nibus annis,vel etiam ſi facta ſit conceſſio pro vno ſolo an-
no.Nam & tunc,ob verbum, locationis, quo contrahentes
vſi ſunt, præſumitur adhuc contractus locationis. Ita cen-
ſuit Ripa in d.tit.de priuilegiis contractuum nume. 55.verſ.
& hoc intelligo.Quo in loco cenſuit,ita ſenſiſſe Caſtr. in l.
cotem ferro.§.qui maximos.nu.4.ff.de publica.& vectig.&
in l.ij.§.adeo.ff.locati.etſi ipſe Caſtren.in d.§.adeò, nil hac
de re dixerit.

Nec repugnat auctoritas Baldi in l.ſi ea lege.nu. 4. C. de
vſuris.quia, vt rectè etiam animaduertit Ripa præcitato in
loco,concedit Baldus,hunc eſſe contractum locationis:ſed
ait,quod hoc in caſu non fit remiſſio mercedis huic locato-
ri,ſi fructus aliquos non percepit: cum hic conductor non
5 cenſeatur conduxiſſe † fructus percipiendos, ſed ſpem fru-
ctuum percipiendorum,atque ita caſum, aduerſamque for-
tunam conduxiſſe videtur. l. nec emptio. ff. de contrahen.
emp.Et hac ratione vſus etiam eſt Bal.in l.licet.quæſt.iij.C.
locati.

Tertius eſt caſus, quando contrahentes vſi quidem ſunt
6 verbo,emptionis,& venditionis,ſed tamen†in ſingulos an-
nos pretium cõſtituerunt,vt puta ſi dictum fuit,quod Prin-
ceps vendidit Caio gabellas ad decem annos,pretio decem
millium coronatorum in ſingulos annos ſoluendas.Hoc ſa-
nà in caſu recepta magis Doctorum opinio eſt,hunc eſſe lo-
cationis, & conductionis contractum. Hac in opinione
fuerunt Barto.in dict.l.cotem ferro.§.qui maximos. nume.
2.ff.de publica. & vectigal.& copioſius in dic. diſp.iiij.Pu-
blicanus.Caſt.in d.§.qui maximos.Anch.in cõſ.ccccij.Plu-
ribus.nu. 2.& in c.propter ſterilitatem. de locato.Signoro-
lus in conſi.xxij.nu.12.Imola in cõſi.ſeptimo,in principio,
qui admittit veram eſſe Bartol.opinionẽ.Idem ſenſit Areti.
in conſi.lv.numer.tertio,& numer. 5. Hanc quoque proba-
runt Bertachinus in Tract.de gabellis,in prima. q. ſecundæ
partis principalis.col.j.Salicetus in l.j.col.iij.ver.vnum ta-
men.C.de iure emph.Alexa.in conſi.iij.col.ij.lib.j. & aper-
tius in conſi.cviij.lib.iij.Corne. in conſi.xxiij.nu.7. in con-
ſi.xxxiij.nu.9.& in conſi.cxxviij.nu.3.lib.ij.idem in conſi.
xij.nu.2.lib.iiij.Lud.Bologninus in conſi.liiij.col.pen.ver.
aliud etiã ineſt.Soc.Sen.in conſi.lxxviij.col.ij. verſ. pretiũ
autẽ. lib.j.& in conſi.clvj.colum.j.lib.ij.Idem ſenſit Fabia-
nus de mõte in Tract.de emptione,& venditione,q.ij.prin-
cipali.nu.24.& hãc eſſe cõmunẽ ſententiã,atteſtatus eſt Ri-
pa in dicto Tract.de peſte,in d.tit.de priuilegiis contractuũ.
nu.56.Eandem ſecuti ſunt Soc.Iun.in conſi.lxviij.nu.1.lib.
j. Tiraq. de retractu conſang.§.xxxij.in gl.nu. 36. Boerius.
q. ccxlix.col.vlt.Boſſius in Tract.cauſarum criminalium. in
tit.de remiſſione mercedis publicanorum.num.5.Et quam-
quam in foro,& iudiciis ab opinione hac temerè recedere
non liceat:attamen parum ſolida eſſe videntur argumenta
penè omnia,quibus ij interpretes vſi ſunt.

Primò ea ratione moti ſunt,quod hic cõſtitutum eſt pre-
tium annuum,ſicque in ſingulos annos. Atqui vbi pretium
in ſingulos annos,vel menſes conſtituitur,contractus loca-
tionis dicitur initus, non autem emptionis, & venditionis.
Ergo hic contractus noſter dicitur locationis, non autem
venditionis.Illa minor probatur auctoritate gloſſæ in l.j.in
verbo,alienationis.C.de iure emphy.quam gloſſæ traditio-
nem ſecuti ſunt ibi Bar.& Iaſon.numer.23. qui alios plures
commemorat.

Reſpondetur primo ex ſententia Imolæ in d.§. qui maxi-
mos.& Ripæ in d.Tract.de peſte. tit.de priuilegiis contra-
7 ctuum.nume.49.verum non eſſe,quod dicatur†locatio, vbi
conſtituitur pretium annuum, vel menſtruum: quia nil eſt,
quod impediat,quin emi poſſit perceptio fructuũ pro pluri-
bus annis: licet ſolutio ſit diſtributa in ſingulos annos. Cũ
ergo vendi poſſit,& conſtet de mente contrahẽtium, ex ver-
bis ab eis prolatis debet iudicari emptio, non autem loca-
tio.Nec obſtat gloſſa.d.l.j.C.de iure emph.quia illa proce-
dit in dubio,& vbi contrahentes vſi nõ ſunt verbo emptio-
nis,& venditionis: Et in claris non eſt opus coniecturis. l.
continuus.§.cum ita.de verb.oblig. Et hanc interpretatio-
nem ſenſit gloſſ.l.Pomponius.in verbo,amitti.il ſecundo.
ff.quib.modis vſusfructus amitta.cùm appellat venditionẽ
fructuum factam pro decem annis in ſingulos annos. Præ-
tereà & ſecundo reſpondetur gl.d.l.j.C.de iure emphy.non
probare vel lege, vel ratione id quod aſſerit. Nam adducit
tex.§.pretium.in inſtit.de emp.& vend.& §.adeò in inſtitu.
de locato;quæ quidẽ iura nil penitus probant.Quocircà, &
8 ſi probabilis ſit gloſſæ†auctoritas,non tamen eſt neceſſaria,
vt ſcribunt omnes in l.j.ff.ſi certum peta.Et rurſus ipſamet
gl.aliter ſenſit in d.l.Pomponius.ff. quibus modis vſusfru-
ctus amitta.

Secundò adfert Ripa in d.tit.de priuilegiis contractuum.
nume.50.hoc argumentum,quod ait à Bar.in d. diſput. iiij.
perpenſum.Hic contractus aſſimiliatur contractui locatio-
nis,& ſecundum eius naturam debet regulari.Atqui in con-
9 tractu locationis†fit remiſſio mercedis. Ergo idem eſt di-
cendum hoc in caſu.

Repondeo ego huic argumento,omiſſa reſponſione Ri-
pæ.Dico itaque hoc argumentum nil ad rem noſtram face-
re.Nam nos non diſputamus nunc,an fieri debeat hoc in ca-
ſu remiſſio mercedis,vel non,tamquam ſit contractus loca-
tionis, vel venditionis:ſed diſputamus,an ſit contractus ip-
ſe emtionis,vel locationis: atque ita diſputamus de co-
gnoſcenda qualitate ipſius contractus, qualis ſcilicet con-
tractus ſit.Et ex hoc reſpondetur illi conſiderationi, quam
10 ex eodem Barto.ſubiungit Ripa, quod ſcilicet emptio † &
locatio eiſdem regulis regulantur.l.ij.in prin.ff.locati.Nam
cum adhuc non ſit certum,quæ ſpecies contractus hæc ſit,
ſequitur dicendum, ad rem non facere conſiderationem
hanc.

Tertiò mouetur Ripa in dict. titu. de priuilegiis contra-
ctuum.numero 52.poſt Bartol. in dict. diſp. iiij. ex l. inter
11 quos.§.damni.ff.de damno infecto.vbi ſuperficiario † pro-
pter ruinam ſuperficiei, fit remiſſio penſionis.Et tamen eſ-
ſe poteſt, quod titulo emptionis eſſet ſuperficiarius:Cum
ſuperficies ita emi,ſicut locari poſſit.l.prima.§.primo.ff. de
ſuperficiebus.

Reſpondet Ripa vbi ſup.num. 52.verſi.ſed tu.Ego quan-
tum attinet ad rem hanc reſpondeo, vt dixi ſupra. Eadem
reſponſione diluitur aliud argumentum,quod recenſet Ri-
pa vbi ſup.nume.53.

Quartò ad rem magis conferre videtur, quod in dubio
12 recipienda eſt illa interpretatio,†quæ benignior eſt. l. vlti.
C.qui bonis ced.poſſ.qua adductus ita Reſpondit Soc.Sen.
in conſi.xxv.col.viij.verſ.nonò probatur lib.j.& ego ſcripſi
lib.ij.de arbitra.iudicum.&c.Caſu cxcix.num.6.Atqui be-
nignior videtur eſſe hæc interpretatio, quod ſit contractus
locationis, & ob id ſcilicet quod remiſſio mercedis facilè
conceditur,fructibus non perceptis,vt in ſpecie conſiderat
Ripa in d.tit.de priuilegiis contractuum.nu.63.verſic. inſu-
per.Ergo hic contractus dici debet contractus locationis,
& conductionis.

Reſpondetur,retorquendo argumẽtum, quod benignior
13 cenſeri debet interpretatio,†ob id,quod remiſſio fieri non
debet:cum hic nulla adſit culpa communitatis, & Reipub.
ob quam concedi debet remiſſio: Et ipſi Reipub. magis fa-
uendum eſt quam illi emptori, cum Reſpub. æquiparetur
minori.l.pen.C.de iure Reipub. libr. x. Et quemadmodum
14 is,qui emit iactum retis†conqueri non poteſt,ſi nihil expiſ-
catum erit.l.ſi iactum.ff.de act.em.ita nec iſte emptor redi-
tuum vectigalis. Et quemadmodum emptor iſte pretium
auxiſſet ipſi Reipub. ſi multum plus ſolito percepiſſet, ita
econtra non meretur refici,ſi minus percepit,cum ſit regula
iuris naturæ, ad eum pertinere damnum ad quem pertinet
lucrũ.l.ſecundum naturam. de reg.iuris. Nec obſtat quod in
contractu locationis fiat remiſſio mercedis ob ſterilitatem,
cum tamen merces illa non augeatur ob magnam vbertatẽ:
Nam facilè reſpondetur id contingere in locatione, quam
15 certam eſſe præſupponimus, quia in locatione id † ſtatuit
16 lex,& contrahentes cenſentur contraxere†ſecundum natu-
ram contractus:Et proptereàdi uerſum eſt in caſu noſtro, in
17 quo dicimus,eſſe contractum emptionis,†cuius natura non
admittit mercedis remiſſionem.

Quintò vrgere non mediocriter videtur,quod emptionis,

& vendi

18† & venditionis natura, & ſubſtantia eſt, quod dominium
rei venditæ transferatur.l.cum manu ſata.§.vlti.de contrah.
emp.& §.item quæritur inſtit.de locat.Atqui noſtro in caſu
nullum eſt translatum dominium vectigalis. Ergo non di-
citur contractus venditionis,ſed potius locationis.

Reſpondetur primò, quod immo in hunc contrahentem
19 cũ Repub.etiam ſi conductor ſit, ſemper tranſit † vtile do-
minium.l.j.§.j.ff.de loco pub.fruc.Bar.l.j.§.j.de ſuperficie-
bus & Aret.in conſi.lv.nu.3.in fi.

20 Reſpondetur ſecundo quod in vectigali duo†cõſideran-
tur,nempe corpus ipſum vectigalis, & ipſius vectigalis fru-
ctus ſeu reditus.Quò ad dominium ipſius corporis vectiga-
lis,eſt certum illud non eſſe translatum:cum dictum ſit, re-
ditus venditos eſſe:non autem ipſum vectigal. Et hoc caſu
procedit rgumentum .Quò vero ad dominium ipſorum re-
dituum,& fructuum,illud dici poteſt venditum, & transla-
21 tum.Cum & fructus†vendi poſſint.clem.j.de reb.alien.non
alien.& tradunt Baldus in l.ij.C.eo. & Fabianus de monte
in tract.de emptione.q.ij.nu.28.

Sextò ad rem maximè facere videtur, hæc ratio, quod
22 quando † pretium ſoluitur ſingulis annis, non videtur do-
minus velle transferre aliquod ius,adhoc, vt ille ceſſabit in
ſolutione mercedis,vel pretij,poſſit expelli.l.quæro.§.inter
locatorẽ.ff.locati.& l.vectigalia.§.vlt.ff.de public.& vecti-
gal.ſed diuerſum eſt, quando vnicum pretium ſoluitur. Et
idem videtur probari in l. item quæritur. §. qui impleto. ff.
locati, vbi in locatione prædiorum ſemper habetur reſpe-
ctus ad annuam præſtationem. Ergo hic contractus non em-
ptionis,cuius natura eſt,vt dominium transferatur, vt dixi-
mus ſupra.

Reſpondetur argumentũ quidem demonſtrare in contra-
ctu locationis eſſe rationem hanc,cur dominiũ,ſeu aliquod
ius non transferatur,vt ſcilicet conductor deficiens in ſolu-
tione expelli poſſit:ſed tamen ex hoc ipſo argumento non
colligitur,quin idem ſit remedium in caſu fructuum ſingu-
lorum annorum,qui, dum in ſingulos annos venduntur, &
ſingulis annis ſolui debet pretium, ſi deficiat in ſolutione,
poſſit repelli à perceptione aliorum fructuum ſubſequen-
tium annorum. Et ille reſpectus, qui ratione quantitatis
fructuum habetur in locatione ex præſtatione penſionis.
dict.§.qui impleto,haberi etiam poteſt in contractu vendi-
tionis.

Septimò ad rem maximè videtur pertinere,quod regula-
23 riter leges loquentes de locatione†prædiorum, loquuntur
cum merces conſtituitur in ſingulos annos. Ita l.item quæ-
ritur.§.qui impleto.& l.ſi in lege.§.ſi domus.& §.ſeq. ff. lo-
cati.l.vectigalia.§.vltim.ff.de publica.& vectigal.l.ſi à colo-
no.& l.ſi fideiuſſores.§.pro Aurelio.ff.de fideiuſſ.& l. licet.
C.locati.Cum ergo noſtro in caſu ſolutio fieri debeat ſin-
gulis annis ratione fructuum,& redituum percipiendorum,
dici debet hic contractus locationis, non autem vendi-
tionis.

Reſpõdetur,quod licet hæc diſtributio ſolutionis in ſin-
gulos annos coniecturam faciat hunc contractum eſſe loca-
tionis,vt loquuntur iura ſuprà allegata:Attamẽ ab hac con-
iectura receditur ob clara verba appoſita in ipſo contra-
ctu dum appellatur venditio : Et in claris non eſt opus con-
iecturis.l.continuus.§.cum ita.de verbo oblig.Et prætereà
24 vna†coniectura alteram tollit,& diluit.l.diuus.ff. de in in-
tegr.reſt.& egregie ſcribunt Baldus in rubric.extrà.de præ-
ſump.nu.1.Marſi.in l.j.§.diuus.nume.28.ff.ad l.Corn.de ſi-
car.Soc.Iun.in conſ.lxxvj.nu.66.lib.j.& Gram.in conſ.xiij.
nu.7. Hic autem, præter clarum verbum venditionis, adeſt
verbum pretij,quod ſui natura(vt diximus ſuprà)facit vali-
dam coniecturam,contractum eſſe emptionis, & venditio-
nis. Ergo diluitur huius argumenti coniectura, ducta à di-
ſtributione ſolutionis in ſingulos annos.

25 Contrariam itaque opinionem†aduerſus communẽ pro-
barunt aliqui magnæ quidem auctoritatis interpretes.nem-
pè Rom.& Imola in hac.l.cotem ferro.§.qui maximos.ff.de
publica.& vectigal.Idem Imola in ca. propter ſterilitatem.
col.pen.de locato.Lud.Bolog.in additio.ad Io.de Anna. in
conſ.lxxiiij.col.vlt.

Primò,mea hęc opinio ita probatur,contrahentes vſi hic
ſunt verbo,emptionis,& venditionis,quod verbum proprie
ſignificat ipſum contractum emptionis, & venditionis; vt
26 clarum eſt. Atqui talis creditur eſſe † contractus, qualem
eum verborum proprietas ſignificat.Ergo hic cõtractus di-
ci debet emptionis,& venditionis.Illa minor probatur ex l.
intereſt.ff.de ſolutio.ibi,quantum lectio probat. Huc facit
quod egregiè ſcripſit Dec.in authent.ex teſtamento.col.iij.
verſi.ſed certè.C.de coll.poſt Oldr.in conſ.clix.quod ſi du-
bitatur,an aliqua cõceſſio ſit feudũ,vel donatio, verba con-
ceſſionis inſpicienda ſunt. Nã ſi in ea dicitur, donamus,do-
natio eſt,quia verba id ſonant.Et aliud ſimile tradit ſibi De-
cius,& idem alia plura attulit in cõſ.ccviij.col.ij.verſic. po-
ſtremò.& conſ.cccclxviij.col.ij.verſi.& ex his patet.Et hoc
27 illud eſt,quod dicere ſolemus,tenorem diſpoſitionis†oſtẽ-
dere qualis ſit contractus;vt poſt alios ſcripſerunt Curtius
Sen.in conſ.liij.ſuper articulo. col. j. & latiſſime Tiraquel-
lus in l.ſi vnquam.in verbo.libertis.nu.8.& 9. C.de reuoca.
donat.

Nec hic obſtat conſideratio neque reſponſio Doctorum
qui communem opinionem defendunt,quod licet verba ſo-
nant in contractum emptionis,& venditionis, attamen ma-
28 gis attendi debet natura†contractus,ſicque ſubiecta mate-
ria quam verborum ſonus. vt probant in ſpecie. l. ſi vno. ff.
locati.& l.ſi olei.C.eo.& confert.l.inſulam.ff.de præſc.ver-
bis.Et huc pertinent multa ſimilia,quæ congerunt Decius
in l.non vult hæres eſſe.nume.8.de reg.iuris. in l. qui accu-
ſare. in fine.C.de edendo.& in l.iij. numero 8. C. de milit.
teſta.Alc.lib.ij.de verb.ſignifi.nu.4.& clarè Crauc. in con-
ſilio ccxlv.numero 6.Et ad rem maxime pertinet, quod do-
cuit Aret.in l.j.§.ſi quis ita.de verb.obl.dum dixit, quod ad
29 cognoſcendum actum potiſſimũ indicium reſultat†ex ſub-
iecta materia.Et ex Aretini ſententia ſcripſit Alcia.in Trac.
de præſump.reg.iij.præſump.xxxvj.in fine,ſubiectam mate-
riam oſtendere, an quis vti voluerit actu priuilegiato, vel
ordinario.His valdè ſimilia,& egregia recẽſet Tir.de retra-
ctu conſang.§.xxxij.gl.j.nu.34.Et ad rem noſtram eſt valde
ſimile quod decidit Afflictus in deciſ.lxxij.in fin.quod licet
50 contrahentes appellent†contractum emphyteuſis,attamen
ſi adeſt pretium,& natura emptionis,emptio à ſubiecta ipſa
materia iudicari debet.Idẽ de emphyteuſi facta ſub nomine
locationis reſponderunt Neuizan. in conſilio xcij.numero
12.& Bellon.in conſilio xxj.numero 4.& 5. Natta in conſi.
xlix.num.14.& ſimile de feudo tradit Soc.Sen.in l. Gallus.
§.etiam.numero 6.ff.de lib.& poſth. & dicemus inf.in præ-
ſumpt. . . . vbi agemus de præſumptione,an præſumatur cõ-
tractus locationis,vel emphyteuſis.Ita ergo noſtro in caſu,
ob ſubiectam ipſam materiam, illud verbum, emit, poteſt
exponi, deſt,locauit,vt in l.ea lege.§.locaui.ff.locati.& l.ij.
qui.C.eo.

31 Huic conſiderationi facilè reſpondetur quod tunc†demũ
magis attenditur natura actus,quàm ſignificatio verborum,
quando ipſe actus eſt clarus atque ita quando omninò con-
ſtat de ipſa natura actus. Ita loquuntur prædicta iura nem-
pè.l.ſi vno.l.ſi olei.& d.l.ſi inſulam.& Doctores ſuprà alle-
gati.Nam tunc verba impropriantur:ſed diuerſum eſt,quã-
do ipſa ſubiecta materia eſt dubia,& ambigua,ſicuti in caſu
noſtro,vbi reditus vel fructus ad tempus percipiẽdi ita poſ-
ſent vendi, quemadmodum & locari,vt infrà dicemus:Nam
tunc à ſermonis proprietate non eſt recedendum. l.non ali-
ter.de leg.iij.cum ſimilibus. Et valde ſimile eſt quod ſcri-
pſit Socin.in l.in ambiguo.numero 5.ff.de reb.dubiis, cum
32 dixit,quod tunc potius attenditur mens†diſponentis quàm
verborum proprietas, quando ſcilicet ipſa mens eſt certa.
Ergo ſenſit Socinus, quod vbi mens eſt dubia, à ſermonis
proprietate non eſt recedendum.

Prætereà & ſecundò reſpondetur,quod quantum ad ter-
tium,inſpicitur quidem ſubiecta ipſa materia: ſed quò ad
ipſos contrahentes magis inſpicitur proprietas verborum.
Ita egregie declarat Ripa in l. ſecunda in princip. numero
37.ff.ſi certum petat.

Secundò mouet me plurimum,quod hic facta eſt mentio
33 pretij.Atqui vbi in aliquo contractu ſit mentio pretij,†cõ-
tractus emptionis,& venditionis cenſetur.Ergo & hic con-
tractus noſter iudicandus eſt emptionis,& venditionis. Illa
minor probatur ex l.vltim.vbi gloſſ.& Barto.C. de prædiis
decurio.libro x. & l. cum dotem.C.de iure dotium,quo lo-
ci Bal-



ci Baldus annotauit, quod ſi ſtatutum diſponit,vt de pretio
cuiuſq; rei ſoluatur gabella, ſtatutum illud intelligitur de
contractu emptionis,& venditionis.& Bal.ſecutus eſt Iaſ.in
l.j.nu.23.C.de iure emph.Et his accedit glo.in l.apud Cel-
ſum.§.ſi cum legitima.ff.de doli mali, & metus except.ibi,
pretio accepto.vbi emptio iudicatur,ob pretij conſtitutio-
nem,etſi appellata fuerit ceſſio.Alia tradũt egregia Decius
in l.imaginaria.nume.1.& ibi cæteri Docto.de regul. iuris.
34 qui dicunt pretium † eſſe ſubſtantiam emptionis, & ven-
ditionis,& propterea arguere contractum eſſe talem. Idem
ſcripſerunt Fabianus de monte in Tract.de emptione,& vẽ-
ditione.q.j.ad finem.Marſil.ſing.cv.Socinus Iunior in cõ-
ſi.lxj.numero 3.& numero 7.libr. j. Pariſius in conſ.lxxxij.
nume.ſeptimo libro iij.& Alba.in conſi.lxxxj.nu.47.Et his
accedit Alciatus in l.ij.in prin.nu.26.ff. ſi certum peta. qui
ſcriptum reliquit, quod mentio pretij rem claram omninò
facit,vt venditio celebratata videatur.Et quod verbum,dari
quod alioqui actum permutationis ſignificabat,impropria-
tur,& exponitur pro tradi. Et ad rem propè noſtram cen-
ſuit Afflictus in deciſio.lxxij.numer. nono contractum em-
ptionis cenſeri,ob pretij mentionem,etſi alia verba ſignifi-
cant eſſe contractum emphyteuſis..

35 Nec hic obſtat ſi dicatur, quod hoc verbum, † pretium,
exponi poteſt,pro mercede,vt l.ea lege.§. locaui. & in l. in-
ſulam.§.qui ædem.ff.locati.

Nam reſpondetur,quod illud contingit ibi,quia ipſa ſub-
iecta materia erat omninò clara, quia erat contractus loca-
tionis,& conductionis:id quod non contingit in caſu no-
ſtro. Prætereà in caſibus.dict.§.locaui.& dict.§. qui ædem.
pretium conueniebat ſolùm contractui locationis, cum te-
nue pretium eſſet,iuxtà declarationem Iaſon.in d.l. ij. in fi-
ne.princip.ff.ſi certum peta.& in conſi.xlv.col.iij.lib. j. At
noſtro in caſu pretium conuenire ita poteſt emptioni fru-
ctuum,vt conductioni ipſius fundi,vel iuri exigendi.Et pro-
ptereà à ſermonis proprietate non eſt recedendum.Et acce-
dit præterea,quòd hic adeſſet duplex impropriatio,nempè,
verbi,venditionis, & verbi pretium,quæ quidem duplicata
36 †impropriatio,iure non recipitur.

Tertiò adducor in hanc ſententiam ea ratione, quod ex
37 natura emptionis, & venditionis eſt, quod dominium † rei
transferatur. l. cum manuſatæ. §. vltim. ff. de contrahen.
emptio. & l. neceſſariò. primo. ff.de periculo, & commo.
rei vend.

Atqui hoc noſtro in caſu dominium fructuum transfer-
ri poſſe dicitur, iuxtà legem tertiam. ff. de vſufructu. Er-
go cenſeri debet contractus emptionis, & venditionis,
cum & nomen, & ſubſtantia, nempè pretium concur-
rat.

Quartò vrget non parum, quod quando ſit contractus,
38 in quo quis†promittit aliquid dare principaliter,& aliquid
facere in conſequentiam: tunc iudicatur contractus em-
ptionis, & venditionis. lege ſecunda.§.primo.ff. locati. &
§. item quæritur. inſtitut. eodem. Atqui noſtro in caſu,
qui vendidit fructus ad decem annos, aliquid dare promi-
ſit principaliter, nempè ipſum dominium fructuum, &
aliquid facere in conſequentiam, nempe, pati quod fru-
ctus colligantur. l. ſi vſusfructus. ff. de iure dotium. Ergo
hic contractus iudicatur emptionis & venditionis.

Extenditur communis concluſio, vt procedat etiam qñ
39 †ab initio fuit conſtitutum vnicum pretium, & deinde ſo-
lutio diſtributa per ſingulos annos. Ita Ripa in d.tit. de pri-
uilegiis contractuum num.64. vbi declarat caſum in prima
extenſione.

Quartus eſt caſus,quando † contrahentes vſi ſunt verbo
40 emptionis & venditionis,& vnicum tantum pretium ſemel
numerandum conſtituerunt, vt puta ſi dictum eſt, Princeps
vendit Caio gabellas ad decem annos pretio centum milliũ
coronatorum.Hoc in caſu contractus iſte præſumitur con-
tractus emptionis & venditionis.Ita ſcripſerunt Barto.in d.
diſp.iiij.Publicanus.in ſolutione.col.iij.ver.& prędicta ve-
ra:Ripa.in d.tit.de priuilegiis contractuum. nume. 60. ver.
ſecundo caſu.& Tiraq.in tract.de retractu conſan.§.j. gloſſ.
xiiij.nu.86.& 87.Et admittunt cæteri omnes ſuperiore ca-
ſu commemorati;dum ſolum ob id eo in caſu dicunt, eſſe
contractum locationis, ꝙ pretiũ eſt in ſingulos annos diſtri-
butum.Ergo à ſenſu contrario omnes concedunt, eſſe ven-
ditionẽ ſi vnicum tantum ſit pretium ſemel præſtandum. Et
hic ceſſant illa argumenta,quæ pro communi illa opinione
ſuperioris caſus adferuntur.Et hoc in caſu non conceditur
remiſſio mercedis,ſi nihil,vel parum fuit perceptum,vt ſcri-
bunt Ripa & cęteri omnes,cum ad emptorem ipſum totum
damnum pertineat.Quò tamen ad pretij excomputationem
duos caſus diſtinguit præcitato in loco Ripa.

Quorum primus eſt, quando ipſe emptor percepit redi-
tus.Hoc caſu non ſit excomputatio pretij, quia ius vſusfru-
ctus videtur emptum.l.ſi quis ita. ff. de vſufructu. & l. cum
ita.ff.de vſufructu leg.

Secundus eſt caſus,quando vẽditor percepit reditus. Nã
tunc ſit excomputatio pretij pro rata temporis,quo reditus
non fuerunt præſtiti per ipſum venditorem,ipſi emptori.Ita
Bar.in diſp.iiij.arg.l.ſi venditor.§.veriſimile.ff. de contrah.
emptio.

Extenditur primò quartus iſte caſus,vt locum etiam ſibi
vendicet,cùm ab initio vnicum cõſtitutum eſt pretium pro
41 omnibus annis,& deinde diſtributa†eſt ipſa ſolutio diffor-
miter in ſingulos annos;vt puta ſi dictum ſit,Princeps ven-
didit Caio reditus ſuorum vectigalium per decem annos
pretio centum millium coronatorum; ita tamen, quod pri-
mo anno numeret viginti mille, ſecundo anno numeret de-
cem millia coronãtos,&c. Hoc etiam caſu pręſumitur con-
tractus emptionis & venditionis.Ita cenſuit Ripa in d. trac.
de peſte.in d.tit.de priuil.contractuum.nu.46.qui ſic decla-
rat Bar.in d.q.iiij.Alex.in conſ.cviij.lib.iij.& Corn.in con-
ſi.xij.lib.iiij.

Extenditur ſecundò,vt procedat etiam quado vnico pre-
42 tio venditum fuit†datium;nam tunc præſumuntur venditi
reditus datij;& ob id præſumitur contractus vẽditionis. Ita
ſenſit Bart.in d.diſp.iiij.in ſolutione.col.iij. verſi. & primo
videamus.& apertius Baldus in l.licet. q. iiij. C. locati. qui
dixit,ita ſcripſiſſe Bart.in d.§.qui maximos,tametſi meo in
codice,nullum verbum hac de re ſcripſerit Bart. Ea ratione
ij moti ſunt, quod cenſetur hic empta commoditas perce-
ptionis fructuum.l.ſi vſusfructus.ff.de iure dotium.Emptor
autem perceptionis cenſetur emiſſe ipſum actum percipiẽ-
di,atq; ita ſpem.l.ſi iactum.ff.de actio. empt. & d. l. ſi vſuſ-
fructus.in fi.ff.de iure dotium.Ergo dicendum eſt,quod ſo-
la ſpe contentus eſſe debeat.

Diſſentiunt tamen à Bart.& Baldo, Alex.& Igneus, quos
recenſet & probat Ripa in d.tract.de peſte in titu. de priuil.
contractuum.nume.63.

Quintus eſt caſus, quando contrahentes vſi ſunt ſimul
43 verbo,venditionis,& verbo,locationis,& † præſtatio eſt di-
uiſa in ſingulos annos,vel mẽſes. Hoc caſu verè præſumitur
locatio.Ita Ripa in d.tit.de priuilegiis contractuum.nume.
66.poſt Imolam in d.§.qui maximos.& Alex.in conſi.cviij.
lib.iij.Alciatus in reſp.dxiij.nu.1.& Boer.in d.q.ccxlix.col.
vlt.ver.quartus caſus.

Sextus & vltimus eſt caſus,quando contrahentes vſi ſunt
44 ſimul verbo venditionis & locationis,& præſtatio†eſt vni-
ca pro toto tempore. Hoc caſu præſumi contractum loca-
tionis ſcripſit Ripa in d.tit.de priuilegiis contractuum. nu.
66.verſi. ſi verò conſtitutum;quem ſecutus eſt Boer.in d.q.
ccxlix.col.vlt.ver.quartus caſus eſt.

## PRAESVMP. CV.

### Contractus emphyteuticus,vel locationis quibus coniecturis,& præſumptionibus iudicari poſſit.

### SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſim vel locationem contrahentes nominantes, illorum verbis ſtandum eſt.*
2 *Contractus talis præſumitur,qualis ex verborum facie apparet, niſi repugnet illius effectus.*
3 *Emphyteuſis iudicatur vbi conceſſio perpetua eſt.*
4 *Locatio ad certum tempus fieri ſolet.*
5 *Locatio dicitur,quando penſio quæ præſtatur fructibus reſpondet.*
6 *Emphyteuſis dicitur quando modica ſoluitur penſio.*

Emphy

7 *Emphyteuſim conceſſam eſſe indicio eſt reſeruatio præſtandi laude-
mij.*
8 *Laudemium pro locatione non ſoluitur.*
9 *Laudemium lex appellat quinquageſimum.*
10 *Emphyteuſis vel locatio an ſit effectus magis quam verba indicant.*
11 *Contractus qualitate cognoſcenda, non nomen, ſed quod contractui
conuenit, attenditur.*
12 *Rei veritas falſa demonſtratione & denominatione nequit immutari.*

CVM contrahentes claris verbis appellant con-
1 tractum vel locationis,†vel emphyteuſis, ab ea
nominatione recedendum non eſt.iuxtà l.ſi alij.
ff.de vſufructu lega.Quæcunque enim fuerit ve-
lata intentio attamen verbis ſtandum eſt;nec ſunt verba ca-
2 uillanda.l.ij.§.vlt.ff.ad S.C.Tertull.Et verè contractus†ta-
lis præſumitur & iudicatur,qualis ex verborum facie appa-
ret.l.fideiuſſores magiſtratuum.§.j.ff.de fideiuſſ.Et contra-
ctum ipſum ſecundum verba iudicamus. l. qui ſaxum. ff. de
donat.vbi Imola. Et in ſpecie contractus locationis & em-
phyteuſis reſponderunt Neuiz.in conſilio xcij.numer. 1. &
2.& Natta in conſi.xlix.numero 14.lib. j. Cùm verò verba
non ſunt clara, ad præſumptiones, & coniecturas recur-
rimus.

Prima coniectura eſt,quando conceſſio eſt perpetua.Nã
3 tunc iudicatur emphyteuſis, † non autem locatio, quæ fieri
4 ſolet†ad certũ tempus.Ita Baldus in c.literæ.col.ij.ver.mo-
dò ego quæro.de dilatio.Angelus Aret.in §.adeo.in inſt.de
locat.Iaſon in l.j.nu. 6.C. de iure emph. Cagnolus in auth.
qui rem.nu.6.& 7.C.de ſacroſa.eccl.Bellonus in conſi. xxj.
nu.2.& Natta in conſ.xlix.nu.23.lib.j.

5 Secunda eſt coniectura,quod quando † penſio,quæ præ-
ſtatur,correſpondet fructibus, locatio dicitur. Emphyteu-
6 ſis verò quando ſoluitur tenuis & modica † penſio.Ita Bar-
tol.in l.j.nume.9.verſicul.quæro dicitur hic. C. de iure em-
phy.& ibidem Iaſon.num.16.Et his accedit Specul.in titu.
de emphyteu.§.nunc aliqua.verſicul.ſecundò quæritur.&c.
qui manifeſtè ſcripſit,emphyteutam plus percipere de fru-
ctibus quàm ſoluat nomine penſionis.Idem reſpondit Ale-
xandr.in conſilio cxij.numero ſecundo,& nume.3.verſicul.
ſextò.libro primo. Cæpolla in Tractat. de ſimulat. contra-
ctuum.in tertia præſumptione,verſicul.& ſic penſio, qui in
ſpecie horum contractuum,qui Veronæ celebrari ſolent,ſic
affirmat. Cagnolus in l.ij.numero 202.C. de reſcind. vend.
Neuiz.in conſi.xcij.nu.12.& nume.45. qui huius ſententiæ
alios commemorat. Siluanus in conſi.ix.nume.3.Natta in
conſi.xlix.nu.7.nu.16.& 17.lib.j.& Iulius Clarus in §. em-
phyteuſis.q.j.verſ.& aduerte.

Tertia eſt coniectura,quando fuit inter partes conuentũ,
quod ſi ille,cui facta eſt conceſſio,alienaret,in aliúmve trãſ-
7 ferret rem ipſam ſibi conceſſam, laudemium † ex re præſta-
retur. Hæc coniectura ſignificat emphyteuſim fuiſſe con-
ceſſam.Cùm laudemium pro ea, non autem pro locatione
8 †præſtari ſoleat.l.vlti. C.de iure emph.vbi omnes.& reſpõ-
dit Alexan.in conſ.xxiij.nu.7. lib.v. hoc laudemium, quod
lex appellat quinquageſimam, præſtari ex natura contra-
ctus emphyteutici pro conſenſu,quem dominus præſtat in
ipſius emphyteuſis alienatione, & nouè alia ſcribit Ame-
deus de Ponte in Tract.de Laudemiis. q. j. Illud vnum ob-
ſeruandum eſt hac in re,quod etſi contractus ipſe manifeſtis
verbis appellaretur locatio,vel emphyteuſis:nihilominus ſi
effectus repugnat,vt quia conceſſio ad vitam, vel perpetuò,
vel ad tertiam,quartámve,(vt fieri ſolet)generationem ipſe
10 effectus†magis quàm verba ſpectandus erit:atque ita em-
phyteuſis,vel locatio,ſicuti effectus demonſtrabit, iudica-
bitur. Ita in ſpecie reſpondit Neuizan.in conſi.xcij.nume-
ro 13.Et ibidem numero 22.poſt Purpur.in l.ij.in prin. nu-
mero 51.ff.ſi certum peta. ſcribit, quod ad cognoſcendum
11 qualitatem†contractus non attenditur nomen,ſed id,quod
conuenit contractui.ſic & Natta in conſi.xlix.nu.13.libr. j.
Ita quoque Bellonus in conſi.xxj.nu.7.poſt Baldum in rub.
C.de iure emph.& Barba.in rub.extrà de locato & condu-
cto.col.vlt.reſpondit, ab ipſo effectu contractum iudicari
emphytuticum,non autem locationis à nomine.Et Bellonũ
ſecutus eſt Iulius Clarus in §.emphyteuſis.q. j. in fine. His
accedit Afflictus in deciſion.lxxij. in fine. Cùm dixit, quod
licet contrahentes appellent contractum emphyteuſis:atta-
men ſi adeſt pretium,ex natura emptionis, dicetur emptio,
non autem emphyteuſis.

Et huius quidem ſentẽtiæ ea eſt ratio,quod falſa demon-
12 ſtratione,& denominatione rei veritas † non poteſt immu-
tari.l.cum falſa.C.de iuris & facti igno.

## PRAESVMP. CVI.

### Contractus emphyteuticus,vel cenſualis,quibus coniecturis,& præſumptionibus demonſtretur.

*SVMMARIVM.*

1 *Emphyteuſis,& cenſualis contractus in quo differant.*
2 *Cenſum de re noſtra,penſionem emphyteuticam pro re aliena ſoluimus.*
3 *Cenſualis potius quam emphyteuticus contractus in dubio præſumitur.
Diſſentientibus relatis.nu.6.*
4 *Minimum quod eſt in dubio ſequimur.*
5 *Emphyteuſis ſeruitutis quandam ſpeciem præ ſe fert.*
6 *Cenſualis contractus,dominij tam directi quàm vtilis translationem
requirit.*
7 *Cenſualis præſumitur contractus,etſi dictum ſit,concedo tibi in emphy-
teuſim pro cenſu annuo.*
*Idem ſi dictum ſit,concedo in emphyteuſim vel cenſum nu.8.*
9 *Cenſus & emphyteuſis non ſe compatiuntur.*
10 *Emphytheuta per biennium aut triennium à ſolutione ceſſans, ab em-
phyteuſi cadit.*
11 *Cenſuarius etiam per mille annos à ſolutione ceſſando,non cadit à con-
tractu.*
*Niſi tamen is ſpecificè ſit iuratus.nu.12.*
13 *Emphyteuta domino inconſulto rem emphyteuticam alienando, cadit
ab ea.*
14 *Cenſuarius domino inconſulto alienans,non cadit iure ſuo.*
*Et de quo id cenſuario accipiendum.nu.15.*

NON eſt à præcedenti diſſimilis hæc diſpu-
tatio,in qua quæritur,quibus coniecturis,
& præſumptionib. demonſtrari poſſit con-
tractum eſſe vel cenſualem,vel emphyteu-
1 ticum?Differunt equidem inter ſe † duo ij
contractus. Nam in emphyteuſi transfer-
tur ſolummodò dominium vtile cum poſſeſſione naturali,
in cenſu verò transfertur dominium vtile & directum, ac e-
tiam ciuilis,naturaliſque poſſeſſio:& ſolùm reſeruatur pen-
2 ſio annua. Quocircà dicere ſolemus, quod cenſum † ſolui-
mus de re noſtra, penſionem verò emphyteuticam pro re
aliena.glo. in capitul. conſtitutus. de religio. dom. Bartol.
in l.j.§.hic titulus.ff.de publica.Ruin.in conſi.xlij. nu. 4. &
conſ.clx.num.7.lib.j.qui & Baldum refert. Imola in cap.ad
audientiam.numero 4.de rebus eccle. non alien. Capicius
in deciſ.ciij.numero 2.Craue.in conſ.cxij.numer. 8. & Di-
dacus.lib.iij.varia.reſolut.cap.vij.nume.1.& Natta in conſ.
iij.col.j.Euerardus in centuria legali in loco ab emphyteu-
ſi ad cenſum.nu.3.In dubio autem quando non apparet, an
3 contractus ſit emphyteuticus,vel cenſualis,præſumitur†cẽ-
ſualis. Ita tradunt Ioan.Fabri.in l.j.C.de iure emph.Alber.
in l.ij.nu.13.verſi.quid de quæſtione.C.eo.Soci.Sen.in cõ-
ſi.clxvij.nu.6.verſi.quinimo.lib.ij.Imola in cap.ad audien-
tiam.nu.4.de reb.eccle.non alien.Ruin.in conſi.xlij. nu. 7.
& in conſilio clx.nume.7.lib.j.Iaſon in d.l.j.nume.48.& in
dict.l.ſecunda.nume.clxiiij.C. de iure emph. Decius in au-
then.qui rem.numer.7.C.de ſacroſanct.eccl.in conſi. cxxx-
viij.nume. 5.Neuizan.lib.vj.Syluæ nuptia.nu.47.verſ.itẽ in
dubio. Marſil.ſing.xcv. Capicius deciſ.ciij.Brunus in conſi.
xlj.nu.2.Pariſius in conſ.xxiij.nu.9.& in conſ.lxxxv.num.2.
lib.iiij.Craue.in conſ.cciiij.nume. 20.Gramma.in deciſio.
lxxvij.nu.10.Didacus Couuar.lib.iij.diſputa.anniuerſ.cap.
vij.nume.1.Natta conſ.iij.num.ij.& Iulius Clarus in §.feu-
dum.q.lj.Et ij quidem adducti ſunt per cap.conſtitutus. de
religio.dom.quod minimè probare oſtendit Euerard.quem
mox referam.Affertur etiam ratio,quia in dubio quod mi-
4 nimum†eſt ſequimur. l. ſemper in ſtipulationibus.ff. de re-
gul.iuris. Eſt enim quò ad recipientem minoris præiudicij
quod ſit



quod ſit cenſus;cùm ita facilè perdatur,vt emphyteuſis,quæ
5 †dicitur præ ſe ferre ſpeciem quandam ſeruitutis.
Verùm à prædicta opinione diſſentiunt Io. Fabri. in l. j.
nu.7.C.de iure emph.Iaſon in l.ij.nu.165. C.de iure emph.
Euerardus in centuria legali in loco ab emphyteuſi ad cen-
6 ſum.nu.5.Ea ratione moti ſunt, quod contractus†cenſualis
requirit dominij tam directi quàm vtilis tranſlationem, vt
dixi ſupra.Quæ quidẽ trãſlatio non præſumitur.Decius in l.
ſi paſcenda.nu. 14.C.de pactis.Eſſet enim præſumere dona-
tionem,contra. l. cum de indebito. ff.de probat.& l. ſi cum
aurum.ff.de ſolutio.

Extenditur prædicta recepta opinio,vt locũ habeat etiã
ſi diceretur,concedo tibi prædium,& omne ius, quod in eo
7 habeo in † emphyteuſim pro annuo cenſu. Nam adhuc
præſumitur contractus cenſualis.Ita Imola in capitu.ad au-
dientiam de reb.eccleſ.non alienan.Iaſon in l.j.nume.48.in
fine.C.de iure emph.Decius in conſ.clxiiij.num.3. Euerar-
dus præcitato in loco.numero 6.Soc. Sen. in conſil. clxvij.
nume.5.lib.ij.Boer.in q.clxxxij.nume.38.& Natta in conſ.
iij.nu.2.lib.j.

Extenditur ſecundo,vt locum etiam habeat hæc ſenten-
8 tia quando fuiſſet dictum, concedo tibi in † emphyteuſim,
vel cenſum. Nam adhuc præſumitur contractus cenſualis,
non autem emphyteuticus.ſi quidem in dubio(vt diximus)
præſumitur cenſualis.Eſt noſtro in caſu clarum hoc magis
redditur ex illis verbis,vel in cenſum quibus videtur re-
ceſſum ab illis, in emphyteuſim. ex l. ſi quis ante.ff. de acq.
poſſ.vbi ſi duo ſunt contraria,per ſecundum receditur à pri-
9 mo.Cùm autem cenſus†& emphytheuſis ſe non compatiã-
tur per ſecunda verba receſſum dicitur à primis. Aliis argu-
mentis comprobat Euerardus præcitato in loco.numer.11.
quo tamen in loco commemorat Io. Fabri. & Iaſonem ab
hac opinione diſſentire.

Huius diſputationis egregia eſt vtilitas. Nam magni re-
fert,quod contractus ſit cenſualis vel emphyteuticus.Et ſa-
10 nè prima vtilitas, quia etſi † emphyteuta ceſſans per bien-
nium vel trienniũ ſoluere penſionem cadit ab emphyteu-
ſi.l.ij.C.de iure emph. capit. potuit.de locato. vbi Doctor.
11 non tamen cadit cenſuarius;etiam ſi per mille†annos ceſſa-
ret ſoluere.Ita gl.& Innocen.in capitu.conſtitutus.de reli-
gio.dom.Bartol.in l.j. §. primo. ff. de publica. & vectigal.
Baldus in authen.ei,qui.colu.xj.verſ.pone,quod princeps.
C.de bonis,quæ liberis.Ioann.Fabric.in l.ij. C. de iure em-
phyt.& in §.adeò.in inſtit.de locato & conducto. Imola in
capitul.ad audientiam.numero 4.de rebus eccleſ.non alie-
nan.Iaſon in l. ſi prius. numero 42. ff. de operis noui nunt.
idem in l.j.numero 49.& in l.ij.nume.41.C. de iure emph.
Socin.Sen.in conſilio clxvij.numero ſecundo, libro ſecun-
do.Ruin.in conſi.xlij.numero octauo,& in conſilio clx.nu-
mero 7.libro j.Marſil.ſingul.xcv. Decius in conſi. cxxxviij.
Capicius deciſion.ciij.num.6. Euerardus in centuria legali
in loco ab emphyteuſi ad cenſum.numero 3.Craue.in con-
ſi.cciiij.nu.20.in conſi.ccxcij.colu.iiij.verſi. ſecundo non
ſequitur.Didacus libro iij.varia.reſolut.cap.vij.nu.1.Natta
in conſ.iij.nume.4.Quibus conſtat,hanc eſſe receptam opi-
nionem,& ſi ab ea diſſentiant Baldus in conſi.clxxvij. libro
iij.& Imola in conſi.viij.col.vlt.

Non procedit tamen prædicta ſententia,quando contra-
12 ctus cenſualis † eſt ſpecificè iuratus. Ita decidit Caſſiodo-
rus in decio.ij.titul.de iureiuran.His declarari poteſt Bulla
Innoc.iiij.Pontificis Maxim.edita anno 1492.quæ de cen-
ſuum ſolutione, & caducitate non ſoluentium ipſum cen-
ſum edita eſt. In tertia enim parte ipſius Bullæ, ibi : Ac eiſ-
dem prælats&c.ſancitum fuit,quod ſi ij cenſuarij intra mẽ-
ſem nõ docuerint, ſe paruiſſe ipſi monitioni & mãdato bul-
læ,incurrant pænas priuationis ciuitatum,terrarum &c.iux-
ta ſuarum inueſtiturarum & conceſſionum tenorem. Hæc
Bulla nil ſpecificè de pæna caducitatis ſtatuit:ſed ſe refert
ad formam conceſſionum & inueſtiturarum. Et propterea
dicendum eſt,quod ſi in inueſtituris adhictum eſt pactum,
quod cenſuarius non ſoluens cadat, vel quando adhibitum
eſt ſpecificum iuramentum, iuxta deciſionem Caſſiodori,
locus eſt caducitati,alias non,cum inſpecto iure communi,
quod non corrigit Bulla,cenſuarius ob non factam ſolutio-
nem non cadat à contractu ipſo cenſuali.

13 Secunda eſt vtilitas,quod etſi†emphyteuta alienando rẽ
emphyteuticam inconſulto domino cadit ab ea,non tamen
14 cadit†cenſuarius.Ita reſpondit Decius in conſi.clxiiij.col.
iiij.ver.vltimò non obſtat.Capicius in deciſion.ciij. nume.
5.&7.

Cæterum Afflictus in deciſ.cxxix.nu.8.intelligit,quando
15 eſt†cenſuarius in quẽ tranſlatum eſt omne dominium,ſecus
ſi conceſſum ei fuit vtile tantum:ſic ille declarat Angelum
Aret.in §.adeo.in fi.inſtit.locati.

## PRAESVMP. CVII.

### Cenſus conſtitutio an præſumatur,ſeu aſſimiletur contractui mutui, vel emptionis & venditionis, vel emphyteuſis,vel locationis.

*SVMMARIVM.*

1 *Cenſus quid ſit.nu.3.*
2 *Cenſus cui conſtituitur dicitur acquirere commoditatem perceptionis
fructuum.*
4 *Cenſus quot modis conſtituatur.*
5 *Cenſus reſeruatiuus quis ſit,& quis conſtitutiuus.nu.6.*
7 *Cenſus variis titulis creatur aut conſtituitur.*
*Donatione.nu.8.*
*Tranſactione.nu.9.*
*Legato facto in teſtamento.nu.10.*
*Emptionis & venditionis titulo.nu. 11. diciturque cenſus emptitius à
Bonio.*
*Locationis titulo.nu.12.*
13 *Cenſus in ducio vbi de alio titulo non conſtat, emptione præſumitur
acquiſitus, quando vnicum precium fuit numeratum vel pro-
miſſum.*
14 *Locatione vero ſi in ſingulos annos permiſſum ſit.*
15 *Cenſus emptor,directum dominium reſpectu reditus,vſumfructum re-
ſpectu prædij,acquirit.*

POSTQVAM de contractu cenſus verba facere
cæpimus,diſſerendum eſt,an hic contractus aſ-
ſimiletur vel mutuo emptioni & venditioni,vel
emphyteuſi; vel locationi? Hac in re dicimus
1 primum cenſum eſſe†reditum,qui iam vel cõſtitutus, crea-
tuſq; eſt,vel de nouo conſtituitur; ita quod conſtituens re-
tinet bona,ex illis præſtando annuatim penſionem. Ita tra-
dit Petrus Follerius in tract.de cenſibus.in verbo,huiuſmo-
2 di cenſus.nu.2.in fin.Et is,cui conſtituitur † cenſus dicitur
acquirere commoditatem perceptionis fructuum. l. ſi vſuſ-
fructus ff.de iure dotium;& tradit Bal.in l.licet.q.iiij.C.lo-
cati.Syluester Prierius in ſumma.in verbo,vſura,il ij. §. xij.
& Dominicus Soto,de iuſtitia & iure.lib.vj.q.v.art.j.col.ij.
3 dixit,cenſum eſſe†ius percipendi penſionem ſiue in fructib.
ſiue in pecunia,vel re aliqua vtili.

4 Conſtituitur ſeu creatur autem cenſus†altero de duob.
modis,quorum primus eſt,quando quis tradit rem ſuam ali-
cui,& in eum tranfert omne dominium directum & vtile,
cum onere quòd accipiens rem teneatur ſoluere certam,
annuam penſionem.Ita probat. l. vlt. C. de rerum permut.
& tradunt gl.in c.cõſtitutus.in gl.pen. de religioſ.dom.Bar.
in l.j.§.j.ff.de public.& vect.Soc.Sen.in conſ.clxvij.col. ij.
lib.ij.Iaſon in c.j.colu. v.de feudis. Craue. in conſil.ccxvij.
nu.4.& Foller.præcitato in loco.nu. 5. Et hunc cenſum ap-
5 pellant Doctores,†reſeruatiuum.Sic ſanè Dominicus Soto
in d.art.j.col.ij.verſ.reſeruatiuus eſt.

Secundo modo conſtituitur cenſus, quando quis aliqua
accepta quantitate,conſtituit atque promiſit ex ſuis bonis
præſtare illi numeranti annuam penſionem.Ita Craue. in d.
conſi.ccxvij.nu.4. ver. ſecundò modo, Follerius vbi ſupra
nume. 5.ver.ſecundo modo.& Domicicus Soto præcitato
in loco.column.iij. ver. alter ergo eſt cenſus. Et cenſus iſte
6 appellatur à Doctoribus†conſtitutiuus. Ita hoc nomine ap-
pellant præcitati interpretes. Et cenſus tam primò,quàm ſe-
cundo modo(vt ſupra)conſideratus ſit & creatur ſeu facul-
7 tas percipiendi fructus in alium transfertur variis † titu-
lis,vt puta donationis,vt ſi quis donat bona ſua, reſeruato
8 ſibi cenſu annuo,vel ſi † donat immediatè alicui cenſum
hoc eſt

hoc eſt redituum annuũ ex ſuis bonis illi donatario præſtandum. Ita Crau. in d.conſ.ccxvij.nu.4.in fi. Bouius in trac. de cẽſib.art.xxv.nu.52.propè finẽ. Petrus Foller. in trac. de cẽſib.in verbo, Huiuſmodi cẽſus.nu.66. Dom. Sot. in d.art.j.
9 col.iij.ver.at verò dubium. Ita titulo † tranſactionis conſtituitur cenſus. Crau. in d.conſ.ccxvij.nu.4.in fi.

10 Sic & titulo † legati facti in teſtamento, vt latè diſſerit Bonius in d.tract.de cenſib.art.xxv.& tradit Follerius præcitato loco.

11 Sic etiam titulo emptionis † & venditionis cõſtituitur, vt ſi vendo tibi prædium meum, reſeruato mihi annuo cenſu; ſicuti ſcribunt Dom. Soto in d.art.j.col.iiij.ver.iiij. poteſt. & alij, quos infra referam.

Vel etiam ſi vendo tibi pretio mille aureorum reditũ ſeu cenſum annuum 50. aureorum præſtandum à me, vel ex bonis meis. Et appellatur iſte cenſus emptitius à Bonio in d. tract.de cenſib.art.xxiiij.ſic Crau.in d.conſi.ccxvij.nu.4.in fine.& Follerius vbi ſup.n.5. ſic etiam Abbas in ſuis diſputationib.in quinta quæſtione, quæ incipit, Augerio.num.9. verſi, mihi autem placet. Conradus in Tracta.de contractib. q.lxxix.in ſeptima concluſione. & Dominicus Soto de iuſtitia & iure.lib.vj.q.v.art.j.col.iij.verſi.at verò dubium. & col.v.verſ.neq; in hoc, qui dixit eſſe veram emptionem, & venditionem. Nec dici poteſt, quod hoc caſu non ſit venditio alicuius rei, quando ſcilicet fundus remanet meus. Nam verius eſt, venditionem eſſe, cum vendiderim ius percipiendi fructus ex fundo. Ita declarat Cõradus in d.q.lxxix.in tertia concluſione, in fine; & idem ſenſit in ſeptima concluſione verſi.nullam igitur.

Et vere cum ſit mentio tituli emptionis, & venditionis, dicendum eſt eſſe cenſum emptitium: atque ita contractum appellari debere emptionis, & venditionis. Cùm à proprietate nominis recedendum non ſit in dubio.l. non aliter. de leg.iij.& dicemus ſupra in præſumptione. ciiij. in ſecundo caſu.

Et propterea in Bullis Martini V.& Calliſti, de cenſibus, quæ habentur inter extrauagantes, appellatur contractus emptionis, & venditionis, & collocatæ ſunt illæ ſub tit. de
12 de emptione, & venditione. Ita quoque titulo † locationis, conſtitui poteſt cenſus, vt ſi ad decennium ſibi locaui fundum, reſeruato mihi cenſu annuo, vel pro fructibus annuatim ſoluitur penſio: Ita ſenſit Abbas in dicta quæſt.v.nume. 9.verſi.mihi autem, dum allegat Clem. j. de reb. eccle. non alien.

In dubio autem, quãdo ſcilicet non eſt expreſſus titulus, & modus quibus cenſus conſtituitur, cõiecturis, & præſumptionibus agendum eſt. Quocircà aduertendum eſt, quod ſi
13 vnicum † pretium pro cenſu annuo præſtando numeratum vel promiſſum fuit, dicetur titulo emptionis acquiſitus. ſi
14 verò pretium fuit in ſingulos † annos promiſſum, tunc præſumitur titulo locationis conſtitutus cenſus. Ita in ſpecie ſcripſit Abbas in d.q.v.numero 9.verſicu.hinc dicit Accurſius, adductus traditione Barto. in l. dotem ferro. §. qui maximos.ff.de publica. & vectig. quam diligenter explicabimus in ſubſequenti capite. Nec hic adhibenda eſt differentia, quid cenſus ſit redimibilis, vel non. Cum etiam redimibilis dominium tranſeat in emptorem. Ita Conradus de cõtractibus.quæſt.lxxxiij.in concluſione xiiij. in nono argumento. Et in tota illa concluſione oſtendit Conradus ꝙ ſit vera emptio, & venditio. Et in eadem.q.lxxxiij.col.xv.verſ.
15 & ex quo.&c. ſcribit, quod emptor cenſus † acquirit directũ dominium reſpectu reditus: ſed reſpectu prædij, in quo fundatur cenſus, acquirit ſolummodò vſumfructum. His facilè declarari poteſt diſputatio, quæ ſuperioribus diebus euenit Mantuæ. Ea enim in ciuitate extat ſtatutum ſub rubric. Datium contractuum; quo ſancitum eſt, quod pro emptionibus venditionibuſque rerum ſoluantur ſeptem cum dimidio pro ſingulo centenario pretij numerati. Pro locationibus verò ſeu conceſſionib.in emphyteuſim perpetuam, vel ad decennium, vel propè, cum pacto renouationis, ſoluatur gabella totius valoris dictæ rei ſeu iuris quantum aſcendit canon ſeu penſio primi anni. Poſtmodum à Sereniſſimo dom. Duce auctoritate pontificia introducti ſunt cenſus. Et in fine proclamatis, quo ipſa cenſuum introductio fuit publicata ſcriptum ſic legitur. *Commandia mo, che tutti li contratti cenſuali, che ſi faranno nell'auuenire, debbanno eſſer denuntiati nel modo & nella forma, che ſi denuntiano l. contratti delle alienationi delle coſe immobili; dechiarando, che coſi, quanto all'obligo della denuntia, come al pagamento del Datio habbiano da oſſeruarſi intieramente li ſtatuti, & ordini noſtri publicati ſopra ciò, liquali oſtendiamo à eſſi contratti cenſuali, è maſſimamente la grida noſtra.* Dubitatum fuit, quod datium pro cenſibus conſtitutis ſolui debeat, an ſcilicet illud ꝙ præſtatur pro emptionibus, & venditionib. vel illud quod ſolui ſolet pro locationibus, vel emphyteuſis? Ex iã dictis diſſolui facile poteſt hæc dubitatio. Si enim cenſus conſtitutus creatuſque fuit titulo emptionis expreſſo ipſius tituli nomine, vel tacitè, ſicuti quando vnico pretio cenſus plurium annorum fuit conſtitutus, ſoluenda erit gabella emptionum, & venditionum: ſi verò locationis, vel emphytheuſis conſtitutus eſt cenſus, præſtabitur gabellæ ſolutio, quæ ſolet pendi pro locationibus, & emphyteuſis, Erit itaque ſpectandus tenor, & modus conſtitutionis creationiſque ipſius cenſus.

## PRAESVMP. CVIII.

Emphyteuta quando quis curſu temporis præſumatur, & quanti temporis præſcriptio requiratur.

*SVMMARIVM.*

1 *Emphyteuta præſumitur, qui rem emphyteuticam diu poſſedit.*
2 *Emphyteuticus contractus pro ſui eſſentia ſcripturam requirit.*
3 *Emphyteuſis titulum alij x. annorum curſu præſumi voluerunt. alij ſpatio annorum triginta nu.4.*
5 *Emphyteuſi in Eccleſiaſtica præſumẽda, quadraginta annorum præſcriptio requiritur.*
*Et in quibus prædiis id ſit verum. nu.6.*
7 *Decimæ tanquam bona eccleſiæ ſpiritualia, præſcriptionem temporis immemorabilis vnà cum titulo requirunt.*
8 *Emphyteutico titulo præſumendo, quantum temporis requirat lex Veneta tam rebus priuatis quàm eccleſiæ.*
9 *Emphyteuticus titulus in his quæ dari in emphyteuſim nequeunt non præſumitur.*
10 *Emphyteuſis non præſumitur, vbi alio titulo apparet ab initio conceſſum.*

EGregia eſt diſputatio, quomodo & quã, qui diu rem aliquam poſſedit tanquam emphyteota, ſoluendo Canonem præſumatur talis, & quomodo contractus ipſe emphyteuticus præceſſerit? Et emphyteo-
1 tam præſumi † affirmarunt gloſſ. magna. in ſin.l.ij.C.de iure emphyt. Specul. in titul. de emphyteuſi. §. nunc aliqua, nume. 169. ver.cxlij. Baldus in l. cum de in rem verſo.in ſecunda lect.in fi.ff.de vſuris.in l.ſi certis annis.nu. 8.in fin.C.de pactis.in l.prima.numero 15. C. de fideicom. & in cap.cum eccleſia Sutrina.in fi.de cauſa poſſeſſ. & proprie. Angelus in l.prætor ait.§.j.ff.de eden. in l.qui in aliena.colum.j.de acquiren.hæred.& ibidem Imola.num. 3. in §.emphyteuſim in auth.de non aliena.reb.eccleſ. Salycetus in l.cum de in rem verſo. quæſtione vj. ff. de vſuris. Ancharan.in conſi.ccccxx.in fin. Alexand. in conſilio lxxix.nume. 4.lib.j. Decius in conſilio cxlvj.colum. ij. verſ. & cum pro tali. Ruinus in conſilio x.nume.3.in conſilio lxiij.num.7.in conſi.clv.nu.4.libro j.& in conſi.clj.nu.5.lib.iiij. Caſſaneus in conſilio xj. numero 84. Pariſius in conſi.xxiij.nu. 3. lib. iiij. Baldus in Tract.de præſcrip. in tertia parte principali. quæſtio.x. Berous in quæſt.xiiij. Iulius Clarus in §. emphyteoſis.quæſt.j.verſicu, ſed pone, quod. Quam quidem ſententiam ij probant ex l.cum ſponſus.§.in vectigalib.ff.de pub. in rem actio.vbi glo. ex l.cum poſt diuortium, in princip. ff.de iure dotium, ex l.§ ſinita.§.ſi de vectigalibus, ff. de dãno infecto ex l.competit.C.de præſcrip.xxx.vel xl.anno. ex l.vltim.C.de fundis patrimo.libro xij.& ex capit.j.§.ſi quis per triginta, Si de feudo fuerit cõtrouer.inter domi.& agna.
2 Nec repugnat quod contractus emphyteuticus † requirat pro ſui eſſentia ſcripturam.l.j. C. de iure emphy. vbi gloſſa in verbo, ſcripturæ, Et vbi ſcriptura requiritur pro eſſentia actus, vel eius ſolennitate, illa non præſumitur curſu temporis. Felinus in capit.ſicut. colum.xvij.de re iudi. Ruinus in conſi.lxix.col,vj.verſic.ſecundò reſpondetur.libro j. & in conſil.xlix.nume.9.libro iiij. Nam reſpondetur ſecundum Iaſonem in d.l.ij.nu.clv.C.de iure emphy. poſt Alber. ibi, quod imò hoc in caſu præſumitur, ſcripturam interueniſſe. Et idem manifeſtè reſpondit Baldus in conſilio cxvj. Columbinus.colum.ij.lib.j.& in conſ.xxiiij. Subtiliter.col. ij.verſic.& notandum eſt.lib.iiij.quem ſecutus eſt Craue.in tracta.de antiq.tempo. in prima particula tertiæ partis principalis.nu.4.



Cæterum dubitatio in eo verſatur, qui temporis curſus requiratur ad præſumendum hunc titulum emphyteuſis?
3 Aliqui exiſtimarunt ſufficere † curſum decem annorum. Ita Baldus in l. j. numero 15. C. de fideicom. Salycetus in l. cum de in rem verſo.quæſt.vj.ff.de vſuris. & Craue.in tract. de antiq. tempo. in prima particula tertiæ partis principalis.num.36.& num.40. Alij verò ſcripſerunt, requiri curſum
4 † triginta annorum. Sic cenſuerunt Angelus in l. Prætor. §. j.ff.de eden. Alber.in l.ij.num.10.C.de iure emphy. vbi Iaſon, num.155. Caſſaneus conſi.xviij.col.j. Balbus in tract.de præſcrip.in tertia parte princip.q.x.num.35. Ruinus in cõſi. clj.nu.5.lib.iiij. Pariſius in conſilio xxiij.nu.5.lib.iiij.& Berous.q.xiiij.& Maſcardus in Tract. de probationibus. parte prima in concluſ.ccccxxxvij.

Et hæc quidem recepta eſt opinio. In emphyteuſi verò
5 † eccleſiæ præſumenda, neceſſaria eſt præſcriptio quadraginta annorum, Angelus in §. emphyteuſim. in auth.de non aliena. aut permuta. reb.eccleſ. Ancharan.conſil.ccccxx. in fin. & Pariſius in conſilio vigeſimotertio.numero 5.lib.iiij. etſi Salicetus in l. cum de in rem verſo.q.vij.ff.de vſuris, viſus ſit ſentire, ſufficere curſum decennij, & male quidem. Et hanc quidem traditionem veram intelligo in prædiis
6 † quæ à priuatis poſſideri, & præſcribi poſſunt. Secus eſt in bonis eccleſiæ ſpiritualibus, ſicuti ſunt decimæ. Nam in his
7 † requiritur præſcriptio temporis immemorialis vnà cum titulo. Qua de re diſſerui copioſè in conſilio ccxcj. libr.iij. vbi declaraui legem Venetam, quæ in præſumendo hoc ti-
8 tulo emphyteotico † requirit curſum quinquaginta annorum in rebus priuatorum. In rebus verò eccleſiæ quadraginta tantum. Illoque in loco ſcripſi vitio impreſſoris locum eſſe corruptum. Non hic repeto illa multa, quæ ibi ſcripſi.

Declaratur primò hæc præſumptio, vt locum non ha-
9 beat in his rebus, quæ in † emphyteuſim dari non poſſunt. Ita Ruinus in conſilio clj. numero 14. libro iiij. qui multis comprobat.

Declaratur ſecundò, vt non procedat quando apparet
10 † quo titulo res ipſa fuit ab initio conceſſa. Nam in claris non eſt opus coniecturis. Ita in ſpecie ſcribunt Ruinus in conſilio lxiij. numero vigeſimoprimo. libro j. Bero.q.xiiij. numero 1, in fin. Iulius Clarus in §. emphyteoſis.q.j.verſicu. ſed pone, ibi, quod ego intelligo, & Pariſius in conſil. xxiij. numero 11.lib.iiij.qui ſic in ſpecie declarauit, & intellexit legem illam Venetam ſub rub. Qui vniformem penſionem per annos quinquaginta, &c. quam latius explicaui in d.cõſ. ccxcj.lib.iij.

## PRAESVMP. CIX.

Emphyteuta curſu temporis effectus, an & quando præſumatur perpetuus factus, vel vſque ad tertiam generationem tantum.

*SVMMARIVM.*

1 *Emphyteuſis acquiſita præſumitur, ſecundum conſuetudinem concedentis, vel in tertiam vſque generationem, vel in perpetuum.*
2 *Procurator conſtitutus ad ſuſcipiendum mutuum, præſumitur eo modo quo dominus mutuo ſuſcipere conſuetus ſit.*
3 *Moneta numerus, & qualitas qua teſtator vtebatur præſumitur legata.*
4 *Creditore vnum ex correis debendi eligente, non fieri præiudicium aduerſus alium.*
5 *Emphyteuſis titulus, conceſſus vel præſcriptus ſecundum regionis conſuetudinem præſumitur.*
6 *Conductorem ſecundum regionis conſuetudinem prædia conduxiſſe præſumi.*
7 *Emphyteuſis in dubio perpetua præſumitur, vbi de domini aut regionis conſuetudine non apparet.*
8 *Translationis dominij natura eſt vt perpetua ſit.*
9 *Perpetuum præſumitur in dubio, quod temporale poteſt eſſe & perpetuum.*
10 *Iniuriæ remiſſæ, pactum præſumi perpetuum.*
11 *Contractus ſecundum ſuam naturam præſumitur celebratus.*
12 *Emphyteuſis natura eſt, vt perpetua ſit.*
13 *Libellum in dubio præſumi perpetuum, neque differre ab emphyteuſi & cenſu.*
14 *Locationem ad beneplacitum in dubio perpetuam præſumi.*
15 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica vſque ad tertiam generationem ſolum, conceſſa præſumitur.*

DIſputavimvs ſuperiore præſumptione, quando curſu temporis præſumatur quis obtinuiſſe titulum emphyteuſis, dubitari nunc contigit, an & quando iſte præſumatur effectus emphyteuta perpetuus, vel vſque ad tertiam generationem tantum? Hac in re diſtinguendi ſunt aliquot caſus vnà cum Angelo in l.ij.colum.pen.C.de iure emph.& Iaſ.ibid.nu.160.

1 Primus eſt caſus, quando apparet de vſu & † conſuetudine illius, qui pro domino recognoſcitur, vt ſi apparet, eum conſueuiſſe concedere ad tertiam generationem, vel in perpetuum. Hoc caſu præſumitur temporis curſu acquiſita ſimilis emphyteuſis, iuxtà conſuetudinem ipſam, recogniti domini. Ita Angelus & Iaſon præcitatis in locis. Et ij quidem adducti ſunt primò argu. l.vel vniuerſarum.ff. de pign. actio.vbi procurator ad mutuum ſuſcipiendum conſtitutus,
2 præſumitur ſic † conſtitutus vt ſub pignore poſſit accipere, ex quo ſic facere conſueuit ipſe dominus. Et plura ſcripſi ſupra lib.j.q.xviij.nu.1.

Secũdò arg.l.ſi ſeruus plurium.§.vltim.de leg.j.vbi præ-
3 ſumitur legatus numerus, & qualitas monetæ † qua teſtator ipſe legans vtebatur: ſicuti diſſeremus inf. libro iiij. in præſump.lxxxviij.

Tertiò confert.l.vlti.C.de fideiuſſ.vbi ob vſum quotidia-
4 num ſancitum eſt, quod ſi creditor † eligit vnum ex duobus reis debendi, non tamen ei fieri præiudicium aduerſus alterum.

Secundus eſt caſus, quando non conſtat de vſu & conſuetudine domini; ſed de ſola conſuetudine regionis. Hoc
5 etiam in caſu præſumitur, † conceſſus vel præſcriptus titulus ſecundum conſuetudinem illam. Ita Angelus, & Iaſ. vbi ſuprà

Primò adducti ſunt text. l. ſi fundus. ff. de euict. cuius verba hæc ſunt. Si fundus venierit: ex conſuetudine eius regionis, in qua negotium geſtum eſt, pro cautione caueri oportet.

Secundò confert.l.licet. C. de locato, & conducto: vbi
6 conductor † præſumitur conduxiſſe prædia ſecundum vſum, & conſuetudinem regionis, vt damnum quod ſenſit ob tempeſtatem, vel aliud Cæli vitium, ad ſe non pertineat. Et illo in loco plura ſcripſerunt Bald. Salic. & reliqui.

Tertius eſt caſus, quando non apparet de aliqua conſuetudine, & vſu vel regionis, vel domini, atque ita verè ſumus in dubio. Hoc in caſu recepta magis Doctorum opi-
7 nio eſt, quod † emphyteuſis præſumatur perpetua. Ita poſt Gulielmum Cuneũ ſcripſerunt Angelus in l. qui luminibus. ff.de ſeruit.vrba.prædio.in l.Prætor.§.v.ff.de eden.in l. j.in fine prin.ff.ſi ager vectig.vel emph.pet.in l.qui in aliena. ff. de acq. hæred. & in l. male agitur. C.de præſcrip.xxx.vel xl. annor. Iaſon in l.ij.numero 160. C.de iure emph. Soc.Sen. in conſi.50.numero 15.libro iiij. Ruinus in conſilio tertio. numero 18.& in conſilio.clx.numero 10.libr.j.& in conſil. clj.num.14.lib.iiij. Balbus in Tract. de præſcriptionibus, in prima particula tertiæ partis principalis.q.x.numero 35. & Alciatus in Tract. de præſumptionib.reg.ij.præſump.vltim. Et hæc quidem ſententia fulcitur multiplici ratione, & ar-
8 gumento. Et primò, quia natura translationis † dominij eſt, vt ſit

vt ſit perpetua.l.vlti. C. de legibus. Et cum cōceſſio reſorri
non poſſit magis ad vnum quam ad aliud tempus, præſumi
debet perpetua.arg.l.obligationē fere.§.placet.ff. de actio.
& oblig.

Secundò confert.l.ſufficit.ff.de condict.indeb.& ibi an-
notarunt Bartol. & Iaſon in dubio præſumi perpetuum
9 † quod poteſt eſſe temporale vel perpetuum. & idem ſcri-
pſerūt Dec.in conſilio ccccclxxij.num.21.Ruinus in conſi.
clx.num.17.lib.ij.qui & aliorum quamplurium auctoritate
comprobauit.Tiraquellus in Tract. de retractu conuentio-
nal.§.ij.glo.j.nu.39.& in ſpecie ſic etiam reſpondit Decius
in conſi.cciiij.in fine. Huc facit gloſſa in §.vltim.in inſtit.de
10 iniurijs, Cùm dixit, pactum remiſſionis iniuriæ † præſumi
perpetuum. Quam quidē traditionem probauit Alcia. in d.
reg.j.præſump.vlt.

11 Tertiò ſuffragatur, quod † contractus præſumitur cele-
bratus ſecundum ſuam naturam.l.quæro.§.inter locatorem.
ff.locati.& copiosè ſcripſi ſuprà in præſumpt.

12 Atqui natura emphyteuſis † eſt, vt ſit perpetua.l.j. in prin.
vbi Baldus,& Angelus.ff.ſi ager vectigal.vel emphyteu.pe-
tatur,Iaſ.in l.j.num.38.C.de iure emph.& Soc.Sen.in conſ.
50.nu.16.libr.iiij.Ergo conceſſio emphyteuſis præſumitur
perpetua.

Quartò accedit tex.in cap.j.de alienat.feudi, vbi Belui-
13 ſius,& Baldus in quinto notab.ſcripſerunt,† Liuellum, qui
ab emphyteuſi,& cenſu non differt vt diximus ſuprà in præ-
ſumpt. in dubio præſumi perpetuum. Huc etiam pertinet,
quod reſpondit Dec.in conſi.cciiij.in fine,cum dixit, loca-
14 tionem † ad beneplacitum in dubio præſumi perpetuam.

Declaratur hic caſus,vt locum nō habeat in emphyteuſi
15 eccleſiaſtica. Nam hæc præſumitur conceſſa ſolum vſque
ad tertiam generationem, Ita Baldus in l.ij.columna ſecun-
da.C.de iure.emph.& ibidem Iaſon.num.160. verſic. iſtam
concluſionem,Alexan.in l.qui in aliena.in princ.nume.7.ff.
de acquiren.hæred.& ibi pariter Iaſon.& idem Iaſon in l.ait
Prætor.§.item ſi iurauero.numero 3.ff.de iureiuran.Ruinus
in conſilio iii.numero 19.& in conſil.cix.numero 10.libr.j.
Franciſcus Balbus in tractat.de præſcript.in prima particu-
la tertiæ partis principalis.q.x.num. 35. Alciatus in tractat.
de præſumptio.reg.ij.præſump.vltim.& idem ſenſit Craue.
in tractat.de antiq.tempo. in quarta parte princip.in in.tio,
num.70.

## PRAESVMP. CX.

Emphyteuſi ad tempus conceſſa,an præſumatur ad certum tempus,vel perpetuo conceſſa.

*SVMMARIVM.*

1 *Emphyteuſis ad tempus conceſſa,de decennio intelligitur.*
*Et quæ ſit ratio.nu.3.*
2 *Sententiam in qua ad tempus ſit interdictio,de decennio intelligi.*

CONVENIT vt hoc loco diſſeramus,de emphy-
teuſi conceſſa ad tempus, an præſumatur ad cer-
tum tempus, vel perpetuo conceſſa? Baldus in
l.j.in prin.ff.ſi ager vectig.vel emph.peta.præſu-
1 mi conceſſionem factam ad † certum tempus,hoc eſt ad de-
cennium. Et adductus eſt argumen.text.l.ſine præfinito. ff.
de pænis. Cuius verba hæc ſunt ſine præfinito tempore in
metallum dato imperitia dantis,decennj tempora præfinita
videntur. Quo loci annotauit Bartolus textum illum eſſe ad
rem hanc ſingularem: ſic & Baldus in l. j. numero ſecundo.
C.de poſtula.docuit,quod ſi in ſententia non eſt præfinitum
2 tempus,vt quia dixit iudex,interdico tibi ad tempus, † in-
telligitur de decennio. Idem in capitul. ex literis.nu. 20. de
de conſtitutio.

Nec huic traditioni obſtat conſideratio Iaſonis in l. ij.
num.163.C.de iure emphyt. cum dixit, quod imo præſumi
debet tempus perpetuum iuxta naturam ipſius emphyteu-
ſis. Nam reſpondetur,quod à natura emphyteuſis, quæ eſt,
vt ſit perpetua, ſicuti ſuperiore præſumptione probaui-
mus,receſſum dicitur,ex quo facta eſt conceſſio non ſimpli-
citer,ſed ad tempus.

## PRAESVMP. CXI.

Emphyteuſis an & quando curſu temporis, ad commodum & beneficium directi domini præſumatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Canonem ſoluens tamquam emphyteuta,talis præſumitur, vt in poſte-rum à domino, directo,ad præſtationem cogi poſſit.*
2 *Locationis nomine qui ſoluit, in futurum ad eiuſdem mercedis præſta-tionem cogi poteſt.*
3 *Cenſus nomine per multos annos quid ſoluens,in futurum compelli po-teſt.Idem eſt in liuellario.*
4 *Emphyteutam,cenſuarium,conductorem ad futuram ſolutionem volens compellere dominus directus,vel locator quid probare debeat.*

EXPLICAVIMVS ſupra præſumptione ab
hac tertia curſu temporis præſumi titulum
emphyteuſis pro emphyteota, aduerſus
directum dominum: Nūc econtra dicen-
dum eſt, an & quando temporis curſu præ-
ſumatur titulus emphyteuticus pro domi-
no directo contra ipſum emphyteotam,vt ſi quis tamquam
emphyteota diu ſoluit canonem, an talis præſumatur, vt in
poſterum cogi valeat à domino illo directo præſtare eandē
1 penſionem? Et præſumi affirmarunt † manifeſte & in ſpe-
cie Baldus in l.ſi certis annis.C.de pact.& ibidem Iaſon nu-
mero 9.& idem Iaſon in l.ij.numero 158.C.de iure emphy-
teu. qui eiuſdem opinionis recenſet Abb. in conſil. lxxiiij.
colum.j.libro primo. Idem reſponderunt Roma.in conſilio
cxxvij.col.ij.Alexan.in conſilio cxiij.num.11.& 12.lib.iiij.
Decius in conſi.cxlvj.nu.4.Ruin.in conſi.cxv.nu.17.libr.v.
Pariſius in conſi.lxxvij.numero.41 lib.iij.Soc.Iun.in conſ.
clxxxj.num.62.lib.ij.Caſſaneus in conſi.xvj.nu. 16. Boe. in
q.cv.nu.13.

2 Idem dicimus de eo, qui nomine locationis † & condu-
ctionis ſoluit, vt ſcilicet ita præſumatur talis, quod in futu-
rum compelli poſſit præſtare eandem mercedem. Barto.in l.
cum de in rem verſo.nu.14.ff.de vſuris & in l.litib.nu. 2. C.
de agric.& cenſ.lib.xj.

3 Sic etiam dicimus de eo, qui cenſus † nomine aliquid
multos annos præſtitit, vt in futurum ita præſumatur talis,
quod cogi poſſit eundem cenſum ſoluere. Ita Guido Papæ.
q.ccccviij.Pariſius in cōſi.lxxvij.nu.42.lib.iij.in conſ.xxiij.
nu.14.& in conſi,xxiij.nu.5.& 6.lib.iiij.qui idem de liuella-
rio,qui parum à cenſuario differt.Eſt tamen hac in re obſer-
4 uandum quod quando † dominus vult compellere emphy-
teutam,conductorem, vel cenſuarium ad ſolutionem in po-
ſterum,debet allegare titulum ipſius præſtationis, & ad ip-
ſius tituli probationem inducere præſtationes illas, tanto
tempore præſtitas.Non enim ſufficeret allegare ſtatim ſolas
ipſas præſtationes. Ita declarant præcitati Doctores, locis
vbi ſupra allegatis.

## PRAESVMP. CXII.

Caducitatis pœna an,& quando præſumatur remiſſa à domino emphyteuſis,vel feudi, recipiēte canonem,& penſionem.

*SVMMARIVM.*

1 *Caducitatis pænam remiſiſſe dominus præſumitur, canonem pro tem-pore lapſo,ſine vlla proteſtatione recipiendo, ſecundum vnam DD. opinionem.*
*Contraria opinio refertur.num.6.*
2 *Pæna duplici efficiendum neminem.*
3 *Remedium contrarium vnum eligens,alteri dicitur renunciare.*
4 *Penſionem recipere,& emphyteutam expellere,non eſſe contraria.*
5 *Creditor recipiendo ſortem,cur præſumatur vſuras remiſiſſe.*
7 *Colonus ſimplex nunquam amittit melioramenta.*
*Aliud eſt in emphyteuta.nu.8.*
9 *Sortis principalis receptione,pænam legalem non præſumi remiſſam.*
10 *Caducitatis pænam à lege indictam.*

*Emphyteuta*



11 *Emphyteuta moram purgare vtrum poſſit.*
12 *Emphyteutam expellens dominus,penſionem præſumitur remiſiſſe.*
13 *Caducitatis pænam vaſallo præſumitur remiſiſſe dominus, penſionem præteritam recipiendo.*
*Aut ſeruitia ab eo, qui debito tempore omiſerat petere inueſtituram. num.14.*
*Quod procedit etiam,ſi caducitas ob aliam quam non ſolutionis cauſam ortum habuerit.num.15.*
*Idque etiam ſi theſaurarius aut miniſter cum libera adminiſtratione, abſque proteſtatione recipiat.nu.16.*
17 *Caducitas remiſſa in præiudicium eccleſiæ cenſetur,prælato(qui admi-niſtrator ſolus ſit) penſionem recipiente.*
18 *Caducitatem non remiſiſſe cenſetur dominus, penſionem præteritam cum proteſtatione recipiens.*
19 *Caducitatem remiſſam cenſeri, à domino canonem futurum ſine pro-teſtatione recipiente.*
20 *Caducitas non præſumitur remiſſa,ſi recipienti futurum canonem, & proteſtanti domino,conſentiat emphyteuta.*
*Et quid ſi is contradicat.num.21.*
*Vel ſi taceat.nu.22.*
23 *Proteſtatio facto contraria nil operatur.*
24 *Penſionem pro futuro recipiendo, dominus emphyteutam in iure ſuo confirmat.*
25 *Interpellatione ſecunda,præſumi receſſum ab effectu primæ.*
26 *Emphyteutica vel feudali re ad Eccleſiam reuerſa, emphyteuta an re-mittatur penſio futura.*
27 *Hypotheca generalis electione ſpecialem non tolli.*
28 *Ius ſuum remiſiſſe,nemo præſumitur.*

DISPVTATIO hæc, quæ congruo hoc in loco
explicanda proponitur, egregia quidem eſt,ſed
ardua & difficilis, an ſcilicet, & quando præſu-
matur dominus remiſiſſe pænam caducitatis,re-
cipiendo canonem, & penſionem ab emphyteota vel vaſal-
lo. Diſtinguendi ſunt, mea quidem ſententia, aliquot caſus.

Primus eſt, quando dominus ſimpliciter, hoc eſt nulla
1 adhibita proteſtatione † recepit penſionem, canonemque
pro iam elapſo tempore. Hoc in caſu recepta eſt Doctorum
opinio,caducitatis pænam præſumi remiſſam.Ita gloſſ.in c.
potuit.de locato, vbi Cardinalis Zabarella,& Imola. Alex.
in conſi.cxiij.nu.3.lib.iiij.Ruinus in conſi.cx.nume.4. & in
conſ.clj.nu.12.lib.j.Curtius Sen.in conſi.lxxxij.col.j.verſ.
tertio principaliter.Socin.Sen.in conſi.lxvj.col.vlt.verſ.iij.
quia.lib.iij.Iaſon in l.ij.num.124.verſi. ego puto.C.de iure
emphy. qui communem eſſe opinionem teſtatur. Decius in
conſi.cxxxviij.col.iiij.verſi.tertiò etiam,& in conſ.ccccxxix.
nu.3.Brunus in conſi.cx.nu.3.Boerius in q.cccix.nu.5.Pari-
ſius in conſi.cviij.nu.44.lib.j.& in conſi.v.nu 201.lib.iiij.&
Iulius Clarus in §.emphyteoſis.q.x.verſ.aut verò ſumus,qui
teſtatur hanc eſſe communem. Et ego ipſe hanc ſecutus ſum
in conſi.ccclv.nu.12.lib.iiij.vbi ſimilia allegaui. Hæc tamen
recepta opinio non ſatis iure probatur.

Primò enim fulcitur eo argumento, quo paſſim præci-
tati Doctores vtuntur, quod ſcilicet quis non debet duplici
2 † pæna plecti.c. at ſi clerici.§.vlti. de iudiciis. Atqui niſi di-
ceremus remiſſam eſſe caducitatis pænam, duplex pæna in-
diceretur, nempe in amiſſione melioramētorum.l.ij.vbi Iaſ.
in ſeptimo notab.C.de iure emph.& præſtatione penſionis.
Ergo remiſſa præſumitur caducitas ipſa. Reſpondetur, hanc
non eſſe duplicem pænam. Non enim penſionis ſolutio pæ-
na eſt, ſed debitum iam de præterito: Cum emphyteota poſ-
ſederit bona emphyteotica. Sola itaque eſt pæna amiſſionis
melioramentorum, quæ iuſtè ob contumaciam, & inobe-
dientiam impoſita eſt.

Secundò affertur argumentum, quod quando quis eligit
3 vnum ex duobus remediis contrariis, † alteri dicitur renun-
tiare, vt in ſpecie propè probat.l.poſt diem. ff. de lege com-
miſſo vbi recipiens precium poſt elapſum diem præſtitutam
commiſſoriæ, dicitur illi renuntiaſſe. Atqui noſtro in caſu
duo ſunt remedia contraria, conſequi penſionem, & emphy-
teotam expellere priuareque. Ergo recipiendo ipſam pen-
ſionem, dicitur renuntiare pænæ caducitatis.

Cæterum reſpondetur ex ſententia Alberici, & Iaſonis
4 in d.l.ij.nu.124.hæc duo non eſſe † contraria recipere pen-
ſionem, quod præteritum reſpicit: & expellere emphyteotā,
quod reſpicit futurum. Non ergo ſunt contraria, arg. l. etſi
forte.§.vlt.ff.ſi ſeruit.vend.

Tertiò adduci ſolet tex.l.vltim.in fine.ff.de eo,quod cer-
to loco,vbi creditor recipiendo pecuniam ſibi debitam, di-
citur remiſiſſe pænam. Ergo idem videtur dicendum in caſu
noſtro.

Verùm reſpondetur, ex ſententia Alberici in d.l.ij.quod.
d.l.vltim.loquitur de vſuris conuentionalibus, quæ dicun-
tur acceſſoriæ ad ſortem ipſam principalem,& ideò creditor
5 † recipiendo ſortem præſumitur remiſiſſe ipſas vſuras. Ita.
d.l.vlti.declarat ibi Bart.nu.3.quem ſecuti ſunt Aret.in cōſ.
nono,col.ij.Socin.Sen.in conſi.xviij.colu.j.lib.j.& alij plu-
res, quos referam infrà in præſump... Diuerſum eſt in pæna
legali; quæ remiſſa non præſumitur, vt ſtatim dicemus.

Contrariam itaque ſententiam, quod ſcilicèt dominus
6 recipiendo † penſionem preteritā non preſumatur remiſiſſe
pænam caducitatis, probarunt Bar.in d.l.ij.num.8.C.de iure
emphy.poſt Iacobum Butrig.ibidem: ſic & Albericus,& alij
nonnulli congeſti à Iaſone in d.l.ij.num.124.

Primò adducitur text. l. colonus. ff. locati, vbi dominus
expellit Colonum, & tamen agere is poteſt ad penſiones
præteritas. Verùm reſpondet Iaſon precitato in loco.d.l.co-
7 lonus,loqui in ſimplici † colono, qui nunquam amittit me-
lioramenta, vt ibi dicitur: & declarant Pariſius in cōſi. lxxix.
num.16.lib.iij.Tiraquellus in Tracta.de retractu cōuentio.
§.vij.glo.j.nu.16.& alij à me congeſti in Tractat.de recupe-
randa poſſeſſione, remedio decimoquinto.n,551. Diuerſum
8 eſt in emphyteota, qui † ob non ſolutam penſionem etiam
ipſa melioramenta amittit.

Secundò itaque loco,& melius fulcitur opinio hæc tex.
l. ſi pro fure. §. j. ff. de condict. furtiua, vbi ex receptione
9 † ſortis principalis non præſumitur remiſſa pæna legalis.
10 Atqui hæc caducitatis † pæna eſt à lege indicta.d.l.ij. C.de
iure emphy. Ergo dominus recipiendo penſionem præteri-
tam non præſumitur remiſiſſe caducitatis huius pænam. Nec
repugnat quod inquit Iaſon in d.l.ij.nu.124. d.l.ſi pro fure.
§. j. loqui, quando vno eodemque tempore naſcitur actio
pænalis, & rei perſecutoria: ſecus ſi diuerſis temporibus. l.
metum.§.ſed licet. ff. quod metus cauſa. Nam reſpondetur.
d.§.ſed licet,non probare Iaſonis propoſitionem. Et præte-
reà etiam in caſu noſtro vno eodemque tempore naſcitur
actio ad penſionis iam præteritæ conſecutionem, & ad de-
clarandam caducitatem. Nō etiam obſtat quod inquit idem
Iaſon, quod cum emphyteota poſſit purgare moram, mirum
non eſt, quod dominus recipiendo penſionem præteritam,
præſumatur remiſiſſe, caducitatem. Nam reſpondetur, du-
biam admodum eſſe opinionem eorum, qui ſcripſerunt
11 emphyteotam † poſſe purgare moram: ſicuti permulti di-
xerunt, purgare non poſſe, vt refert Iaſon in d.l.ij.nu.72. &
idem cenſuerunt Afflictus in deciſ.clxxiiij.& Goz.in conſil.
lvij.nu.18.

Prætereà in caſu noſtro præſupponitur, quod non ſit lo-
cus purgationi moræ: alioqui fruſtrà diſputaretur de cadu-
citate, quæ nec expreſſim poſſet à domino declarari. Et po-
ſtrema hæc opinio iure defendi poteſt: tametſi rigoris plena
ſit. In foro tamen, & iudiciis à recepta opinione recedi non
ſolet. Et quæ quidem procedit econtra, nempè quando do-
12 minus iam expulit † emphyteotam, quia tunc dicitur ei re-
miſiſſe penſionem. Ita Clarus in d.§.emphyteoſis.q.x. verſi.
quæro nunc.

Extenditur prædicta communis opinio primò vt locum
etiam habeat in feudo, nempe quod ſi feudi dominus dire-
1 ctus † recepit penſionem preteriam præſumitur remiſiſſe
penam caducitatis vaſallo. Ita in ſpecie reſpondit Decius in
conſi.cxxxviij.num.6.quem ſecutus ſum in conſi.ccclv. nu.
12. libro iiij. quo loci adduxi ſimile ex Baldo, quod ſi do-
14 minus feudi recipit debita ſeruitia † à vaſallo, qui omiſerat
debito tēpore petere inueſtituram, præſumitur ei remiſiſſe
caducitatem.

Extenditur ſecundò, vt locum habeat hæc opinio
15 etiam eo caſu, quo cauſata fuit caducitas † alia de cauſa
quàm ob non ſolutam penſionem: vt putà ſi emphyteota,&
vaſallus inconſulto domino alienaſſent emphyteuſim, vel
feudum. Nam & hoc caſu recipiente domino penſiones pre-
teriti temporis præſumitur remiſiſſe caducitatē. Ita reſpōdi

in d.conſil.ccclv.numer.12.poſt Curtium Seniorem, quem allegaui.

Extenditur tertiò,vt locum habeat etiam quando prin-
16 cipis,vel domini miniſter † vt puta theſaurarius, cui libera eſt adminiſtratio commiſſa,penſionem hanc præteritam recepit, non adhibita proteſtatione. Nam & hoc caſu cenſetur remiſſa caducitas: ſic in ſpecie reſpondit Decius in conſ.cxxxviij.col.pen.verſi.tertiò etiam,eo ſimili adductus,
17 quod ſi eccleſiæ † Prælatus ſolus eſt adminiſtrator, & recipiat penſionem, remiſſa dicitur caducitas ad præiudicium ipſius eccleſiæ: ſicuti ſcripſerunt glo.Cardinal.& Ancha.in d.c.potuit.de locato. Signorol in cõſ.cliij.Petrus inueſtiuit. ad finem.Iaſ.in d.l.ij.num.130.C. de iure emph.& communem teſtatur Clarus in d.§.emphyteoſis.q.x. verſi. ſed nunquid ea, qui alios recenſet ſic affirmantes,quod aut eccleſia eſt collegiata, & tunc ſolus Prælatus non poteſt remittere caducitatem:aut eccleſia non eſt collegiata:& tunc Prælatus remittere poteſt.

Secundus eſt caſus, quando dominus recepit penſionem præteriti temporis adhibita proteſtatione; ſaluum ſibi ius eſſe declarandi caducitatem. Hoc in caſu recepta eſt penè
18 omnium ſententia, non eſſe remiſſam † caducitatem. Ita Baldus in l.ij.ff.ſi quis cautio.vbi Iaſ.nume.3. & 4.idem Iaſon in l.vlt.num.4.ff.de eo,quod certo loco.Curtius Sen.in conſi.lxxxij.ad finem.Ripa in c.cum M.Ferrarienſis, nume. 129.de conſt.Boerius in q.cccix.nu.5.in fine,& communem ac indubitatam dixit Iulius Clarus in §.emphyteoſis. q.x.in principio. Et hæc quidem ſententia retinenda eſt, tametſi Guido Papæ in q.clxxij. ſecutus Petrum Papæ affirmet ſecundum contrariam opinionem fuiſſe iudicatum, quod ſcilicet pæna caducitatis adhuc cenſeatur remiſſa, non obſtante proteſtatione, quam nil prodeſſe ſcriptum reliquerunt. Et hic quidem caſus locum habet econtra, quando ſcilicet dominus expulit emphyteotam, adhibita proteſtatione, ſaluo ſibi iure conſequendi penſiones præteritas. Ita Boerius in d.q.cccix.& Clarus in d.§.emphyteoſis.q.x. verſicul. quæro nunc.

Tertius eſt caſus, quando dominus recepit penſionem pro futuro tempore,nulla adhibita proteſtatione. Hoc ſanè
19 caſu nemo eſt,qui neget,remiſſam † præſumi dicique caducitatem,& cur de dubitatione dixit Iulius Clarus in d.§.emphyteoſis.q.x.verſi.aut verò ſumus in dubio.Nam à fortiori permulti Doctores,quos ſtatim referam,affirmant remiſſam cenſeri caducitatem etiam ſi dominus adhibuit proteſtationem,ſaluum ſibi eſſe ius ipſius caducitatis.

Quartus eſt caſus, quando dominus recepit penſionem pro futuro, adhibita proteſtatione prædicta; cui quidem
20 proteſtationi conſenſit emphyteota. Hoc caſu non † cenſetur remiſſa caducitas. Ita manifeſtè Ripa in capit.cum M. Ferrarienſis,num. 130,verſicu.primus caſus.de conſtit.idem ſenſit Ruin.in conſilio clj.nume.12.lib.j. Ea ratione motus eſt Ripa; quia etſi proteſtatio hæc ſit (vt mox dicemus) contraria facto: attamen poſſunt partes ipſæ voluntatem ſuam tacitam vno modo à facto demonſtratam contraria verborum declaratione aliter declarare,cap.diaconi.xxviij. diſtin.Et hoc in caſu locum habere poteſt opinio Bar.quam referam infrà in vltimo caſu. Non ignoro tamen ab hac traditione diſſentire Rubeum in l.non ſolum.§.morte.nu.290. in fi. de operis noui nuntia. ſed leuia eius argumenta ex iam dictis diſſoluuntur.

Quintus eſt caſus, quando dominus recepit penſionem pro tempore futuro, adhibita proteſtatione, ſaluum ſibi eſſe ius caducitatis; & illi proteſtationi expreſſe contradi-
21 xit emphyteuta. Hoc caſu caducitas cenſetur † remiſſa,non obſtante illa proteſtatione, quæ nihil valet: Cum tollatur per expreſſam contrariam proteſtationem, & contradictionem emphyteutæ. Ita in ſpecie docuit Ripa in d.capit. cum M. Ferrarienſis.num.130.verſi.ſecundus caſus.de conſtit.& idem reſpondit Ruinus in conſil.clj.nu.12.verſicul.nec obſtat.lib.j.

Sextus & vltimus eſt caſus,quando dominus recepit penſionem pro futuro; adhibita proteſtatione ſaluum ſibi eſſe ius caducitatis:& ipſe emphyteuta tacuit;atque ita quando ſumus in dubio. Hoc in caſu recepta eſt opinio, ius caduci-
22 tatis † cenſetur remiſſum non obſtante illa proteſtatione, quæ nil operatur, etſi ei expreſſim non contradixit emphyteuta. Ita multi congeſti à Iaſone in l.ij.in prin.nume.4.ff.ſi quis cautio:& in l.ij.num.124.verſ.item inquantum Bar.C. de iure emphyt. Et illis accedunt Aretin.in cõſ.xxxv.in fine, Alex.in conſi.xiiij.col.pen.verſi.confirmatur.lib.ij.Ruinus in conſi.cx.num.4.& in conſi.clj.numi.12.libr.j.qui teſtatur hanc eſſe communem opinionem.Boerius in q.cccix.nume. 6. qui affirmat, ſic ſeruari in illo ampliſſimo parlamento Burdegalenſi. Ripa in d.cap.cum M. Ferrarienſis.num.130. verſ.tertius caſus.de conſtit.Gigas in Tract.de penſionibus. q.lxxiij.in fine,& Iulius Clarus in §.emphyteuſis.quæſtion. decima, verſicul. hoc tamen intellige, qui ita fuiſſe iudicatum aſſerit.

Et primò quidem fulcitur ſententia hæc illa ratione,
23 quod † proteſtatio contraria facto nil operatur. capit. cum M. Ferrarienſis. de conſtit. Atqui hæc proteſtatio eſt contraria facto,quia recipiendo penſionem pro futuro tempore declarat ipſe dominus velle habere illum in emphyteutã; proteſtando verò dicit contrarium. Ergo proteſtatio nil operatur. Nec hic repugnat conſideratio Ripæ in d.capitul. Cum M. Ferrarienſis.num.130.verſi.tertius caſus, cum dixit,hęc duo:expellere emphyteutam,& recipere penſionem eſſe contraria: ſed tamen hæc duo, velle eſſe ſaluum ius expellendi; & recipere penſionem pro futuro non eſſe pugnantia. Nam (inquit Ripa) elapſo tempore pro quo dominus recepit penſionem non poterit expellere emphyteutam,quia non faciet actum contrarium receptioni. Cum illius effectus iam ſit cõſummatus. Et ideò (inquit Ripa) durante tempore ſolutionis iam factæ non poterit expelli emphyteuta:Ita locum habet prædicta cõmunis opinio, finito verò tempore poterit expelli:Et ita procedit opinio Barto. Hæc ſanè conſideratio Ripæ non obſtat; Cum ad rem noſtram non faciat. Nam Ripa loquitur, quando dominus recepit penſionem pro tempore futuro:& proteſtatus eſt, ſaluum eſſe ius caducitatis, & expellendi in futurum, ob non ſolutam penſionem futuri temporis. Ita intelligit Ripa hãc Doctorum diſceptationem, id quod falſum eſt:Cum verius ſit,loqui doctores,quando dominus recepit penſionem pro futuro, an præſumatur remiſiſſe ius declarandæ caducitatis ob non ſolutam penſionem præteriti temporis? Et dicunt ipſi Doctores, dici remiſſam caducitatem. Nã recipiendo
24 penſionem † pro futuro confirmat emphyteutam in ſua emphyteuſi, quem ſi poſſet expellere faceret actum contrarium. Ita declarat Ruinus in d.conſi.cx.nume.4.libro j. Et ſi rectè conſiderentur verba Bartol. in d.l.ij.num.8.idem ipſe ſenſit,dum propoſuit quæſtionem, quando recipiens ſolutionem præteriti temporis, poſſit expellere emphyteutam ob iam commiſſam contumaciam. Deinde ſubiungit ſecus etiam recipiat penſionem futuri temporis, quia videtur remiſiſſe ius caducitatis.

Secundò præter duo Iaſonis argumenta, quæ parum ad rem hanc pertinent, ea ratione moueor, qua etiam motus eſt Ruinus in conſilio cx. nu.4.libr.j.quod ſicuti per ſecun-
25 dam † interpellationem præſumitur receſſum ab effectu primæ,& remiſſam moram præcedentis interpellationis, vt tradit gloſſa,quam ſecutus eſt ibi Bart.in l.AEmilius,in verbo,dicebam,ff.de mino.xxv.annis. Eadem ratione cùm dominus recepit penſionem futuri temporis declarat,ſe remittere præcedentem contumaciam,& pænam.

Non obſtant nunc rationes & argumenta, quæ afferri ſolent pro contraria opinione Bartol. in d.l.ſecundã, numero in fine.C.de iure emph.

Primò enim adducitur argumentum,quod hæc proteſtatio eſt iuris conſeruatoria:& qui tacet conſentire dicitur.l.ſi debitor.§.j.ff. quibus modis pig.vel hypoth.ſoluitur. Reſpondetur ex iam dictis, quod etſi ſit conſeruatoria,attamen eſt contraria facto,ob id non valet.

Secundò vrgere videtur text. auth. qui rem. C. de ſacroſanct. eccle. vbi re emphyteutica, vel feudali ad dominum reuerſa, tenetur adhuc vaſallus ſoluere penſionem pro futuro tempore:& econtra quando dominus recepit pro futuro ipſo tempore non dicitur ſibi præiudicaſſe pro præterito. Verùm reſpondetur. d. auth. qui rem loqui in emphyteuta
26 † eccleſiæ,cui nũquam dicitur remiſſa caducitas,vt ſcribunt Docto.in d.capit. potuit de locato,& manifeſtè Iulius Clarus in



rus in §.emphyteuſis.q.x.verſi.quæro nũc.&c.qui dixit,eſſe ſpeciale fauore eccleſiæ,vt conſequatur vtrumque.Præterea & ſecundò reſpondetur,ſic eo in caſu.d.auth. qui rem fuiſſe ſancitum; quia contractus fuerat minus rectè,minuſque ſolenniter confectus:& propterea in pænam illius occupantis rem eccleſiæ compellitur præſtare etiam penſiones pro futuro tempore. Ita poſt Aretinum in l. ſi rem. ff. de acquit. poſſeſſ.& alios tradit Boerius in q.cccix.nu.6.& ibi.num.5. recenſet glo.in d.authen.qui rem affirmantem illam procedere quo ad præteritas; non autem quo ad futuras penſiones.Id quod ſcripſerunt Archidiacoco:& alij in capitul. qui rem.x.q.iij.

Tertiò videtur ſuffragari text. l. quamuis. C. de pigno.
27 vbi per electionem generalis † hypothecæ non tollitur ſpecialis,ſicuti nec per actionem hypothecariam in iudicio deductam tollitur perſonalis.l.aduerſus.C.de actio.& hypoth. & l.hypothecis. C. de diſtract. pignor. Ita & noſtro in caſu dicendum videtur, quod per penſionis receptionem non cenſetur ſublatum ius declarandi caducitatem:cùm ſit aliud beneficium domino à lege conceſſum.

Cæterùm reſpondetur.d.l.quamuis. & d.l.aduerſus, loqui in re hypothecata, ſine ratione reditus: pro qua duo diuerſa remedia à lege conceſſa ſunt,ob id vno ſublato,remanet alterum.Ita declarat Boer.in d.q.cccix.nu.6. verſic. nec pariter.qui plura ad rem ſcribit.

Quartò & vltimò ad rem videtur facere, quod in dubio,
28 quis non dicitur ius † ſuum remiſiſſe,Decius in l.poſt quam liti.nume.15.C. de pactis,& latiſſime Tiraquellus in l.ſi vnquam in verbo,donatione.num.172.C. de reuo.dona. Si ergo iuris remiſſio non præſumitur in dubio; quantò minus debet præſumi, quando adhibita fuit proteſtatio. Verùm reſpondetur,proteſtationem illam eſſe contrariam facto,atque ita præualet factum ipſum,quo tollitur præſumptio illa, quæ ſumitur in dubio,nempè iuris remiſſionẽ non præſumi.

## PRAESVMP. CXIII.

Creditorem recipiendo ſortem præſumi remiſiſſe vſuras.

*SVMMARIVM.*

1 *Debitum principale recipiens,intereſſe præſumitur remittere.*
2 *Sortem recipiens,pænam cenſetur remiſiſſe.*

CVM vno attigerim verbo ſuperiore præſumptione, creditorem recipiendo ſortem præſumi remittere vſuras, placuit hoc in loco hanc ipſam traditionem comprobare poſt gl.& Bar.in l.vlt. ff.de eo,quod certo loco,auctoritate Aretini in conſ.ix.col. ij.Soc.Sen.in conſi.xviij.col.j.lib.j.Ruini in conſi. cxcviij. nu.2.& nu.11.lib.j.Pariſij in conſi.xxxiiij.num.35.lib.j.Ita quoque docuit Baldus in l. iiij. C. depoſiti, quod creditor
1 † recipiens debitum principale præſumitur remittere inte-
2 reſſe.ſic & recipiens ſortem † præſumitur remittere pęnam. Dec.in l.viuum,nu.5.ff.ſi cer.pet.& in l.creditores.C.de pactis.quem ſecutus ſum in conſi.ccclv.nu.13.lib.iiij.

## PRAESVMP. CXIIII.

Remittens iniuriam, an & quando præſumitur remittere damna,& expenſas.

*SVMMARIVM.*

1 *Iniuriam inferens,præter pænam à lege indictam,tenetur ad intereſſe, damnum ratione iniuriæ paſſo.*
2 *Occiſi hæredes,ad æſtimationem operarum agere poſſe,quas iniuria occiſus,ſi vixiſſet,impendere potuiſſet.*
3 *Iniuriam remittens læſus,non præſumitur damna, & expenſas condonaſſe.*
*Idque verum eſt, quamuis iniuria cum expulſionibus, & deuaſtationibus,remiſſa ſit.num.5.*
*Niſi tamen remiſſio facta ſit pleniſſimè.nu.6.*
4 *Iniuria illata,& damnum ex ea proueniens,ſeparata ſunt.*

IVRE & quidem optimo,ſancitum eſt,lædentem alterum, inferentemque iniuriam præter pænam
1 ei à lege indictam teneri † omninò læſo, & iniuriam poſſe reſarcire damna, & expenſas ratione iniuriæ, & læſionis ſibi contingentes.l.ex hac.ff.ſi quadrupes pauper feciſſe dicatur.& cap.j.de iniuriis.Qui enim percuſſus vulneratuſque fuit,ſi lucrari non potuit,vt conſueuit, reſarciri ita debet, vt tantum conſequatur, quantum fuiſſet lucratus, ſi vulneratus non fuiſſet. Ita Abbas in d.c.j.de iniuriis. Ioan. Lupus in capitul. per veſtras. in ſexto notab. §. ix. de donat. inter virum & vxo. & alios commemorat Didacus in lib.ij.varia.reſolut.capit.x.num.6.verſi.quartò eodem, qui etiam ſubiungit, filios & hæredes iniuria occiſi
2 † agere poſſe æſtimationem operarum, quas potuiſſet impendere, & miniſtrare occiſus, ſi vixiſſet.ſicuti ſcripſerunt Abbas in d.c.j. de iniuriis,Marſilius in conſi.cxv. & in ſing. cccccLxxv.& Crau.in conſil. cxix,nu..Et alia ad rem ſcripſerunt Didacus præcitato in loco, & Petrus Placa Hiſpanus in epitome delictorum.lib.j.c.vj.nu.31.& 32.

Cæterùm dubitari hic contingit, an ſi læſus remiſit iniuriam,præſumatur remiſiſſe etiam damna & expenſas? Rece-
3 pta eſt Doctorum opinio,non præſumi † remiſiſſe. Ita ſcripſerunt Bal. in l.ſi pro fure.ff.de condict.furtiua.& in l.ſi tibi.§.j.ff.de pactis,& in conſi.cxcv.nu.6.lib.ij.Abb.& Ioan. de Ana.in d.c.j.de iniuriis. Angelus Aret.in §.vlt. in inſt. de iniuriis,& ibid.Io.Fabri.nu.3.Alex.in conſi.clxviij.num.5. lib.ij.& in conſi.xx,lib.v.Iaſ.in l.j.nu.16.ff.de pactis, Iacobinus à S.Georgio in l.ſi tibi.nu.5.ff.eod.de pactis,Boerius in Commentariis ad cõſuetud.Biturigum in tit.de iuriſdict. om.iud.§.xvj.Didacus in d.lib.ij.varia.reſol.c.x.nu.6.verſi. Quartò eodem,Placa in d.c.vj.nu.40.& Myſingerius in ſingularibus obſeruationibus centuria.iiij. obſerua. x. Ea eſt
4 huius ſententiæ ratio, quod duo hæc ſunt diuerſa † & ſeparata,iniuria illata; & damnum ex ea proueniens, vt diximus: ob id remiſſo vno, non præſumitur remiſſum aliud.

Extenditur hæc ſententia,vt locum etiam habeat quando
5 remiſſa eſſet iniuria cum expulſionibus † & deuaſtationibus. Nam adhuc non dicuntur remiſſa damna intereſſe,& expenſas. Ita Bald.in l.ſi domus. ff. de ſeruit. vrba.prædio. & Myſingerius in d.obſer.x.in fi.

Declaratur nunc hæc traditio,vt locum nõ habeat,quan-
6 do remiſſio facta fuiſſet † pleniſſimè. Nam tunc etiam damna,& expenſæ præſumuntur remiſſæ. Ita Petrus Placa in d. c.vj.num.40.

## PRAESVMP. CXV.

Diuiſione bonorum inter cohæredes facta an & quando præſumatur remiſſum ius fideicommiſſi, & bonorum emphyteuticorum: diligens, & accurata explanatio.

*SVMMARIVM.*

1 *Ius fideicommiſſi,& bonorum emphyteuticorum poſſe remitti.*
2 *Fideicommiſſum vt remiſſum dicatur,coniecturæ ſufficiunt.*
3 *Bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, diuiſione ſimplici facta, præſumitur remiſſum fideicommiſſum ipſum.*
*Idque ſi vel purum ſit,vel purificatum.nu.4.& 5.*
*Si præſertim diuiſio verbis amplis, & prægnantibus facta ſit & adhibito iuramento.num.7.*
*Aut diuidentes diu poſſederint, de aliis reb. geſtis rationem reddentes, nulla fideicommiſſi facta mentione.nu.8.*
6 *Puri & purificati,virtus par & effectus.*
9 *Bonorum ſuppoſitorum fideicommiſſo nondum purificato,ſimplici diuiſione facta,non præſumitur remiſſum fideicommiſſum.*
*Nec refert ſi iuramento confirmata ſit.num.11.*
*Ait diuidentes inuicem de euictione promiſerint.nu.12.*
*Contrarium tamen aliquibus probare conantibus.nu.15.*
*Si præſertim de euictione promiſſio verbis nullum generalibus ſit facta vel vniuerſalibus nu.17.*
*Aut in ipſo indiuiduo,cauſa videlicet fideicommiſſi.nu.18.*
*Item & alio caſu relato.nu.20.*
10 *Actus vnus non infert alium,qui neceſſario ex illo non ſequitur.*
13 *Euictio ex facto authoris vel illius à quo res euincitur contingens, non*

*afficit euictionis promiſſorem.*

14 *Euicta re ex ſui natura,non tenetur de euictione promiſſor.*

16 *Regulam.l.vendicantem. ff. de euictionib. locum non habere duobus in caſibus.*

19 *Promiſſionis ſpecifica atque indiuiduæ,maior virtus quam generalis.*

21 *Bonis allodialibus vni ex fratrib.in diuiſione obuenientibus, alteri feudalib.ſolum, vtrum ijs euictis, de euictione contra alterum fratrem agatur.*

22 *Bonorum ſubiectorũ fideicommiſſo,diuiſione ſimplici facta cũ clauſula, qua partes diuidentes promittant omnia obſeruare,& non contrauenire:Non tamen fideicommiſſum cenſeri remiſſum.*

*Idque multo magis ſi fideicommiſſum non ſit reciprocum.nu.23.*

*Aut adeſſet inter diuidentes inæqualitas.nu.24.*

*Nec obſtat iuramentum adhibitum.num.25.*

*Vel promiſſum ſit perpetuò aut nullo vnquam tempore contrauenire. num.26.*

*Idque etiamſi non contrauenire ipſius fideicommiſſi occaſione promiſſum ſit, nam tunc de purificato non conditionali intelligitur.numero 27.*

*Niſi tamen promiſſio verbis multum amplis,& prægnantib.facta fuerit. nu.28.*

*Aut non contrauenire occaſione fideicommiſſi debendi diuidentes promiſerint.num.31.*

*Vel nihil amplius petere,aut contrauenire iure ſubſtitutionis,fideicommiſſi,vel alio quouis modo.nu.32.*

29 *Generalia verba ad ſpecificata, ſalua recti ſermonis ratione nequeunt reſtringi.*

30 *Adminiſtrator reddens rationem de aliquo negocio, ſi à domino verbis generalibus liberetur,extenditur ad omnia quæcunque alia.*

33 *Bona diuidentes,omneque ius ſibi competens,& competiturum remittens.præſumi fideicommiſſum quoque remiſiſſe.*

*Si nulla alia quam fideicommiſſi,cauſa ſubſit.num.34.*

*Et quis id probare debeat.num.35.*

*Aliud eſſe ſi tempore diuiſionis, aliæ cauſæ extarent, quibus ius aliquod habituros ſeſe diuidentes ſperabant.nu.37.*

*Aut in diuiſione poſita ſint aliqua verba reſtrictiua,quibus ius futurum excluderetur.num.39.*

*Niſi verba in diuiſione poſita valde ſint generalia.nu.40.*

*Aut etiam expreſſe iuri de futuro ſit renunciatum.num.41.*

36 *Actionum & iurium pluralitas non præſumitur, eaſque ſe habere aſſerenti probandum venit.*

38 *Remittens ius quod habet aut habere ſperat, intelligitur ex cauſa de præſenti ſubſiſtente.*

42 *Bonorum diuiſione facta cum clauſula:Ad habendum,tenendum,vendendum,&c.fideicommiſſum nec remiſſum eſſe,nec datam eius alienandi facultatem,vna eſſe opinio.*

*Contraria illi aſſeritur.nu.46.*

*Præſuppoſita tamen ſcientia fideicommiſſi.nu.47.*

*Tertia Bar.opinio.num.48.*

*A qua in iudiciis facilè non poſſit recedi.num.51.*

*Et præſertim data facultate alienandi omnino liberа.nu.53.*

*Nec referre ſi iuramento fideicommiſſum confirmatum ſit.nu.54.*

*Vt neque pretium alter poſſit recuperare nu.55.*

*Quo ad hoc,nonnullos eſſe qui diſſentiant.num.56.*

43 *Clauſulæ acceſſoriæ non mutant,nec ampliant diſpoſitionem principalem,ſed eius tantum naturam ſequuntur.*

44 *Clauſulam de ſtylo potius & vſu notarij,quam partium conſenſu adiectam nil operari.*

45 *Fideicommiſſi remiſſio, non niſi verbis teſtamenti inſpectis, facta dicitur.*

49 *Pignoris venditio permiſſa debitori à creditore non tollit ius pignoris niſi venditione ſequuta.*

*Eaque permiſſio remiſſionem iuris pignoris,non principalis debiti operatur.nu.50.*

52 *Alienationi rei conſentiens,ſibi præiudicat, vt alienatio nequeat reuocari.*

57 *Bonorum diuiſione,conceſſam alienationem liberam, comprehendere fideicommiſſum ſi titulo ſingulari, ſecus ſi vniuerſali alienatio fiat.*

*Aliquibus ibidem relatis diſſentientib.nu.58.*

*Illam tamen alienandi facultatem,de diuidentibus ſolùm, non aliis intelligi.nu 59.*

60 *Bonorum diuiſio facta cum alienandi licentia quo ad vſufructum,fideicommiſſum non comprehendit.*

*Idem ſi cum ſuis iuribus alienari poſſe,dixerint diuidentes.nu.61.*

*Vel id conſtet ex actu ſubſequuto diuidentes fideicommiſſum cōprehendere voluiſſe.num.62.*

63 *Bona diuidentes cum clauſula:ad habendum, tenendum, & quidquid voluerit, placuerit vè faciendum præſumi fideicommiſſum remiſiſſe.num.65.*

*Idque procedere multo magis, ſi & hæredibus illa licentia data ſit. numero 66.*

64 *Facere qui quod vult de re poteſt, vendere,donare,legare, & hæredem in ea facere permittitur.*

67 *Bonorum diuiſione facta cum clauſula, ponentes ſeſe in omnem eorum locum ius, & ſtatum in prædictis bonis, vt in rem propriam, fideicommiſſum remiſſum præſumitur.*

68 *Propria res quæ dicatur.*

69 *Proprietatis verbum rectum dominium ſignificare.*

70 *Bonorum facta diuiſione cum clauſula,vt diuidentes haberent, poſſiderent,& tenerent portiones ſibi obuentas pleno iure an cenſeatur remiſſum fideicommiſſum.& nu.72.*

*Et quid ſi in diuiſione annulletur teſtamentum continens fideicommiſſum.nu.73.*

*Aut reſeruatum ſit fideicommiſſum aliud,vel illius pars.num.74.*

*Vel adiecta ſit clauſula,renunciantes omni iuri, & legum auxilio. numero 76.*

71 *Rem pleno iure,quis habere dicatur.*

75 *Exceptio quæ fit de eo quod ſub diſpoſitione aliàs non continebatur, ad illud extenditur,ne inutilis reddatur exceptio.*

CVM hactanus multi explicati ſint caſus, in quibus ex vno actu interdum reſultat remiſſio iuris competentis ex alio actu & contractu,interdum non; è re viſum nunc eſt exponere, an & quando ex actu diuiſionis bonorum reſultet remiſſio iuris fideicommiſſi, & bonorum emphyteuticorum. Diſputatio eſt valde frequens, & vtilis. Non enim dubium eſt, quin ius
1 † hoc fideicommiſſi & bonorum emphyteuticorum poſſit
remitti. De fideicommiſſo manifeſta ſunt iura in l.cum hæreditas la j.ff.ad S.C.Trebell.in l.qui Romæ. §. duo fratres. ff.de verb.obl.l.ante reſtitutam.ff.de ſolutio. & apertius in l.j.C.de pact.& in l.de fideicommiſſo. C. de tranſ. & in ſpecie noſtra Bal.in l.qui cum tutorib.col.ij.ff.de tranſact. Ripa in l.qui Romæ.§.duo fratres.nu.101.ff.de verb.ob.Boe. q.cxlvij.nu.5.Cùm de expreſſa voluntate volentium remittere fideicommiſſum apparet; dubium non eſt illud eſſe remiſſum. d. l. j. C. de pactis. Et idem eſt dicendum de bonis emphyteuticis,de quibus reſpondit Iaſ.in conſi.clxxiij.lib. iiij.Et paſſim Doctores in hac diſputatione,& materia de fideicommiſſo,& emphyteuſi, ea æquiparantes argumentantur.vt apud Alex in conſi.viij.lib.v.

Et in claris opus non eſt coniecturis.l.ille,aut ille.§.cùm in verbis.de leg.iij. Eſt ſolùm dubitatio quando verba non ſunt clara. Nam tunc ad coniecturas confugimus; quæ qui-
2 dem ſufficiunt, † vt dicatur remiſſum fideicommiſſum, vt
ſcribunt Bal.in l.qui cum tutorib.col.ij.verſi.Secundo modo.ff.de tranſact.Alex.in d.§.duo fratres.col.xj.Dec.in cōſ. lxxxvj.nu.4.Ant.Gabriel lib.iiij.concluſionum,tit.de fideicommiſſis,in concluſ.j.num.35.Decianus in conſi.ij.nume. 84.lib.ij.Riminaldus Iun.in conſi.ccxl.num.32.lib.ij. Quò autem facilius intelligamus, quæ ſint coniecturæ vrgentes, & probabiles, vt remiſſum dici poſſit, vel non poſſit hoc fideicommiſſum, diſtinguendi ſunt aliquot caſus, ſequendo præcipuè traditiones.Bart.in d. l. qui Rom.§. duo fratres in q.j.q.ij.in q.iiij.q.v.q.vj.& q.viij.

Primus eſt caſus, quando facta eſt ſimplex diuiſio bonorum ſuppoſitorum fideicommiſſo puro, vel iam purificato. Hoc caſu recepta eſt Doctorum ſententia, fideicommiſſum
3 † cenſeri remiſſum. Ita Caſtren.in d.l.qui Romæ.§.duo fra-
tres,col.iij.verſi.ſuper gl. magna.& ibidē Comenſ.& Alex. & idem Alex.in conſi.100.col.vlt.lib.vij.Dec.in cōſi.lxxix. nu.3.& in conſi.cclxvij.nu.3.in fin.Ruin.in conſ.cxxxix.nu. 6.7.& num.9.libr.ij.qui latè explicat.Idem ſenſit Antonius Gabriel in l.iiij.Concluſionum in tit.de fideicommiſſis, cōcluſ.j.nu.28.& ſi eo loci pro contraria opinione male commemorauit Ruinum præcitato in loco.Idem reſpondit Craue.in conſil.ccxxxvij.col.ij.verſic.tertiò ex quo,vbi Bald.&
4 alios recenſet.Cùm enim fideicommiſſum † eſt purum,vt ſi
teſtator vni hæredum prælegauit fundum ei,ab aliis præſtandum:ſi is fundus cum eo prælegatario diuidatur,præſumitur quod



quod is prælegatarius remiſerit ius ipſius prælegati: Cum ſimul ſtare non poſſit (vt ſcribunt Caſtrenſis, & Ruinus) quod prælegatum ſit in totum prælegatarij: & quod diuidatur inter ipſos cohæredes. Sic etiam ſenſit eruditiſſimus Leonius nunc Ferrariæ Epiſcopus optimè meritus in d. §. duo fratres. numero 219. in fin. Idem eſt quando fideicom-
5 miſſum † conditionale effectum fuit purum, ſecundum
6 Ruinum; Cum par ſit virtus, & effectus puri † & purifica-
ti.Bald. in l. cum teſtamento. in fi. C. de manumiſſ. teſta. & in ſpecie Dec. in conſilio lxxix,numero tertio. verſic.ſed in caſu iſto.

Qua ratione diluitur conſideratio Ripæ diſſentientis in d. §. duo fratres.num. 40. cùm dixit,non præſumi remiſſionem iuris proprij; ex quo eſt quædam donatio: vt diximus ſuprà in præſumpt.cxij.in fi. Diluitur ſanè hæc conſideratio quia donatio hoc caſu præſumitur ex quo actus ipſe diuiſionis ſimul ſtare non poteſt cum obligatione præſtandi totum prælegatario. Et hic quidem caſus procedit multò magis,
7 quando diuiſio facta fuiſſet † verbis amplis,& prægnantibus:
& adhibito iuramento. Ita in ſpecie fideicommiſſi purificati reſpondit Dec.in conſi. cccxlv.col.j.verſi.ſed tamē ſupradictis.Idem multò magis dicendum eſt,quādo facta diuiſione diu diuidentes poſſederunt: & de aliis reb.inter ſe geſtis
8 rationes † reddiderunt, nulla fideicommiſſi mentione habi-
ta:iuxtà.l.Procula.ff.de probat.Ita in ſpecie conſuluit Dec. in conſi.lxxix.num.3. & 4. Nec hoc in caſu poterit diuidens recuperare pretium ab emptore. Ita Craue. præcitato in loco.Et confirmatur ex his, quæ dicemus infrà in ſecunda extenſione quinti caſus.

Secundus eſt caſus, quando facta fuit diuiſio ſimplex
9 bonorum ſuppoſitorum fideicommiſſo nondum † purifica-
to. Hoc in caſu receptiſſima eſt Doctorum ſententia, non præſumi remiſſum fideicommiſſum. Ita Bart.in d.§.duo fratres.q.j.num.10.& ibid.Caſtr.& Alex. & communem teſtatur ibidem Crottus. nu. 73. qui refert Io. Andreæ affirmantem,caſum hunc dubitatione carere. Idem ſcripſerunt Capra in conſi.lxxxix.nu.10.Ruin.in conſi.cxxxvij.nu.6. & in conſi.cxxxviij.nu.5.lib.ij.& in cōſ.cxcij.nu.20.lib.iij.Dec. in conſi.lxxix.nu.3.& in conſi.lxxxvj.nu.4. Sic & Ripa in d. §.duo fratres.nu.38.& ibid.Soc.Iun.nu.86.Boe.in q.cxlvij. num.2.

Et communem etiam aſſeruit Gratus in conſi.lx.num. 5. lib.j.Eiuſdem ſententiæ alios multos commemorant, & ſequuntur Anto. Gabriel in d. concl.j.nu.1. Decianus in cōſ. iij.nu.112.lib.iij.Riminandus Iun.in conſ.lxxx.nu.39.lib.j. eandem probauit Leonius in d.§.duo fratres.nu.306.

Primò adducti ſunt ex d. §. duo fratres, intelligendo, quod ibi fuerit malè iudicatum. Secundo ex l.cum pater. §. hereditatem.de leg.ij.qui tamen non ſatis probat, quia non apparet fideicommiſſum fuiſſe iniunctum inter illos diuidentes, vt perpendunt Alber.& Comenſ.quos ſequitur Ripa in d.§.duo fratres.nu.39.Adducitur tertiò tex. l. à ſubſtituto. in prin. de lega. j. vbi fideicommiſſarius emendo rem ſuppoſitam fideicommiſſo, non præſumitur remiſiſſe ipſum ius fideicommiſſi. Melius forte probatur ea ratione, quod
10 vnus actus † non infert aliū, qui neceſſariò ex illo nō ſequi-
tur.l.vlt, C.ne vxor pro marito. At duo hæc ſimul ſtare poſſunt,quod bona diuidantur inter nos,& quilibet habeat partem ſuā,donec eueniat conditio fideicōmiſſi: & ea eueniēte portio vnius ad alterum redeat. Atque ita neceſſariò non ſequitur,quod perpetuo apud vnum eſſe debeat.

Extenditur primò hic caſus, vt procedat etiam ſi diuiſio
11 hæc fuit iuramento † confirmata. Nam adhuc non præſu-
mitur remiſſum fideicommiſſum. Ita in ſpecie Ripa in d. §. duo fratres.nu.38.poſt Bal.in conſi.cccxlix.ſuper eo. in fin. lib.iij.Ea eſt ratio,quia iuramentum non auget conſenſum. l.vlt.C.de non num.pecunia.

Extenditur ſecundò, vt locum etiam habeat, quando ij
12 diuidentes † promiſiſſent inuicem de euictione.Nam adhuc
ob ſimplicem ipſam diuiſionem,non præſumitur, quod voluerint remittere fideicommiſſum.Ita ſenſit Bar.in d. §. duo fratres.num,10.verſ.quartò dicit male:& manifeſtè affirmarunt Crottus ibidem.num.77.& Ripa.num.79.Et accedunt Alex.in conſi.xxj.nu.6.lib.v.Ruinus in conſi.cxlvj.nu.3.lib. j.& in conſ.cxxxvij.nu.12.li.ij.Alciatus in d. §.duo fratres. nu.36.verſi.Cæterum illud, & ibidem Leonius numer.313. Decianus in conſi.xlj.num.158.lib.j.& Riminaldus Iun. in conſi.cciiij.nu.90.lib.ij.

13 Ea eſt ratio, quia vbi euictio † contingit ex facto auctoris, vel ex facto ipſiuſmet, à quo res euincitur, non tenetur ille promiſſor euictionis. l.fundum. ff. de euictio. Atqui in caſu noſtro euictio cauſatur ex facto hæredis, qui adeundo hæreditatem cenſetur ſe obligaſſe ad reſtituendam hæreditatem,in caſu reſtitutionis faciendæ. ſi ergo euenit caſus fideicommiſſi, euincitur hæreditas per ſuperſtitem ex facto illius,qui prædeceſſit,& ideò non eſt locus euictioni.

14 Et præterea, quando res † euincitur ex natura ipſius rei, is promiſſor non tenetur de euictione. Ita Cynus, Bar. Bald. Caſtr. & Salic. in l. ſi familiæ. C. famil. erciſ. alios recenſebo infra in præſumptione.cxviij.in ſecūdo caſu. ſcripſerunt ij quod ſi vni ex fratribus diuidentibus obuenerunt bona partim allodialia,& partim feudalia, & inuicem promiſerūt de euictione,& deinde hunc contingat mori relicta ſola fæmina,à qua dominus feudi euincit feudum, quod non eſt ad fæminas tranſitorium:Illa fæmina agere non poterit contra patruum ſuum de euictione,ex quo euictio illa ſecuta eſt ex natura rei, nempe quia fæmina capax non eſt feudi. Ita ergo noſtro in caſu dicendum eſt,cum euictio ſequatur ex natura bonorum, quæ reſtitutioni ſubiecta ſunt. Nec eſt ad adſcribenda culpa aliqua huic fratri euincenti, quia ita ad ſui detrimentum contingere potuiſſet hic caſus, ſicuti euenit in perſonam fratris ſui. Erat enim hoc mutuum periculum. Præterea conſiderari poteſt alia ratio, quod quilibet diuidentium ſciebat poſſe euenire caſum reſtitutionis fideicommiſſi,ob id quilibet in ſe periculum ſuſcepiſſe videtur,& cōſequenter ceſſat euictionis promiſſio,l.ſi fratres.C.communia vtriuſque iud.

15 Contrariam tamen opinionem, † quod immo ob promiſſionem euictionis adhibitam in hac ſimplici diuiſione præſumatur remiſſum fideicommiſſum, niſi ſunt probare Rom.in conſi.cccclvij.nu.2.verſ.aduertendum.Cur.Sen.in conſi.lxiiij.Antiquiſſima.col.pen.Gratus in conſil.xxvj.nu. 37.lib.ij.Soc.Sen.in conſi.xxxj.nu.7.lib.iiij.Pariſi.in conſi. lxxj.nu.9.& 10.lib.iij.Thobias Nonius in conſi.xlj.nu.6.Et ij quidem adducti ſunt ex reg.l.vendicātem.ff. de euict. qua dicimus,quod quem de euictione tenet actio,eundem agentem repellit exceptio.Is ergo frater,qui contendit, ſibi debere reſtitui fideicommiſſum,repellitur exceptione,ex quo de euictione promiſit.

Verùm reſpondetur,regulā.d.l. vendicantē locū nō ha-
16 bere † duobus in caſibus ſuprà commemoratis,nempè quā-
do euictio ſequitur ex facto ipſius auctoris,vel ex natura rei.

Declaratur primò hic caſus,vt locum non habeat,quan-
17 do in hac ſimplici diuiſione adhibita fuiſſet † promiſſio eui-
ctionis, vebis multum generalibus, vel vniuerſalib. vt ſi dictum eſſet, quod inuicem promiſerunt de euictione,ex quacunq; cauſa, vel modo ſubſecuta. Ita verè ſenſit, & declarauit Curtius Iun.in conſi.xlix,nu.13.qui ſic intellexit Curtiū Sen.in d.conſ.lxiiij.colu.pen.& apertius ita declarat Socin. Iunior in conſ.cxvj.nume. 63.lib.j. Senſit & Gratus in conſilio lx.nume.16.libr.j. Quibus conſtat hanc eſſe receptam opinionem,etſi ab ea diſſentiat Ruin.in conſilio cxxxvij.nu. 13.lib.ij.

Idem multò magis dicendum eſt, quando euictio pro-
18 miſſa fuiſſet in indiuiduo, cauſa ſcilicet ipſius † fideicom-
miſſi. Ita reſponderunt Alexand. in conſilio xxj. numero 6. in fine.libro v. Corneus in conſilio cccxxxix. lib.j.Gozadinus in conſilio lviij. num.6.& nu. 23. & Burſatus in conſilio clxxiij.nu.21.lib. ij. Quæ ſententia parum dubitationis ha-
19 bet:Cum maior virtus ſit ſpecificæ atque indiuiduæ † pro-
miſſionis quàm illius factæ verbis multum amplis, & generalibus.

Declaratur ſecundò, vt locum non habeat, quando in
20 hac ſimplici diuiſione,vni fratrum † obueniſſent bona om-
nia allodialia, & alteri fideicommiſſo ſuppoſita. Et adiecta eſſet expreſſa promiſſio euictionis.

Hoc in caſu præſumitur remiſſum fideicommiſſum. Ita Alexan.in d.§.duo fratres. nume.34.verſi.Baldus tamen, & ibidem ſenſit Ripa.nu.99.verſic.aut enim res, & clarius Alciatus.num.37.& idem Alciatus in reſp.cxxxviij.nu.3.in fi.

Et hos ſecutus ſum in conſil. lxxxvij. numero 85. libro j. Et his accedit Burſatus in conſilio clxxiij. nu. 19. & nu. 31. lib. ij. Decianus in conſi. ij. nume. 86. lib. ij. qui conſiderat inęqualitatem eſſe inter filios ſeruandam, ne ſcilicèt vnus habeat omnia bona libera, de quibus ad libitum poſſit diſponere: alter verò grauata onere reſtitutionis.

Nec obſtat quod diſſentire videantur Crottus in d. §. duo fratres. num 78. & Decianus in conſil. xlj. num. 163. lib. j. dum probant doctrinam Baldi, & ſequacium in l. ſi familiæ. C. famil. erciſc. qui dixerunt, quod ſi vni fratrum obtige-
21 runt bona † allodialia, & alteri feudalia, & feudalia fuerint euicta, agi non poteſt de euictione.

Nam reſpondetur abſolutè nimis hos locutos fuiſſe, & propterea eſſe intelligendos ſecundum Alexan. in d. §. duo fratres. num. 34. verſicul. Baldus tamen, quando ſcilicèt de euictione non fuit expreſsè promiſſum: ſecus ſi adeſſet expreſſa promiſſio: ſicuti verè reſpondit Alexand. in d. conſil. xxj. numero 7. lib. v. Et text. l. ſi fratres. C. communia vtriuſque iud. à Baldo allegatus, loquitur quando mutuum periculum fuit ſuſceptum, vt poſt Alciatum reſpondi in d. conſi. lxxxvij. numero 87.

Hæc declaratio multò magis locum habet, quando apparere poteſt dolum fuiſſe commiſſum, ex parte fratris, qui bona omnia allodialia, & libera eſt conſecutus, vt alteri fratri obuenirent bona ſuppoſita fideicommiſſo, quemadmodum declarat Alciatus in d. §. duo fratres. numero trigeſimoſeptimo, quem ſecutus ſum in d. conſilio lxxxvij. nume. 86. libro j.

Tertius eſt caſus, quando facta eſt ſimplex diuiſio ipſorum bonorum ſuppoſitorum fideicommiſſo, & adiecta eſt clauſula, qua ipſæ partes diuidentes promiſerunt attendere, obſeruare, & non contrauenire prædictæ diuiſioni. Hoc in caſu grauis eſt Doctorum contentio, an remiſſum præſu-
22 matur fideicommiſſum? Recepta eſt opinio: quod † remiſſum non præſumatur. Ita Bartol. in d. l. qui Romæ. §. duo fratres. quæſtione ij. de verborum obliga. poſt Gulielmum Cuneum ibi. Idem in l. tres fratres. ff. de pactis, vbi Baldus, & ijdem in l. cum pater. §. hæreditatem. de legat. ij. Et idem Bartolus in conſilio lviij. in fin. libro j. & Baldus in conſilio xviij. Nobilis vir. libro tertio. in capitul. j. in titul. Imper. Lotharius. Caſtren. in d. l. tres fratres, vbi affirmat hanc eſſe communem opinionem. Idem Caſtren. in conſilio clxxxviij. Quia dubia ſuprà formata. col. j. lib. ij. Fulgoſius in conſilio xlj. Caſus talis proponitur. colum. penul. verſi. ſuper eo, qui dixit, hāc affirmaſſe Iacobum Butrigarium, Petrum, & Raynerium. Idem ſcripſerunt Imola, Aretinus, & Alexand. in d. §. duo fratres in ſecunda quæſtione Bartoli, & ibidem Crottus. numero nonageſimo. qui teſtatur hanc eſſe communem. Eandem probarunt Anna. conſilio vigeſimonono. Capra in conſilio octuageſimonono. numero duodecimo. Corneus in conſilio cl. columna vltima. libro tertio, & in conſilio cij. numero ſecundo. libro quarto. Alexander in conſilio trigeſimonono. columna ſecunda. in conſilio centeſimoquinto. libro quarto. & in conſilio octauo. coulumna vltima. libro quinto. Barbat. in conſilio quadrageſimooctauo. columna prima. libro primo. Imola conſilio vltimo. Socinus Sen. in conſilio cclj. columna xv. numero 17. libro ſecundo. in conſilio xviij. colum. ij. libr. iij. in conſilio xxxj. colum. prima. & in conſilio xliij. nu. 13. libro iiij. Decius in conſilio lxxxvj. col. ij. verſi. ſed tamen his nōn. Ruinus in conſ. cxxxvij. nu. 9. & in conſ. cxxxix. nu. 2. lib. ij. Gozad. in conſ. xxxvj. num. 12. verſ. ij. dato. Boer. q. cxlvij. nu. 10. Pariſ. in conſi. lxxj. colu. j. lib. iij. Soc. Iun. in conſi. cxvj. nu. 33. & in conſi. cxxviij. num. 114. lib. j. Cur. Iun. in cōſi. xxiij. in primo dubio. Rimin. Iun. in conſi. cciiij. nu. 62. lib. ij. Et hanc eſſe veram, & ab ea non eſſe recedendū ſcripſit Leonius in d. §. duo fratres. num. 354. qui quidem à nu. 315. vſque ad ccclvj. diligentiſſimè, & acutiſſimè, vt reliqua omnia, in vtramque partem adductis argumentis diſputauit, & demonſtrauit, falſam eſſe contrariam opininionem Rogerij, Dyni, Angeli & ſequacium.

Hic caſus multò magis, procedit & locum habet, quando fideicommiſſum non eſſet reciprocum; vt quia forte frater maior ſubſtitutus fuit fratri minori, & non econtra. Nam tunc ex diuiſione non cenſetur aliquo modo remiſſum fideicommiſſum, ex quo ex parte minoris nil erat, quod maiori poſſet remittere: Et ideò non præſumitur, quod maior ſuo cum detrimento voluerit remittere. Ita Crottus in d. §. duo fratres. numero octuageſimoquinto. verſicul. ſecundus caſus, qui dixit, omnes in hoc conuenire. Et rurſus hic caſus locum habet multò magis, quādo inter ipſos diuidentes adeſ-
24 ſet † inæqualitas: vt ſi vnus fratrum haberet filios: alter verò non, nec habiturus eſſet. Nam tunc præſumptio eſt, quod habens filios noluerit remittere fideicommiſſum. Ita poſt Decium in conſilio lxxxvj. columna tertia. verſi. præterea in caſu. ſic reſpondi in conſilio lxxxvij. nume. 86. libro primo. Eiuſdem ſententiæ addo nunc Gratum in conſilio xxix. numero 32. libro ſecundo. Franciſcum Beccium in conſilio cxj. numero trigeſimo. & Leonium in d. §. duo fratres. numero 114.

Extenditur primo hic caſus, vt locum etiam habeat,
25 quando adhibitum fuiſſet † iuramentum, de obſeruanda diuiſione, eique non contraueniendo. Nam adhuc non præſumitur remiſſum fideicommiſſum. Ita Corneus in conſilio cl. columna vltima, libro iij. Decius in conſil. cccxlv. numero quarto. Ruinus in conſilio cxxxvij. numero 16. libro ſecundo. Bertrandus in conſilio lxxvj. columna ſecunda. libr. j. quos viſus eſt ſequi Anton. Gabriel in lib. iiij. concluſionum tit. de fideicomm. conclu. prima. num. 2. Riminal. Iun. in conſ. cciiij. nu. 87. 88. lib. ij. & Franc. Beccius in conſi. cxj. col. xij. qui alios plures recenſet. Ea eſt ratio, quia iuramentum ſequitur naturam actus, ſuper quo interponitur; & ob id non auget conſenſum. l. vlti. C. de non numer. pecun. & diximus in præcedenti caſu in prima extenſione. Verùm Dec. in conſilio cccxlv. viſus eſt diſſentire, ſed verè loquitur quando cum iuramento concurrunt verba generalia.

Extenditur ſecundò, vt locum etiam habeat, quando
26 promiſſum fuit non contrauenire † perpetuò, vel vllo vnquam tempore. Ita Ruinus in d. conſ. cxxxvij. col. iij. libr. ij. & Gabriel in d. concl. j. nu. 3.

Extenditur tertiò, vt procedat etiam, quando fuiſſet pro-
27 miſſum non contrauenire † cauſa, & occaſione fideicommiſſi; & aliquod fideicommiſſum eſſet purificatum. Nam tunc pręſumitur remiſiſſe fideicommiſſum purificatum non autem conditionale, & purificandum. Ita Bartol. in d. §. duo fratres. quęſt. quinto. numero vigeſimoſpetimo. in fi. & ibid. explicant clarius Crottus numero 107. & 108. Ripa numero 61.

His accedunt Soc. Sen. in conſi. cclij. nu. 18. verſi. quinimmo lib. ij. Barbat. conſil. xlviij. col. iiij. lib. j. Ruin. conſil. cxxxix. nu. 9. lib. ij.

Declaratur primò, vt non habeat locum hic caſus, quando hæc promiſſio de non contraueniendo, facta fuiſſet
28 † verbis multum amplis & (vt dici ſolet) prægnantibus; vt puta ſi dictum fuit; quod promiſſum, non contrauenire aliqua ratione, iure, vel cauſa, quæ dici, aut excogitari poteſt. Nam tunc præſumitur remiſſum fideicommiſſum. Ita omnium primus ſcripſit Ioan. Andreæ in additio. ad Specul. in tit. de teſta. §. in primis. nu. 27. verſi. ſed quid ſi fideicommiſſarius. Húnc ſecuti ſunt Baldus in d. §. duo fratres. col. j. verſ. dic, quod quādo. Idem verè affirmauit Capra in conſ. lxxxix. numer. 16. & 17. præſuppoſito, quod diuidentes habuerint ſcientiam fideicommiſſi. Alexand. in d. §. duo fratres. col. xj. verſic. aduerte tamen, & ibidem Crottus numero 94. idem Corneus in conſilio cl. colum. vlt. ad finem. lib. iij. Lud. Bolog. in conſi. xxxj. in fine. Socin. Senio. in conſi. xliij. num. 8. verſicul. ſecundo multum operatur lib. iiij. Curtius Seni. in conſilio lxiij. columna penultima. verſicul. ſecunda. quando. Ruinus in conſi. cxviij. nu. 21. & in conſi. cxxxiij. nu. 14. lib. ij. Decius in conſilio xj. nume. 7. in conſil. cclxxxvij. columna vlti. in conſ. ccccxlv. nu. 2. Curtius Iun. in conſil. xlix. numero duodecimo. Gratus in conſil. xvij. numero duodecimo. libro primo. Pariſ. in conſilio xxxj. colum. prima. libr. iij. Socinus Iun. in conſi. cxvj. nume. 50. & numer. 51. libr. j. quos ſecutus ſum in conſilio lxxxvij. num. 33. lib. j. His nunc accedunt Anto. Gabriel in d. concluſ. prima. nu. 20. qui prædictos penè omnes commemorat. Craue. in conſi. xxiiij. nu. 11. verſi. amplius dico. latè Cæphalus in conſil. ccliij. nu. 11. lib. ij. Oſaſcus deciſi. cxij. numer. decimoſeptimo. Decianus in conſil. ij. num. 89. libr. ij. Pancirolus in conſilio lix. numero 82. Burſatus in conſilio lxiiij. numero 29. libro primo. Ea eſt huius



19 eſt huius declarationis ratio, quia cum verba ſunt † generalia, reſtringi non poſſunt ad ſpecificata, ſalua ratione recti ſermonis, operantur ergo remiſſionem fideicommiſſi. Ita ſenſit Bartol. in dict. §. duo fratres, numero duodecimo. Et comprobatur traditione Cyni in l. ſi ex maiore. C. de exception. ſi debitor ſoluit partem debiti, & creditor fecit pactum generale de nō petendo, reſtringitur hoc pactum, quò ad partem ſolutam, ſi tamen dixit creditor, quod non poſſet amplius aliquid petere occaſione cuiuſcunque debiti, tunc verba hæc non patiuntur aliquam reſtrinctionem, ſalua ratione recti ſermonis: Huc etiam pertinet traditio Baldi in lege ſub prætextu ſpecierum, columna vltim. C. de ſacro-
30 ſanct. eccleſ. & ibidem Iaſo. ſi adminiſtrator † reddidit rationem aliqua de re & negotio, & dominus eum liberauit verbis his generalibus, libero te ab omnibus, & quibuſcunque, de quibus mihi in hanc vſque diem tenebaris, liberatio hæc non reſtringitur ad ſpecificata, ſed extenditur ad omnia quæcunque alia. Idem ſcripſerunt Alexand. in conſilio quadrageſimoſexto, numero ſeptimo lib. primo. Ruinus in conſilio ccx. columna vltima, libro j. Gozadin. conſilio nonageſimoquarto. numero 21. Afflictus in deciſion. cclxxxv. nume. 7. & Craue. in conſ. ccix. num. 6. vbi his ſimilia congerunt.

His intelligimus malè diſſentire ab hac declaratione Caſtren. in conſilio clxxxviij. Quia dubia ſuprà. columna prima, libro ſecundo. Socin. Sen. in conſilio cclj. numero decimoóctauo, libro ſecundo. Ruinum in conſil. cxxxvij. numero nono, in conſi. cxxxviij. numero nono, in conſilio cxlvij. numero decimoquinto, in conſilio clix. columna vltima libro ſecundo, Decium in conſilio ccccxciij. column. quinta. Gratum in conſi. vigeſimonono, numero duodecimo, libro ſecundo, Gozad. in conſilio trigeſimoſexto. columna vltima, & Riminal. Iun. conſil. cciiij. numero ſexageſimonono. conſi. cxj. columna ſecunda. Et ij moti ſunt ea ratione, quòd hæc verba, promitto non contrauenire aliqua ratione, titulo, vel cauſa; poſſunt intelligi in dependentibus ab expreſſis.

Sed reſpondetur, verba prædicta generalia, quauis ratione, iure & cauſa, comprehendere etiam vltra dependentia ab expreſſis in ipſa diuiſione.

Declaratur ſecundo, vt locum non habeat hic caſus, qn̄
31 ipſi diuidentes promiſerunt † non contrauenire occaſione fideicommiſſi debendi. Nam tunc, præſuppoſita ſcientia fideicommiſſi, cenſetur illud remiſſum. Ita Bartol. in dicta l. qui Romæ. §. duo fratres. quæſtion. quarta, numero vigeſimoſeptimo, de verbor. obligatio. quem ſecuti ſunt ibi Crottus. numero 107. Ripa numero ſexageſimoſecundo. Et his accedunt Caſtren. in conſil. clxxxviij. Quia dubia. columna prima, libr. ſecundo. Curtius Senior. conſil. ſexageſimoquarto, columna decimaſeptima, in fine, & Neuizan. in conſi. xxxj. nu. 14.

Hæc declaratio multò magis procedit, quando diuiden-
32 tes promiſerunt nihil † amplius petere, vel contrauenire iure ſubſtitutionis, vel fideicommiſſi, vel alio quocumque. Hoc ſanè caſu, præſuppoſita ſemper ſcientia fideicommiſſi ſiue paterni, vel auiti, ſiue tranſuerſalium, cenſetur illud remiſſum. Ita Bartol. in dict. §. duo fratres. quæſt. quinta, numero vigeſimooctauo, quem ſecuti ſunt ibidem Alexand. Iaſon. & verè non eſt, qui diſſentiat. Et idem reſponderunt Ruinus in conſil. cxxxvij. numero decimoquinto, libr. ſecundo. Pariſ. conſil. ſeptuageſimoprimo, numero ſecundo libro tertio. Gozadin. conſ. quadrageſimoquinto, nume. decimoſeptimo. Soc. Iun. conſ. cxxix. nu. 60. lib. j. & Alciatus in reſp. dcxlvj. nu. 2.

Quartus eſt caſus quando diuidentes, remiſerunt omne ius ſibi competens, & competiturum.

Vel ſi dictum eſt, remittentes ius quod habent, vel habere ſperant. Vel quòd habent, vel habere poſſunt. Atque ita verba ſic concepta comprehendunt etiam tempus futurū. Hic clarioris doctrinæ gratia, diſtinguendi ſunt duo caſus vnà cum Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. q. vj. nu. 19. verſic. nunc ad propoſitum. de ver. obl.

34 Primus eſt, quādo nulla alia cauſa † ſubeſt, ex qua diuidētes ſperare poſſent aliquod ius in ipſis bonis, quàm fideicommiſſum. Hoc in caſu præſumitur remiſſum hoc ius fideicommiſſi. Ita Bar. in dict. §. duo fratres. numero decimonono, in fine; aut nulla alia. Et illum ſecuti ſunt ibidem Crottus. nume. 127. qui multis ſimilibus comprobat. Idem reſponderunt Baldus in conſil. ccccxl. Factum proponitur eſſe tale. columna ſecunda, verſicul. item ſunt hic verba. lib. tertio. Alexandr. in conſilio cij. numero ſexto, libro ſexto, qui ſimili traditione Baldi comprobauit. Ruinus in conſilio octuageſimoquarto, numero ſeptimo, in conſil. cxix. numero vndecimo in conſilio cxliiij. nume. 5. in conſi. clij. numero nono, libro ſecundo; in conſilio nonageſimoſecundo, numero vigeſimotertio, & in conſilio clvj. numero tertio, libro tertio. Decius in conſil. ducenteſimooctuageſimoſeptimo. in fine. Pariſius in conſilio quinquageſimoſecundo; nume. trigeſimoſeptimo, & in conſilio ſeptuageſimoprimo, numero decimoquarto, libro tertio. Socin. Iun. in conſ. cxvj. num. 50. & 54. lib. j. Et hos ſecutus ſum in conſil. lxxxvij. numer. vigeſimo, libro primo. Et his accedunt Dec. l. prima. numero trigeſimoſecundo, in fine. C. de pactis. Ripa in dict. §. duo fratres. numer. quadrageſimooctauo, & nume. ſeptuageſimonono. Crauetta in conſil. dcxxxviij. numero nono. verſicu. ſecundò cum actio. & numero decimotertio. Roland. in conſ. trigeſimoquarto, numero 92. libr. quarto, & Decianus in conſil. tertio. numer. 114. & numer. 121. libro primo. Ea eſt ratio, quia (vt dicebat Bartol.) videtur nominatim expreſſum hoc ius fideicommiſſi; cum nullum aliud adſit ius, argu. l. ij. ff. de lib. & poſthum. Et confert, ſecundum Crottum. dict. §. duo fratres. numero 127. ſimile, ex l. ſi optio. ff. de optio. lega. & l. pediculis. §. cū quæreretur. ff. de auro & argen. lega. vbi ſi teſtator legauit ornamentum muliebre cum auro, comprehenduntur ea, quæ teſtator habebat venalia, quando teſtator nihil aliud habebat, ad quod prædictum legatum poſſet referri. Confert & l. fundus, qui locatus. ff. de fundo inſtructo. inſtrum. quæ leg.

Præterea etiam fruſtra verba hæc eſſent appoſita, & nihil operarentur, contra. l. ſi quando. in prin. de legat. j. Et in ſpecie ita conſiderat Craue. in d. conſil. dcxxxviij. numero 12. qui regulam hāc ex d. l. ſi qn̄ deſumptam multis exornat.

35 Cæterùm ſolet hoc in caſu dubitari, cui incumbat † onus probandi, aliam non affuiſſe cauſam, quàm ius fideicommiſſi. Ruinus in dicto conſilio clij. numer. 9. lib. ſecundo, reſpondit, aſſerentem aliam affuiſſe cauſam probare debere. Et Ruinum ſecutus ſum in dicto conſilio lxxxvij. numero 21. Et idem verè ſenſit Gratus in conſilio ſexageſimo, numero decimoſeptimo, verſicul. ſed hic non apparet. libro
36 primo. Ea afferri poteſt ratio, quòd actionum † & iurium pluralitas non præſumitur, iuxtà ea, quæ tradunt Corneus conſilio cxliiij. nume. 11. lib. iiij. Socin. Sen. conſ. xl. col. ij. lib. iij. & Craue. in conſi. cxcviij. numer. 4. Is ergo qui aſſerit plures habere actiones & iura, probare debet; vt præcitati Doctores ſcribunt. & ſi aliter reſponderunt Alban. in conſ. ſeptuageſimoquarto, nume. 11. & 12. & Beccius in conſ. cxj. nume. 26. Quocirca malè à Ruino diſſentiunt Alba in conſilio lxxiiij. nume. 11. & 12. & Franc. Beccius in conſi. cxj. nu. 27. Quorum conſiderationes confutaui in d. cōſ. lxxxvij. nu. 21. & 22. Et hic conſiderandum eſt, quod reſpectu bonorum fideicom. nulla alia cauſa, & actio conſiderari poteſt; quia nullus contractus ſuper illius bonis potuit fieri.

Secundus eſt caſus, quando tempore diuiſionis aliæ ex-
37 tabant † cauſæ, ex quibus diuidentes ſperabant in dictis bonis habere aliquod ius, vt puta ex aliquibus præcedentibus contractibus. Hoc in caſu concludit Bart. in dict. §. duo fratres. numero 19. verſicul. Nunc ad propoſitum. non præſumi remiſſum fideicommiſſum. Et Barto. ſecuti ſunt ibidem Aretin. Alexand. & communem teſtatur ibidem Crotus. numero 126. Ripa. nu. 78. Gratus in conſ. xvij. nume. 47. & in conſil. lx. nu. 6. libr. j. Gozad. in conſ. xlv. nu. 18. Ruinus in conſil. xcij. nume. 21. lib. iij. qui reſpondit eo in caſu, in quo ceſſio actionum referri poterat ad perſonas eorum, qui bona fideicommiſſi occupauerant. Decianus in conſi. iij. num. 122. & 127. lib. j. ſic & Fran. Beccius conſi. cxj. numero. 26. His accedit deciſio Rotæ Romanæ referente Verallo in
38 deciſion. xx. parte ſecunda. Ea eſt ratio, quia remittens † ius quod habet, vel habere ſperat, intelligitur remiſiſſe ius, quod ſperat habere ex cauſa ſubſiſtente de præſenti; nō autem de

tem de futuro: atque ex cauſa euenientis caſus fideicommiſſi: iuxta.l.quod ſeruus.ff.de conditio.ob cauſam,& l.prima. ff.de ſtatu liber.quæ deducit & explicat Bartol. in dicto §. duo fratres, numero decimonono, verſicul.probatur ſuprà. & tradunt præcitati Doctores; qui ſimilibus comprobant.

Hic caſus multò magis procedit, quando in diuiſione 39 fuiſſent appoſita† aliqua verba reſtrictiua, quibus excluderetur ius futurum, vt ſi dixiſſent, remittere, & liberare ab omni iure vſq; in præſentem diem. Rui.in conſ. cxxxvij. nu. 15. lib. ſecundo, idem ſenſit Angel. in conſi.cclxxxvij. numero 3. ver.ſed in themate.

Declaratur hic caſus, vt non habeat locum, quando 40 verba poſita in diuiſione † eſſent valde vniuerſalia, Socin. Sen.in conſilio cclj.numero decimoſexto,libro ſecundo,vt reſpondit Curtius Iunior in conſilio quadrageſimonono, numero duodecimo, qui numero decimotertio,vt dixit in ſpecie,quod quando verbum non poſſunt adaptari ad cauſam de præſenti:ſed ad futuram tantum,comprehendunt ipſum fideicom.Ruin.conſilio clij,numero decimo, libro ſecundo. Dec. in conſilio cclxxxvij. ad finem, & in conſilio cccxlv.columna ſecunda.idem reſpondit Gratus.in conſilio decimoſeptimo, numero duodecimo. & in conſilio ſexageſimo, numero decimoſeptimo libro primo.Socin.Iunior in conſilio cxvj.numero 53.libro primo.Idem eſt, quando dixiſſent transferre omnimodò omne ius. Ita Gratus in dicto conſilio ſexageſimo, numero decimooctauo. Pariſ. in conſilio ſeptuageſimoprimo, numero decimoquarto, libro tertio. Ita etiam in ſpecie reſpondit Crauet. in conſilio dcxxxviij.numero decimoquarto, remiſſum præſumi fideicommiſſum,cum dictum eſt,quod renuntiabant omnib. iuribus quomodolibet ad ſe ſpectantibus.Ita etiam quando 41 expreſsè dictum eſt,quod renuntiant† etiam iuri de futuro. Boer.q.cxlvij.nu. 14.Idem etiam reſponderunt Cæphalus in conſi.ccliij.nume. 9. libro ſecundo, & Roland.in conſilio trigeſimoquarto, numero nonageſimogeſimoſecundo, libro quarto,quando diuidentes dederunt, & conceſſerunt inuicem omnia iura,actiones reales, & perſonales ſibi ſpectantia & pertinentia,& ſpectare poſſent,poſſunt & potuiſſent in futurum.ſic & Thobias Nonius in conſilio quadrageſimoprimo,numero ſeptimo. Cæterũ declaratio hæc locum non haberet quando reſeruatum atque exceptum fuiſſet fideicommiſſum.Ita Gratus in conſilio vigeſimonono, numero vigeſimo,libro ſecundo:& Cæphalus in conſil. ccxcvj.numero nono,& numero vndecimo,libro ſecundo,vbi numero trigeſimo reijcit contrariam opinionem.Soc. Sen. in conſil.xliij.libro quarto,quem etiam damnat Alciatus in dict. §.duo fratres,numero trigeſimo:ſed ſi in inſtrumento: & ſi Ripa ibidem num.octuageſimoquarto, verſ. ampliatur ſecundo ſequutus ſit Socinum cuius opinionem probauit, eo tamen non relato,ſibi parum in hoc conſtans Cæphalus in conſ.ccliij.nume.20.21.& 22.lib.ij.

Quintus eſt caſus, quando in diuiſione adiecta fuit hæc clauſula,ad habendũ, tenendum, vendendum, alienandum. &c. an his verbis præſumatur remiſſum fideicommiſſum? Hoc in caſu variæ ſunt Doctorum opiniones.

Prima fuit eorum,qui exiſtimarunt,non ſolum † non eſſe 42 remiſſum fideicommiſſum,ſed nec etiam datam facultatem alienandi bona ipſa fideicommiſſi,quin eueniente cõditione recuperari poſſint. Hac in opinione fuit Aretinus in d. l. qui Romæ.§.duo fratres.quæſtio.viij.de verborum obliga. quem ſecuti Gozadin,in conſ.xxxvj.nu.12. verſicul. tertio, & numero 13.& ſi ibi citet Caſtren.& Roman.qui aliter dicunt.Et in hanc viſus eſt procliuior Soc.Iun.in d.§.duo fratres,nume.127.

Primò ea ratione motus eſt Aretinus,quod alienandi poteſtas referri non debet ad fideicommiſſum dependens ex teſtamento,

Verùm reſpondetur ex ſententia Iaſonis & Ripæ, quos infra commemorabimus,id verum eſſe:quando clauſula illa poſſit aliud operari.At hic operari nil poteſt, niſi dicamus, remiſſum eſſe fideicommiſſum. Quandoquidem abſque præiudicio fideicommiſſi poterat quilibet ante diuiſionem alienare partem ſuã,donec eueniſſet conditio.l.vlt.§.ſin autem auaritiæ.C.cõmunia.de leg. & infra comprobabimus, vbi etiã demonſtrabimus,non eſſe recipiendam conſiderationem Socini Iun.in d.§.duo fratres.nume. 127.ver.nec ei obſtat, cum dixit, ferendum magis eſſe quod clauſula hæc nil operetur quàm vt fideicõmiſſum dicatur remiſſum.Præterea reſpondetur ſecundũ Ruinum conſi.cxxxix.nu.11.lib. ij.quod illud procedit inter ignorantes diſpoſita in teſtamento,ſicq; fideicommiſsum,ſecus inter ſcientes.

Secundò motus eſt Aretinus ea ratione, quod clauſula hæc & illi ſimiles acceſſoriæ dicuntur, & in parte executiua 43 poſitæ,& propterea non mutant,†nec ampliant diſpoſitionem ipſam principalem,ſed eius naturam tantum ſequuntur clem.j.de præb.& tradunt Decius in conſi.ccccc.nu.8.& in conſ.dxxj.nu.14.& 15.& alibi ſæpe.Non ergo clauſula hęc operatur remiſſionem fideicommiſſi.

Cæterùm reſpondetur,vt ſcripſi in conſ.lxxxvij.num.44. lib.j.poſt Ripam in d.§.duo fratres.nu.84.non repeto, quæ facile illo in loco legi poſſunt.

Tertiò vrgere videtur, quod hæc clauſula creditur adie-44 cta ex ſtylo & vſu † notarij, & propterea nil operatur, vt in ſpecie reſpondit Socinus Iun.in conſi.clxvj.num.21.libr.j. Et ſimilibus in caſib.tradunt à me congeſti in conſ. lxxxvij. nu.6.& 7.lib.j.

Verùm reſpondetur,vt ſcripſi in d.conſ.lxxxvij. num.45. quod imò hæ clauſulæ præſumuntur appoſitæ partium conſenſu.Quam ſententiam illo in loco multis rationib. & Doctorum auctoritatibus comprobaui.Et alia plura ſcripſi in conſ.xxxvij.eodem lib.j.Sic etiam in ſpecie noſtra reſpondet Rimin.Iun.in conſ.lxxx.numer. 44.libro primo,& Rolan.in conſ.xxxiiij.nu.93.& 94.lib.iiij.

45 Quartò monetur Aret.quia remiſſio† fideicommiſſi non dicitur facta,niſi viſis & inſpectis verbis teſtamẽti.l. de his. ff.de tranſact.Quæ ſane verba dici non poſſunt fuiſſe inſpecta iſto in caſu.Reſpondetur,Doctores præſupponere diuidentes ipſos ſcire diſpoſita in teſtamento, illudq; vidiſſe & conſideraſſe. Nam quando de vno diſputatur, reliqua præſupponuntur habilia.l.qui teſtamento.in fine.ff. de teſta. & c.j.de ætate & qualit.in vj.

46 Secunda eſt opinio eorum,qui exiſtimarunt,†imò ob hãc alienandi facultatem conceſſam, præſumi abſolutè & ſimpliciter remiſſum fideicommiſſum. Hanc manifeſtè probarunt Angelus in d.§.duo fratres.q.v.Imola & Crottus nume. 133. qui ita ( etſi malè ) loqui Bartolum intellexerunt. Eandem affirmarunt Curtius Senior in conſ.lxiiij.columna penul.verſic.& in præſenti narratione. Decius in conſil. vndecimo,numero ſeptimo, Gratus in conſilio decimoſeptimo,numero quadrageſimonono.& apertius in conſilio ſexageſimo, numero octauo, libro primo. Socinus Iunior in conſilio cxvj. numero quinquageſimoſexto,libro j.Rolandus à Valle in conſilio trigeſimoquarto nu.80.lib. iiij.Cæphalus in conſi.ccliij.nu.8.lib.ij.

Horum opinio viſa mihi fuit ſemper verior,præſuppoſita 47 †tamen ſcientia fideicommiſſi. Nam frater iſte, qui dat facultatem alienandi,ſimpliciter & purè eam dat, non autem ſub conditione. Si enim data eſſet ſub conditione, ea alienatione non ſecuta,locus eſset repetitioni fideicommiſſi quippe quod ea conditione non purificata; res primum ſuũ ſtatum retinet,Sed cum purè data eſt, nil aliud ſignificare voluit is concedens,quam quod frater ille ſuus;cui conceſſit eſset liberè & abſolutè dominus,& propterea poſset ad libitum rem ipſam alienare.

Tertia fuit opinio eorum,qui dixerunt,ob hanc clauſulã, 48 non eſse abſolutè & ſimpliciter†remiſsum fideicommiſsũ, ſed ſolum ſecuta ipſa alienatione. In hac opinione verè fuit Bartolus in dict.§.duo fratres. quæſtio, octaua, numero vigeſimoprimo, ſicuti illum expreſſim intellexerunt ibi Alexander, numero ſeptuageſimotertio. Iaſon numeru quinquageſimooctauo. & Socinus Iunior numero 127. ver.& abſque dubio, qui dixit, abſque dubio Bartolum ſic intellexiſse,quod & ego verum puto. Nam id ſignificant iura, quibus traditionem ſuam confirmat Bartolus præſertim. l. ſicut.§.ſuperuacuum. & §. penultimo. ff. quibus modis pignus,vel hypothec.ſoluitur. de qua infra dicemus. Idem ſignificant & verba eiuſdem Bartoli in q. ix. quæ immediatè ſubſequitur, dum ita ſcribit. Nonò quæro, pone quod non eſt remiſsum ius fideicommiſſi, nec data licentia de vendendo.&c.Ecce,quod Bartolus conſtituit differentiam inter fideicommiſſi remiſſionem & pactum de alienando.Hanc quoque Bartoli opinionem ſecutus eſt Baldus in conſilio octuageſimonono. Diuus Thomas Aſinarius, in quarto puncto.libro primo.qui manifeſtè dixit, durare fideicommiſsum licet obſtet exceptio. Idem etiam ſenſit Caſtren. in conſilio centeſimooctuageſimooctauo. Quia dubia. numero primo. in fine libro ſecundo. & apertius Romanus in conſilio cccciij. numero ſecundo, Alexander & Iaſon in dicto §.duo fratres,ille numero quinquageſimooctauo.in fine.iſte.nu.73.Ita etiam Ripa numero octuageſimotertio.iunctis his,quæ tradit.numero 74.verſ.limitatur primò.& Alciatus ibidem num.29.verſ.primus eſt numero 30.& nume.31.Eandem probarunt Alex.in conſ.cxcix. nu. 10.lib.ij.& in conſ.viij.num.7.lib.v.Soc.Sen.in conſ.xliij. nu.1.& nu.14.verſ.ex quib.in foro.lib.iiij.Corneus in conſi.cxliiij.colum.vltim.lib.iij.Ruinus in conſilio centeſimoquadrageſimoſeptimo,numero decimoſexto.lib.ij.& conſ. xcij.nu.27.lib.iij.Alciatus in reſpon.dlxxvij.nu.1. Crau. in conſilio xxiiij.nu.8.Decianus in conſi.iij.nu.147.lib.j. Riminaldus Iunior in conſ.lxxx.nume.38.lib.j.& conſi.cciiij. nume.46.lib.ij.

Primò motus eſt Bartolus ex l.ſicut.§.ſuperuacuum.& §. penul.ff.de quibus modis pigno. vel hypoth.ſoluitur, vbi 49 permiſſio † facta à creditore debitori vt poſſit vendere pignus,non tollit ius pignoris,niſi vẽditione ſecuta. Ita ergo & noſtro in caſu facultas alienandi fideicommiſſi bona, non infert remiſsum eſse fideicommiſsum niſi ſecuta ipſa alienatione.

Cæterùm reſpondetur,terminos non eſse pares. Nam in caſu.dicto §.ſuperuacuum.& §.penult.permiſſio illa creditoris adduo referri potuiſse videbatur, hoc eſt ad ius ipſius crediti,& ad ius pignoris. in dubio autem intelligitur referri ad ius pignoris, tum ob naturam actus, tum ne creditor ius ſuum totum donaſse,nil inde accepto, dicatur. Et 50 ideo permiſſio illa operatur†remiſſionẽ iuris pignoris,non autẽ crediti principalis,ſecuta ſcilicet ipſa venditione. Noſtro in caſu permiſſio hæc nil aliud operatur remiſſionẽ iuris fideicommiſſi,cum tantum ipſe retineat, quantum fratri concedit,quod non con contingit in caſu dicto §.ſuperuacuum.& d.§.pen.

51 Hac tamen opinione Bartoli approbata à qua in†iudiciis difficile eſſe credere,ſequitur,quod alienatione ſecuta, non poteſt eueniente conditione,is frater,qui alienationem permiſit, recuperare ea bona è manibus eorum, qui ea emerunt, vel alio titulo conſecuti ſunt. Nam ij emptores nouique acquiſitores tuti ſunt contra fratrem hunc; qui aſſerit eueniſſe caſum fideicõmiſſi.Ita verè docuit Bartolus in d.§.duo fratres.q.viij.nume.21. ibi, reſponde; ſi quidem alienatio eſſet ſecuta, puto quod emptor non poſſit poſtea inquietari. & Bartolum ſic intellexit ibidem Alciatus numero 28.ver.ſed quid ſi. Etſi Ripa in dict. §.duo fratres.nume.83.& alij plures aliter niſi ſint intelligere Bartolum.Hic itaque emptor tutus eſt,ſiue(vt inquit Bartolus)& rectè fratres fuerint ſcientes,ſiue ignorantes fideicommiſſi. Quandoquidem ( voluit dicere Bartolus ) eorum ignorantia nocere non debet emptori, qui in bona fide eſt, ex quo emit, viſa diuiſione cum facultate hinc inde conceſſa alienandi: & credidit hic emptor fratres illos ſciuiſſe & cognouiſſe ius fideicommiſſi, quod eis competebat & competere poterat in bonis à ſe diuiſis. Et itaque ( vt diximus ) tutus hic emptor.Et Bartolum ſecuti ſunt Alciatus ibidem numero 31.verſic:ſed quid ſi is, qui licentiam:& apertius Ruinus in conſilio cxiiij.numero decimo,in fine.libro ſecundo. Socinus Sen. conſilio quadrageſimotertio, numero decimonono,libro iiij.Pariſius conſilio quadrageſimoſexto, num.vigeſimoſexto & vigeſimoſeptimo lib.ſecundo.Id quod probat Bartolus primo ex l.ſi mandato Titij.ff.manda.quam ad rem hanc inducit Socinus Iunior in dict.§. duo frutres, numero 127.Adducit ſecundò Bartolus textum. l.ſi fundum per fideicommiſſum.in princip.ff.de lega.primo.quam non probare ſenſit Ripa in dict.§.duo fratres.numer. octuageſimotertio.quia ibi,hæres vendidit rem tamquam propriam ipſius fideicommiſſarij præſentis & expreſſe conſentientis. Noſtro verò in caſu frater conſenſit, quod eam alienaret tamquam propriam ipſius alienantis, & in abſentia ipſius emptoris. Quæ conſideratio non diluit argumentationem. Nã & hic frater dicitur cõſentire fratri alienanti, vt vendat ius, quod ipſe conſentiens poſſet habere eueniente conditione. Nec dicitur facere abſente emptore, quia facultas in inſtrumento diuiſionis conceſſa generaliter, ab emptore deinde acceptata, videtur conceſſa præſente ipſo emptore.Tertiò præter Bartolum adducit Ripa. l.quoties ab omnibus.C.de fideicommiſſ. Quartò textum capitul. j. §.Titius.ſi de feudo fuerit controuerſ.His accedunt.l. ſi ſeruus communis. ff. de donat.inter virum & vxorem. l. apud Celſum.§.quæſitum.ff.de doli mali excep.l.fideiuſſor.§.pater. ff. de fideiuſſ. & l. ij. C.de remiſſ.pigno.quib.probatur 52 quod conſentiens†alienationi rei ſibi præiudicat vt alienatio reuocari non poſſit.Quartò ſecũdum Alciatum d.§. duo fratres.nu.28.in fi.quia non debet emptor eſſe deceptus. l. ſi cum mihi.de dolo.de leg.j.

Hæc opinio mulò magis locum habet, quando data fuit 53 †libera & omnimoda facultas alienandi. Nam tunc cenſetur omnino remiſſum fideicommiſſum. Ita reſpondit Socinus Senior in conſilio quadrageſimotertio:numero vndecimo, & duodecimo, libro quarto. Idem quando fuit dictum quod vno diuidentium vendente portionem ſuam,alij etiam teneantur vendere & pretium inter ſe diuidere. Sic conſuluit Craue.in conſilio ſexcenteſimotrigeſimooctauo. numeo 14.in fine.

Extenditur primò, vt procedat prædicta opinio etiamſi 54 hæredes ipſi fideicommiſſo grauati ſuo iuramento† confirmaſſent ipſum fideicommiſſum. Nam adhuc conceſſa in diuiſione alienandi facultate,cenſetur remiſſum fideicommiſſum,ſecuta alienatione,ita quod non poſſunt ipſa bona recuperari.Ita docuit Alciatus in dicto §.duo fratres, numero trigeſimoprimo, verſicu. ſed quid ſi fideicommiſſum. &c. qui reiecit opinionem Iaſonis in conſilio centeſimoſeptuageſimotertio lib.iiij.qui quidem Iaſon reſpondit de bonis emphyteuticis.

55 Extenditur ſecundò,vt locum etiam habeat,quo†ad pretium.Nam nec illud frater ſuperſtes recuperare poteſt. Ita reſponderunt Socinus Senior in conſilio quadrageſimotertio,numero 19.ver.quantum. libro quarto. Curtius Senior in conſ.lxiiij.col.pen.Ruin.in conſi.clxij.col.pen.verſ.nam etiam.lib.ij.Gratus in conſ.lx.nu.11.& nu.21.lib.j.& Crau. in conſ.ccxxxvij.in fin.

Ea ratione ij moti ſunt,quia eſt mutua conceſſio & remiſſio ſeu donatio,& propterea de pretio partes ipſæ non cogitarunt. Cum enim voluerint remittere atque extinguere fideicommiſſum, etiam ius reſpectu pretij remittere voluerunt.

Diſſentiunt tamen à prædictis Corneus in conſil. cccxl. numero 2.lib.j.Ripa in d.§. duo fratres. numero 84.verſ. limita ſecundo.& ibidem Alciatus in reſpon.dlxxvij.numero 1.verſ.confirmatur hæc ſententia. Non enim(ij ſcripſerunt) 56 qui concedit facultatem alienandi,cenſetur†renuntiare iuri quod habet reſpectu pretij.l.ſi fundum per fideicommiſſum.de leg.j.

Conciliari poſſunt hę opiniones:vt prima locum habeat, quando expreſsè,vel tacitè,ex coniecturis conſtat diuidentes voluiſſe omnino remittere fideicommiſſum,ſicque illud extinguere.

Secunda verò procedat quando ipſi diuidentes ſolum inuicem dederunt alienandi facultatem. Ita ſenſit Alciatus in dicto §.duo fratres. numero vigeſimooctauo in fine.

Declaratur primò prædicta Barto.& ſequacium traditio, 57 vt locum habeat quando alienatio† facta fuit titulo ſingulari,ſecus verò ſi titulò vniuerſali: vt puta inſtituendo hæredem in teſtamento.Nam hoc caſu locus eſt reuocationi fideicommiſſi:cum non dicatur eo modo facta alienatio,quo data fuit facultas, quæ quidem fuit, vt titulo ſingulari alienare poſſet.Ita ſcripſerunt Alciatus in d.§.duo fratres.n.31. verſ.ſed etſi,& in reſpon.dlxxvij.nu.1.Decianus in conſ.iij. numero 147.lib.j.Craue.in conſi.dcxxviij.nu.15.& Rimin. Iunior in conſi.cciiij.nume.111.libr.ij.qui ſimilibus com-58 probat. Diſſentiunt † tamen ab hac traditione Gratus in conſilio lx. numero nono. libro primo. Pancirolus in conſilio quinquageſimonono.nume.octuageſimo. & Riminal. Iun.in

Iun.in conſil.lxxx.nu.40.lib.j.

Declaratur ſecūdò vt locum habeat hæc alienandi facul-
59 tas reſpectu ipſorum†diuidentium,non autem aliorum ad
quos eueniente caſu reſtitutionis fideicommiſſum deuolui-
tur. Ita Ruinus in conſi.cxxxviij.nu.10.lib.ij.qui hoc com-
probat egregia doctrina Baldi in l. qui ſe patris. C. vnde li-
beri. Alc.in reſp.dlxj.in fin.& in reſp.dlxxvij.nu.3,qui ob id
reſpondit,agnatos,imò filios diuidentiū poſſe conſequi fi-
deicommiſſum,ſi hæredes non exiſtunt ipſorum diuidentiū.
Idem conſuluit Alba in conſi.lxxiiij.nume.1. & 2.qui idem
ſenſit etiamſi filius extet hæres patris diuidentis: id quod
placuit & Ruin, vbi ſupra.ſed exiſtimo eos male ſenſiſſe ex
his,quæ ſcripſi in conſi.lxxxix.lib.j.

60 Declaratur tertiò,vt locum non habeat quando † diuiſio
facta fuit quo ad vſumfructum tantum. Ita Gratus in d.con-
ſi.xxix.nu.35.lib.ij.

Declaratur quartò,vt non procedat,quando diuidentes
61 dixerunt,quod poſſent alienare cum ſuis † iurib. Nam tunc
non dicit remiſſum fideicommiſſum. Ita Alciat.in d. §. duo
fratres.nume, trigeſimo,ver.alius caſus, poſt Angelum ibi-
dem q.v.

Declaratur quintò,vt non habeat locum,quando ex alio
62 actu ſubſecuto†conſtare poſſet diuidentes noluiſſe remit-
tere fideicommiſſa,etiam ſecuta alienatione, Ita Ruinus in
conſ.cxlvij.nu.15.in fi.libri ij.

Sextus eſt caſus,quando in diuiſione adiecta fuit clau-
63 ſula,†ad habendum,tenendum,& quid voluerit faciendum,
Hoc in caſu affirmarunt multi, præſumi remiſſum fuiſſe fi-
deicommiſſum. Ita Angelus, Alexander, Crottus, & Pari-
ſius,quos retuli & ſecutus ſum in conſilio octuageſimoſe-
ptimo, numero decimoquinto, libro primo. Et illis acce-
dunt nunc Ruinus in conſilio centeſimoquadrageſimoſe-
ptimo,numero decimoquinto, verſicul.præterea ipſe libro
ſecundo, Socinus Iunior in conſilio centeſimodecimoſex-
to,numero 56.libro primo. Pancirolus in conſi.ſeptuageſi-
monono,in fin.

Hæc enim verba, ad habendum, tenendum, & quidquid
voluerit faciendum, ſine dubio plus operantur quàm illa
64 præcedentis caſus. Nā qui de re aliqua†facere poteſt quod
vult eam vendere,donare,legare,& hæredem in ea inſtitue-
re poteſt,ſicuti manifeſtum eſt, Imò decedendo ab inteſta-
to,dicitur vocare proximiores;atque ita ea de re diſponere.
juxta l.conficiuntur.ff.de iure codicillo.de qua diſſeremus
ſubſequenti in lib. Id quod permiſſum non eſt,quando data
fuit ſimpliciter alienandi facultas;ſicuti ſuperiore caſu ex-
plicauimus.

Extenditur hic caſus; vt locum etiam habeat, quando in
diuiſione ſic dictum fuit,ad habendum,tenendum; & quid-
65 quid † placuerit faciendum. His etiam verbis cenſetur re-
miſſum fideicommiſſum. Ita ſcripſerunt Crottus, Ruinus,
Gratus,Zuchardus, Socinus Iunior,& Alciatus,quos com-
memoraui & ſecutus ſum in conſilio octuageſimoſeptimo,
numero decimonono,libro primo.& de eadem facti ſpecie
mecum interrogatus. Idem reſpondit Rolandus in conſi-
lio trigeſimoquarto , numero ſeptuageſimooctauo, libro
quarto. Illis nunc accedunt Berous in conſilio centeſimo-
ſeptuageſimoſecundo,numero ſeptimo,libr, ſecundo. Nat-
ta in conſilio quingenteſimoquinto, numero trigeſimoter-
tio,libro tertio.& Cæphalus in conſilio ducenteſimoquin-
quageſimotertio,numero ſeptimo,lib.ij.qui de eadem facti
ſpecie reſpondit cum Crauetta in conſilio ſexcenteſimotri-
geſimooctauo.

Ea eſt huius ſententiæ ratio, quia hæc verba ſignificant
plenam alienandi datam eſſe facultatem; quæ alioqui nil
operaretur,niſi fideicommiſſum diceretur remiſſum.

Cæterū à prædictis diſſentiunt Ruinus in conſi. cxxxvij.
nu.7.& in conſi,cxlvij.nu.45.lib.ij. Alciatus in d.§,duo fra-
tres.num.33.ver.ſed quid ſi latiſſimus. Gratus in conſi.xvij,
nu.49.lib.j.& in conſi.xxix,nu,35,lib.ij. Riminal. Iunior in
conſi.cciiij.nu.93,lib.ij. qui latè diſſerit. Quorum quidem
opinio comprobatur ex his,quæ ſimili in caſu reſpōdit De-
cius in conſ.dxxj.nu.11.ver.vltimò non obſtat, &c, Illa ta-
men prima opinio magis recepta eſt.

Extenſio hæc multò magis procedit,quando eadem fa-
66 cultas data fuit etiam†hæredibus ipſorum diuidentium. Ita
Crottus in d.§.duo fratres.nu.133.ver.præterea cum in ca-
ſu. Ea ratione vſus eſt,quia ſi fideicommiſſum adhuc extare
diceretur,nō poſſent dictā bona,veluti fideicommiſſo ſub-
iecta deuolui ad eorum hæredes, cum alienari prohibean-
tur in contractu & in vltima voluntate. l. peto. §. prædium.
de lega.ij. Qui ergo vult conſequens,dicitur etiam velle an-
tecedens. l.ad rem mobilem.de procur. Et rurſus(ait Crot-
tus)per fideicommiſſum ſuceditur ipſi teſtatori non autem
hæredi grauato. l. cohæredi.§.cum filiæ.ff.de vulg.cum er-
go dictum ſit,quod eorum hæredes poſſideant & perpetuò
faciant de dictis bonis quidquid ſibi placuerit, fideicom-
miſſum dicitur remiſſum,quia alioqui eis nō ſuccederetur
ratione dictorum bonorum,ſed teſtatoris:à quo fideicom-
miſſum fuit relictum. d. §, cum filiæ Quique intelligimus
minus rectè ſenſiſſe Gratum in conſ.xxix. nume. 41. & 42.
lib.ij.dum contrarium reſpondit.

Septimus eſt caſus,quando in diuiſione appoſita fuit hæc
67 †clauſula,ponentes ſe ſe in omnem eorum locum ius & ſta-
tum in prædictis bonis,vt in rem propriam. His enim verbis
præſumitur remiſſum fideicommiſſum. Ita Alex.in conſilio
viij.num,vj,ver.denique.lib.v. Crottus. in d. §. duo fratres.
nu.133. Ruinus in conſ.cxxxvij.nu.7.in conſ.cxliiij.nu. 19.
ver.& dato.& in cōſ.clij.col.pen.lib,ij, Gratus in cōſ.lx.nu.
19.lib.j.& Socin.Iunior in conſi.cxvj.num.60.lib.j. Et ho-
rum ſententiam ſecutus ſum in conſil. lxxxvij. numero 29.
in fine lib.j.& his accedunt Tobias Nonius in conſilio xlj.
nu.8. Pancirolus in conſ.lix.nume.79. Idem ſenſit Rolan.in
conſi.xxxiiij.nu.82.lib.iiij.qui illi meo reſpon.lxxxvij.ſub-
68 ſcripſit. Ea aſſertur ratio,quod res†propria eſſe dicitur, qn̄
is habet dominium cum alienandi, donandi, & quouis alio
modo diſtrahendi libera facultate. l. fœminæ.§.illud. & ibi
Baldus,C,de ſecund.nup,idem in l.ſi de proprietate.nu.10.
69 C.ſi à non comp. jud. Nam verbum proprietatis † rectum
dominium ſignificat. Iaſon in l.huiuſmodi.§.ædes,nu, 8. de
leg.j. Boe.q.xliiij.nu.29. Et qui ponit alium in locū ſuū ius,
& ſtatum,vt in rem propriā,verè concedit quod poſſit face-
re omnia,quæ poſſet ipſe dominus,ſi præſens eſſet. Alex. in
in prouinciali.§,ſi ego.nu.9.ff.de ope,noui nun.

80 Octauus eſt caſus,quando in ipſa†diuiſione dictum fuiſ-
ſet, quod ipſi diuidentes haberent, poſſiderent, & tenerent
portiones ſibi obuētas pleno iure. Hoc in caſu,an remiſſum
ſit fideicommiſſum dubitari ſolet? Aliqui ſcripſerunt, præ-
ſumi remiſſum. Ita Socin. Senior in conſi,xliij,numero 10.
12.lib.iiij.& Antonius Gabriel lib. iiij.concluſionū.tit. de
fideicom.concluſ.j.nu,37. Ea ratione ij moti ſunt, quod is
71 pleno†iure dicitur habere rē,cum eius dominium ita habet
vt ad libitū poſſit de eo diſponere alienando & diſtrahendo.
l.fœminæ.§ illud.in fine.C.de ſecundis nup. Et quod res ip-
ſa non ſubiaceat alicui reſtitutioni. l.mater.C.ad S. C. Ter-
tul.vbi Angelus & Caſtren. Et ſimile eſt quod reſponderunt
Bart.in conſ.xv.in fine lib.j.& Butrius in conſ.liij.nu.2. Cū
dixerunt matrem excludi tacita pupillari ſubſtitutione fi-
lio facta his verbis, pleno iure. Qua de re diſſeremus ſe-
quenti lib.in præſum,xlv.vbi agemus quando mater exclu-
datur per tacitam pupillarem.

Alia fuit opin. Crotti in d,l,qui Romæ.§.duo fratres.nu-
mero 75.de verborum obligat.qui dixit,imò his verbis non
72 †præſumi remiſſum fuiſſe fideicōmiſſum. Ita etiam Ruin.in
conſ.cxxxvij.nu.8.& in conſi.cxxxviij.nu.6.lib.ij,& in cōſ.
xcix.nu.12,lib,iiij,& Leonius in d.§.duo fratres.nu,310. Et
hæc opinio fulciri videtur tex.l.generaliter.§.vlt.ff. qui & à
quib.vbi ſeruus legatus ſub conditione pendente conditio-
ne,dicitur pleno iure eſſe hæredis grauati:& tamen euenien-
te conditione illum reſtituit.

Et contrariæ argumentationi rectè ſatisfacit Leonius. Et
hæc quidem ſecunda opinio nunc mihi magis probatur.

Nonus eſt caſus, quando in diuiſione adiecta fuit clau-
73 ſula,qua annullatur†illud teſtamētum quod continet fidei-
commiſſum. Nā tunc præſumitur remiſſum fuiſſe fideicom-
miſſum, Ita Boer.q, cxlvij.nu. 11. dum declarat reſponſum
Capræ in conſ.lxxxix.nu,17.qui loquitur,quando partes di-
uidentes voluerunt annullare teſtamentū quo ad actum illū
diuiſionis tantum,in quo plus vni ex bonis fideicommiſſi
quàm alteri aſſignatum fuit.

Decimus eſt caſus, quando in ea diuiſione reſeruatum
fuiſſet



74 †fuiſſet aliud fideicommiſſum,vel pars eius, de quo deinde
exorta eſt controuerſia. Nam tunc ex illa reſeruatione con-
iectura ſumitur,fideicommiſſa non reſeruata fuiſſe remiſſa.
Ita Crottus in dicto §. duo fratres. numero nonageſimo-
quarto,quem ſecutus ſum in conſi. lxxxvij. numero trige-
ſimoquarto,lib.primo. Nunc accedunt Antonius Gabriel
lib.iiij. concluſionum,in tit. de fideicommiſſis, in conclu-
ſione prima, nume.40.& Leonius in dict. §.duo fratres,nu-
mero 357.

76 Ea eſt ratio,vt ſcripſi in d.conſ.lxxxvij.nu.36.quia†exce-
ptio, quæ fit de eo,quod alias ſub diſpoſitione nō compre-
hendebatur,ad illud extenditur, ne inutilis & ſuperuacanea
reddatur exceptio. Diſſentit tamen ab hac opinione Franc.
Dec.in conſ.cxj.nu.36.37.& 38.vbi multis conatur reſpon-
dere prædictæ rationi Dictorum.

Vndecimus eſt caſus, quando in diuiſione fuit adiecta
76 clauſula†renuntiantes omni iuri, & legum auxilio. Hoc in
caſu,an præſumatur remiſſum fideicommiſſum, dubitatur?
Et præſumi remiſſum affirmarunt Alex.in conſ.xj.num. 14.
lib.ij. Ruin.in conſ.clij.nu.10.ver.& etiam lib.ij.& in conſ.
xcij.nu.24.lib.iij. Curtius Iun.in conſi.xlix,nu.12. Oſaſcus
in deciſ.cxij.in fi.qui alios recenſet.

Declaratur ſecundum Ruinum in d.conſ.xcij.nu,24.non
procedere data ignorantia fideicomm. Rimin. Iun.in. con-
ſi.cciiij.nu.83.

Declaratur ſecundò,vt per Rimin.Iun.in conſ.cciiij. nu.
74.lib. ij.quando verba ad futurum non reſpiciunt,vt quia
non fuit dictum, omni legum auxilio competenti, & com-
petituro.

Idem eſt, quando hæc verba, renuntiantes omni iuri, &
legum auxilio,ſe referrent,& reſtringerent ad præcedentia,
Ita Ruin.in conſ.cxxxvij.nu.16.lib.ij. Rimin.Iun.conſ. cc-
iiij.nu.86.lib.ij.

## PRAESVMP. CXVI.

Ius fideicommiſſi,vel bonorum emphyteuticorum an remiſſum præſumatur à fratre, qui præſens fuit, & tacuit,quando alter frater bona ipſa fideicommiſſi,vel emphyteoſis alienauit.

### SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſi ius remiſiſſe præſumitur,frater præſens.& tacens in alienatione fideicommiſſi vel emphyteuſis.*

*Idque locum etiam habet quo ad precium.nu.3.*

*Fallit tamen ſi is præſens & contradicens,alienationem impedire non potuiſſet.nu.4.*

2 *Tacens conſentire videtur,qui cùm potuiſſet,non contradixit.*

CONVENIT etiam, vt hoc in loco explice-
mus, an & quando frater præſens alienationi
bonorum fideicommiſſi, vel emphyteuſis ta-
cet,præſumatur remiſiſſe ius ſuum? Qua in re
1 dicendum eſt præſumi † remiſiſſe. Ita gloſſ.
Bartol. & Baldus in l. cum proponas filios. C. de pactis.
Baldus in l. quoties. C. de fideicommiſ. Abbas in conſilio
vndecimo in primo dubio.libro ij. Alexan.in conſilio viij.
numero quarto.libro v. Decius in d.l.cum proponas.nume.
4.in fine, Crauet.in conſilio ccxxxvij. colum.ij.verſi.iij. ex
quo. Quorum ſententia probatur in l.cum pater. §. libertis.
de lega.ij.& in l.quoties ab omnibus.C.de fideicom. Et ac-
2 cedit ratio,quod qui tacet cōſentire†dicitur, ſi potuit con-
tradicere, & non contradixit, vt ſcribunt Doctor. in l. quæ
dotis.ff.ſoluto matrimon.& diſſeremus infrà lib. vj.in præ-
ſumpt.xxxviij.

Extenditur,vt locum habeat etiam†reſpectu pretij,quod
3 hic frater ſic conſentiens recuperare non poteſt. Ita in ſpe-
cie reſpondit Craue.in d.conſilio ccxxxvij.colum.ij.verſic.
tertiò,ex quo. Nam(inquit Crauetta) ſicuti tacens iſte fra-
ter dicitur ad commodum fratris cōſentire,vt alienare poſ-
ſit; ſic pariter dicitur conſentire ad beneficium poſſeſſoris,
ne ab eo pretium peti poſſit;qui ſi moleſtia afficeretur,co-
gereturque pretium iterum ſoluere, poſſet agere contra
fratrem venditorem,atque ita contractus emptionis & ven-
ditionis per indirectum redderetur ineſſicax, contra regu-
lam.cap.cum quid.de regu.iur.in vj. Et conferunt quæ ſcri-
pſimus in ſuperiore præſumptione in ſecunda extenſione
quinti caſus.

Declaratur hæc præſumptio , vt locum non habeat,
4 quando frater præſens, & tacens impedire † non potuiſſet
alienationem etiamſi contradixiſſet. Nam tunc non præ-
ſumitur conſenſiſſe. Ita præcitati Doctores omnes de-
clarant.

## PRAESVMP. CXVII.

Ius legati,vel fideicommiſſi,remiſiſſe an & quando præſumatur legatarius vel fideicommiſſarius,qui rem ipſam emit,alióve titulo acquiſiuit.

### SVMMARIVM.

1 *Legatarius fideicommiſſariusvé,rem ſibi purè debitam ſcienter emens, ius ſuum præſumitur remiſiſſe. Solo diſſentiente Bartolo. numero 12.*

2 *Legatam rem alienanti hæredi,conſentiendo legatarius vel fideicommiſſarius,legatum præſumitur repudiare.*

3 *Alienationi rei legatæ conſentientem etiam in precio ſibi præiudicare.*

4 *Velle cuius in vno eſt,idem dicitur in eius neceſſario antecedenti.*

5 *Emptionem rei ſuæ non valere,quomodo accipiatur.*

6 *Legatæ rei dominium quomodo tranſeat in legatarium.*

7 *Legatam aut fideicommiſſo rem relictam, legatario vel fideicommiſſario irreuocabiliter deberi.*

8 *Pignori ſibi datum rem ſcienter ementes,præſumuntur inuicem conſentire,& pignoris ius remittere.*

9 *Rem propriam ignoranter ementi quomodo lex conſulat.*

10 *Legatarius emens ſcienter rem alienam vel hæredis ſibi purè relictam, ius ſuum præſumitur remiſiſſe.*

*Secus eſſe in fideicommiſſario emente rem aliquam ex comprehenſis in fideicommiſſo vniuerſali.nu.11.*

*Idque quomodo accipiendum.nu.12.*

13 *Legatarius vel fideicommiſſarius emens ab hærede grauatorem ſibi ſub conditione legatam aut reſtituendam, ius legati vel fideicommiſſi non præſumitur remiſiſſe.*

14 *Repudiatio expreſſa legati conditionalis quod non valeat.*

15 *Legatum fundum alienum, poſt mortem teſtatoris ſcienter emens legatarius,legato renuntiaſſe non præſumitur.*

16 *Legans fundum alienum,pretium illius præſumitur legaſſe.*

17 *Legatarius emens ab extraneo poſſeſſore,rem teſtatoris purè ſibi relictam,non præſumitur ius ſuum remiſiſſe.*

*Quid autem ſit in re hæredis ſibi pure legata,eam ab extraneo ſcienter ſi emat.nu.18.*

19 *Legatam ſibi rem viuo adhuc teſtatore emens legatarius,ius legati non præſumitur remiſiſſe.*

*Idque præſertim ſi ſub conditione legatum ſit.nu.20.*

*Vel ante aditam hæreditatem emerit.nu.21.*

HIC locus poſtulat, vt diſſeramus, an & quando
acquirens rem ſibi legatam, vel fideicommiſſo
relictam, præſumatur ius ſuum remiſiſſe,illique
renuntiaſſe. Hac in re diſtinguendi ſunt aliquot
caſus. ¶ Primus eſt quando legatarius, vel fideicommiſ-
ſarius, ſcienter emit rem ſibi purè debitam. Hoc in caſu re-
1 cepta eſt Doctorum ſententia, præſumi†remiſiſſe ius ſuum:
ita poſt Dynum, Comenſem, & Aretinum affirmarunt Ri-
pa in l.qui Romæ. §. duo fratres, numer.93.verſicu.tenen-
da eſt ergo.ff.de verborum obliga.ibidem Alciatus. nume,
37.verſic.poſtremò attingunt,qui communem eſſe opinio-
nem teſtantur. His accedunt Abbas in conſil.xj.num, 1. lib.
ij. Ruinus in conſi.cxlvj.nu.4.lib.j.& Alci. in reſp. dlxxxiij.
numero 3. Ea prima & præcipua ratione ij moti ſunt,quod
legatarius vel fideicommiſſarius,conſentiendo hæredi alie-
2 nanti rem†relictam alicui tertio,præſumitur repudiare le-
gatum.l.codicillis.§.j.de leg.ij. Atqui legatarius, vel fidei-
commiſſarius emendo efficacius conſentit hæredi alienan-
ti. Ergo cenſetur remittere ius ſuum. Nec repugnat cōſide-
ratio Ripæ, dum dixit, quod conſentiens alienationi rei
legatæ non præiudicat ſibi in precio, l. ſi fundum per fidei-
commiſ

commiſſum de leg.j.vbi Bart.dixit.d.l.codicillis.§.j.loqui
in caſu ſpeciali. Nam reſpondetur, imò etiam ſibi præiudi-
3 caſſe in pretio, vt ſenſit idem Ripa,num.93.dum reſpondet
primo Bart.argumento ex l.vlt.§.vlt.C.communia de lega.
vt dicemus infrà. Nec obſtat dict.l.ſi fundum per fideicom-
miſſum,quia apparet ibi fideicommiſſarium cōſenſiſſe alie-
nationi,quæ ob quandam neceſſitatem ab hærede fiebat,
nempè ob imminens æs alienum. Et propterea non præſu-
mitur ſibi voluiſſe præiudicare in pretio. Ita textum illum
communiter intellexerunt Doctores ibi,vt teſtatur.Iaſ. nu-
mero 18.

4 Secundò adducitur argumentum, quod qui vult † vnum
dicitur etiam velle antecedens neceſſarium ad illud.l. ad le-
gatum,& l.ad rem mobilem,ff. de procurat. Atqui legata-
rius emendo, dicitur velle antecedens, quod ſcilicet hæres
poſſit vendere;atque ita quod res ſit ipſius hæredis, alioqui
eam vendere non poſſet;quia firmo manente legato,emptio
nulla eſſet.l.rei ſuæ.ff.de contrahen. empt. Ergo legatarius,
vel fideicommiſſarius emendo præſumitur remiſiſſe ius,
quod habet in re ipſa relicta. Nec repugnat conſideratio A-
retini in d.§.duo fratres, quod venditio non valet:non autē
quod repudiatum dici debeat legatum. Nam reſpondetur,
conſtare ſatis de voluntate ipſius ementis,qui voluit valere
emptionem. Et in dubio ſic præſumi debet.l.quoties, ff. de
reb.dubiis.

Non etiam vrget conſideratio Ripæ,cùm dixit,non va-
5 lere † emptionem rei ſuæ,quando iure communi ſua eſt, ſe-
cus ſi iure ſpeciali,arg.l.j.C.de donat.quæ ſub modo. At res
legata eſt in dominio legatarij ante agnitum legatum, &
traditionem factam ex priuilegio,l.à Titio.ff.de furtis. Ideo
concurrit rei vendicatio cum actione perſonali. Barto.in l.j.
C.communia de lega.& fideicom. Reſpondetur, dominium
rei legatę tranſiens in legatarium à die mortis teſtatoris non
6 † tranſire ex priuilegio,vt dici poſſit priuilegium. Nam etſi
quo ad ipſum actum tranſlationis dominij dicitur dominiū
fictum,vt ſcribunt Iaſon in l.ſi mihi & tibi,in prin. nu. 5. ff.
de leg.j.Gomeſ.in §.ſic itaque.nu.24.inſtit. de actio. & Ti-
raquellus in tractat. le mort à ſaiſi le vif in ſexta parte prin-
cipali,in ſecunda declaratione.nume,6. Attamen ius ipſius
legati,quod habet ipſe legatarius in legato eſt ius verum,&
proprium ſecundum iuris communis diſpoſitionem, quæ
permittit cuique de re ſua ad libitum teſtari.l.j. C. de ſacro-
ſanct.eccleſ. Et propterea legatum etiam nondum accepta-
tum adeò dicitur eſſe debitum legatario atque ita de eius
iure,vt ſi nō acceptaret diceretur damnum pati,ſicuti egre-
giè declarat Ruinus in conſi.cxxiij.nu. 2. lib. iij. Nec mul-
tum ad rem pertinet tex.d. l. j. C. de dona. quæ ſub modo,
quia ibi donatio facta fuit ſub modo,quo non impleto, do-
minij tranſlatio reſoluitur.

Non etiam obſtat altera conſideratio Ripæ, dum dixit,
quod tunc non valet emptio rei legatæ ſi eſt irreuocabiliter
legatarij,ſecus ſi reuocabiliter.l.planè.la j.§.j.& l.huiuſmo-
di.§.qui ſeruum.vbi Bartol.de lega.j. Nam reſpondetur rem
7 † legatam,vel fideicommiſſo relictam purè debitam legata-
rio vel fideicommiſſario ei deberi irreuocabiliter. Et tex.d.
l.planè.§.j.loquitur quando res ſæpius legata fuit, Et ideò
ſi ſemel rem eſt conſecutus, non tamen prohibetur iterum
conſequi pretium.tex.verè.dict.l.huiuſmodi.§. qui ſeruum,
loquitur in legatario, qui rem ſibi relictam ignoranter
emit.

Tertiò fulcitur ſententia hæc eo ſimili, quo dicimus, q̄
8 ementes ſimul ſcienter rem ſibi pignori datam præſumi † in-
uicem conſentire,& pignoris ius remittere.l.Titius. ff.qui-
bus mod.pig.vel hypoth.ſoluitur.

Quartò,& vltimò confert tex.l.cui res,de actio.empt.vbi
9 lex conſulit ei,qui † ignorans rem propriam emit, vt actio-
ne ex empto poſſit experiri, ſentiens ei, qui ſcienter emit
nullam dari actionem, ob id, quod ius ſuum remiſiſſe di-
catur.

His intelligimus veram eſſe communem hanc ſenten-
10 tiam,à qua † diſſenſit ſolus Barto.in d.§.duo fratres,numero
26.ver.ſecundo caſu, quando erat, qui negauit, legatarium
vel fideicommiſſarium præſumi remiſiſſe ius ſuū. Nec Bar-
to.argumenta ſubſiſtunt. Nam tex.l.vlt.§.vlt.C.comm.de
legatis non vrget ſecundum Ripam in d.§.duo fratres.num.
93.quia & Alciatum ibidem.nu.37.ver.ſenſit itaq; quia lo-
quitur in extraneo ſcienter emente; cui lex reſeruat actio-
nē ad pretium:quæ ſanè ratio ceſſat;quando legatarius ipſe
ſcienter emit ab hærede. Nam emendo videtur ei conſenti-
re;& conſequenter odij cauſam ceſſare præſumitur. l. ſi tū
ſciente. ff. ad S. C.Macedo. Non hic repeto alia Bart.argu-
menta,quib. Ripa & Alciatus præcitatis in locis abundè &
rectè ſatisfaciunt.

Extenditur caſus iſte, vt locum etiam habeat, quando
10 legatarius † emit rem alienam, vel ipſius hæredis ſibi purè
relictam. Nam adhuc præſumitur remiſiſſe ius ſuum, atque
ita renuntiaſſe legato. Ita Comen.& Aretinus,quos ſecutus
eſt Ripa in dict.§.duo fratres.numero 94.ver.iſta limitatio.
reiecta contraria opinione Baldi & Imolæ. Nam & hoc
in caſu militat ratio repugnantiæ, quod ſcilicet legatarius
conſequi poſſit rem legatam ab eodem titulo lucratiuo &
oneroſo.

Declaratur primò hic caſus,vt locum habeat,quando le-
gatarius emit rem ipſam ſibi legatam titulo particularis le-
gati:ſecus ſi emit rem vnam ex comprehenſis in fideicom-
11 miſſo † vniuerſali. Nam tunc non præſumitur remiſiſſe ius
fideicommiſſ. Ita poſt Ioan. Andreæ & Alexandrum ſcripſe-
runt Ripa & Alciat.in d.§.duo fratres ille.nu.94.in fine.iſte
nu.39. Quod intelligit,& rectè, Ripa non cenſeri remiſſum
12 ius fideicommiſſi reſpectu † aliarum rerum;ſecus verò reſpe-
ctu rei emptæ. Nam & tunc militat prædicta ratio repugnā-
tiæ. Et accedit quod idem debemus iudicare de parte quo
ad partem,quod de toto quoad totum. l. quæ de tota. ff. de
rei vend.

Secundus eſt caſus, quando legatarius ſeu fideicommiſ-
13 ſarius † emit ab ipſo hærede grauatorem ſibi legatam ſub
conditione,vel ex fideicommiſſo conditionali reſtituēdam.
Hoc caſu non præſumitur remiſſum ius legati,vel fideicom-
miſſi. Ita Bart.in d.§.duo fratres.nume.26.ver.ſecundo caſu
quando,& ibidem Ripa.nume.92. Idem reſponderunt Soc.
Senior in conſ.xvj.nu.27.lib.iij.& in conſ.xliij.nu.18.libro
iiij. Ruinus in conſ.cxlvj.nu.3.lib.j.& conſ.clvj.nu.4.lib.v.
& nouè Decianus in conſ.xlj.nu.164.lib.j. Cùm enim non
14 valeat † expreſſa repudiatio legati conditionalis.l.ſi ita ſcri-
ptum.§.ſi ſub conditione.de leg.ij.& tradunt Docto. in l.j.
C.de pactis.multò minus valere debet tacita; quæ reſultare
videtur ex emptione rei. Et præterea alia ratione & cauſa
emere potuit legatarius quam vt remitteret ius ſuum atque
ita donaret. Emere ſanè potuit ob dubium conditionis
euentum:& vt interim re ipſa potiretur. Ea propter remiſſio
& donatio non præſumitur.

Nec repugnat textus.l.ſi cui res.ff.de actio. emptio. quo
adductus contrariam opinionem probauit Alciatus in dict.
§.duo fratres,numero 38.verſiculo ſed tamen hac. Nam illi
reſpondet Ripa ibidem. numero 92. verſicul. ſed contra
hanc.

15 Tertius eſt caſus,quando relictus fuit fundus † alienus:&
legatarius poſt mortem teſtatoris ſcienter illum emit à do-
mino. Hoc caſu non præſumitur renuntiaſſe legato. Ita Alc.
in d.§.duo fratres.nu.40.verſi.primus caſus. adductus text.
§.ſi cui in inſtit.de lega.& ea ratione,quia qui fundum alie-
16 num legat, † pretium legaſſe præſumitur.l.non dubiū.in fin.
de leg.iij. Vnde qui rē emit,non præſumitur voluiſſe facere
actum contrarium legato:ob id poterit ab hærede pretium
ipſum conſequi. Et idem ſenſit Ripa in d.§.duo fratres,nu.
91.dum declarat.d.§.ſi cui.

17 Quartus eſt caſus, quando teſtator † rem propriam purè
legauit:& eā,mortuo ipſo teſtatore,legatarius ſciēter emit
ab extraneo poſſeſſore. Hoc in caſu non præſumi remiſſum
ius legati,docuit Bart.in d.§.duo fratres,nu.26.& commu-
nem teſtatur Ripa ibidem numero 91.in fin. Verùm diſſen-
tiunt alij multi relati à Ripa d.nume.91.& ab Alcia.nu.40.
ver.alter caſus.

Quintus eſt caſus,quando legata fuit purè res hæredis
18 † quam legatarius ſcienter ab extraneo poſſeſſore emit.
Hoc in caſu Baldus & Imola in d.§.duo fratres, ſcripſerunt,
legatarium cenſeri renuntiaſſe legato. Contrarium docuit
ibidem Comenſis. Diſtinguit ille in loco Alcia.nu.41. ver.
ego tamen.

19 Sextus & vltimus eſt caſus, quando legatarius † viuo
adhuc



adhuc teſtatore,emit rem ſibi legatam. caſu non præſumi-
tur remiſiſſe legatum. Ita Alciatus in d.§.duo fratres.n.42.
20 qui multò fortius hoc procedere ſcripſit, quando † legata
fuit res ſub conditione. Idem eſſet dixit Alciatus, quando
21 legatarius emit ante † aditam ab hærede hæreditatem. Non
enim dicitur his caſibus quæſitum ius aliquod ipſi legata-
rio:& propterea emendo rem illam, non dicitur alicui iuri
renuntiaſſe,iuxta.§.ſi res aliena inſtit.de lega. & l.ſi vendi-
deris.ff.de euict.

## PRAESVMP. CXVIII.

Diuiſione bonorum inter cohæredes facta,ſi ſe-
cuta eſt euictio portionis alterius eorum,quando al-
ter præſumatur obligatus & teneatur.

### SVMMARIVM.

1 *Bonorum communium diuiſione facta à teſtatore cohæres cohæredi*
*de euictione non tenetur.*
*Limitatur tribus modis.nu.8.9.& 10.*
2 *Voluntas patris inter filios bona diuidentis ſequenda eſt.*
3 *Diuiſio à teſtatore facta ſpecialis legati vim habet.*
4 *Hæres pro ſpeciali legato de euictione non tenetur.*
5 *Diuiſionem à defuncto factam,hæredes approbaſſe cenſentur eo modo*
*quo facta fuit.*
6 *Diuiſio à teſtatore facta,permutationis vim an habeat,vel ſpecialis præ-*
*legati.nu.7.*
11 *Euictione ſequuta facto cohæredis,vel auctoris ſui nulla datur actio.*
*Idque etiamſi in diuiſione facta de euictione ſimpliciter promiſerint.*
*nume.12.*
*Quod etiam ad precij conſequutionem extenditur.nu.14.*
*Aliud tamen,quando in ſpecie & in indiuiduo de euictione promiſiſſent*
*ex cauſa fideicommiſſi,vel bonorum feudalium.nu.13.*
15 *Euictione ſequuta facto cohæredis vel auctoris,actio contra cohæredem*
*datur,ſi vni,in diuiſione facta ſola feudalia,vel fideicommiſſo ſubie-*
*cta,alteri autem libera allodialia obuenerint.*
*Idem ſi diuiſio facta ſit inter hæredes ignorantes bona feudalia vel fi-*
*deicommiſſo ſubiecta.nu.16.*
17 *Euictione facta ex rei natura,non autem facto cohæredis, actio contra*
*cohæredem datur.*
*Quamuis diuiſio inter eos à iudice facta ſit.nu.19.*
*Et an ſit verum,quando portio cohæredis eſt in eadem euictionis cauſa.*
*nume.20.*
*Et quid ſi ſciebant cohæredes rem diuidendam periculo euictionis ſub-*
*iacere.nu.21.*
*Qui demum ſi inter eos actum ſit,vt nullus cohæredum de euictione te-*
*neatur.nu.23.*
18 *Euictio in permutatione,quemadmodum in emptione præſtatur.*
22 *Euictioni rem ſuppoſitam ſcienter acquirens nulla redditur actio.*

NVNC differendum eſt, quando vnus co-
hæredum, de euictione teneatur erga co-
hæredem, ob id, quod rem, quæ in bono-
rum diuiſione ſibi obtigerat,propter euē-
tum conditionis fideicommiſſi reſtituere
alteri cogitur. Hic etiam caſus coniectura-
lis eſt:ſicuti probat.l.cum pater.§.euictis.de leg.ij. & colli-
gitur ex Alexandro in l. qui Romæ. §. duo fratres. q. xj. ff.
de verb.obligatione.& ex Alciato in reſp.cxxxiij.nu.5.& ex
his, quæ infra explicabimus, apparebit. Diſtinguendi ſunt
aliquot caſus: ſicuti viſus eſt diſtinguere Ripa in dict.§.duo
fratres.nu.95.& nu.97.

Primus eſt, quando diuiſio bonorum communium fa-
1 cta fuit † ab ipſomet teſtatore, qui in bonis illis prædictos
hæredes fecit. Hoc in caſu cohæres non tenetur cohæredi
pro re euicta,quam quidem ob conditionis euentum coa-
ctus fuit reſtituere. Ita gloſſa & Baldus in l. ſi familiæ. & in
l.ſi cogitatione.C. famil.erciſc.Bar.in d.§.duo fratres.quæ-
ſtio.xij. Corneus in conſ. ccxxviij. col.ij. & in conſ.clxxiij.
col.vij.lib.iiij. Decius in conſi.ccliiij.nu.2.communem te-
ſtatur Ripa in d. §.duo fratres.nu.95.verſ.retenta tamen. Et
eodem in loco Alciat.nume.36.ver.quod proximè,eandem
probauit. Et his accedunt Pariſius in conſ. xxxiiij. numero
22.lib.ij. Decianus in conſ.xlij.numero 154.& nume. 166.
lib.j.& hos ſecutus ſum in conſ.lxxxvij. nu.82.libro j. Quæ
ſentētia fulcitur eo tex.l.ſi fam.C.fam.erci.ſed melius & ſe-
2 cundo facit tex.l.ſi cogitatione.C. eo. vbi † voluntas patris
ſequenda eſt,quando inter filios hæreditatem diuiſit,ſingu-
lis aſſignādo portionem. Non ergo ſecuta aliqua euictione
portionis vnius alter cohæres tenetur,quia ſi teneretur,non
obſeruaretur voluntas teſtatoris.

3 Tertiò ſuffragatur,quod diuiſio † facta à teſtatore vim ha-
bet ſpecialis legati.l.quid ergo.la ij.§ vlt.de leg.j.& l. ex fa-
cto.ff.de hæredi.inſtit. Atqui hæres pro ſpeciali legato non
4 tenetur † de euictione.l.à ſubſtituto.§.j.de lega.j. Ergo nec
cohæres teneri debet pro euictione,ſecuta diuiſione facta à
teſtatore.

Nec hic repugnat conſideratio Ripæ in d.§. duo fratres.
nu.95.verſ. conſidera tu. Cùm dixit, rationem hanc veram
non eſſe,quia ea attenta cohæres non teneretur de euictione
etiā ope exceptionis,cum tū teneatur. l. cū pater.§.euictis.
de leg.ij. Nam reſpondetur, quod imò nec ope exceptionis
hoc caſu tenetur de euictione cohæres. Cum pater ſcienter
diuiſionem fecerit.

Nec repugnat tex.d.§.euictis,quia loquitur qū ſumus in
dubio;& pater æquè vni ac alteri prælegauit:atque ita colli-
gitur quod voluit filios eſſe omninò æquales. In caſu verò
noſtro teſtator aſſignando vni & alteri, ſeparatim eorū por-
tiones,cenſetur quoddammo ſpecialiter ſingulis prælegaſ-
ſe, & propterea locus non eſt actioni vel exceptioni pro
ſubſecuta euictione.

His intelligimus minus rectè ſenſiſſe Ripam in dict.§.duo
fratres.numero 95.verſicul. Ideo Raphael, qui ſecutus Co-
menſem contrariam opinionem aduerſus communem pro-
bauit.

Nam primum eius argumentum ductum ad §.euictis, nil
(vt demonſtrauimus) vrget.

Non etiam ſuffragatur ſecundum, dum dixit ipſe Ripa,
hæredem adeundo hæreditatem cenſeri approbaſſe diuiſio-
nem factā à defuncto,& eo modo quaſi diuiſiſſe & contra-
xiſſe.l.ex maleficiis. §. hæres. ff. de actio. & obli. Si itaque
ipſimet cohæredes diuiſiſſent,vnus alteri teneretur de eui-
ctione,vt dicemus infra, ſic pariter & diuiſione à teſtatore
5 facta. Nam reſpondetur cohæredes † cenſeri approbaſſe di-
uiſionem à defuncto factam, eo modo quo facta fuit : at ſic
facta diuiſio non admittit actionem pro ſecuta euictione,vt
demonſtrauimus. Ergo nec ipſi cohæredes ſua approba-
tione pro ea teneri voluerunt , atque ita Ripæ argumen-
tum retorquetur.

Nil etiam facit tertia eiuſdem Ripæ conſideratio & ar-
6 gumentatio,cum dixit,diuiſionem † factam à teſtatore vim
habere permutationis.l.ſi filia.§.ſi pater.ff famil.erciſc. At-
qui ob permutationem à teſtatore factam,cohæres de eui-
ctione tenetur. Ergo & ob diuiſionem. Nam ipſemet Ripa
reſpōdet. d.§.ſi pater,loqui in diuiſione omnium bonorum
ac etiam hæredis alieni. Reſponderi etiam poteſt,diuiſionē
7 hanc à patre factam cenſeri ſpecialis † prælegati vim habere
non autem permutationis,vt in ſpecie ſenſit Floria.in l.quæ
pater.nu.4.ff.famil.erciſ.& ob id (vt diximus ſuprà) non ad-
mittitur actio pro ſubſecuta euictio.

Declaratur primò hic caſus,vt locum non habeat, quā-
8 do † culpa ipſius hæredis res euicta fuit. Nam tunc agi po-
teſt de euictione. Ita Barto.in d. §.duo fratres.nu.27. addu-
ctus textu l.ſi pater famil.ff.famil.erciſc. vbi etiam annota-
uit Floria in fin.
Dubitat tamen Ripa in d.§.duo fratres.nu. 95. ver. retenta
tamen.

Declaratur ſecundò,vt non habeat locum,illis in caſibus
9 † in quibus pro legato ſpeciali hæres tenetur de euictione;
quos ſanè caſus enumerant Bart.in l.ſi domus.§.j.de lega. j.
& Baldus in l.cum alienam.C.de legatis. Ita declarant Ripa
& Alciat.in d.§.duo fratres.ille.nu.95.in fin.iſte.nu.38.ver-
ſi.vnde & generaliter. Nam hoc caſu ceſſat illa ratio ſpecia-
lis legati.

Declaratur tertiò, vt non procedat hic caſus, quando
10 † teſtator in diuiſione voluit præſtari ſingulis filiis & hære-
dibus ſuis ius integrum. Nam tunc voluit eſſe locum actio-
ni pro ſubſecuta actione. Ita declarat Alciatus in dict.§.duo
fratres.nume.36.ver.quod ſi ius integrum. Vnde (inquit Al-
ciatus

ciatus) teſtator qui rem pignorauit, cum eam legando vi-
deatur, non ſolùm ius, quod habet, reliquiſſe, ſed liberã le-
gatario dari velle. l. ſi res obligata. de lega. j. hæredem eui-
ctionis nomine obliga. d. l. ſi paterfam. ff. famil. erciſ. alio-
qui hæres non luendo in culpa eſſet.

11 Secundus eſt caſus, quando euictio ſecuta eſt facto † ip-
ſiuſmet cohæredis, à quo res fuit euicta; vel facto ſui aucto-
ris. Exempli gratia in caſu noſtro. Teſtator grauauit hære-
des ſuos, vt qui deceſſiſſet ſine filiis, partẽ ſuam alteri reſti-
tueret. Diuiſerunt hæredes hæreditatem; Deinde eorum
vnus deceſſit ſine filiis, ita quod euenit caſus reſtitutionis
fideicommiſſi, atque ita ab hæredibus huius defuncti ſine fi-
liis euincũtur bona hæc. Hac pro euictione nulla datur actio
illis hæredibus defuncti ſine filiis, ex quo ordinatione teſta-
toris & facto ſui anteceſſoris, dum ſine filiis deceſſit, factus
eſt locus euictioni. Quæ quidem euictio à Doctoribus ap-
pellatur ex natura rei, hoc eſt ob iniunctum fideicommiſ-
ſum ſubſecuta. Hanc ſententiam probarunt omnes. Ita ſanè
Bart. in d. l. qui Romæ. §. duo fratres. q. j. ff. de verb. obliga.
& ibidem Ripa nume. 43. Alex. in l. ſi res obligata. colum-
na vltim. & ibidem Iaſon nu. 23. de leg. j. idem Alex. in con-
ſi. xxj. nu. 6. lib. v. Ruinus in conſilio cxlvj. colum. ij. ver. ſed
præmiſſis. lib. j. Pariſius in conſ. lxxj. nu. 11. lib. iij. Alciatus
in d. §. duo fratres num. 36. ver. Cæterum illud quoque. Ber-
trandus in conſ. lxxxviij. nume. 2. lib. ij. & Franciſcus Bec. in
conſ. xxiiij. nu. 31.

Et idem ego ipſe reſpondi in conſ. lxxxvij. num. 80. lib. j.
Eſt aliud exemplum in bonis feudalibus. Si enim Princeps
conceſſit feudum fratrib. pro ſe & eorũ filiis maſculis, & eo-
rum vno decedente ſine maſculis, feudum vel alios fratres
ſuperſtites, vel ad dominum ipſum reuerteretur: & prædicti
fratres diuiſerint inter ſe feudum ipſum, & eorum vnus de-
ceſſerit relicta ſola filia, feudo deuoluto vel ad dominum,
vel ad fratres, nõ poterit filia illa pro ſubſecuta illa euictio-
ne agere cõtra patruos cũ euictio ſecuta dicatur ordinatio-
ne Principis atque ita natura ipſius rei. Ita gloſſ. & Baldus
in l. ſi familiæ. C. famil. erciſc. quos ſecutus ſum in d. conſ.
lxxxvij. nu. 78. vbi eiuſdem ſententiæ recenſui Bartolũ, Sali-
cetum, Caſtrenſem, Alexandrũ, Ruinum, Socinum Iuniorẽ,
& Tiraquellũ. Et his accedunt alij nonnulli congeſti à Frãc.
Beccio in d. conſ. xxiiij. nu. 32. & attigi ſ. in præſump. cxv. in
ſecundo caſu, in ſecunda extenſione. Et hanc quidem ſen-
tentiam probant Doct. tex. l. fundum meum. ff. de euict. &
l. licet. ff. de dote præleg.

Extenditur primò hic caſus, vt locum habeat etiam qñ
12 ipſi diuidentes inuicem promiſerunt † de euictione ſimpli-
citer. Nam adhuc ſecuta euictione hac ordinatione teſtato-
ris & Principis, atq; ita natura rei non datur actio. Ita tradũt
præcitati Doctores, & omnium apertius, Ruinus in conſil.
cxlvj. nu. 3. lib. j. Alciat. in d. §. duo fratres. nu. 37. & ibidem
Leonius nu. 213. alios retuli ſuperiore præſumptione in ſe-
cunda extenſione ſecundi caſus.

13 Eſt autem diuerſum, quando ſpecificè † & indiuiduo pro-
miſiſſent de euictione ex cauſa fideicommiſſi, vel bonorum
feudalium. l. ſi familiæ. ibi; nihil ſuper euictione rerum ſin-
gulis adiudicatarum ſpecialiter inter vos conuenit: & mani-
feſte Alcia. vbi ſup.

Extenditur ſecundò, vt procedat hic caſus etiam reſpectu
14 † pretij. Nec enim ad illud agere poteſt hæres, cui bona hæc
euicta fuerunt. Ita communem eſſe opinionem teſtatur Al-
ciatus in d. §. duo fratres. nume. 36. ad finem. verſicu. cenſuit
tamen. Et alios recenſet Franciſcus Beccius in conſi. xxiiij.
nume. 38.

Declaratur primò hic caſus, vt locum non habeat, quan-
do in diuiſione vni obtigiſſent bona omnia libera & allo-
dialia: alteri verò bona feudalia, vel fideicommiſſo ſuppoſi-
ta. Hoc ſane caſu, ſecuta euictione horum bonorum feuda-
15 lium, vel fideicommiſſo ſuppoſitorum actio † datur contra
cohæredem pro contingenti portione. Ita reſpondi in con-
ſi. lxxxvij. nume. 84. & nume. 85. lib. j. ex ſententia Guidi Su-
zariæ, Alexandri, & Alciati. Eiuſdem opinionis addo nunc
Franciſcum Beccium in conſ. xxiiij. num. 34. qui alios com-
memorat; addo etiam eundem Alciatum in d. §. duo fratres.
nu. 36. ver. vnde conſequens eſt; qui tamen intelligit, niſi ac-
cipiens bona feudalia, vel fideicommiſſo ſuppoſita, ea acce-
perit tamquam vtiliora bonis liberis, volueritq; eam vtili-
tatem, cum futuri euentus periculo compenſare. arg. l. de fi-
deicommiſſo. C. de tranſact.

Declaratur ſecundò, vt locum non habeat, quando diuiſio
16 facta fuit inter cohæredes, † qui ignorabãt bona ſuppoſita
eſſe fideicõmiſſo, vel feudalia. Ita tradunt prædicti Docto-
res omnes; & manifeſtius Alciatus in d. §. duo fratres. nume.
36. ver. rurſus non procedit, ſic etiam reſpondit alios plu-
res congerens Dec. in d. conſ. xxiiij. nu. 34.

Tertius eſt caſus, quando facta diuiſione bonorum inter
cohæredes, ſecuta eſt euictio alia ex cauſa, quàm ex ordina-
tione auctoris & facto eius cui ſit euicta; ſicque (vt vno ver-
17 bo dicam) ex † natura rei. Hoc ſane caſu actio cõtra cohære-
dem datur ei, cui res euicta fuit. Ita gloſſ. in l. hæredes. §.
item curare. ff. famil. erciſc. Baldus, Albericus, & Caſtre. in
l. ſi familiæ. C. famil. erciſc. Roman. in conſ. ccccclvij. col. ij.
Alex. in conſ. xxx. n. 7. lib. vj. Ripa in l. qui Romæ. §. duo fra-
tres. nu. 97. de verbo. obliga. & ibidem Alciatus nu. 35. So-
cinus Iunior in conſi. cxxix. nume. 14. & nume. 28. lib. iij. &
Franciſcus Beccius in conſ. xxiiij. nu. 9. Et hunc quidem ca-
ſum probat. l. ſi fratres C. communia vtriuſq; iud. Et accedit
ratio, quod diuiſio inter cohæredes vim permutationis ha-
18 bet. l. cum pater. §. hæreditatem. de leg. ij. Atqui in † permu-
tatione clarum eſt præſtari euictionem: ſicuti in contractu
emptionis. l. ſi permutationis. C. de euictio. Ita ergo & co-
hæres pro ſecuta euictione tenetur.

Extenditur hic caſus, vt locum etiam habeat, quando di-
19 uiſio † facta fuit à iudice. Nã ſecuta euictione, adhuc datur
actio contra cohæredem. Ita Ripa in d. §. duo fratres. nu. 96.
ver. amplia, & nu. 99. & ibidem Alciat. nu. 35. adducti textu.
l. ſi familiæ. C. famil. erciſc. & ratione illa, qua dicimus; fa-
ctum iudicis eſſe factum partis. l. ſi ob cauſam. C. de euictio.
& ſcripſi copioſè in commentariis: De recuperanda poſſeſ-
ſio. in remedio octauo. nu. 44.

Declaratur primò hic caſus, vt locum non habeat, quan-
20 do portio alterius cohæredis eſt in eadem † euictionis cau-
ſa. Ita Gulielmus, Baldus, & Caſtren. in l. ſi familiæ. C. famil.
erciſ. ſufficit enim quod portio alterius ſit in periculo eui-
ctionis: & ſi illa nondum eſt ſecuta. Et licet ille tertius, qui
poteſt euincere, non euincat; attamen hoc cedere debet lu-
cro cohæredis poſſeſſoris.

Cæterùm à prædictis diſſentiunt Salicetus in d. l. ſi fami-
liæ, & Ripa in d. §. duo fratres. nu. 98. ver. & forte verior eſt.
Ea ratione adducti ſunt, ꝙ fortuna debet eſſe communis, ſi-
cuti periculum commune eſt. Et ſufficit, quod ſuccurſum ſit
ex præſenti in euictiõis periculo, caſu quo ſequatur euictio.
l. hæredes. §. pen. ff. fam. erciſc. Has contrarias opniones di-
ſtinguendo conciliat Alci. in d. §. duo fratres. nu. 36. ver. ego
diſtinguendũ puto quod aut euictio in limine iudicij immi-
net, & tunc vera eſt Baldi ſententia; aut non imminet, & tunc
procedit Saliceti, & Ripę opinio. Quæ ſanè diſtinctio equi-
tati conſentanea, mihi etiam probatur.

Declaratur ſecundò, vt locũ non habeat hic caſus, quan-
21 do † cohæredes ſciebant rem diuidendam ſubiacere pericu-
lo euictionis. Nam tunc facta diuiſione, & ſecuta euictione,
nulla redditur actio ei, à quo res euicta fuit, contra cohære-
dem. Ita Bartolus in d. §. duo fratres. q. xj. nume. 25. & ibi-
dem Ripa nu. 99. & Alciatus. nu. 35. verſi. rurſus, non proce-
dit, & attigi ſupra in præcedenti caſu in ſecunda declaratio-
ne. Non enim ſcienter acquirenti rem ſuppoſitam euictioni
22 † actio pro ſecuta euictione redditur. l. ſi fratres. C. fami. er-
ciſ. & l. ſi fundum ſciens. C. de euictio. Et quia cohæredes ſic
ſcienter diuidentes, præſumuntur ſuſcepiſſe inuicem mutuũ
periculum, arg. l. de fideicommiſſo. C. de tranſact. & l. ſi pa-
ter puellæ. C. de inoff. teſta. Et hæc quidem declaratio locũ
habet etiam reſpectu pretij, quod non recuperat cohæres, à
quo fuit euicta res ab altero cohęrede pro eius portione. Ita
Bart. in d. §. duo fratres. nu. 25. & ibidem Ripa. nu. 99. verſic.
contrarium decidit, qui communem teſtatur. Et ibidem Al-
ciatus. numero 36. verſ. rurſus idem ſenſit Ruinus in conſil.
cxlvj. col. iij. ver. nec obſtat præmiſſis, lib. j. Nam & reſpectu
pretij militat eadem ratio, quod mutuum periculum ſuſce-
piſſe dicantur.

Nec repugnant argumenta Aretini à communi diſſen-
tientis, quia illis abundè ſatisfacit Ripa.

Decla-



Declaratur tertio, vt locum non habeat hic caſus, quan-
do actum eſſet, quod nullus ipſorũ cohæredum diuidẽrium
23 teneretur † de euictione. Nam tunc pro ſecuta euictione agi
non poteſt. Ita Ripa in d. §. duo fratres. nu. 100. & Alciatus
nume. 37. adducti tex. l. ſi familiæ. C. famil. erciſcund. Quam
declarationem intelligunt procedere etiam reſpectu pretij,
ex ſententia gl. in d. l. ſi familiæ, quam Doctores communi-
ter probarunt.

## PRAESVMP. CXIX.

Creditor conſentiendo rem ſibi obligatam alteri
pignorari, quando & quomedo præſumatur ius pi-
gnoris remiſiſſe.

### SVMMARIVM.

*1 Creditor ſecundus, cui pignus conſentiente primo obligatum eſt, illi ſe-
cum contendenti præfertur.*
*Quid autem ſit, ſi tertius aduerſus eum agat. nu. 2.*
*Et quid in muliere, iuri ſuæ hypothecæ renuntiante. nu. 3.*

CONTINGIT aliquando, vt debitor rem ob-
liget pignori primo creditori, deinde eo con-
ſentiente obliget ſecundo, quare dubitari cõ-
tingit, quomodo is primus creditor cõſenſiſſe
præſumatur, an ſcilicet, vt remittat ius pigno-
ris in totum, vel potius, vt efficiatur poſterior creditor? Mar
cianus in l. creditor, qui potior. §. vlt. ff. qui potio. in pignor.
habeant. reſpondit, facti quæſtionem eſſe.

Hic diſtinguendi ſunt duo caſus.

Primus eſt, quando eſt cõtentio inter primum & ſecun-
dum creditorem, quorum ſcilicet alter pręferri debeat? Hoc
1 caſu dicendum eſt, † ſecundum præferri primo, cum hic pri-
mus conſentiendo illi obligationi ad fauorem ſecundi, ius
ſuæ prioritatis remiſiſſe præſumatur. Ita paſſim admittunt
Doctores in d. §. vlt. & Neguſant. in tract. de pignorib. in ſe-
cundo membro quintæ partis principalis. nu. 30. verſi. deci-
moſexto fallit.

2 Secundus eſt caſus, quando eſt contentio cum aliis † pro
quibus conſenſus non fuit immediatè præſtitus. Hoc in caſu
Ioan. Andreæ in additio. ad Specul. in Rub. de obligationi-
bus & ſolutionibus columna prima. verſ. item cum debitor,
&c. dixit, quod ſi debitor, rem mihi obligatã ſine meo con-
ſenſu obligauit ſecundo, deinde eam meo conſenſu obli-
gauit tertio, dicor mihi præiudicaſſe etiam quoad illum
ſecundum, etſi pro eo conſenſum immediatè non præſti-
ti. Ita intelligit. l. Lucius. verſic. Paulus. ff. quibus modis pi-
gnus, vel hypoth. ſoluitur, quem textum ſic etiam intellexit
Bar. in d. l. creditor. §. vlt. quo dixi, creditorẽ ſic conſentien-
tem cenſeri remiſiſſe in totum ius pignoris.

Diſſentiunt tamen ab hac opinione nonnulli antiqui ab
ipſo Io. Andreæ commemorati, quorum conſiderationes il-
le reijcit.

Declaratur hic caſus, vt locum non habeat in mulierè, cui
3 etſi beneficio S. C. Velleiani ſuccurritur, ſi iuri † ſuæ hypo-
thecæ renuntiauit: attamen reſtringitur illud beneficiũ quo
ad perſonas, pro quibus immediatè conſenſit & renuntia-
uit. Ita probat. l. Iubemus. C. ad Velleia. quam ſic intellexit
Bartolus in dicto §. vltimo. & declarauit manifeſtè Ioannes
Andreæ præcitato in loco. & Baldus in dicta l. Iubemus. Idẽ
reſpondit Decius in conſilio ccclxxix. nume. 6. & in conſil.
cccccl. nu. 9. dum dixit in caſu d. l. Iubemus non admitti ex-
tenſionem remiſſionis & renuntiationis ſui iuris, de perſona
ad perſonã, quia renuntiare ſtricti iuris eſt, & egregie decla-
rando dicta l. Iubemus, reſponderunt Socin. Sen. in conſilio
cc. columna ſecunda. libro ſecundo. & Ruin. in conſilio ccx.
nu. 3. & 4. lib. j.

## PRAESVMP. CXX.

Pignoris & hypothecæ diuiſionem eo modo inter
creditores factam præſumi, quo & ſors ipſa princi-
palis diuiſa fuit.

### SVMMARIVM.

*1 Reditus & penſiones quomodo diuidunt emptores, eodem etiam diuide-
re præſumuntur res pignori vel hypothecæ obligatas.*
*Quid autem ſi tot non ſufficiant. nu. 2.*
*3 Pignus tanquam ſortis acceſſorium, illius naturam ſequitur.*
*4 Vſuræ ſortis ſunt acceſſoriæ.*

1 CVM plures emptores inter ſe paciſcũtur de di-
uidendis † reditibus & penſionibus rei à ſe em-
ptæ, vt puta, quod vnus primi, alter ſecundi, ter
tius tertij anni reditus & penſiones conſequa-
tur, coniectura ducitur, quod eodem modo &
ordine, diuidere voluerint res pignori vel hypothecæ obli-
gatas, ſi tot extant, quæ pro omnibus ſufficere poſſint: ſi verò
2 † non ſufficiũt, præſumitur cõuentum, quod ſint prius obli-
gata ei, cui primò ſors ipſa principalis ſolui debet. Ita reſpõ-
dit Paulus in l. inſulam. ff. qui potio. in pigno. habea. quo lo-
3 ci Bartolus in fine ſenſit rationem eſſe, quia † pignus tanquã
acceſſorium ſortis principalis, ſequi debet illius naturam &
modum. Confert l. Lucius. ff. eo. qui potio. in pigno. hab. vbi
4 prior in ſorte cenſetur etiam prior in vſuris, † & quæ ſunt ac
ceſſoriæ ipſius ſortis.

## PRAESVMP. CXXI.

Creditor primus, quando iure ſui crediti præſuma-
tur emiſſe rem pignoratam, vel hypothecatam, ne
ſecundus creditor offerre ei poſſit.

### SVMMARIVM.

*1 Creditor poſterior, offerre poteſt priori, & pignus vel hypothecam con-
ſequi.*
*Idque locum habet, etſi priori in ſolutum datum ſit, vel venditum à de-
bitore, nu. 2.*
*Idem ſi primus creditor qui in ſolutum accepit vel à debitore emit, ven-
didiſſet alteri. nu. 3.*
*Et demum ſi debitor vendidiſſet alteri, vt ex ea pecunia primo ſoluere-
tur. nu. 4.*
*5 Creditore primo vendente bona hypothecata extraneo emptori, iure ſui
crediti, creditor ſecundus, emptori offerre non poteſt.*
*6 Creditore primo, vendente creditori ſecundo, poteſt illi offerre tertius.*
*7 Perſonam duorum ſuſtinere quis an poſſit. nu. 11.*
*8 Probationem contrariam lex in præſumptione iuris & de iure reijcit.*
*9 Præſumptionem iuris & de iure, tunc demum dici, quando dictum fuit
contrarium probari non poſſe.*
*10 Creditorem tanquam extraneum emere poſſe, lex non prohibet.*
*12 Legatum cum dote compenſare voluiſſe, vnde colligatur mariti animus.*

CVM duobus creditoribus res pignori data, vel
hypothecata fuit, iure conceſſum eſt ſecundo
poſteriori, offerre primo creditori creditum
1 ſuum, & rem † pignoratam vel hypothecatam,
luere, & conſequi. l. potior. §. vlti. ff. qui potio. in pigno. ha-
beantur. & l. j. C. eodem. Quæ ſentẽtia & iuris regula locum
2 habet, etiam ſi debitor † ipſi priori creditori pro eius credi-
to rem ipſam hypothecatam dedit in ſolutum, vel vendidit.
Nam adhuc ſecundus creditor poteſt offerre primo. l. pri-
ma. §. cum autem. C. ſi antiq. cred. diſt. vbi Salicetus, & ſcri-
bunt Neguſan. in tracta. de pigno. in iij. memb. quintæ part.
princip. nume. 1.

Et ratio eſt ſecundum Neguſantium ibidem. num. 2. quia
ſicuti ſi debitor rem hypothecatam alteri extraneo alienaſ-
ſet: ſalua eſſet hypotheca aduerſus tertium illum: ex quo
tranſit cum ſuo onere. l. ſi debitor. C. de diſtract. pigno. Ita
& quando vendit, vel dat in ſolutum primo creditori, rema-
nere debet ſalua hypotheca ſecundo creditori, atque ita ius
offerendi: quemadmodum hanc æquiparationem facit d. l. j.
C. ſi antiquior creditor.

Habet etiam locum hæc ſententia, quando ille primus
3 creditor † qui accepit in ſolutum, vel emit à debitore, alteri
poſtea vendidit. Nam & huic emptori offerre poterit ſecun-
dus creditor. Ita Neguſant. præcitato in loco. numer. 2. ver-
ſicul. ſecundo amplia. Et demum procedit locumque ſibi

vendicat traditio hæc, quando debitor vendidiſſet rem hy-
4 pothecatam alteri,†vel obligaſſet, vt ex illa pecunia, ſolue-
ret ipſi primo creditori, & poſtea ſoluiſſet. Nam adhuc ſe-
cundus creditor offerre poterit illi emptori, vel creditori,
Ita probat.l.cum prior.ff.de diſtract.pigno.& tradit Negu-
ſan.in loco ſupra allegato.nu.3.verſi.tertio amplia,quo loci
diſſoluit dubitationem quandam.

Cæterùm ſententia hæc & iuris regula ceſſat, & locũ non
5 habet,quando primus†creditor venderet bona hypotheca-
ta iure crediti ſui extraneo emptori. Nam tunc ſecũdus cre-
ditor offerre non poteſt illi emptori. Ita ſancitum eſt in l.
prima.C.ſi antiq.creditor.quo loci conſtituitur differentia
inter extraneum ementem à creditore ipſo primo,& ipſum-
met creditorem ementem,vel inſolutum recipientem.Cùm
enim primus creditor emit vel inſolutum accipit,poteſt (vt
diximus ſupra in prima extenſione) ſecundus creditor offer-
re,cum verò extraneus emit,offerri ei non poteſt. Rationem
differentiæ affert poſt alios Neguſan.in loco præallegato.
numero quarto.verſicu.tamen in hoc, quod quando primus
creditor vendit iure creditoris, transfert in emptorem do-
minium non affectum, quia ipſe creditor tempore contra-
ctæ hypothecæ habuit ab ipſo debitore licentiam & ius a-
lienandi.l.ſi conuenerit.ff.de pignor.actio. Et ideo venden-
do,reſolutum fuit omne ius ſecundi creditoris. & perinde
eſt ac ſi res illa nunquã ei fuiſſet obligata, quia licentia ven-
dendi præceſſit obligationem ipſius ſecundi creditoris: ob
id reſoluto iure datoris, hoc eſt ipſius debitoris, reſolutum
cenſetur ius ipſius acceptoris, nempe ſecundi creditoris,l.
vbi.§.ſed Marcellus.ff.de in diem adiect. & l.lex vectigali.
ff.de pigno. Sed diuerſum eſt, quando debitor ipſe vendit,
vel in ſolutum dat ipſi primo creditori, vel alteri. Nam tunc
transfert dominium iam affectum hypotheca ſecundi credi-
toris,quæ per dictam venditionem non reſoluitur,quia ipſi
debitori data non fuerat à ſecundo creditore alienãdi licen-
tia,prout data fuit à debitore primo creditori.

Cæterùm declaratio hæc reſtringitur à Neguſantio præ-
citato in loco ſeptem modis,inter quos extat ſecundus, qui
6 ad rem noſtram pertinet, quando ſcilicet primus † creditor
venderet alteri creditori puta ſecundò. Nam huic ſecundo
offerre poterit tertius, imò etiam ipſemet debitor. Ita re-
ſpondit Marcianus in l.cum vnus.§.primo.ff. de diſtractio.
pigno.cuius verba hæc ſunt. Si ſecundus creditor, vel fide-
iuſſor,ſoluta pecunia,pignora ſuſceperint, rectè eis offertur,
quamuis emptionis titulo ea tenuerunt. Et in l.ſubſequenti
ſic ſubiunxit Modeſtinus. Cum poſterior creditor à priore
pignus emit;non tam acquirendi dominij,quam ſeruãdi pi-
gnoris ſui cauſa, intelligitur pecuniam dediſſe. Et ideo of-
ferri ei à debitore poteſt. Hic Modeſtinus manifeſtam attu-
lit rationem,quare cum ſecundus iſte creditor emit à prio-
re,offerri ei poſſit,vel à tertio creditore, vel ab ipſomet de-
bitore,quia ſcilicet creditor iſte ſic emens præſumitur non
tanquam extraneus emere, ſed vt creditor conſeruandi pi-
gnoris ſui cauſa,atque ita lex hunc creditorem ſic emẽtem,
habet vt creditorem adhuc,nõ vt extraneum emptorem. Et
hanc præſumptionem à Modeſtino conſideratam eſſe iuris
& de iure exiſtimauit eruditiſſ. Vincen.Franc.in deciſi.lxix.
nume.7.tum quia in ea præſumptione lex ſe fundat, tum e-
tiam quia gloſſ.l.j.C.de dolo à Baldo & aliis recepta hoc af-
firmauit. Et comprobari poteſt ex eo, quod idem Francus
in d.deciſ.lxix.numer.11.legem non admittere, vt creditor
poſſit emere vt extraneus; ex quo non poteſt quis ſuſtinere
7 †perſonam duorum.iuxta c.ſi quis iuſto.§.j.de elect.in vj.ſi
ergo non poteſt creditor emere vt extraneus,neceſſario con
ſequitur quod dicitur emere,vt creditor.

Crediderim verius,eſſe præſumptionẽ iuris tantùm. Non
enim Modeſtinus in dicta l.cum poſterior,reiecit probatio-
nem contrariam,ſicuti reiicere ſolet lex,quando ſtatuit ali-
quam eſſe præſumptionem iuris & de iure, ſicuti ſancitum
fuit in l.ſi qui adulterij.C.ad legem Iul.de adult.in auth.ſed
iam neceſſe.C.de dona.ante nup.& in capit.is, qui fidem.de
ſponſa.& alibi ſæpe.

Et ideo permulti quos retuli ſupra in libro j.quæſtio.iij.
numero 20.ſcripſerunt,quod tunc demum dicitur præſum-
8 ptio iuris & de iure,†quando dictum fuit quod contrarium
probari non poſſit.

Nec repugnat quod æquiparẽtur in hac materia creditor iſte ſecundus, & fideiuſſor debitoris, d.l.cum ſecundus.§.j. At in fideiuſſore emente eſt præſumptio iuris, & de iure, vt inquit gl.in l.j.C.de dolo,& ibi Bal.Salice.& Corneus eam manifeſtè probant. Ergo & in ſecundo creditore emẽte præſumptio eſt iuris,& de iure.

Nam reſponderi poſſe exiſtimo,æquiparationem factam eſſe,à Marciano in dicta l.cum ſecundus.§.primo.reſpectu tertij creditoris,vt ſicuti is offerre poteſt ſecundo creditori,qui emit:ſic etiam poſſit offerre fideiuſſori ipſius debitoris. In ſecundo creditore eſt ratio,à Modeſtino conſiderata: quia emiſſe præſumitur cauſa conſeruandi ius ſui pignoris. In fideiuſſore verè eſt ratio,quia præſumitur emiſſe nomine debitoris ſui principalis,pro quo interceſſit:atque ita videtur quædam reluitio:ſicuti quando primus creditor vendit hæredi debitoris,contra quem datur hypothecaria, iuxta egregiam traditionem gloſſæ,& Caſtren.in l.ſecunda. C. de repud.hæred.probatam à Neguſant.in loco ſupra allegato. numero quinto.verſicul.quinto reſtringitur. Et hoc in caſu cum res agatur inter tertium creditorem,& ipſum fideiuſſorem,conſiderari non poteſt ratio illa fidei ruptæ à fideiuſſore ſuo principali,quam conſiderarunt Imp.Seuerus, & Antoninus in dicta l.prima.C.de dolo. vbi res agebatur inter debitorem,& ſuum fideiuſſorem:qui in detrimentum ipſius debitoris,emerat à creditore. Et ſtatuerunt ipſi Imp.fideiuſſorem ipſum,oblata ſibi ſorte, & vſuris, rem emptam reſtituere debere ipſi debitori, ſuoque principali, ne dicatur fidem rupiſſe. Cum enim pro ipſo debitore interceſſerit fideiuſſor,tacitè promiſiſſe dicitur de ſoluendo pro eo, & luendo pignore:ſi ergo emit pignus ſuo nomine, & recuſat reſtituere non modo eſt præſumptio iuris,& de iure:ſed etiam certitudo,quod fidem fregerit. Non etiam vrget conſideratio illa,dum ex c.ſi quis iuſto.§.j.de elect.in ſexto dixi, non poſſe creditorem ſuſtinere perſonam duorum, nempè creditoris,& extranei.

Nam reſpondetur caſum dicti capitu.ſi quis iuſto.§.pri-
mo,non poſſe caſui noſtro adaptari. Nam in caſu dicti §.j.
procurator ille fecerat duas electiones, vnam procuratorio
nomine,alteram proprio. Noſtro in caſu non duæ, ſed vna
tantum emptio facta eſt à creditore: ſed dubitatur, an eam
fecerit tanquam creditor, vel tanquam extraneus. Nec lex
10 prohibet,quin creditor poſſit,† tanquam extraneus emere,
ſicuti in ſpecie ſenſit Fulgoſius in l.ſecunda.ff.de diſtract.
pig.dum dixit, quod in caſu dict.l.ſecundæ.ille fuit admiſ-
ſus tanquam creditor, non autem tanquam extraneus: Hic
fruſtra dubitaſſet Fulgoſius, an vt creditor, vel vt extraneus
fuiſſet admiſſus, ſi admiſſio à lege prohibita eſſet. Et quod
11 quis ſuſtinere†poſſit perſonam duorum in conficiendo a-
ctum conſtat illo exemplo, quando iudex quis eſſe poteſt
vt ordinarius, & vt delegatus, & dubitatur an de cauſa co-
gnouerit,& ſententiam tulerit, vt ordinarius, vel vt delega-
tus:vt ſcripſi ſuperiore libro, in præſumption.decimaſepti-
ma. Ita quoque ſcripſi in præſumptio.ſeptuageſimaſeptima.
dubitari conſueuiſſe,qua ex perſona, is, qui potuit proferre
laudum tanquam arbiter,vel tanquam arbitrator,illud pro-
nuntiauerit. Et prætereà rationes illius caſus dicto capitul.ſi
quis iuſto.§.primo.non conueniunt caſui noſtro. Non enim
adaptatur prima illa ratio,quam communem eſſe dixit eru-
ditiſſimus Ludouicus Melina.in libro ſecundo de Hiſpano-
rum primogen.capit.quinto.numero 51. quod ſcilicet ele-
ctio,de qua loquitur dictum cap.ſi quis iuſto.§.primo. fieri
debet de meliore. Duo ergo eligi non poſſunt,cum vnus tan
tùm melior ſit. Hæc ratio, vt manifeſtè patet, non conuenit
huic caſui noſtro. Non etiam adaptatur ſecunda ratio, quæ
fuit Archid.ibi, & Molinæ in dicto capitul.quinto.numero
52.quod cùm electio etiam ſi nomine duorum fiat,ex vnico
tamen conſenſu procedit:ob id incerta eſt, & conſequenter
iure non valet. Hæc ſanè ratio nec caſui noſtro cõuenit, tum
etiam quia emptio facta à creditore non reddatur nulla, &
ſi certum non ſit, ex cuius perſona creditor ille emerit. Eſt
itaque dicendum,præſumptionem,de qua apud Marcianum
in dicta l.cum poſterior.eſſe præſumptionem iuris tantum.
Et Albericus in dicta l.cum ſecundus. Et hæc quidem iuris
præſumptio multò magis locum habet, quando concurrit
aliquod aliud ſignum, quo demõſtretur, creditorem emiſſe
tanquam



tanquam creditorem,non autem tanquam extraneum. Sicu-
ti euenit in caſu Franchi, in d.deci.lxix.vbi numero 5.rectè,
& acutè conſiderauit,creditorẽ illum emiſſe vt creditorem,
quia vna cum aliis creditoribus vendidit bona illa debito-
ris. Et quia ille creditor obtulit in illorum bonorum licita-
tione tantum pretij, vt ſatisfactis cæteris anterioribus cre-
ditoribus, remaneret tanta quantitas, quantam ferebat eius
creditum. Quam coniecturam rectè probauit Francus au-
ctoritate Crauet.in conſilio centeſimoquadrageſimonono.
numero quinto.verſicul.ſecundo.coniectura, qui reſpondit
animum teſtatoris compenſandi legatum vxori factum cum
12 eius dote † colligi ex coniectura, quando tanta eſt dotis
quantitas quanta eſt legati, atque ita datur conuenientia
quantitatum. Et præter Crauettam, coniecturam hanc in
ſpecie compenſationis fecerunt, & alij, quos congeſſi in
conſilio quinquageſimoſexto. numero vigeſimoquinto. li-
bro primo.& alios commemorabo in ſubſequenti libro, in
præſumptio. octuageſimaquinta. vbi explicabimus conie-
cturas,quibus colligi poteſt teſtatorem animo compenſan-
di legare voluiſſe ſuis creditoribus. Extabat, & alia conie-
ctura in Caſu Franchi,vt ipſe refert numero quinto.verſicu.
& re vera, quod ille creditor voluit ſentire aliquod detri-
mentum, non percipiendo fructus bonorum emptorum,
quod non alia de cauſa præſumitur feciſſe, quàm quia cu-
piebat conſequi bona cauſa ſui crediti, Exiſtimans ſibi ſatis
conſultum,ſi ſortem ipſam ſaluam faceret. Quocircà iure
ac optimè deciſum fuit ab ampliſſimo illo conſilio Neapo-
litano,creditorem illum emiſſe tanquam creditorem, & ob
id à poſteriore offerri ei potuiſſe.

## PRAESVMP. CXXII.

Pignoris,& hypothecæ contractus vſurarius,& ſimulatus,vel emptionis, & venditionis, an & quando præſumatur.

### SVMMARIVM.

*1 Simulationem in contractu quatuor modis conſiderari.*
*2 Contractus ſui natura,nec ſimulatus præſumitur,nec vſurarius.*
*3 Vſurarius contractus lege diuina,& humana damnatur.*
*4 Inſtrumentum publicè confectum,veritatis habet præſumptionem.*
*5 Vſurarius contractus quando potius quam iuſtus præſumatur.*
*Et quæ præſumptiones ea requiruntur.nu.6.*
*7 Vſurarium,& fœneraticium contractum detegendum, vna non ſufficit præſumptio.Immo quòd nec duæ.nu.32.*
*8 Pretium quod paruum dicatur,aut modicum ad cõtractum ſimulatum detegendum,iudicis eſt arbitrari.*
*9 Pactum de reuendendo,rem minoris facit valoris.*
*10 Pactum de reuendendo,non emptionem,& venditionem,ſed pignus contractum arguit.*
*11 Pactum de retrouendendo iuſtum eſſe, & diuina humanaq; lege permiſſum.nu.13.*
*12 Pacto de retrouendendo,quando non præſumatur contractus fœneratitius,etiam aliqua læſione interueniente.nu.14.*
*Et quid ſi nec fraus interueniat nec læſio.nu.16.*
*15 Vſurarium inter contractum, & contractum illicitum, non tamen fœneratitium,differentia eſt.*
*17 Pacto de reuendendo in voluntatem vel emptoris vel venditoris collato, emptor ſemper facit fructus ſuos.*
*18 Feneratitius contractus præſumitur,fraude,dolo,ſimulatione,vere vel ficte vnà cum læſione interueniente.*
*19 Simulatio in contractu, quando verè dicatur interueniſſe, & quando ficte.nu.20.ſecundum Cæpollam.*
*23 Feneratitius dicitur contractus fraude, dolo, ſimulationeq; ex parte vtriuſque interueniente, etſi in pretio nulla commiſſa ſit deceptio.*
*Et quid ſi de dolo,fraude,aut ſimulatione dubitetur,appareat tamẽ venditorem læſum eſſe in tribus.nu.24.*
*Et quid ſi in duobus tantum.nu.25.*
*Vel in vno tantum, læſio tamen eſt minus dimidia iuſti pretij.numero 26.*
*Et quid ſi eſt propè iuſti pretij dimidiam.nu.27.*
*Aut ſi eſt vltra vel citra dimidiam.nu.28.*
*29 Fœneratitius præſumitur contractus, læſione vltra dimidiam interueniente,cum pacto de reuendendo facto ab eo qui ſolitus ſit fœnerari.*
*Et quid ſi ſola læſio vltra dimidiam,cum pacto de reuendendo interueniat,vbi recenſentur opiniones.nu.30.31.& 40.*
*33 Contractus præſumi talis debet,qualem eius prima oſtendit facies.*
*34 Expreſſum ſatis dicitur, quod ex coniecturis à lege probatis colligitur.*
*35 Inſtrumento ſtandum in dubio.*
*36 Contractus illicitus,& à lege reprobatus dici non debet, niſi manifeſte appareat.*
*37 Pretij tenuitas non arguit contractum fœneraticium.*
*Et quod ad præſumendum dolum,ſola non ſufficiat,nu.38.*
*39 Reſtituere verbum,mutuum vel pignus,non venditionem inferre.*
*41 Ruſticus,& mulier,an ſic ignari,& ſimplices ſint, vel nil de ipſis mali poſſit ſuſpicari,iudex arbitrabitur.*
*42 Datio inſolutum,vim obtinet venditionis.*
*Et in ea non facile præſumi fœnus.nu.43.*
*44 Vſurarius,& fœneratitius contractus cenſetur factus ab ijs,quos lex animum non contrahendi habuiſſe præſumit.*
*45 Simulationem ad detegendam animus declaratur, ex tractatis ante contractum.*
*Niſi tamen contrarium expreſſe conſtet.nu.48.*
*46 Inſtrumenta ex interuallo facta,maiorem arguere ſuſpicionem.*
*47 Aſſecurari ſuper bonis,quem contractum ſignificet.*
*49 Vſurarius præſumitur contractus ob læſionem prouenientem ex quantitate penſionis,pendente tempore de reuendendo.*
*50 Reditus centum aureorum quis ſit.*
*51 Reditus tot eſſe debent,vt 20.annis ſortem æquent.*
*52 Vſurarius contractus arguitur,ex læſione in pretij quantitate, cum pacto de reuendendo.*
*53 Vſura id omne eſt,quod ſorti accedit.*
*54 Lactare ſuum nemo præſumitur.*
*55 Vſurarium contractum arguit,ſi plus ex venditione ſecũda percipitur, quam illud ſit,quod non in pecunia,ſed alia re ſolutum ſit.*
*56 Vſura eſt,rem meliorem pro deteriore recipere.*
*57 Vſurarius præſumitur contractus,ſi in pacto de reuendendo impẽſa quæ ad emptorem ſpectet, & locatorem, imponatur venditori & conductori.*
*Niſi tamen quid iuſto pretio plus numeretur.nu.59.*
*Aut in ea regione ſic conſuetum ſit paciſci.nu.60.*
*58 Inſtrumentorum impenſam,is qui acquirit,ſoluere debet.*
*61 Vſurarium contractum arguit,res pro parte vendita, pro parte donata, nulla donationis iuſta cauſa ſubſiſtente.*
*Et quod nec iuramentum adhibitum aliquid operetur.nu.62.*
*63 Fœnus exercere,qui non erubeſcit,nec etiam peierare erubeſcet.*
*64 Vſurarium contractum,arguunt etiam verba in pacto de reuendendo appoſita.*
*65 Pacta inſolita, & contra naturam contractus, ſimulationem arguunt.*
*66 Liuellarius non proprietatem,ſed vtile dominium vendere dicitur.*
*67 Clauſulæ inſolitæ in contractu, eundem arguunt vſurarium. Requiri tamen,vt aliæ præſumptiones concurrant ad detegendam ſimulationem.nu.69.*
*68 Pacta reprobata arguere ſimulationem, & quod idem ſit vt inſolitis.*
*69 Vſurarius præſumitur contractus,ſi cum pacto de reuendendo adiectum ſit ab emptore, vt, niſi vſque ad certum tempus, non diſſolueretur.*
*Quæ tamen præſumptio aliarum indiget adminiculo. numero 70.*
*Excepta venditione cenſuum,& redituum annuorum vbi ſola ſufficeret.nume.71.*
*72 Vſurarius arguitur contractus,ſi cum pacto de reuendendo adiectum ſit, vſque ad certum tempus,poſſit venditor redimere.*
*Et quid de pacto,vt poſt certum tempus liceat venditori,ſi velit redimere.nume.73.*
*74 Fundum tradente venditore cum pacto, vt ei locetur in perpetuum, & quod vſque ad decennium vel perpetuum poſſit redimere,ſimulatio præſumitur.*
*75 Ementes rem cum pacto de reuendendo,cur impenſas,& melioramenta in re non faciant.*
*76 Pactum de reuendendo fieri ad certum tempus,melius eſſe quam perpetuo.*
*77 Simulatio contractus præſumitur, ſi pactum inter contrahentes ſit, vt*

*quandocunque pretium venditor reſtituat,rem reddat emptor.*
78 *Reſtitutio,magis ad mutuum,quam ad venditionem accedit.*
79 *Pacta claudicantia veluti omnia ad fauorem emptoris adiecta,contractum ſimulatum arguunt,& fœneratitium.*
*Eam tamen coniecturam ſolam non ſufficere.nu.80.*
81 *Venditore aſſerente ſe centum aureis indigere quos ſi emptor numeret, ſe venditurum fundum cum pacto de reuendendo,eligendum ex multis ab emptore,ſimulationis eſt præſumptio.*
*Idem ſi emptor verum pretium numerare velit, venditor autem leuem ſummam tantum petat.nu.82.*
83 *Pretio iuſto vendere velle,immo pluris potius quam minoris quis præſumitur.*
84 *Pretij tenuitas contractum arguit ſimulatum,& vſurarium.*
85 *Emptore rem emptam videre non curante,ſed ſimpliciter reconcedente nomine liuelli vel locationis ipſi venditori, ſimulationis eſt præſumptio.*
*Quæ tamen ſola non ſufficeret ad detectionem.nu.86.*
87 *Emptor veriſimiliter emere non præſumitur,qui ſimilia prædia vendit.*
*Quæ tamen præſumptio leuis eſt,niſi aliæ concurrant.nu.89.*
88 *Contraria agere incontinenti nemo præſumitur.*
90 *Venditio clam,& occulte facta cum pacto redimendi, & conceſſione locationis aut liuelli,præſumitur ſimulata,& fœneratitia.*
*Niſi iuſta de cauſa id fiat.nu.93.*
91 *Actionum ceſſio clam facta,præſumitur ſimulata.*
92 *Donatio facta clam ab eo,qui poſt deliquit,in fraudem fiſci facta præſumitur.*
94 *Inſtrumentum diu occultatum præſumi ſimulatum.*
95 *Loci qualitas contractum ſimulatum nonnunquam arguit. Non tamen ſola hæc præſumptio ſufficit ad detegendum contractũ vſurarium. numero 97.*
*Et quando ceſſet illa præſumptio.nu.98.& 99.*
96 *Actum id præſumitur in dubio,quod eo loci fieri conſueuit.*
100 *Fœneratitius contractus præſumitur,cum pacto de reuendendo factus, ab eo qui conſueuit contractus ſimiles facere.*
*Debere tamen concurrere alias coniecturas.nu.104.*
101 *Facti qualitas,ſecundum qualitatem perſonæ facientis interpretatur & præſumitur.*
102 *Bonum à bono,malum à malo factum præſumitur.*
103 *Malus ſemel,in eodem genere mali ſemper præſumitur talis.*
105 *Contractus factus ab vſurario,facile præſumitur vſurarius alijs coniecturis accedentibus.*
*Ad detegendum tamen ſimulationem ſolum non ſufficere, neque & ſi cum pacto de reuendendo.nu.108.*
*Idque præſertim,ſi per quendam circuitum emat.nu.106.*
107 *Rem fœneratitiam,ſicut & furtiuam,emere non eſt permiſſum.*
109 *Simulationis,& fœnoris ſuſpitio in probo viro ceſſat.*
110 *Venditore in poſſeſſione rei venditæ permanente,ſimulationis eſt præſumptio.*
*Namque iuris eſſe ſecundum Io.And.nu.111.*
112 *Venditio modico tempore durans,ſimulata præſumitur, & vſuraria: ſi tamen ita expreſſe actum ſit,vt modico tempore duret. numero 114.*
113 *Venditiones fieri ſolent,vt res perpetuo ſit penes emptorem.*
115 *Vſurarij contractus præſumptionem facit,modus ab emptionis aut venditionis contractu,recedendi.*
116 *Inſolita ſuſpitionem arguunt.*
117 *Fœneratitij contractus præſumptiones,quomodo purgentur.*

POSTEAQVAM de præſumptionibus & coniecturis, quæ verſantur circa contractum pignoris,& hypothecæ,differere cœpimus, viſum eſt ad rem pertinere,ſi nunc explicemus,an & quando pignoris,& hypothecæ cõtractus ſimulatus,& vſurarius, vel verus emptionis, & venditionis præſumatur? Quam diſputationem valde vtilem,& in foro frequentiſſimam, vt dilucidè abſoluam: præmittenda ſunt prius aliqua: illud pri-
1 mùm:ſimulationem in contractu† conſiderari quatuor mo-
dis. Sicuti poſt Barto.in conſi.lxv.Petrus Nicolæ.libr.j.tradit Afflict.in cap.j.in princip.nume.11.de feudo dato in vicem legis commiſs.inter quos primus eſt,qui ad rem noſtrã pertinet: quando ſcilicet in veritate agitur, vt vnus contractus, hoc eſt, pignus celebretur, & tamen alius nempe emptionis,& venditionis ſimulatur celebrari. De hac ſimulatione nunc dicemus: de aliis verò in ſubſequentibus præ-
2 ſumptionibus. Præmitto ſecundò, contractum † ſui natura
non præſumi ſimulatum,& vſurarium:ſicuti ſcripſerunt Bartol.in dicto conſil.lxv.columna ſecunda.verſicu.ſed ad hoc. libro primo.Bald.in l.rogaſti.§.ſi tibi.in fin.ff.ſi certum petatur.vbi Dec.numero 6.& alij multi,quos congeſſi in conſilio cix.numero 3.libro ij.& in conſi.cccxliij.nu.1.lib.iiij. Et ratio huius ſententiæ illa eſt, quia contractus vſurarius
3 †lege diuina,& humana damnatur:& ob id, qui ſic cõtrahit,
peccat,& delinquit; quod ſanè delictum non præſumitur.l. meritò.ff.pro ſocio. Et tãto magis hoc locum habet, quan-
4 do publicè confectum fuit † inſtrumentum, quod præſum-
ptionem veritatis habere dicitur,vt reſpondi in dicto conſi-
5 lio cccxliij.numero 2.Porrò†quando aliqua extat præſum-
ptio,& coniectura, & agitur de ſolo animæ periculo, contractus præſumitur potius vſurarius quàm iuſtus.Ita intelligo Geminia.in conſilio xvj.columna iij.verſic.prætereà. & in conſilio cxij.in fine.& alios,quos commemoraui in conſilio cix.numero 24.lib.ij.Et illis accedit Natta in conſilio cxcviij.numero 21.libro j.Ita pariter quando extant coniecturæ,& præſumptiones iudicatur contractus ſimulatus, & vſurarius ad commodum, & vtilitatem læſi atque decepti, ſicut ſcripſi in dicto conſilio cix.nume.7.& in dicto conſil. cccxliij.numero 19.Verùm ambigitur,quales eſſe debeant hæ præſumptiones, & coniecturæ? Aliqui ſcripſerunt, eſſe oportere vrgentes.Ita Caſtrenſ.in conſilio lxxiiij. In cauſa mota contra domin.Dorotheam libro ij.Cæpolla in Tract. de ſimulatione contractuum.nume.90.verſi.ſi verò probari non poſſet,& Iaſon in l.ſi quis ex argentariis.§. Prætor ait. numero 26.ff.de edend. Aliqui verò opinati ſunt, ſufficere etiam leues.ſic ſibi parum conſtans reſpondit idem Caſtrẽ. in conſilio cix.Viſa petitione.columna ſecunda. in princip. libro ij.& idem cenſuit Natta in conſilio cxcviij.nume.16.
6 libro j.Alij verò,quos ſequor,hoc†iudicis arbitrio tribuũt.
Ita poſt alios ſcripſi in lib.ij.de arbit.iudicum.caſu ccxlvij. & in ſpecie reſponderunt Decianus in conſil.ij.nume.2.lib. j.& Hierony.Gabriel in conſi.lxxiiij.nu.5.libr.j.Præmitto, & tertiò,vnam ſolam præſumptionem,& cõiecturam ad de-
7 tegendum † contractum vſurarium, & fœneratitium non
ſufficere,ſed duæ,ſecundum aliquos,vel tres ex aliorum opinione neceſſariæ ſunt,Alij verè dixerunt, eſſe hoc iudici arbitrarium.Ita tradunt Cœpolla in dicto tractat. de ſimulatione contractuum.numero 108. in quinta concluſione in nona,& in decima.Didacus in lib.iij.varia.reſolut. cap.viij. nu.4.verſi.cæterùm ad ſedandam,& Hiero.Gabriel in dicto conſi.lxxiiij.numer.5.Et nos de ſingulis præſumptionibus, & coniecturis infra differentes, non ſemel ſuis locis admonebimus.

Præmitto quartò,& vltimò, eſſe etiam iudici arbitrariũ,
8 æſtimare,quod pretium dicatur † eſſe paruum,& modicũ in
venditione,vel in locatione,ad arguendum, & detegendum contractum ſimulatum, & vſurarium. Ita tradit Cæpolla in dicto tract.de ſimulatione cõtractuum.nu.111.ver.ſexta, & vltima opinio.& nume.112.Et ibidem num.113.ſcribit,iudicem arbitrari debere, ſecundum qualitatem perſonarum, rei, cauſæ & contractus. Nam arbitrari poterit aliquando ſufficere læſionem in tertia parte iuſti valoris, aliquando in dimidia, aliquando citrà dimidiam, aliquando etiam vltra dimidiam.Quæ ſingulatim explicat ipſe Cœpolla,quem ſecutus ſum in libro ij.de arbitra.iudicum.caſu ccxvij. in fin. Illud verò obſeruandum eſt, quod res, quæ venditur cum
9 pacto † de reuendendo minoris eſt valoris, & pretij, quam
illa,quæ liberè venditur. Cum nemo ſit, qui non cupiat habere potius rẽ irreuocabiliter ſuã, quàm reuocabiliter. Ita Abbas,Butrius, & reliqui in c.ad noſtram.de empt.& vend. & alios cõmemorant ac ſequuntur Rolandus in conſi.lviij, numero 11.libro quarto.& Decianus in conſilio ij.numero 169.libro primo.

His præmiſſis,differamus nunc de ſingulis præſumptionibus.

Prima itaque præſumptio,& coniectura contractus fœneratitij, & vſurarij eſt, quæ ſecundum aliquos ſumitur ex
10 pacto de retrouendendo. Nam non † emptio, & venditio,
ſed pignus ex illo contrahi præſumitur.Ita Bartol. in l. creditor.§.vltim.ff.qui potio.in pigno.hab.& Baldus in l.creditoris.in fine.C.de pigno.Cæterùm à Bartol.& Baldo diſſentiunt alij, maximè Angelus in l.ad officium. in fine.C. commun.



commun.diuid.qui contrarium dixerunt,pactum ſcilicet de
11 retrouendendo eſſe iuſtum, † & lege diuina ac humana per-
miſſum,& propterea ex eo argui non poſſe contractum eſſe vſurarium.Rectius Bartholomæus Cæpolla in Tracta.de ſimulatione contractuum.colum.vj.verſicul.ego Bartholomeus,diſtinguit permultos caſus,quos commemorabimus, & aliqua non contemnenda adiungemus.

12 Primus itaque eſt caſus,quando tempore† cõtractus em-
ptionis,& venditionis,actum non fuit expreſſe nec tacitè de retrouendenda re vendita,ſed deinde ex interuallo promiſit venditor retrouendere.Hoc in caſu permiſſa eſt pactio hæc, & propterea ex ea argui non poteſt contractus fœneratitius. Ita Cæpolla in dicto Tractat. de ſimulatione contractuum.numero quarto.verſicul.primo caſu. Eſt ratio, quia nullus extitit contrahentium animus, ſic paciſcendi ab initio,& fuit in libera poteſtate emptoris, contractu ipſo iam perfecto,non promittere reuendere. Et propterea fuit eius liberalitas ſic paciſci.Et ea,quæ fiunt ex interuallo, non poſſunt adduci ad probandum ſimulationem.Ita Baldus,& Angelus in l.ſi quis cum aliter,de verborum obligat.& in ſpecie magis Afflict.in capitul.primo.in princip.numero 6.de feudo dato in vicem legis commiſſ. Eſtque pactum ipſum
13 de retrouendendo ſui natura permiſſum†lege humana.l.ſe-
cunda.C.de pactis inter emptorem & vendi. immo & diuina vt Leuit.capitul.vigeſimoquinto.& ſcribunt egregiè Alberic.in dicta l.ſecunda.Cæpolla in Tracta. de ſimulatione contractuum.numero 53.Tiraquellus de retractu conuentionali.in prohemio,numero ſecundo.Natta conſil.cxcviij. numero ſecundo.libro primo. Didacus in libro tertio varia.reſolut.capit.octauo.numero quarto.& noue bene eruditus Ioan.Baptiſta Lupus in commentariis ad dictam l.ij. C.de pactis inter empto.& vendi.in ſecunda parte. in prohemio numero vigeſimoquinto.Decianus in conſil. ſecundo.numero 134.libro primo,& Oſaſcus in deciſio.xlij.numero 10.

Extenditur primò hic caſus, vt locum habeat etiam quando in illo contractu emptionis,& venditionis,interue-
14 niſſet†læſio aliqua,vt quia iuſto pretio res vendita nõ fuiſ-
ſet.Nam adhuc pactum de retrouendendo ſubſecutum ex interuallo,non arguit contractum ipſum vſurarium.Ita Cæpolla præcitato in loco.nume.4.in fine.& nume.5.quem ſecuti ſunt Alexand.in conſi.xxviij.colum.ij.verſic. & quamuis.lib.iij.Ripa in l.nemo poteſt.nume.73.de lega.j.& alios refert Cagnol.in l.ſecunda.nume.6.& 130.C.de pact. inter empt.& vendit. Huic enim læſo redditur, tantummodo actio,qua reſcindere poſſit ipſum contractum iuxta.l.ſecunda.C.de reſcind.vend.& cap.cum dilecti.& capit.cum cauſam.de empt.& vendit.Ita docuit Cæpolla præcitato in loco.Et idem prius reſpondit Baldus in conſilio ccv. Iacobus de,libr.j.Et Cæpolla.numer.7.addit differentiam eſſe inter
15 contractum†vſurarium,& contractum illicitum, non tamẽ
fœneratitium.Nam quando eſt vſurarius reſcinditur, & fructus percepti reſtituuntur, ſeu cum ipſa ſorte compenſantur,capitul.ad noſtram.de empt.& vendi.& cap.illo vos. de pigno.Quando vero eſt ſolummodo illicitus: fructus non reſtituuntur:ſed cõtractus tantum reſcinditur reſtituto pretio, vel iuſtum ipſum pretium, firmo manente contractu, ſuppletur.l.ſecunda.C.de reſcind.vend.vbi latiſſime ſcribentes omnes explicant, quæ paucis præcitato in loco traduntur.Cæterùm ab Alexand.Cæpolla,& aliis prædictis diſſentiunt Caſtren.in conſi.cix.columna ſecunda.verſi.eſt etiam libro ſecundo.& alij relati à Ioann.Baptiſta Lupo in dicta l. ſecunda.C.de pactis inter empto.& vendit.parte ſecunda.§. primo.nume.34.Crediderim primam illam opinionem veriorem eſſe, niſi aliqua coniectura concurrat: vt ſi emptor ſolitus eſt fœnerari.Ita Alexand.ſeu alter quis, inter eius reſponſa in conſilio cxix.columna ſecunda.verſic.poſſet ergo libro quarto.Tiraquellus de retractu conuentio, in præfat. numero nono.& Craue.in conſilio clvj. numero 18. & dicam infra in ſecunda coniectura. Idem quando clam, & ſecretè confectum fuiſſet inſtrumentum illud pacti de reuendendo vt admittit Lupus præcitato in loco.nume.35.ex his præſertim,quæ tradit Cæpolla in d.tract.de ſimulat.contractuum.in xix.præſum.& nos infrà exponemus.

Secundus eſt caſus, quando pactum reuenditionis, fuit appoſitum in ipſomet contractu emptionis, & venditionis, vel incontinenti poſt, ſed tamen nulla fraus, nullus dolus,
16 læſio†& deceptio interceſſit in ipſo contractu, vel in ipſo
pacto. Hoc etiam caſu contractus iſte dici non poteſt vſurarius,Ita Cæpolla in dicto Tractat.de ſimulatione contractuum.numero octauo,verſic.ſecundo caſu. Nam cùm hoc pactum reuendendi,ſit ſui natura licitum, iure ſcilicet diuino,& humano permiſſum, ſicuti ſuprà, demonſtrauimus,& probat Cæpolla vbi ſupra numero quinquageſimotertio. nil refert, quod adijciatur ipſimet contractui, vel quod ex interuallo apponatur.

Nec refert,quod pactum hoc collatum ſit in volũtatem venditoris,vel emptoris,quemadmodum admittunt Didacus in dicto libro tertio varia.reſolut.capitul.nono.in princip.& Lupus in dicta lege ſecunda. in præfatione ſecundæ partis.numero vigeſimoquinto.& idem ſenſit Cæpolla de ſimulat.contractuum.in decima & vndecima.præſumptio-
17 ne.Et propterea ſiue pactum hoc† collatum ſit in volunta-
tem emptoris, ſiue venditoris, ſemper emptor facit fructus ſuos.Quando eſt in facultate venditoris redimere, dubium non eſt,quin emptor faciat ſuos fructus interim perceptos. Ita Abbas in capitu.ad noſtram.numero octauo.de emptio. & venditio.& alij commemorati à Didaco, & Couarr. præcitatis in locis. Quando verè pactum reuendendi eſt poſitum in voluntate, & arbitrio emptoris, maius eſt dubium, an ipſe emptor faciat hos fructus ſuos? Recepta magis opinio eſt,teſte Ioan.Coraſio in libro tertio, miſcella. capitul. nono.emptorem nõ lucrari hos fructus. Et hanc ſecuti ſunt alij relati à Lupo præcitato in loco numero vigeſimoſexto. Diſſentiunt tamen gloſſ.Cardina.& Imola in dicto capitul. illo vos.de pignor.quos probarunt Didacus, & Lupus vbi ſuprà.Et rectius hos ſenſiſſe exiſtimo. Rurſus nulla eſt hoc in caſu differentia,quod hoc pactum reuendendi ſit perpetuum,vel ad tempus,cum ſemper ſit iure humano ac etiam diuino,permiſſum.Ita tradit Cæpolla in dicto tractat.de ſimulatione contractuum.nu.53.

Tertius eſt caſus, quando in ipſo contractu interuenit fraus, vel dolus, vel ſimulatio verè, vel fictè, vel tacitè, vel præſumptiuè:Et adeſt etiam deceptio ſiue læſio in vẽditione,vel locatione,vel pacto de reuendendo. Hoc in caſu ſi-
18 ne controuerſia † contractus iſte præſumitur fœneratitius.
Ita Cæpolla in dicto Tractat.de ſimulatione contractuum, numero duodecimo, verſicul. tertio caſu principali. Vere
19 †autem dolus vel fraus,vel ſimulatio(inquit Cæpolla)dici-
tur interueniſſe,quando actum fuiſſet inter partes, quod licet inſtrumentum loqueretur de venditione, nihilominus
20 intelligeretur eſſe pignus.Fictè†verò (ait Cæpolla qui ſu-
pra)dicitur interueniſſe dolus,vel fraus,aut ſimulatio,quando lex, vel ſtatutum ita fingeret, ſi quis fecerit talem contractum, fingatur vſurarius, vel ſimulatus. Et inquit ad rem facere gl.legis vnicæ.§.accedit.C.de rei vxor.actio.& in lege non eſt veriſimile.ff.quod me.cau.& in cap.is,qui fidem. de ſponſal.

Cæterùm difficile eſt tueri,quod ſtatutum ita poſſit diſponere,cum fictio præſupponat veritatem eſſe in contrarium, ſicuti gloſſ.dicto.§.accedat,manifeſtè dixit. Dici fortè poteſt Cæpollam ſenſiſſe, quod fictio hæc ſumatur pro præſumptione iuris, & de iure, quæ à pari procedit cum fictione,quo ad hoc,vt non admittatur probatio in contrarium, quemadmodum habetur in dicto capitu.is, qui fidem. alle-
21 gato à Cæpolla.Tacitè † dolus, vel ſimulatio dicitur inter-
ueniſſe,quando tacitè actum eſt inter cõtrahentes, quod licet inſtrumentum fieret de venditione,tamen in veritate eſ-
22 ſet pignus,vel econtra.Præſumptiuè † dolus, vel ſimulatio
interueniſſe dicitur in contractu, quando non conſtat quid actum ſit expreſsè, tacitè vel fictè: ſed coniecturis, & præſumptionib.fraus,dolus,vel ſimulatio detegitur. Quas quidem præſumptiones,& coniecturas,enumerabimus infra à ſecunda vſque ad finem.

Quartus eſt caſus, quando in ipſo contractu venditionis,locationis,& pacto de reuendendo interuenit fraus, do-
23 lus,& ſimulatio:ſed tamen nulla commiſſa†eſt deceptio, &
læſio in pretio venditionis,locationis,& pacti de reuendendo.Hoc in caſu ſi ex parte vtriuſque interuenit dolus, fraus, vel ſimulatio, contractus dici debet ſimulatus, & fœneratitius.

tius.Ita Cæpolla in dict.tracta.de ſimulatione cõtractuum. numer.90.verſicul.quarto verò caſu: & propterea reſcindi poſſe,& debere,tam in foro ciuili, & canonico, quam in foro conſcientiæ. Si verò (inquit Cæpolla.d.nume.90.verſ.ſed ſi fraus.) dolus & fraus interuenit ex parte vnius contrahentium, tantũmodò ſubdiſtinguit Cæpolla multos caſus,quos hic repetere ſuperſedeo.

Quintus eſt caſus,quando dubitatur,an in dictis contra-
24 ctibus interuenerit dolus,fraus,vel ſimulatio:ſed tamen † in damnum venditoris interuenit læſio in tribus,hoc eſt,venditione, conductione, & pacto de reuendendo.Hoc in caſu ſcriptum reliquit Cæpolla in dicto tractat.de ſimulatione contract.numer.93.verſic.quinto vero caſu,ſine controuerſia cõtractum eſſe illicitum,& præſumi ſimulatum, ac etiam vſurarium.ex quo hæc læſio concurrit cum pacto de retrouendendo,iuxta c.ad noſtram.de emp.& vend.& c.illo vos. de pigno.& dicemus infrà.

Sextus eſt caſus, quando ambigitur, an in dictis contractibus interuenerit dolus,fraus,vel ſimulatio : ſed ad vendi-
25 toris detrimentum,interuenit læſio in duobus † contractibus tantum,hoc eſt,in vẽditione,& conductione,vel in venditione,& pacto de reuẽdendo.Hoc in caſu Cæpolla in præcitato loco.nu.93.verſi.ſecundo caſu quandò,&c.ſubdiſtinguit multos caſus,quos nunc non refero.

Septimus eſt caſus, quando dubitatur, an in dictis contractibus interuenerit dolus,fraus vel ſimulatio : ſed tamen
26 ad venditoris detrimẽtum interuenit læſio in vno † tantum, hoc eſt aut in venditione, aut in locatione, aut in pacto de reuendendo,& læſio eſt minus dimidia iuſti pretij. Hoc in caſu Cæpolla in dict.tracta.de ſimulatione contract.nume. 98.verſi.vj.caſu principali,ſcripſit contractum non dici illicitum, nec præſumi fœneratitium, tam in foro pontificio quàm Cæſareo.cum vtroque iure permiſſum ſit contrahentibus ſe inuicem decipere.

27 Octauus eſt,quando prædicta læſio eſt propè † dimidiam iuſti pretij.Et tunc quo ad præſumendum contractum vſurarium idem (inquit Cæpolla) dicendum eſt quod dicemus infra de læſione vltra vel citra dimidiam, quo verò vt contractus dicatur illicitus,& ob id reſcindendus iuxta.l.ſecunda.C.de reſcind.vendi.dicendum eſt, non cenſeri illicitum.

28 Nonus caſus quando læſio eſt † vltra vel citra dimidiã iuſti pretij,ſed nullum adeſt pactum de reuendendo:atque ita vnum tantùm adeſt,nempè læſio,nec emptor ſolitus eſt fœnerari,nec etiam aliqua adeſt alia mala pręſumptio.Hoc caſu,contractus non pręſumitur fœneratitius,& ſimulatus.Ita Cæpolla præcitato in loco.nume.99.poſt Cyn.& Iacobum de Arena in l.emptione.quæſtio.tertia.C.plus valere quod agitur,&c.Idem ſcripſerunt Goz.in l.ſecunda.numer.192. C.de pactis inter empt.& vend. & Hiero.Gabriel in conſil. lxxiiij.nume.9.in fi.& nu.10.libj.j.Et ij adducti ſunt text.l. interpoſitas.C.de tranſactio.vbi Angel.& l.dolus.C.de reſcind.vendi.

29 Decimus eſt caſus,quando † tria interueniunt, nempe læſio in vno ex cõtractibus vltra dimidiam iuſti pretij pactum de retrouendendo,& quod emptor ſit ſolitus fœnerari. Hoc in caſu receptiſſima eſt ſentẽtia legiſtarum, Canoniſtarum, & theologorum, contractum præſumi ſimulatum, & vſurarium.Ita Cæpolla in dict.tracta.de ſimulatione contractuũ. numer.107.verſic.tu tamen in hac quæſtione.& nume.108. verſicu.ſecunda concluſio.qui teſtatur hanc eſſe communẽ, & in foro ſic ſeruari.Hanc quoque ſecuti ſunt Cyn.Caſtren. Salicet.& alij permulti,quos commemorat,& ſequitur Didac.libro iij.varia.reſolut.c.viij.nu.4.verſi.nam hæc tria.& alios referam in ſubſequenti caſu. Et ſententiam hanc probant.d.c.ad noſtram.de emp.& vend.& d.c.illo vos.de pig. quæ explicat Cæpolla, & nos infra attingemus. Eſt tamen obſeruandum,quod læſio conſiderari debet habita ratione etiam pacti de reuendendo:cum certum ſit, rem eſſe minoris valoris,cum adiectum eſt pactum ipſum de reuendendo, ſicuti auctoritate multorum reſponderunt Roland.in conſi. lviij.nu.11.lib.iiij.& Decianus in conſil.ij.nu.160.libr.j.& diximus ſupra in tertio præmiſſo.

Vndecimus eſt caſus, quando concurrunt duo, hoc eſt,
30 læſio † in vno tantùm contractu vltra dimidiam iuſti pretij, & pactum de reuẽdendo. Hoc in caſu variæ ſunt Doctorum opiniones. Prima fuit eorum, qui ſcripſerunt, his duobus tantùm concurrentibus,præſumi cõtractum fœneratitium. Ita gloſſ.in capitul.conqueſtus.de vſuris,vbi Abbas, & Ioã. de Anna.Idem Abbas in capitul.ad noſtram.numero quarto.de emptio.& venditio.& ibidem prius Ioan.Andreæ, & Butrius,quos ſecutus eſt etiam ibi idem Abbas in conſilio ſeptuageſimoſexto.libro primo. Archidia.in capitul.plerique decimaquarta.quæſtio.tertia.Albericus in l.emptione. C.plus valere quod agitur, Imola in cap.illo vos.numer.15. de pigno.Caſtren.in conſil.cix.Viſa petitione prædicta.colum.j.lib.ij.Ambroſius de Vignate in cap.ſalubriter.numero 111.de vſuris Guido Papæ.in conſi.clxxx.Alex.in conſi. liiij.nume.1.libro vj.Afflictus in deciſ.cccxxxix.& in capit. j.in princip.numero 16.& 44.de feudo dato in vicem legis commiſſ.Rui.in conſi.xvj.num.11.lib.iiij.Feratius in cautela.xvij.qui teſtatur,hanc eſſe magis communem, & ſeruari in iudicando.Idem affirmarunt Caſſiodorus in deciſio.j. titu.de vſuris Pariſ.in conſi.liiij.numer.62.& in conſilio lv. nume.29.libro j.Bertrandus in conſi.cclxxxvij.libr.ij.parte prima. Iacobinus in l.ſi quis nec cauſam.§.primo.ff.ſi cer. petatur.Caſſaneus in commentariis ad conſuetudi. Burgundiæ rubric.v.numer.12.Capra in regula.lxxxvij. & clxxiij. Gramma.deciſ.lxxvj.nume.30.Craue.in conſilio clvj.num. 4.& 7.qui affirmat,Senatum Taurinenſem ita iudicare conſueuiſſe.Eandem ſecuti ſunt Natta in conſ.cxcviij.nu.8.lib. j.& in additio.ad Alex.in conſil.liiij.lib.vj.Craſſus in communibus opinionibus, lib.j.cap.iij.num.8.Viuius in communibus opinionibus.in verbo, vendere, & in verbo, contractus.Emanuel Soarez in theſauro receptarum ſententiarum.in verbo contractus.nume.20.Ioan.Baptiſta Lupus in l.ij.in ſecunda parte.numero 29.verſi.tu autem.C.de pactis inter empto.& vend.Hier.Gabriel in conſil.lxxiiij.nume.3. lib.j.Et teſtatur Cæpolla in dicto tract.de ſimulatione contractuum.nume.100.hanc opinionem conſulendo probaſſe Collegium Mediolanenſe,& Papienſe, viſo conſilio Ioan. de Caſtello Epiſcopi Vicentini.Scripſit etiam Cæpolla ſic reſpondiſſe Signorolum in conſilio incipiente : Certo tempore Ioan.de Homodeis, & illi ſubſcripſerunt Fulgoſius, Pſumbinus, Vicomercatus, Proſdocimus de Comitibus, Franc.Capiliſtius,Henricus Alamus,Alexander, & Benedictus de Doctoribus,Affirmat quoque Cæpolla ſic bis conſuluiſſe Antonium Roſellum. His cõſtat receptiſſimam eſſe hanc ſententiam:quod ſcilicet hæ duæ præſumptiones ſufficiant.Et ij adducti ſunt præcipuè,tex.c.ad noſtram.de emp. & vend.& c.illo vos.de pigno.de quorũ ſenſu, & intellectu dicemus ſtatim.

Secunda fuit opinio eorum, qui dixerunt, quod immo
31 † hæc duo,læſio ſcilicet pretij,& pactum de reuẽdendo non ſufficiunt,ad arguendum contractum vſurarium.Ita ſanè Iacobus de Arena, & Cynus in l.emptione.quæſt.iiij.C.plus val.Ioann.Andreæ in cap.illo vos.de pign.& ibidem Zabarella,ſic & Ancharan.in capitul. ad noſtram. de emption.& vendi.Laurentius Rodulphus in tractat. de vſuris, qui affirmat,ſic etiam ſcripſiſſe Laurentium de Pinu. & Caſtrenſ. in conſilio lxxiiij.In cauſa mota per domi.Dorotheam.in lib. ſecũdo.Et prædictos retulit ac ſecutus eſt Cæpolla in tract. de ſimulatione contractuum.numero 101.qui dixit, ſe ſemper hanc opinionem probaſſe conſulendo, & quod ſi caſus eueniret,ſic conſuleret,& iudicaret.& idem eodem in tractatu.numero 18.& 19.Et prædictis accedunt Archidiac.in capitul.quia plerique.xiiij.quæſtion.ſecunda.Baldus in capitul.primo.de feudo dato inuicem legis commiſſ. Alexan. in conſilio cix.columna vltima.libro quarto.Corneus conſilio quarto.libro primo.Socin.Sen.in conſilio ccxlviij.libro ſecundo.Ruinus in conſilio decimoſexto. numero decimo.& vndecimo.libro quarto.Decius in conſilio clxvij. numero quarto.& in conſilio dcxcij.numer. tertio.& quarto.Anton.Burgos in dicto capitul.ad noſtram. numero 24. Boerius quæſtio.cij.numero quinto.qui teſtatur ſe ita iudicaſſe,& conſuluiſſe:ſicuti verè conſuluit in conſilio 31. Socinus Iunior in conſilio quinquageſimo. numero tertio. libro primo.& eſſe magis communem aſſeruit Tiraquellus, in tractat.de retractu conuentionali in præfatione. numero quinto.ſic & Coraſius libro tertio.miſcella.capitulo nono, Cagnolus in l.ſecunda.numero quinquageſimo.C.de pactis inter



inter empto.& vendi.& ibidem Gozad.numero 30. verſic. tertio quæro.Ita quoque Oſaſchus in deciſ.xlij.col.vlt.Rolandus à Valle in conſi.lviij.nume.10.lib.iiij.qui alios nonnullos refert.Sic & Decianus in conſi.ij.nu.176.& 177.lib. j.Burſatus conſi.cxvij.nu.13.libr.j.Franc.Beccius in conſil. lij.nu.7.& Riminaldus Iunior in conſilio ccxviij.nu.13.lib. ij.Et hanc viſus ſum ſequi in lib.ij.de arbitr.iud.caſu ccxvij. Et ex prædictis Cæpolla in d.tracta.de ſimulatione contractuum.nu.108.verſic.quinta concluſio,facit concluſionem,
32 quod ad detegendum, † contractum fœneratitium, non ſufficiunt duæ præſumptiones. Et hæc opinio fulcitur multis his rationibus,& argumentis ſecundũ Cæpollam in d.tract. de ſimulatione contractuum.nu.102.

33 Primò ea ratione,quod contractus † præſumi, & iudicari debet,qualem eius prima facies oſtẽdit.l.cum precibus.C. de probat.& tradunt Decius in l.vlt.numer.14.C.de edicto Diui Adrian.tollend.& ibidem Zuchardus.numero 81.& in ſpecie Baldus in capitul.primo.in princip.de feudo dato in vicem legis commiſſ.Abbas in conſi.xv.in fine.& in conſil. xlix.colum.ij.lib.j.& Alex.in conſil.iij.colum.ij.lib.j.quos ſecutus eſt Craue.in conſi.x.nume.1.& Decianus in conſil. ij.numero 61.libro j.qui multis comprobant. Atqui prima ipſa facies huius contractus, non oſtẽdit eſſe fœneratitium. Ergo talis præſumi non debet.arg.d.capitul.illo vos.iuncta glo.in verbo,ex forma.& cap.in ciuitate.in verbo,ex forma. de vſuris.Cæterum facile reſponderi poteſt,quod etſi prima ipſa facies ſcripturæ contractus, non oſtendit contractum eſſe vſurarium:attamẽ probata ipſa læſione,& adiecto pacto de reuendendo,colligitur coniectura iure probata, & recepta,contractum eſſe fœneratitium. Illud enim ſatis ex-
34 preſſum † dicitur,quod colligitur ex coniecturis à lege probatis:ſicuti diximus s̃.lib.j.q.xlv.

Secundò motus eſt Cæpolla,quod in dubio ſtandum eſt
35 † inſtrumento:nec in dubio præſumitur ſimulatus, & vſurarius.l.cum precibus.C.de probat.& latè ſuprà in principio huius præſumptionis diximus.Atqui hoc in inſtrumento & contractu,nullum eſt factum verbum,quod ſit vſurarius.Ergo, &c. Reſpondetur vt ſuprà. Et contractus præſumitur legitimus, & non ſimulatus, niſi coniecturæ contrariæ exiſtant.

Tertiò ſuffragatur ſecundum Cæpollam, quod cõtractus
36 † dici non debet illicitus,& à lege reprobatus,niſi manifeſtè appareat.l.præuaricationis.§.vlti.ff.de præuarica.capit.vlti. xxxj.quæſtio.vltima capitu.præterea.xxiij.diſtinct.& in capitu.quid autem.xxx.quæſtion.iiij.Atqui nulla lege reperitur cautum.quod ſi in cõtractu adeſt læſio,& pactum de reuendendo,dici debeat vſurarius.Ergo talis non eſt iudicandus.Hoc argumentum eſt ſatis ſolidum:cum pactum ipſum de reuendendo ſit ſui natura permiſſum, vt diximus ſuprà.
37 Nec ipſa tenuitas pretij † arguit contractum fœneratitium, cum lex concedat aliud remedium,nempè ipſius contractus reſciſſionem.l.ij.C.de reſcind.vend.vt diximus ſuprà.Quod intelligo,niſi pretium eſſet admodum tenue, vt dicemus infra in tertia opinione.

Quartò ſic argumentatur Cæpolla, iure canonico duo tantum ſunt iura,quibus videtur probari, an & quando præſumatur contractus ſimulatus,& in fraudem vſurarum celebratus,videlicet dicto capitu.illo vos, de pigno.& capit.ad noſtram.de empt.& vẽd.quibus fulcitur opinio Doctorum aſſirmantium duo hæc ſufficere.Atqui duo illa iura (inquit Cæpolla) requirunt alias præſumptiones vltra illas duas. Ergo hæ duæ non ſufficiunt.Reſpondetur, prædicta duo iura nil etiam hac pro opinione vrgere,vt ſtatim dicemus.

Quintò arguit Cæpolla auctoritate gloſſæ in l.dolus.C.
38 de reſcind.vendit.quæ dixit,quod ſola † paruitas pretij,non ſufficit ad præſumendum dolum,ſed cõiuncta cum aliis ſic. vt l.cum ij.§.modus.ff.de tranſactio. atque ita loquitur in plurali, dum dicit, cum aliis, & ſic ſaltem duæ aliæ præſumptiones requiruntur.argu.l.vbi numerus. ff. de teſtibus, & confert text.l.inſtrumenta.in gloſſ.vltima. C. de probationib.Et hoc idem tradit ipſe Cæpolla præcitato in loco. numero decimooctauo.& numero 107.verſicul. ſed quantum ad hoc.& Moderni Pariſien.in Tracta.de vſuris.numero trecenteſimononageſimoſeptimo.

Cæterùm reſpondetur, gloſſæ auctoritatem eſſe probabilem,non autem neceſſariam.

Sextò perpendit Cæpolla nume.105.tex.in d.capitu.ad noſtram.de empt.& vendit. vbi tres erant præſumptiones, prima ob pretij ſcilicet paruitatem,vt colligitur ex illis verbis,quod vix dimidiam pretij contingebat ſecunda ob pactum de reuendendo:ibi promiſit, vt quandocunque vſque ad nouennium daret ſexaginta vncias aureorum,domos eius reſtitueret,& oliuas.Tertia,quod ille Martinus emptor, nõ teneretur reſtituere domos, & oliuas vſque ad ſeptennium ipſi venditori,qui ibi appellatur debitor.

Quartam etiam præſumptionem conſiderat Cæpolla, quia ibi dictum fuerat, quod emptor teneretur reſtituere
39 rem,numerato ei pretio, quod verbum † reſtituere, ſignificat mutuum vel pignus, non autem venditionem, vt dicemus infra in decimatertia coniectura.Quocirca (inquit pręcitato in loco Cæpolla) cum Pontifex Maxi. dixerit, quod contractus ille præſumitur fœneratitius ex his, quæ dicuntur ibi, ſequitur dicendum, quod ſaltem ibi concurrebant tres coniecturæ, nempè pretium modicum, pactum de reuendendo:& quod emptor nõ teneretur reuendere, niſi elapſo certo termino. Et hanc interpretationem,ſuppreſſo Cępollæ nomine,probarunt & Didacus Couarr. in libro tertio.varia.reſolutio.capitul.viij.numero quarto.verſicul.ſed ſi exactius penſitemus,& Decianus in conſilio ſecundo.nu. 133.& 134.libr.primo.qui dixit,neminem conſideraſſe tertiam illam coniecturam. Verùm reſponderi facile poteſt, Pontificem Maxi.non negaſſe illo in loco, quin duæ coniecturæ ſatis fuiſſent, ad detegendum contractum fœneratitium.Et ſi enim ob tres,vel etiam quatuor coniecturas, quæ ibi concurrebant,contractus ille fuerit à Pontifice habitus vſurarius,non tamen inde ſequitur,quin duæ coniecturæ tantum ſatis fuiſſent,quia hoc non negauit ſummus Pontifex.

Septimò, & vltimò conſiderauit Cæpolla præcitato in loco,text.capitul.illo vos.de pigno.quod plures ibi extiterint coniecturæ,& præſumptiones. Nam ibi præter pactum de reuendendo, actum fuit, quod vltrà ſummam receptam perſoluerentur quinquaginta ſolidi,& quod fructus in ſortem imputarentur. Et accedit, quod is emptor conſueuit exercere vſuras,ſicuti in fine Pontifex Maxi.ita dixerit, præſertim cum vſuras conſueuerit exercere. Reſponderi poteſt, vt diximus ſuprà ad capitul.ad noſtram. Pontificem Maxi.non negare quin duæ coniecturæ, & præſumptiones ſufficiant.

40 Tertia fuit opinio eorum,qui exiſtimarunt,iudicis † arbitrio relinqui, an duo hæc tantum, pactum ſcilicet de reuendendo,& pretij tenuitas,arguere poſſit contractum eſſe ſimulatum.& fœneratitium.Hanc opinionem probarunt manifeſtè Corneus in conſilio quarto.libro primo.Alexand.in conſilio cxix.in fine.libro quarto.Neuizã.conſilio lxxviij. numero quarto.Didacus in libro tertio.varia.reſolutio.capit.viij.numero 4.verſicu.Cæterùm ad ſedandam.& Ioann. Baptiſta Lupus in l.ſecunda.in ſecunda parte.§.j.numer.29. verſicul. illud tamen. C. de pactis. inter empto. & vendit. Quorum quidem ſententia vel ex eo comprobatur quod & reliquæ omnes coniecturæ, de quibus infrà diſſeremus, iudicis arbitrio relinquuntur, ſicuti ſcripſi multorum auctoritate in lib.ij.de arbitrariis iudicum.caſu ccxlvij. Iudex itaque prudens diligenter cõſiderabit, pretij tenuitatem, qualitatem perſonæ emptoris, & naturam ipſius contractus. Nam ipſa pretij tenuitas,tanta eſſe poſſet, vt facile coniiceret iudex contractum eſſe vſurarium ſicuti reſpõderunt Caſtren.in conſi.cccvj.nume.5.lib.ij Alex.in conſi.liiij.lib.vj. Modernus Pariſien.in tract.de vſuris.q.lvj.Crauet.in conſi. clvj.numero 8.& manifeſtius Didacus in d.libr.iij.varia.reſolut.cap.viij.nume.4.verſi.Cæterum ad ſedandam & Oſaſcus in deciſ.xlij.colum.vlt.ver.contrariam.Perſonæ etiam qualitatem cõſiderabit iudex.Non enim de ruſtico, & ignaro valoris rerum emptore,iudicabit iudex, quod de verſuto mercatore.Non etiam idem de muliere ignara quod de viro diligenti exiſtimabit. Nam & ruſticus, & mulier facile excuſantur,ne fœnus exercuiſſe dicantur: ſicuti ſcripſerunt Baldus,& Caſtren.in l.cum allegas.C.de vſuris, Iaſon in l.ſi quis id,quod,in quinto notab.ff.de iuriſdictio.omnium iudicum.Feratius in cautela.xvij.Tiraquellus de retractu conuentio.in præfatione.numero 34.Didac.in dicto capit.viij. nume

nume.4.in fine.& Io.Baptiſta Lupus in d.§.j.nu.30.qui re-
ctè poſt alios admonuit, iudicis arbitrio relinqui: an ruſti-
41 cus,†& mulier ſic ignari,& ſimplices ſint, vt nil mali de eis
poſſit ſuſpicari. Qualitatem etiam contractus conſiderabit
42 prudens,& diligens iudex. Nam datio†in ſolutum, etſi ven-
ditionis vim obtinet: attamen difficilius in ea præſumitur
exerceri fœnus,quàm quando pecunia ipſa numeratur. Ita
Fulgoſius in conſil.cxxxiiij.colum.ij.Decius in conſi.xviij.
col.ij.verſicul.nec obſtat.& in conſi.clxvij.col.ij.Cagnolus
in l.ij.nume.54.C.de pactis inter empto.& vendi.Neuiz.in
conſi.lxxxviij.nu.6.Tiraquellus in tract.de retractu cõuen-
cionali in præfat.nu.27.& Burſatus in conſi.cxvij.nu.8.Nec
repugnat,quod Angelus in conſil.ccxliij.in fine. Imola in
conſi.xcviij.col.vlt.& in conſi.xcix.col.ij.verſ.quintum du-
bium,& Barba.in conſi.lj.lib.j.& Pariſ.in conſil.liij.nu.78.
libro j.reſponderint,etiam in datione inſolutum commit-
ti,& præſumi fœnus. Nam reſpondetur,& facilè conceditur,
43 committi,& præſumi:ſed†non ita facilè,vt quando præſen-
te pecunia contrahitur:quemadmodum ſcripſit & Didacus
in dicto cap.viij.nume.5.qui hoc etiam iudicis arbitrio re-
linquit:ſicuti facit & Ioan.Baptiſta Lupus in dict.§.primo.
numero 33.

De hac prima coniectura ſatis:quãdo ſcilicet pactum de
reuendendo,eſt coniunctum cum pretij tenuitate. Nunc ad
alias coniecturas veniamus.

Secunda eſt præſumptio,& coniectura contractus vſura-
44 rij,& fœneratitij,quando†lex præſumit, quod cõtrahentes
non habuerint animum emendi, & vendendi. Hic ſanè ani-
mus colligitur atque detegitur, quando tempore venditio-
nis,vel ante,dictum fuit,vel tractatum:quod non eſſet ven-
ditio,ſed pignus. Nam tunc venditio ſtatim ſecuta cum pa-
cto illo de reuendendo,præſumitur ſimulata,& fœneratitia.
Ita Cæpolla in tracta.de ſimulatione contractuum.numero
15.verſicul.& prima præſumptio.ſic etiam Caſtren.in con-
ſilio cccvj.Quanquam longa ſit.columna penul.in princip.
& idem in conſi.cix.col.j.verſicu.ſed hic adſunt lib.ij.Boe-
rius in q.clxxxiij.nu.16.Gramma.in deciſ.lxxvj.nume.4.&
Hier.Gabriel in conſi.lxxiiij.nu.4.libr.j.Eſt ratio, quia ani-
45 mus,& voluntas†ad ſimulationem detegendam declaratur
ex tractatis ante ipſum contractum. Ita Bartol.& Bald.in l.
pacta nouiſſima.C.de pactis,& Decius in conſil.ccccxliij.
nu.19.Idem eſt,quando venditio ſit ex interuallo:ſed vendi
tor prius fuerat proteſtatus, quod nolebat vendere, ſed pi-
gnori dare:Ita Bar.in l.item quia.§.idem Iulianus.numer.3.
ff.de pactis vbi Baldus & Angelus:& idem Bartol.in l.pacta
nouiſſima.num.5.C.eodem.& in l.Titia.§.idem reſpondet.
il j.ff.de verborum obliga.& ibidem Imola.nume.7.Et hos
ſecutus eſt Cæpolla in loco iam allegato. Si verò præceſſit
tractatus,& ſecuta eſt prædicta venditio,ex interuallo,nulla
tamen præcedente proteſtatione, contractus non præſumi-
tur vſurarius. Ita præcitato in loco Cæpolla auctoritate
Angeli in l.ſi quis cum aliter.nu.9.de verb.oblig.& ibidem
Alex.nume.12.& Iaſon.num.20.Verùm aliter viſi ſunt ſen-
tire Alexand.in conſi.liiij.col.j.verſi.concurrit,& alia.libro
vj.Corneus in conſi.xlj.nume.8.lib.iij.& Craue.in conſilio
clvj.nume.18.quos ſecutus ſum in conſi.cix.numero 34.li-
bro ij.& illis accedit Natta in conſi.ccccxlix.nu.8.Cùm di-
46 xerunt,inſtrumenta facta † ex interuallo, arguere maiorem
ſuſpicionem. Quæ poſterior opinio locum habere poteſt,
quando is emptor eſt ſuſpectus, vt ſi conſueuit ſimiles con-
tractus ſimulatos,& fœneratitios facere. Eſt & ſecundum ſi-
gnum, quo animus iſte colligitur: quando debitor petebat
pecuniam mutuo:creditor verò dixit,nolle mutuo dare, ſed
emere cum pacto de reuendendo ad certum tempus: & de-
inde ſubſecuta eſt venditio cum prædicto pacto reuenden-
di. Hoc ſanè ſigno colligitur animus fœnerandi. Ita Cæpol-
la in loco præallegato.numero 15.verſic.item præſumitur,
quod,vbi huius ſententiæ commemorat Hoſtienſem,& Bu-
trium in capit.ad noſtram.de emptio.& vend.Odoffredum,
& Baldum in l.emptione.C.plus valere, quod agitur.Guli.
& Zabarellam in clement.ex grandi. de vſuris, Roman. in
conſilio ccccxxiij.numero duodecimo.& in ſing.ccccxl.an
pacta de retrouendendo,& Imolam in ca.ad noſtram.nu.9.
de emptio.& vend.Decius conſ.clxvij.nu.7.His addo Affli-
ctum in c.j.in prin.nume.25.ver.octauò præſumitur.de feu-
do dato in vicem legis commiſſo.Gramma. in d.dec.lxxvj.
nume.4.& ego ipſe reſpondi in conſi.cix.numero 19.lib.ij.
Hoc tamen ſignum locum habet, quando ſtatim ſecuta eſt
venditio:ſecus ſi ex interuallo.Ita declarat Afflictus vbi ſu-
pra.nume.26.

Eſt,& tertiũ ſignum,quando conſtat, quod debitor quæ-
rebat pecuniam mutuo,ſuper illo prædio,quod deinde ven-
didit cum eo pacto de reuendendo. Hoc eſt ſignum contra-
ctus fœneratitij. Nam venditio illa,eſt quidam color quæſi-
tus de contractu ad contractum. Ita ſcripſit Cæpolla in di-
cto tracta.de ſimulatione contractuum.nu.26.verſic. idem,
quando probaretur,adductus auctoritate Caſtren.in conſil.
cccxxviij.in meo Codice eſt in cõſ.109.Viſa petitione præ-
dicta.nume.2.lib.ij.

Quartum eſt ſignum,quo colligitur animus contrahendi
mutuum ſub vſuris,non autem vendendi, quãdo actum fuit
inter partes à principio, quod ipſe emptor cogeretur loca-
re rem venditam ipſi venditori, cum pacto de reuendendo:
& quod aliter venditor ipſe non eſſet venditurus. Hoc eſſe
ſignum cõtractus fœneratitij,ſcripſit præcitato in loco Cæ-
polla.nu.16.ver.item non præſumitur.

Quintum eſt ſignum,quando reperiretur ſcriptum in li-
47 bro emptoris:quod ipſe eſſet aſſecuratus†ſuper talibus bo-
nis. Nam verba illa ſignificant,non venditionem,ſed pignus
contractum fuiſſe. Ita reſpondit Crauet.in conſi.clvj.nume-
ro 17.& præter eum,idem decidit Boer.in q.cij.columm.iij.
verſic.præterea.Ita pariter,quando emptor aliis verbis con
feſſus eſt,pignus eſſe,& non emptionem à ſe factam: ſicuti
ſcripſit Afflictus in cap.j.in princip.nume.21.verſic.quartò
præſumitur.de feudo dato in vicem legis commiſſo. Rece-
ditur tamen ab hac præſumptione,& prædictis ſignis,quan-
48 do†conſtare poſſet expreſſe contrarium. Ita Cæpolla.d.nu-
mer.16.verſicul.hæc tamen præſumptio. Nam hæc eſt præ-
ſumptio(inquit ille)iuris,non autem iuris, & de iure, vt tra-
dit Lauren.Rodulphus in cap.conſuluit.quæſtio.lx. de vſu-
ris:& ideo,nõ admittit probationem in contrarium, vt ſcri-
pſi ſupra lib.j.q.xxxj.Immo etiam ſi hæc eſſet præſumptio
iuris, & de iure, adhuc ſecundum Cæpollam, admitteretur
probatio in contrarium,per confeſſionem venditoris:Cum
præſumptio iuris, & de iure, diluatur confeſſione eius, pro
quo ſtat ipſa præſumptio.gloſſ.& Docto.in l.inter ſtipulan-
tem.§.ſi ſtichum.de ver.obli.cum aliis cõgeſtis ab ipſo Cæ-
polla. Cæterùm minus veram exiſtimo hanc Cæpollæ tradi-
tionem:cum non pendeat à venditoris poteſtate,quod con-
tractus iſte non ſit vſurarius,& ideo eius confeſſio nil opera-
retur,ſi hæc eſſet præſumptio iuris, & de iure, iuxtà ea, quæ
ſcripſi ſuprà in lib.j.q.lxj.nu.11.

Tertia eſt præſumptio,& coniectura, qua detegitur con
49 tractus vſurarius,& fœneratitius,quando † eſſet læſio in lo-
catione,ſeu quantitate fictus,& penſionis,quæ pendente tẽ-
pore reuendendi,à vẽditore præſtari debet emptori. Ita Cę-
polla in dicto tract.de ſimulatione contractuum.nu.32.ver.
tertia præſumptio.qui declarat hoc contingere poſſe qua-
tuor modis, in perſona conductoris: & alio modo in illa lo-
catoris.

Primò modo in perſona cõductoris, quando excedit ſum
mam iuſti pretij, habito reſpectu ad quantitatem pecuniæ
ſolutæ,pro re vẽdita eademque locata:& habito reſpectu ad
fructus,qui percipiuntur,vel percipi poſſunt, ex dicta re lo-
cata,& ad penſionem quæ ſolui debet ex re liuellata. Exem-
pli gratia. Emi à Titio centum aureis fundum: quem eidem
conſtituta penſione,ſex aureorum locaui. Hæc eſt læſio re-
50 ſpectu pecuniæ:cum reditus † centum aureorum ſint quin-
que aurei. Eſt etiam læſio reſpectu fructuum percipiendo-
rum,cum tot fructus non percipiantur ex fundo, vt reditus
viginti annorum æquent ſortem. atque ita minus percipi-
tur,quàm in quinque,pro ſingulis cẽtum aureis ſingulis an-
nis:cum tamen lege ſancitum ſit, reditus tot eſſe debere, vt
51 †viginti annis ſors æquetur.§.quia verò Leonis in auth. de
non aliena. Quam conſtitutionem ſic præter Cæpollam in-
terpretati ſunt Corneus in conſilio cclxv.libr.j.& in ſpecie
noſtra Guido Papæ in conſi.clxxx.columna ij. & poſt alios
Craue.in conſi.clvj.num.12.in fine. Natta in conſi.cxcviij.
nu.14.lib.j.Rola.in conſi.xl.nume.27.lib.ij.& Decianus in
conſi.ij.nume.75.lib.ij.Verùm Didacus libr.iij.varia.reſol.
cap.ix.



cap.ix.nume.7.verſ.quamobrem,exiſtimat,iuſtum rei valo-
rem, eſſe ſecundum communem patriæ æſtimationem. Et
coniecturam hanc probarunt etiam Bald. in conſil.cccxxij.
Inſtrumento in forma.columna ſecunda.verſi.item fuit pa-
ctum.lib.iij.Abbas in conſi.lxxvj.col.j.verſi.ſecundo inter-
uenit.lib.j.Tiraquellus de retractu conſan.§.j.gl.vij.nu.75.
Rolandus in conſi.xl.numer.25.libr.ij.& Decianus in con-
ſilio cv.numer.16.verſicul.item probatur.libr.ij.Tres alios
modos ex perſona venditoris proſequitur Cæpolla. Ex per-
ſona verò emptoris conſideratur læſio in quantitate penſio-
nis:vt ſi emit fundum,qui conſueuit locari decem,& fuit ab
emptore locatus, ipſimet venditori quinque tantùm. Hic
apparet de læſione ex perſona emptoris, qui ſi verè emiſſet,
tam tenui pretio non locaſſet. Ita tradit Cæpolla præcitato
in loco.numero 32.verſi.quinto modo. Idem prius reſpon-
dit Baldus in conſilio cccxxij.lib.iij.& in conſilio cccxj. In
quæſtione Saluagini.colum.ij.lib.v.Craue.in d.conſil.clvj.
nu.12.Natta in conſi.ccccxcviij.nu.12.lib.iij.& Decianus.
cv.nu.16.lib.ij.Qua de præſumptione dicemus etiam infra,
in xvij.coniectura.

Cæterùm Hier.Gabriel in conſi.lxxiiij.nu. 18.lib.j.exi-
ſtimauit coniecturam hãc eſſe leuiſſimam, niſi alia accedat.

Quarta eſt præſumptio,quando contingit læſio in pacto
52 de reuendendo,†in quantitate pretij. Ita Cæpolla in dicto
Tractatu de ſimulatione contractuum, numero 37.verſicul.
quarta præſumptio,qui ſcribit,hoc eſſe poſſe altero de duo-
bus modis: Vno in perſona venditoris,altero in perſona em
ptoris locatoriſque. Primi modi exemplum ſic attulit Cæ-
polla. Emi à te fundum pretio centum, eumque tibi locaui
iuſto pretio: Deinde feci tibi pactum, quod quandocunque
poſſis redimere pretio centum,& viginti. Hoc in caſu tu læ-
ſus es in pretio:quia ſtante pacto de reuendendo, non tene-
baris mihi plus numerare, quam ego tibi numeraui. Non
enim poſſum dicere,ob id auctũ eſſe pretium, quia ob cur-
ſum temporis augeri poteſt valor fundi,qui etiam meliora-
menta recipere poteſt. Si quidem(vt dicebat Cæpolla) om-
ne augmẽtum vel ob temporis curſum:vel ob melioramen-
ta,pertinet ad te ipſum venditorem, qui fundum ſub liuelli
nomine conduxiſti,l.vltima.C.de iure empt. Cæterùm cum
ratio hæc Cæpollæ non conueniat caſui quando ego ipſe
emptor tibi venditori non liuelli nomine,ſed propriæ loca-
tionis locaſſem, ob id dici poteſt, læſionem adeſſe, quia ſi
auctus non fuiſſet valor fundi curſu temporis, vel meliora-
mentis,omninò pluris reemeres, quam vendidiſti. Et pro-
pterea illud plus eſt illicitum. Ita (inquit Cæpolla) probat
dicto capitul.illo vos.de pigno.ibi.Et quod vltrà ſummam
receptam,ſexaginta ſolidi deberentur, atque ita ſententiam
hanc affirmarunt Innocen.in capitul. in ciuitate.in fine. de
vſuris.Guliel.de Monte Laud.& Zabarella in clem.ex gran-
di.de vſuris. Idem ſcripſerunt Angelus Clamaſius in ſumma
in verbo.vſura.il j.numero 61.& alios referunt Didacus li-
bro tertio.varia.reſolutio.capitul.9.in princip.& Ioan. Ba-
ptiſta Lupus in dicta l.ij.in ſecunda parte.§.primo.num.43.
C.de pactis inter empt.& vend.Et præterea (ſubiungit Cæ-
polla.d.nume.27.verſi.immo poteſt) vſura dici hæc poteſt,
53 cum vſura ſit, † quidquid accedit ſorti.l.ſi tibi decem.ff.de
pactis,& l.rogaſti.§.ſi tibi.ff.ſi certum petatur.& cap.pleri-
que xiiij.quæſtio.iij.

Secundi modi, læſionis contingentis in perſonam em-
ptoris locatoriſque, exemplum attulit Cæpolla præcitato
in loco.numer.39.verſicu.De ſecundo modo. Emi à te pre-
tio centum fundum,qui erat valoris centum,& quinquagin-
ta. Et feci tibi pactum de reuendendo eodem pretio cẽtum.
Certè ego ſum læſus in eo,quod vltrà centum valet fundus.
Et ob id inſurgit præſumptio,quod contractus ſit fœnerati-
tius,& ſimulatus. Non enim eſt veriſimile (inquit Cæpol-
la,) quod ſi emptor voluiſſet eſſe veram emptionem,promi-
ſiſſet reuendere eodem pretio rem ipſam maioris valoris:
54 quod eſſet iactare † ſuum, quod facere nemo præſumitur.l.
cum de indebito.in princip.ff.de probatio. Idem ſenſit So-
cin.Seni.in conſilio cxliij.in fine. libro primo. ſic quoque
viſus eſt reſpondere Anch.in conſilio cclvij.numero ſecun-
do & alios refert Lupus in dicto §.primo.numero 43.verſi-
cu.de minori.ſic & Hierony.Gabriel in conſilio lxxiiij.nu-
mero quinto.verſicu.primo pactum.lib.primo. Idem etiam
dicendum eſt,quando cõuentum eſt inter ipſas partes,quod
ſi venditor non reemet prædium à ſe venditum, intra præſti-
tutum tempus,vt puta decennium,emptor ſuppleat ipſi ven
ditori centum aureos. Hoc etenim pactum ſignificat læſio-
nem pretij ab initio,& emptorẽ emere noluiſſe,ſed pignori
accipere. Ita reſponderunt Baldus in conſi.cccxxij.columm.
ij.lib.iij.& apertius Abbas in conſi.lxxvj.col.ij.verſic.item,
& tertiò libr.j.Cæterum Hierony.Gabriel in conſil.lxxiiij.
nu.19.& 20.libr.j.exiſtimauit,hanc coniecturam non ſuffi-
cere,niſi læſio ſit magna,vel alia coniectura cõcurrat,& ibi-
dem nu.24.latè explicat.

55 Quinta eſt præſumptio,& coniectura, quando†plus per-
cipitur ex venditione ſecunda, quam ſit illud, quod ſoluit
non in pecunia: ſed in alia re. Ita Cæpolla in præcitato tra-
ctatu de ſimulatione contractuum.nume.40.verſicu.quinta
præſumptio.qui exemplum attulit. Emi fundum centum au
reis à Titio,cui liuelli nomine conceſſi,adiecto pacto,quod
quandocunque,vel vſque ad ſeptennium dabit mihi Titius
alium liuellarium bonum, tam pro contracambio reſpectu
fundi quàm reſpectu perſonæ, ſim ei obligatus reuendere.
Hoc caſu ſi fundus à Titio mihi venditus non fuiſſet ſuffi-
ciens, vel Titius non eſſet idoneus, & ſufficiens liuellarius,
vel ſi eſſet tam fundus quam perſona ſufficiens, volo mihi
conſignari meliorem fundum, vel meliorem liuellarium.
Hoc ſanè in caſu(inquit præcitato in loco Cæpolla)contra-
56 ctus præſumitur fœneratitius. Cum vſura † ſit recipere rem
meliorem pro deteriore.capitu.putant xiiij.quæſtio.tertia.
Putant (inquit Diuus Hieronymus) quidam vſuras tantum
eſſe in pecunia:quod prouidens diuina ſcriptura, omnibus
aufert ſuper abundantiam,vt plus non recipias, quam dedi-
ſti. Idem probant cap.ſi fœneraueris, & c.plerique.eod.titu.
Cæterùm exiſtimo eſſe animaduertẽdum, quod aut emptor
emit fundum per non ſufficiens, hoc eſt, qui tutus non eſt,
vel à venditore *minus idoneo,ſeu non tuto, eo tamen* iuſto
pretio,quo communi hominum æſtimatione fuiſſet vendi-
tus,aut viliori pretio,ſi viliori pretio,crediderim Cępollam
rectè ſentire. Quia hic augetur fundi valor, recipiendo fun-
dum idoneum,& meliorem.ſi verò iuſto pretio fundus fuit
venditus,dixerim aduerſus Cæpollam, contractum non eſſe
vſurarium,quia recipit fundum idoneum, pro cautione mei
iuſti pretij numerati,non autem aliquod augmentum, & lu-
crum conſequitur emptor.

57 Sexta eſt præſumptio,& coniectura,quando†in pacto de
reuendendo contingit aliqua impenſa,quę ſpectat ad ipſum
emptorem eundemq; locatorem, & ipſe emptor vult, quod
pertineat ad ipſum venditorem,eundemque conductorem.
Ita Cæpolla *in* dicta Tractat. de ſimulatione contractuum.
numero 41.verſicul.ſexta prę́ſumptio.& ante Cæpollam ſic
etiam reſpondit Abbas in conſil. lxxvj.In præſenti. colum-
na ſecunda.verſicul. quarta coniectura. libro primo. Idem
ſcripſerunt Alexã.conſi.liiij.nume.2.libro ſexto. Tiraquel-
lus in tracta.de retractu conuentionali.§.ſexto.glo.ij.in fin.
& Ioan.Baptiſta Lupus in l.ij.in ſecunda parte.§.j.num.45.
C.de pactis inter empt.& vend.ſic etiam reſponderunt Pa-
riſ.in conſi.lv.nu.56.libr.j.& Bertrandus in conſil.clxxxvj.
in fine.& in conſi.cclxxxvij.in fine.lib.ij.parte prima.Bero.
in conſi.clxv.nume.14.& in conſi.clxix.nume.7.lib.j.Natta
in conſi.cxcviij.num.13.lib.j.& Roland.in conſi.xl.nu.33.
lib.ij.Exẽplum attulerunt Cæpolla,& alij,quando conuen-
tum eſt, quod quandocunque venditor reemeret, teneatur
ſoluere omnes expenſas inſtrumentorum inter ſe factorum,
cum tamen ipſe primus emptor tenetur pro inſtrumẽto ſuæ
emptionis: & venditor pro inſtrumento ſuæ reemptionis,
ſoluere impenſam inſtrumentorum,vt docuit Albe.in l.eos.
in fin.C.de vſuris,& in l.diſſolutæ.C.de condict.ex lege,qui
teſtatur,ita vſu eſſe receptum,vt is,qui acquirit, ſoluere de-
58 beat impenſam † inſtrumentorum:cum ergo emptor velit,
quod venditor ſoluat etiam impenſam, quam ſoluere ipſe
tenetur, arguitur quod emere noluerit, ſed potius pignori
recipere. Eſt etiam ſecundum exemplum ab eodem Cæ-
polla, & aliis commemoratum, vt ſi emptor paciſcitur,
quod venditor reemendo,ſoluat omnes gabellarum expen-
ſas etiam pro ea parte, quam ſoluere deberet ipſe emptor.
iuxta l.debet. ff. de ædil. edicto. vbi idem Cæpolla decla-
rat.& idem ſcripſerunt Pariſius,Natta & Rola. ſupra com-
memo

memorati.

Tertium exemplum eſt ſecundum Bertrandum in dicto conſi.cclxxxvij.nu.4.lib.ij.quãdo factum eſt pactum, quod venditor ſoluat omnia Laudimia, etiam pro ea parte, quam ſoluere tenebatur emptor. Eſt tamen aduertendum, quod ſi
59 emptor numerauit quid † plus iuſto pretio, quo communi æſtimatione ab alio empta res fuiſſet, cum ipſo reuenditionis pacto:& deinde conuentum inter eos eſt,quod venditor reemendo ſolueret omnes impenſas:id factum diceretur ob id,quod emptor ipſe iam pluris emerat. Et hoc in caſu procedere poteſt opinio Bertrandi in conſilio clxxxvj.numero 4.libro ſecundo.Et hinc ſumi poteſt cautela, quod emptor, & venditor affirment,quid plus pretij fuiſſe numeratũ hanc ob cauſam, vt venditor ſoluat gabellarum, & inſtrumentorum impenſas. Hæc tamen coniectura locum non habet,
60 quando † ſic paciſci ea in regione communiter cõſueuit. Ita declarat Ruin.in conſi.xvj.numero 11.verſi.prætereà in caſu noſtro.lib.iiij.

61 Septima eſt præſumptio,& coniectura,quando † res fuit pro parte vendita,& pro parte donata:cum tamen nulla ſubeſſet iuſta donationis cauſa.Ita Cæpolla in præallegato tracta.de ſimulatione contractuum.numero 43.verſic. ſeptima præſumptio, & eo prius Baldus in conſilio cccxj. In quæſtione Galuagnini,col.ij.libro ij.& in conſi.cccxxij.Inſtrumento in forma.col.ij.verſi.item præſumitur.libr.iij.Anch. in conſi.cclvij.nu.3.Idem affirmarunt.Calcaneus in conſil. xxvj.col.viij.Afflictus in c.j.in princ.nume.27.de feudo dato in vicem legis commiſſo.Craue,in conſi.clvj.nu.9.& Io. Baptiſta Lupus in d.l.ij.in ſecunda parte.§.j.num.48.de pactis inter empto.& vẽdi.Quibus conſtat,hanc eſſe receptiſſimam ſententiam,etſi Hieron.Gabriel in conſil.lxxiiij.nume.16.verſi.poſſent colligi,lib.j.dixerit,hanc coniecturam nullius eſſe ponderis. Ea præcipua ratione motus eſt Cæpolla : quod non ſit veriſimile, venditorem donare voluiſſe illud plus iuſti pretij,ex quo deinde adiicitur pactum de reuendendo. Et accedit præter Cæpollam, & alios, quod pactum reuendendi eodem pretio, eſſet iniquum ex perſona venditoris:quia ſi iam donauit partem pretij,reemendo totum fundum deberet plus numerare quàm accepit. ſi enim fundus valebat centum,& quinquaginta iuſti valoris:& vendidit pretio centum,& reſiduum,hoc eſt, quinquaginta donauit:reemendo deberet numerare centum, & quinquaginta.Cum ergo emptor ipſe promiſerit eodem pretio reuendere, manifeſtè ſignificauit, donationem illam non eſſe veram,ſed fictam & ſimulatam. Et hæc quidem conſideratio, ſatis planum facit,idem eſſe dicendum,quando venditor dixiſſet,ſe id donare ob emptoris benemerita, & merita ipſa in ſpecie expreſſiſſet, tametſi Cæpolla, & Afflictus præcitatis in locis aliter ſcriptum reliquerint. Immo idem eſſe exi-
62 ſtimo,quando adhibitum fuiſſet † iuramentum. Quod quidem præſumitur potius interpoſitum ad tegẽdam fraudem, quam demonſtrandum contractum ita verè fuiſſe confectũ. Nec enim adhibenda eſt fides emptori, qui ſi non erubeſcit fœnus exercere,minus etiam erubeſcet periurij.Non etiam credendum eſt venditori,quem cum neceſſitas vrgeret, mille iuramenta iuraſſet.Immo quãdo emptor aliqua ſuſpicione laborat,iuramentum magis auget ſuſpicionem, vt reſpõdi in conſilio cix.numero 17.libro ſecundo.vbi multos huius ſententiæ Doctores allegaui.Et illis accedunt Riminal. Iun.in conſilio lxij.numero 15.libro primo. & Franc.Beccius in conſilio lij.nume.40.& nu.110.Placet tamen, quod ſcripſit præcitato in loco Cæpolla.nume.45.verſicu. Cæterùm ſi ſolum,&c.Cùm dixit,hanc ſolam præſumptionem in foro fori,non ſufficere ad detegendum contractum ſimulatum,& vſurarium.In foro verò conſcientiæ, & pœnitentiali, ſtandum eſſe veritati,vt reſpondit Baldus in conſilio ſexageſimoſecundo. Quidam Petrus Licij, quẽ allegauit Cæpolla,& ſi inter Baldi reſponſa inuenire minime potuerim.

64 Octaua præſumptio eſt, quæ † colligitur ex quibuſdam verbis, quæ apponi ſolent in pacto de reuendendo, ſicuti quando dictum fuit, quod quandocumque dictus conductor dabit,aut ſoluet fictus rerum venditarum, teneatur dictus locator, facere inſtrumentum reuenditionis. Ita Cæpolla in loco ſupra allegato.numero 47.verſic. octaua præſumptio,qui ſcriptum reliquit,prædicta verba habere hunc ſenſum : quod per ceſſationem ſoluendi fictum per biennium,vel triennium non cadit emphyteota ſiue liuellarius à iure ſuo.l.ſecunda.C.de iure emphyteu. & capitul. potuit.
65 de locato. Nam pacta inſolita, † & contra naturam contractus,ſimulationem,& fictionem arguunt.capitu.illo vos.de pigno.vbi pactum inſolitum de computandis reditibus in ſortem,arguit contractum ſimulatum:Cum repugnet naturæ emptionis,& venditionis.Et ibi annotarunt Butrius, & reliqui.Et manifeſtè docuit Baldus in capitu.primo.verſic. quæro,de quibuſdam pactis.in titu.de feudo dato in vicem legis commiſſo.

Hæc comprobantur ex his, quæ in ſubſequenti præſumptione,& coniectura dicemus de clauſulis inſolitis. Et præſumptionem hanc auget ſecundum Cæpollam, illud verbũ, venditorum : dum dicitur,fictus rerum venditarum. Non e
66 nim † liuellarius dicitur vendere proprietatem, ſed vtile dominium,& dicitur locari fructuum vtilitas, ex qua locatione acquiritur ius vtile etiam in ſuperficie,& fructibus.l.prima.ff.ſi ager vectigal.vel emphyteu.peta.& dicto capit.potuit.de locato.

Cæterùm(ſubiũgit Cæpolla præcitato in loco) hæc præſumptio ſola parum operatur ad arguendum cõtractum eſſe fictum,& vſurarium:Cum præſertim ignorantia imperitiaque tabellionis,appoſitum fuiſſe præſumatur illud verbum, venditarum.Hæc tamen præſumptio (inquit Cæpolla) aliis ſimul iunctis operari poterit. Nam ſingula, quæ non proſunt,ſimul iuncta iuuant.l.inſtrumenta.vbi gloſſ.C.de probatio.& declaraui ſupra in libro primo.quæſtio.xl.& xlj.vbi expoſui, quando multæ præſumptiones imperfectæ iungi ſimul poſſint,ad perfectam aliquam conſtituendam.Et Cæpollam ſecutus eſt Hier.Gabriel in conſil.xxiiij.nu.25.verſ. ſecundus eſt caſus.

Nona eſt præſumptio, quæ colligitur ex pactis, vel clau-
67 ſulis † inſolitis:ita Cæpolla qui ſupra.numero 48. verſicul. Nona præſumptio,qui Baldum,& Angelum recenſet.Idem in ſpecie affirmarunt Bald.& Alber.in l.penultim.C.de euictio.Anchar.in conſilio cclvij.numero quinto. Socin. Sen. in conſilio cclxij.numero quarto.libr. ſecundo.Afflictus in capit.j.in princip.nume.24.verſic.vj.præſumitur. de feudo dato in vicem legis commiſſo.Decius in l. quæ dubitationis.numero 4.de regulis iuris. Petraſancta in ſingul. lxxvij. Clauſulæ inſolitæ.in fine.Tiraquellus in tracta. de retractu conuentionali.in præfatione.numero 71.Natta in conſilio cxcviij.nume.12.libro primo.Decianus in conſil.ij.nu.37. lib.j.Quam quidem ſententiam probant illo tex.dict.c.illo vos,de quo in præcedenti præſumptione.& arg.l.ſi quis ſub conditione.ff.de conditio.inſt.Primum afferri ſolet exemplum in eo pacto, quo actum eſt, vt pro domo locata ipſi venditori, præſtetur atque ſoluatur vinum, vel oleum, vel quid ſimile.Hæc enim penſio inſolita eſt pro domo.Ita exẽplum hoc conſiderauit Cæpolla præcitato in loco.verſic.ex quo in foro.& Afflictus in c.j.in princ.nu.43.de feudo dato in vicem legis commiſſo.

Secundum eſt exemplum ſimile propè, quando emptor loco pretij dediſſet veſtes aureas,vel animalia, vt quid ſimile, quod deinde venditor neceſſe habet vendere, atque ita cogitur facere(vt vulgò dicitur)Stochum.Ita reſponderunt Decius in conſilio ccccij.numero 18.& Decianus in conſilio cv.nume.18.libro ſecundo.quando emptor voluit ſibi promitti expreſſim à venditore,quod non opponat, & alleget contractum fictum nec ſimulatum.Ita Anchar. in dicto conſi.cclvij.nu.5.

Tertium eſt exemplum clauſulæ inſolitæ:vt ſi in ipſo inſtrumento ita dictum eſt:vendidit,& tradidit verè, & non in fraudem vſurarum, Ita hoc exemplum probauit Cæpolla, præcitato in loco.num.48.in fine.poſt Baldum, & Imolam, quos allegat,Idem affirmarunt Salicetus in l.emptione.columna prima.C.plus valere,quod agitur,Felinus in capit.ſi cautio.nume.70.verſic.de materia,de fide inſtru.Caſſaneus in conſi.xxv.col.ij.verſicu.ſeptimò,Tiraquellus de retractu conuentionali in præfatione.numero 19. Natta in conſilio cxcviij.numero decimoquinto.libro primo.Rola.in conſilio quadrageſimo. numero trigeſimonono.libro ſecundo. Franciſ.Beccius in conſil.lij.nume.83.& Ioan.Baptiſta Lupus in l.ij.in ſecunda parte.§.primo.nu.39.C.de pact. inter

empto.



empto.& vendi.

Nec prædictis repugnat, quod reſpondit Decianus in conſi.ij.nume.129.lib.j.ex ſententia Ancha.in cap.peccati venia.de regul.iur.in vj.Decius in conſil.cxix.in princip. & Craue.in conſil.lxxxix.numer.2.cum dixit,tunc demum pacta arguere contractum ſimulatum, & fœneratitium, quando ſunt à lege reprobata.Nam reſpondetur, quod etſi pacta
68 † reprobata arguunt ſimulationem, non tamen excluditur, quin idem ſit de pactis inſolitis, quæ dici etiam poſſunt à lege reiecta.

69 Cæterùm aduertendum eſt, quod † ſola hæc præſumptio non ſufficeret ad detegendum contractum vſurarium:ſed aliæ debent concurrere.Ita Hiero.Gabriel in conſil.clij.nume.4.libro j.

69 Decima eſt præſumptio,& coniectura, quando † emptor idemque locator,noluit contractum venditionis poſſe diſſolui,niſi vſque ad certum tempus, puta niſi poſt ſex annos, atque ita facultas reemendi non pendebat ab ipſo venditore ab initio : ſed ſolum poſt certum tempus. Ita Cæpolla in dicto tractatu de ſimulatione contractuum.numero 49.verſicu.decima præſumptio.qui huius opinionis recenſet Hoſtien.& Ioan.Andreæ in capitul.ad noſtram.de empt.& vendit.& Beatum Bernardinum in tract.de contractibus,& vſuris,in ſermone xxxix.art.ij.cap.j.His accedit Bal.in conſilio cccclxxxviij.Apparet lib.j.Caſtren.in conſil.cix. Viſa petitione.verſicu.ſunt etiam alia.lib.ij.Abbas in conſi.lxxvj.nu. 2.lib.j.& in d.c.ad noſtram.in tertio caſu.Alex.in conſi.cix. in ſi.lib.iiij.Guido Papæ.q.ccccxvj.Iaſon in conſi.cl.nu.1. lib.iiij.Tiraq.de retractu conuentio.§.j.glo.ij.numero 69. Craue.in conſi.clvj.nu.5.Cagnolus in l.ij.nu.60.C.de pact. inter empto.& vend.Neuizan.in conſil.lxxxviij.nu.4.Didacus in lib.iij.varia.reſolut.cap.viij.in fin.Ioan.Baptiſta Lupus in d.l.ij.in ſecunda parte,nume.40.qui alios nonnullos recenſet : & alios addit Decianus in conſilio ij.numero 17. lib.j.& in conſil.cv.nu.21.lib.ij.& idem reſpondit Gabriel in conſi.lxxiiij.nu.5.ver.ſecunda coniectura,lib.j.qui dixit, eſſe coniecturam vrgentiſſimam. Accedunt etiam ex theologis Conradus in tract.de contractibus.q.lxxxiij.in cõclu. viij.& Io.de Medina in tract.de reſtitutionib.in ca.de cenſu redimibili.col.pen.

70 Cæterùm prædicta præſumptio,& coniectura ſola, † non ſufficit ad probandum contractum eſſe vſurarium, ſed cum aliis præſumptionibus iuncta ſatis erit.Ita declarat ipſemet Cæpolla præcitato in loco, numero 50.verſicul.ſed tamen iſta præſumptio,qui ſic intelligit Baldum in capitul.primo. de feudo dato in vicem legis commiſſo.Idem ſcripſerũt Aluaro.in d.c.j.col.pen.verſi.quæro extra.Socin.Sen.in conſi. ccxlviij.col.ij.verſi.quarto libr.ij.Iaſon in conſil.cliij.libro iiij.Craue.in conſi.clvj.nu.5.Clauaſius in ſumma in verbo. vſura.il j.numero 67.Conradus in loco ſupra allegato. Tiraquel.de retractu conuentio.§.j.gloſ.ij.nu.70. Modernus Pariſien.in tracta.de vſuris.num.352.in fine,qui alios nonnullos commemorat.Cagnolus in l.ij.nu.60.C.de pact.inter emp.& vend.& ibidem Ioan.Baptiſta Lupus in ſecunda parte nu.40.verſi.intelligas tamen.& Decianus in d.conſil. ij.nu.131.& 132.libr.j.qui late explicat.ſic etiam reſpondit Hiero.Gabriel in d.conſi.lxxiiij.nu.6.lib.j.qui tamen dixit, eſſe coniecturam vrgentiſſimam.

Et hæc quidem locum habent in venditionibus prædiorum,& aliarum rerum mobilium:vt hæc ſola præſumptio nõ
71 ſufficiat:ſecus verò eſt in venditione cenſuum, & † redituum annuorum.Nam tunc ſola hæc coniectura ſufficit. Ita Modernus Pariſien.præcitato in loco, & Couuarr. in libro iij. varia.reſolut.capit.viij.nume.8.quos ſecutus eſt Lupus qui ſupra.nume.42.Idem reſpondit Hiero.Gabriel in conſilio clij.nume.7.

Vndecima præſumptio eſt ſimilis præcedẽti (inquit Cæpolla in dicto tracta.de ſimulatione cõtractuum numer.51. verſicu.vndecima præſumptio.)quando ſcilicet in pacto de
72 reuendendo † dictum fuit econtra : quod emptor teneatur reuendere venditori fundum venditum , vſque ad certum tempus:vt poſt decennium,quod elapſo ſit in ipſius emptoris facultate,quod vẽditor remaneat perpetuus Liuellarius. Vel quod poſſit cogi ad reemendum.Ita Cæpolla ex ſententia Hoſtien.in ſumma de vſuris.§.vltimo.verſicul.ſecundo. qui dixit,malam eſſe præſumptionem contra ipſum emptorem,quando voluit,quod eſſet in ſua poteſtate reemendi, & non reemendi.

Eſt tamen obſeruandum,valere pactum,quod poſt certũ
73 tempus vel conditionem liceret venditori † redimere rem venditam,ſi ipſe vellet. Ita Cæpolla præcitato in loco.numero quinquageſimoprimo.verſicul.adde tamen, poſt Baldum,quem recenſet.

Duodecima eſt præſumptio , & coniectura , quando
74 † venditor vendidit fundum,adiecto pacto, quod ei locaretur in perpetuum,& quod vſque ad decennium vel in perpetuum venditor poſſet reemere: & aliæ concurrunt coniecturæ.Ita Cæpolla in dicto tractat. de ſimulatione contractuum.nu.52.verſi.duodecima præſumpt.iuncto nume.54. Qui quidem ſubiungit dubitationem:an maior præſumptio ſimulationis ſit illa, quæ oritur à pacto reuendendi ad tempus certũ.vel illa,quæ ſumitur à pacto de reuẽdendo in perpetuum?Diſtinguit ipſe Cæpolla ibidem d.nu.54.verſi.circa quod &c.aliquot caſus.

Primus eſt,quando agitur de præſumendo contra venditorem.Hoc caſu (inquit Cæpolla) maior ſimulationis præſumptio oritur, quando factum eſt pactum de reuendendo in perpetuum. Nam ſignificauit ipſe venditor nullo modo voluiſſe perfectè vendere:ſed potius pignori dare : Ex quo voluit eſſe ſibi conceſſam perpetuo redimendi facultatem. Si enim eſſet pactum de redimendo vſque ad certum tempus,puta decennium ſaltem ſignificat, ſe poſt illud tempus habuiſſe animum vendendi,dominiumque abdicandi:

Secundus eſt caſus, quando agitur de præſumendo contra emptorem, qui fecit pactum de reuendendo perpetuò, ſic tamen volente ipſo venditore, qui nolebat aliter vendere. Hoc in caſu nulla eſt præſumptio contra ipſum emptorem.Ita tradit Cæpolla in loco præallegato.numero 54. in fine.& numero 55.Ea adductus eſt ratione : quia credẽdum eſt,emptorem minus libenter ſic pepigiſſe : Cum veriſimilius ſit,eum potius voluiſſe promittere ad certum tempus: ne res ipſa empta ſtet ſemper in ſuſpenſo. Eſt ſanè vtilius, melius & fauorabilius emptori , promittere reuendere ad certum tempus : quia fieri poſſet, quod ipſe venditor intra illud tempus non reemeret:& proptereà res libera remaneret apud ipſum emptorem.Eſt etiam vtilius:quia res empta cum pacto redimendi perpetuò, eſt ſemper ( vt experientia docet ) multò minoris valoris, quàm empta cum pacto redimendi ad certum tempus. Qui enim emunt cum pacto
75 reuendendi perpetuo,non audent in re ipſa empta † impenſas, & melioramenta facere : cum ob oculos ſemper habere videantur venditorem , re effecta meliore vtilioréque, offerentem ſibi iam numeratum pretium.Id quod non contingit re vendita cum pacto reuendendi ad certum tempus: quia illo elapſo poteſt emptor ad ſui commodum,& vtilitatem reddere rem meliorem,& vtiliorem.

Tertius eſt caſus, quando agitur de præſumendo contra emptorem, qui fecit pactum de reuendendo perpetuo, ſic rogante venditore,qui voluit,quod pactum eſſet perpetuũ, vel ſaltem ad certum tẽpus , & ipſi emptori placuit promittere perpetuò.Hoc in caſu idem eſt dicendum,quod in præcedenti:nullam hic eſſe præſumptionem contra emptorem: Cum potius ſit gratia, & liberalitas, quam fecit ipſi venditori.Ita Cæpolla qui ſupra.numero 55. verſicul. aut venditor nolebat.

Quartus eſt caſus,quando agitur de præſumendo contra emptorem, qui fecit pactum de reuendendo perpetuò venditori, qui non magis petiit ſibi promitti perpetuò, quàm ad certum tempus reuendi. Et ipſe emptor ob amicitiam, quæ cum venditore intercedebat, ſic promiſit perpetuò reuendere.Hoc etiam caſu dicendum eſt, nullam eſſe malam præſumptionem contra emptorem.Ita Cæpolla prędicto in loco.numero quinquageſimoquinto.verſ.aut venditor non petiit.Ea motus eſt ratione, quam ſuperiore in caſu cum eo commemoraui.

Quintus eſt caſus, quando agitur de præſumendo contra emptorem, qui fecit pactum de reuendendo perpetuo, ipſi venditori non roganti, nec cogitanti, ſed quia ita ipſe emptor voluit. Hoc ſanè caſu præſumptio aliqua mala inſurgit contra ipſum emptorẽ:quod ſcilicet emere noluerit,

ſed pig

ſed pignori habere, quia ſi voluiſſet emere, potius promiſiſſet reuendere ad tempus, quam perpetuò. Ita tradit Cæpolla præcitato in loco.nu.55.verſi.aut emptor facit pactum. Et ibidem.nu.56.ex ſententia Beati Bernardini concludit,
76 melius † eſſe, quod fiat pactum de reuendendo ad tempus certum, quàm perpetuò. Et tempus ipſum certũ, ſit ſeptennij. Quod qua ratione fieri ſic debeat, tradit illo in loco Cæpolla.

Tertiadecima præſumptio, & coniectura contractus ſi-
77 mulati, & fœneratitij eſt, quæ colligitur ex pacto, † quo ipſi emptor, & venditor conuenerunt, quod quandocunque venditor reſtituet pretium, emptor teneatur reſtituere rẽ ſuam. Ita Cæpolla in dicto Tractat.de ſimulatione contractuum, numer.58.verſicu.tertia decima præſumpt.poſt Caſtren. in conſil.lxxiiij.In cauſa mota per domin.Dorotheam col.iij. verſi.quarta reſultat.libr.ij.Et idem affirmarunt Calcaneus in conſi,xxv.nu.68.Corneus in conſi.iiij.col.ij.ver. pactum de reuendendo lib.Decius in conſi.cxxiij.col.j.verſi. quod autem, Ruin.in conſil,xvj.nu.11,lib.v.Bertrandus in conſil, cxj.in ſi.lib,iij.& Gramma.in deciſ.lxxvj.nu.7.Natta in cõſi.cxxxviij,nu.9,lib.j.ſic & Decianus in conſi.ij,num,31.& 133,libro primo.

78 Ea ratione moti ſunt, quia † reſtitutio magis accedit ad mutuum, quàm ad venditionem: cum reſtitutio nõ præſupponat venditionem ſicuti pactum de reuendendo. Et propterea cum ſit quædam promiſſio facta contra naturã ipſius emptionis, & venditionis, arguit ſuſpicionem, iuxtà l.ſi quid ſub cõditione.ff.de cond.inſt.& diximus ſuprà. Et aliis multis declarat Cæpolla præcitato in loco.

Decimaquarta præſumptio, & coniectura ad detegendum contractum ſimulatum, & fœneratitium eſt, quando
79 † pacta appoſita in contractu claudicant, quia omnia facta ſunt in fauorem creditoris ſicque emptoris: nullum verò in fauorem debitoris, ſicque venditoris. Ita tradit Cæpolla in dicto Tracta.de ſimulatione Contractuum numero 60.verſicu.decimaquarta præſumptio.poſt Hoſtien.in ſumma de vſuris.§.vlti.verſicu.ſecunda, quæ eſt optima, Gulielmum à monte Lauduno in clemen.ex grandi.de vſuris, & Zabarellam ibidem in §.Cæterùm.q.iij.Idem ſcripſerunt Decius in conſi.cccviij.num.16.Afflictus in c.j.in prin.nu.25.ver. vij. præſumitur, de feudo dato inuicem legis commiſſo.Bero.in conſi.clxv.nu.1.& in conſi.clxix.nu.11.lib.j.& Decianus in conſi.cv.nume.xxv.lib.ij.Ea ratione moti ſunt: quia ſi verus fuiſſet contractus emptionis, & venditionis, non eſt veriſimile, quod omnia pacta appoſita fuiſſent ad fauorem creditoris ſicque emptoris: Cum non præſumatur venditorẽ voluiſſe iactare ſuum.l.cum de indebito.in princ.ff.de proba-
80 tio.Hæc tamen ſola † pręſumptio non ſufficit: ſed aliæ debẽt concurrere. Econtra verò quando pacta omnia ſunt æqualia, arguitur contractus iuſtus, & legitimus. Ita Dec.in dict. conſi.cccviij.nu.6.

Decimaquinta præſumptio, & coniectura contractus ſi-
81 ſimulati, & fœneratitij colligitur ex eo, quod † venditor dixerat emptori, ſe indigere cẽtum aureis: quos ſi emptor numerabit, vendet fundum vnũ ex multis ſuis ab ipſo emptore eligendum: cum pacto de reuendendo. Ita Cæpolla in dicto Tracta.de ſimulatione contractuum.nume.61.verſicu.decimaquinta præſumpt.& Afflict.in c.j.in prin.nume.35.verſi. decimotertio.de feudo dato in vicem legis commiſſo. Non enim hoc in caſu venditor habuit animum vendendi: ſed potius pignorandi, quia ſi verè, & liberè vendere voluiſſet, pro ſua neceſſitate, vel voluntate, non dediſſet electionem emptori accipiendi fundum, quem magis vellet habere. Imò eſt præſumptio, quod vendidiſſet deteriorem, & minus ſibi damnoſum, argu.l,magis puto.§.ne paſſim.ff. de rebus eorum. Non enim (vt diximus ſupra) præſumitur, quod venditor voluiſſet iactare ſuum d.l,cum de indebito. Iactaſſet ſanè, ſi cum potuiſſet vendere rem deteriorem, & minus damnoſam, vendiderit meliorem, & vtiliorem. Idem eſt dicendum, ſubiungit Cæpolla, quando venditor habens multa prædia, vendidiſſet domum nobilem, & maiorum ſuorum, quam veriſimiliter non erat venditurus, ob affectionem, quam erga eam habebat, iuxta l.ſi in emptione.§.primo.ff. de mi.cum aliis allegatis à Cæpolla, & plura ſcripſi ſup.hoc lib.in præſumptione.., vbi diſſerui de intereſſe ratione affectionis.

Præterea ſola illa venditoris indigentia, ſuſpicionem arguit. Ita Calca.in conſi.xxvj.col.viij.quem ſecutus eſt Graue.in conſi.clvj.nu.13.& alios commemoraui in conſil.cix, nu.30,verſi.præterea.lib.ij.Hæc tamen ſola coniectura non ſufficit ad detegendum contractum eſſe vſurarium.

Decimaſexta præſumptio, & coniectura cõtractus ſimulati, & fœneraticij, ſumitur ex eo, quod etſi emptor voluit
82 ſoluere † iuſtum rei pretium, vt puta centum: attamen venditor dixit, volo quinquaginta tantum: quia pluris non indigeo. Ita tradit Cæpolla in dicto Tract.de ſimulatione contractuum.nume.62.verſi.decimaſexta præſumptio poſt Caſtrenſ.in conſi.cccxxviij. Viſa petitione, prædicta, quem hactenus non inueni. Idem eſt, quãdo venditor peteret octuaginta pro ipſo fundo vendendo cum pacto redimendi, & emptor dixiſſet, ſe numeraturum centum, ſine illo pacto reuendendi. Et venditor noluit ſic vendere, ſed potius habere illa octuaginta cum dicto pacto. Hoc etiam in caſu præſumitur contractus ſimulatus, & vſurarius. Ita Caſtrenſis, & Cæpolla præcitatis in locis. Et rationem conſiderauit ipſe
83 Cæpolla, quia in dubio quis præſumitur velle vendere † rem iuſto pretio, & potius quod eſt minoris pretij, pluris vendere.l.in cauſæ.§.pe.ff.de mino.& l.item ſi in pretio.§.quemadmodum.ff.locati. Et ideò quando quis ſponte vendit minori pretio, quod eſt maioris valoris, & minus vult, quam quod ſibi offertur: præſumptio eſt mala contra eum: cum, vt ſæpius dictum fuit, nemo præſumatur iactare ſuum d.l.cum de indebito.

Decimaſeptima præſumptio, & coniectura eſt, quæ ori-
84 tur ex † paruitate pretij, ex perſona emptoris, vt puta quando penſio eſt tenuis reſpectu reditus fundi, ex quo multò plus percipitur. Ita Cæpolla in dicto. Tracta.de ſimulatione contractuum. nu. 63.verſ.decimaſeptima.præſumptio.poſt Bal.in d.conſi.cccxxij.lib.iij.Idem reſponderunt Crauet.in conſi.clvj,nu.17.& Natta in conſi.cxcviij.nu,11.in ſi.lib.j. & diximus in fine tertiæ coniecturæ.

Non enim, inquit ille, eſt veriſimile, quod, cũ maior penſio ex fundo haberi poſſit: quàm hæc quæ à venditore præſtatur, voluerit emptor minus ſibi pręſtari, cum nemo (vt diximus) præſumatur iactare ſuũ. Eſt ergo præſumptio, quod emere is noluerit, ſed pignori recipere.

Decimaoctaua præſumptio, & coniectura contractus ſi-
85 mulati, & fœneratitij colligitur ex eo, quod † emptor nõ curauit videre rem, vel de ea ſumere informationes, ſed ſatis ei fuit emere cum pacto reuendendi, & eam concedere venditori vel nomine liuelli, vel locationis. Si enim verè emere is voluiſſet, adhibuiſſet diligentiam in ea re videnda, & conſideranda. Ita tradunt Cæpolla in dicto Tract.de ſimulatione contractuum, numero 64.& alij plures, quos congeſſi in conſilio cix.numero 21.libr.ij.Exiſtimo tamen ſolam hanc
86 coniecturam † non ſufficere ad detegendum contractũ vſurarium, cum (vt etiam eſt communis huius regionis vſus) ſic emantur liuelli, & reditus, quemadmodum & Veronæ obſeruari teſtatur Cæpolla præcitato in loco.& Afflictus in c.j.in prin.nume.41.de feudo dato in vicem legis commiſſ. de hac coniectura dubitauit, niſi deducatur, & probetur, quod in ea ciuitate, & regione ſolent emptores videre bona à ſe emenda.

Decimanona præſumptio, & coniectura colligitur etiam ex perſona emptoris, qui veriſimiliter emere noluit, ex quo ipſemet ſimilia prædia vendit. Ita Cæpolla in dicto Tractat. de ſimulatione contractuum, nume.64. verſicul. decimanona præſumptio, Nam hæc videntur eſſe contraria vendere, &
88 emere. Et nemo præſumitur incontinenti † contraria agere. l.nam & ea.ff.de condi.& demon.& Cæpollam ſecutus ſum in conſi.cix.nu.22.lib.ij.

89 Cæterùm crediderim leuem admodum eſſe hanc † præſumptionem, ſi alia non concurrit. Cum emptor ad ſic vendendum, & emendum iuſtis de cauſis moueri potuit. Verius fortè coniectura hæc locum habere poſſet, quando emptor vendidit propria prædia fertilia, vt emeret ſterilia. Ita Afflictus in cap.j.in princip.nume.37.de feudo dato in vicem legis commiſſ.

Vigeſima præſumptio, & coniectura contractus ſi-
90 mulati, & fœneratitij colligitur, quando † clam, & occulte facta



facta eſt venditio, cum pacto redimendi, & ſecuta eſt locatio, vel ad liuellum conceſſio. Ita Cæpolla in dict. Tracta. de ſimulatione contractuum.nume.66. verſicu. vigeſima præſumptio. Idem affirmarunt Afflictus in capit.j.in prin.num. 28.verſicu.x.prẹſumitur.de feudo dato in vicem legis commiſſo.& Decianus in conſi.ij.nume.92.lib. j. Ita actionum
91 ceſſio † clam, & occulte facta præſumitur ſimulate, & ficte facta. l. ab Anaſtaſio. C. mand. & dicemus infra hoc libro in præſumption.cxxix.ſic & donatio facta clam ab eo, qui
92 deinde deliquit, præſumitur ficta † in fraudem fiſci: ſicuti dicemus infra hoc libro in præſumptione. cxxiiij. His ſimilia omitto. Hæc tamen coniectura facile ceſſat, quando ap-
93 parere poteſt, quod aliqua † iuſta de cauſa ſic clam contractus confectus ſit. Ita Cæpolla præcitato in loco, qui ſubiũ-
94 git, quod ſi inſtrumẽtum † diu fuit occultatum, præſumitur ſimulatum. Econtra verò quando palam ij contractus celebrantur, ſuſpicio tollitur. Ita Decianus in dict.conſil.ij. nume.92.lib.j.

Vigeſimaprima præſumptio, & coniectura contractus
95 ſimulati, & vſurarij, colligitur ex † qualitate loci, vbi contractus fuit celebratus. Ita Cæpolla in dicto Tractat. de ſimulatione contractuum.nume.68. verſicul. vigeſimaprima præſumptio. poſt Gulielmum à Monte Lauduno in dict. clem. ex grandi. de vſuris. & Hoſtien.in ſumma de contrahenda emptione. §. primo. verſicul. illud autem non, ibi, conſuetudo etiam vſurarij, & terræ, in hoc maxime attendenda eſt, & hanc coniecturam probarunt Caſtren. in conſilio cix. Viſa petitione.lib.j.Afflict.in cap.j.in prin.numero 29.de feudo dato inuicem legis commiſſ. & Rolan. in conſil.xl.numero 26.libr.ij.Eſt ratio, quia in dubio præſumitur
96 † id eſſe actum, quod eo in loco fieri conſueuit.l.quod ſi nolit.§.qui aſſidua.ff.de ædilit.edicto.qua de re ſ̃.in lib.j.q.xv. nu.10.& nume.28.ſcripſi, præſumptionem & coniecturam ſumi à patria.

97 Cæterùm præſumptio hæc † etiamſi emptio facta ſit cum pacto de reuendendo, non ſufficit ad detegendum contractum vſurarium, ſicuti à fortiori dicemus in duabus ſubſequentibus coniecturis ad finem. Et præterea accedit, quod ſi loci vſus, & conſuetudo hoc fert, vt ſimiles contractus paſſim fiant excuſantur quidem ſic contrahentes à pæna indicta contra vſurarios, vt tradit Bart. in d. §. qui aſſidua, & alij congeſti à Rola.in conſ.lviij.nume.19.lib. iiij. & à Deciano in conſi.ij.nume.82.lib.j. Non tamen excuſat ad præiudicium læſi. Ita Natta in conſ.ccccxcviij.nu.24.lib. iij. &
98 Plotus in conſil.xix. Et rurſus ſuſpicio hæc ceſſat, † quando emptor eſt vir probus, & vitæ honeſtæ. Ita poſt alios reſpõderunt Rolan.in conſi.xcvj.nu.20.lib.j.& in conſi.lviij. nu. 21.lib.iiij.& Decianus in conſ.ij.num.35.lib.j.Idem quan-
99 do † emptor eſt ruſticus, & perſona ſimplex. Ita Natta in conſi.cccccclxxxvj.

Vigeſimaſecunda præſumptio, & coniectura contractus
100 ſimulati, & fæneraticij eſt, † ſi emptor, qui fecit pactum de reuendendo.conſueuit ſimiles cõtractus facere. Ita Cępolla in dict. Tract.de ſimulatione contractuum.nu. 70. verſicul. vigeſimaſecunda præſumptio, poſt Gulielmum à Monte Lauduno in d.clem.ex grandi, & Zabarellam ibidem, §. Cæterùm.q.iij. de vſuris. Idem reſponderunt Caſtren. in conſ. cix. Viſa petitione prædicta.col.j.verſ.ſufficeret etiam. lib. ij. Cagnolus in l.ij.nume. 50.verſ.partem autem contrariam C. de pactis inter empt.& vend. Natta in conſ.cxcviij. num. 20.lib.j.& Craue.in conſ. lxxiij. Eſt ratio, quia præſumitur contra aliquem ex eo, quod facere conſueuit.l.non omnes. §.à Barbaris.ff.de re milit.cum aliis à Cæpolla allegatis. Et huc facit quod ſcripſi ſuprà lib.j.q. xv. col.j.& ij. vbi plura ad rem congeſſi.

Et accedit ſecundem Cæpollam ibidem.num.72.quod
101 † qualitas facti ſecundum qualitatem perſonæ facientis interpretatur atque præſumitur.cap.abſit.xj.q.iij.& cap. ea vindicta.xxiij.q.iiij. Et inquit gloſſ.in cap.ſi quis Gramma-
102 ticam.xxxviij.diſtinct.bonorum † præſumi illud, quod à bono factum fuit. Ita è contra malum præſumitur, quod actum fuit à malo.

Et rurſus accedit ſecundum eundem Cæpollam præci-
103 tato in loco.nu.70.in fin.quod ſemel † malus ſemper pręſumitur malus in eodem mali genere.capitu.ſemel.de regu. iuris; in vj.& dicemus infra, lib.v.in præſumptio. xl. Cæterũ hæc coniectura etiam coniuncto pacto de reuendendo non
104 ſufficit † ad demonſtrandum contractum eſſe vſurarium. Sed concurrere debent aliæ coniecturæ. Ita declarat Cæpolla præcitato in loco.nu.75.verſ.hæc tamen, & dicemus in fine ſubſequentis præſumptionis.

Vigeſimatertia præſumptio & coniectura eſt, quando
105 emptor ipſe eſſet † vſurarius & ſolitus vſuras exercere. Hæc ſanè coniectura coniunctis aliis facile arguit, contractum ab hoc geſtum eſſe fæneraticium. Ita Cæpolla in dicto tracta.de ſimulatione contractuum.nu.73.verſic.vigeſimatertia præſumptio, poſt glo.in cap.illo vos.de pign. & in cap.cõqueſtus, de vſuris. Hoſtien.in ſumma. de pignoribus. §.quando.verſ.ideò dico.& idem in c.ad noſtram. de empt. & vend. Paul.Leaz.in ſua diſputatione, quæ incipit. Contra inſtrumentum debiti.col,v.verſ.de quarto patet. Angelus in ſua diſputatione, quę incipit. Aſtenſis miles.colum.xxx. His accedunt Baldus in conſi.ccv. Iacobinus.col.j.verſi. nam ſiquidem.lib.j.Roma.conſi.ccciiij.num.4.& alios refert Decianus in conſi.ij.nu.15,lib.j.

Hæc coniectura locum habet multò magis, quando ſolitus fænerari, per interpoſitam quoddammodo perſonam, &
106 (vt dici ſolet) per quendam † circuitum emit: ſicuti euenit, quando curant, vt alter non ſolitus fænerari emat tenui pretio cum pacto ipſo de reuendendo, qui emptor deinde vendit ipſi vſurario. Idem quando (vt facere ſolent verſuti ij fæneratores) res ambulaſſet per duas, vel tres manus: ſi detegatur id factum fuiſſe opera ipſius vſurarij, multò magis augebitur præſumptio fraudis. Ita tradit Cæpolla præcitato in loco.nu.74.verſ.& ideò vſurarij, poſt Gulielmum de monte Lauduno in clem. ex grandi. & Zaberellam ibidem.§.Cæterum.q.iij.Idem ſenſit Craue.in conſil. clvj. nu.11.qui reſpondit fortiori in caſu, quando ſcilicet emptor non conſueuit fænerari.

Et cum contractus iſte ob pretij tenuitatem & pactum de reuendendo ſuſpectus ſit, vt diximus ſupra in prima præſumptione: dicendum eſt, quod cum habuerit malum principium, non dicitur permiſſum alicui ſcienti emere, quia emptor eſſet in eadem damnatione. arg. c. tua nos. de vſuris.

107 Non enim permiſſum eſt emere rem † fæneraticiam: ſicuti nec furtiuam, vt latè poſt alios reſpondi in conſil. ccc. numero 15.16.17.& 18.& num.25.lib.iij. vbi plura ad rem ſcripſi.

Cæterùm hæc coniectura, quod ſit ſolitus fænerari
108 † etiam coniuncto pacto de reuendendo, non ſufficit ad detegendum contractum vſurarium. Ita ſcriptum reliquit præcitato in loco Cępolla.nu.75.verſ.hæc tamen, qui huius ſententiæ recenſet Baldum in l. emptione. in fine principij. C.plus valere, quod agitur, & in l.interpoſitas. columna j. C. de tranſac. Angelum in l. ſicuti. §. ſuperuacuum.ff.quib. modis pignus, vel hypot. ſoluitur, & in diſputatione, Aſtenſis miles. columna xxx. Nam (vt præcitati Doctores ſcribunt) etiam vſurarij perſæpe faciunt contractus iuſtos & lege probatos.

E contra autem, quando probatur quod emptor eſt vir
109 † probus & ſolitus contrahere iuſtè & legitime, ceſſat ſuſpicio ſimulationis & fænoris. Ita Decius in conſil. cccviij. num. 5.verſi.tertio in caſu.Crau.in conſi.cxlv. in fine.& alij multi congeſti à Rolando in conſil.lviij.num.2.lib.iiij. & à Deciano in conſ.ij.nu.84.lib.j.

Vigeſimaquarta præſumptio & coniectura contractus
110 ſimulati & vſurarij eſt, quando † venditor permanſit in poſſeſſione rei venditæ. Ita Cæpolla in dicto tractat. de ſimulatione contractuum.num.76.verſi.vigeſimaquarta præſumptio. poſt gloſſam, Cynum, Speculatorem, Guidum Suzarium, Bartholum, Baldum & Butrium. Et his accedunt alij, quos congeſſi in lib.ij.de arbitrariis iudicũ. caſu xxxix. vbi ad huius præſumptionis explanationem non mediocri ſtudio & diligentia diſtinxi vndecim caſus. Hanc eſſe præſumptionem (vt paucula hæc iam ſcriptis adiungam) iu-
111 ris † ſcriptum reliquit Ioan. Andreæ in additionibus ad Spec.in tit.de præſumptionibus. §.ſpecies.num. 5.in verbo. In prædict. concord. Ita quoque Anch. in conſil.cclvij.nu. 4.reſpondit, & declarat Roma.conſi.ccciiij.num.3.quando manſit

manſit in poſſeſſione tanquam conductor, vt etiam dixi in
dicto caſu xxxix. Et hæc quidem coniectura comprobatur
ex his, quæ reſponderunt Baldus in conſilio cccxxij. libr. ij.
Corne. in conſi. cxxxv. col. vj. lib. j. Afflictus in cap. j. in prin,
num. 20. de feudo dato inuicem legis commiſſo. Pariſius in
conſi. liiij. numero 72. & in conſi. lv. nu. 54. libro j. & Rol. in
conſi. xl. nu. 36. lib. ij. cùm dixerunt, quòd quando bona ven-
dita ſemper permanſerunt in æſtimo & cataſto venditoris,
præſumitur quod ſemper ipſe poſſederit, atque ita colligi-
tur coniectura, quod venditio non fuerit verè facta: ſed po-
tius bona pignori data. Et rurſus ſcribunt, Bald. in l. illud. in
fine. C. de ſacroſanc. eccleſ. Caſtr. in conſil. cccxxxj. Præſup-
poſitis iis, libr. j. & Crottus in conſil. cxlj. in fi. tunc ex reten-
tione poſſeſſionis præſumi ſimulationẽ, quando inſtrumen-
tum venditionis continet, quod realiter tradita fuit poſſeſ-
ſio: & tamen conſtat traditam non fuiſſe.

Vigeſimaquinta præſumptio & coniectura contractus
12 ſimulati & fœneraticij colligitur ex eo, quod vẽditio † ipſa
durauit modico tempore. Ita Cæpolla in dicto tractat. de ſi-
mulatione contractuum. nume. 79. ver. vigeſimaquinta præ-
ſumptio. poſt Barto. in conſi. lxv. Petrus Nicolæ. lib. j. & Ca-
ſtren. in conſi. lxxiiij. In cauſa mota per D. Dorotheam. col.
ij. ver. his præmiſſis. lib. ij. ſic & Afflictus in c. j. in prin. n. 11.
& 37. ver. decimoquinto poſt Rotam dec. j. nu. 4. tit. de do-
nat. in nouis. de feudo dato in vicem legis commiſſo. Et con
iecturam hanc probat text. clarus l. iij. §. ſi ab ignoto. ff. de
manumiſ. quem ſtatim declarabimus. Ea eſt huius ſententiæ
13 ratio, quia cum venditiones † fieri ſoleant, vt res ſint per-
petuò penes emptorem: & pignorationes, quouſque debitũ
ſoluatur, l. ſi rem. §. omnis. ff. de pigno. actio. exiſtimandum
eſt, quod ex modico tempore noluerit vendere, ſed pigno-
rare. Id quod ſecundum Cæpollam optimè probatur in ſi-
mili, l. plerique. ff. de ritu nupt. vbi ſi mulier, quæ receſſit à
marito, non multò tempore poſt reuerſa eſt, diuertiſſe non
cenſetur: & propterea dicitur idem matrimonium.

Confert tex. l. ſi ventri. §. in bonis. ff. de priuileg. cred. vbi
ex breuitate temporis colligitur fraus commiſſa cõtra cre-
ditores. Quod quidem reſponſum ad rem noſtrã multi com
memorant, ac multis exornat Tiraq. de retractu conſang. §.
j. glo. vi. nume. 77.

Cæterum præſumptio hæc intelligitur & locum habet,
14 quando † ita expreſsè actum fuit, vt modico tempore du-
raret venditio. Ita reſpondit Vlpianus in dicta l. iij. §. ſi ab
ignoto. ff. de manumiſ. vbi ficta & imaginaria dicitur em-
ptio libertatis quando ita ab initio actum eſt, vt ſcilicet ſta-
tim pretium reſtitueretur. Et in ſpecie ſic intellexerunt Bar.
& Cæpolla præcitatis in locis. Cùm verò nullum adiectum
fuit pactum expreſſum: ſed tamen contrahentes receſſerunt
à contractu intra modicum tempus, tunc oritur præſumpta
ſimulatio, quæ ſola non ſufficit ad detegendum contractum
ſimulatum & vſurarium: ſed iungi debet cum aliis præſum-
ptionibus. Ita Cæpolla præcitato in loco, numero ſeptua-
geſimonono. in fine.

Vigeſimaſexta præſumptio & coniectura contractus ſi-
15 mulati & vſurarij ſumitur † à modo recedendi ab ipſo con-
tractu emptionis & venditionis, quando ſcilicet receditur
per reſtitutionem inſtrumentorum inciſorum, atque ita per
modum receſſus ab ipſo contractu: non autem per modum
nouæ venditionis, ſicuti fieret, quando ab initio facta fuiſſet
venditio verè. Hanc coniecturam probauit Cæpolla in di-
cto tracta. de ſimulatione contractuum. numer. 80. verſicul.
vigeſimaſexta præſumptio. poſt Caſtr. in d. conſil. lxxiiij. In
cauſa mota per D. Dorotheã. col. iij. verſ. tertio reſultat. lib.
ij. Idem affirmauit Afflict. in c. j. in prin. nu. 37. verſicu. deci-
16 moſexto. de feudo dato in vicem legis cõmiſſo. Nam † in-
ſolita arguunt ſuſpicionem. l. ſi quid ſub conditione. ff. de
conſt. inſt. & diximus ſupra in nona coniectura. Atqui quan-
do fit reuenditio non inciduntur inſtrumenta venditionis
iam factæ, ſed aliud inſtrumentum ipſius reuenditionis con-
ficitur. Ergo per inciſionem hanc inſolitam arguitur ſuſpi-
cio ſimulationis. Nec huic ſententiæ repugnant aliqua iura,
quibus ſatisfacit Cæpolla præcitato in loco. nu. 80. verſi. in
contrarium tamen.

Erit prætereа obſeruandum, prædictas præſumptiones
& ſuſpiciones contractus ſimulati & fœneratitij purgari,
quando per nouum contractum receditur ab eo primo ſi-
mulato & fœneratitio. Ita reſponderunt in ſpecie Roma. in
conſi. ccciiij. Plura ſunt, in fi. & Ruin. in conſi. xvj. in fin. lib.
iiij. De his ſatis.

## PRAESVMP. CXXIII.

Vſura quando & quomodo in contractu mutui
commiſſa præſumatur.

### SVMMARIVM.

*1 Vſura directò in mutuo, in alijs contractibus per indirectum com-
mittitur.*
*2 Mutuum fœneratitium eſſe non præſumitur.*
*Receditur tamen ab hac regula, alijs coniecturis. nu. 3.*
*4 Fœnus vt præſumatur, ſufficit plus acceptum quam datum eſſe.*
*Nec perſonam mutuantis conſiderari, an fœnerari conſueuerit. nu-
mero 5.*
*6 Reſtitutionis incertitudo non tollit vitium fœnoris in mutuo.*
*7 Fœneratitius non præſumitur contractus, quando alijs coniecturis appa-
ret, animum contrahentium non fuiſſe fœnerandi.*
*8 Fœneratitium contractum eſſe, & contrahentes ita fœnus exercuiſſe, vt
poſſint puniri, diuerſa ſunt.*
*9 Veritas per noſtrum affirmare vel negare non immutatur.*
*10 Lucrum præter animum & voluntatem accedens, vſura non eſt.*
*11 Mutuum fœneratitium præſumitur contractum inter perſonas, nulla a-
micitia coniunctas.*
*Idque præſertim, ſi mutuatarius pecunia ſummopere indigebat. nume-
ro 12.*
*13 Mutuum præſumitur fœneratitium, quando mutuatarius magno pretio
rem emit, non cauturus, niſi pecuniam mutuo recuperet.*

Recepta eſt apud omnes ſententia, vſuram
1 propriè & directò † committi in mutuo: in aliis
verò contractibus, vt emptionis & venditio nis,
& ſimilibus impropriè, ſeu indirectè: cum & in
his aliis contractibus, vt emptionis & venditionis, inſit mu-
tuum implicitum. Hanc ſanè ſententiam auctoritate quam-
plurium probaui in conſil. cix. nu. 28. libro ij. & illis accedit
Dec. conſi. ij. nu. 11. lib. j. Porrò dubitari ſæpe ſolet, quando
& quomodo præſumatur commiſſa vſura in contractu ipſo
mutui? Et pro regula ſtatuendum eſt, non præſumi mutuum
2 † eſſe fœneratitium, ſicuti de aliis contractibus dixi ſupra, &
in ſpecie mutui tradunt Bald. in l. rogaſti. §. ſi tibi. in fin. ff. ſi
certum peta. & ibidem Iaſ. & Dec. vterque. num. 6. Non hic
repetam rationem, quam ſupra commemoraui. Receditur
3 tamen ab hac regula † præſumptionibus & coniecturis, ſicu-
ti poſt alios reſpondi in d. conſi. cix. numer. 7. Eſt ratio, quia
(vt ſupra admonui) contractus iſti fœneratitij ſolent clam
& ſecretò celebrari: & propterea cũ difficilis ſint probatio-
nis, coniecturæ & præſumptiones ſufficiunt. vt ſcripſi in lib.
ij. de arbit. iudicum. caſu cxvj. nu. 8. & in caſu ccxlvij.

Prima itaque eſt coniectura, quãdo quid vltrà mutuatum
recipitur, vel promittitur. Nam illud præſumitur vſuræ cau-
ſa datum, vel promiſſum. Eſt ratio, quia repugnat præcepto
diuino: mutuum date, nihil inde ſperantes. Luc. cap. vj. Nec
hoc in caſu requiritur: quod is mutuans cõſueuerit fœnera-
4 ri: cum ſufficiat ad præſumẽdum † fœnus plus acceptũ quàm
datum. Ita docuit Bal. in d. l. rogaſti. §. ſi tibi. in fin. ff. ſi cert.
pe. & apertius ibidem Caſtr. nu. 5.

Nec verum eſt, quod ſcribit Dec. in d. §. rogaſti. nu. 5. e-
5 tiam in mutuo conſiderari † perſonam mutuantis, an cõſue-
uerit fœnerari. Illæ enim auctoritates Bal. Salic. & Alexand.
quas recenſet ipſe Dec. in aliis contractibus loquuntur, vt
dicemus inf.

Extenditur hæc coniectura, vt locum habeat etiam ſi ra-
tione incertitudinis reſtitutionis aliquid vltrà mutuatũ pro-
mitteretur. Nam adhuc præſumitur vſura. Cum incertitudo
6 † reſtitutionis non tollat vitium fœnoris in mutuo. Ita do-
cuit Alber. in l. iubemus. la ij. columna penultima. verſicul.
quid de tali contractu. C. de ſacroſanct. eccleſ. qui atteſtatur
ita iudicaſſe collegium Doctorum Bergomenſe. Et Albe-
ricum ſecuti ſunt Decius in dicto §. ſi tibi. nu. 4. in fine, in l.
de fideicommiſſo. nu. 3. C. de tranſact. in conſil. cxxiij. nu. 1.
Nam



Nam incertitudo non purgat ſuſpicionem fœnoris. c. naui-
ganti. in prin. de vſuris.

Et in hoc differt contractus mutui à contractu emptio-
nis & venditionis: qui ſanè emptionis contractus reſpectu
incerti euentus conſiſtit, qui alioqui non valeret, ſicuti em-
ptio annui reditus ad vitam, ſicuti tradunt Hoſti. & alij com
memorati à Decio in dicto §. ſi tibi: & in dicta l. de fidei-
commiſſo. nu. 4. C. de tranſactio. etſi Iaſon in dict. §. ſi tibi,
obiiciat. l. ſi ea lege. l. frumenti. & l. oleo. C. de vſuris. & di-
cemus inf.

Declaratur primò hæc coniectura: vt locum non habeat,
quando aliis coniecturis apparere poſſet, mutuantis & mu-
7 tuatarij † animum & propoſitum non fuiſſe fœnerandi. Nam
tunc non videtur contractus fœneratitius. Ita colligi vide-
tur ex gloſſ. & Docto. in l. ſi quis nec cauſam. in princip. vbi
Decius. numer. 1. hoc tit. Cæterùm animaduertendum cen-
8 ſeo, quod duo hæc ſunt diuerſa, † contractum eſſe fœnerati-
tium, & contrahentes fœnus ita exercuiſſe, vt puniri debeãt.
Nam vt quis tanquam fœnerator puniatur, inſpici & conſi-
derari debet qualis eius fuerit animus & propoſitum. capit.
conſuluit. vbi Doct. de vſuris. ſic & in l. ſi quis nec cauſam.
in princip. ff. hoc tit. ſi cer. peta. conſideratur animus & pro-
poſitum mutuantis ad iudicandum, an fœnus exercere vo-
luerit, qualis eius. Et hic ipſe animus & propoſitum vel ex
qualitate perſonæ ſatis probatur, vt ſi eſt homo diues, qui
non indigeat, vt inquit Fulgo. in dicta l. ſi quis nec cauſam.
in prin. vbi etiam Decius, vel ſi eſt homo bonæ conditionis
& famæ.

Probatur etiam hic animus iuramento ipſius mutuan-
tis, vt ſcribunt glo. in clem. vlt. in verbo, negotiandi. de cen-
ſibus Bal. in l. cum proponas. C. de nautico fœnore. & Alex.
in l. cætera. §. ſed etſi quis. de lega. j. & Dec. in d. l. ſi quis nec
cauſam. in prin. nume. 1. qui hoc intelligit, niſi repugnet alia
præſumptio & coniectura, ex ſentẽtia Bar. in l. inter omnes.
§. rectè. ff. de furt.

Contractus verò ipſe etiam ſi contrahentium non affue-
rit fœnerandi animus, attamen non deſinit eſſe fœneratitius,
vt ſi actum eſt quod plus quam mutuatum reſtituatur. Et ſi
enim, contrahentes errore lapſi exiſtimauerunt contractum
eſſe legitimum, attamen eorum opinio non tollit veritatem,
9 cum per noſtrum affirmare, vel negare non immutetur † ve-
ritas, l. cum falſa. C. de iuris & facti igno. Porrò illud conce-
10 dimus, quod ſi præter voluntatem & animum † lucrum ali-
quod, ſecundario acceſſit, vſuram non eſſe, ſicuti poſt Cor-
neum in l. ſi paſcenda. C. de pactis, & alios ſcribit Ioann. Ba-
ptiſta Lupus in capitu. nauiganti. in tertia parte. numero 29.
de vſuris.

11 Secunda eſt coniectura in contractu mutui, quando † nul-
la penitus intercedebat amicitia inter mutuãtem & mutua-
tarium. Non enim præſumitur, quod is mutuans gratis mu-
tuauerit, ſed potius ſub vſuris. Ita reſpondit Baldus in conſi-
lio cxxxiij. Quædam mulier filiofamil. columna ſecunda. li-
bro primo. quem poſt Grauet. in conſil. lxxiij. numer. 16. ſe-
cutus ſum in conſi. cix. numer. 14. Non enim conſueuerunt
homines tam grata ſeruitia ignotis cõferre ſine aliquo præ-
mio, vt experientia docet. Et hæc quidem coniectura tunc
12 maximè procedit † quando is mutuatarius his pecuniis val-
dè indigebat. Ita reſpondi in d. conſi. cix. nu. 16. ex ſententia
Gemi. in conſi. cxij. col. 2. verſ. item iſta non videtur. Calca-
nei in conſi. xxvj. nu. 19. ver. & ita dicendum eſt, & Craue. in
conſi. clvj. nu. 13.

Tertia eſt coniectura & præſumptio mutuum & fœne-
13 ratitium, † quando mutuatarius magno pretio emit rem
quam non emiſſet, niſi pecuniam illam mutuo fuiſſet habi-
turus. Quod enim plus pretij numerare promiſit, ob cauſam
mutui promiſit, & ideò fraus eſt, argum. capit. etſi quæſtio-
nes. de ſimo.

Et in ſpecie reſpondit Geminianus in conſilio decimo-
ſexto. columna ſecunda. verſiculo ſecundò. concurrit, quem
ſecutus ſum in conſilio cix. numero nono. & numero deci-
moquinto. libro ſecundo. Et ibi, numero decimo octauo,
commemoraui Baldum in l. cum allegas. numer. vndecimo.
C. de vſuris, qui dixit, fœneratores conſueuiſſe vti hac frau-
de: recipiunt promiſſionem de vera ſorte, res ſteriles vel no-
mina debitorum difficilis exactionis vendunt illi, qui mu-
tuo pecuniam ſuſcepit, pretio certo, quod poſtea repetunt.
Et ait Bald. id fieri ob mutuum, quod alias ille mutuans non
conceſſiſſet: atque ita (inquit Bald.) vſura committitur. Et
refert Bald. idem docuiſſe Bart. in l. cum vir vxori. ff. de iure
dotium. His accedunt Roman. ſing. ccccxl. Laur. de Rodul-
phis in Tractat. de vſuris. quæſtion. lxiij. Angel. Clauaſius in
ſumma, in verbo, vſura. il j. nume. 6. & Tiraq. in Tracta. con-
ſang. §. ij. in gloſſ. xviij. nume. 70. Et hoc ſecutus ſum in con-
ſilio cix. nume. 18.

## PRAESVMP. CXXIIII.

Alienatio bonorum in fraudem fiſci ſimulatè fa-
cta ad euitandam publicationis bonorum pœnam,
quando præſumitur.

### SVMMARIVM.

*1 Alienationes in fraudem fiſci factas, non eſſe nullas ipſo iure, ſed reuo-
candas.*
*2 Bona poſt delictum commiſſum, an publicentur ipſo iure, vel per ſenten-
tiam, differentia eſt.*
*3 Fraus alienantis coniecturis, & præſumptionibus, cur ſatis probetur. Et
ex aliquibus caſibus vrgentes eſſe debent. nu. 4.*
*5 Alienatio omnium bonorum, facta tamen multo tempore ante delictum
commiſſum, nulla delinquendi ſuſpicione exiſtente, fraudem non
arguit.*
*Aut ſi de delicto in genere tantum cogitatum ſit. nu. 6.*
*Aliud ſi facta ſit lucratiuo titulo, multo quidem tempore ante delictum
commiſſum, ſubſiſtente tamen ſuſpicione delictum committendi.
numero 7.*
*Idque procedere etiam in alienatione maioris partis bonorum tantum.
numero 8.*
*Aut in alienatione omnium melioramentorum. nu. 9.*
*Et quod non interſit, etiamſi temporibus interpolatis fiat alienatio. nu-
mero 10.*
*Locum etiam habere in alienatione cum titulo oneroſo. nu. 11.*
*Ceſſat tamen fraudis ſuſpicio, ſi re ipſa pretium numeratum ſit, quod lo-
co rei ſuccedit. nu. 12.*
*Et alienationem viliori pretio factam, ad iuſtum pretium tantum re-
uocari. nu. 13.*
*14 Alienatio bonorum in fraudem fiſci facta non præſumitur, qui ita deli-
quit, vt puniri ſe poſſe, non ſperaret.*
*Idem ſi alienatio, iuſtis de cauſis facta ſit. nu. 15.*
*16 Actus neceſſarij, fraudis ſuſpicionem eludunt.*
*17 Alienatio bonorum titulo lucratiuo facta, & delicto ſtatim ſubſequuto,
fraudulenta præſumitur.*
*Idem ſi titulo oneroſo fiat. nu. 18.*
*Niſi tamen aliqua repugnaret ratio. nu. 22.*
*19 Actu geſto incontinenti, argui fraudem actus præcedentis.*
*20 Incontinenti quid geſtum dicatur, arbitrio iudicis committitur.*
*21 Donationes factæ intra biennium ante commiſſum delictum, non valent
in Ducatu Mediolanenſi.*
*23 Alienatio bonorum ante delictum commiſſum, in fraudem fiſci commiſ-
ſa dicitur, donatione omnium bonorum facta in perſonam pro-
pinquam.*
*Diſtinguit Bar. tres caſus relatos. nu. 24. 25. & 26.*
*27 Coniunctus facta coniuncti quando ſcire non præſumatur.*
*28 Coniuncta perſona quæ dicatur.*
*29 Amicitia maioris eſt ponderis, quam fraternitas.*
*30 Alienatio in fraudem fiſci facta præſumitur, quando alienans in poſſeſ-
ſione rei alienatæ perſeuerauit. Alia tamen coniectura concurren-
te. nu. 31.*
*Nec refert ſi alienans adhibuit clauſulam conſtituti, ſe poſſidere nomi-
ne illius in quem facta eſt alienatio. nu. 32.*
*Item facta etiam corporali traditione, ſi fraudulentæ traditionis alia
coniectura adſit. nu. 33.*
*Fallit tamen ſi fructus emptori perſolueret, quo caſu fraudis ceſſat præ-
ſumptio. nu. 34.*
*Item ſi vſumfructum ſibi reſeruaſſet, cuius cauſa tunc in poſſeſſione di-
ceretur eſſe. nume. 36. Vbi tamen pretij inſpicienda quantitas. nu-
mero 37.*
*Idem ſi modico tempore perſeueret in poſſeſſione, quo caſu fraudis ceſſat
ſuſpicio. nu. 38.*
*Item ſi alienatione facta, vel à ciuitate cœpit abeſſe, vel deceſſit relictis
impube*

impuberibus ignaris celebrati contractus.nu.39.
35 Poßidere magis dicitur qui fructus conſequitur,quam qui rem corporaliter detinet.
40 Alienatio bonorum ante commiſſum delictum,facta clam, præſumitur in fiſci fraudem facta.
Diſtinguit Bar.aliquot caſus,relatos.nu.41.42.& 43.
44 Alienatio quando clam facta dicatur.
45 Clam confectum dici contractum,quando inſtrumentum ſuper eo confectum,non publicatum,ſed occultatum fuit.
46 Alienatio in fiſci fraudem facta dicitur,ſi facta ſit ſub conditione, veluti Dono,ſi bona mea publicari contigerit.
47 Donatio facta vxori à marito in caſum deportationis,cur valeat.
48 Publicationem bonorum extra territorium non trahi.
49 Reis credendi duobus,vni facta ſolutione,alter excluditur.
50 Alienans in aliquem & caſu quo contingat bona eius publicari,donans alteri non dicitur in fiſci fraudem facere.
51 Donans hoc pacto,vt ſi contingat bona mea confiſcari, me tenearis alere,non dicor in fiſci fraudem facere.
52 Alimenta cui non debeantur,bonis publicatis.
53 Donaſti mille mihi, & hæredibus meis, ſi homicidium committeres, eo commiſſo & te fugitiuo,cur petere ea poßim.
54 Alienans omnia bona,& poſtea delinquens,in ipſoq; deprehēſus crimine,præſumitur in fiſci fraudem facere.
Idem in eo qui notoriè deliquit,& poſtea alienauit.nu.55.
Et in contumace qui aufugit.nu.57.
56 Notorie delinquens æquiparatur ei,qui in crimine ſit deprehenſus.
58 Donans aut alienans,& poſtea de delicto in contumaciam damnatus, non præſumitur in fiſci fraudem facere.
59 Contumacia inducit quandam tacitam fictamq; confeßionem.
60 Sententia contra contumacem lata,creditori non nocet.
Idem ſi contra debitorem.nu.64.
61 Præſumptio contra delinquentem inducta,ad eum trahi non debet, qui culpæ non eſt conſcius.
62 Damnatus confeßione ſua, cum aliter de delicto non conſtaret, emptori non nocet vel donatario. limitationem vide. numero 65. & 66.
63 Cedentis confeßionem,ceßionaria non nocere.
67 Alienatio facta ex cauſa neceſſaria, non præſumitur in fiſci fraudem emanaſſe.
68 Alienans bona ſua poſtquam de crimine accuſatus eſt,fiſcum vt fraudaret,feciſſe præſumitur.
Idem ſi ante alienationem verbis declaraſſet,ſe de delicto cogitare. numero 69.
70 Donatio facta cauſa mortis,etiam ſine fraude,publicatione bonorum ob delictum ſequuta,reuocatur.
Limitatur in donatione facta vxori.nu 71.

CVM de publici ſimulationis ſpecie, & modo,
hactenus dictum ſit, de tertia nunc eſt agẽdum,
quando ſcilicet prima facie oſtendunt contrahentes,
velle facere contractũ:& tamen ex mente,& verè nihil agere volunt.ſicuti quando quis metu Tyranni,ne bona ſibi auferantur, ſimulat ea alteri vendere vel donare.Eſt ſanè ſimulatio hæc ſicuti poſt Bartol.& Bal.ſcripſit Afflict.in cap.j.in prin.num.11.de feudo dato in vicem legis commiſ.Ita quoque eſt ſimilis ſimulatio, quando quis timore,ne ob delictum à ſe perpetrandum publicentur ſibi bona,ea ſimulat alteri donare.Et dicitur hæc donatio ſimulata,ac etiam in fraudem fiſci facta.Quæ ſanè duo ſimul ſtare poſſunt:vt in ſpecie reſponderunt Caſtr.in conſi.lviij.Viſis.nu.4.lib.ij.Anch.in conſi.ccxxvij.ad corroborationem.nu.3.& Natta in conſi.dcxxviij.nu.19.lib.iiij.Bart.in l.poſt contractum.& ibidem apertius Picus.nu.11.Alcia.nu.1.& Io.Annibal.nume.286.& Natta in cõſil.cccccxlix.nume.1.
1 lib.iij.qui dixerunt,has alienationes† non eſſe ipſo iure nullas:ſed reuocandas:cum quo ad effectum validæ ſint.Et hac in re Bar.diſtinguit quinque tempora:hoc eſt primum tempus ante commiſſum delictum : Secũdum poſt perpetratum crimen,ſed ante accuſationem.Tertium poſt accuſationem,ſed ante litem conteſtatam. Quartum tempus eſt poſt litem conteſtatam, ſed ante ſententiam. Quintum verò tempus poſt latam ſententiam.Hæc temporum diſtinctio facta eſt à Barto.& reliquis reſpectu reuocationis ipſius alienationis: Cum aliter, & facilius reuocetur alienatio, facta poſt commiſſum delictum quàm ante.Et illis in caſibus ſeu temporibus poſt delictum ſcilicet commiſſum, adhibetur aliqui-
2 bus in caſibus† diſtinctio an ipſo iure bona publicentur, vel per ſententiam.Quando publicantur ipſo iure:non eſt opus confugere ad aliquas coniecturas : cum vero publicantur, mediante ſententia,dicimus,eſſe diſtinguendum, an adſint coniecturæ fraudis,vel non.Ita Barto.in dicta l.poſt contractum.numero 12.verſicu.ſed ſi in fraudem.& ibidem Picus.numero 76.& Ioan.Annibal.numer. 286.qui ſcribunt,coniecturas illas,quæ conſiderantur ante delictum commiſſum, conſiderari pariter poſt ipſum delictum.Diſſeramus itaque de hac fraude ſecundum Bartol.& alios in dicta l.poſt contractum. Et hac quidem in re dicimus primum, fraudem
3 † hanc, coniecturis, & præſumptionibus detegi,ſicuti ipſemet,Bartol.in dicta l.poſt contractum. numero 1.2.& 3.& ſubſequentibus oſtendit: & apertius ibid. Picus. numero 19.& reliqui omnes,quos infrà commemorabo. certis au-
4 tem caſibus hæ coniecturæ debent† eſſe vrgentes, & dilucidæ.ſicuti reſponderunt Anch.in conſi.cclj.Natta in conſil.ccxij.nu.2.lib.j.& Cæph.in cõſi.cccxxv.nu.21.lib.iij.idem docuit Alc.in d.l.poſt contractum.nu.34.verſ.ſed etſi. Præſumptiones,& coniecturæ hic ob id ſufficiunt : quod dolus,& fraus cõſiſtit in animo,cuius ſolus Deus eſt perſcrutator,c.erubeſcāt.xxxij.q.ij.& ideo cum difficilis ſit probationis,admittuntur coniecturæ.l.dolum.C.de dolo, cum ſimil.Ita enim dicimus aliis in caſibus ſimulationem contractum eorumque fraudem præſumptionibus & coniecturis probari, vt dicemus infra ſuo loco.

Prima itaque eſt coniectura,& præſumptio, quãdo alie-
5 nata fuerunt† omnia bona,ſed hic ſunt diſtinguendi aliquot caſus, quorum primus eſt, qñ alienatio hæc facta fuit multo tempore ante cõmiſſum delictum,nulla exiſtente delinquẽdi ſuſpicione.Hoc caſu nulla præſumitur fraus,ſiue alienatio ſit facta titulo oneroſo,ſiue lucratiuo.Ita docuit Bart.in d.l.poſt contractum.nu.2.& alij ſecuti ſunt.

Extenditur hic caſus,vt locum etiam habeat, quãdo de
6 delicto† in genere tantum fuit cogitatum. Nam & tunc non præſumitur,fraude factam eſſe alienationem.Ita egregiè docuit Alcia.in d.l.poſt contractum.nu.37.ver.Cæterùm.poſt Salice.in l.ſi quis poſthac.colũ.iiij.C.de bonis proſcripto. Non enim ( ſcribunt prædicti )tunc aut deſperatio,aut metus imminentis accuſationis ſubeſt:iuxt.l.vlti.§.Papin.ff.de bonis eorum,qui ſibi mortem conſciue. Nec præterea ſubeſt cauſa, per quam veriſimiliter committitur delictum, vt requirit Barto.in d.l.poſt contractum.nume.2.ex d.l.ſi quis poſthac. §.vlt.ibi,ante initium actus.Vnde (ſubdit Alci.) cũ iuuenis rixoſus,& male moratus,dubitans,ne quandoq; ſibi contingeret aliquod crimen committere, donaſſet amico, reſponſum fuit, firmam fuiſſe donationem. cum reuocatio, quæ à fiſco fit,in pœnam ſpecialis, & dilucidè probati delicti,ſieri debeat.l.ſed & ſi maritus.§.vlti.ff.qui & à quib.non autem cum in genere tãtum de delicto eſt cogitatum. Nam tunc cauſa proxima donationis,non eſt delictum, gloſſ.in l.ſi mulier.ff.rerum amo.ſed facilitas naturæ.l.ſi quis cum ſciret.ff.pro empto.aduerſus quam facilitatem, ille talem prouiſionem adhibere voluit. Et idem eſſe reſpectu creditorum docuit Bald.in rubr.C.de his, quæ in fraudem credito.Hanc tamen extenſionem declarat Alciat. niſi donatio clam facta fuerit.

7 Secundus eſt caſus,† quando omnium bonorũ alienatio, titulo lucratiuo facta fuit, multo tempore ante commiſſum delictum:ſed aliqua tamen ſuberat ſuſpicio cõmittendi delictum,vt quia habebat capitales inimicitias, quæ vſque ad tempus delicti perdurant.Hoc caſu præſumitur fraude facta alienatio.ſi modo probabit fiſcus,illas inimicitias capitales extitiſſe,& perduraſſe.Ita Bart.in d.l.poſt contractum.nu.2.& apertius Picus.nu.36.ver.ego ſic dicerem.Alc.nume.40. Decius in conſi.ccxxxv.col.j.ver.prima eſt.Boſſius in tract.cauſarum criminal.in titu.de publica.bonorum.nu.45. Cæphalus in conſi.cccxxv.num.3.& 48.libr.iij.Natta in conſilio cccccxlix.numero 6.libro tertio.Blancus in Tractat. de indiciis.numero 87.qui manifeſtè ſcribit, quod delictum debet eſſe ſecutum in perſonam eius, cum quo erat inimicitia.

Extenditur primò, hic caſus, vt habeat locum etiam,
8 quando† facta eſt donatio maioris partis bonorum. Nam & hoc caſu



hoc caſu præſumitur fraude donatum. ſicuti ſcribunt Alcia. in d.l.poſt contractum.num.40.Ioan.Annibal.nume.90.&
9 num.92.vbi idem dixit,de alienatione omnium † melioramentorum.Et idem affirmarunt Alex.in conſilio lv.lib.iiij. Soci.Seni. in conſi.cviij.nu.1.lib. primo.& in conſ.cclxiiij. col.j.verſi.ij.arguitur.lib.ij.Dec.in conſi. ccxxxv. colum.j. verſi.j.eſt.

Extenditur ſecundò,hic caſus , vt locum habeat , etiam
10 quando † interpolatis temporibus facta fuiſſet donatio hæc omnium bonorum , vel maioris partis. Nam adhuc præſumirut fraus. Ita in ſpecie docuit Ioan. Annibal in d. l. poſt contractum.num.94.ex ſententia Barto.in l.nomen. §. filio.de leg.iij.& in l. j. C. qui bonis ced.poſſ. Baldi in l. ij. C.de repud.hæred. Angel. in l. omnes. §. Lucius. ff. de his, quæ in fraud. cred. Anch. conſil. lvij. & Iaſonis in §. item ſi quis in fraudem.col.vij.in inſtit.de actio.dum loquuntur de alienatione facta in fraudem creditorum. Eandem ſententiam in ſpecie noſtra probauit , & Alcia. in dicta l.poſt contractum.numero 40.verſic. hincque conſequens ; qui intelligit,dummodò donatio ſeu alienatio , facta ſit vni perſonæ tantum,ſecus ſi diuerſis. Verùm cum hic ſpectemus ſolam ipſam fraudem alienantis , non autem eius etiam in quem facta fuit alienatio , ſequitur dicendum,idem eſſe, quando diuerſis donatum fuit.Id quod & ipſemet Alcia.ſenſit.

Extenditur tertiò hic caſus,vt procedat etiam in aliena-
11 tione omnium bonorum facta titulo † oneroſo , vt ſi quis vendidit , vel aliter ſic alienauit. Ita gloſſ.in l.qui teſtamentum.ff.de probatio.Bartol.in d.l.poſt contractum.nume.2.& ibidem Alcia.num.40.

Et hæc quidem extenſio intelligitur,quando de numeratione pretij non conſtat, niſi per confeſſionem. ſecus verò
12 ſi re ipſa † pretium fuit numeratum.Nam tunc ceſſat fraudis ſuſpicio ; ex quo is venditor loco bonorum habet pretium. Ita declarant præcitatis in locis Boſſius, & Alc. qui ſubiungit,quod ſi alienatio facta eſt viliore pretio, reuocatur tantũ vſque ad iuſtum pretium.

Declaratur primo , vt non procedat quando delinquẽs
13 † exiſtimauit,ſe ex eo delicto nõ poſſe puniri,vt ſi in nemore , & clam ita deliquit , vt crederet nunquam delictum detegi. Nam tunc alienando non præſumitur alienaſſe , vt fiſcum fraudaret. Ita Cyn. in l. ſi quis poſthac.q.j.C.de bonis proſcrip.& Natta in conſi.ccxij.nu.4.lib.j.& in conſi.dxlix. nu.10.lib.iij.

Declaratur ſecundò hic caſus , vt non habeat locum,
15 quando alienatio † facta fuit , iuſtis de cauſis , neceſſariis ſcilicet , & à lege probatis : ſicuti quando ob alimenta , vel cõſtitutiones dotium filiarum facta fuit.Ita Ang.in l.ſi quis poſthac. col.pen.C. de bonis proſcrip. ſic etiam Comenſis; & Putheus , quos ſecuti ſunt Picus in d. l. poſt contractum. num.44.verſ.ij.limita,& nu.79.& Alc.nu.34.Dec.in conſil. ccxxxv.nu.1.verſ.item qualitas.Natta in conſ.ccxij.num. 2. lib.j.Burſat.in cõſ.cxlix.nu.63.lib.ij.Boſſius in d.Tit. de pu-
16 blicatione bonorum.nu.45.Nam† actus neceſſarij , fraudis ſuſpicionem plerumque elidunt.l.vlti.in ſi.ff.de litigio. & l. alienationes.ff.famil.erciſ. Ita dicimus bona ſubiecta fideicommiſſo,poſſe ſine fraudis ſuſpicione alienari,pro dotium conſtitutione,alimentis,& ſimilib.vt ſeq.lib.in præſumpt... explicabimus. Tertius eſt caſus , quando facta alienatione
17 † ſtatim , & incontinenti , committitur crimen.Hoc caſu ſi alienatio omnium bonorum facta eſt titulo lucratiuo , præſumitur fraude facta. Ita ſcribunt Picus in d. l. poſt contractum,nu.36.& Io.Annib.nu.163.Dec.in conſi.ccxxxv.col. ij.verſi.v.præſumitur.& Natta in conſi.cccccxlix.nu.9.libr.
18 iij Idem eſt quando alienatio facta fuit titulo† oneroſo, nẽpè venditionis.Ita ſenſit Bar.in d.l.poſt contractum.num.8. verſ.v.præſumitur.& apertius Alc.nu.52.& 54.& Io.Annib. nu.166.& Anch.in conſ.cclj.nu.3.Blancus in Tract.de indiciis.num.58.ver.v.eſt.Et quamquam Bar.expreſſim non explicet,an facta fuerit donatio,vel alia alienatio omnium bonorum,vel maioris partis;ſic tamen paſſim ab omnib. intelligitur.Et illum quidem ſecuti ſunt præter relatos Dec.in l. petens.in ij.notab.C.de pact.Ruin.in conſi.cxxx.nu.2.libr. ij.Tiraq.in Tract.de retractu cõſang.§.j.gl.vij.nu.76. Natta in conſil.cccccxlix.nu.4.libr.iij.& Boſſius in tit.de publicatione bonorum.nu.51.verſi.v. eſt.Et prædictam ſententiam multis ſimilib.comprobat Alcia.in d.l.poſt contractum.nu.
19 54.quib.demonſtrat,ex actu † incontinenti geſto, fraudem actus præcedentis argui.Incontinenti autem dicitur hoc in
20 caſu commiſſum delictum , † arbitrio iudicis, ſicuti in ſpecie reſpondit Dec.in d.conſil.ccxxxv.col.ij.verſic.v. præſumitur,docuit.Alcia.in l.poſt contractum.nume.52.& alios congeſſi in lib.ij.de arbitrariis iudicum caſu.

Idem in ſpecie docuit Ioan. Annibal in d. l. poſt contractum.nu.177.qui ſubiungit.nu.178. poſt Bar.ibid. nu. 8. in ſi. alienantem non habuiſſe animum delinquendi , quando delictum ex inopinata rixa eſt ſtatim ſubſecutum. Idẽ egregie ſcripſit Ant. Gomezius in commentariis varia reſolut. Tomo.iij.c.xiiij.de confiſcatione bonorum.num.4.verſi.& adde. Cæterùm eſt aduertendũ quod in Ducatu Mediolani
21 † extat Decretum , quod donationes factæ intra biennium ante commiſſum delictum , non valeant , vt refert Boſſ. in Tractat. cauſarum criminalium.in titu.de publicatione bonorum.nu.44.ob id intra hoc tempus biennij delictum perpetratum,dicitur incontinenti commiſſum.

Declaratur hic caſus,vt locum non habeat,quando ratio
22 † aliqua repugnaret.Nam tũc ex delicto incontinenti commiſſo,non argueretur fraus aliqua per alienationem antecedentem. Ita declarat Alcia.in d.l.poſt contractum.num.57. qui affert egregium exemplum. Finge ( ait Alc. ) lex iubet domum parricidæ æquari ſolo,aliquis , alienata domo , ſtatim parricidium committit, domus ( inquit Alcia. ) demolienda non eſt.Cum fauorabilior interpretatio ſumenda ſit, ne deſtruatur domus,iuxta.l.cæteræ.§.ſenatus.de lega. j. Et ne ſtatutum odioſum loquens in caſu vero , extendatur ad caſum præſumptum; contra.l. vlt. C. de interdicto matr. & cap.ſuſceptum de reſcrip.in vj. & ſcripſi ſuprà.libro primo. q.xlvij.vbi explicaui, quando diſpoſitio loquens in caſu vero, comprehendat & præſumptum.

Secunda eſt coniectura,qua dicimus,alienationem cen-
23 ſeri factam in fraudem fiſci ; quando † ſcilicet facta eſt donatio omnium bonorum coniunctæ perſonæ. Ita Bart. in d. l. poſt contractum. numero 3. qui viſus eſt diſtinguere tres caſus.

24 Primus eſt , quando † donatio hæc facta fuit coniunctæ perſonæ , eo tempore quo nulla extabat cauſa ſeu præſumptio committendi delictum ; vt quia nulla ſuberat capitalis inimicitia. Hoc caſu non præſumitur per fraudem facta donatio,Ita ſcribunt Bart.in d.l.poſt contractum.nu. 3.& ibidem Picus.nu.45.Alcia.nu.41.& Io. Annibal. nu. 105. Ancha.in conſi.cclj.nu.5.Roma.conſi.ccclxvij.nu.15.Alexan. conſi.liiij.num.19.lib.vij.Dec.in conſi.ccxxxv.nu. 1. Blancus in Tract.de indiciis.n.88.& latè Boſſius in tract.cauſarũ criminaliũ,in tit.de publicatione bonorum.nu.46. Cæphalus in conſi.cccxxv.nu.53.lib.iij.Alcia.reſp.cxxv.nu.8.in ſine.Natta in conſi.dxlix.nu.3.& 4.& num.9. & eruditiſſimus M.Antonius Peregrinus, Patauinus primi nominis aduocatus,in commentariis de iure,& priuilegio fiſci lib. v.titul.j, nu.159. Quam ſententiam probat.l.ſi quis poſthac.verſic.ſi quid. C. de bonis damna. Idem dicimus in præſumenda ſimulatione contractus, quod ſcilicet illa non præſumatur ex eo ſolo, quod cum perſona coniuncta confectus is fuerit:ſicuti reſponderunt Bart.in conſi.lxv.lib.j.Comenſ.in conſil. clxv.& Aret.in conſi.lxv.col.ij.& dicemus infrà ſuo loco.

Extenditur,vt locum etiam habeat hic caſus, quando allegaretur cauſa generalis,vt potè ſi diceret,ſe donaſſe, vt ditaret donatarium ſanguine ſibi coniunctum. Nam adhuc fraude donatum non præſumitur : cum hæc non ſit cauſa ſufficiens ad arguendum fraudem , & delictum. Ita Alcia.in d.l.poſt contractum.numero 41.& in Tract.de præſumptionibus,reg.j.præſumpt. xxix. nu.4.Idem cenſuit Alcia.de ea cauſa,quam donans allegaret,ſe ſcilicet id feciſſe , quia erat ſe fiſco obligaturus , niſi dilucide aliter probetur.l. ſed & ſi maritus.in ſi.ff.qui & à quib.

25 Secundus eſt caſus , quando † cum hac donatione facta coniuncto,concurrit aliqua cauſa ſeu præſumptio committendi delictum , ſicuti quando iam extarent graues inimicitiæ , quæ eo donationis tempore perdurabant. Hoc ſanè caſu donatio præſumitur fraude facta. Ita Bartol.in d.l.poſt contractum.numero tertio. quem ſecuti ſunt ibidem Picus. nume.46.Alcia.nume.41.& Ioan.Annibal.nume.105.Idem

Alcia.in d.præſump.xxix.num.4.& in reſp.cxxv.nume.8.ſic & Iaſon in §.item ſi quis in fraudē.colu.viij.in inſt.de actio. Decius in conſ.ccxxxv.nu.1.verſ.ij.præſump.conſ.dlxxxvij. nume.9.verſ.quartò mouetur.& in conſil. dclix. numero.2. Curt.Iun.in conſ.vj.nu.vj.& Natta in conſ.ccccxlix.nu.11. lib.iij.Boſſius in Tract.cauſarum criminalium.in titu.de publicatione bonorum.numer.46.Et ij quidem moti ſunt ex l. pen. ff. de bonis liber. & l. data. C. de donatio. Exiſtimo etiam ſufficere leuem aliam cauſam ſeu coniecturam, coniuncta hac conſanguinitate. Nam etſi ſola ipſa conſanguinitas, non arguit fraudem, attamen illa operatur, vt facilius præſumatur.l.ſi quis donationis.ff.de contrah.empt. & glo. in c.j.in verbo,carnalitatem.vt eccleſiaſt.benef. & in ſpecie Picus,& Alcia.in d.l.poſt contractum. ille numero 45. iſte nume.41. ſic ſcripſerunt, & cum eis idem ſenſit Io.Annibal. num.112.

26 Tertius eſt caſus, quando † titulo oneroſo alienatio ſit, in coniunctam perſonam. Hoc in caſu idem quod in præcedentibus dicendum eſſe, ſcripſit Bartol. in d. l.poſt contractum.numero tertio. verſic.quid in venditione. Eſt ergo dicendum,quod aut nulla ſubeſt cauſa, ſeu coniectura, quod voluerit committere delictum, aut cauſa ipſa ſubeſt. Quando nulla ſubeſt cauſa non præſumitur fraus. Nam cum eo fuit contractum tamquam cum extraneo, ex quo loco rei pretium habere voluit, ſicuti annotauit in ſpecie Alcia. in dict.l.poſt contractum.nume.41. verſic. rurſus in alienatione.Cùm verò ſubeſt cauſa, ſicque coniectura committendi delictum, tunc fraus præſumitur. Boſſius in d. titul. de publicatione bonorum.nu 47.

Cæterùm hic caſus alienationis titulo oneroſo factæ, differt ab illo, quando eſt facta titulo lucratiuo. Nam in hoc requiritur, quod is coniunctus, cui facta eſt venditio, debeat eſſe particeps fraudis, vt ſcilicet poſſit fiſcus reuocare bona illa, in ſui fraudem vendita. Ita docuit Bartol. in d.l.poſt contractum.nu.3.verſi. Quid de venditione.

Cæterum is ſanguine coniunctus, præſumitur( inquit Bartol. ) fraudis particeps, cum coniunctus præſumatur ſcire facta coniuncti.l.octaui. ff. vnde cogna. & l. de tutela. C.de integrum reſtitutio. mino. Et Bartol. ſecuti ſunt multi, & communem eſſe teſtatur Picus in d.l.poſt contractum. num.46.

Cæterum à Bart. & aliis diſſentit Alc. in d.l.poſt contractum. num. 41. verſic. rurſus in alienatione. ea eſt adductus
27 ratione, quod † coniunctus non præſumitur ſcire facta coniuncti, cùm ſunt ex his, quæ celari, & tegi ſolent etiam coniunctis, vt probant. l. tres fratres, & ibi Angelus. ff. de pactis. l. Titius.§.j.ff.de lib. & poſthum. & l. quoniam. vbi Baldus. C. de iure delib. Eſt autem certum, delicturos conſueuiſſe conſilia ſua etiam coniunctiſſimis celare, cum delicta ſoleant clam perpetrari.l.vltim.C.de ritu nuptia.capitu. vlt. de teſtibus cogen.& ſcribunt Dec.in conſil.lxiiij. Nec repugnat ( inquit Alciatus) quod hic coniunctus præſumatur ſcire inimitias huius coniuncti ſui: quia ( ait ille ) præſumitur etiam quod crediderit, eum fuiſſe vindicaturum via iuris, non autem gladio, & manu propria; vt tradunt gloſſ. in l. j.C.de his,quib. vt indig.vbi Doct. & Iaſ. in l.j.nu.12. C.de ſeruis fug. Verum conſideratio hæc Alciati, vera mihi non videtur, quandoquidem ſcientia inimicitiarum, iuncta hac omnium bonorum venditione arguunt, coniunctum hunc emptorem ſciuiſſe ſaltem probabili coniectura ipſum venditorem delinquere voluiſſe, non autem quod via iuris, eſſet illatam iniuriam vindicaturus.

Dubitant ac quærunt hic Doctores; quæ dicatur coniun-
28 cta † hæc perſona. Imola. in d.l.poſt contractum.nume.9. docuit:eſſe illam, quæ eſt ſub poteſtate ipſius alienantis, atque ita cui is poteſt imperare.iuxta.l.pen.ff.de bonis libert. Exemplum affertur in liberto ex.d.l. penul. de bonis libert. Affertur etiam in vxore, quæ dicitur coniuncta perſona viro; cum ſint duo in carne vna. Ita in ſpecie Alcia.in d.l. poſt contractum. numero 42. poſt Salicetum in l. ſi mater. C.de contrahen. empt. Et idem ſcripſit Boſſius in Tractat. cauſarum criminalium, in tit. de publicatione bonorum. num. 52.verſicul.ij. limitatur, qui clarè, & egregiè explicat. Eſt enim vxor ſub mariti poteſtate, & ei imperare poteſt, vt habetur Geneſ.c.iiij. & Plautus in Aſinaria dum in Demeneti perſona conqueritur his verbis. Argentum accepi, dote imperium vendidi. Idem dicimus de quouis altio, qui abſentis negotia pertractare poteſt. Nam & is inter coniunctos habetur: vt alienatio omnium bonorum in eum facta, arguat fraudem: ſic docuit præcitato in loco Alcia. ex l. ſed & hæ.ff. de procurato.& ex ſententia Iaſonis in l. cum alienam. C. de lega. Idem dicimus de amico magna amicitia coniuncto. Nam de eo idem iudicamus quod de ſanguine coniuncto. l. in teſtamento. ff. de fideicom.lib.iuncta.l.hac conſultiſſima. §. ex imperfecto.C.de teſta. capit. requiſiſti. de teſta. Iaſon in l.exigendi.num.7.C.de procura. fraus itaque præſumitur eodem modo in alienatione facta amico, ſicuti quando ſit coniuncto ſanguine, ſicuti in ſpecie affirmarunt Picus in d. l. poſt contractum. nume. 46. & ibidem Alc. numero 42. & Ioan. Annibal.nume.118.Et confirma-
29 tur hæc ſententia ex eo, quod amicitia † eſt maioris ponderis, quàm fraternitas, vt ſcribit Alber. in l. ſed & hæ. ff. de procura.& alia ad rem ſcripſi infra lib.iiij.prçſump.lxxv.vbi diſſerui de legato facto amico.

30 Tertia eſt coniectura, qua dicimus, alienationem † cenſeri factam in fraudem fiſci, quando ſcilicet is, qui alienauit, perſeuerauit in poſſeſſione rei alienatæ. Nam tunc alienaſſe in fraudem fiſci, præſumitur, ſi modo alia coniectura concurrit, vt ſtatim dicemus. Hanc coniecturam in ſpecie probauit Bartol. in d.l.poſt contractum.numero 4.ff.de donatio. quem ſecuti ſunt reliqui omnes ibi, vt illo in loco teſtatur Picus.num.47.& apertius. nume.49. & idem affirmarunt in d.l.poſt contractum. Alcia.nu.43. & Ioan. Annibal. numero 119.Quibus accedunt Anch. in conſi.cclj.nume.5. Socin.Sen.in conſil.cclxiiij.col.ij.verſi.ſeptimo. & vltimo. libro ij. Decius in conſil. ccxxxv.colum.ij.verſi. tertia præſumptio. Blancus in Tractat.de indiciis.numero 88.Boſſius in tit.de publicatione bonorum.num. 48. Afflictus in deciſ. xl.nu.17.in deciſ.lxv.in fine.& in deciſ.lxxij.num.3.Gozad. in conſil.xciiij.nu.55.Pariſ.in conſi.liij.num.12.& in conſ. liiij.num.lxxj.lib.j.Neuizan.in conſi.viij.num.52.Alcia. in reſp.ccclxxix.nume.2.Craue.in conſil.100.nume.6. & alios congeſſi infra in præſump.cxxij.vbi enumeraui præſumptiones, ſimulati fictique contractus.

31 Cæterùm hæc coniectura † non ſufficit noſtro in caſu, niſi adſit, & cauſa ſeu alia coniectura committendi delictum, ſicuti Bartol. Picus, Alcia.& Ioan. Annibal præcitato in loco declarant. Bero. in conſi.clxx.nume.5.libr. j. qui latè explicat. Et coniectura probabilis eſt, quando extant inimicitiæ, quemadmodum etiam declarauit Doctiſſimus Peregrinus in d. libro v. de iure, & priuilegio fiſci. titul. j. num.160.

Idem quando alienatio facta eſt ſine pretij numeratione. l.ſicut.§.ſuperuacuum.verſi. verumtamen.ff.quib.modis pign. vel hypot. contrah. Et in ſpecie annotauit Alcia. in d. l. poſt contractum.nu.43.

Extenditur primò hæc coniectura, vt locum habeat,
32 etiam ſi † alienans adhibuit clauſulam conſtituti, qua conſtituit, ſe tenere, & poſſidere nomine eius, cui facta eſt alienatio. Nam adhuc non tollitur ſuſpicio ſimulationis, & fraudis. Ita Bar. in d.l.poſt contractum.nu.4.verſi. ſed quid ſi venditor,& illum ſecuti ſunt omnes, vt teſtatur Ioan. Annibal ibidem.num.126.& alios congerit Tiraq. in Tract.de iure conſtituti, in tertia parte. limit. ix. nume. 6. Et illis accedit Boſſius in d.tit. de publicatione bonorum.num.49. in fine.

Ea vſus eſt ratione Bartol. quia vbi eſt fraudis ſuſpicio, requiritur traditio corporalis.l.j.C.de ſuffragio.

Cæterùm Baldus in l. illud.C. de ſacroſ. eccle.diſtinguit, & ab eo non diſſentit Alci.in d. l. poſt contractum. numero 45. ¶ Extenditur ſecundo, vt locum habeat etiam facta
33 † corporali traditione, quando ſubeſt alia coniectura fraudulentæ traditionis, ſicuti quando is donator vel venditor adhuc perſeueraret fructus percipere, & res, & bona, vt prius adminiſtrare, vel adhuc ſuo in æſtimo deſcripta haberentur. iuxta ea, quæ ſcribunt Socin. Sen.in conſi.xlvj.col. ij.lib.iij.Pariſ.in cōſi.liij.nu.21.lib.j.& Burſatus in conſilio cliij. numero 30. lib. ij. & in ſpecie ita aliquando reſpondi, in conſilio ccccxxxj.libro v.quod reddidi pro Fiſco Mirandulæ.





Declaratur primò hæc coniectura, vt locum non habeat,
34 quando is venditor in poſſeſſione permanens, ſoluit † fructus ipſi emptori. Ita Bart.in d.l.poſt contractum. nume.4. verſi. Et hic ſolum. & ibidem Picus.nume.47. Alcia.nume. 44.verſicul, item non,& Io. Annibal.num.128,Et prædictis accedunt Anch.in conſi.cclj.nu.5.verſi.quartò excludit.Bero.in conſi.clxx.nu.12.lib.j.

Cum enim venditor fructus rei venditæ perſoluit emptori, ceſſat omnis ſuſpicio ſimulationis fictioniſque.l.Iulia.§. poſſeſſionem. ff. de act. empti. & l. litibus.C. de agricol. &
35 cenſ. libro xj. Et † poſſidere is magis dicitur, qui fructus cōſequitur, quàm qui rem corporaliter detinet.l.arboribus. ver.nam etſi agrum.vbi Baldus & Angelus. ff. de vſufructu. Et hæc quidem declaratio procedit, etiam ſi venditor partem aliquam fructuum tantummodò præſtat; ſicuti Alciat. loco præallegato admonuit.

Declaratur ſecundò hæc coniectura, vt locum non ha-
36 beat, quando † venditor reſeruauit ſibi vſumfructum. Nam tunc cenſetur retinuiſſe poſſeſſionem cauſa ipſius vſusfructus. Ita in d.l. poſt contractum.nume.6.in fine; & ibidem Picus numero 47.verſi.ij.limita.Alcia.nume.44. verſi. item non procedit,& Ioan. Annibal.num.131. Boſſius in d.titul. de publicatione bonorum.nume.49. verſic. ſed cum. Et ij, quidem moti ex. l. quiſquis. C. de donat. Quam tamen de-
37 clarationem intelligunt Picus,& Alciat. quando ex † pretij qualitate apparet, ſolùm proprietatem venditam: aliàs ſi pretium etiam vſufructui æquiualeret, adhuc præſumptioni locus eſſet: cum veriſimile non ſit, eum qui plenarij iuris pretium dederit, nuda proprietate contentum fore. argu. l. cum de indebito.in prin.ff.de prob.

Declaratur tertiò, vt locum non habeat hæc coniectu-
38 ra, quando † is venditor modico tempore perſeuerauit in poſſeſſione. Ita Bartol. in d. l. poſt contractum. nume. 5. & ibidem Alcia.nu.46. Et intelligit Bar.hoc modicum tempus relinqui iudicis arbitrio; qua de re ſcripſi in libr.ij. de arbitrariis iudicum.caſu.Et ſufficere triennium reſpondit Bero. in conſi.clxx.num.9.in ſi.lib.j.

Declaratur quartò, vt non procedat hæc coniectura,
39 quando † emptor ſtatim emptione facta, abeſſe à ciuitate cæpit; vel deceſſit, relictis filiis impuberibus,& ignaris celebrati contractus. Hoc caſu ceſſat ſuſpicio fraudis ex poſſeſſione, in qua venditor perſeuerauit. Ita Bart. in d. l. poſt contractum.nume. 5. verſicul. quid enim. & ibidem Picus num.47.verſi.tertiò limita.Ioan. Annibal.nu.132.& Alciat. num.46.& in reſp.ccclxxix.nu.2.Boſſius in d.tit.de publicatione bonorum.nume.49.verſi.item limitat. Hoc enim caſu non præſumitur, venditorem ſtetiſſe in poſſeſſione ob id, quod ficta,& ſimulata fuiſſet venditio: ſed ob negligentiam, & ignorantiam emptoris, vel eius hæredis. Cenſuit tamen Alciat.hoc relinquendum eſſe iudicis arbitrio.

Quarta eſt coniectura, qua dicimus, alienationem cen-
40 ſeri factam in fraudem fiſci; † quando ſcilicet clam, & occultè facta fuit, Verùm Bartol.in d.l.poſt contractum. num. 7. viſus eſt diſtinguere aliquot caſus; quorum primus eſt,
41 quando † alienatio facta fuit titulo lucratiuo, & clàm, nulla tamen præcedente cauſa ſeu coniectura committendi delictum. Hoc caſu (inquit Bar.) non præſumitur fraude donatum. Non enim ex eo ſolo, quod quis clam donauit, præſumitur fraude donaſſe: cum actus donandi ſit ſui natura licitus,& propterea quouis in loco fieri poteſt. Et præterea( vt dicebat Picus ibidem.nu.55.) clàm forte donauit timens ab aliquo impediri, vt à Tyranno, vel ab agnatis. Quocircà male ſenſit Imola in d.l.poſt contractum.dum aduerſus Bart.& cæteros omnes exiſtimauit, ſolam hanc clandeſtinitatē, arguere donationem fuiſſe fraude factam.

42 Secundus eſt caſus, † quando donatio fuit clam facta, & concurrit aliqua cauſa ſeu coniectura committendę fraudis; vt ſi extant graues inimicitiæ. Ita Bartol. in d.l.poſt contractum. numeto 7.in fine.Picus.num.54.Ioan.Annibal.num. 158.& Alcia.nume.48.verſicul.hinc conſequens. Decius in conſi.ccxxxv.col.ij.verſi.quarta eſt præſumptio. Sigiſmundus Loffredus in conſi.xxj.col.ij.Blancus in Tracta.de indiciis.nume.88.verſi.iiij.eſt Boſſius.in Tract.cauſarum criminalium,in tit.de publica.bono.num. 51. Et præcitato in loco Alcia.affert alias cauſas,quibus fraus præſumitur, aduerſus alios, præter fiſcū, vt aduerſus creditores, & ſimiles, quæ tractatio à noſtra ſatis diuerſa eſt.

43 Tertius eſt caſus, † quando alienatio clam titulo oneroſo facta fuit, exiſtente alia cauſa ſeu coniectura delinquendi. Hoc etiam caſu præſumitur alienatio fraude facta. Ita Bartol. in d.l.poſt contractum. num.7.quem ſecuti ſunt Picus,& reliqui ſupra allegati. Exiſtimauit tamen Bartol.hoc in caſu, requiri quod emptor fuerit fraudis particeps, vt reuocationi locus ſit. Et Bartol. ſecuti ſunt ibidem Alcia. nu. 48.& Io. Annibal.num.154.ex ſententia Baldi in rub .C. de his, quæ in fraudem cred.

Dubitant ſimulque quęrunt Doctores præſertim Alcia.
44 in d.l.poſt contractum. numero 50. quando † clam dicatur facta alienatio. Et inquit dici clam, cum quis celauit actum, ne aduerſario, cuius controuerſiam timuit, innoteſceret. l. iij.§. vltim. ff. quod vi aut clam. Vel & clam dicitur, quando ita actum fuit, vt ad eius, cuius intereſt, notitiam non perueniret. Ita Bartol. in l. ij. C. de iis, qui ex publ. ratio. Felinus in capitul. conſuluit. de offic. deleg. & Decius in conſi.cccxcix.& alios refert, & ſequitur Pariſ. in conſi.lvij. nu.18.lib.iiij. Quocircà ex aliorum ſententia ſcripſi in libr. ij.de arbit.iudicum caſu cxciiij.nu.19.etiam clam dici con-
45 tractum, quando † confectum fuit inſtrumentum, quod deinde publicatum non fuit, ſed occultatum. Clam etiam factum eſſe: ( inquit præcitato in loco Alcia.) quando per interpoſitam perſonam actum eſt. l. ſi quis integris. in fine. ff.qui,& à quibus.Et alia ad rem, quæ non proſequor, illo in loco ſcribit Alciatus.

Quinta eſt coniectura, qua dicimus fraudem cenſeri commiſſam contra fiſcum in rerum alienatione; quando
46 ſcilicet † donatio facta eſt ſub conditione; vt quia dictum; Dono ſi contigerit bona mea publicari. Ita Barto.in d. l. poſt contractum.num.9.quem ſecuti ſunt ibidem Picus.nu. 63. Io. Annibal.nume.183.& Alcia. nume.63.qui quidem Alcia. teſtatur, receptiſſimam eſſe ſententiam. Decius in conſi.ccxxxv.col.ij.verſi.ſexta,& vltima. Ita quoque Anch. in conſi.cclj.num.5.Blancus.in Tract.de indiciis.nume.88. verſi.ſexta præſumptio.Boſſius in d.tit.de publicatione bonorum.num.51.verſic.vj.eſt,& Peregrinus in dicto lib.v.de iure,& priuilegio fiſci.tit.j.num.164. Quam quidem probat Bart. per l. vlti.ff.de ſtipula.ſeruo.& l.ſumma cum ratione. in princip.ff. de pecul. Et accedit quod donatio collata dicitur in tempus inhabile; ideſt, quo ius ad fiſcum pertinere cæperit,& ideo perinde eſt, ac ſi tunc facta eſſet. iuxta.l. in tempus.ff.de hæred.inſtit. ex quo ſequitur, nullius eſſe momenti. Non enim ex ea potuit transferri dominium, quod ad fiſcum cæpit pertinere.l.quoties. vltimo reſpo. ff. de nouatio.

Declaratur primo hæc coniectura, vt locum non habeat, quando contraria fortior ei repugnat; ſicuti quando
47 maritus donat in caſum deportationis. Num donatio † valet, & deportatione confirmatur. l. ſed & ſi mors. ff. de donatio. inter virum, & vxo. Et hoc quidem contingit fauore præmij pudicitiæ, & coniugalis amoris.l. qui res vxoris. C.de dona. inter virum,& vxo. Ita declarat Alcia.in d.l.poſt contractum.num.64.qui tamen ſubiungit, alios pleroſque intelligere.d. l. ſed etſi mors; vt loquatur, quando maritus donauit generaliter cauſa mortis. vt etiam poſt multos reſpondit Natta in conſi.ccccxlix.num.13.lib.iij.& latè diſſerit Boſſius in Tract. cauſarum Criminal.in tit. de publicatione bonorum. numero 37. Nam ſimplex mortis mentio, arguit id actum, vt donans prius ipſe, dum viuit habeat, deinde donatarius. arg.l.Statius.§.vlti.ibi, ſed ſi nondum dies. ff. de iure fiſci. Nec videtur quidquam conſiderationis ad fiſcum habuiſſe. Et hinc ſubinfert Alcia.ad quæſtionem, Dedi Monachis certum fundum, ipſi vice verſa, conſtituerunt mihi reditum annuum, ſuper vniuerſis bonis ſuis, vbique locorum ſitis, iuxtà.l.cum ſtipulamur. de verbor.oblig. vbi idem Alciatus; & conuentum inter nos fuit, vt quouis in loco poſſem eos conuenire. Deinde perpetrato in patria delicto, fui bannitus. Quæritur, an fiſcus ipſe poſſit exigere penſionem reditumque. Concludit Alcia. quod cum bo-
48 norum publicatio † non trahatur extra territorium, vt ſcribunt Bart.in l.cunctos populos.C.de ſum. Trinit.& fide cathol,& Imola in l.ex facto. ff. de hæred. inſtit. videntur duo

rei credendi eſſe, fiſcus in patria argu. l. ij. C. ad l. Iul. de vi
pub. Ego extra patriam, Et ideò ſi Monachi prius mihi ſol-
uiſſent, liberati à fiſco cenſerentur. Hoc enim in duobus
49 reis † credendi regulare eſt, vt ſolutione vni facta, alter ex-
cludatur. §. pen. inſt. de duobus reis.

Cæterùm (ſubiungit Alciatus) ſi ſpecialiter conuentum
eſſet, quod Monachi in caſum quoque confiſcationis ſolue-
rent, tunc poſſe fiſcus alienationem fundi, tamquam factam
in fraudem reuocare; quo caſu, re euicta, monachi amplius
non tenerentur. l. vendicantem. ff. de euictio. & l. ius emphy-
teutici. C. de fundis patrimo. lib. xj.

Declaratur ſecundò, vt locum non habeat hæc coniectu-
ra, quando agitur non de bonis delinquentis; ſed alterius,
50 vt ſi vendo, † vel dono tibi bona mea, adijcio pactum,
quod ſi contigerit, te delictum aliquod committere, bona
hæc perueniant ad Caium. Hoc caſu non dicor in fraudem
fiſci adieciſſe pactum: cum mihi licuerit rei meæ legem im-
ponere. l. ea lege. C. de condict. ob cauſam, & l. quoties. C.
de dona. quæ ſub modo. Et propterea iure prohibere potui
alienationem hanc, quæ alioqui ex delicto ad fiſci commo-
dum ſequeretur: quemadmodum & cæteris in caſibus res
alienari prohibitæ, publicari non poſſunt, l. Imperator. ff.
de fideicom. liber. vbi Bartol. & ſcribunt Alex. in conſilio
xxiij. lib. j. Iaſon. in l. filiusfam. §. Diui. in vj. notab. de leg. j.
& in ſpecie noſtra ſic declarat Alcia. in d. l. poſt contractum.
nu. 68. vbi num. 69. in fine. verſi. putarem, ſcribit, hanc decla-
rationem maximè procedere, quãdo prohibitio non loque-
retur ſpecialiter de fiſco: ſed generaliter tantum prohiberet
alienationem. Et rurſus idem Alcia. ibidem. nume. 69. ſub-
iungit egregiam hanc quæſtionem. Quid ſi ſtatutum
(quod Ferrariæ extare aliquando intellexi) huiuſmodi pro-
hibitiones etiam à tertio fieri vetet? & præſumat in frau-
dem fiſci factas? Reſpondet Alciatus, ſtatutum non valere,
niſi eo in caſu, in quo conſtaret delinquentem ea fiducia
deliquiſſe: quia videret huiuſmodi prohibitione, rem ſibi
in tuto aduerſus fiſcum fore. Nam alias (inquit Alciatus)
ſtatutum eſſet iniquum, quia ſub colore coercendi facino-
roſos, fiſcum locupletaret arg. l. ij. verſi. ne in his. C. de ſe-
cund. nupt. & quia abſque probabili cauſa auferret liberis
hominibus facultatem diſponendi de rebus ſuis, contra. l.
non vſque adeo. ff. ſi quis à paren. fuer. manumiſſ. & l. j. C. de
ſacroſ. eccleſ.

Declaratur tertiò, vt locum non habeat hæc coniectura,
51 quando † donaui ſub ea conditione, & pacto, ſi contige-
rit bona mea publicari, tenearis me alere. Hoc caſu Alcia.
in d. l. poſt contractum. numero 70. ff. de donatio. docuit,
ceſſare coniecturam fraudis, quantum pertinet ad alimen-
ta, quæ etiam publicatis bonis debentur. l. iij. ff. de his, quæ
pro non ſcrip. Quod intelligit Alciatus, niſi ex eo delicto
52 condemnatus, † pro hoſte publico, diſpoſitione ſtatuti, ha-
beretur. Nam tunc alimenta ei non debentur; cum, & oc-
cidi poſſit. l. j. C. de bonis liber. & tradit Bartol. in ſua quæ-
ſtion. j.

Declaratur quartò, vt ceſſet hæc coniectura, quando
pactum ita factum eſt, vt potius abſtineres à delicto, quàm
vt delinqueres, vt putà: Promiſiſti mihi, & hæredibus meis
53 mille, ſi † homicidium committeres. Commiſiſti & aufugi-
ſti, ſi fiſcus occupat bona tua, an ego vel hæredes mei con-
ſequi à te poſſim mille promiſſa? Et dicendum eſt, conſequi
me poſſe: cum mea ipſa ſtipulatio non inuitat te ad delin-
quendum: ſed vt abſtineas metu pœnæ. Et propterea in frau-
dem fiſci non præſumitur facta. Ita declarat Alciatus in d. l.
poſt contractum. num. 70. verſ. ſed finge.

Sexta eſt coniectura, quando alienatione facta is alienãs
54 delinquit, & in ipſo † crimine deprehenſus eſt. Nam tunc
præſumitur donaſſe metu imminentis pœnæ. Ita manifeſtè
Baldus in l. ſi quis poſthac. numero 2. verſi. quinto ſi aliena-
tio. C. de bonis proſcirp. num. 68. verſic. ſeptimam præſum-
ptionem, & apertius Alciatus. nume. 29. ex ſententia Bar. ibi
col. j. ex l. vlt. §. Papinian. ff. de bonis eorũ, qui ſibi mortem
conſciue. Hæc tamen coniectura potius conuenit ſecundo
tempori, de quo Bart. in d. l. poſt contractum. nume. 12. etſi
Picus ſub primo hoc tempore collocauerit.

Extenditur primò hæc coniectura, vt locum habeat etiã
55 in † eo, qui notoriè deliquit, & deinde alienauit. Ita Picus
in d. l. poſt contractum. num. 8. & Alcia. num. 29. verſicul. &
56 quod. Nam notoriè † delinquens, æquiparatur ei, qui in ip-
ſo crimine deprehenſus fuit. glo. l. emptorem. ff. de act. emp.
& Docto. in c. cum non ab homine, de iudiciis. Et hoc no-
torium, intellexit Picus in d. l. poſt contractum. nu. 68. verſi.
octauam adde, quando conſtat per publicam vocem, & fa-
mam, & citat Caſtren. ibidem, & Ange. in d. l. ſi quis poſt-
hac. col. pen. C. de bonis proſcrip.

Extenditur ſecundò, vt procedat etiam in contumace,
57 † qui vult aufugere, vel aufugit. Nam & is in fraudem alie-
naſſe præſumitur. l. vlt. in fin. ff. de req. reis. Ita in ſpecie do-
cuit Alci. in d. l. poſt contractum. nume. 29. verſic. cæterùm,
qui ob id ſubiungit, quod hodie diſpoſitionibus ſtatuto-
rum, quæ multis in locis vigent, contumaces habeantur pro
confeſſis & conuictis, iuxta tradita à Bartol. in l. omne. ff. de
re milita. alienationes ab eis factæ, per fraudem factæ præ-
ſumerentur.

Declaratur primò, hæc coniectura, vt locum non ha-
58 beat, quando † quis alienauit, deinde de delicto in contu-
maciam fuit condemnatus. Hoc ſanè caſu, ſola ipſa contu-
macia non arguit, quod per fraudem iam alienauerit. Ita de-
clarat Alciatus in d. l. poſt contractum. numer. 31. & in reſp.
59 cxxv. num. 9. Ea vſus eſt ratione, quia † contumacia inducit
quandam tacitam fictamque confeſſionem. l. ij. §. j. ff. de iu-
re fiſci. & l. ſi filij. la ij. ff. de interrog. action. At ficta con-
feſſio nil debet operari in detrimentum donatarij, vel em-
ptoris. l. eius, qui, in fine. vbi Bartol. ff. de iure fiſci. & idem
Bartol. in l. cum filius in princ. ff. de verbo. obl. Et præte-
60 reà, ſententia † lata contra contumacem non nocet credi-
tori. l. Præſes. C. de pignor. & l. Papinia. §. meminiſſe. ff. de
61 inoffi. teſta. Et rurſus, quia præſumptio † inducta contra
delinquentem eius perſonam egredi non debet, neque trahi
ad eum, qui culpæ conſcius non eſt. Bartol. in l. ſi quando.
C. vnde vi. & Decius in conſi. cccccx. verſi. quartò. Quocircà
(ſubiungit Alciatus) ſe aliquando reſpondiſſe, quod cum
principis decreto cautum eſſet, quod donationes factæ à
reo intra biennium, ante patratum crimen, fraude factæ
præſumerentur, & reus per contumaciam fuiſſet damnatus,
non præſumi fraude donatum in detrimẽtum donatarij: cum
illa ſit quædam ficta tacitaque confeſſio, quæ alteri non no-
cet. Quæ declaratio egregia eſt ad Decretum Mediolani,
quo cautum eſt, vt Alciatus ſcripſit, ſicuti huius Decreti
meminit Boſſius, in d. tit. de publicatione bonorum. nume.
44. Immo ſubiungit Alciatus in d. l. poſt contractum. num.
62 33. ſe fortius putare, quod ſi aliquis ſua confeſſione † dam-
natus ſit, cum aliter non appareret de delicto, hoc emptori,
vel donatario nocere non poſſe. l. j. §. item illud. ff. ad S. C.
Syllania. Nam ſicuti ipſe venditor vel donator, non poſſet
hos contractus reſcindere. l. ſicut. C. de actio. & oblig. ita
nec ſua confeſſione indirectè nocere poteſt. Ita dicimus
63 confeſſionem † cedentis, nocere non poſſe ceſſionario. l. fa-
64 cta. §. ſi hæres. ff. ad Treb. ſic & ſententia lata contra † de-
bitorem, non nocet creditori poſt pignus contractum. l. ſi
ſuperatus. ff. de pig. Nec repugnat auctoritas Bar. in d. l.
cum filiusfa. numero quinto. de verbo. obl. quia ſecundum
Alciatum loquitur, quando delictum præceſſit donationem,
non autem quando ſubſecutum eſt. Item (ait Alcia.) in-
telligi debet, quando confeſſio eſt veriſimilis, vt quia adeſ-
ſent indicia. iuxta. l. quæro. in fine. ff. de ædil. edicto. nec
donatarius contrarium probare vellet. l. ij. §. j. ff. ſi ex noxa.
cauſa aga. & in ſpecie reſpondit Comenſ. in conſilio clv. col.
iij. Hæc tamen traditio non habet locum, quando probare-
65 tur confeſſio † alienantis ante ipſam alienationem, vt ſi di-
xiſſet, quod volebat alienare ſictè, & ſimulatè. Ita Socinus
Senior in conſi. cclxiiij. colu. ij. verſi. vj. arguitur lib. ij. Idem
66 quando ad † inſtantiam partis facta eſt confeſſio, quo ad
præiudicium ipſius confitentis; vt loquitur Bero. in conſilio
clxx. nu. 11. lib. j.

Declaratur ſecundò, vt locum non habeat hæc coniectu-
67 ra; quando † alienatio facta fuiſſet ex cauſa neceſſaria, vt pu-
ta alimentorum, dotis, & ſimili. Ita Alcia. in d. l. poſt con-
tractum. nu. 34. & dixi ſuprà in prima coniectura, in prima
declaratione.

Septima eſt coniectura, quando reus eſt de crimine
68 † accuſatus, & poſt ipſam accuſationem alienat. Hoc caſu
præſumitur



præſumitur alienaſſe, vt fraudaret fiſcum. Ita Picus in d. l.
poſt contractum. num. 68. verſic. nonam adde, poſt Imolam
ibi in fine. Angelum, & Salicetum in l. ſi quis poſthac. colu.
pen. C. de bonis proſcript. ac Geminia. & alios in c. cum ſe-
cundum, in fine principij. de hæreticis in vj.
69 Octaua eſt coniectura, quando ipſe alienans † protu-
liſſet aliqua verba ante alienationem; quibus conijci poſſet,
eum cogitaſſe de futuro delicto, putà ſi minando dixiſſet,
prouidebo rebus meis, deinde noui aliquid faciam. Hoc
caſu ſecuto delicto poſt alienationem, illa fraude præſu-
metur facta. Ita Picus in d. l. poſt contractum. num. 68. verſ.
decimam, & vltimam, qui motus eſt auctoritate Bartol. in
l. vlt. ff. de his, quæ in fraudem cred. & Baldi ac Alex. in l. me-
tum. C. quod metus cauſa, dum ſimilibus in caſibus loquun-
tur. Et egregiè Alcia. in l. ſi maior la j. verſicu. vij. cum. C. de
tranſact.

Hactenus de donatione facta inter viuos, ſed dubitari
etiam contingit, quid ſi cauſa mortis donatum eſt, an &
hæc reuocetur ad commodum fiſci, ſecuta condemnatione
donantis ob perpetratum delictum? Et dicendum eſt, do-
70 nationem hanc † cenſeri reuocatam, etiam quod ſine frau-
de facta ſit. l. ſi aliquis. ff. de don. cauſa mortis, iuncta. l. eius,
qui. ff. de teſta. Hæc tamen ſententia locum non habet, in
71 donatione facta † vxori, quia eam à fiſco defendere pote-
rit, & ſtat in pendenti. Nam ſi maritus eam non reuocat,
remanet penes ipſam vxorem, poſt mortem mariti, ſi autem
reuocat acquiritur ſibi: quia futura non veniunt in confiſca-
tionem. Ita probat. l. ſed etſi mors. ff. de dona. inter vir. &
vxo. Ex quo ſumitur cautela contrà fiſcum, quod timens ne
propter delictum fiſcus bona ſua inuadat, donet ea cauſa
mortis vxori, quia ſi bona publicabuntur, non comprehen-
dentur hæc vxori donata. Ita ſingulariter docuit Baldus in
l. executorem. colum. ix. verſicul. quæro, quidam timens.
C. de executio. rei iud. quem ſecuti ſunt Caſtren. & Roman.
in d. l. poſt contractum. ff. de dona. Iaſon in l. ſi ſtipulatus
fuerim. §. cum ſtipulamur. ff. de verbo. obl. & Natta in conſi.
cccccxlix. in fine. lib. iij.

## PRAESVMP. CXXV.

Simulatio quando de perſona ad perſonam præ-
ſumatur commiſſa.

*SVMMARIVM.*

*1 Simulatio de perſona ad perſonam, quomodo dicatur committi.*
*Et quod ea non præſumatur in dubio. nu. 2.*
*3 Simulatio de perſona ad perſonam, quibus coniecturis detegatur. nu. 4. & ſeq.*

De multiplici ſimulatione, quæ de contractu
ad contractum commiti ſolet, diximus ſupra.
Nunc diſſerendum eſt, quando præſumatur
1 commiſſa † de perſona ad perſonam, hoc eſt, ſi
maritus verè emit, & tamen in emptionis in-
ſtrumento dictum, & affirmatum fuit, vxorem emiſſe. Quæ
ſanè ſimulatio, dicitur committi de perſona ad perſonam,
vt ſcribunt Bald. in l. multum. num. 2. C. ſi quis alteri, vel ſi-
bi, etſi Afflictus in c. j. in prin. nume. 13. de feudo dato inui-
cem legis commiſſ. dubitet. Hæc autem ſimulatio, ſicuti &
2 & reliquæ omnes, in dubio † non præſumitur: vt tradit Affli-
ctus præcitato in loco. nume. 14. ſed tamen detegitur præ-
ſumptionibus, & coniecturis: quemadmodum, & aliæ, de
quibus iam diſſeruimus, & in claris his terminis, ſic reſpon-
dit Decius in conſi. cccccxliij. nu. 13.
3 Prima eſt præſumptio, & coniectura, quando † ante
confectum acquiſitionis inſtrumentum, tractatum fuit in-
ter maritum, & vxorem, vel maritum, & venditorem; quod
ipſe maritus eſſet emptor: ſed quod nomen ipſius vxoris
tantum ſcriberetur in inſtrumento. Ita Bald. in d. l. multũ.
num. 2. Dec. in conſi. cccccxliij. numero 18. in fi. & Afflictus
in d. c. j. in prin. num. 12. verſic. ſed qualiter. de feudo dato in
vicem legis commiſſo: adductus tex. l. iij. §. ſi ab ignoto. ff.
de manumiſſ. quem explicauimus ſupra in præſumpt. cxxij.
in coniectura penult.
4 Secunda eſt coniectura, † quando vxor confecto ipſo
emptionis inſtrumento, recognoſcendo bonam fidem, con-
feſſa eſt, rem emptam fuiſſe pecunia mariti. Ita Socin. Sen.
in conſilio cxxix. numero 13. lib. iiij. & Afflictus in d. c. j. in
prin. num. 12. verſi. item ſi probetur. &c. qui in verſi. ſi autem
res, ſubiungit, quod ſi res verè tradita fuiſſet ipſi mulieri,
ceſſaret ſuſpicio ſimulationis. & ob id teneretur reſtituere
pretium marito. l. vxor. ff. de dona. inter virum. & vxo.
5 Tertia eſt coniectura, quando † conſtat, rem traditam
fuiſſe vxori, non autem marito. Nam tunc præſumitur con-
tractus ſimulatus. Ita Bald. in d. l. multum. numero 2. Dec.
in d. conſi. cccccxliij. nu. 15. 16. & 18. qui Angelum, & alios
refert, quos etiam ſecutus eſt Socinus Sen. in d. conſi. cxxix.
num. 12. lib. iiij. Afflict. vbi ſupra. Et ij quidem adducti ſunt.
l. Papinianus ff. de donatio. inter virum, & vxo. & l. ſi filij.
C. eo.
6 Tertia eſt coniectura, quando † vxor nil egit & tractaui,
ſuper ipſo contractu emptionis. Nam ex tractatu habito à
marito, præſumitur, quòd ipſemet emerit ſua cauſa: ſed ſi-
mulatè ſcribi fecerit in inſtrumento nomen ipſius mulieris.
Ita Afflictus in d. c. j. in prin. nu. 13. de feudo dato in vicem
legis commiſſo. Et ratio eſt, quia tractatu & ordinatione
præcedenti præſumitur ſimulatio, vt ſcripſit Baldus in l.
pacta nouiſſima. C. de pactis. Ita quoque diximus ſupra in
præſumpt. cxxij. in ſecunda coniectura, contractum fænera-
ticium detegi ex præambulo tractatu.
7 Quarta eſt coniectura, quando † maritus ipſe ſemper
ſuo nomine poſſedit, & fructus percepit, nulla habita ra-
tione ipſius vxoris. Ita Dec. in d. conſi. cccccxliij. num. 18.
verſi. & iſta concluſio: qui ſic reſpondit de quouis altero, qui
ſua pecunia emit, & poſſedit fructus percipiendo, etſi in in-
ſtrumento emptionis, ſcribi fecerit alterius nomen. argu. l.
cum de in rem verſo. & l. cum quidam. ff. de vſuris. & c. con-
tingit. de tranſact.
8 Quinta eſt coniectura, quæ † colligitur ex æſtimo, &
cataſtro. Bald. d. l. multum. nume. 3. quem ſecuti ſunt Socin.
Sen. in d. conſi. cxxix. num. 14. & Petrus Ioannes Ancha. Re-
gienſis in q. lxxx. nu. 18. parte tertia.

## PRAESVMP. CXXVI.

Metus, an & quando illatus præſumatur, & quan-
do perdurare, ac purgatus dicatur.

*SVMMARIVM.*

*1 Metu compulſus nemo contrahens præſumitur.*
*Idque præſertim ſi in ciuitate vel loco celebri contrahatur. nu. 3.*
*Aut præſentibus amicis, id non conceſſuris. nu. 4.*
*Vel ab his, quibus is qui metum allegat, poterat imperare. nu. 5.*
*2 Metum incutere, eſt delinquere.*
*6 Metus non præſumitur etſi quis magnum dederit pro modico.*
*Limitari tamen in Tyranno. nu. 7.*
*8 Metus illatus, nec quidam à magiſtratum vel dignitatem obtinente, præſumitur.*
*9 Metus illatus ex præſumptionibus extantibus probatur.*
*Idque præſertim in contractu clam, aut noctis tempore confecto. numero 10.*
*11 Probationes leuiores in his quæ clam fiunt, ſufficiunt.*
*12 Principe cum ſubditis contrahente, metus illatus præſumitur.*
*Id tamen quomodo accipiendum. nu. 13.*
*14 Collectas præſtare ſubditos, grauans princeps, metu præſumitur compuliſſe.*
*15 Metus illatus præſumitur re alienata, quæ alienari non conſueuerat.*
*Idem ſi contrahens rubore, & verecundia afficiatur. numero 16.*
*Aut fuerit lacrymatus contractus tempore. nu. 17.*
*Aut eo tempore veriſimiliter non contraxiſſet. nu. 18.*
*Nec adhibiti ſint ij, qui in ſimilibus contractibus adhiberi debuiſſent. num. 19.*
*20 Metu feciſſe præſumitur beneficio ſpoliatus, & deinde illi renuncians.*
*21 Suum iactare, nemo velle præſumitur.*
*22 Metum illatum, præſumi ex communi voce, & fama.*
*23 Metu contraxiſſe præſumitur, qui de eo proteſtatus poſtea fuerit.*
*24 Metus illatus præſumitur, præcedentibus minis illius, qui conſueuerat exequi.*

25 *Minas inferre metum iuſtum, quæ requirantur.*
26 *Metu præſumitur contraxiſſe, qui eſt in carcere, aut loco, vel tempore quo libertate caret.*
*Item ſi ad oſtium domus adſint armati. nu. 27.*
28 *Metus illatus durare præſumitur, eadem metus cauſa extante.*
29 *Actus facti incontinenti poſt metum illatum, metu facti præſumuntur.*
30 *Contractu metu celebrato, præſumitur omnes clauſulæ in inſtrumento per metum adhibita.*
31 *Teſtibus duobus de metu atteſtantibus vna cum coniectura exiſtente, plus creditur quam mille deponentibus de voluntate ſpontanea.*
32 *Matrimonium contractum metu, plus creditur teſti vni, quam alijs contrarium aſſerentibus, ſi metus coniectura exiſtant.*
33 *Metus purgatus eſſe quibus præſumptionibus, & coniecturis appareat.*

ET ſi ſupra in præſumptione quarta huius libri explicauerim, quando in contractu matrimonij præſumatur illatus metus, & quando perdurare, ac demum quando præſumatur purgatus: Attamen non grauabor hoc in loco eodẽ ordine diſſerere de metu alijs in contractibus illato.

Primum itaque eſt caput, quando præſumatur illatus
metus in ipſo contractu? Et pro regula conſtituendum eſt,
1 quod nemo † contrahens præſumitur metu compulſus. l. ij.
C. de iis, qui vi metúſve cauſa. vbi gl. Bal. & reliqui. Et ratio
2 eſt, quia metum † incutere eſt delinquere, & delictum non
præſumitur. l. meritò. ff. pro ſocio. Hanc rationem probarunt Inn. in cap. cauſam matrimonij. de offi. deleg. & Alciatus in Tract. de præſumpt. reg. iij. præſump. vij. nu. 1. Et hæc
3 quidem præſumptio maximè locum habet, quando † contractus celebratur in ciuitate, vel alio loco celebri, in quo
aſſiduè ius redditur. l. vltim. in princip. ff. quod metus cauſa; cuius verba hæc ſunt. Non eſt veriſimile, compulſum in vrbe iniquè indebitum ſoluiſſe eum, qui claram dignitatem ſe habere prætendat: Cum potuerit ius publicum inuocare, & adire aliquem poteſtate præditum, qui vtique eum pati prohibuiſſet: ſed huiuſmodi præſumptioni debet apertiſſimas probationes violentię opponere. Et huc etiam facit tex. l. ſi ſeruus, in fine. C. quod cum eo. & ſcribunt Iaſon, & Decius in l. ſi ſuper poſſeſſione. C. de tranſact. & ad rem noſtram magis Lucas de Penna in l. iij. in quarta præſumpt. C. de apochis publ. lib. x. & Alciatus in reſp. cccccciiij. nu. 7. Habet etiam locum multò magis hæc præſumptio, quando
4 celebratus fuit contractus præſentibus † amicis, qui paſſi
non fuiſſent inferri metum. l. tranſactionem. vbi Iaſon. numero 1. C. de tranſact. & dicemus infra ſuo loco. Et prętereà multò minus præſumitur illatus metus ab his, quibus allegans metum imperare poterat. Bal. in conſi. ccccl viij. Quod dominus. libr. ij. Ang. in conſil. ccxix. Arbitror. & Benuenutus Straccha in Tract. de mercatura, in tit. de nauigatione. num. 23.

Extenditur primò, vt procedat hæc præſumptio etiam
6 quando † quis dedit magnum pro modico. Ita Bart. in l. interpoſitas. nu. 5. & ibidem Iaſ. nu. 1. C. de tranſact. Ruin. in conſi. lx. nu. 7. lib. iij. Alba in conſi. lxxvij. nu. 21. Verùm Iaſon in d. l. interpoſitas. nu. 4. verſic. limita, intelligit, niſi quis
7 dedit † tyranno. Nam tunc metu dediſſe præſumitur.

Extenditur ſecundò, vt procedat etiam in obtinente
8 † dignitatem, & magiſtratum. Nam adhuc non præſumitur
metus ab eo illatus. l. ad inuidiam. C. quod metus cauſa. vbi Doctores, & declarant Decius in conſi. ccxix. colu. j. & Ruinus in conſi. cxxj. lib. iiij.

9 Cæterùm, vbi extant coniecturæ illati metus, † ſatis ſuperque ille præſumitur. Ita Cynus in l. carcerem. C. de iis, quæ vi metúſve cauſa. Bar. in l. ſi ob turpem. num. 5. & num. 7. ff. de condict. ob turpem cauſam. Baldus in conſilio xxvj. Punctus infra ſcripti. lib. iij. Anch. in conſi. ccxcix. nu. 1. Comenſ. in conſi. lxviij. Alex. in conſi. xcviij. num. 6. lib. iij. & in l. interpoſitas. C. de tranſact. & ibidem Iaſ. Corn. in cõſi. xlj. nume. 13. lib. ij. Decius in l. in omnibus cauſis pro facto. nu. 6. & 7. ff. de regul. iuris. & in conſil. ccxix. num. 2. Et hos ſecutus ſum in commentariis de arbitrariis iudicum. lib. ij. caſu cxxxvj. nu. 1. & in conſi. j. num. 273. lib. j. Et his accedunt Alciatus in reſp. v. num. 3. & in Tract. de præſumpt. regul. iij. præſump. vij. Rola. in conſi. vlt. num. 127. lib. iiij. & Andreas Gaill. Germanus erudítiſs. iuriſcõ. in lib. ij. Practica. obſeruat. c. xciij. numero 18. Idque multò magis locum habet in
10 contractu, actuque verè clam † & noctis tempore confecto. Alex. in d. conſi. xcviij. nume. 6. libr. iij. & in conſil. clvj. nume. 1. lib. v. Alciatus in reſp. v. numero 5. Andreas Gaill. in d. cap. xciij. num. 17. Et hi quidem ea vſi ſunt ratione, quia metus ſolet ſecretò, & clam incuti, ob id ſufficiunt cõiecturæ, & præſumptiones; cum in his, quæ clam fiunt, ſufficiant
11 † leuiores probationes.

12 Prima eſt coniectura, quando † princeps contraxit cum
ſuis ſubditis. Ita Iaſon in l. interpoſitas. nume. 4. C. de tranſact. Brunus in conſi. lxxxj. num. 4. Boerius. q. 100. nume. 19. Craue. in conſi. cxxxij. num. 19. & in conſi. ccxciij. colu. pen. in fine, vbi reſpondit, metum non prę́ſumi illatum à ſubditis domino: ſed econtra. Gramma. in conſi. lj. numero 12. & in conſi. lx. nume. 7. in Criminal. Quod ego intelligo, quando
13 † princeps ille conſueuit metum incutere, & minas exequi,
& fecit præceptum aliquod cominatorium. Dec. in conſilio ccxix. nu. 1. & 2. late Ruin. conſi. cxxj. col. j. & ij. libr. iiij. qui latè declarat. Ita pariter, quando princeps grauat ſubditos
14 præſtare collectas, † quas multos iam ante annos non præſtarunt, præſumuntur illi metu compulſi id facere. Alex. in conſi. j. num. 12. lib. iiij. Didacus in cap. poſſeſſor, parte. ij. §. iiij. num. 1. de reg. iuris in vj. Ruinus in conſi. cxj. nume. 21. lib. v. Rola. in conſi. vlt. nu. 123. lib. iiij.

15 Secunda eſt coniectura illati metus, quando † alienata
fuit res, quæ alienari non conſueuit. Ita Pariſ. in conſilio cxxxix. numero 19. libro quarto. poſt Baldum in l. interpoſitas. C. de tranſact.

Tertia eſt coniectura, quando iſte contrahendo, & con-
16 tractui conſentiendo rubore, † & verecundia quadam afficiebatur. Ita Iaſon in additio. ad Chriſtophorum Portium in §. vlti. prope finem. in Inſt. quibus modis ius patr. poteſt. ſoluitur, ex l. pen. ff. de furtis, & ex glo. l. filiusfam. §. inuitus. ff. de procurat. Cæterùm adhibenda erit diligentia pro perſonæ conditione: Nam fieri facile poteſt, quod rubor, & verecundia aliundè quàm ex metu proueniant, ſicuti ſæpe contingit in mulieribus, in adoleſcentibus, vel alio, qui forte turpe exiſtimat alienare bona maiorum ſuorum.

Quarta eſt coniectura, quando is, qui contraxit, vel
17 contractui conſenſit, eo tempore † lacrymabatur. Ita de
metu illato in contractu matrimonij ſcripſi ſupra in præſump. iiij.

Quinta eſt coniectura, quando non eſt veriſimile, quod
18 eo † tempore contraxiſſet. Exemplum afferri poteſt in filia,
quæ ea die, qua pater ei mortuus eſt, ab affinibus alicui matrimonio traditur. Sic ſcripſi ſuprà in d. præſumpt. iiij. vbi declaraui. Et ſimiles coniecturas ductas à non veriſimili ad probandum metum, conſiderant Alba in conſilio lxxvij. nume. 24. Craue. in conſi. xlix. nu. 5. & Rol. in conſi. 100. nu. 112. lib. iiij.

Sexta eſt coniectara, quando in ipſo contractu adhibiti
19 † non fuerunt ſanguine coniuncti, & amici, quemadmodum in ſimilibus contractibus. Ita ſcripſi ſuprà in d. præſump. iiij.

Septima eſt coniectura, quando quis iure ſuo ſpoliatus
fuit, vt puta beneficio, & deinde illi renuntiat: Nam is me-
20 tu † renuntiaſſe præſumitur. cap. ſuper hoc, de renunt. vbi
21 Innoc. Ea eſt ratio, quia nemo præſumitur † velle iactare
ſuum. l. cum de indebito. in prin. ff. de probatio. Et Innocentium in ſpecie ſecutus eſt Alciatus in d. reſp. cccccciiij. in fi. & in Tract. de præſump. reg. iij. præſump. vij. num. 1. & apertius Craue. in conſ. xlix. nu. 4. poſt Angelũ in conſi. ccxxviij. col. ij. & Aret. in conſi. xxiiij. colu. ij. qui ſic arguunt metum illatum à magiſtratu alicui priuato, qui iuri ſuo renunciauit, Rol. in conſi. vlt. nu. 112. lib. iiij.

22 Octaua eſt coniectura, quando extat vox † & fama illati
metus. Ita Comen. in conſilio lxviij. col. iiij. & Alciatus in conſi. v. num. 8. verſi. iiij. concurrit, & in reſp. cccccciiij. nu. 5. verſi. confirmatur etiam, & ſcripſi etiam ſuprà in præſumpt. iiij. in xv. coniectura.

Nona eſt coniectura, quando iſte deinde proteſtatus
† eſt,



23 † eſt, quod nolebat contrahere, vel contractui conſentire:
ſed quod coacte id fecit. Nam tunc præſumitur metu contraxiſſe. l. qui in aliena. §. Celſus. vbi Iaſo. nu. 28. ff. de acq. hæred. Roma. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de operis noui nunt. & apertius Alciatus in reſp. v. num. 8. verſ. ij. concurrit proteſtatio. & Crauet. in conſi. xlix. nu. 8. Idem reſpondit Dec. in conſ. ccxix. nu. 2. in fine.

Decima eſt coniectura illati metus, quando præceſſe-
24 runt † minæ eius, qui conſueuit eas exequi. Abbas & Decius in cap. j. de offi. deleg. & Craue. in conſi. xlix. numer. 1. qui poſt Bellameram in conſi. ix. col. v. dixit, quod minæ in-
25 ducunt iuſtum metum, quando tria † concurrunt, nempe magnum periculum comminatum in perſona, vel in bonis, ſecundò, quod minans talis ſit, qui poſſit damnum illud inferre.

Tertiò, quod is minus ſolitans ſit eas exequi. Ita declaranda etiam eſt illa coniectura metus, quæ ſumitur ex facie multiq; terribili eius, qui ſolet & poteſt terrere; vt poſt alios tradit Craue. in d. conſi. xlix. nu. 3. & ibidem. numer. 9. arguit metum, quando minatus effectus ſecutus eſt.

26 Vndecima eſt coniectura, quando quis † contraxit in loco, vel tempore quo libertate carebat vt in eo, qui eſt in carcere, iuxtà. l. qui carcerem. ff. quod metus cauſa, vt etiam in eo, qui aduerſarij potentia impeditur proſequi ius ſuum. Ita Crauet. in d. conſi. xlix. nu. 6. & ſcripſi in lib. ij. de arbitrariis iudicum. caſu cxxxvj. nu. 4.

27 Duodecima eſt coniectura illati metus, quando † ad hoſtium domus, in qua celebratur contractus, extant armati, qui facilè poſſunt armis vim inferre: ſicuti de eo, qui aſſerebat metu contraxiſſe matrimonium cum puella, quam alioqui non duxiſſet in vxorem, niſi exiſtentes armati ad oſtium non fuiſſent; reſpondit Corne. in conſi. xlj. num. 11. libr. ij. & dixi ſupra in d. præſump. iiij.

Secundum eſt huius diſputationis caput, quando metus iam illatus in ipſo contractu præſumatur continuatus? Hac de re ſcripſi nonnulla ſupra in præſumpt. iiij. in ſecundo capite. quæ huc pertinent. Dixi & iuuat repetere; metum
28 præſumi adhuc perdurare, † quando extat eadem cauſa metus. Ita Bartol. & reliqui in l. pen. ff. de cond. ob turpem cauſam, Calder. in conſil. j. in tit. quod metus. cauſa idem ſcripſerunt, Marſil. in ſingul. ccc xxv. Andreas Gaill. lib. ij. pract. obſer. cap. xciij. in fin. & Alba in conſi. lxxvij. nu. 14. & conſ. lxxviij. nu. 12. Et metus à viro ſemel illatus vxori prę́ſumitur durare toto tempore matrimonij, ex quo eadem cauſa, ideſt maritus durat. Idem reſpondit Dec. in conſ. ccxix. nu. 4. verſ. iij. hoc idem.

29 Huc etiam facit, quod actus † incontinenti facti poſt illatum metum, præſumuntur metu facti, ex quo eadem cauſa perdurat. Ita Baldus in l. ij. q. ij. C. quod metus cauſa, Alex. in conſi. xcviij. in fi. lib. iij. Corne. in conſi. xlj. nu. 16. libr. ij. Decius in conſi. ccxix. nu. 4. & in conſi. ccccxcviij. num. 16. Tiraquellus in Tract. de retractu conuentio. §. j. gl. v. nu. 21. & Alciatus in reſp. v. num. 16. verſi. iij. per timorem. Rola. in conſi. ij. nu. 187. lib. j. & Oſaſcus in deciſ. clxxix. nume. 12. & Andreas Gaill. in d. c. xciij. nu. 30.

30 Huc etiam pertinet, quod ſi † contractus metu celebratus eſt, ita & clauſulæ omnes in illius inſtrumento adhibitæ, præſumuntur metu adiectæ. Ita Fulgo. in conſi. clxxvj. Alba in d. conſi. lxxvij. nume. 33. Rolandus in conſil. vltim. num. 133. & nu. 134. lib. iiij. qui ſimilibus comprobat. Illud quoque obſeruandum hic eſt ex iam dictis, quod quando aliqua extat coniectura illati metus, magis creditur duobus
31 † teſtibus de metu atteſtantib. quam mille de voluntate
ſpontanea deponentibus. Ita Alciatus in Tractat. de præſump. reg. iij. præſump. vij. num. 4. & in reſp. v. in fine. qui ita intellexit Inn. in cap. ſuper hoc, de renunt. & Angelum in l. vltim. in prin. ff. quod metus cauſa. Ita etiã declaratur quod ſcripſit Cæpolla in cautela cxxxiiij. Tempore meo; cum dixit, quod magis creditur teſti aſſerenti, matrimonium
32 † fuiſſe metu contractum, quàm aliis, qui ſpontè confectum
dixerunt. Hoc ſanè intelligitur, quando extabant aliquæ coniecturæ illati metus. Ita etiam declarantur reliqui omnes, qui Innocentium ſecuti ſunt; nempè Iaſon in l. interpoſitas, nu. 5. C. de tranſact. Decius in l. in omnibus cauſis pro facto. numero 8. ff. de reg. iuris. Ruinus in conſi. cxxxij. nu. 2. lib. j. Boer. in q. x. num. 3. 6. & 7. Gozad. in conſi. ix. num. 17. Pariſ. in conſi. liij. nu. 62. & in conſi. lx. nu. 22. lib. iiij. & Alba in conſi. lxxvij. nu. 12.

Tertium eſt caput huius diſputationis, quando ſcilicet metus iam in contractu illatus, præſumatur aliqua ex cauſa purgatus? Et dicendum eſt, quod contrariis ſignis, & con-
33 iecturis † vel diluitur coniectura metus, vel metus ipſe purgatur.

Primum eſt ſignum, quando ille, qui allegat metu con-
34 traxiſſe, peruenit † ad locum ei omninò liberum, & proteſtatus non eſt, ſe metu compulſum tali in loco contraxiſſe, non præſumitur, quod metu contraxerit. Ita colligitur ex Iaſone in l. qui in aliena. §. Celſus. nume. 28. ff. de acq. hæred. & in l. non ſolùm. §. morte. nume. 17. in fi. ff. de operis noui nunt.

Secundum eſt ſignum, quando ille, qui metu contraxiſ-
35 ſe dicitur, ſponte † ſoluit vel exegit, vel alio modo, & obſeruauit quod promiſit, metum purgaſſe præſumitur. l. ij. C. quod metus cauſa, & tradunt ibi Baldus, & reliqui. Afflictus in deciſi. cccxxxvj. num. 6. Pariſius in conſi. x. num. lviij. libr. j. Andreas Gaill. lib. ij. pract. obſerua. c. xciij. num. 29. & Tiraquellus in Tract. de retractu conuentionali, in §. j. gloſſ. v. nume. 21. & 22. Alcia. in reſpon. cccccxix. ad finem. & idem ego ipſe reſpondi in conſilio j. num. 297. lib. j. & in conſi.... vol. v.

## PRAESVMP. CXXVII.

Metus reuerentialis quibus coniecturis, & præſumptionibus detegatur.

### SVMMARIVM.

1 *Alienationi rei dotalis conſentiens mulier, præſumitur non metu, ſed ſponte ſua conſenſiſſe.*
*Et multo magis adhibitis affinibus eius vel ſanguine iunctis. numero 6.*
2 *Metus ex ſola dignitate eius, cum quo contrahitur, non præſumitur illatus.*
*Niſi tamen aliqua metus impreſſio anteceſſerit. nu. 3.*
4 *Mulier renuncians hypothecis ſuper donatione propter nuptias aſſignatis, blanditiis viri inducta præſumitur.*
5 *Conſenſum mulieris verberibus aſſectæ, nullum eſſe, nec ei detrimentum afferre.*
7 *Conſenſus filiæ ſuper matrimonio non præſumitur metu reuerentiali extortus, vt matrimonium reſcindat.*
*Idem in filia, quæ patri conſentiat, vt religionem ingrediatur. nu. 8.*
9 *Metus reuerentialis non præſumitur, etſi ante conſenſum adhibitum, vxor vel filia clam fuerit de eo proteſtata.*
*Niſi tamen id palam facere ob maximam reuerentiam non potuerit, num. 10.*
11 *Metus reuerentialis præſumitur, ſi ante conſenſum prę́ſtitum, maritus vel pater verbera ſit interminatus.*
*Idem ſi importunæ preces acceſſerint. nu. 12.*
*Idem eſt, ſi tanta ſit reuerentia pro perſonæ conditione, vt iudex æſtimare poßit, metu illam conſenſiſſe. nu. 13.*
14 *Conſenſus metu præſumitur adhibitus, ex quo læſio enormis ſequuta eſt.*
15 *Metus reuerentialis præſumitur, quando lex tacito ex conſenſu præiudicaret.*
16 *Patrem filio rectè conſuluiſſe præſumitur.*
17 *Filia à patre diſſentire poteſt, cum ei indignum moribus, & turpem ſponſum eligit.*
18 *Conſenſus tacitus facilius tollitur quam expreſſus.*
19 *Expreſſum tacito fortius eſt.*

DISSERAMVS nunc de alio genere metus, quem reuerentialem appellare ſolemus. Dubitari ſæpe contingit apud interpretes noſtros, an mulier conſentiens alienationi rei dotalis vel ſimili à marito factæ, metu, & vi conſenſiſſe præſumatur, ob eam reuerentiam, quam vxor marito præſtare debet? Et magis re-
1 ceptum eſt, mulierem † præſumi ſua ipſa ſponte, non autem
vi ac metu conſenſiſſe. Non enim metus ſola reuerentia illatus præſumitur; & propterea alienatio illa non reſcinditur.

Ita Inn.in cap.cauſam matrimonij,de offi.de leg.& in capit. veniens,de ſponſal.Bar.in l.ad inuidiam.C.quod metus cauſa.Abbas in c.cum contingat,in primo notab. de iureiuran. Alex.in l.ſi cum dotem.§.eo tempore.num. 5.ff.ſol.matr.Iaſon in l.tranſactionem.nu.2.C.de tranſact.& in conſ.iij. nu. 6.libr.j.Felinus in cap.cauſam matrimonij.col.ij. de of.deleg.Soc.Sen.in conſi.cclxiij.nu.3.lib.ij. Georgius Natta in cap.quamuis.col.ij.nu.10.de pactis, in vj. Curt. Iun.in l.interpoſitas.col.vltim.C.de tranſact.Anto. Capicius in deciſ. clix.num.34.Alciatus in cap. cum contingat, in primo notab.de iureiuran.Rodericus Suares alleg.xxiiij.in fine, Didacus Couarr.in epitome de ſponſal.parte ſecunda.capi. iij. §.vj.nume.4.Quorum ſententia ſatis probatur.ex.l.ad inuidiam.C.quod metus cauſa, vbi metus non præſumitur illa-
2 tus †ex ſola dignitate eius, cũ quo contrahitur. Ita & in l.ſi per impreſſionem. C. eo. ſancitum eſt,ita demum præſumi, contractum metu geſtum cum magiſtratu, ſi aliqua metus
3 † impreſſio anteceſſit. Ergo econtra non præſumitur metu celebratus contractus cum ſuperiore ſi nulla eius præceſſit impreſſio. Et apertius probat conſtitutio Iuſtiniani,in auth. vt immobilia ante nuptias, in princ. eſt Nouella. lxj. Vt res immobiles.&c. Conſtituit Iuſtinia.quod mulier renuntians
4 † hypothecis ſuper donatione propter nuptias aſſignatis, inducta videtur blanditiis viri, & ob id decepta. Deinde ſubiungit Iuſtinia. quod ſi poſt biennium iterum renuntiat, præſumitur interim magis deliberate cogitaſſe, atque ita deceptam non eſſe. Et propterea infert confirmari primam illam donationem: Ex quo intelligimus hanc ſecundam confirmationem, eodem matrimonio conſtante, factam, non eſſe factam vi,vel metu:ita nec primam illam; cum tamen eodem tempore extet eadem cauſa reuerentiæ.

Præterea hæc ipſa traditio probatur ex capitul. cauſam matrimonij, de offi deleg. vbi Poteſt. Max. declarat; con-
5 ſenſum † mulieris verberibus affectæ, nullum eſſe, & ei detrimento non eſſe,ob verbera iam præcedentia. Ergo ſecus eſt, ſi verbera non ſunt adhibita. Et ſimile habetur in c. veniens,de controuerſ. coniuga. Et his accedit Abbas in cap. inſinuante,in fine,qui clerici,vel vouentes,cum dixit,ſolam potentiam non arguere metum.

His intelligimus male reſpondiſſe Aretin.in conſ.xxiiij. num.8.Ripam lib.iij.reſponſorum,c.xv.num.8.& Socinum Iun. in conſil.xlvij.nume.33.lib.tertio.Cum dixerunt, mulierem præſumi vi, vel metu conſenſiſſe prædicto viro ſuo alienanti. Nec repugnat l. ait prætor. §. permittitur. ff. de mino. quia loquitur, quando iudex compulit debitorem, non ex ſola ſua maioritate, & reuerentia:ſed præcepto.

Hæc ſententia multò magis procedit, quando in actu ipſius conſenſus adhibiti ab vxore interuenerunt eius affi-
6 nes, † & ſanguine coniuncti. iuxtà l. tranſactionem. C. de tranſact. Qua de re dicemus in ſubſequenti præſumptione. Et rurſus,multò magis procedit dicta præſumptio. quando filia habitat ſeorſum à patre. Ita Craue. in conſilio cxiiij. nu.4.&.7.

Extenditur primò, vt procedat prædicta ſententia,etiam in conſenſu filiæ adhibito ſuper contractu matrimoniali, dum pater eam matrimonio tradit. Nam etſi conſenſus in ipſo matrimonio magis purus requiritur, attamen
7 † conſenſus iſte non præſumitur metu hoc reuerentiali ita extortus, vt contractum ipſum matrimonij reſcindat. Ita gloſſa in capitul. præſens clericus. xx. quæſt.iij. Hoſtien. in ſumma,in tit.de matrimonio.§.pen. verſi. nunquid coactio. Calder.in conſi. j. titul. de ſponſal. Abbas in capit.veniens. libro j.de ſponſal. Præpoſ.in capit. cum locum. col. iiij.eo. tit.Imola in cap.tuæ.de ſponſal.quos ſecutus eſt Didacus in epitome de ſponſal.parte ſecunda.cap.iij.§.vj.nume.3. quo loci.nu. 5. confutat contrariam opinionem Ignei in l.iij.§. eleganter.num.176.ff.ad Senatuſconſ.Syllania.ex l.ſi patre cogente. ff. de ritu nuptia.quæ verius Igneo aduerſatur, ſi communem, & veram eius lectionem ſequimur.

Extenditur ſecundò, vt procedat hæc ſententia etiam in
8 filia, quæ conſenſit patri,qui eam † monialem effecit. Non enim præſumitur conſenſus iſte metu reuerentiali extortus; & ob id ingreſſus religionis non diſſoluitur. Ita poſt alios Didacus in epitome de ſponſal. in ſecunda parte. cap. iij. §. vj. numero ſexto. reiecta contraria opinione Butrij, Angeli Aretini,Imolæ,Alexand.Iaſonis,Marſilij.

Extenditur tertiò,vt locum etiam habeat hæc ſententia,
9 † quando clam præmiſſa fuiſſet proteſtatio metus reuerentialis, vt ſi filia, vel vxor ante adhibitum conſenſum clam proteſtatæ fuiſſent, vim vel metum pati, ex patris, vel mariti reuerentia. Nam adhuc metus iſte non præſumitur; & ob id contractus non reſcinditur. Ita Barto. in l. qui in aliena.§.Celſus. ff. de acq. hæred. & ibidem Iaſon. Baldus in l. Clari. C. de fideicomm. Alex.in conſi.xvj.num.11.libro iij. Abbas in cap.cauſam matrimonij. de offic. deleg. & ibidem Decius.nu.5.idem Decius in conſi. ccxix. col.iij.Soc. Sen. in conſi.lix.num.15.lib.iij. Alciatus in cap. cum contingat, in primo notab. de iureiuran.& Craue. in conſi.cxiiij.num. 6. & in conſi.cxx.num.3.Ea eſt huius ſententiæ ratio; quia ex quo mulier hæc, potuit palam proteſtari, & non eſt proteſtata, illa clandeſtina proteſtatio nil operatur. Et ideò conſenſus ille ſuus non irritatur, diuerſum autem eſt,quan-
10 do † ob maximam reuerentiam non potuiſſet palam proteſtari.Nam tũc ſufficeret proteſtatio clam facta.Ita Soc.Sen. in conſi.cclxiij.nu.8.& nu.9.lib.ij.

Declaratur primò, vt non procedat hæc præſumptio,
11 quando maritus, vel pater, iam eſt minatus, † quod eam afficeret verberibus, niſi conſenſum præſtaret. Nam tunc ſubſecutus conſenſus, præſumitur metu adhibitus. Ita Bar. in l. j. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non detur. Aret. in conſi. xxiiij.num. 7. Decius in l. in omnibus cauſis pro facto.numero 2 ff.de reg. iuris. in l.pacta nouiſſima.nu. 10.C. de pactis.& in capitul.vlt. de appella. Alciatus. in capit.cum contingat. num.1. verſi. ſecundò amplia. de iureiuran. Gramma. in deciſi.ciij. nume. 65. & Didacus in epitome de ſponſal. parte ſecunda.§. iij. numer. 4. qui in vltimis
12 verbis. dict. §. iij. ſcribit idem eſſe, quando † preces importunæ adhibitæ fuerunt, ex traditione Afflicti in deciſi.lxix.

Declaratur ſecundò, vt non procedat prædicta ſenten-
13 tia,quando†talis ac tanta eſſet reuerentia pro perſonæ conditione, vt iudex æſtimare poſſet, metu verè illam conſenſiſſe: ſicuti ex Socino Iun. in conſi. xlvij.numero 33.lib.iij. ſcripſi in cõmentariis de arbitrariis iudicũ lib.ij.caſu cxxvj. num 8.

Declaratur tertiò,vt non habeat locum prędicta ſenten-
14 tia, quando † ex eo conſenſu enormis læſio orta eſt. Nam tũc metu præſumitur adhibitus.Ita Caſtren.in cõſi.clxxiiij. contra ſuperius.nume. 4. libro j.Aretinus in conſilio xxiiij. nume.9.Socin.Sen.in conſi.cclxiij.col.iij.nu.4.lib. ij. Ruinus in conſi.clxx.num.17.lib.j.Decius in capit.cauſam matrimonij.nume.7.in fine.de officio.de lega. Alciatus in cap. cum contingat.nume.2.de iureiuran. Socinus Iun. in conſi. lxvij.num.39.& in conſi.lxxvij.nu.134.lib.ij.Alba in conſi. lxxvij.nu.21.& in conſi.ciiij.num.4.Craue.in conſil.xj.col. pen.in conſi.cxiiij.nume.1.Cæphalus in conſilio xxxiiij.nu. 31. & in conſi.cxlij.nume.39.lib.j. Crammat.in deciſ. ciij. num.65.Rolandus in conſilio vlt.num.131.lib.iiij.& Didacus in epitome de ſponſal.parte ſecunda.capit.iij.§.vj.nu.4. qui ſubiungit ex ſententia Caſtren.Aretini & Crauettę.præcitatis in locis, procedere etiam quando adhibitum fuiſſet iuramentum.

15 Declaratur quartò, vt locum non habeat, quando † lex præiudicaret ex tacito conſenſu. Nam tunc ſolus timor reuerentialis ſufficit, vt præſumatur conſenſus ille meticuloſus. Ita Bartol. in l. quæ dotis.num. 12.ff. ſoluto matr. & in l. interpoſitas. numero 4.C. de tranſact. Baldus in l. fine.C. ad S.C.velleia. Decius in capit. cauſam matrimonij. nume. 7.ff.de offi. deleg. & Alciatus in in cap. cum contingat. nu. 1.de iureiuran.Nec obſtat quod ab hac opinione diſſentiant Abbas & Butrius in cap. nonne. de præſumpt. Alex.in l. interpoſitas colum. vltim. C. de tranſact. & in l. quæ dotis.ff. ſoluto matr. & ibidem Iaſon. numero 69. Nam horum argumentis ſatisfacit Decius in d. c. cauſam matrimonij. qui inquit. textum in capit. vnico.§.porrò.de deſponſa. impub. lib.vj.procedere,quia actus ille non credebatur præiudicia-
16 lis filio, cum præſumatur † patrem rectè conſuluiſſe filio: iuxta l.nec in ea.§.j. ff. ad l.Iul.de adulter. Et in ſpecie pro-
17 bat.l.ſed ea,quę.ff.de ſponſal.Cùm dixit,tũ filiã†poſſe à patre diſſentire,cum ei indignum moribus & turpem ſponſum elegit



elegit.Non etiam vrget ratio illa, qua Abbas & ſequaces vſi ſunt; quod ſi metus reuerentialis non impedit conſenſum expreſſum, non etiam videtur impedire tacitum: cum eadem ſit virtus taciti & expeſſi.l.cum quid.ff. ſi cert.pet. Nã
18 reſpondetur ex eiuſdem Decij ſententia, conſenſum † tacitum facilius expreſſo tolli & impediri.Inno.in capitul.j.ex-
19 tra, quod met.cauſ. Eſt enim expreſſum † fortius & potentius tacito.l.ſi ex plurib.ff.de ſuis & legit.Abbas in capitul. ſi diligenti.nume.25.de foro compe.Decius in l.j. in quarto notab.C.qui admitti.& in l.non vult hæres eſſe.nu.10.ff. de reg.iur.& idem in rubri.extra de conſti.nu.2.Et ad huius declarationis explanationem, aliqua etiam dicemus infra lib.vj.in præſum.xlv.vbi agemus,quando tacens conſentire præſumatur.

## PRAESVMP. CXXVIII.

Metum & dolum abeſſe præſumi in eo,qui præſentibus ſanguine coniunctis, vel amicis contraxit.

*SVMMARIVM.*

1 *Contractus initus interuenientibus ſanguine coniunctis & affinib.metu factus non præſumitur.Idem ſi ſolus interueniat iudex.num.6. Quod & in vltimis voluntatibus habet locum.nu.7.*
*Hancque tam fortem præſumptionem eſſe, vt duobus teſtibus contrarium nequeat probari.nu 8.*
*Niſi tamen perſona talis ſit,quæ etiam amicis præſentib. metum queat inferre.nu.9.*
*Aut adſit etiam enormis læſio.nu.10.*
2 *Tutores gerentes negotium pupillorum,coram propinquis expedire debent vt tutiores ſunt.*
3 *Propinquorum præſentia vtram tollat præſumptionem doli.*
4 *Loqui ſecundum veritatem aliud eſt,aliud facere verba ſecundum præſumptionem.*
5 *Mulierum aut minorum in contractibus, cur ſtatuta propinquorum præſentiam requirant.*

SVPERIORE præſumptione ſcripſimus, metum non præſumi ob ſolam reuerentiam, vt actus reſcindatur. Nunc dicimus,omnem alium
1 metum,vel dolum non pręſumi in eo,qui†contraxit interuenientibus ſanguine coniunctis, & affinibus,vt vno verbo etiam ſuprà attigimus. Hanc præſumptionem probat. l. tranſactionem quæ dominij. C. de tranſact.vbi Docto.præſertim Iaſon.num.1.Bart.in l.frater à fratre.nume.51.ff.de condict. indebiti. Baldus in l. Polla. C.de his,quibus vt indig. & in l. j. C. de prædiis Decurio. lib.x. Angelus in conſi.ccxv.Thema tale eſt.Alex.in l.ſi cum dotem.§.eo tempore.ff.ſoluto matrim.Socin.Sen.in conſi. cclxiij.colu.vj.numero 10.verſi.ſed adhuc videntur.libro ij. Decius in l. ſingularia numero 10. ff. ſi certum peta. & in conſil.ccxxxij.numero 3.in conſi.ccccxlviij.numero 14. & in conſilio cccclixij.numero 7.Cur.Sen.in conſ.xliiij.ſuper contingentia.col.v.verſi.comprobantur præmiſſa. Iaſon in l.bonorum. nume. 4. C. qui admitti. Petraſancta in ſingul. lvij.Ruinus in conſi.clxx.numero 17.lib.j.& in conſi.cxxij. nume.12.lib.iiij.& in conſi.lj.num.13.lib.v.Marſil.in ſing. ccccxvij.præſentia.Pariſius in conſi.xcvj.nume.xxxix.lib.j. & in conſi.lxxxviij.numero 35.lib.iij.Boer.q. 100. numero ſeptimo. Alciatus in Tractat.de præſumpt.regul.j. præſum. vigeſimaprima. & ibidem Nicolaus Arelata. in additio. Craue.in conſilio cxiiij.numer. 3.& Gramma.in deciſ.lxvj. numero 9.

Hinc cautelam præbuit tutoribus Cæpolla in cautela,
2 xxiiij.incipit,ratione,quod quando†negotium aliquod pro pupillis gerunt,curent illud expediri coram propinquis, & amicis pupillorum, ne ſi contingat illos conqueri, metu, vel dolo inductos eſſe ad contrahendum, tutores ipſi moleſtia afficiantur à pupillis ipſis, vel à pupillorum aduerſariis:atque ita huius ſententiæ auctorem citat Baldum in d. l.Polla.C.de his, quibus,vt indignis.& idem ibi annotarunt Caſtren.& Iaſon.numero 7. qui manifeſtè cenſuerunt, omnem dolum abeſſe,præſumi in tutore,qui præſentibus conſanguineis,& amicis pupilli contraxit.Idem docuit Iaſ.in l. j.in fi.C.de tranſact.& reſpondit Curt.Sen.in conſ.xliiij.ſuper cõtingentia.col.v.verſi.comprobantur præmiſſa. Idem ſcripſerunt Petraſancta in ſing.lvij.& Marſ. in d. ſing. ccccxvij.præſentia.in fin.

Cæterùm Alciat.in Tract.de præſumpt.reg. j. præſump. xxj. admittit quidem præſumptionem hanc quò ad metum:non autem quò ad dolum. Inquit ille, quod ſimplex
3 propinquorum†præſentia,non tollit præſumptionem doli, quia veriſimiliter propinqui illi potuerunt ignorare conſilium tutoris,ad quem principaliter pertinebat.argu.l.vlti. ff.vbi pup.educari debeat. & lege prima. §. denunciare. ff. de ventre inſpicien. Hæc Alciati conſideratio vera non eſt: cũ veriſimilius ſit propinquos hos pro ſuo officio,& munere diligentia vti,vt intelligãt,an dolus omnis abſit;abſitq; oĩs fraus & metus.Eſt ſanè pręſumptio,quod quilibet ſit vir bonus,& diligens.l.cum pater.§.rogo.de leg. ij. & l.omnimodò.in prin.vbi gl.C. de inoffic.teſt.Non etiam obſtant duæ conſiderationes Alciati ad l.tranſactionem,cum dixit,illam loqui in metu, qui à dolo differt. Cum poſſit quis etiam apertè,& coram populo decipi.l.j.in prin.ff.de dolo; quod in metu non contingit.Nam reſpondetur,fieri quidem poſſe,quod dolo quis etiam coram populo decipiatur: cum magna eſſe poſſit alicuius calliditas, & verſutia.l.j.ff.de dolo:ſed dicimus non eſſe veriſimile, atque ita non præſumi.
4 Aliud eſt ſecundum ipſam † veritatem loqui, iuxtà quam argumentatur Alciatus:Aliud eſt ſecundum ipſam præſumptionem verba facere; ſicuti de ea nos agimus. Non etiam obſtat ſecunda conſideratio Alciati,cùm dixit,quod ſicuti, non obſtante tali præſentia admittuntur apertiſſimæ probationes, vt tradunt glo. & Doctor.in d.l.tranſactionem. Ita admitti debent præſumptiones iuris, quæ illis apertiſſimis probationibus æquipoſſent.l. Imperator.de leg.j. Non inquã obſtat hęc conſieratio; quandoquidẽ (vt diximus) nulla hic repugnat præſumptio: imo ſtat propinquorum præſentia, vt ſup. demonſtrauimus. Ex prædicta quoque iuris præſumptione infertur ratio,quare ſtatuta requirãt, in contractib.mulierũ,vel minorũ præſentiã propinquorũ? Eſt ſa-
5 nè†ratio,quia ex eorum præſentia tollitur omnis præſumptio metus,& doli. ſicuti rationem hunc perpendunt Barr. & Bal.in di.l.tranſact.C.de tranſact.Idem Bal.in l.ij.q.9.C. de reſcin.vend.& in l.ij.ad fi.C.de adopt.Iaſ.in d.l. tranſact. nu.3.Cũ vero ſtatuta requirunt in contractib.minorum, vel mulierũ propinquorũ conſenſum:id ea ratione conſtitutum eſt,quia præſumptio eſt,quod proximiores ij erunt diligentiores, ne fraus, vel dolus aliquis committatur, ex quo ad eos pertinet ſucceſſio illius minoris,vel mulieris. Ita Bart.& Bal.in d.l.tranſact.& ibid.Iaſ.nu.3.ver.ſubiiciunt,&c. ¶ Extenditur primò hæc præſumptio,vt locũ habeat nõ ſolũ, qñ interuenit præſentia propinquorũ; ſed etiam qñ interuenit
6 †ſolus iudex.Ita Bar.in d.l.frater à fratre.nu.51.ff. de cond. indebiti,& in l.j.C.de prædiis Decurio.lib.x.Ange.& Imola in l.j.§.fuit quæſitũ.ff.ad Treb.Alex.in conſi.lxxx.col. ij. lib.v.Iaſ.in d.l.tranſact.nume.1.C.de tranſa.poſt Alex.ibid. in fi.Barb.in cõſ.liij.col.vj.lib.ij.Curt.Iun.in cõſ.lxvij.n.3. in fi.Petraſancta in ſing.lvij.Pariſ.in conſi.x.nume.53.lib.j. Craue.in conſi.xiiij.nume. 4.Gramma.in deciſion.lxvj.numero decimo, & ibidem.numer.vigeſimoquinto.declarat, non ſufficere,quando hic iudex,vel prætor interueniret tanquam teſtis.Idem Gramma.in deciſ.ciij. numero 62.

Extenditur ſecundò,vt præſumptio iſta locum habeat,
7 non ſolùm in contractibus;ſed etiam in†vltimis diſpoſitionibus:ſi enim quis præſentib.propinquis, & ſanguine coniunctis, teſtamentum conficit, præſumitur ſua ſponte, non autem dolo,& metu compulſus ita diſponere.Ita Bald. in l. j.nu.8.in fi.C.ſi quis aliquem teſtari prohib.& Nicolaus Arelata.in additio.ad Alciatum in Tract.de præſumpt.regu.j. præſumpt.xxj.

Extenditur tertiò,vt locum habeat etiam ſi duorum te-
8 ſtimonio†vellet probare hæc mulier,vel minor,quod metu conſenſerit.Nam teſtimoniũ duorum non ſufficit.Ita Spec. in titu.de probat.§.vlt.in fi.Bald.& Caſtren.in l.tranſact.C. de tranſact.Curt.Sen.in conſ.xliiij.ſuper contingentia, colum.vj.ver.& benefacit.Et Marſil. in ſing.dxxviij.& Gramma.in

ma.in deciſ.ciij.nu.65.

Declaratur primò, vt non habeat locum hæc præſum-
9 ptio,quando† perſona,cum qua actus celebratur, eiuſmodi
eſt,vt veriſimiliter inferre poſſit metũ etiam præſentib.con-
ſanguineis,& amicis;vt in Tyranno. Ita reſpondit collegiũ
Peruſinum,vt eſt relatũ inter conſilia Angeli in con.cclxxx.
Reperitur in quadam.Idem affirmarunt Iaſ.in d. l. tranſact.
nu.1.ver.limita quando.C.de tranſact.Dec.in conſ.ccxix.in
fi.Marſ.in ſing.dclxxiij.Nonnulli.Boe.q.100.n.8.& Gram-
ma.in d.deciſ.ciij.nu.64.

Declaratur ſecundò,vt locũ non habeat hæc præſumptio,
10 qñ adeſt† enormis læſio. Nam tunc, non obſtante propin-
quorũ præſentia,præſumitur metu, vel dolo celebratus cõ-
tractus.Ita Caſtr.in conſ.clxxvij.contra ſuperius conſulta.
lib.ij.Ruin.in conſ.clxx.nu.17.lib.j.Marſilius in ſingu. dc-
lxxiij.Nonnulli,verſ.ij.prædicta limita.Ripa lib.iij.reſpon-
ſorum.c.xv.nu.15.Boe.q.100.nu.9.Alc.in reſp.ccxcj.nu.3.
& in reſp.dxix.nu.3.Hinc dixit Bar.in l.interpoſitas.num.2.
C. de tranſact. metum præſumi, cum quis dedit magnum
pro paruo.

## PRAESVMP. CXXIX.

Ceſſio actionum quibus coniecturis,& præſum-
ptionibus,detegatur ficta & ſimulata.

### SVMMARIVM.

1 *Litium de redemptoribus lex multum ſuſpicatur.*
2 *Ceſſio actionis modico facta precio, præſumitur ſimulata, & ſolum pro numerata quantitate conceditur ceſſionario.*
*Et quod iuris ſit hæc præſumptio.3.*
4 *Pretij tenuitas,in actionum ceſſione,quando conſideretur.*
5 *Ceſſio actionis modico precio,ſimulata præſumitur,etſi pro parte etiam permutetur.*
*Et locum id habere in hæreditatis venditione.nu.6.*
*Procedere etiam in ſola promiſſione de cedendo.nu.7.*
*Nec obſtare,licet iuramentum interueniat.nu.8.*
9 *Ceſſio actionum quibus in caſibus non præſumitur ſimulata.numer.10. cum ſeq.*
16 *Ceſſio actionum ob modicum precium ſimulata non præſumitur,quando aliis coniecturis conſtet,iuſtis de cauſis factam eſſe.*
*Et quæ ſint cauſæ iuſtæ.nu.17.18.& 19.*
20 *Ceſſio actionis ficta præſumitur,quando de precij numeratione, conſtat ſolum confeſſione cedentis,& ceſſionarij.*
*Idque præſertim ſi poſt confeſſionem, aliquam pretij partem cedens receperit.nu.21.*
*Limitatur tamen quo ad eum ſolum contra quem fit ceſſio, non autem contra cedentem cui nocet confeſſio.nu.22.*
*Quamuis poſt inſtrumentum ceſſionis iam confectum, fiat numeratio, nume.24.*
25 *Ceſſio ſimulata præſumitur,ſi numeratum ſit quidem precium in ceſſionis actu,illud tamen cedens deinde reſtituat ceſſionario.*
76 *Ceſſio ſimulata præſumitur, quando cedens finxit ceſſionarium ſuum creditorem,eidemque ex tali cauſa, ceſſit actiones contra ſuum aduerſarium.*
27 *Actiones ceſſæ pro parte venditæ,& pro parte donatæ, faciunt præſumi ceſſionem ſimulatam.*
*Limitatur,quando perſonæ quibus venditur,& donatur,eſſent diuerſæ. nume.28.*
29 *Ceſſio ſi non appareat,quo titulo facta ſit,præſumitur ſimulata.*
*Soluſque conſenſus non infert titulum,vt ceſſio vera præſumatur.*
30 *Titulus dicitur ſatis conſtare,quando ex coniecturis colligi poteſt.*
31 *Emptio & venditio præſumitur,vbi fit mentio de pretio.*
32 *Expreſſio quando requiritur,ſufficit præſumptio.*
*Idque ampliatur etiam quando titulus ſuperuenit.nu.33.*
*Item etiamſi conſtet per ſolam confeſſionem de iuſto titulo oneroſo. nume.34.*
*Limitatur tamen,quando conſtat de titulo lucratiuo,etiam per ſolam partium confeſſionem.nu.35.*
36 *Actiones ceſſæ potentiori, præſumi faciunt ceſſionem ſimulatam.*
*Limitatur tamen quando ceſſio eſſet facta potentiori coniuncto ſanguine.nu.39.*
*Limitatur etiam,vt ob crimen carceratus poſſit fiſco cedere ſuas actiones,aduerſus ſuos debitores.nu.41.*
37 *Potentior ille dicitur qui poteſt aduerſarium terrere.*
38 *Potentior an dicatur is,qui difficilius conueniri poteſt,iudicis arbitrio relinquitur.*
40 *Emphyteuſis relinqui poteſt filiis,& deſcendentibus potentioribus.*
42 *Præſentia,& taciturnitas eius,contra quem ceduntur actiones, tollit præſumptionem ſimulationis contractus.*
*Nec non ceſſio iurium,& actionum acceſſoriè facta,ratione præcedentis contractus.num ſeq.*

LITIVM redemptores curare ſolent, quo
magis vexent eos, qui lites execrantur,
1 actiones ſibi credi; quare lex † multum de
his ſuſpicatur, ſtatuitque multis conie-
cturis, & præſumptionibus detegi poſſe fi-
ctas,& ſimulatas has ceſſiones; quæ ſic de-
tectæ,irritæ,& inanes fiunt.

Prima itaque eſt præſumptio, & coniectura, quando
2 conſtat ceſſionem factam † fuiſſe tenui modicoque pretio.
Nam tunc ceſſio ſimulata præſumitur, quatenus excedit nu-
meratam quantitatem, pro qua ſola actio conceditur ceſ-
ſionario. Ita ſtatuit Anaſtaſius in l. per diuerſas. C.manda-
ti,illis verbis.ita tamen,vt ſi quis datis pecuniis huiuſmo-
di ſubierit ceſſionem, vſque ad ipſam tantummodò ſoluta-
rum pecuniarũ quãtitatem,& vſurarum,eius actiones exer-
cere permittatur. Hæc Anaſtaſius, qui hanc edidit con-
ſtitutionem in odium redimentium lites, ſicuti manifeſta
eius verba ſignificant. & reſponderunt Socin. Iunior in
conſi.xlviij.nume.6.lib.iij.& Alciatus in reſpon.cxxiiij.nu-
me.9.Horum enim redemptorum officium odioſum, & in-
uidioſum,rectè appellat Cuiacius in lib.viij.obſeruat. cap.
xxxj.qui de his egregia aliqua memoriæ prodidit.Hanc eſſe
3 †iuris præſumptionem ſcripſerunt Ioan.Andreę in additio-
nibus ad Specu.in tit.de præſum.§.ſpecies.numero 5.verſi.
In prædict.concor. Cepolla in Trac.de ſimulatione contra-
ctuum.nu.99.& Alciatus in reſp.cxxiiij.nu.13.His declara-
tur ſtatutum Papiæ.cxxxv.in ciuilibus, rub. De ceſſione iu-
rium.&c.dũ ſtatuit,pretiũ debere actualiter numerari.Nec
quale pretium eſſe debeat,apparente intelligi debet de iu-
4 ſto,& legitimo.Pretij tenuitas† conſideratur,quando dedu-
ctis impenſis, quæ fieri poſſent ad conſequendam rem, cu-
ius actiones ceſſæ ſunt, adhuc tenue apparet pretium. Ita
Bart.in d.l.per diuerſas.nu.6.& ibidem Baldus nu. 10. poſt
gloſſam ibi. atque ita actio æſtimari debet,deducta impen-
ſa,quæ fieri poſſet ad rei conſecutionem. Et idem ſcripſe-
runt Baldus, & reliqui in dic.l.per diuerſas.Caſtre.in conſi.
cccxciij.Pro euidentia dicendarum colum.vlt.lib.ij.Rom.
in conſi.lxxxvj.num.10.Ioan.Milis in repertorio.in verbo,
præſumitur ceſſio. & Alij relati ab Antonio Gabriele, in
lib.ij.concluſionum in titul. de actionibus.concluſ.v. num.
34.qui alia ad rem ſcripſit:ſic & Socin.Iun.in conſ.ciiij.nu-
mero 5.lib.iij.Ego vero in lib.ij.de arbitra. iudicum. caſu
ducenteſimoquadrageſimooctauo, ſcripſi eſſe iudici arbi-
trarium.

Extenditur primò,vt locum etiam habeat hæc præſum-
5 ptio,& legis diſpoſitio,quando pro † parte venditur, & pro
parte permutatur.Nam adhuc ſi habita rei æſtimatione,vna
cum illa parte pretij, apparet de eius tenuitate,adhuc ceſ-
ſio ſimulata præſumitur. Ita ſenſerunt Barto.in dic.l.per di-
uerſas.numero 10.& Baldus in l. vlti.columna ſecunda ver-
ſicu.ſed nunquid lex.C.eod.mandati. & idem Baldus in l. j.
colum.iiij.C.de action.& obligatio.Idem eſt quando ceſ-
ſio facta fuit,pro parte titulo venditionis, & pro altera par-
te titulo donationis. Ita Gozadinus in conſilio tertio, nu-
mero 24.

Extenditur ſecundò,vt locum habeat etiam, in hæredi-
6 tatis† venditore emptoreque. Nam ſic vendens cedenſque
actiones hæreditarias,non euitat præſumptionem ſimulatæ
fictæque ceſſionis.Ita Bartol.in dicta l.per diuerſas.numero
vigeſimotertio.& ibidem Baldus numero octauo, & Rui-
nus in conſilio trigeſimoſeptimo,numero decimoſexto, li-
bro primo. Cæterùm ab his diſſentit Salicet.in dict.l.per di-
uerſas.q.vij.

7 Extenditur tertiò, vt procedat† etiam in promiſſione de
cedendo. Nam & illa præſumitur ſimulata, & conſequen-
ter non



ter non valet.Ruin.in conſi. cxlv. in fi.lib.j.Anton.Gabriel
in libro ij. concluſionum.in titul.de actionibus.concluſ.5.
numero 5.

8 Extenditur quartò,vt locum habeat,etiamſi ceſſio † ipſa
ſit iuramento confirmata.Nam adhuc ſimulata præſumitur.
Ita in ſpecie reſpondit Gozad. in conſi.iij. numero 29. Et
confert quod diximus ſupra in præſumpt. cxxij. contra-
ctum fæneraticium non confirmari iuramento. concluſ. v.
numero 5. His intelligimus ſtatutum prædictum Papiæ,de
ceſſione iurium, eſſe correctorium iuris communis,ex quo
diſponit, iuramento confirmandam eſſe ceſſionem. Iura-
mentum tamen à ſtatuto requiſitum, debet formaliter præ-
ſtari,nec ſufficit dicere iuraſſe,vt ſtatutum diſponit.Ita So-
cin.Sen.in conſilio xxiiij. libro j. & Decius in l. lecta. nu-
mero decimoquarto. ff. ſi certum petat. Porrò an prædi-
ctum iuramentum tollat prouiſionem dicti ſtatuti etiam
contra tertium,explicant Caſtren.in conſilio cxciiij.Noto-
rium, libro primo.Alexan.in conſilio quinquageſimoquin-
to,columna penultima.libro primo.Curtius Senior in con-
ſilio ſeptuageſimooctauo,columna v.& Corneus in conſi-
lio ſeptuageſimooctauo,numero ſeptimo, & conſil. cxxxv.
numero 5.lib.j.

Declaratur primò , vt locum non habeat certis in ca-
9 ſibus, † in quibus lex non præſumit ſimulationem in ceſ-
ſione hac actionum. Qui ſanè caſus enumerantur in di-
cta lege per diuerſas , & à Doctoribus noſtris compro-
bantur.

10 Et primus eſt caſus in ceſſione† actionum facta inter co-
hæredes. Ita probat tex.dicta lege per diuerſas,ibi, exceptis
ſcilicet ceſſionibus, quas inter cohæredes pro actionibus
hæreditariis fieri contingit. Et ibidem annotarunt Bart. &
Baldus, & Salicetus.columna ſecunda. Alciatus in reſpon.
cxxiiij.numero ſecundo,& Gabriel in dicta concluſ.v.num.
6.Et cum iure hoc communi,conuenit ſtatutum prędictum
Papiæ rub.de ceſſione iurium.

11 Secundus eſt caſus,quando creditor † à ſuo debitore pro
ſuo credito ceſſionem recipit.Ita legitur in d.l.per diuerſas,
ibi,& his quaſcunque vel creditor, pro debito. Quem ca-
ſum, & Doctores ibi annotarunt,& Gabriel qui ſupra. nu-
mero ſeptimo,qui recenſet etiam Aret.in conſilio cxxxvj.
columna ij.

12 Tertius caſus,quando is,qui rem † alienam poſſidens ſibi
aliqua ex cauſa obligatam,recipit ceſſionem,pro maiori ſui
munimine, & cautione. Ita habetur in dicta l. per diuerſas
ibi. vel is, qui res alienas poſſidet, pro debito, ſeu rerum
apud ſe conſtitutarum munimine ac tuitione accepit.Et ca-
ſum hunc annotarunt Caſtr.ibi col.pen.& Gabriel in d.con-
clu.v.nu.8.& Alciat.in reſp.cxxiiij.nu.5.

13 Quartus eſt caſus, quando † fit ceſſio inter legatarios ſeu
fideicommiſſarios. Sic habetur in dict. l. per diuerſas, ibi:
Nec non his, quas inter legatarios ſeu fideicommiſſarios,
quibus debita, vel actiones ſeu res aliæ relictæ ſunt, pro
his fieri neceſſe ſit. Et caſum hunc annotarunt ibi Docto.&
Gabriel qui ſupra.numero 9.qui refert,& Gualden. in cau-
tela.xij.de acquir.hæred.Et idem dicendum eſt in aliis caſi-
14 bus prædictis ſimilibus : ſicuti in ceſſione facta † inter ſo-
cios. Nam ſimilis eſt hic caſus illi primo , quando ceſſio
fit inter cohæredes; qui ſocij hæreditatis dicuntur. Ita in
ſpecie annotauit Salicetus in d.l.per diuerſas. columna iij.
verſi.item nota ex litera. Eſt etiam ſimilis illi quarto, quan-
15 do fit inter† fideicommiſſarios;qui & ipſi ſociorum nomen
obtinent. Et in ſpecie ceſſionis factæ inter ſocios ſcripſe-
runt Bar.Bald.& Salicet.in d.l.per diuerſas.Gabriel in dict.
concl.v.nu.12.& nu.13.vbi & de habentibus rem commu-
nem communem.Idem reſpondit Alciatus in d.reſp.cxxiiij.
nu.3.Et his declaratur etiã prædictum ſtatutũ Papiæ de ceſ-
ſione iurium.Et ſi enim de ceſſione,quę fit inter cohęredes,
mentionem tantummodo faciat;non tamen excludit ſupra-
dictas,quæ à iure communi admittuntur.

Declaratur ſecundò,vt locum non habeat hæc iuris prę-
16 ſumptio,& coniectura, quando † aliis coniecturis conſtat,
ceſſionem factam fuiſſe iuſtis de cauſis,nõ autem animo ve-
xandi eum,contra quem facta fuit.Ita gloſ.in d.l.per diuer-
ſas,in verbo, venditionis,& ibi Bartol. in prima oppoſ. &
ibidem Cynus,& Ioan.Fabri.& alios refert Gabriel in dict.
concluſ.v.numero 14.Et manifeſtè Alciatus in dict.reſpon.
cxxiiij.numero 2. Eſt enim diſpoſitio d. l. per diuerſas,fun-
data(vt diximus)in præſumptione:ſicuti etiam tradunt Cy-
nus,Angelus.col.ij.Caſtren.colum.ij.Salicetus. colum. iij.
& alios refert Gabriel in d.concluſ.v.nume.51.Iuſtæ cauſæ
17 exemplum afferri ſolet in† paupere, qui ea ob cauſam iu-
ſtam cedit, cum ipſe ob ſui inopiam conſequi nequeat
quod ſuum eſt. Ita Specul. in titul.de ceſſione actionum.
colum. viij.Alber.in d.l.per diuerſas.Socin.Sen.in conſilio
clxx.nume.3.in fine,lib.ij.& Gabriel vbi ſuprà.numero 14.
in fine,qui recenſet.Io.Fabri.in d.l.per diuerſas,in fine, diſ-
18 ſentire. Iuſta etiam eſt cauſa, † quando fit tranſactio. Ita
Ruinus in conſ.cxxvj.col.pen.lib. iij. & Alciatus in d. reſp.
cxxiiij.nu.3.verſ.iij.quia.Iuſtam etiam cauſam exiſtimauit
19 Alciatus in d.reſp.cxxiiij.nume.9.quando iam † obligatio-
nes habuerunt initium in ſua perſona; & ipſe ſemper bona-
fide ſe habuit.

Secunda eſt præſumptio, & coniectura ſimulatæ fictæ-
20 que ceſſionis quando† de numeratione pretij etiam iuſti ſo-
lùm conſtat confeſſione cedentis,& ceſſionarij.Ita Bartol.
in d.l. per diuerſas.numer.11.poſt Beluiſium, Butrigarium
Raynerium,& Iacobum de Arena.Et dixit Barto. ſe pluries
ita conſuluiſſe.ſic & Baldus in l.ſecunda, numero quinto,in
fine. C. ne liceat potentio. Peruſij pluries fuiſſe iudicatum
ſecundum hanc opinionem; Quam quidem probarunt
etiam Angelus, Caſtrenſis, Salicetus, Rota Romana,Gui-
do Papæ, Corneus, & Socinus Senior quos recenſet Ga-
briel in dicta concluſ. quinta numero vigeſimoprimo. Et
illis accedunt Roma.in conſilio octuageſimoſexto.numero
nono.Alexand.in conſilio trigeſimoſexto. columna prima.
lib.ſecundo.Barba.in conſi.ij.colum.tertia.libro iij.Socin.
Senio.in conſilio decimooctauo.columna quarta, verſicu.
ſolum.lib.primo.& in conſi.xlj.columna iij.verſicul. tertio
etiam.libro tertio. Tiraquellus in l.ſi vnquam,in verbo,do-
natione.nume.77.C.de reuoca.donat.& in Tracta.de retra-
ctu conſang.§.primo,gl.xviij.numero 85. Craue. in conſil.
cxlv.numo.7.

Et his conſtat hanc eſſe magis receptam ſententiam, etſi
ab ea diſſenſerint Baldus in dic. l. ſecunda, numero quinto.
C.ne liceat potentio. qui eiuſdem opinionis commemo-
rat Specul, & ſubiungit, ita plures aduocatos Florentinos
aſſirmaſſe,& vſu forenſi ita eſſe receptum.Idem Baldus in l.
Deo nobis. columna ſecunda. C. de epiſcop. & cler. & in
conſilio cclxj.Quidam Laurentius.libro ſecundo:illo tamẽ
in reſponſo Baldus loquitur, quando ceſſio actionum fit
ob cauſam antecedentis negotij geſti nomine ceſſionarij.
Quod iure permiſſum exiſtimo. Sed Baldum in d. l. ij.ſe-
cuti ſunt Caſtren. in conſ. cccxciij. Pro euidentia, in fine,
libro ſecundo. Fulgoſius in conſilio ccv. Aretinus in conſi.
cxxxvj.columna ij. Alexan.in additionibus ad Bartol.in d.l.
per diuerſas; qui dixit, ſe ita ex facto reſpondiſſe, & Tira-
quellus de retractu conſang.§.j.glo.xviij. num. 86. alios re-
fert, & declarat.

Et ideò rectè ſtatuit ſtatutum prædictum Papiæ de ceſ-
ſione iurium, actualem pretij numerationem fieri debere.
Et hæc quidẽ præſumptio locum habet multò magis,quan-
21 do † cedens, qui confeſſus eſt recepiſſe pretium, poſt ip-
ſam confeſſionem partem aliquam ipſius pretij recepit.
Nam tunc multò magis arguitur ſimulatio, & fictio . Ita
Baldus in dic.l.vltim.C.mand. ſic de confeſſione dotis tra-
dit Roman. in ſingul. vigeſimaſexta. Quod ſi confiteor. &
ſcripſi ſupra in præſumptio. duodecima.numero octuageſi-
moquarto.

Declaratur hæc præſumpto, & coniectura , vt locum
22 habeat quo ad eum, contra † quem facta fuit ceſſio : non
autem quo ad cedentem, cui confeſſio nocet.Ita Bar. in d.
l.per diuerſas.num.12.verſi.& hoc verum;quem ſecuti ſunt
Alex.in conſi.cxxxvj.col.j.lib.ij.Iaſon in §.fuerat.nu.81.in
inſt.de actio.

Declaratur ſecundò , vt locum non habeat , quando
23 † confecto ceſſionis inſtrumento, etiam ex interuallo pre-
tium numeratur. Nam tunc ſufficit. Ita Bartol. in dic. le-
ge per diuerſas. numero 16. qui dixit, ſic ſancitum in l. ab
Anaſtaſio.

Declaratur tertiò , vt non procedat hæc præſumptio,
quando

24 quando†habita eſt fides de pretio.Ita Baldus in d.l. per diuerſas.nu.17.& ibidem Salicet.q.iiij.Guido Papæ.q.dlxvij. & Gabriel in d.concl.v.nu.27.

Tertia eſt præſumptio, & coniectura fictæ ſimulatæque
25 ceſſionis,†quando in ipſo ceſſionis actu numeratũ fuit pretium; deinde paulò poſt cedens illud reſtituit ceſſionario. Ita Bart.in d.l.per diuerſas.nu.17.& Baldus num.20.Riminaldus Senior in conſi.ccccvij.numero 8.lib.iij.Afflictus in cap.j.in princip.nu.42.de feudo dato inuicem legis comm. & Socin. Iunior in conſil.xcvij. numer. 70. libr.ij.Et hanc præſumptionem approbauit prædictum ſtatutum Papiæ,de ceſſione iurium.

Quarta eſt præſumptio, & coniectura fictæ ſimulatæq;
26 ceſſionis, quãdo cedens†finxit ceſſionarium eſſe ſuum creditorem:& deinde cauſa illius crediti ei ceſſit actiones contra ſuum aduerſarium.Ita Bartol.in d.l.per diuerſas. numer. 19.C.mand.Roman.in conſilio ccccl. numero 1. qui idem eſſe reſpondit,quando pro parte finxit cedens, illum ceſſionarium eſſe ſuum creditorem. Fulgo. in conſilio ccv.Aretinus in conſi.xxxvj.column. j.in fine.& in conſil.xcv.in ſecundo dubio.

Quinta eſt præſumptio, & coniectura fictæ ſimulatæq;
27 ceſſionis,quando † actiones ceſſæ pro parte venditæ, & pro parte donatæ fuerunt. Ita ſancitum eſt in l.vltim.C.mand. quæ edita fuit à Iuſtiniano ad correctionem d.l. per diuerſas.Cum enim Anaſtaſius in d. l. per diuerſas, conceſſiſſet ceſſionem actionum titulo emptionis,iuſto numerato pretio,vel titulo donationis; Redemptores litium,quia omnia mala nouerunt,ad eludendam d.l.per diuerſas, ſanctionem, excogitarunt tres fraudes;Quarum prima fuit,quod in eodem inſtrumento ceſſionis pro parte venderetur & pro parte donaretur : Secunda, quod pro vna parte venderetur vni; & pro altera parte donaretur alteri interpoſitæ perſonæ. Tertia fuit, quod expreſſe donaretur in totum vni: ſed clam reciperetur aliquid nomine pretij. Has fraudes damnauit Iuſtinia. in dicta l.vltim.ſtatuens, tribus his caſibus fraudem præſumi:Et ceſſionarium agere non poſſe, niſi vſque ad iuſtum pretium. Ita ſenſit Bartol.in d.l.per diuerſas.num.5.& latè declarat Baldus in dict.l.vltim.col.j.idem in l.vlt.C.ne liceat potẽtio.& in l.ij.C.de repud.hæred.Roma.in conſ.ccccl.nu.2.Io.de Milis in verbo,ſimulata præſumitur.Cæpolla in Tract.de ſimulatione contractuum. nu. 43.Soc.Iun.in conſ.xcvij.nu.71.lib.ij.

Declaratur primò, vt non procedat, quando vni vendita eſt pars actionis:& deinde alteri perſonæ diuerſæ donata
28 †eſt altera pars : ita quod re vera is, cui pars donata fuit, eam habeat,non autem quod ſit perſona interpoſita ab illo emptore alterius partis. Ita vere ſenſit Bartol. in dict. l. per diuerſas.nu.9.verſic.iij.dixi. Cum enim actiones in totum donantur,nulla ſubeſt ſimulationis ſuſpicio.d.l. per diuerſas.in fine.Cæterùm,ſtatutum Papiæ ſupra allegatum,abſolute ſtatuit,ceſſionem quæ aliquo titulo fit:atque ita etiam donationis,vt verba vltima ſtatuti ſignificant, fieri debere, forma illa ſeruata.

29 Sexta eſt coniectura fictæ ſimulatæque ceſſionis, † quando non apparet quo titulo ceſſio facta fuerit.Ita probat tex. d.l.per diuerſas,ibi,licet inſtrumento ceſſionis venditionis nomen inſertum ſit.Requirit hic lex,ceſſionẽ habere debere titulum ; alioqui ſimulata præſumitur; vt tradunt ibi Bart. numero 3.Bald.& idem Baldus in l.eius.C.de compenſ.quo loci ſcripſit,ſolum conſenſum non inferre titulum,vt ceſſio vera præſumatur. De titulo autem ſatis conſtat, quando
30 †coniecturis ille colligitur;Eſt primum exemplum, vt ſi in inſtrumento dicitur; Caius ceſſit Rempronio pretio centum coronatorum actiones,quas habet aduerſus Mæuium. Illis enim verbis, prætio centum,colligitur titulus emptionis, & venditionis. Ita Barto.in d.l.per diuerſas.nume.8.& Bald.num.6.Salicet. q.x.qui tamen diſtinguit:& alij relati à Gabriele in d.conclu.v.nu.31.in xiiij.limita. Et accedunt Roman.in conſi.lxxxvj.nu. 5.& Ripa in l.ij.in prin.nu.31.ff. ſi certum pet. Ea eſt manifeſta ratio, quia vbi fit mentio
31 †pretij,præſumitur celebratus contractus emptionis,& vẽditionis:ſicuti copioſe demonſtrauimus ſupra in præſumpt. Diſſentit tamen à Barto.& Bal.Io.Andreæ in additionibus ad Specul.in tit.de ceſſione actionum,in verbo, rigoroſum: Cum dixit,non ſufficere illam præſumptionẽ tituli emptionis,& venditionis:quia vbi requiritur expreſſio, non ſufficit præſumptio. Huic conſiderationi, cui non ſatisfecit Baldus, etſi eam commemorauit,reſponderi facile poteſt, im-
32 mo ſufficere † præſumptionem , iuris præſertim , quando expreſſio requiritur : Cum ſatis expreſſum dicatur quod coniecturis colligitur; vt declarauimus ſupra libro primo, quæſtion. quadrageſimaſecunda . Secundum exemplum afferri poteſt , quando ceſſio facta fuit coniunctæ perſonæ. Nam tunc cum non apparet de titulo, præſumitur titulus donationis.Ita Cynus,& Io.Fabri.in d.l.per diuerſas. in fine, & alij congeſti à Gabriele in dicta concluſ. quinta, numero 33.

Extenditur hæc præſumptio, vt locum habeat etiam,
33 quando†titulus ſuperuenit. Nam & tunc ceſſio iam facta non confirmatur. Ita Baldus in d.l.per diuerſas. nume. 11. quæſt.vij. & Salicetus quæſtion. nona, & Gabriel in dicta concl.v.nume.20.qui num.17.18.& 19. alia in materia huius tituli poſt alios ſcripſit.

Extenditur ſecundò, vt locum habeat etiam, quando
34 conſtat de iuſto titulo oneroſo:ſed per ſolam tamen † confeſſionem cedentis,& ceſſionarij. Non enim ſufficit ad euitandam fraudis ſuſpicionem titulus iſte confeſſatus. Ita Bartol. in dicta l. per diuerſas. numero decimotertio, & decimoquarto. C.mandati. quem ſecuta eſt Rota Romana referente Putheo in deciſio.xxij. libro tertio, vbi numero quinto,diligener perpendit tex.d.l.per diuerſas.Diſſentiunt tamen Aret.in conſi.cxxx.colum.ij.& Fulgoſius in conſilio ccv.colum.vltim.

Declaratur primò,vt locum non habeat,quando conſtat
35 de titulo†lucratiuo,etiam per ſolam confeſſionem ipſarum partium. Ita ſenſit Bart.in d.l.per diuerſas.nu.14.& ibidem Salicetus.q.xvj.Idem ſcripſit Baldus in l.ij.in fine. C. ne liceat potentio.& ibidem Salicetus. in fine. Rota Roman. in deciſ.j.in tit.de aliena.iudicij muta.cauſa facta in nouiſ. Io. de Amicis in conſ.xxiiij.nu.23.& ſenſit Putheus in d. deciſ. xxij.lib.iij.Bertrandus in conſ.cxviij.col.vlt.lib.ij. Gozad. in conſ.iij.col.vlt.Gabriel in d.concl.v.nu.39.

Septima eſt præſumptio,& coniectura ſimulatæ fictæque
36 ceſſionis,quando actiones†ceduntur potentiori.Ita Baldus in d.l.per diuerſas.nu.23.C.mandati, & in l. ij. C. ne liceat potentio. Ioan.de Amicis in conſilio xxiiij.numer.7.ſuſcipit enim(vt egregiè ſcripſit Cuiacius lib.viij.obſeruat. capit.xxxj.)potentior alienam litem patrocinij cauſa,vel gratia,vel mercede:rurſus mercede modo data,modo accepta.
37 Et potentior dicitur,†qui poteſt aduerſarium terrere.d.l.j. C.ne liceat potentio.& tradit Baldus in dict.l.per diuerſas. numero 23.eſſe arbitrarium,quis dici debeat potentior hoc in caſu. Idem Baldus in conſilio clj. Quædam mulier vidua.libro primo, reſpondit, potentiores dici, qui habent merum & miſtum imperium,& ob id perterrere poſſunt.Et Baldum ſecutus eſt Crauett.in conſilio ccv. numero 43. Ita quoque Abbas in capitul.ij.de alie.iud.muta.cau. facta, dixit,potentiores dici illos,qui poſſunt eſſe terribiles aduerſæ parti : & qui habent poteſtatem de iure, & de facto ſuper alium. Et Abbatem ſecutus eſt Ioan.Iacobus de Leonardis inter conſilia Bruni in conſilio cxiiij.nume.350.Porrò, an potentior is dici debeat qui difficilius conueniri poteſt, ſicuti clericus, vel alius ſimilis; dubitationem habet. Nam Ancha. in conſi. clxv. Quæſtio talis eſt, & in conſilio ſequenti, reſpondit,clericos inter potentiores poſſe connumerari ob id, quod difficilius conueniri poſſunt,quam ſententiam probauit & Calçaneus in conſil. ſeptimo, columna quarta.Et hos viſus eſt ſequi Crauett. in conſilio ccv. in fine. qui commemorat & Ancharan. in conſilio vltimo, columna tertia, verſicul. præterea conditio; vbi reſpondit, ciuitatem dici ex potentioribus, ob difficultatem conueniendi eam . Contrarium verè in ſpecie reſpondit Roman.in conſilio cccccxviij.numero quinto,quod ceſſio facta particulari eccleſiæ,quæ poteſtatem non habet contra debitorem ceſſum,non dicitur facta potentiori. Et Romanum ſecuti ſunt Iaſon in l.vnica.verſicu.confirmo per illud. C.de iis,qui pænæ nomin. Gomeſ. ſuper regula cancella. De ſubrogandis collitiga. quæſtion. prima, numero ſecundo,& alios plures commemorat Tiraquellus in Tracta. de nobilitate.



de nobilitate.cap.vltimo,nume.105.

Exiſtimo rectè ſenſiſſe Baldum in d.l.per diuerſas.num.
38 23.hoc†eſſe iudici arbitrarium.

Declaratur primò hæc præſumptio,& coniectura,vt lo-
39 cum non habeat,quando ceſſio facta fuit † potentiori coniuncto ſanguine . Nam tunc non præſumitur facta dolo, vel fraude, & cauſa vexandi aduerſarium. Ita Baldus in l. qui ſtipendia. numero tertio. C. de procurato.& idem Baldus in dicta lege per diuerſas. quæſtion. decimanona. C. mandati. Ioan. de Amicis in conſilio xxiiij. numero octauo,& Tiraquellus in Tractat. de retractu conſang.in præfatione, numero 53. & 54. qui alios plures recenſet. Et hinc ſcripſit Iaſon in l. ſi ita quis. §. ea lege. numero decimotertio.ff.de verbor.obligation. quod etſi emphyteota non
40 poteſt alienare † emphyteuſim in potentiores : attamen eam relinquere poteſt filiis, & deſcendentibus ſe ipſo potentioribus.

Declaratur ſecundò, vt locum non habeat hæc coniectura & præſumptio,quando exiſtens in carcere, præſertim
41 ob crimen,quod perpetraſſe dicitur,cederet†actiones ſuas fiſco aduerſus ſuos debitores.Ita in ſpecie decidit Rota Romana,referente Verallo in deciſi.cv.parte prima; quo loci. nume. 5.recenſet Iaſonem in l.prima,nu.5.ver.iiij.limita.C. ne liceat potentio.ſic affirmantem.

Prædictæ omnes coniecturæ ceſſant, quando conſtat de veritate actuum. Ita Bald. in l.& qui in fine.C. de diſtract. pignor.Ex quo infertur, quod quando is, contra quem ce-
42 duntur actiones, † præſens eſt ipſi ceſſioni , & conſentit, vel tacet, valet ceſſio , nec ſimulata fictaque præſumitur, vt tradunt Baldus, Angel. & Floria. in l. cum eſſent. §. primo. ff.de ſeruit.ruſt.prædio.Roman.in conſilio octuageſimoſexto. Marſilius in ſing. xlv. Iacobinus à ſancto Georgio in l.ſecunda, numero 34. C. ne liceat potentio. & Gabriel in d.concluſ. quinta, numero 29. & in fine. Nam illo conſentiente vel tacente ſatis dicitur apparere de veritate ipſa ceſſionis.

Et præterea ceſſant prædictæ præſumptiones & conie-
43 cturæ,quando fit ceſſio†iurium,& actionum acceſſoriè,ratione contractus præcedentis.Ita glo.vlti.in d. l. per diuerſas.C.mandati,& ibidem Bart.ad finem, Baldus in q. iij. & Salicetus in quæſt.octaua,qui intelligunt,quando venditor poſſidet,vel habet facultatem rei tradendæ. Et hos ſecutus eſt Gabriel in d.concl.quinta,nu.28.qui eiuſdem ſententiæ recenſet Ioa.de Amicis in conſi. xxiiij.Et cum hoc iure cõmuni conuenit prædictum ſtatutum Papiæ; de ceſſione iurium.in fine;cuius verba hæc ſunt.Nec habeant locum prædicta in ceſſionib. iurium, quæ fiunt in contractu venditionis,donationis,vel permutationis rerum immobilium, quæ ceſſio fit in conſequentiam contractus præambuli facti ſuper dicta re immobili.

## PRAESVMP. CXXX.

Bona fides,& mala fides poſſeſſoris,an & quando præſumatur,diligens & accurata explanatio.

### SVMMARIVM.

*1 Poſſeſſoris habentis verum titulum,bona fides præſumitur.*
*Idem in habente titulum putatiuum.nu.2.*
*Et quidem cauſato etiam errore iniuſto.nu.4.*
*3 Bona fides cauſatur etiam ex iniuſtis,& temerariis cauſis.*
*5 Cauſa etiam iniuſta excuſat à dolo.*
*6 Præſcriptio longiſſimi temporis etiam ſine bona fide currit.*
*7 Poſſeſſoris titulo carentis,bona tamen fides præſumitur,acccedente longiſſimi temporis curſu.*
*Idque locum habere,etſi poſſeſſio ſit contra ius commune.nu.8.*
*Et in rebus quoque incorporalibus.nu.10.*
*9 Temporis longiſſimi curſus vim legis habet.*
*11 Poſſeſſor carẽs titulo,triginta annorum curſu,in bona fide præſumitur.*
*Etiamſi poſtmodum de antiquiore alterius poſſeſſione appareat. nu.12.*
*Niſi tamen huic poſſeſſori ius commune reſiſtat.nu.13.*
*Aut de ipſius mala fide conſtaret per præſumptiones.nu.14.*
*Vel mala fides induceretur à ſtatuto, quod contractui celebrato repugnet.nu.15.*
*Idem ſi de graui ageretur præiudicio.nu.16.*
*17 Poſſeſſor titulo carens,ſolo decem vel xx. annorum curſu, in bona fide præſumitur.*
*Idque multo magis in iudicio poſſeſſorio, in quo bona fides, abſque alia tituli probatione præſumitur.nu.19.*
*Quamuis poſſeſſor habeat cauſam lucratiuam.nu.20.*
*18 Malæ fidei præſumptionem tolli curſu longi vel longiſſimi temporis ſecundum,non autem præſumi bonam aliquos,& nu.40.*
*21 Poſſeſſor titulo carens,ſi illius poſſeſſio noua ſit,non præſumitur in bona fide.*
*Etſi ſtatutum bonam fidem requirat.nu.22.*
*Fallit tamen,ſi de antiquiore poſſeſſore appareat.nu.23.*
*Idem in corporalibus.nu.24.*
*Vel ſi malæ fidei præſumptiones,extent.nu.25.*
*36 Malæ fidei à præſumptione, contrariis coniecturis receditur.*
*Et quæ ſint illæ.nu.27.28.30.& 32.*
*29 Viro bono credendum eſt.*
*31 Inſignia,& arma inſculpta in Eccleſia,præſumptionem faciunt,quod bona fide quis ſit in poſſeſſione iuris patronatus.*
*33 Poſſeſſoris habentis titulum à lege reprobatum, mala fides præſumitur.*
*Quinimo & dolus.nu.34.*
*Idque non ſolum de iure communi,ſed etiam de ſtatuto intelligendum. nume.36.*
*Idem ſi poſſeſſio contra iuris præſumptionem ſit.nu.38.*
*Etiam accedente curſu xxx.annorum.nu.39.*
*Fallit ſi iuſtum pretium appareat interueniſſe.nu.41.*
*Idem in ruſtico,& muliere.nu.43.*
*Vel ius eſſet dubium.nu.44.*
*Aut non reſiſteret,licet nec aſſiſteret.nu.45.*
*Fallit præterea in ſucceſſore eius,qui longiſſimo tempore poſſedit, quod contra iura mercatus eſt.nu.46.*
*35 Leges,& iura fuiſſe bene,& iuſte condita,omnes credere tenentur.*
*37 Statutum dicitur ius commune,quo ad ipſos ciues.*
*42 Dolus in mendacio non præſumitur,quando mentiens nullum ſentiret commodum.*
*47 Poſſeſſoris mala fides præſumitu, ſi ex aliquo actu extrinſeco colligi poteſt.*
*48 Emptor cui denunciatum fuit,ne emeret, mala fide emiſſe, & poſſediſſe præſumitur.*
*49 Lingua cordis eſt nuncia.*
*50 Confeſſio extra iudicium probat contra confitentem, donec de errore conſtet.*
*51 Fama exiſtente, rem eſſe alterius, poſſeſſor illius in mala fide præſumitur,*
*Niſi tamen poſſeſſor emerit ab habente titulum,& longiſſimo tempore poſſediſſet.nu.52.*
*53 Actum naturæ conſentaneum faciens,in bona fide præſumitur.*
*54 Emere & vendere,eſt actus naturalis libertatis.*

DISPVTATIO eſt valdè vtilis & egregia, an & quando bonafides in eo,qui poſſidet,præſumatur.Qua quidem in re diſtinguendi ſunt aliquot caſus.

Primus eſt,quando poſſeſſor habet verum titulum.Hoc
1 ſanè caſu bonfides†in eo præſumitur.Ita gl.in c.vlt.de præſcript. & in l. ſuper longi. C. de præſcript. longi tempo. & ibidem Baldus.colum.iij.verſ.illud autem. Barto.in l. Celſus.nu.17.verſ.ſed contra hæc videtur.ff.de vſucap.idem in l.vlt.in fi.C.vnde vi.& in l.quemadmodum.col.j. verſ. nota ex hoc.C.de agricol.& cenſ.lib.xj.Butrius in c.ſi diligenti. columna ij,de præſcrip.Angel.in d.l.ſuper longi.colum.iij. verſ.illud autem ſuper hoc.Arch.in c.j.de præſcr.in 6.Abb. in c.grauis.colum.iij.verſ.ſi verò non conſtat.de reſtit.ſpol. Pract. Pap. in forma reſponſionis rei conueniri, in verbo, præſcriptionis.nu.16.Lucas à Penna in l.iij.col.iiij.verſicu. trigeſimaſecunda præſumptio.C.de apochis pub.libr.x. Alex.in conſi.cc.col.ij.verſ.præterea in dubio.libr.ij.Barbat. in conſ.xlj.colum.x.verſicul.adhæc poteſt reſponderi.lib.j. Cor.in conſ.cxxxvj.colum.j.verſ.ſufficit enim.libro ij.Soc. Sen.in conſ.xxij.in fine.libr.j.Curt.Sen.in conſ.pen.col. ij. Iaſon in l.poſſideri.§.ſi ſeruus.§.nu.2. ff.de acq. poſſ.& idẽ in l.non hoc.colum.vltim.verſicul.facit quod licet.C.vnde legit.& ibidem Dec.numero 3.Franc.Balb.in l.Celſ.nume. 97.& nu.107.in fi.ff.de vſucap.& ibidem Claudius Seyſellius,nu.21.Marſi.in ſing.xxxiiij.Ripa in capit.cum eccleſia. numero

nu.98.de cauſa poſſ.& proprie Alciatus.in trac.de præſumptio.regul.iij.præſumptio.v.Crauet.in conſil. ccj. numero 30.& Anton.Gabriel.in libro ſeptimo concluſionum,titul. de criminalibus,concluſ.ij.nu.27.Et hæc quidem ſententia manifeſtè ſatis probatur in l.pen.C. de euictio. vbi gloſſ. & Baldus in l.ſuper ſeruis.C.qui milit.poſſ.vel non.lib. xij. & ea ratione,quod in dubio delictum non præſumitur.l.merito.ff.pro ſocio.

Secundus eſt caſus, quando poſſeſſor habet titulum
2 †putatiuum. Hoc etiam caſu præſumitur bonafides; ſicuti omnes penè ſuprà commemorati Doctores affirmant, & manifeſtè Barto. in l.Celſus,nu.17.ff.de vſucap. Pract. Papien. in forma reſponſionis rei conuenti, in verbo, præſcriptionis,nume.16.Decius in conſi.cclxvj.in fin.Ruin. in conſ.cxxix.in fine,lib.j.Curtius Iunior in conſ.xxviij.nu.4. Ripa in d.c.cum eccleſia.numer.xcviij. verſ.amplia. Socin. Iun.in conſ.lxxvj.nu.60.& in conſ.lxxvij.nu.151.lib.j.Balbus in d.l.Celſus.nu.95.de vſucap.

3 Et huius quidem ſententiæ ea eſt ratio,quod bona† fides cauſatur etiam iniuſtis & temerariis cauſis, vt tradit Dynus in cap.qui contra, de regul.iuris in vj. & alios recenſet Balbus præcitato in loco.Hinc ſcripſit Baldus in l.j.numero.2.C.de rebus alie.non aliena. eum qui emit ab illo , qui non erat executor teſtamenti, ſed talem eſſe probabiliter exiſtimabat atque credebat, ob alicuius viri boni aſſertionem,cenſeri bonæfidei emptorem,& ob id præſcribere. Et Baldum ſecuti ſunt Salicetus ibidem & Rui. in conſi.lxviij. nu.23.lib.j.

Eſt omninò ſimile quod docuit Bart.in l. qui fundum. §. procurator.& in l.vlt.ff.pro emptore,cùm dixit quod emẽs ab eo,quẽ aſſertione viri boni credebat habere mandatum ad vendendum, præſumitur habere bonamfidem, & ideo præſcribit. Et Bartolum ſecuti ſunt Alexand. in conſilio j.colum.vlti.verſ.circa ſecundum. lib. iiij. Ruin.in d.conſ. lxviij.nu.23.lib.j.Fel.in c.cum contingat.col.iij.ver. prima conclu.& in cap.de quarta.col.lviij.verſ.in prima doctrina. de præſcrip.Tiraq.in trac.de pœnis legum.&c. Cauſa lj. nume.28.& Crauet.in conſ.cclxxvij.col.iij.ver.quod autẽ.Et idem eſt,quando aſſertio illa prouenit à perſona patris, vel aui:quemadmodum egregiè docuit Bar.in d.l.Celſus.nu.4. verſ.idem putarem.ff.de vſucap. & eiuſdem ſententiæ plures commemorat Crauet.in conſ.cclxxvij.columna iij. verſi.quod autem. & in conſi. cccxix. nume. 14. Idem ſcribit Didacus in capit.poſſeſſor.parte.ij.§.viij.nu.1.verſ.quintò. bonafides.

Extenditur hic caſus,vt locum habeat etiam in titulo pu-
4 tatio†cauſato errore iniuſto. Ita Bartol.in l. Celſus.nu. 17. & ibidem Balbus num. 95.Iaſon in l.ſi quis id quod in viij. notab. ff.de iuriſd.om.iud. Dec. in conſil. cclxvj. in fine. & in conſi.ccccclviij. in fin.Ripa in cap.cum eccleſia.nu.100. de cauſa poſſeſſ.& proprie. Alciatus in dicto.præſumpt.v.in princ.& nume.3. qui eiuſdem opinionis alios refert. idem decidit Rota Romana referente Verallo in deciſ.lxviij.parte prima.Et ij quidem adducti ea ratione ſunt, quod cauſa † etiã iniuſta excuſat à dolo & fraude.l.igitur. §. poteſt. vbi
5 gl.ff.de liberali cauſa.& ſimilia permulta congeſſi in trac.de recuperanda poſſeſ.remedio quinto,nu.49.

Verum Alciatus in d.præſumpt.v.numero 3.verſ.nec obſtat inquit, errorem illum non ſufficere ad vſucapiendum: ſed vt fruatur commodo ſucceſſoris quo ad inſtruendum iudicium. Nam quo ad id ſufficit, ne ſit in malafide. Secundo itaque loco afferri ſolet l.ſi fur.§.primo.ff.de vſucap. qui tamen text. contrarium probare videtur, dum negat, errantem poſſe vſucapere. Quare contrariam opinionem probauit Imola in l.vltim.C.vnde vi, & ſenſit gloſſ. in l. j. C.vbi cauſæ ſtatus, dum requirit quaſi poſſeſſionem triginta annorum, quando ſeruus iniuſtis de cauſis crederet ſe liberum:& tamẽ ſi præſumeretur bona fides, ſatis eſſet quaſi poſſeſſio viginti annorum. l. ij. C. de longi tempo. præſcrip.quæ pro libert.& apertius eandem opinionem probauit Pract.Papien.in forma reſponſionis rei conuenti,in verbo, præſcriptionis.num.16.in fine.qui ſcribit idem ſenſiſſe Dynum & Cynum. Idem ſcripſit Claudius Seiſſellius in dicta l.Celſus.numero 25.ff.de vſucap.Et hac pro opinione affertur l.vlti.C.pro ſocio. quæ requirit errorem probabilem vt vſucapioni locus ſit. Diſtinguit Alciatus,conciliando opiniones in dict. præſumpt.v. in fine, quod aut adeſt
6 longiſſimi † temporis curſus, & tunc vera eſt Bartol. & ſequacium opinio. Eſt ratio, quia ( inquit Alciatus ) etiam ſine bonafide currit hoc caſu præſcriptio . Aut adeſt ſolus curſus decem vel viginti annorum, & tunc vera eſt opinio Imol. & hoc in caſu loquitur dicta l. vltim. C. pro ſocio. Et hæc quidem fuit ante Alciat. diſtinctio Imol. in l. Celſus,colum.vlt.de vſucap.quam & ibi probat Franc.Balbus, numero 96.

7 Tertius eſt caſus,quando poſſeſſor caret titulo : † adeſt tamen longiſſimi temporis curſus. Hoc in caſu adhuc præſumitur bona fides. Ita ſcribunt permulti; quos congeſſi in commentariis de arbitrariis iudicum. lib.ij.caſu xliij.numero 1. & 2.& in conſi.xc.numero 75. libr. j. Et illis accedunt Abbas & Alexan. quos ſtatim referam. & Verallus in deciſio.lxviij.numer. 3. parte prima. Etſi ab his diſſentit Ruinus in conſi.xlj,num.29.lib.j.poſt Imolam, quem commemorat.Et ſubiungit Ruinus,hunc temporis curſum tollere præſumptionẽ malæfidei:non tamen inducere bonamfidem, atque ita inter hæc duo conſtituit differentiam, & quod vt acutè dictum,eſt conſiderandum, etſi alij aliter ( vt dixi) ſentiant.

Extẽditur primò,vt locum habeat hic caſus,etiamſi poſ-
8 ſeſſio† ſit contra ius commune.Nam adhuc ob tanti temporis curſum præſumitur bonafides.Ita Abbas in capit. ſi diligenti.colum.iiij.verſi.ego dico.de præſcript.& in conſi.cij. colum.j.ver.ex hoc enim reſponderi poteſt.lib.j.Alexan. in conſi.cx.nu.6.lib.j.qui eiuſdem ſententiæ recenſet Io. Andreæ & alios.

9 Et huius ſententiæ eſt ratio, quod tanti temporis†curſus habet vim legis.l.hoc iure.§.ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æſtiua.Et quia in hoc tanti temporis curſu non eſt neceſſe, quod adſit bonafides, vt multorum auctoritate ſcripſi in d.caſu xliij.nu.6.

10 Extenditur ſecundò,vt procedat hic caſus etiam in † incorporalibus. Ita Abbas præcitato in capitu. ſi diligenti. columna quarta verſi. ego dico,de præſcript. & Anton.Gabriel.in dict.concluſ.ij numero 42.ver.ſublimita; qui alios recenſet.

11 Quartus eſt caſus,quando†poſſeſſor caret titulo,& adeſt ſolus curſus triginta annorum. Hoc etiam in caſu præſumitur bonafides.Ita ſcripſerunt permulti,quos congeſſi in tracta.de recuperanda poſſeſſ. remedio xiij. numero 70. & in commentariis de arbitrariis iudicum.lib.ij.caſu xliij. nu. 7. Et illis accedunt alij nonnulli relati ab Anton.Gab.in d.cõclu.ij.nume.36.& præſertim Fran. Balbus in d.l.Celſus.nu. 106.& Moder.Pariſien.in conſi.xx.nu.4.

Cæterùm contrariam opinionem probarunt Roma. in l. Celſus. col.ij.ver. tertiò inquãtum.ff.de vſucap.& ibi Imola colum.vltim.& ibidem Claud.Seyſellius nu.27.Ang. Aret.in §.ſi quis à non domino.nume.4.in Inſtitut. de rerum diuiſ.Corneus in conſi.cxxxvj.numero 15.lib.ij. & in cõſi. ccvij.nu.8.lib.iij.Hiero.Tortus inter conſilia Alex. in conſi.cxcij.lib.ij.Crau.in conſi.cxlvj.col.vlt.Non eſt tamen recedendum à prima illa ſententia communi vt ſcripſi in dic. remedio xiij.nu.70.Et rationibus argumentiſque huius poſtremæ opinionis ſatisfacit Didacus in d. c. poſſeſſor. parte ij.§.viij.nu.3.de regu.iur.in vj.

Extenditur,vt locum habeat hæc præſumptio, etiã quã-
12 do deinde † apparet de antiquiori alterius poſſeſſione. Ita Bar.in l.vlt.in fin.C.vnde vi,& Fran.Balb.in l.Celſus, num. 105.ver.iſtam ſuam.de vſucap.

Declaratur primò hic caſus,vt locum non habeat,quan-
13 do†huic poſſeſſori reſiſtit ius commune. Nam tunc etiam poſt triginta annos non præſumitur bonafides:ſed mala. Ita Innoc.in capitul.ij.colu.lij.ver.item nota, quod licet, de in integrum reſtit.& ibidem Io.Andreæ.nume. 6. & alios plures commemorabimus infra in vltimo caſu.in vltima declaratione.Et in ſpecie Balbus in dict.l.Celſus,nu.105. verſic. & præmiſſa procedunt:qui ſcribit, hoc procedere etiamſi mille annos poſſideret. Et exemplum affert in laico poſſidente ſpiritualia.

Declaratur ſecundò, vt locum non habeat caſus iſte,
14 quando † præſumptionibus conſtaret de malafide. Ita re-
ſponderunt



ſponderunt Aretin.in conſi.ciij.nume. 7.in fine.& Corneus in conſ.cxxxvj.nu.15.lib.ij.

Declaratur tertiò,vt non habeat locum,quando malafi-
15 des†induceretur à ſtatuto,quod repugnaret contractui celebrato.Nam illa non tollitur curſu triginta annorum.Ruinus in conſi.xlj.nu.vigeſimooctauo,lib. j. Et infra in ſeptimo caſu,in prima extenſione.

16 Declaratur quartò,non habere locum,vbi agitur†de graui præiudicio. Ita Ruinus in dicto conſil. xlj. numero 32. verſicul.& vbi etiam.lib.j.qui huius opinionis recenſet Butrium in capitu.cum eccleſia.colum.vlti. de cauſa poſſeſſ.& proprie.

17 Quintus eſt caſus,quando poſſeſſor caret titulo,†& adeſt ſolus curſus longi temporis,nempe decem vel viginti annorum.Hoc in caſu adhuc præſumitur bonafides. Ita ſcripſerun Oldrad.in conſi.ccxliiij.colum.iij. verſ. præterea, cum quis.Ioan.Andreæ in additio.ad Specul.in titu. de teſte. §. nunquid.Bart.in l.Celſus.nume.xvij.de vſucap. Baldus in l. vlt.colum.iij.ver.aut loquimur reſpectu.C.vnde vi. Abbas in conſil.lxxxix.columna iij.verſic.& debet.libr. j. Aret. in conſ.cxj.columna j.ver.his breuiter præmiſſis.Alex.in conſil.vj.columna j. in conſ.lxxj.& in conſ.cxlj.columna j.ver. ſed in facto.lib.j.in conſ.xvj.nume.25.verſicul.& ratione,& in conſ.xxiiij.num.18.lib.v.Corneus in conſ.cxxxvj.colum. j.lib.ij.& in conſi.xxvj.col.vlt.ver.& maximè,lib.iiij.Curt. Sen.in conſ.lxxj.Princeps defunctus.nume.5.ver.prima erit concluſio.& in conſ.pen.col.ij.verſ.nec expedit. Decius in conſ.cxxvij.col.pen.verſ.& ex poſſeſſione, in conſil. clxvij. colu.pen.verſ.iij.de bonafide, & in conſ. ccxxvj. in fine, & communem teſtatur Iaſon in l.clàm poſſidere.§.qui ad nundinas.ff.de acq.poſſ. & Didacus in capitul. poſſeſſor. parte ſecunda. §.viij.nume.2.de regul.iuris in vj.Cæterum aduertendum eſt,Ripam in capitul.cum eccleſia. nu. 99. de cauſa poſſeſſ.& proprie intellexiſſe præcitatos Doctores loqui;
18 quod curſu†decem annorum tollitur præſumptio malæfidei:non autem quod bonafides præſumatur:ſicuti etiã differentiam hanc conſiderauit Ruin.in conſ.xlj.nu.30. libr. j. quem & ſupra commemoraui.

19 Hic caſus multò magis procedit † in iudicio poſſeſſorio, in quo præſumitur bonafides abſque alia tituli probatione, ſicuti ſcribunt Innocen.in capitu.ij.colum.iij.verſicu. ſed ſi agitur,de in integrum reſtitut.& ibidem Ioann.Andr.verſicul.& quamuis.Cardin.num.6. & Imola col.vltim.verſicul. item aduerte.Geminian.in capitu.j. col.j.verſi.ſed pone,de præſcrip.in vj.

20 Et hic caſus locum habet,etiamſi poſſeſſor†habet cauſam lucratiuam,vt ſcribit Didacus in d.§.viij.nu.2. verſ. & procedit,ex ſententia glo.in l.ſuper longi.C. de præſcript. longi tempor.

21 Sextus eſt caſus, quãdo poſſeſſor caret titulo,†& eius poſſeſſio eſt recens & noua. Hoc in caſu ſunt opiniones. Nam Bar.in d.l.Celſus.nu.17.ff.de vſucap.ex ſententia glo.in l.ſi quis emptiones.C.de præſcript.xxx.vel xl.anno.ſcripſit,adhuc præſumi bonamfidem. Et idem affirmarunt alij multi congeſti à Fran.Balbo in d.l.Celſus.nu.104.qui teſtatur ab hac communi opinione recedendum non eſſe in iudicando & conſulendo.

Ea ratione ij moti ſunt,quod poſſeſſor ſit in bonafide, & tamen careat titulo,vt inquit gl.in d.l.ſi quis emptionis. Et confert c.j.de præſcript.in vj.

Nec repugnãt rationes & argumenta,quibus Inn.& Baldus in cap.per tuas.de teſtibus.Imola in d.l. Celſus, colum. pen.& in cap.vlt.de præſcrip.& Felin.in cap.ſi diligenti. nu. 25.eod.titul.exiſtimant,quod imò hoc caſu non præſumitur bonafides. Nam tex.l.vltim.C.vnde vi, quo moti ſunt, ad rem non pertinet, cum loquatur in eo, qui ſcit rem occupatam ſuam non eſſe, quia tunc debet ſcire ad alios pertinere : ſed nos loquimur in eo, qui neſcit rem eſſe alterius cum propriam eſſe exiſtimet : & eſt in bonafide, licèt titulo careat ſicuti contingit in eo, qui à fide dignus accepit,rem illam maiorum ſuorum fuiſſe,vel alio modo ad eum ſpectare.

Extenditur hic caſus, vt habeat locum etiam quando
22 †ſtatutum requirit bonamfidem. Nam illa adhuc præſumitur, nec probanda eſt : ſicuti tradit Craue.in tractat. de antiq.tempo.in quinta particula. quintæ part. princ.nume. 40.reiecta opinione Barb.inter conſilia Calcanei in conſilio xxviij.columna tertia.

23 Declaratur primò non procedere,quando apparet†de antiquiori poſſeſſore.Nam tunc noua & recens poſſeſſio præſumitur malefidei.Bar.in d.l.Celſus,nu.17.ver.dico ego. ff. de vſucap.& ibidem Balbus.num. 105.Idem Bar.in l.vlt.C. vnde vi.& Alciatus in d.præſumpt.v.numero 1. His accedit Pract.Papien.in forma reſponſionis rei conuenti, in verbo, præſcriptionis.nume.16.dum ſequitur Bart.in d.l.vlt.C.vnde vi.Hæc tamẽ præſumptio malæfidei cauſata ab antiquiore poſſeſſione,allegari non poteſt ab alio quam ab illo poſſeſſore antiquo.Ita poſt Bar.ibi declarat Balbus,in d.l. Celſus,nume.105.

Declaratur ſecundò, vt locum non habeat hic caſus in
24 †incorporalibus . Nã in his noua recenſque poſſeſſio non præſumitur bonæfidei.Ita gl.Io.Andreæ, Inno. Cardinalis, Calderinus,Butrius & Imola cõmemorati ab Antonio Gabriele in d.lib.vij.concluſionum.in tit. de criminalib. conclu.ij.nu.42.qui recenſet & nonnullos diſſentientes.

Declaratur tertiò,vt non procedat hic caſus,quando ex-
25 tant†coniecturæ & præſumptiones malæfidei,ſicuti ſcribũt Aret.in conſ.ciij.nu.7.in fin.Corne. in conſ.cxxxvj.col.vlt. lib. ij. & apertius Claudius Seiſſellius in l.Celſus,nu.39. ff. de vſucap.& ibidem Balbus nu.128.

Cæterùm contrariis coniecturis & præſumptionibus
26 †receditur à præſumptione malæfidei:ſicuti ſex coniecturas recenſet Ripa in c.cum eccleſ.nu.95.de cauſa poſſeſſ. & propriet.Ex quib.tres hic referam.

27 Prima eſt, quæ à † fama publica ducitur. Nam illa tolli malamfidem & bonam inducit.Ita Bar.in l.Celſus,nu.17.de vſucap.qui ob id dixit,quod ſi fama eſt,rem fuiſſe maiorum meorum,dicor bonafide illam poſſidere.Idem reſponderũt Alex.in conſ.vlt.lib.j.& Barba.in conſ.xlj.col.ij.lib.j.quos ſecutus eſt Ripa in d.c.cum eccleſia.nu.95.qui multis ſimilib.comprobat.

28 Secunda eſt coniectura,quæ ſumitur ab † aſſertione viri boni & legalis affirmantis,ius mihi cõpetere.Ita Bart.in d.l. Celſus,nu.17.de vſucap.& in l.j.§.hoc interdicto. ff. de itinere actuque priua.Ripa in d.cap.cum eccleſia.numero 96. Et hæc coniectura multò magis locum habet, quando is vir bonus eſſet ſummæ auctoritatis, ſicuti princeps,cuius auctoritas bonamfidem cauſet. Ita Baldus in l. prima. colum.vltim.C.de furtis,& Ruinus in conſil.clxj.numero 37. libro j.

29 Ratio eſt,quia viro†bono credendum eſt, vt inquit gl.in l.Titio fundus. ff. de cond. & dem. quam multis exornauit Rip.vbi ſuprà,& multò plura ſcripſerunt Soc.Sen.in conſil. xv.col.v.libr.j.Pariſius conſi.xxix.num.24.lib.ij.latiſſ. Neuiz.in lib.v.Syluæ nuptia.nume.55.Crauc.conſi.cccxix.nu. 14.& omnium melius Tiraq.in tracta.de pœnis legum. cauſa.lj.nume.26.

30 Tertia eſt coniectura, quæ † ſumitur à ſignis itineris & aquæductus : ſicuti ſcribit Ripa in d.c.cum eccleſia,nu.97.
31 qui ſubiũgit,inſignia†& arma inſculpta in eccleſia præſumptionem facere,quod bonafide is ſit in quaſi poſſeſſione iuris patronatus illius eccleſiæ.Quam traditionem multorum auctoritatibus probat Ripa.& illis accedunt quæ congeſſi ſupra in lib.ij.præſum.lix.nu.2.& in hoc libro iij.præſump. xc.nume.10.

32 Quarta eſt coniectura,quando contractus fuit†confectus palam,& adhibita præſentia affiniũ, vel auctoritate iudicis, Nam tunc præſumitur bonafides.Ita in ſpecie reſpõdit Modernus Pariſ.in conſ.xx. nu. 6. & 7.Alias coniecturas,quas recenſet Ripa in d.ca.cum eccleſia.num.98.& 99.iam ſupra ſuis locis explicabimus.

Septimus eſt caſus,quando poſſeſſor habet titulum à lege†reprobatum:ſicuti quando conſtat obtinere poſſeſſio-
33 nem ex contractu confecto aduerſus legis diſpoſitionem vel omiſſis iuris ſolennitatibus.Hoc ſanè caſu præſumitur malafides.l.prima.vbi Bartol.C.de fide inſtr. & iure haſtæ fiſcal.lib.x.cap.qui contra iura,de regul.iuris in vj.vbi Dynus & confert.l.pen.C.ſi vend.pigno. & manifeſtè tradunt Bart.in l.quemadmodum.num.7.C.de agricol.& cenſ.lib. xj. Practic. Papienſis in forma reſponſionis rei conuenti
in verbo,

in verbo,præſcriptionis,numer.17.Abbas in cap.ſi diligen-
ti.nume,15.de præſcript.Alex in conſ.xlvj.numero 5. lib.
iij.Barba,in conſ.xlij,nume.9.lib. j.Lucas de Penna in l,iij.
colum.iij.ver.quinta præſumptio.C.de apochis publ.lib.x,
x.Bellamera in conſ.x.column,xvij.verſ.prima ratio,Socin.
Sen.in conſ.xxix.colu.x.lib.j.Franc.Balbus in l.Celſus, nu,
96.ver,iſtam concluſionem, de vſucap. & nu.108.Afflictus
in cap.j.in princip.nume. 38. de feudo dato inuicem legis
commiſſo,qui dixit præſumi ſimulationem.Ripa in ca.cum
eccleſia, nu. 94. de cauſa poſſeſſ.& proprie,Pariſ.in capit. ſi
diligenti.num, 26,de præſcript,& in conſ.xl. numero 33. &
in conſ.100,numero 67.lib.j.Soci.Iunior in conſ.lxix.-nu-
mero 45,lib.j.Bellonus in conſi.xxxij.numero 10.Plotus in
l.ſi quando.nume,199.257.& 260.qui dixit poſt alios,præ-
34 ſumi†etiam dolum.Craue. in conſilio cxlij. numero 12. &
Arius Pinelus in l.ij.in ſecunda parte. numero 37. C. de re-
ſcind.vend.
Et huius ſententiæ ea eſt ratio,quod cum omnes tenean-
35 tur credere,leges & iura † fuiſſe benè & iuſtè condita, & ſe
adſtrictos eſſe illa obſeruare,cap, j. de conſtit. nullus debet
nec cum ſana conſcientia poteſt credere,quod ſibi liceat fa-
cere contra leges ipſas,niſi iuſtam excuſationis cauſam ha-
beat. Et prædicti quidem interpretes multa afferunt exem-
pla vt ſi poſſeſſor emit à minore; à muliere; ab eo, cui bonis
interdictum fuit à Prælato eccleſiæ,non obſeruata iuris ſo-
lennitate.
Extenditur primò,vt locum habeat hic caſus,qñ non ſo-
36 lum ius ipſum commune reſiſtit: † ſed etiam quando repu-
gnat ſtatutum.Ita reſpondit Ruin.in conſ.xlj.num.29.lib.j.
37 Eſt ratio manifeſta,quia†ſtatutum dicitur ius ciuile & com-
mune quò ad ipſos ciues.
38 Extenditur ſecundò,qñ†poſſeſſio eſt cõtra iuris præſum-
ptionem. Nam & tunc malæfidei cenſetur.Ita Ripa in d. ca,
cum eccleſia.nu.94. verſ. amplia etiam, ex c.ad decimas,de
reſtit.ſpol.Idem ego ipſe ſcripſi poſt alios in trac,de recup,
poſſeſ.remed.xiij.nu.72.
Extenditur tertiò, vt locum habeat etiam quando adeſt
39 †curſus longiſſimi temporis,nempè triginta annorum. Nã
adhuc malafides præſumitur,ſi apparet titulum eſſe contra
legis diſpoſitionem.Ita affirmarunt Innocen. in capitul. ij,
columna iij.verſic.item nota,quod licet,de in integrum re-
ſtit.& ibidem Io.Andræ.nume.6.Card.Zabarella, column,
pen.q.xiij.Bart.in l. quemadmodum, colum, j. verſicu. no-
ta ex hoc.C.de agricol.& cenſ.lib.ij. Baldus in l. ſuper lon-
gi,colum.iij,verſicul.nunc habes. C. de præſcript. longi tẽ-
po.vbi Angelus colum,iij.verſicu.ſaluo niſi.Abbas in capi,
bonæ,il ij.nume.21.de poſtula.prælat.Calca.in conſil. xlix,
colum.v,verſi.nec aliter debuerunt.& Anton. Gabriel libr,
vij.concluſionum,in tit.de criminal.concluſ.ij.nu,37.Idem
reſpondit Ruinus in conſi.xlj.numer.29.libro j. cùm dixit,
40 tempus longiſſimum † non tollere præſumptam malamfi-
dem cauſatam ex contractu confecto contra diſpoſitionem
ſtatuti,
Et hæc quidem recepta magis opinio retinenda eſt, etſi
idem Ruinus in conſi.lxix.numero 14.verſicu. & quamuis
etiam,lib. j. poſt Imolam, Caſtrenſem, Butrium & Roma-
num diſſentit.
Declaratur primò,vt locum non habeat hic caſus, quan-
41 do apparet in eo contractu interueniſſe † iuſtum pretium,
Nam tunc præſumitur bonafides. Ita reſpondit Pariſius in
conſi,xiij.numero 60.lib.j.Et ſimile eſt quod tradit Baldus
in l. Ab Anaſtaſio. numero ſecundo. C.mand.cùm ſcribit,
quod quando conſtat de iuſto contractu, nil obeſt, quod
clam fuerit factum.Et huius traditionis ea eſt ratio, quod ſi
iuſtum adeſt pretium,nullum commodum is ſenſit, & cõſe-
quenter dolo caret.l.& eleganter.§.vltim. ff. de dolo, & re-
ſpondit Ruin.in conſ.viij.in fine.libr.iiij.Cùm dixit,dolum
42 †non præſumi in mendacio quando nullum commodum ex
eo conſequitur mendax.
Declaratur ſecundò,non procedere ex qualitate perſo-
43 næ,quæ probabilem habet iuris ignorantiam:†ſicuti in ru-
ſtico & muliere.Ita in ſpecie declarat Pariſ.in c,ſi diligenti,
nu.26.de præſcrip.
44 Declaratur tertio,vt non procedat,quando ius†eſſet du-
bium.Nam tunc non dicitur in malafide,ex quo non dicitur
mercari contra iura:Cum eſſe poſſit, quod iura ei faueant,
Ita explicat in ſpecie Pariſius in dicto capitul. ſi diligenti,
numero 26.
45 Declaratur quartò,vt non habeat locum,quando†ius non
reſiſtit,licet non aſſiſtat,ſic in ſpecie declarant Ripa in capi.
cum eccleſia,nume.94.verſi.intellige iſtam,de cauſa poſſ.&
& proprie.& Pariſius in d.cap.ſi diligenti,nume,26.de præ-
ſcript.ex ſententia Bart.in l.ſed & ſi lege.§.ſcire. ff. de peti-
tio.hæred.Nam tunc in dolo non præſumitur, vt tradit Al-
ciatus in tracta.de præſumptio.reg.iij.præſumpt.xxx.& de-
clarabimus infra libr.v.præſumpt,iiij. in prima extenſione,
vbi vna cum Alciato explicabimus dict.§. ſcire, & traditio-
nem Balb.ibi.
Declaratur quintò, vt locum non habeat in ſucceſſore
46 †eius,qui longiſſimo tempore poſſedit quod mercatus eſt
contra iura.Ita Ruin.in conſi.lxix,col,vlt, verſicu. præterea
quamuis.lib.j.
Octauus eſt caſus,quando ex aliquo actu extrinſeco col-
47 ligi poteſt malafides.Hoc caſu illa†malafides præſumitur.
Exemplum eſt,quando apparet fuiſſe denuntiatum emptori
ne emeret, Nam ſi emit,& conſtat deinde de non iure ven-
48 ditoris,hic poſſeſſor†præſumitur malafide emiſſe & mala-
fide poſſediſſe,ſicuti tradunt Bartol. in dicta l. Celſus, nu-
mero 18. & ibidem Balbus,numero 110.& 111. Pract. Pa-
pien.in forma reſponſionis rei conuenti. in verbo, præſcri-
ptionis.nu,17.ex l.ſi fundum.C.de rei vend. Et declarato in
loco eſſe verum,quando denuntiatio fuit facta ante contra-
ctum:ſecus ſi poſt.
Eſt etiam ſecundum exemplum, quando poſſeſſor iſte
confeſſus eſt extraiudicium,ſe malafide poſſidere.Ita Barto.
& Pract.Papien.præcitatis in locis.& Balbus in d. l. Celſus,
nume,119.
49 Ea eſt ratio,quia lingua†eſt cordis nuntia.l.Labeo. ff. de
ſuppel.lega.Et confeſſio extraiudicialis probat contra con-
50 fitentem, donec conſtet † de eius errore. Et dicitur pro-
batio omnium melior, lege. generaliter. C. de non numer.
pecu.
Tertium eſt exemplum ſecundum Bartolum, & Pract.
Papienſem vbi ſupra,ac Balbum in d.l.Celſus,num.122.qñ
51 extat†fama,rem eſſe alterius. Nam tunc præſumitur mala
fides:ſicuti econtra præſumitur bona fides,quãdo fama eſt,
rem fuiſſe maiorum ipſius poſſeſſoris,vt diximus ſ.Bart.ſe-
cuti etiam ſunt Soc.Sen.in conſi.xxij.in fide.lib.j.Afflictus
in dec.ccclxix.nu.9.Soc.Iun.in conſ.lxix.nu.52.lib.j.& Al-
ba in conſ.xxviij,nu.3.
Hoc tamen exemplum de fama, locum non habet, quando
52 hic poſſeſſor emit ab habente titulum & poſſedit†longiſſi-
mo tempore.Nam tunc etſi fama eſt, quod res illa eccleſiæ
ſit,attamen non præſumitur malafides in illo poſſeſſore. Ita
Baldus in ca. vigilanti,de præſcript.Cuius doctrinam egre-
giam & ſummè vtilem,commendat poſt alios Balbus in d.l.
Celſus.nu.122.ver.limita prædictam.
53 Nonus eſt caſus,quando quis facit†actũ naturæ conſen-
taneum. Hoc ſanè caſu præſumitur in eo bona fides. Ita re-
ſpondit Alex.in con.cxlij.col.ij.lib.ij.cum dixit,quod pre-
ſcribens libertatem contra ſeruitutem, præſumitur in bo-
nafide.Et Alexandrum ſecutus conſuluit Craue.in conſi.vj.
nu. 121. quod is qui vendidit ſalem, præſumitur bonafide
vendidiſſe,non autem vt contraueniret præcepto Principis,
54 ne quis ſalem venderet,ex quo†emere & vendere, eſt actus
naturalis libertatis, Et ſubiungit Crauetta. nume. 122. poſt
Baldum in conſi.cxxxj. Procurat.lib.iij. recipientem pecu-
niam à monacho, eſſe in bonafide, ob id, quod eius pro-
priam eſſe credebat.

## PRAESVMP. CXXXI.

Titulus quando & quomodo, temporis curſu reddatur validus; vel nouus inducatur, vel præſumatur.

### SVMMARIVM.

*1 Titulus inualidus fauore præ[...]antis, per ſubſequentes præſtationes redditur validus*

*Ita tamen*



*Ita tamen ſi præſtans eius ſit conditionis, vt proprio fauori poſſit renunciare.num.2.*

*3 Titulus inualidus odio eius, cui præſtatio fit, cõualidatur ob præſtationes ſequutas.*

*Idque ſi recipiens, talis ſit, qui ſibi queat præiudicare nu.4.*

*5 Titulus auctoritate iuris publici inualidus, in inducenda obligatione fauorabili, quot annorum præſtatione validetur.nu.6.& 7.*

*Id autem intelligendum, de titulo inualido ex defectu ſolemnitatis, non autem inhabilitatis perſonæ.nu.8.*

*Vel ex defectu voluntatis eius qui actum fecit.nu.9.*

*Aut ſi ceſſet cauſa fauoris ipſius tit.nu.11.*

*Vel præſtatio ſemel tantum pro tribus annis, facta ſit.nu.12.*

*Idem ſi titulus inualidus eſt defectu ignorantiæ facientis actum. numero 14.*

*Aut defectu falſitatis.nu.15.*

*10 Teſtamentum ex defectu voluntatis inualidum, neque etiam fauore piæ cauſæ obſeruari.*

*13 Præſtatio vnica pro decem annis, non ſufficit, vt titulus præſumatur.*

*10 Actus falſus non eſt actus.*

*17 Pecunia falſa non dicitur pecunia, nec ſoluentem liberat.*

*18 Titulum auctoritate iuris publici inualidum, in fauorabili obligatione inducenda, triennali præſtatione confirmari, verum eſt in veroſimilibus.*

*Item vt præſtatio fiat eo modo, quo legatum eſt vel relictum.nu.29.*

*20 Alimenta diuerſis modis, vel diuerſis in locis præſtari, parum refert.*

*21 Titulus autoritate iuris publici inualidus, in inducenda obligatione non fauorabili, decennali præſtatione non conualdatur.*

*22 Titulus nudo pacto cauſatus, cur decennali præſtatione non confirmetur.*

*23 Debitor naturaliter tantum, ſponte ſoluendo agnoſcit & confirmat debitum.*

*24 Actus noſtri voluntarij non extenduntur, niſi quatenus neceſſitate inferunt.*

*Id tamen referendum ad omnino voluntarios.nu.25.*

*26 Tempus nec modus eſt obligationis inducendæ, nec inualidæ confirmandæ.*

*De quo tamen tempore id intelligendum.nu.55.*

*27 Falcidia cum poteſt vti hæres legatum vnum integrum præſtando, ſibi præiudicat etiam quoad alios legatarios.*

*28 Solutio facta ex annuo debito, quo modo cauſam limitatam habeat.*

*29 Solutio debiti vnius, in alio non infert obligationem.*

*30 Diſpoſitio concepta in vnum tempus, non extenditur ad aliud.*

*31 Pactum nudum, etſi titulus ſit inualidus, ob ſequutas tamẽ præſtationes cur confirmetur.*

*32 Titulus, autoritate iuris publici inualidus, in inducenda liberatione ſolo temporis curſu, confirmatur per ſubſequentem præſtationem vel patientiam.*

*33 Immunem aliquem aut tanquam exemptum ſe gerere, qui paſſus eſt, confirmare videtur titulum illius.*

*34 Titulus inualidus autoritate iuris publici, in inducenda liberatione, quæ ſolo temporis curſu fieri non poteſt, quia ius reſiſtit, confirmatur tamen ſi ſubſequens præſtatio fiat ab eo, qui contra ius commune poteſt diſpenſare.*

*Secus ſi ab eo, qui contra ius commune diſpenſare non poteſt. numero 36.*

*35 Immunitatis titulum inualidum, curſu quadraginta annorum confirmari.*

*37 Cenſus à præſtatione qui principi debetur, nullo temporis curſu quem liberari.*

*38 Titulus ad inducendum obligationem, probatur curſu tanti temporis, cuius initij memoria non eſt in contrarium.*

*39 Vetuſtas vicem legis obtinet.*

*40 Bona Eccleſiæ curſu temporis immemorabilis præſcribi.*

*41 Dominium directum tempore immemorabili acquiri.*

*42 Temporis curſus immemorabilis operatur vt id quod vitioſum præſumi poterat, validetur, & de vitio eius latenti, non ſit amplius quærendum.*

*43 Tempus immemorabile vim priuilegij obtinet, conceſſi à principe ex certa ſcientia.*

*Item vim pacti obtinet.num.44.*

*45 Tempus immemorabile ſufficit ad inducendum obligationem etiam contra eccleſiam, abſque aliquo alio titulo.*

*Nec neceſſariam eſſe tituli allegationem.nu.46.*

*Exceptis tamen caſibus enumeratis.nu.47.& 48.*

*49 Tempus immemorabile habere vim tituli, non procedit, quando de titulo vitioſo appareret.*

*50 Præſumptio ex curſu temporis immemorabilis exurgens, iuris eſt & de iure, nec probationem admittit in contrarium.*

*51 Tempus longiſſimum veluti 30.vel 40. annorum, ad inducendam obligationem ſufficere.*

*52 Præſcriptione 30. anno. ſola bona fides ſufficit, nec titulus eſt neceſſarius.*

*Idque etiam in his quæ maximi ſunt præiudicij.nu.53.*

*54 Annorum 10. vel 20. curſus, ad inducendum obligationem vel titulum, reſpectu futuri temporis, non ſufficit.*

*56 Præſtationis vſu, non producit effectum, niſi ad illud tantum, quod eſt factum, vel ad id quod ex eo neceſſario infertur.*

*57 Curſus longi temporis ſolum, ad inducendam liberationem non ſufficit, quando ius commune reſiſtit.*

*Aliud ſi ius commune non reſiſtat, vbi ſecundum naturam actionum, iudicium ſit.num.58.*

*59 Præſtationem decennali, præſumitur titulus, in præiudiciũ illius tantum, qui vniformiter aliquid præſtitit, vt in futurum præſumatur obligatus.*

*Et quæ ſint rationes.nu.60.*

*Idque extenditur etiam ad Eccleſiam in rebus temporalib.nu.61.*

*Item & ad fiſcum.nu.68.*

*Item locum habet in ruſtico, & muliere, nu.70.*

*Et hoc adeo, vt ſi per decennium præſtiterit, per aliud decennium præſtare deſierit.nu.71.*

*61 Eccleſia quo ad res temporales vtitur iure communi.*

*63 Diſpoſitio generalis comprehendit etiam caſum priuilegiatum.*

*64 Lex ciuilis de rebus Eccleſiæ ſtatuere nequit.*

*65 Prælatus Eccleſiæ, poteſt præiudicare negligendo, non tamen faciendo.*

*66 Prælatus Eccleſiam obligari ſine iuſta cauſa, & debitis ſolennitatibus non poteſt.*

*67 Penſionem præſtans Eccleſiæ pro re tanquam emphyteutica per decennium, præſumptionem habet, eam pro tali ſibi fuiſſe conceſſam.*

*69 Fiſcus à pari cum priuato procedit, & in caſibus non expreſſis iure priuatorum vtitur.*

*72 Præſtatione decennali titulum præſumi in illius præiudicium, qui vniformiter aliquid præſtitit, verum eſt, ſi obligatio, & cauſa allegetur in libello, ſpecifice quidem & clare.*

*Et quod præſtationes annuatim hanc ob cauſam factæ fuerint. numero 73.*

*74 Præſtatione decennali præſumi quidem titulum, & iuſtam cauſam, præſumptione iuris: probari tamen poſſe contrarium, & ob aliam cauſam ſolutionem factam fuiſſe.*

*75 Præſumptione quæ ex curſu temporis oritur, recedimus, quando de veritate conſtat in contrarium.*

*76 Præſtatione decennali præſumi titulum, fallit, vbi contra recipientem aliqua legis diſpoſitio repugnet.*

*77 Laicus decimas eccleſiæ poſſidere nequit, aut beneficiorum collationem.*

*78 Epiſcopus aſſerens ſe habere ius percipiendi decimas in alterius dioceſi, non tutus, ob id quod diu perceperit.*

*79 Præſtatione decennali non præſumitur titulus, cui ipſa iuris præſumptio repugnet.*

*Vel ſi allegetur titulus, qui à lege habetur pro non titulo.nu.81.*

*80 Ruſticus præſtans nobili per decennium, aliquid ſine cauſa, non cenſetur in futurum ſe obligaſſe.*

*82 Hoſpitalitatis cauſa præſtans quid monaſterium aut Abbas illius, non obligare ſe in futurum noluiſſe, præſumuntur.*

*Quid autem ſit fauore piæ cauſæ.nu 83.*

*84 Præſtatio vnica facta pro decem annis, non inducit præſumptionem tituli, & iuſtæ cauſæ.*

*85 Vſurarum vnica præſtatio, non ſufficit ad obligationem pro futuro tempore inducendam.*

*86 Præſtatione decennali titulum & iuſtam cauſam præſumi, verum eſt, ſi recipiens vere & clarè probet per decennium factam, non autem ſi vltimis tribus annis tantum.*

*Item ſi præſtationes vniformes fuiſſe probet.nu.88.*

*87 Decennij curſu præſumi ſolennitatem actus, verum eſſe, ſi de actu verè conſtet, non autem ſi præſumptiuè ſolum.*

*89 Præſtatione decennali titulum, & illius cauſam iuſtam, fauore minorũ non præſumi.*

*90 Præſtationis cauſa iuſta & titulus, ad obligandum aliquem ad ius perſonale, niſi curſu 30.annorum, non præſumitur.*

*91 Præſtationis cauſa, & titulus in præiudicium tertij, non niſi 20. annorum curſu, præſumitur.*

*92 Titulus & illius iuſta cauſa, contra patientem, vel ad commodum illius, quot annorum ſpacio præſumatur.*
*Si nimirum de leui illius incommodo agatur. nu. 93.*
*Et quid ſi de præiudicio magno. nu. 94.*
*Quibus autem id caſibus non habeat locum. nu. 95. & 96.*
*97 Titulus liberatorius à lucro odioſe, contra patientem de cuius magno gno præiudicio agitur, dicennali patientia præſumitur.*
*Et quid in titulo liberatorio à lucro fauorabili, contra patientem. numero 98.*
*99 Titulus in beneficialibus, ſola decennali patientia non præſumitur.*

POSTEAQVAM ſuperiore diſputatione multa de titulo, & bona fide diſſeruimus, congruus hic locus poſtulat, vt explicemus; quando & quomodo curſu temporis, titulus validus præſumatur, vel inutilis cõfirmetur; vel nouus inducatur. Quam quidem diſputationem copioſe, & doctè admodum explicauit ſuo pro more iuriſconſultorum Coriphæus, Bartol. in l. cum de in rem verſo. ff. de vſuris. Et quamquam vere ad rem noſtram ſolum pertineant, quæ Bartol. ſcripſit in col. ij. verſicul. veniamus ad tertium; Attamen cum non parum lucis illa recipiat, ab his, quæ Bartol. ipſe in duabus præcedentibus quæſtionibus expoſuit; Ea propter non grauabor, ipſius Bartol. ordinem & veſtigia in multis ſecutus, de ſingulis diſſerere Tria itaque capita ſua in traditione complectitur Bartol. quartum ego, ex eiuſdem tamen verbis adiungam.

Primum eſt caput, quando præcedit titulus inualidus, & ambigitur, an ex ſubſecutis præſtationibus ille conualidetur? Hoc in capite vna cum ipſo Bartolo diſtinguo atque conſtituo plures caſus.

Primus eſt, quando titulus eſt inualidus fauore præſtan-
1 tis. Hoc in caſu titulus † iſte conualidatur per ſubſequentes
præſtationes. Ita Bartol. in d. l. cum de in rem verſo. colum. ſecunda. verſicul. verum tamen & ibidem Floria. numero 9. verſicul. aut titulus præcedens, quam quidem ſententiam probat Bartol. primò argu. text. l. pen. in fine. & l. vltima. ff. de inoff. teſta. vbi ſi filius ſubſcripſit, vel alio modo approbauit teſtamentum patris, in quo fuit exhæredatus, adeò dicitur illud conualidaſſe, vt à querela excludatur.

Secundò adducit l. filio præterito. ff. de iniuſto rupto, & irrito teſta. quo loci ſi filius à patre præteritus, abſtinuit ſe ab hæreditate, adeò dicitur conualidaſſe teſtamentum, quod alioqui nullum dicere poterat, vt libertates & legata in eo relicta præſtanda ſint.

Tertiò confert l. ij. C. ſi maior factus ratum hab. vbi curſu temporis, redditur validus ille titulus, quem antea poterat is minor dicere nullum & inualidum.

Quartò adducit text, auth. ſed cum teſtator. C. ad l. falcid. quæ ſanè conſtitutio ad rem noſtram melius quàm commemorata pertinet, illis in verbis: Item ſi hæres quædam legata, ſubſtantiæ ſuæ menſuram agnoſcens, præſtat inſolidum, neque ex his repetitio, neque ex alijs permittitur retentio.

Quintò motus eſt Bartolus ratione, quia quilibet poteſt renuntiare proprio fauori. l. pen. C. de pactis. Cum ergo titulus ſit inualidus fauore præſtantis, & is velit eſſe validum, dum ea cauſa perſeuerat præſtando, ſequitur dicendum titulum conualidari.

2 Declaratur hic caſus, vt locum habeat, quando † iſte
præſtans eius eſt conditionis, vt poſſit renuntiare proprio fauori: ſecus ſi non poſſet. Ita Bartol. in d. l. cum de in rem verſo. col. ij. verſi. quod intellige, & Floria. d. nu. 9. verſi. aut titulus præcedens, arg. l. doli exceptio. verſi. diuerſum eſt. ff. de nouatio.

3 Secundus eſt caſus, quando † titulus eſt validus odio
eius, cui fit præſtatio. Hoc etiam in caſu, ob ſubſequentem præſtationem titulus conualidatur. Ita Bartol. in d. l. cum de in rem verſo. columna ſecunda. verſicul. quandoque præcedit titulus. ff. de vſuris. & ibidem Floria. num. 9. verſic. aut titulus eſt inualidus. & Curtius Iunior in l. ſi certis annis. numero 18. C. de pactis. Et motus eſt Bartolus primo text. l. ſed Iulianus. §. vltim. cum l. ſeq. ff. ad S. C. Macedo. quo loci ſi effectus paterfamilias reſtituit mutuo ſuſceptam pecuniam, dum eſſet filiusfam. dicitur conualidaſſe titulum mutui, qui alioqui erat inualidus odio mutuantis, ſic diſponente S. C. Macedoniano.

Secundò adduxit l. cum fidem. C. de non numera. pecun. cuius verba hęc ſunt. Cum fidem cautionis agnoſcens: etiam ſolutionem portionis debiti, vel vſurarum feceris: intelligis te de non numera. pecunia, nimium tarde querelam deferre.

Cæterum exiſtimauit Fulgoſius, quem ſecutus eſt Curt. Iunior in d. l. ſi certis annis. numero 18. id contingere, quia per ſubſequentes præſtationes & ſolutiones, lex præſumit præceſſiſſe pecuniæ numerationem. Et textum hunc ſic ibi ſunt interpretati, Baldus & Salicetus, & late Socin. Senior in conſilio centeſimoquadrageſimotertio. numeno. 18. libro j.

Tertiò ea ratione vſus eſt, quod quilibet poteſt renuntiare proprio fauori. l. pen. C. de pactis. is ergo recipiens præſtationem approbare dicitur titulum illum innalidum, atque ita cenſetur renuntiare proprio fauori, quo alioqui poterat dicere titulum inualidum.

Declaratur hic caſus, vt locum habeat, quando is præ-
4 ſtationem † recipiens, talis eſt, vt poſſit ſibi præiudicare,
alias ſecus. Ita præcitatis in locis declarant Bartolus & Florianus ſic intelligentes d. l. ſed Iulianus. §. vlt. cum l. ſeq. vbi mutuum reſtitutum à curatore eius, qui cum eſſet filiusfam. mutuo pecuniam ſuſcepit, non conualidatur contractus ipſe mutui.

5 Tertius eſt caſus, quando † titulus eſt inualidus auctori-
tate iuris publici, vt puta ob defectum ſolennitatis, & agitur de inducenda obligatione in caſu fauorabili. Hoc in caſu conualidatur titulus præſtatione triennali. Ita Bartolus in d. l. cum de in rem verſo. colum. ij. verſic. primo caſu. & ibidem Florian. numero 9. verſicul. primo caſu, ſi verſatur. ff. de vſuris, qui ſic intellexerunt. l. j. C. de fideicom. vbi ex teſtamento inualido fauore ipſius vltimæ voluntatis & alimentorum, eo in teſtamento relictorum, triennalis præſtatio ita titulum legati inualidum conualidat, vt in futurum hæres illa alimenta præſtare teneatur. Et hanc interpretationem probarunt fere omnes teſte Iaſone in d. l. ſi certis annis. colum. j. C. de fideicom. Et idem affirmarunt Decius in d. l. ſi certis annis. numero 7. & ibidem Curtius Sen. nu. 6. Curtius Iunior. numero 15. Claudius Seyſſellius. numer. 6. & Gozad. num. 5. Et his accedunt Alex. in l. quod de bonis. §. non idcirco. numero 1. ff. ad l. Falcid. & ibidem Herculanus. colum. iij. verſic. ſoluit tertio, Io. à Platea in l. quicunque. column. j. C. de apochis publ. libro x. Bernardus Diaz in regul. xxxj. Gulielmus Benedict. in capit. Rainutius in verbo, ſi abſq; liberis moreretur. lib. ij. numero clxxix. de teſta. Fernandus Vaſquius in commentariis controuerſionum illuſtrium capit. lxxxiiij. nume. 42. & Antonius Padilla in d. l. j. colum. ij. C. de fideicom. Nec repugnant conſideratio Catobis Sacci in d. l. ſi certis annis, quam auctoris nomine ſuppreſſo refert ibidem Decius. num. 12. verſi. primò vltra, quod in d. l. j. C. de fideicom. alimenta erant menſtrua, & propterea præſtita triginta ſex vicibus. Non inquam repugnat conſideratio hæc: cum & ibi annuum veſtiarium fuerit relictum, & tamen ſufficit triennio fuiſſe præſtitum. Non etiam obſtat, quod dixit Decius præcitato in loco. numero 12. verſi. vltimò; quòd in caſu d. l. j. C. de fideicom. legatum erat incertum, non autem in minus ſolenni teſtamento relictum. Quæ conſideratio fuit prius Curtij Senioris, vt referunt Curtius Iunior in d. l. ſi certis annis. nume. 4. & Padilla in d. l. j. nume. 2. Non equidem hoc verum eſſe exiſtimo; quia ſatis fuiſſet declaratum vnica præſtatione, cum vnus ſolus actus declaret voluntatem. l. Paulus. ff. rem ratam haberi. & tamen in d. l. j. requiritur triennalis præſtatio.

Extenditur hic caſus, vt locum habeat in caſibus ſimi-
6 libus, † habentibus eundem fauorem: ſicuti eſt cauſa dotis.
Ita poſt Bartol. & alios docuit Iaſon in d. l. j. nume. 3. C. de fideicom. d. l. ſi certis annis; colum. j. quos ſequor, & ſi Decius ibidem. num. 8. & 9. poſt Salicetum, quem refert, diſſentiat, Cum Bartol. etiam ſenſit Floria. in d. l. cum de in rem verſo. num. 7. qui numero 8. ſubiungit, idem eſſe in legato
7 facto pro † refectione pontium, & viarum, quod ſenſit, &
Iaſon præcitatis in locis. & Iacobinus in d. l. ſi certis annis. num. 4.



num. 4. & 5.

Declaratur primò hic caſus, vt locum habeat, quando
8 titulus eſt inualidus ſolennitatis † defectu, ſecus ſi defectu
inhabilitatis perſonæ. Sicuti quando teſtator, qui legauit alimenta, erat inhabilis ad teſtandum, & legandum; tunc etiam ſi hæres per triennium præſtitit illa alimenta, non tamen illa conualidatur legatum, vt in poſterum teneatur illa præſtare. Nam tunc lex adeò reſiſtit, vt non dicatur nata obligatio aliqua, nec ciuilis, nec naturalis. Ita declarando. d. l. j. C. de fideicom. ſcripſerunt Angelus in d. l. ſi certis annis. numero 10. C. de pactis, & ibidem Iaſon. numero quarto. verſicul. primo. quando, & idem in d. l. prima. numero quarto. C. de fideicom. qui eiuſdem opinionis recenſet Florianum in l. ſi de in rem verſo. numero nono. ff. de vſuris. Idem Affirmauit Anto. Padilla in d. l. j. numero 8. C. de fideicom.

Declaratur ſecundò, vt non procedat hic caſus, quan-
9 do titulus eſt inualidus defectu † voluntatis eius, qui actum
fecit: ſicuti quando prædictum teſtamentum, in quo relicta fuerunt alimenta, eſt inualidum defectu voluntatis ipſius teſtatoris. Nam tunc etſi titulus ſit fauorabilis, & præſtatio triennalis acceſſit: Non tamen is titulus conualidatur. Ita declarando. d. l. j. C. de fideicom. cenſuit Angelus in d. l. ſi certis annis. nume. 10. quem ſecuti ſunt Floria. in in d. l. cum de in rem verſo, nume. 9. Iaſon in d. l. j. nume. 4. verſi. ij. limito. & in d. l. ſi certis annis. nu. 4. verſic. ſecundo. limitat, & ibidem Curtius Sen. nume. 12. Iacobinus. num. 11. & Decius. numero 10. verſicul. tertio. ſimiliter. C. de pact. Anto. Padilla in d. l. j. nume. 7. C. de fideicom. Non
10 enim teſtamentum inualidum defectu † voluntatis, obſerua-
ri debet etiam fauore piæ cauſæ; ſicuti preter allegatos à Decio copioſè tradit Tiraque. in tracta. de priuilegiis piæ cauſæ, in priuilegio...

Declaratur tertiò, vt locum non habeat hic caſus, quan-
11 do ceſſat † cauſa fauoris ipſius tituli: ſicuti quando alimen-
ta relicta fuerunt diuiti. Non enim tunc fauorabilis eſt diſpoſitio. l. illud. vbi glo. C. de ſacroſanct. eccleſ. Ita declarant Angelus in d. l. ſi certis annis, & Florian. in d. l. cum de in rem verſo. nu. 8. in fin.

Cæterùm ab Angelo diſſentiunt Salicetus in d. l. j. in fin. C. de fideicom. Alex. in d. l. ſi certis annis, quem & ibidem viſus eſt ſequi Iaſon. num. 4. verſi. tertio. limitat. & ibidem Decius. num. 9. verſi. & prædicta. l. j. & idem Iaſon in d. l. j. nume. 4. verſic. iij. ſingulariter. C. de fideicom. & Iacobinus in d. l. ſi certis annis. num. 10. Exiſtimo declarationem non eſſe de genere (vt dici ſolet) regulæ. Cum enim caſus noſter ſit, quando titulus eſt fauorabilis, non poteſt ei adaptari caſus, quando titulus caret eo fauore.

Declaratur quartò, vt locum non habeat hic caſus,
12 quando præſtatio † facta fuit ſemel tantum pro tribus ipſis
annis. Nam tunc non conualidatur titulus iſte inualidus. Ita in ſpecie poſt Ioan. Fabri, & alios à ſe allegatos, declarant Iaſon in d. l. ſi certis annis. nume. 4. verſic. quarto. notabiliter limita. C. de pactis, & in d. l. j. num. 4. verſi. ſexto. conceperam. C. de fideicom. & Decius in d. l. ſi certis annis, qui tamen dixit: non eſſe congruam limitationem ad d. l. j. C. de fideicom. Ad rem tamen noſtram confert à fortiori, quod dicemus infrà in quinta declaratione tertij capitis, quod
13 vnica † præſtatio pro decem annis, non ſufficit, vt præſu-
matur titulus. Cæterùm ſcribit Iaſon in d. l. ſi certis annis. num. 6. verſi. ſeptimò limita. & in d. l. j. num. 4. verſi. ſeptimò, quod quando legatum eſſet vnicum tantum, & dies ſemel cederet, tunc vnica ſolutio ſufficeret.

Declaratur quintò, vt locum non habeat, quando titu-
14 lus ipſe eſt inualidus defectu † ignorantiæ facientis actum:
ſicuti quando teſtamentum, in quo relictum eſt legatum alimentorum, nullum eſt ob id, quod pater præteriit filium ignoranter. Nam tunc etiam ſi alimenta per triennium præſtauerit hæres, non tamen conualidabitur teſtamentum, vt teneatur hæres in poſterum illa præſtare. Ita Angelus in d. l. j. C. de fideicom. quem ſic refert Iaſon ibidem. nume. 4. verſi. quarto. limita. & idem Iaſon in d. l. ſi certis annis. nu. 6. verſicul. quinto limita. C. de pact. Sed verè Angelus hoc non ſcripſit. Hanc tamen declarationem probarunt Lancellotus, Decius in d. l. ſi certis annis. colum. iij. & Antonius Padilla in d. l. j. nume. 6. C. de fideicom. Eſt enim defectus præteritionis maior illo ſolennitatis. vt docuit Alex. in l. poſthumo. nu. 13. C. de bono. poſſeſſ. contra tab.

Declaratur ſextò, vt locum non habeat hic caſus, quando
15 titulus eſt inualidus defectu † falſitatis: ſicuti quando teſta-
mentum, in quo relicta fuerunt alimenta, falſum eſt. Ita declarant Angelus in d. l. j. C. de fideicom. & ibidem Iaſon numero quarto. verſicul. quinto limita, & idem Iaſon in l. ſi certis annis. nu. 6. verſi. vj. limita. C. de pactis.
16 Et huius declarationis ratio eſt, quia actus † falſus, non
eſt actus. l. vbi autem. §. cum dicitur. ff. de in diem adiect. vbi falſus emptor, non dicitur emptor. arg. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pign. actio. vbi pecunia falſa non libe-
17 rat ſoluentem, quia non † dicitur pecunia, & confert tex.
l. Paulus. ff. de verb. ſignific. Non enim titulus ipſe falſus, atque ita non confectus ab eo, cui falsò tribuitur, dici vnquam poterit eſſe ſecundum illius voluntatem.

Non hic commemoro declarationem illam Iaſonis in d. l. ſi certis annis. num. 9. verſi. octauo. & vltimo. C. de pactis, & in d. l. j. num. 5. verſi. viij. C. de ficdicom. de approbatione expreſſa tituli inualidi: Cum non conueniat noſtræ huic tractationi. Et declarationem hanc explicat Dec. d. l. ſi certis annis. num. 12. verſi. quinto limitatur.

Declaratur ſeptimò hic caſus, vt locum habeat, quando
18 diſpoſita in eo titulo alioqui inualido, ſunt † veriſimilia,
ſecus ſi veriſimile non eſt, eum qui diſpoſuit titulumque conſtituit, ſic diſponere, & ordinare voluiſſe: quemadmodum ſi teſtator reliquit alimenta, quæ conſideratis eius bonis, in futurum præſtari non poſſunt. Nam tunc etiam ſi hæres per triennium ea præſtiterit, non conualidabitur legatum pro futuro tempore. Ita declarat Roma. in conſilio ccxxij. num. 2. quem ſecutus eſt Padilla in d. l. j. num. 5. C. de fideicom.

Declaratur octauò, vt locum habeat hic caſus, quando
19 hæres per triennium præſtitit alimenta eo modo, † quo
fuerunt legata: ſecus ſi diuerſo modo. Ita Corne. in d. l. j. num. 4. C. de fideicom. & ibidem. & Padilla. nume. 4. Exemplum afferunt, vt ſi teſtator iuſſit alimenta præſtari in domo, & hæres præſtitit extra domum. Non enim præſtatio hæc inducit legati approbationem. Et huius declarationis auctorem recenſent Baldum ibidem: cum tamen meo in codice, hoc non ſcripſerit; ſed potius contrarium. numero 12. cum dixit, quod ſi teſtator reliquit alimenta, & hæres vno anno præſtitit frumentum, alio verò anno vinum, & tertio anno veſtes, dicitur conualidatum legatum, vt in poſterum teneatur. Hæc traditio, de qua Iaſon in d. l. j. numero tertio. verſi. iij. mirabiliter; dubitat; repugnare videtur illi Cornei, & Padillę. Ego ſentio cum Baldo, in d. l. j. num. 12. ſi quidem ſatis approbaſſe dicitur hæres teſtamentum, atque ita illud legatum: cum illius diſpoſitionis cauſa præſtitit. Et parum
20 mihi referre videtur, quod † alimenta diuerſis modis, vel
diuerſis in locis præſtiterit: cum ſatis ſit, quod in ſubſtantia ſint eadem alimenta; & ad eundem tendant finem, ac effectum, quem cogitauit teſtator; qui ſanè finis ac effectus eſt, vt is legatarius alimenta conſequatur.

Quartus eſt caſus, quando titulus eſt inualidus auctoritate iuris publici, & agitur de inducenda obligatione, in
21 caſu, in quo nullus adeſt fauor. Hoc ſane caſu, non † con-
ualidatur titulus iſte decennali præſtatione. Ita Bar. in d. l. cum de in rem verſo colum. j. verſi. aut fauor non verſatur. ff. de vſuris, qui ſic intellexit. l. ſi certis annis. C. de pactis. Et Bartol. ſecuti ſunt. ibidem Salic. colu. j. verſi. oppono iiij. & numero quarto. Ruin. in conſi. clvj. nume. 15. libro primo. Vaſquius in Commentariis controuerſiarum illuſtrium. c. lxxxiiij. num. 41. etſi permultos Doct. congerat, qui hoc in caſu non loquuntur. Et paſſim Doctores, quos ſtatim referam admittunt hũc ſenſum. Cæterùm grauis eſt inter Doct. contentio, qua ratione ſic conſtitutum ſit in d. l. ſi certis annis, quod decennalis præſtatio, non conualidet titulum pa-
22 cto † nudo cauſatum, cum ex pacto ipſo nudo oriatur actio,
quando de deliberata promittentis voluntate apparet, vt in pacto nudo geminato tradunt Doct. in l. legem, & in l. ſi pacto, quo pænam. C. de pac. Porrò hic apparet de deliberata voluntate promittentis, ex quo tam diu præſtitit, quod promiſit. l. ſi mulier. C. ad Velleia. Dicendum ergo videbatur,

tur, pactum illud nudũ fuiſſe diuturna hæc præſtatione con-
23 ualidatum. Et accedit, quod debitor † naturaliter tantum,
ſpontè ſoluendo agnoſcit, & confirmat debitum. Huic du-
bitationi, varie tentarunt ſatisfecere Doct. accurate conſi-
derando, qua ratione ita conſtitutum ſit, in d.l.ſi certis an-
nis. Primam hanc rationem conſiderauit Salic.in d. l. cum
de in rẽ verſo.nu.4.qui exiſtimauit,ita ſancitum, quia actus
24 † noſtri voluntarij,non extenduntur,niſi quatenus de neceſ-
ſitate inferunt.l.j.§.ſi quis hoc interdicto. vbi Bar.in fi.ff.de
itinere actuque priua. & alios commemoraui in Commen-
tarijs de recuperanda poſſ. remedio v.nume. 64. Cum ergo
ſemel vel pluries præſtiterit ſua voluntate id, ad quod com-
pelli non poterat, non cenſetur in poterum obligatus. Et
rationem hanc, ſuppreſſo Saliceti nomine ſibi vendicauit
Curtius Iunior in d.l.ſi certis annis. numero 2. Quæ ſane ra-
tio vera non eſt, vt animaduertit & recte Ioan. Coraſius in
lib.iij.miſcella iuris.c.xv.num.7.Nam quod dicimus, facta
non vlterius æſtimari & extendi, quam ex actus geſti ne-
25 ceſſitate inducatur, obtinet in actib. omninò † voluntariis,
ad quos quis nullo iure cogebatur. l. Lucius. §. teſtator. de
leg.ij.l.tutori.C.de nego.geſt.l.voluntariæ. C.de excuſatio.
tuto. & l.ij.C.de his,qui ſponte pub.mune.ſubeunt.lib.x.At
nos tractamus de actibus,quos præcedit naturalis obligatio,
qui ideo facti vidẽtur ad eius obligationis confirmationem.
l.vlt.C.ad l.Falcid.

Secunda eſt ratio conſiderata à Caſtrenſi, & Iaſone, in
26 d.l.ſi certis annis; quod ſicuti † tempus non eſt modus in-
ducendæ obligationis. l. obligationum fere.§.placet. ff. de
act.& obl. Ita nec inualidæ confirmandæ.d.l. ſi certis annis:
etſi modus eſſe poſſit probandæ obligationis efficacis alle-
gatæ. l. cum de in rem verſo. ff. de vſuris. Quæ ratio bona
non eſt ( inquit Coraſ.in d.cap.xv.num.5.) cum non quæra-
mus,an ſolus temporis lapſus,obligationem inducat; ſed an
præſtatio illa vltra temporis lapſum ſecuta, quæ à debitore
fieri videbatur,in executionem præcedẽtis nudæ promiſſio-
nis,in futurum obliget.Tertia eſt ratio, quam conſiderarunt
Albericus,Baldus,& Caſtellioneus in d.l.ſi certis annis,quia
temporalis illa præſtatio, facta eſt à debitore, ad ſe liberan-
dum ab illa naturali obligatione,vnde non debet obligatio-
nem roborare,aut inducere:ne producta ad vnum effectum,
nempè liberationis,contrarium effectum,hoc eſt obligatio-
nem infetant. l. legata inutiliter.ff.de lega.j.& l. in numera-
tionibus.ff.de ſolutio.Et vt actus agentium, non operentur
vltra eorum intentionem.l.non omnis.ff.ſi cer.peta.

Hanc rationem reijcit pariter Coraſius in d. capitul. xv.
numero ſexto. ſi quidem negari non poteſt, quin is, qui
præſtitit certis annis, in vim ipſius pacti antecedentis præ-
ſtitiſſe videatur, quod ſanè pactum ſaltem naturaliter etiam
in futurum obligabat. Præterea ( inquit Coraſius ) proſter-
nit hanc rationem text.l.vltima & auth. ſed cum teſtator.
C. ad l. Falcid. vbi hæres, qui falcidia vti poterat, ſoluerat
integrum legatum, vt ſe liberaret, naturali obligatio-
ne, qua illi legatario obſtrictus erat: & tamen id adeo
fortificat obligationem, vt falcidia nullo pacto vti poſ-
27 ſit, non ſolum contra eum, ſed nec † contra alios lega-
tarios.

Quarta eſt ratio, quam conſiderauit Coraſius ipſe in d.
c.xv. numero nono. quod cum ex annuo debito quidquam
28 ſoluitur, habet ſolutio † cauſam limitatam, tam ratione
rei,quàm temporis. Soluit enim quod debet illo anno dun-
taxat, vnde non recipit extenſionem in futurum. l. quod de
bonis. §. non idcirco. ff. ad l. Falcid. Et quoniam ſolutio
29 vnius debiti,non infert in alio † obligationem.l.vlti. C. ne
vxor pro marito. Et concepta in vnum tempus diſpoſitio,
30 † ad aliud non extenditur.l.ſi quis ita.ff.de vulga. Et limita-
ta cauſa, limitatum parit effectum.l.in agris. ff. de acq. rer.
dom. Illæ ergo ſolutiones factæ in caſu. d. l.ſi certis annis,
non confirmant pactum nudum, reſpectu futuri temporis.
Et ſenſum hunc ante Coraſium ſenſit Conna.in libr.quinto.
Commentariorum iuris.c.iij.numer.7. Hæc ratio mihi non
probatur: Cum enim obligatio ex pacto nudo inualida ſit
fauore præſtantis, is ſic præſtando dicitur obligationem il-
lam conualidaſſe. ſicuti diximus ſupra in primo caſu, cum
Bartol. & aliis argu.l.pen.& l.vltim.ff. de inoffi. teſta.l. filio
præterito.ff.de iniuſto rupt.& l. ij. C. ſi maior factus ratum
hab. & quia quilibet renuntiare poteſt fauori ſuo. l. pen. C.
de pactis. Nec dici poteſt pactum nudum cenſeri conuali-
datum,reſpectu ſolutionum factarum:non pro futuris, cum
ſit quid indiuiduum: nec pro vna parte,& tempore, dici de-
bet validum, & pro altera inualidum,iuxta l. eum,qui ædes.
ff.de vſu capitu. Nec repugnat tex.d.l.quod de bonis.§.non
idcirco.ff. ad l.Falcidiam, vbi ſolutio facta de eo, quod de-
betur eo anno, non extenditur in futurum, quia loquitur
quando nullus præcedit titulus ſeu obligatio vel valida, vel
inualida, quæ videatur impedire detractionem. In caſu no-
ſtro præcedit titulus inualidus,nempe pactum nudum,quod
31 validum † redditur,ob ſubſequentes præſtationes. De ratio-
ne itaque d.l.ſi certis annis,cogitandum erit.

Quintus eſt caſus, quando titulus eſt inualidus auctori-
tate iuris publici: & agitur de inducenda liberatione, quæ
induci poteſt ſolo tẽporis curſu.Hoc in caſu per ſubſequen-
32 tem præſtationem vel patientiam † titulus iſte conualida-
tur. Ita Bartol.in d.l.cum de in rem verſo.col.ij.verſi.ſi verò
loquimur.& ibidem Floria.num.9.verſi.ij.caſu. & Craue.in
Tractat.de antiq. tempo.in tertia parte principali. in prima
particula, quæ incipit Vidimus.num.28.qui commemorat
Caſtr. in conſi. cccxiij. Poſtremo.col.j.libr.j. qui ſimile de
33 eo, qui paſſus eſt,aliquem ſe gerere pro † immuni,& exem-
pto, vt eius titulus inualidus, dicatur conualidatus. Et ij
quidem adducti ſunt text. l. ſi poſt mortem. ff. de adoptio.
iuncta.l.j.C.de patria poteſt. vbi filius poſtquam diu fuit in
quaſi poſſeſſione ſui iuris, etſi nullum titulum emancipatio-
nis, vel dignitatis, vel alterius rei, aut modi, quibus libe-
rari ſolent filij à patria poteſtate, oſtendat, liberatus præ-
ſumitur. Qua de re diſſeremus infra libro ſexto. in præ-
ſump.xxv.

Sextus eſt caſus, quando titulus eſt inualidus auctorita-
te iuris publici: & agitur de inducenda liberatione, quæ ſo-
lo temporis curſu induci non poteſt ob id, quia ius reſiſtit:
34 ſed tamen ſubſequens præſtatio facta eſt ab eo, † qui contra
ius commune poterat diſpenſare. Hoc caſu per patientiam,
vel præſtationem quadragenariam,titulus conualidatur. Ita
Bar.in d.l.cum de in rem verſo.col.ij.verſi.ſi verò,& ibidem
Floria.num.9.verſi.ſed ſi ſolo curſu. Quam ſententiam pro-
bant tex.l.vlt.C.de fundis patrimo.lib.xj.qua conſtitutione
adductus ſcripſit Bar.in l.licitatio.§.eorum.ff.de publica.&
35 vectig.titulum immunitatis † inualidum. conualidari curſu
quadraginta annorum,& egregiè tradunt Balbus in Tractat.
de præſcript. in ſecunda particula, quintæ partis principa-
lis.q.v.& Ripa in lib.j.reſponſo.capitul.xiiij.incipit. Plura
quæſita.nu.25.

Septimus eſt caſus, quando titulus eſt inualidus auctori-
tate iuris publici, & agitur de inducenda liberatione, quæ
ſolo temporis curſu induci non poteſt, ob id, quia ius reſi-
36 ſtit, & titulus inhabilis procedit ab eo, qui † contra ius
commune diſpenſare non poteſt. Hoc in caſu per ſubſecu-
tam præſtationem, nunquam titulus iſte conualidatur. Ita
Bar. in d.l.cum de in rem verſo.col.ij.in fi.verſic. aut titulus
inhabilis;& Bar.ſecutus eſt Fulgoſius ibid.nu.1.in fi.

Et prædicti quidem moti ſunt text. l. competit. C. de
præſcrip. trigeſimo. vel xl. anno. vbi nullo temporis curſu,
37 liberatur quis à præſtatione † cenſus, qui principi præſta-
tur, etſi quid minus præſtitit. Cum cenſus ipſos recipentes
nomine principis, ad eius detrimentum diſpenſare minime
potuerit.

Præterea,& ſecundò Bar.motus eſt text.c.j. de præſcript.
in ſexto. Verùm Fulgoſius in loco ſupra allegato, ſcriptum
reliquit. dictum capitul. primum loqui, de inducenda vera
obligatione mediante præſcriptione: non autem de indu-
cenda probatione vel præſumptione tituli.

Secundum eſt huius diſputationis caput; quando quis
nullum deducit titulum: ſed ſolùm allegat obligationem
in ſe exiſtentem, quam ſolo temporis curſu fundat, & pro-
bat. Hoc in capite plures caſus, vnà cum Bar. in d.l. cum de
in rem verſo.num.2.col.iij.verſi. veniamus ad ſecundum.ff.
de vſuris,diſtinguendi ſunt.

Primus eſt caſus, quando agitur de inducenda obliga-
38 tione,& probatur curſus temporis, † cuius initij memoria
non eſt in contrarium. Hoc in caſu, ſufficit ad obtinendum.
Nam tanti temporis curſus tituli vim obtinet. Ita Bartol.
præcitato



præcitato in loco,quem ſecuti ſunt Cald.in conſi.j.in tit.de
libelli oblat.Abb.in c.peruenit,& ibidem Butr.de cenſibus,
Florian. in d.l.cum de in rem verſo.num.5.in fi.& nume. 6.
verſic. In ea glo.ibi,l.obligationum ferè, & ibidem Salice-
tus.nu. 10.Guido Papæ.q.ccccviij.in fi.Alex.in conſi. cxiij.
nu.1.lib.j.Felinus in c.cum ex officij.nume.13.de præſcrip.
Iaſon in l.ſi certis annis.colum.vlti.C. de pactis. Pariſius in
conſi.xxv.numero 18.libro iiij. Idem ego ipſe reſpondi, in
conſi.xc.nume.65.lib.j.Bellonus in conſi.j.nu.5.& Socinus
Iunior in conſi.vj.nu.13.lib.iij.Curt.Iun.in conſil.xx.nu.4.
Craue.in conſ.cccccxcij.nu.102.& in Tract.de antiq.temp.
in ſecunda particula,quartæ partis principalis.num.9.& nu.
50. qui tamen dixit, titulum hoc in caſu à lege magis fingi,
quàm præſumi. Didacus in c. poſſeſſor parte ſecunda.§.iiij.
nume.4.de regu.iuris. in vj. Et hæc quidem receptiſſima eſt
ſententia etſi Vaſquius in Tractat. controuerſiarum illu-
ſtrium capit.lxxxiiij. ad finem,ſcripſerit,ne curſum quidem
mille annorum, hoc in caſu ſufficere: ſed Doctores ab eo
allegati,loquuntur de curſu decennali; & viginti annorum,
de quibus dicemus infra. Et horum quidem ſententia com-
munis probatur text. in l. j. in fine. ff. de aqua pluuia arcen.
39 quo loci dicitur, † vetuſtatem vicem legis tenere. ſic & in
l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidian. & æſtiua,
leguntur hæc verba Ductus aquæ, cuius origo memoriam
exceſſit, iure conſtituti habetur. Ita pariter in cap.j.in fine.
de præſcriptio. in vj. ſancitum eſt curſu temporis immemo-
40 riali præſcribi eccleſiæ † bona, quæ alioqui ſine titulo, &
bona fide non præſcribuntur alio temporis lapſu. Confert
& capitul. ſuper quibuſdam.§.præterea de verborum ſigni-
ficatio. Hinc dicimus curſu hoc immemorialis temporis,
41 acquiri † dominium directum. Ita poſt Baldum, Alexand.
& Socinum Decius in l. traditionibus. numero vndecimo.
C. de pactis; Curtius Iunior in conſilio clviij. numero duo-
decimo. Crauet. in conſilio cxlvj. numero ſecundo. & in
Tractat. de antiq. tempor. in quarta particula quartæ partis
principalis.nu.24.

Huc facit, quod permulti affirmant, curſum huius im-
42 memorialis temporis operari † vt id quod ab initio præſu-
mi poterat vitioſum, ita conualidetur, vt de eius latenti vi-
tio quærendum amplius non ſit: vt poſt Alexand. in conſil.
vj. libro j.docuit Decius in l. quod initio. numero octauo,
de regulis iuris. Confert quod tempus hoc immemoriale
43 † obtinet vim priuilegij,conceſſi à Principe ex certa ſcien-
tia. Ita Decius in conſi.ccccxcvj.col.ij.poſt Baldum in cap.
j.colum.ij.quæ ſint regal. & eſſe quoddam ſpeciale priuile-
gium,poſt alios reſpondit Socin.Iun.in conſi.xlix.num.23.
& latius in conſi.lxxvj.num.92.lib.j.ſic & Curtius Iunior in
conſi.lxviij.nume.1.& 2.& in conſi clviij.nu.11.& Pariſius
in conſi.xxvij.num.33.lib.j.Et idem Baldus in conſi.cclvij.
Quæſtio vertens, libro ij.reſpondit,hunc temporis curſum,
haberi pro veritate, & ſolenni priuilegio. Et Baldum ſecu-
tus eſt Craue. in Tractat. de antiq. tempo. in ſecunda parti-
cula quartæ partis principalis. nume.9. qui nume.10. & 11.
ſubiungit ex ſententia Socini,non eſſe propriè priuilegium:
ſed fictum, vel præſumptum, & illo in loco commemorat
multos huius priuilegij effectus. Et accedit Signorolus in
conſilio lxx.numer. 21.cum reſpondit, cenſeri hoc priuile-
gium conſenſu, & voluntate præſumpta principis conceſ-
ſum; dum tam diu acquieuit.

Huc facit,quod reſpondit Baldus in conſi.cccxv. libr.j.
& in conſi.xxiiij.ſubtiliter. colum.ij.libro iiij.hunc curſum
44 temporis immemorialis † vim pacti obtinere, & Baldum
ſecutus eſt Craue. in conſi.cccccxcij.num.102.qui ſubiun-
git poſt Oldra.in conſi.clxxj.col.ij.eſſe pacto fortiorem.

Extenditur primò,vt locum etiam habeat, quando agi-
tur de inducenda obligatione contra eccleſiam. Nam adhuc
45 ſufficit iſte temporis † curſus, abſque alio titulo ſpecifico,
cum is præſumatur curſu tanti huius temporis.Ita Baldus in
conſilio cclvij. Quæſtio vertens. libro ſecundo, & in conſi.
xxiiij. ſubtiliter. colum.ij.libro quarto. Caſtren.in conſilio
ccccxxiij.Ex puncto tranſmiſſo. colum.ij.libr.ij. Decius in
conſi.lxxxv.nu.5.Pariſ.in conſi.xxvij.nu.26.lib.j. & in cõſi.
xxv.nu.21.lib.iiij.Craue.in d.Tracta.de antiq.tempo. in ſe-
cunda particula quartæ partis principalis.nu.48. & Didacus
in d.c.poſſeſſor.parte ſecunda.§.v.nu.2.verſi.quinta conclu-
ſio.Et idem ego ipſe reſpondi,in conſilio xc.nu.68.lib.j.vbi
declaraui. Quam ſententiam probat.d.cap.j.in fine.de præ-
ſcrip.in vj.vt ſupra attigimus. Hæc tamen extenſio decla-
randa eſt, ſecundum Pariſ. in d.conſi.ij.nume.43. vbi plura
in diſcurſu.

Cæterùm dubitari hic contingit, an neceſſaria ſit ſaltem
46 tituli allegatio? Et neceſſariam non eſſe † ſcripſerunt gloſſ.
Federicus Senen. Abbas, Calderinus, Ioan. Fabri, Guido
Papæ, Socinus Sen. Iaſon, & Gozadinus, quos recenſuit,
& probauit Craue. præcitato in loco. numero 49. qui hanc
eſſe communem opinionem affirmauit. Eandem probauit
Didacus in lib.j.varia.reſolut.capitu.xvij. numero decimo.
& in capitul. poſſeſſor.parte ſecunda.§.iij.numero ſeptimo.
de reg.iuris in vj. qui alios recenſet. Idem ego ipſe reſpon-
di in conſi.xc.nu.66.lib.j.

Hæc tamen recepta opinio locum non habet, quando
47 agitur de his, quibus lex expreſſe reſiſtit, † & quæ quidem
ſolo temporis curſu etiam immemorialis præſcribi non poſ-
ſunt, vt puta data incapacitate præſcribentis,ſicuti in laico,
qui decimas eccleſiaſticas, vel collationes beneficiorum
obtinere non poteſt,cap.quanto. de conſuetud.& cap.ij. de
præben.in vj. Hoc ſanè caſu,non ſufficit ſolus temporis etiã
immemorialis curſus: ſed allegari debet titulus; qui deinde
probatur tam longæui temporis curſu.Ita ſcripſerunt Alex.
in conſi.lxxiiij.num. 20.verſ.accedat,quod voluit.libro iiij.
Felinus in cap.accedentes.col.v. verſ. ſed re vera potius eli-
gerem.de præſcript.Curt.Iun.in conſi.clviij.nu.18.

Verùm hanc Alexandri, Felini & Curtij declaratio-
nem, dubiam admodum oſtendit Crau.in d.tract. de antiq.
tempo. in ſecunda particula quartæ partis princip.num.52.
Et rectè quidem: Nam ſi hæc allegatio tituli admitteretur,
eluſoria redderetur(vt inquit Craue.) diſpoſitio legis, quæ
prohibet præſcribi etiam curſu immemoriali ea, quæ poſſi-
deri non poſſunt: ſicuti laicus obtinere non poteſt decimas
eccleſiaſticas. Et rurſus per indirectum admitteretur, quod
directò permiſſum non eſt. Præterea( inquit Crauetta)cau-
ſa,ob quam quis tamdiu percepit decimas illas,allegari non
poteſt:quia nulla eſt.

Rurſus prædicta traditio communiſque Doctorum
concluſio; quod tituli allegatio neceſſaria minime ſit, in
præſcriptione temporis immemorialis,locum habet in præ-
ſcriptione in qua interuenit actus poſitiuus, ſecus vero in
48 † præſcriptione cauſata ſola patientia, & negligentia par-
tis, nullo interueniente actu poſitiuo. Nam tunc neceſſaria
eſt tituli allegatio, maxime quando res eſt magni præiudi-
cij. Ira Felinus in d.cap. ex officij col.v.in quarta limitatio-
ne. de præſcript. Qua de re dicemus infra in quarto capite
in tertio caſu.

Præterea recepta illa opinio, quod curſus temporis im-
49 memorialis, vim tituli habeat, non procedit † quando de
titulo ipſo vitioſo apparet. Ita Caſtren. in conſil.ccccxxiij.
Ex puncto tranſmiſſo.col.ij.lib.ij.Bellame.in conſi.x.col.x.
verſic. item & aliter reſpondeo. Craue. de antiq. tempo. in
ſecunda particula quartæ partis principalis.numre 60. verſi.
contrarium,quod non viuet. & Didacus in capit. poſſeſſor.
parte ſecunda.§.viij.nume.4.ad finem de reg. iuris in vj. Et
huc pertinent, quæ de ſolennitate non præſumenda, appa-
rente ipſo actu minus ſolenni, diſſeremus in ſubſequenti
præſumptione.

Eſt præterea obſeruãdum,quod præſumptio, quæ inſur-
50 git ex hoc curſu temporis immemorialis † eſt iuris, & de
iure, & propterea non admittit probationem in contra-
rium: quemadmodum reſpondi in conſi.xc.nume.67.libro
j.vbi huius opinionis quamplures recenſui. Et ſi aliqui exi-
ſtimant, hanc non eſſe præſumptionem, ſed potius fictio-
nem; quæ idem quo ad hunc effectum operaretur.

Secundus eſt caſus huius ſecundi capitis, quando agitur
de inducẽda obligatione, & allegatur ſolus curſus minoris
temporis, quam eius, cuius initij memoria non eſt in con-
trarium:ſed tamẽ tempus lõgiſſimũ eſt,eſt vt illud triginta,
51 & xl. annorum. Hoc etiam in caſu † ſufficit hoc tempus ad
inducendam obligationem. etiam ratione futuri temporis.
Ita ſenſit Barto.in l.ſolent.§.j.in fi.ff. de officio Proconſ. &
lega.cum dixit; quod ſi quis ſeruiuit nobili, tamquam eius
vaſallus lõgiſſimo tempore, hoc eſt triginta, vel quadragin-

ta annis,

tã annis, in futurum tenetur. Idem docuit Bald. in l. male
agitur. C. de præſcript. xxx. vel xl. anno. Et Barto. Bald. ſecu-
ti ſunt Fran. Balbus in Tractat. de præſcri. in prima particula
tertię partis principalis. q. x. num. 34. & in quarta particula
quartę partis principalis. q. ix. & q. xj. numero 3. Goz. in
conſi. ix. nu. 7. & nu. 8. & Mod. Pariſien. in commentariis ad
conſuetud. Pariſienſes in tit. j. §. vij. nume. 21. & Didac. in c.
poſſeſſor. parte. ij. §. iiij. nu. 3. & nu. 5. Et ij quidem adducti
ſunt tex. l. cum notiſſimi. & l. ſicut. C. de præſcrip. xxx. vel xl.
52 anno. Et huius ſententiæ ratio eſt, quia titulus † neceſſarius
non eſt in præſcriptione triginta annorum: ſed ſola ipſa bo-
na fides ſufficit, ſicuti ſcribunt omnes in cap. ſi diligenti. de
præſcrip. Balbus in d. Tractat. de præſcriptio. in ij. particula
tertiæ partis principalis. q. vj. & Did. in d. c. poſſeſſor. parte
ij. §. v. nu. 2. verſi. ij. concluſio.

Extenditur hic caſus, vt locum hebeat, etiam quò ad ea,
53 quæ † maximi ſunt præiudicij. Ita poſt alios ſcribit Didac.
in d. c. poſſeſſor. par. ij. §. iiij. num. 5. de regu. iur. in vj. Exem-
plum afferri poteſt, in illa obligatione ſubiectionis, & va-
ſallagij: ſicq; in feudo: Idem in emphyteuſi, ſi quis enim vt
emphyteuta rem aliquam poſſedit, & ſoluit annuã aliquam
præſtationem, per xxx. annos, cenſetur effectus perpetuus
emphyteuta. Ita Bar. in l. litibus. nu. 2. C. de agricol. & cenſ.
lib. xj. & copioſe ſcripſi ſupra hoc libro in præſump. cviij.

Tertius eſt caſus, quando agitur de inducenda obliga-
tione, & allegatur ſolus curſus decem, vel xx. ann. Hoc in ca-
54 ſu, recepta eſt Doct. ſententia, hunc temporis curſum † non
ſufficere, ad inducẽdum titulum: ſeu obligationem reſpectu
temporis futuri. Ita Bar. in d. l. cum de in rem verſo. colu. iij.
nu. 2. verſ. primo caſu. ff. de vſuris, & ibid. Flor. nu. 9. verſicu.
ſed ſi fundat. & Salic. nu. 3. in fi. & nu. 5. Cur. Iun. in l. ſi certis
annis. nu. 14. verſi. circa gl. C. de pactis. Fran. Balb. in Tract.
de præſcript. in j. particula tertiæ partis principalis. q. x. nu.
7. verſ. aut verò. Didac. in d. c. poſſeſſor. parte j. §. iiij. num. 2.
verſi. ex qua, & Vaſquius in commentariis controuerſiarum
illuſtrium. c. lxxxiiij. nu. 41. idem ſenſit. Et motus eſt Bartol.
primò text. l. operis. ff. de operis libert. cuius verba hæc
ſunt, operis nõ impoſitis manumiſſus, etiam ſi ex ſua volun-
tate aliquo tempore præſtiterit, compelli ad præſtandas
quas non promiſit; non poteſt. Dixit Modeſtinus aliquo
tẽpore, ſignificans ſolum vſque ad decennium, cum vlterius
tempus (vt diximus ſuperiore caſu) inducat obligationem,
vt interpretatur Bartol. ſic etiam intellexit Curtius Iunior
præcitato in loco.

Secundò ſuffragatur. l. obligationum fere. §. placet. ff. de
actio. & oblig. quo loci dixit Paulus, tempus ſolum non ſuf-
ficere ad tollendum obligationem. Ergo nec ad eam indu-
55 cendam. Quod intelligi debet † de decennio & vicennio,
iuxta ea, quæ diximus ſupra.

Quartò huc facit. l. creditor. C. de vſuris. Creditor (in-
quit Antonius) inſtrumentis ſuis probare debet, quæ inten-
dit. & vſuras ſe ſtipulatum, ſi poteſt. Nec enim ſi aliquando
ex conſenſu præſtitæ ſunt, obligationem conſtituunt. Dixit
aliquo tempore Antonius, ſentiens vſque ad decem vel vi-
ginti annos, non autem vltra, ſicuti ſenſit Bartol. & vt etiam
intellexit Curt. Iun. in loco ſupra commemorato. Tertio
confert. l. vlt. C. de præſcrip. longi temp.

Quintò huc pertinet ratio cõſiderata à Bartol. in d. l. cum
56 de in rem verſo. nu. 10. cum dixit, quod vſus † præſtationis,
non producit effectum, niſi ad illud tantum, quod eſt fa-
ctum, vel ad id, quod neceſſario infertur ex illo. l. j. §. ſi quis
hoc interdicto. ff. de itinere actuque priua. vbi Bartol. &
ſcripſi in tract. de recuperan. poſſeſſ. in remed. v. nu. 64. Cum
ergo vſque ad decennium vel viginti annos id præſtiterit,
intelligitur quidem donaſſe præterita: non autem ſe obli-
gaſſe reſpectu temporis futuri. Cum à lege nihil ſit cauſa
curſus huius temporis ſancitum; ſicuti ſtatutum eſt de lon-
giſſimo tempore vt ſuperiore caſu.

Quartus eſt caſus, quando agitur de inducenda libera-
57 tione, & allegatur ſolus curſus † temporis, & ius ipſum
commune reſiſtit. Hoc ſanè in caſu liberatio nunquam
inducitur. Ita Barto. in d. l. cum de in rem verſo. numero ſe-
cundo. quem ſecuti ſunt Floria. ibidem. num. 9. verſi. aut ad
inducendam.

Et adductus eſt Bar. tex. l. competit. C. de præſcrip. xxx.
vel xl. anno. & tex. cap. j. de præſcript. in vj. quæ explicaui ſu-
pra in vltimo caſu primi capitis.

Quintus eſt caſus, quando agitur de inducenda libera-
58 tione, cui ius commune † non reſiſtit, & allegatur ſolus cur-
ſus temporis. Hoc in caſu, liberatio inducitur ſecundum na-
turam actionum, quia quędam tolluntur quadraginta, quæ-
dam triginta, quædam decem ann. iuxtà. l. ſicut. & l. omnes.
C. de præſcript. xxx. vel xl. anno. & l. cũ ſex. ff. de ædil. edicto,
ac l. j. ff. de diuerſ. & temp. præſcrip. Ita Bartol. in l. cum de
in rem verſo. nu. 2. verſi. aut ius commune non reſiſtit. ff. de
vſuris. & ibidem Salicet. nu. 9. verſi. ſed ſi non reſiſtit.

Tertium eſt huius diſputationis caput, quando agitur
ſolummodò de præſumendo titulo, in quo quis fundat in-
tentionem ſuam, & ad præſumendum, ſicque probandum ip-
ſum titulum, adducit diuturnam præſtationem, ſicq; allegat
curſum temporis. Hoc caput à præcedenti differt. Nam in
illo agitur, quando temporis curſu inducatur titulus, ſicque
obligatio: In hoc verò quando titulus ipſe præſumatur tan-
tummodò. Diſtinguendi hic ſunt aliquot caſus, & aliter qui-
dem ac fecerit Bar. in d. l. cum de in rem verſo. nu. 3. & nu. 7.

Primus eſt caſus, quando agitur de præſumendo titulo
ad præiudicium illius tantum, qui vniformiter aliquid præ-
ſtitit multos annos, vt ratione rei ſicq; realiter etiam in fu-
59 turum præſumatur obligatus. Hoc in caſu per † præſtatio-
nem decennalem præſumitur hic titulus & obligatio etiam
reſpectu futuri temporis, vt ſcilicet in futurum iſte teneatur.
Exemplũ afferri ſolet in ruſtico, qui per decenniũ præſtitit
vnum par caponum nobili, cauſa prædij, quod ab eo colendi
cauſa obtinet. Hæc ſanè decennalis præſtatio, præſumptio-
nem inducit, titulum obligationis præceſſiſſe, hoc eſt ru-
ſticum ipſum, iam eo tempore quo colere cæpit agrum, pro-
miſiſſe nobili præſtare quotannis capones. Hanc ſententiã
probarunt Bart. in d. l. cum de in rem verſo. nu. 14. verſic. ſed
ſi non ſoluiſſet ſimpliciter & ibidẽ Fulg. nu. 9. verſi. aliquan-
do ſoluiſti. Floria. nu. 11. & Salicet. nu. 4. & apertius. nu. 11.
Ita etiam Bald. in l. cum falſa. nu. 5. C. de iuris & facti ign. in
l. ſi certis annis. num. 6. C. de pactis & ibidem Salicetus col.
vlti. Iaſon. nu. 7. Dec. nu. 2. Iacobinus à ſancto Georgio. nu.
12. & Curtius Iunior, num. 12. Butr. in cap. peruenit. nu. 15.
de cenſibus. Caſt. conſi. lj. in cauſa ſpectabilium. libr. ij. Co-
menſ. in conſi. clviij. nu. 3. Abbas in cõſi. vj. nu. 3. lib. ij. Alex.
in conſi. cxiij. col. ij. in conſi. lxxv. in fin. & in cõſi. cxxiiij. nu.
1. & 2. libr. iiij. Balbus in tract. de præſcript. prin. partic. ter-
tiæ part. princ. q. x. nu. 20. & 22. Rub. in conſi. xiij. nu. 7. Mo-
der. Pariſi. in tracta. de vſuris. q. xx. nu. 207. Ruin. in conſ. lxj.
nu. 11. & in conſi. lxxv. nu. 6. libr. j. Gozad. in conſi. iiij. num.
28. Didacus in cap. poſſeſſor. part. ij. §. iiij. nu. 2. de regul. iu-
ris in vj. & Ferandus Vaſquius in commentariis controuer-
ſiarum illuſtrium. c. lxj. nu. 3.

Et hæc quidem recepta ſentẽtia probatur, primo eo not.
reſponſo Papin. in l. cum de in rem verſo. ff. de vſuris. quo
loci Papinianus ſic reſpondit. Cum de in rem verſo cum
hærede patris, vel domini ageretur, & vſurarum quęſtio mo-
ueretur, Imperator Antonius, ideò ſoluendas vſuras iudica-
uit, quod eas ipſe dominus, vel pater longo tempore præſti-
tiſſet. Imperator quoque noſter Seuerus filiæ Flauij Athe-
nagoræ, cuius bona fuerant publicata, de fiſco ideo nume-
rari decies centena dotis nomine iuſſit, quod ea patrem præ-
ſtitiſſe dotis vſuras, allegaſſet. Hactenus Papinianus, cuius
manifeſtus eſt ſenſus, quod diuturna, hoc eſt decennali præ-
ſtatione vſurarum, præſumatur titulus obligationis etiam
pro futuro tempore. Nec huic receptæ interpretationi re-
pugnat conſideratio Angeli, in leg. ſi certis annis. colum. vj.
cùm dixit, in d. l. cum de in rem verſo, agi ſolum de vnica
præſtatione, non autem de pluribus. Nam reſpondetur, Pa-
pinianum locutum eſſe de pluribus præſtationibus; non au-
tem de vna tantum, quæ non ſufficit, ſicuti aduerſus Angelũ
ſcribunt Salicetus in d. l. cum de in rem verſo. nume. 12. qui
Angeli interpretationem tribuit antiquo Doctori, ſic &
Decius in dict. leg. ſi certis annis. in fine. C. de pactis & alij
multi, quos referam infrà in quarta declaratione huius ca-
ſus. Non hic repetam rationes, quibus Salicetus & Decius,
reiiciunt hanc Angeli interpretationem cum apud eos faci-
lè legi poſſint. Non etiam obſtat illa conſideratio eiuſdem
antiqui Doctoris commemorati à Saliceto in d. l. cum de in





rem verſo. column. pen. verſi. reſtat mihi. Et idem dixerunt
Angelus in d. l. ſi certis annis. C. de pactis, & Fulgoſi. in d. l.
cum de in rem verſo. tacito Ang. nomine: Dixerunt ij, Pa-
pinianum reſpondiſſe de qualitate obligationis præſumen-
da, vt ſcilicet præſumatur, quod pecunia mutuata filio, verſa
fuerit in patris vtilitatem, quando pater ipſe diu perſoluit
ipſius pecuniæ vſuras. Dixit enim Papinian. Cum de in rem
verſo. &c. atque ita dubitatum fuit apud eum, quando præ-
ſumeretur pecunia verſa in patris vtilitatem. Hanc inter-
pretationem, ſuppreſſo antiqui auctoris nomine, ſibi ven-
dicauit Duarenus in commentariis de vſuris, cap. j. Reſpon-
detur ex ſententia Saliceti præcitato in loco, ac etiam alio-
rum, quos ſecutus eſt Iacobinus in d. l. ſi certis annis. nume.
12. quod quouis modo proponatur facti ſpecies, ſemper
idem eſt: ſi dicimus, quod conſulens Papinianum narra-
bat, quod ipſe agebat contra hæredem patris, vel domini,
ex mutuo filio, vel ſeruo, & petebat certas vſuras, tamquam
ſibi ſolenniter à patre ipſo promiſſas: Hæres verò negabat
vſurarum promiſſionem, & conſequenter ipſarum obliga-
tionem: vel negabat omnia. Ex textu enim non conſtat, an
negaret mutuum & verſionem, vel ea fateretur, ſed ſolum
dixit Papinia. fuiſſe dubitatum de præſtatione vſurarũ. Et
ſubiungit, quod mutuator probauit diuturnam præſtatio-
nem vſurarum, à patre factam. Ideo reſpondit Papin. An-
toninum iudicaſſe, vſuras deberi. Vnde (inquit Salicetus)
ſiue intelligamus de vſuris ſolis iudicatum, apparet, præ-
ſumptiuè probatam fuiſſe ſubſtantiam obligationis vſura-
rum, & eius promiſſionem, ſiue etiam intelligamus, quod
de omnibus iudicauerit Imperator, hoc eſt, de mutuo. de
verſione in rem patris, de vſurarum ſtipulatione & promiſ-
ſione, multò magis ob diuturnam præſtationem præſumitur
ipſa obligationis ſubſtantia.

Secundò probatur hic caſus text. l. litibus, in prin. C. de
agricol. & cenſ. lib. xj. ibi in illa parentheſi, ſic ſcripta. Eos
tamen dicimus, qui non ex longo prolixoque tempore, vel
longinqua & inueterata redituum ſuſceptione, ſufficientem
habent cautelam: in quibus caſibus nec contradicendi qui-
dem licentia colonis relinquitur, longi temporis præſcri-
ptione, vel redituum frequentiſſima conſequentia, colono-
rum impetum excludente.

Tertiò accedit ſecundum Salicetum in d. l. cum de in rem
verſo. nume. 4. verſic. & ratio poteſt eſſe. ff. de vſuris, quod
eo caſu, cõcurrunt quatuor rationes. Prima reſpicit ſoluen-
6 uẽtem: & ſic cauſam: quia nemo præſumitur † iactare ſuum:
ſoluens ergo præſupponit & affirmat obligationem. Secun-
da ratio reſpicit finem. Nam ſolutio hæc decennalis, facta
eſt, ad liberationem obligationis: atque ita illam ſupponit.
Tertia reſpicit materiam, ſiue cauſam: cum enim ſoluerit
vt debitum, præſupponit materiam & cauſam debiti. Quar-
ta ratio reſpicit formam. Nam reiteratio frequens, inducit
frequentem recognitionem, ob id contrauenire non debet.
arg. l. generaliter. C. de non numera. pecu. & l. ſi mulier. ff. ad
Velle. cum ſimil. allegatis à Sal.

Extenditur primò hic caſus, vt locum etiam habeat ad-
61 uerſus † eccleſiam, quo ad res temporales. Si enim illa, ſeu
eius Prælatus per decennium aliquid alicui, titulo aliquo
præſtitit, præſumitur is titulus verus, atque ita præſumi-
tur eccleſia in poſterum obligata, eandem præſtationem fa-
cere. Ita extendunt Salicetus in d. l. cum de in rem verſo. nu.
11. de vſuris. Alex. in d. l. ſi certis annis. C. de pact. & ibidem
Riminal. Sen. nu. 9. Iaſon. nu. 14. & Alciatus in tract. de præ-
ſumpt. reg. j. præſumpt. xxxij. in fine.

62 Ea ratione ij moti ſunt, quia eccleſia † quo ad res tempo-
rales, vtitur iure communi, ſcribunt glo. in capi. peruenit.
de cenſibus. & Docto. in cap. vltim. de ſol. in cap. j. de aliena.
feudi.

Et præterea accedit ſecundum Decium, quod diſpoſi-
63 tio † generalis comprehendit etiam caſum priuilegiatum.
l. in fraudem. §. vlti. ff. de milita. teſt. & dicemus in ſequenti
extenſione. Cum ergo diſpoſitio huius caſus ſit generalis,
eccleſia quoque etſi alioqui priuilegiata, cenſetur compre-
henſa. Quæ ſanè conſideratio non multum ad rem noſtram
64 pertinet, cum lex ciuilis † de rebus eccleſiæ ſtatuere non
poſſit. cap. eccleſiæ ſanctæ Mariæ. vbi Doct. de conſtit. Et
propterea ipſemet Decius præcitato in loco, hac de exten-
ſione ob id dubitat, quod etſi Prælatus negligendo poſſit
65 præiudicare † eccleſiæ cap. verum vbi Doct. de cond. appoſ.
Attamen præiudicare non poteſt aliquid faciendo. c. vene-
rabilis. de exceptio. & reſpondi in conſi. xxxix. nu. 26. libr. j.
66 Verum reſponderi poteſt, quod etſi Prælatus ſine † iuſta
cauſa, & ſine debitis ſolennitatib. obligare non poſſit eccle-
ſiam; attamen ſi iuſtam ob cauſam & ſolenniter id facit, eam
obligat. vt in ſpecie ſenſit Ruin. in conſi. clvj. nu. 22. libro j.
ſcripſit in conſi. xxx. nu. 15. lib. ij. & in diſcurſu d. cõſi. xxxix.
At lex propter decennalem præſtationem, præſumit ſolen-
nem obligationem præceſſiſſe, vt diximus: ſequitur dicendũ,
præſumi quod is Prælatus iuſta de cauſa & ſolenniter obli-
gauerit eccleſiæ bona. His infertur quod ſi quis per decen-
67 nium præſtitit eccleſiæ † penſionem pro re tãquam emphy-
teutica, præſumptio ſumitur; quod res pro tali fuerit iam
conceſſa. Ita poſt Baldum. & alios tradit Dec. in d. l. ſi certis
annis. nu. 15. latè ſcripſi ſupra in præſump. cviij.

68 Extenditur ſecundò, vt hic caſus locũ habeat † etiam in fi-
ſco. Ita Iaſ. in d. l. ſi cert. ann. n. 14. ver. & per hoc. C. de pact.
& ibidẽ Dec. nu. 13. Et accedit Floria. in d. l. cum de in rem
verſo. nu. 5. qui poſt Butrigarium dixit. quod ſi quis alleget
ſibi conceſſum fuiſſe pedagium à principe, & ad tituli pro-
bationem allegat diuturnam exactionem; ſufficit. Idem ſcri-
pſit Sali. ibidem. q. vij. Et probatis tex. d. l. cum de in rem
verſo. in fine.

69 Et præterea accedit, quod fiſcus † à patre procedit cum
quouis priuato, cum iure communi vtatur, niſi in caſibus ex-
preſſis à iure, vt ſcribit gloſſ. in l. item veniunt. §. in priuato-
rum. ff. de petitio. hæred. & in ſpecie Salicetus in d. l. cum de
in rem verſo. nu. 2. & ſcripſi ſuprà in lib. ij. pręſump. lxxij. nu.
3. & nouè tradit Doctiſſimus M. Antonius Peregrinus Pata-
uinus in tracta. de iure & priuilegio fiſci. lib. vj. tit. j. num. 1.
Cum ergo in ſpecie noſtra non reperiatur fiſcus priuilegia-
tus, ſequitur dicendum, eum contineri ſub hac generali le-
gis diſpoſitione, & præſumptione.

70 Extenditur tertiò, vt locum habeat etiam in † ruſtico, &
muliere. Ita Pileus antiquus gloſſator in ſuis quæſtionibus.
q. xxj. in fi. Bar. in d. l. cum de in rem verſo. num. 14. ff. de vſu-
ris, & in l. litibus. C. de agricol. & cenſ. libr. xj. Baldus in l. ſi
certis annis. col. pen. C. de pactis. Caſtren. in conſi. In cauſa
ſpectabilium virorum. nu. 3. lib. ij. Alex. in conſil. cxxiiij. nu.
2. lib. iiij. Iaſon in §. præiudiciales. nu. 56. inſti. de actio. & in
d. l. ſi certis annis. nume. 6. verſi. tertiò extende. C. de pactis
& ibidem Decius. Idem affirmarunt Franc. Balbus in tract.
de præſcriptio. in tertia parte principali. q. x. verſic. & an illa
lex. Moder. Pariſien. in tracta. de vſuris. q. xx. nume. 207. &
Didacus in cap. ſi poſſeſſor. in ſecunda parte. §. iiij. nume. 2.
verſi. tertiò probatur. de regul. iur. in vj. qui teſtatur com-
munem eſſe opinionem. Et ij moti ſunt tex. l. litibus. C. de
agricol. & cenſitis. lib. xj. qui de colonis, & agricolis ſic ſta-
tuit, vt ſupra commemoraui Imperatoris verba.

Verùm à prædictis diſſentiunt Cynus in d. l. ſi certis an-
nis. q. v. Specul. in titul. de reſtitu. ſpolia. §. nunc dicendum.
verſi. quid dices. Baldus in l. ſolent. §. j. ff. de officio Proconſ.
& lega. & in c. j. §. ij. quid ſit inueſt. Roman. in l. qui in alie-
na. in prin. ff. de acq. hæred. Guido Papæ. q. ccccvij. Alexan.
in conſi. 50. in fin. libr. v. Barba. in conſi. viij. colum. xij. nu...
lib. ij. Socin. Sen. in conſi. cxlv. colum. ij. num.. lib. j. Ripa in
tract. de peſte. in titu. de remediis præſeruat. contra peſtem.
num. 243.

Extenditur quartò, vt locum habeat, etiam ſi is, qui per
71 decennium † præſtitit, per aliud decennium deſiit præſtare.
Nam adhuc cenſetur obligatus in futurum præſtare. Ita Sa-
licetus in d. l. cum de in rem verſo. nu. 12. ff. de vſuris. Eſt ra-
tio, quia elapſo illo primo decennio, acquiſitum fuit ius ei,
cui facta fuit præſtatio: quod ſanè ius non tollitur, & ſi is de-
ſiit præſtare, ex quo abeſt titulus, & eſt actus priuatiuus, non
autem poſitiuus, qui nihil inducit, vt diximus ſuprà.

Declaratur primò hic caſus, vt locum habeat, quando
72 † titulus ipſe, ſicque obligatio, & cauſa allegatur: ſecus ſi nõ
allegatur. Nam neceſſe habet, qui titulo hoc fulciri vult, vt
illum deducat, & alleget. Ita in ſpecie tradunt Baldus in d. l.
ſi certis annis. C. de pactis. & ibidem Iaſon col. vlti. verſicul.
quartò limita. & ibidem Iacobinus. numer. 22. in fin. & alios
commemoraui ſupra libro j. quæſtio. 48. numer. 20. Et hæc

quidem allegatio atque deductio fieri debet in libello. Iaſon in d.l.ſi certis annis colum. pen.verſi. ſecundò limita. & ſcripſi in d.libr.j.q.liij.Et prætereà accedit:quod ſpecifica, & clara eſſe debet hæc allegatio. Ita Franc.Balbus in tracta. de præſcriptio. in prima particula tertiæ partis principalis. q.x.nu.19.

Idem decidit Guido Papæ in q. ccccviij.quem ſecutus eſt Graue.in conſi.ccxxvj. num.3.qui ſcripſerunt, eſſe allegandam cauſam ſeu titulum in ſpecie, idoneum, & ſufficientem: Et huc facit quod ſcripſit Gomeſ. in regula Cancellariç de triennali poſſeſſo.q.xxvj.col.antepen. verſ.Eſt tamen ſuper hoc,cum dixit,præſumptũ illum titulum qui ex triennali poſſeſſione oriri dicitur, eſſe in ſpecie allegandum.

Et deduci ac probari debet, quod illæ præſtationes
73 † annuatim factæ fuerint ſpecificè factæ ob hãc cauſam. Ita Salycetus in d.l.ſi certis annis. colum.pen.verſi.quæro dixi. C. de pactis, & in l. cum de in rem verſo. nume.6.ff.de vſuris.Alexan.in conſi. cxiij. num.2.lib.j.Ruinus in conſil. lxj. num.11.& in conſi.lxxv.nume.5.libr.j. & Craue. in tractat. de antiquita.tempo.in ſecunda particula quartæ partis princip. num. 55. & latius explicat Balbus in tracta. de præſcriptionibus. in prima particula tertiæ partis principalis. q. x. num.22. Et huius quidem traditionis,ea eſt præcipua ratio, quia niſi allegetur in ſpecie præſtationes fuiſſe factas ob cauſam illam,ſequeretur quod aliam ob cauſam poſſent eſſe factæ:atque ita allegatio,& probatio non concluderet,quia eſſet dubia,iuxtà.l.neque natales.C.de proba.

Declaratur ſecundò, quod licet ex hac præſtatione
74 † decẽnali pręſumatur iuſtus titulus iuſtaque ipſa cauſa allegata præſtationis: attamen cum hæc ſit ſola præſumptio iuris, vt ſenſit Bartol. in d.l. cum de in rem verſo. ff. de vſuris, & manifeſtius Galliaula in l. j. in princip. numero 30. ff. de verbo. obliga. & ibidem Socin. Iunior. nume. 40. & Albertus Bologuetus in Rub. ff. eo. de verbor.oblig. cap. xxix.nume.4.ob id contrarium probari poterit, quod ſcilicet præſtationes ea de cauſa, ſolutæ non fuerint. Ita tradunt Cynus in d.l.ſi certis annis.q.x.C.de pactis,& ibidem Iaſon colum.vlt.verſi. tertiò limita. Decius. nume.15. verſicul.& iſta concluſio. Idem ſenſit Baldus in l. cum falſa. numero 5. C.de iuris & facti igno. Idem affirmant Alex in conſil.cxiij. num.4.lib.j.Felinus in cap.ſicut.num.30.de re iudicata,Balbus in tract.de præſcri. in prima particula tertiæ partis principalis.q.x.num.24.verſic. tertio limita. Vaſquius in tracta. controuerſiarum illuſtrium.cap.lxxxiiij.nu. 41. & Didacus in cap.poſſeſſor,in ſecunda parte.§.iiij.nume.2.verſi.ſecundo. ab eadem. de regulis iuris in vj. Et huc etiam pertinet quod docuit Decius in l. j.in tertia lectura.nu.79.C.qui ad-
75 mitti; cùm poſt Caſtrenſem dixit, à præſumptione, † quæ inſurgit curſu temporis recedi, quando conſtat de veritate in contrarium,vt ſi conſtat de ipſo titulo inualido. Idem reſpondit Ruinus in conſi. clvj. num.16.lib.j.

His declaratur regula cancellariæ,de triennali poſſeſſore, quæ dum tuetur eum, qui poſſedit beneficium per triennium,pro eo præſumitur,quod iuſtè poſſideat:attamen contrarium probari poteſt. Ita Decius in d.l.ſi certis annis.nu. 16. C. de pactis poſt Felinum in capit. cum Bartoldus,de re iud. Addo eundem Felin. in capitul.ſicut. numero 31. de re iud. & Caſſiodorum in commentariis ad regulas cancellariæ.q.viij.

Declaratur tertiò, vt locum non habeat hic caſus,
76 † quando contra eum, qui decennalem præſtationem recepit, repugnat aliqua legis diſpoſitio. Nam tunc titulus, & cauſa præſtationis ab eo allegata, non præſumitur vera ſolo curſu decennali. Ita Bartol. in d.l. cum de in rem verſo. numero ſeptimo. verſicul. aut ius commune reſiſtit, & cum eo ſenſerunt alij, quos ſtatim referam. Affertur primum exemplum, vt ſi laico per decennium præſtitæ fuerunt decimæ eccleſiaſticæ, vel quid ſimile ad eccleſiam pertinens, cuius capax non eſt regulariter ipſe laicus. Et ſi enim dictum fuit, eam præſtationem fieri cauſa emphyteuſis, vel alia de cauſa: attamen cauſa illa non præſumitur vera, & iuſta, & per ſolam ipſam decennalem præſtationem. Ita Cynus in d. l. ſi certis annis. q. pen. C. de pactis, & ibidem Iaſon column. vltim. verſic. ſeptimò limita, & Decius. nume.17.qui alios plures commemorant. Idem ſcripſit Didacus in libro j.varia.reſolutio.cap.xvij.nu.6.in fin.

Et prædicta comprobantur traditione Crauettæ,in tract. de antiq. tempor. in ſecunda particula quartæ partis principalis. numero 52. quem commemoraui ſuprà, in prima extenſione ſecundi capitis. Scribit eo in loco Crauetta aduerſus Alex. Felinum, & Curtium Iuniorem, quod quando
77 lex reſiſtit, vt laico † ne poſſideat decimas eccleſiaſticas, vel beneficiorum collationem, nec præſtationem quidem immemorialem ſufficere, nec allegari illam poſſe, vt laicus in futurum ea conſequi poſſit. Non hîc repeto iam dicta.

78 Secundum eſt exemplum, in Epiſcopo, † qui aſſerit habere ius percipiendi decimas in diœceſi alterius Epiſcopi, ob id, quod diu percepit. Hoc enim non ſufficit. Ita poſt alios Didacus in d.lib.j.varia. reſolutio. capit. xvij. num. 7. & in ſpecie noſtra Balbus in tract. de præſcri. in prima particula tertiæ partis principalis.quæſt.x.nu.9.

79 Tertium eſt exemplum quando quis allegat † titulum, cui præſumptio ipſa iuris repugnat, vt puta titulum donationis. Nam is titulus verus, & iuſtus non præſumitur, ſola decennali præſtatione, vt in poſterum is, qui præſtitit, ſoluere & præſtare cogatur. Ita glo. in l. ſolent. §. vltim. ff. de offic.Proconſ. & lega. quam ſic intellexerunt Baldus in l. vltim. C. ne de ſtatu defuncti. Salycetus in l. ſi certis annis. q.v.C.de pactis, & ibidem Iaſon colum. vlt. verſi. duodecimò limita. Modernus Pariſienſ.in commentariis ad conſuetud. Pariſienſ. titul.j.§.vij.num.20. Hinc docuit ad rem noſtram Bartol. in d.l. cum de in rem verſo. nume. 14.quod ſi
80 ruſticus † ſine cauſa, & titulo, præſtitit nobili per decennium Capones, non inducitur obligatio reſpectu futuri temporis:quia etſi ruſticus præſumatur in præteritũ donaſſe: non tamen idem præſumitur quoad futurum ſe obligaſſe ad donandum. Et Bartolum ſecuti ſunt Floria. in d. l. cum de in rem verſo.nume. 11. & ibidem Salicetus.nume. 11.& alij, quos retuli in libro ij. de arbitra. iudicum. caſu clx.numero 17.

Hoc tamen exemplum improbauit Decius in d. l. ſi certis annis.num. 18.C.de pact.poſt Salycetum in l.filiæ.C.familiæ erciſcun.

Quartum adduci poteſt exemplum, quando quis alle-
81 garet titulum, qui à lege habetur † pro non titulo, vt ſi quis diceret, ſe diu fuiſſe hoſpitatum in alicuius domo, & propterea velle in poſterum ab illo ſuſcipi. Non enim titulus iſte infert obligationem in poſterum. Nam quod fuerit hoſpitatus, non præſumitur titulo,& cauſa obligationis:ſed familiaritatis, & amicitiæ: ſicuti tradunt Floria.in d.l.cum de in rem verſo. numero 11. verſicul. idem dicit, Lucas de Penna in l.iij. in præſump.lxxx.C. de apochis publ. libro x. & Ripa in cap. cum eccleſia Sutrina.nume.68.de cauſa poſſeſſ. & propria. Huc pertinet quæſtio diſputata à Pileo in q. lxxxiiij.in fin. Cum diffinit præſtitum ab Abbate, & mona-
82 ſterio † hoſpitalitatis cauſa, non inferre obligationem in poſterum. Hæc tamen declaratio locum non habet,fauore
83 † piæ cauſæ, cui cenſetur in futurum obligatus, qui diu ſua liberalitate aliquid præſtitit. Ita poſt alios Marſilius in ſing.cxcij.

Declaratur quartò, vt procedat hæc præſumptio,quando ſingulis ipſis annis facta fuit hæc ipſa præſtatio: Secus ſi
84 ſemel tantùm, pro omnibus † ipſis decem annis. Non enim hæc vna ſola pro multis annis inducit præſumptionem tituli, & iuſtæ cauſæ. Ita Cynus in d.l.ſi certis annis.quęſt.vj. C. de pactis, & ibidem Iaſon colum. vltim. verſicu.octauo. limita,& Decius.nu 11.& 12.Balbus in tracta.de præſcript. in tertia parte. q. x. num. 26. verſic. quinto limita: confert quod tradit Bartol.in d.l.cum de in rem verſo.nume.8.quod
85 vnica præſtatio † vſurarum, non ſufficit ad præſumendam obligationem pro futuro tempore. Idem ſenſit ibidem Salycetus.num. 12. & traditionem hanc probat.d.l.cum de in rem verſo,ſicuti explicauimus ſupra. Huc etiam facit, quod diximus ſuprà in primo capite, in quarta declaratione tertij caſus,poſt Ioan.Fabri,Iaſonem,& alios,quod vna præſtatio facta pro tribus annis, non ſufficit,vt titulus fauorabilis inualidus tamen,conualidetur.

Declaratur quintò, vt locum habeat, quando hic alle-
86 gans titulum,& cauſam præſtationis,† probat verè,& clarè, præſtationes



præſtationes illas fuiſſe factas per decennium:ſecus ſi probaret præſumptiuè tantùm:vt puta quod præſtatio fuerit facta tribus vltimis annis. Nam etſi is,qui ſoluit tribus illis vltimis annis,præſumitur ſoluiſſe etiam aliis annis antecedentibus,iuxtà.l.quicunque.C.de apochis publ.lib.x.& dicemus infra in præſumpt... Attamen noſtro in caſu non ſufficit hæc probatio. Ita Butrius in cap.literæ. de dilatio. quem ſecuti ſunt Iaſon in d.l.ſi certis annis.column. vltim. verſicul.nono limita.C.de pactis.Tiraquellus in Tractat. de præſcript.§.j.glo.v.in ſi.& Vaſquius in Tract.controuerſiarum illuſtrium.c.lviij.nu.11. qui referunt Caſtrenſem diſſentire. Huc pertinet,quod reſpondit Ruin.in conſil. xxix. numer. 4. lib. iiij. cum dixit, quando conſtat verè de actu,
87 tunc † curſu decennij præſumitur ſolennitas, quæ verſatur circa ipſum actum:ſecus verò ſi de ipſo actu ſolum conſtat præſumptiue,& dicemus in ſubſequenti præſumptione, in octaua declaratione tertij caſus.

Declaratur ſextò, vt procedat hæc præſumptio, quando
88 † præſtationes fuerũt vniformes:ſecus ſi difformes.Ita Dein d.l.ſi certis annis.colum.vlti.verſic. item in d.l.cum de in rem verſo.C.de pactis.& Balbus in Tracta.de præſcription. prima particula tertiæ partis principalis.quæſt.decima.numero 23.

89 Declaratur ſeptimò,vt locum non habeat fauore † minorum.Ita Alex.in conſi.xciiij.nu.6.lib.vij.Corneus in conſi. xcviij.nume.3.lib.j.Et comprobatur ex his,quę dicemus in ſubſequenti præſumptione, vbi explicabimus, quando ſolennitas præſumatur curſu temporis.

Secundus eſt caſus huius tertij capitis, quando ſcilicet agitur de obligãdo aliquem ad ius perſonale,vt puta ſubiectionis, & vaſallagij, vt puta, ſi quis ſeruiuit alicui, tam-
90 quam vaſallus.Hoc caſu titulus,& cauſa præſtationis † non præſumitur, niſi curſu triginta annorum. Ita Bartol. in dicta l.ſolent.in fin.ff.de officio Proconſ.& legati,& in l.cum de in rem verſo,prope finem.ff.de vſuris, & in l. litibus. C. de agricol.& cenſ.lib.xj.Baldus in l.ſi certis annis. col. vlt. C.de pactis, & ibidem Iaſon.co.vlt.verſ.ſextò limita, alios recenſent,& probant Iacobinus in dict.l.ſi certis annis.nume.22.verſicu.item limitabitis.& Balbus in Tracta.de præſcriptionibus.in prima particula tertiæ partis principalis. nu.34.Didacus in cap. poſſeſſor,parte ſecunda.§.iiij. nu. 5. de regulis iuris in vj.& Vaſquius in Tract. controuerſiarum illuſtrium.cap.lxxxiiij.numero 21.qui affirmant hoc multò magis locum habere,quando adeſt curſus temporis immemorialis.

Tertius eſt caſus, quando agitur de præiudicio tertij,
91 tunc titulus,& cauſa præſtationis † non præſumitur,niſi curſu viginti annorum.Ita in ſpecie limitat Iaſon in l. ſi certis annis.nu.15.verſi.quintò limita. C. de pactis, & ibidem Iacobinus nume.22.verſi.limitabis tamen.c.peruenit.col.vj. de cenſibus.Alex.in conſi.1.nu.20.& in conſ.xvij.nu.8.lib. iiij.& in conſi.clxxix.colu. pen. lib. vj.idem in l.ſciendum. numero 12.de verb.obligat.Qui quidem de ſolennitate extrinſeca,non præſumenda in præiudicium tertij, loquuntur. Qua de re diſſeremus infra in ſubſequenti præſumptione in tertio caſu.

Quartum eſt huius diſputationis caput,quando quis agit contra eum,qui nihil fecit:ſed paſſus eſt tantummodò aliquid in ſuo fieri: atque ita quando agitur contra patientem, & allegatur titulus ſeu cauſa illius patientiæ; ad cuius quidem tituli probationem, adducitur curſus temporis. Hoc caput deſumpſi ex Bartol. in d. l.cum de in rem verſo. columna tertia,numero 7.verſi.aut contra patientem. ff. de vſuris. Et hoc in capite diſtinguo atque conſtituo aliquot caſus.

Primus eſt,quando agitur de præſumendo titulo, & cau-
29 ſa ad † commodum patientis. Hoc ſane in caſu,ſolo curſu decennij præſumitur titulus iuſtus.Ita Bartol.in dicta lege cum de in rem verſo.nu.7.verſi.aut contra patientem,& ibidem Floria.nu.decimo.Fulgo.numero ſeptimo.Iaſon in l.ſi certis annis.nume.7.C.de pactis.& Balbus in Tract.de præſcriptio.in prima particula tertiæ partis principalis.q.x. numero 10.

Et hanc ſententiam,præcitati Doctores fulciunt tex. l. ſi filius.C.de petitio.hæred.vbi ſi filius diu poſſedit hæreditatem ſibi delatam, præſumitur additio,atque ita legitimis titulus.

Verum Salicetus in d.l.cum de in rem verſo.numero nono,verſi.& hoc primò;ſcribit,d.l.ſi filius,non loqui de ſubſtantia obligationis,ſed de quadam præambula ſolennitate, quæ facilè præſumitur.Qua de re diſſeremus in ſubſequenti præſumptione,vbi etiam explicabimus text.l.qui in aliena.ff.de acq.hæred.

Secundus eſt caſus,quando agitur de præſumendo titulo
93 obligatorio,contra hunc patientem;de cuius † leui incommodo modicoque præiudicio tractatur.Hoc caſu præſumitur titulus iuſtus,probata decennali patientia. Ita Bartol. in dicta l.cum de in rem verſo.numero 7. verſicul. aut in ipſius incommodum,& ibidem Fulgo.nume. 5. & numero ſeptimo.Caſtren.in l.ſeruitutes.ff.de ſeruit.vbi etiam Florianus.Alexand.in l.ſi certis annis.colum.penultima.C. de pactis,& idem in conſilio quinquageſimo,colum.vlt.lib.iij. & in conſi.duodecimo,nu.7.lib.iiij.Felynus in capit.de quarta.num.25.& in cap.cauſam.num.18. de præſcription. Decius in l.j.in tertia lectura.nume. 78. C.qui admitti.& prius Baldus ibidem.nume.38.& Balbus in Tract.de præſcriptio. prima particula tertiæ partis principalis.q. x. numero 7. & 12. qui teſtatur eſſe communem opinionem, ſic & Boer. in quæſt.xlij.numero quinto. Et horum traditio fulcitur.l.qui in aliena.verſicul.ſed ſi non adierit.ff.de acquiren. hæredit. Eſt enim modicum præiudicium, quod hæreditas delata filio acquiratur patri,ob ſpem quam filius habet futuræ ſucceſſionis.l.cum oportet.§. cum autem. C. de bonis, quæ liberis. Et econtra modicum præiudicium ſit patri, ſi vſuſfructus ſibi delatus acquiritur filio,ob votum parentum erga filios.Et propterea ſi pater, patiente diu filio ideſt, decem annos, vt exponunt præcitati Doctores poſſedit, additio atque ita titulus præſumitur contra ipſum filium. Et in caſu dictæ legis, qui in aliena, præſumptio eſt, non autem fictio, vt rectè declarantur Decius præcitato in loco.

Secundò affertur text. l. ſeruitutes.la granda.ff.de ſeruit. vbi patientia diuturna,hoc eſt,decennali præſumitur ſeruitus iuſto titulo acquiſita aduerſus eum,qui paſſus eſt alterũ ire per fundum ſuum.Ea creditur ratio,quia de modico patientis præiudicio agitur, & idem probat.l.ſi quis diuturno. ff.ſi ſeruit. vend. ¶ Tertiò confert.l.j. C.de patria poteſt. de qua diximus ſupra.

Quartò adducitur gloſſ.communiter recepta in l.penul. C.communi diuid.Cùm dixit, curſu decennali, præſumi titulum diuiſionis bonorum inter fratres,qui paſſi ſunt inuicem poſſidere bona hæreditaria ſeparatim. Et hoc ea ratione,quia agitur de modico præiudicio, vt inquit Bartol. in d.l.cum de in rem verſo.numero 5.& ibidem Florianus numero 11.verſicu.adde & aliam, & diximus ſupra hoc libro in præſumpt.lx.

Et hæc quidem communis eſt, & retinenda opinio, etſi diſſentiant Cynus,Baldus,& Angelus in l.ſi certis annis. C. de pactis,Baldus in l.cum de in rem verſo in lectura antiqua de vſuris.Alex.in conſ.clxxix.nu.6.lib.vj. & Ferandus Vaſquius in commentariis controuerſiarum illuſtrium.ca.lviij. nu.12.& nu.13.

Tertius eſt caſus, quando agitur de præſumendo titulo
94 obligatorio contra patientem,de cuius magno † præiudicio tractatur.Hoc caſu ſola patientia decennali, non præſumitur titulus iſte iuſtus, & legitimus. Ita Barto. in d.l.cum de in rem verſo. nume.7. verſi.ſi verò tractatur de magno. ff. de vſuris. Idem in ſua diſputatione ſeu.q.vij.Mulier habens colum.pen.verſicul.aut loquimur in caſibus. Et Bartolum ſecuti ſunt Bald.in l.pen.nu.4.C.communi diuid.in l.ſolennibus.numero 3.C.de rei vend.& in l.j.nume.38.C. qui admitti.& ibidem Decius in tertia lectura.num.78. in fi. Alexan.in conſi.clxxix.nu.6.lib.vj.Ruin.rub.ff.ſoluto matrim. nu.196.& Balbus in dict.tract.de præſcriptio.in tertia parte.q.x.nu.7.verſ.aut verò & tertiò.Vaſquius in commentariis controuerſiarum illuſtrium.capi.lviij. nume.13.Exemplum huius caſus afferi poteſt ſecundũ Baldum in d.l.ſolennibus.nu.3.Quidam poſſidẽs rem meam,pro qua me ſciente, &

te & patiente per decennium præſtitit cenſum. Hæc mea patientia non facit, vt præſumatur titulus cenſuarius, pro ipſo poſſidente. Eſt aliud exemplum, quod commemorauimus ſupra hoc libro in præſum.viij.n.35. Ea ratione ij moti ſunt, quòd non ſufficit hoc caſu titulus præſumptus: ſed requiritur titulus verus, & poſſeſſio vera, vel titulus putatiuus cauſatus iuſto errore. l.Celſus.ff.de vſucap.& l. nullo. C. de rei vendic. Et accedit text. l.quam Tuberonis. §. alia cauſa. primo reſponſo.ff.de peculio, vbi ſola patientia non præſumitur conceſſa adminiſtratio. Et cõfert, quod vbi nulla præcedit cauſa, titulus præſumptio formari non poteſt: cum illa ab aliquibus circumſtantiis, & coniecturis deducitur: vt in ſpecie docuit Bald.in d.l.pen.num. 4.C.communi diuid.& idem ſenſit ipſe Bald.in l.licet.nu. 2. verſ. aut patientia non habet.C.de iure delib.

95 Declaratur, primò vt non habeat locum, qñ†is vſus eſt re illa, cauſa ſeruitutis ſibi debitæ. Ita Caſtr.in l. ſeruitutes. in fi.ff.de ſeruit. Salicetus in l.ſi certis annis.in fi.& ibidem Alex.in fi.C.de pactis, idem Alex.in conſ.cviij. ad finem. lib. ij.& Balbus in d.tract.de antiq.temp.in prima particula tertiæ partis principalis.quæſt.x.nu.8.

Declaratur ſecundò, vt procedat hic caſus, in patientia
96 decennali: ſecus verò†in patientia longiſſimi temporis. Ita Imola in c.peruenit.col.iij. de cenſib. Alex. in l. ſciendum. col.iiij.de verb.oblig. Curtius Sen.in conſ.lxxvj.ſuper motiuis.col.ij.& Balbus in d.q.x.num.27.verſ.hanc concluſionem. Idem ſenſit Crau.in tract.de antiq.temp. in tertia parte principali.in prin.nu.23.

Ita & multò magis in patientia, cuius initij memoria non eſt in contrarium, vt tradit Fely.in c.ex officij.col.v.in quarta limitatione.de præſcript. qui ſcribit hoc caſu allegandum eſſe titulum: qui deinde probatur curſu ipſo immemoriali. Verùm à Felino rectè diſſentit Crauett.in tractat.de antiq. temporum.in ſecunda particula quartæ partis principalis. numero 58.

97 Quartus eſt caſus: quando agitur de præſumendo†titulo liberatorio, à lucro odioſo contra patientientem, de cuius magno præiudicio tractatur. Hoc caſu titulus iſte liberatorius, præſumitur decennali patientia. Exempli gratia, quando maritus per decennium diſtulit petere alimenta, atq; ita intereſſe dotis ſibi non numeratæ. Hæc ſanè patientia decennalis, præſumi facit titulum liberatorium à lucro hoc intereſſe odioſo, contra maritum. Ita Barto.in d.l.cum de in rem verſo.num.7.ver.ſi verò tractatur de præſumendo.ff.de vſuris, quem ſecuti ſunt multi à me congeſti ſupra hoc libro in præſum.xxv.nume. 2. vbi hanc opinionem aduerſus alios multos probaui.

Quintus eſt caſus, quando agitur de præſumendo titulo
98 liberatorio, à lucro†fauorabili contra patientem, de cuius magno præiudicio agitur. Hoc in caſu non præſumitur longi temporis curſu titulus ex ſola ipſa patientia. Ita Barto.in d.l.cum de in rem verſo.nu.7.verſ. aut de liberatione lucri. ff.de vſuris. Et Bartolum ſecutus eſt Fulgoſ.ibidem.nu. 7.& Balbus in dict.tractat. de præſcriptio.in prima parte tertiæ partis principalis.quæſt.x.nu.12.verſic.iij.limitatur, qui inquit, diuerſum eſſe, quando cum ipſa decennali patientia, alia concurrunt.

99 Sextus eſt & vltimus caſus†in beneficialibus. Hoc enim in caſu non ſufficit decennalis patientia, ad præſumendum aliquem titulum. Sed plura requiruntur, quæ explicat poſt alios Gomeſ.in regula Cancellariæ de triennali poſſeſſore. q.xxvj.col.vij.ver.ſecundus caſus, vbi ad rem alia, ſcriptum reliquit.

## PRAESVMP. CXXXII.

Solennitas intrinſeca, & extrinſeca, quando & quomodo, vel temporis curſu, vel alia ex cauſa præſumatur, in contractibus, aliisque actibus inter viuos, diligens explanatio.

### SVMMARIVM.

*1 Solennitatum alia intrinſeca eſt, alia extrinſeca.*
*2 Solennitas intrinſeca quid ſecundum Bar.& alios.*
*3 Solennitas extrinſeca quid.*
*4 Solennitas obligationis intrinſeca, præſumitur.*
*5 Fideiuſſio ſine ſtipulatione non conſiſtit.*
*6 Videtur, verbum præſumptionem ſignificare.*
*7 Inueſtitura includit præſentiam.*
*8 Iuraſſe qui dicitur, præſumitur ſeruatis ſolennitatibus.*
*9 Monachum qui ſe aſſerit præſumitur eſſe iuſtæ ætatis.*
*10 Notarius aſſerens ſcripturam ſuam authenticam eſſe, de ea rogatus præſumitur.*
*11 Solennitas intrinſeca adhibita præſumitur, iis etiam in contractibus, qui ſolum iure ſpeciali ſuſtineri poſſunt.*
*12 Dotis incertæ promiſſio, ſpeciali quodam iure valet, & mediante ſtipulatione facta præſumitur.*
*13 Actus vt ſit firmior, interpretatio in dubio ſumitur.*
*14 Solennitas obligationis intrinſeca præſumitur, etſi verba ad tempus præteritum referantur.*
*Idque non ſolum in actu principaliter geſto, ſed etiam in actu enunciato.nume.15.*
*Item & in præſumptione materiali.nu.17.*
*Nec refert vtrum præſumptio hæc allegetur.nu.20.*
*Fallit vbi contrariæ probationes extant, vel efficacior aliqua præſumptio.nu.21.*
*Aut verbum aptum ſignificare ſolennitatem, naturæ actus repugnet. nume.24.*
*Vel probetur teſtibus.nu.25.*
*Item & eo caſu, quo lex requirit, vt ſolennitas intrinſeca probetur, non enim tunc præſumptio ſufficit, ſed teſtes aut ſcriptura eſt neceſſaria.nu.26.*
*Vel quando lex requirit actum cum certa ſolennitate fieri in ſcriptis, ad finem probandi.nu.27.*
*16 Inſtrumenti exequutione contra fideiuſſorem petita, iuxta diſpoſitionem ſtatuti, inſtrumentum debiti principalis, producere non eſt neceſſe.*
*18 Emptionis contractus ſine precio non conſiſtit.*
*19 Affirmans aliquid, dicitur affirmare omnia præcedentia, ſine quib. actus non conſiſtit.*
*22 Inſtrumenti contra tenorem alia probatio, non admittitur, quam per aliam ſcripturam.*
*23 Solennitatis contra præſumptionem, non ſufficit probatio per teſtes.*
*28 Solennitas extrinſeca adhibita non præſumitur, etſi in actu expreſſa ſit, nullo temporis curſu extante, iſque qui aſſerit, in poſſeſſione ipſius actus ſit.*
*Idque locum habet, etiamſi extrema probata eſſent, non tamen præſumuntur media extrinſeca.nu.31.*
*Similiter etiam in ſolennitate, quæ communiter conſueuit interponi, nume.32.*
*Fallit tamen, ſi in actu enunciata fuit, & veroſimiliter tunc adhiberi potuit.nu.33.*
*Idem ſi huic ſolennitati non enunciatæ, partes potuerint renunciare. nume.34.*
*Vel ſi is contra quem allegatur, nil opponat.nu.35.*
*Aut illa enunciata ſit, à viro ſummæ fidei, & probitatis.nu.36.*
*Si præſertim de modico præiudicio ageretur.nu.38.*
*Idem ſi aduerſarius qui conuenitur, contractum neget, & de mendacio fuerit conuictus.nu.39.*
*Aut iuramentum ſit in ipſo contractu adhibitum, omnia ſolenniter acta eſſe.nume.40.*
*Vel agatur de ſolennitate tacita quæ in expreſſa includitur.nu.41.*
*Item vbi ex aliqua clauſula contractus, poteſt colligi ſolennitas totius. nume.43.*
*Fallit etiam in actus confirmato, qui ſolennis præſumitur.nu.44.*
*29 Perſona extrinſeca non præſumitur.*
*30 Solennitas extrinſeca eſt quid facti.*
*37 Ordinatus ad ſacerdotium præſumitur ſolenniter promotus, quando ordinarius eſt vir ſpectabilis, & magnæ probitatis.*
*42 Ordines minores ſub maioribus includuntur.*
*45 Solennitate extrinſeca in ipſo actu non enunciata, eam tamen allegante, in poſſeſſione ipſius actus exiſtente, decem annorum curſu, inter quos præſumatur.*
*46 Clericus per decennium in pacifica poſſeſſione beneficij conſiſtens, cur præſumatur ſolenniter promotus & ordinatus.nu.47.*
*48 Emphyteuticam rem, tamquam emptam conſenſu domini, decem annorum curſu poſſidens, cõtra dominũ negantem, ſolennitatis, & conſenſus*



*ſenſus adhibiti, præſumptionem habet.*
*49 Vnionis duarum eccleſiarum, ſolennitatem præſumi curſu decennali exiſtente in poſſeſſione, eo, qui vnionem allegat, contra prælatum negantem, eamque ſolenniter factam.*
*50 Cenſus reſeruationem, factam à patrono Eccleſiæ, vel capellæ, præſumi factam ſolenniter, concurrente cum ipſa quaſi poſſeſſione, longo tempore.*
*51 Eccleſiæ vel capellæ in conſtructione, præſumi adhibitum Epiſcopi conſenſum, ſi in ea per decennium diuina celebrata fuerint.*
*52 Immunitas à principe ſolenniter conceſſa præſumitur, exiſtente eo qui ſe immunem gerit, in decennali quaſi poſſeſſione.*
*53 Immunitate, & exemptione conceſſa ab Epiſcopo, curſu decennij pontificis confirmatio adhibita præſumitur.*
*54 Solennitas extrinſeca non enunciata in ipſo contractu, ſi de re modica, & leui præiudicio contentio ſit, decennij curſu illa præſumitur, abſque vlla poſſeſſione vel quaſi.*
*Et quid ſi de magno præiudicio agatur inter contrahentes, vel eorum ſucceſſores. vbi recitantur opiniones.nu.55.56 & ſeq.*
*61 Solennitate extrinſeca, in ipſo actu non enunciata, eam tamen allegante, in poſſeſſione exiſtente, quanto temporis curſu præſumatur.*
*Recenſentur opiniones.nu.62.64.65.& 66.*
*63 Ius tertij, lex tollit difficilius, quam ipſiuſmet contrahentis.*
*67 Solennitatem extrinſecam concurrente poſſeſſione præſumi, per lapſum decennij quando non procedat.nu.70.cum multis ſeq.*
*68 Facto proprio difficilius contrauenire quis poteſt, quam alieno.*
*69 Præſumptio iuris, & de iure probationem in contrarium admittit, confeſſione eius pro quo ipſa extat.*
*71 Licentia ſummi pontificis in alienatione bonorum Eccleſiæ, neque xxx. annorum curſu præſumitur.*
*73 Diſpenſatio, quia eſt contra ius cõmune, curſu temporis an præſumatur. Et quid in antiquis.nu.75.*
*74 Iuramentum ſuppletiuum defertur, quando pro eo qui iurare velit, extat præſumptio.*
*76 Vnione in beneficiorum, requiſitam ſolennitatem, curſu temporis adhibitam præſumi.*
*82 Præſumptiones duas in eodem actu concurrere, à iure non conceditur.*
*84 Præſumptio vt cedit veritati, ita efficaciori etiam præſumptioni.*
*85 Præſumptio orta à diuturnitate temporis, admittit probationem in contrarium.*
*88 Emphyteuſis probari quidem per ſcripturam debet, diuturnitate temporis tamen interueniſſe, ſatis probatur.*
*89 Vnione Eccleſiarum, & ordinum collatione, temporis ob diuturnitatem, ſcriptura præſumitur interueniſſe.*
*94 Agere non valenti, nulla currit præſcriptio.*

DE titulo.& cauſa, hoc eſt de ſubſtãtia obligationis, diſſeruimus ſuperiore præſumptione, nunc de ſolennitate, nempe de quadam ipſius obligationis qualitate agendum eſt. Diſtinguunt interpretes, vno ore omnes in l.ſciendum.ff.de verbor. oblig.
1 ſolennitatem † aliam eſſe intrinſecam, aliam verò extrinſecam. Ita ſane Bart.ibi num.2.Alex.nume.12.Iaſon.numero 11.& reliqui omnes; quos infra longa ſerie commemorabimus. Solẽnitatem intrinſecam eſſe, ſcripſit præcitato in lo-
2 co Bart.in tertia oppoſ.quæ † ex natura verborum prolatorum comprehenditur. Et Bart.ſecuti ſunt reliqui, teſte Iaſone. Albericus verò dixit, ſolennitatem intrinſecam eſſe quid facto adhærens, vnde poſito facto ponitur ſolennitas, quæ ineſt de iure ipſi facto. Et ab Alberico non diſſentit Iaſon in dicta l.ſciendum. numero 11. in fine, etſi ipſe aliam deſcriptionem huius ſolennitatis commemoret. Et vno verbo dicamus, ſolennitas hæc intrinſeca ineſt actui, illumque concomitatur legis diſpoſitione ex natura verborum, abſque aliquo hominis facto. Cum enim actus ponitur, ſolennitas ipſa ſignificatur: ſicuti quando dicimus; aliquem fideiuſſiſſe; ſtatim affirmamus ſtipulationis ſolennitatem ineſſe, natura, & ſignificatione verborum, ſecundum legis diſpoſitionem. l.blanditus. C.de fideiuſſo. Et apertius exemplum in ſtipulatione, quæ vbi pronuntiatur, ſtatim dicimus præceſſiſſe interrogationem, & ſubſecutam fuiſſe reſponſionem: Cum ſine illis ſtipulatio dici non poſſit. l. v. §. ſtipulatio.ff.de verb. obligat. alia exempla ſuo loco infra commemorabimus.

Solennitas verò extrinſeca eſt, ſecundum Albericum præcitato in loco, quid facti ſeparati ab eo actu, cui adhibetur: vnde ex vno ad aliud non infertur: & vno poſito, non ponitur aliud. Poſſumus etiam manifeſtius dicere, ſolennitatem
3 †extrinſecam eſſe illam, quæ eſt extra actum ipſum, & actus ipſe ſine ea, in ſe ſtare poteſt: tametſi lex, actum ipſum, vt minus ſolennem, non approbet, ſicuti dicimus in caſu l. quæcumque. §. vltim. ff. de publ. in rem actio. vbi ſi contraxi cum pupillo abſque tutoris auctoritate, & decreto Prætoris, ſicuti lex ipſa requirit, contractus dicitur in eſſe productus, attamen lex ipſa non approbat, immo nullum eſſe decernit, ob illius ſolennitatis defectum. Cum itaque duæ ſint ſolennitatis ſpecies, etſi Ioan. Coraſius, Aemilius Ferretus in d.l.ſciendum.ſcripſerint, commentitiam eſſe hanc Doctorum diſtinctionem, duo etiam hic capita conſtituimus, quorum primum verſabitur circà ſolennitatem intrinſecam præſumendam, ſecundum verò circa extrinſecam.

Primò in capite, de extrinſeca ſolennitate regulam con-
4 ſtituimus; †illa præſumi. Ita Bart.in d.l.ſciend.ĩnu. 2.& Angelus.col.iiij.verſic.ex prædictis.qui regulam ſic eſſe conſtituendam manifeſtè ſcripſerunt. Sic & Aretin. ibidem in ſummario Alexan.& Iaſon.nu.1.& numer. 24.& Felinus in cap.ſicut.nume.37.de ſent.& re iud. Et probat is tex.dict. l. ſciendum, vbi ſi quis ſcripſit, ſe fideiuſſiſſe, videntur omnia ſolenniter acta; hoc eſt, interpoſita ſtipulatio, ſine qua fide-
5 iuſſio, †non conſiſtit. l.v.§.ſatis acceptio.ff.eo.de ver.obl. l. blanditus.C.de fideiuſſo.& §. vltim.in inſt. eod. Illud enim
6 verbum, †videtur, in d.l.ſciendum, ſignificat præſumptionẽ, non autem fictionem: ſicuti ibi omnes intelligunt; & attigimus ſupra lib.j.q.x.nu.3. Etſi Alciatus ibidem.nu. 3. exiſtimauerit, ſignificare interpretationem, quæ tamen verè nil à præſumptione differt, vt poſt Baldum, & alios, ſcripſi ſupra in lib.j.q.xxvij.

Secundo regulam hanc probat text. l. prima.C. de contrah. & committ. ſtipu. cum. l. ſancimus. C. de verborum ſignific. vbi ſi dictum eſt, aliquem cauiſſe, præſumitur adhibita ſtipulatione, quæ eſt intrinſecę eius ſolennitatis, promiſiſſe.

Tertiò in l.iuriſgentium.§.quod fere.ff.de pactis, quo loci idem dicitur de verbo, ſpopondiſſe.

Quartò l.lecta.ff.ſi certum peta.& in §.ſi ſcriptum. in inſtit.de inutil.ſtipula.vbi idem de verbo promiſiſſe. Qua de re ſcripſi ſupra hoc libro in præſum.xlj.& in conſi.cclix.nume.17.lib.iij.

Quintò confert, tex.c.j.de cler.per ſaltum promo.quo loci, aſſerens ſe presbyterum, præſumitur prius factus Diaconus, cum presbyteratus ordo illum includat.

Hinc reſpondit Oldra.in conſi. ccxvij. quod affirmans ſe
7 inueſtitum, præſumitur quod præſens fuerit. Cum †inueſtitura includat præſentiam: & Oldradum ſecuti ſunt Ioan.Andreæ in additio.ad Spec.in tit.de emphytheuſi.§.j.ver.nunc formam.& Alcia.in d.l.ſciendum.nu.8.de ver.oblig.& alios refert ac declarat Brunus.in Tract.de fama, & ſolennitate in tit.de probatione, & præſumptione formæ, & ſolennitatis. col.xij.ver.vij.fallit.

Huc etiam pertinet, quod ſi quis dicit ſe vxorem duxiſſe, omnia feciſſe præſumitur, quæ matrimonio contrahendo ſunt neceſſaria. l.cui fuerit ff.de condit.& demon. vbi Soci. in ſecundo notab. Alciatus in d.l.ſciendum.num.8. Confert
8 etiam, quod ſi ſcriptum eſt, aliquem iuraſſe, †præſumitur id feciſſe ſeruatis ſolennibus; vt reſpondit Alex.in conſil. pen. lib.v.quem retulit & ſecutus eſt Alciatus, in d.l.ſciendum. nu.8.de ver.obl.

9 Accedit quod qui ſe † monachum dicit, eius ætatis eſſe præſumitur, cuius eũ eſſe oportet, qui vult eſſe monachus. c.in præſentia.de probatio.& ibidem Fely.& Alciat.præcitato in loco.

10 Huc facit, quod ſi notarius†aſſerit ſcripturã ſuam eſſe authenticam, præſumitur quod fuerit de ea rogatus, cum authentica illa dici non poſſit, niſi de ea rogatus ſit. Ita Cardi. in c.Albericus.col.ij.de teſtib.& Felin.in c.ſicut.nu. 37. de ſent.& re iud.

Extenditur primò hæc regula, vt locum etiam habeat in
11 contractibus, †qui ſolum iure ſpeciali ſuſtineri poſſunt. Nã & in his ſolennitas intrinſeca præſumitur obſeruata, & adhibita

hibita. Ita Iaſon numero tertio qui & Romanum recenſet,
& Alciatus.nume.9.
Exemplum afferunt in contractu dotis; Nam etſi iure
quodam ſpeciali, & fauore dotis, valet promiſſio dotis
12 †incertæ.l.cum poſt.§.gener.ff. de iure dotium, attamen ſi
in inſtrumento ſcriptū legitur, aliquem promiſiſſe dotem,
præſumitur atque intelligitur mediante ſtipulatione.l.j.C.
de dotis promiſſio. Et hoc quidē procedit, etiam ſi potuit ea
ſolennitas non includi iure ſpeciali, verbi gratia, ſpeciali fa-
uore dotis admittitur fideiuſſio pacto nudo.l.vlt.C.ad Vel-
leian. ſi ergo reperitur ſcriptum, aliquem fideiuſſiſſe in cau-
ſam dotis talis mulieris, adhuc præſumitur per ſtipulatio-
nem promiſiſſe, & ſi pacto nudo valere potuerit fideiuſſio
hæc. Iaſon in d.l.ſciendum numer. 3. & Alciatus, numer. 10.
Ita etiam Brunus in Tract.de forma, & ſolennitate.in tit. de
probatione, & præſumptione formæ, & ſolennitatis.colum.
iij.verſi.& prædicta regula; qui alios recenſent. Ea ratione
vſi ſunt, quia in dubio ſumitur interpretatio, vt actus
13 †ſit firmior.l.iij.ff.de teſt. milit. qua de re diſſeremus infra
lib.vj.in præſumpt. viij. vbi explicabimus, quando ſumatur
præſumptio pro validitate actus.
Extenditur ſecundò, vt locum habeat hæc præſumptio
14 † etiam ſi verba ad tempus præteritum referantur, vt ſi no-
tarius in inſtrumento ſcripſit, partes ipſas ſua confeſſione
affirmaſſe, quod interuenerit fideiuſſio. Nam & tunc præ-
ſumitur ſolennitas intrinſeca ſtipulationis. Ita late Iaſon in
d.l.ſciendum.nu.4.de ver.obl.poſt Angelum ibi col.j.& ſe-
quitur ibidem Alciatus.nu. 12. reiecta contraria opinione
Baldi Nouelli, in Tract.de dote, in ſexta parte principali in
vndecimo priuilegio. Hanc tamen traditionem intelligit Ia-
ſon qui ſupra.nu. 5. niſi ſimpliciter dictum ſit, aliquem fuiſſe
nominatum fideiuſſorem. Non enim ſequitur, quod per ſti-
pulationem promiſerit.
Extenditur tertiò, vt procedat hæc regula, & præſumptio
15 nō ſolum in actu principaliter†geſto, ſed etiā in actu enūti-
to, vt puta, ſi aliquis actus enunciatur in inſtrumento, vel in
alia obligatione quàm in principali. Nam adhuc actus ille
enunciatus præſumitur ſolennis, quò ad ſolēnitatem intrin-
ſecam, verbi gratia, ſi in inſtrumento fideiuſſionis ſeparatim
præſtitæ, fit mentio debiti obligationiſque principalis; pro-
bat debitum principale, ita quod dici non poteſt fideiuſſio
præſtita ſine cauſa, & fideiuſſio ipſa præſumitur ſolenniter
præſtita, adhibita ſtipulatione, ſicuti ſi vna ſimul cum prin-
cipali fuiſſet præſtita. Ita Bart. in dict.l.ſciendum. in prin.&
ibidem Angelus, Imola, Caſtren. Aret.nume.3.& Brunus in
Tractat. de forma & ſolennitate. in titul. de probatione, &
præſumptione formæ, & ſolennitatis.columna iiij. verſicul.
ſecundò ampliatur. Et hinc prædicti inferunt, quod ſi pe-
16 tatur executio†inſtrumenti contra fideiuſſorem, iuxta ſta-
tuti diſpoſitionem, neceſſe non erit producere inſtrumen-
tum debiti principalis, cum ſatis ſit, quod eius mentio fiat in
ipſo inſtrumento fideiuſſionis. Quam ſententiam probarūt
etiam Baldus in auth.ſi quis in aliquo. columna ſecunda. C.
de eden. Angelus in §.& hoc inſuper.in auth.vt ſponſal.larg.
Floria.in l.inde Neratius.§.vltim.ff.ad l.Aquil.& in l.ab ea
parte.ff.de prob.
Extenditur quartò, vt locum habeat hæc regula; & præ-
17 ſumptio, in ſolennitate†(vt noſtri appellant) materiali, vt ſi
quis dicat, ſe aliquid vendidiſſe, prȩſumitur hic conſtitutum
fuiſſe pretium. Ita gloſſ.in cap. j. de ſimo.& in cap.ad quæ-
ſtiones.de rerum permuta. Iaſon in d. l.ſciendum.num. 24.
poſt Comenſ.& Alex.ibi.ſic & Aretinus.nume.2.& Alcia-
tus.num.15.qui dixit, hanc eſſe ſubſtantiam, non autem ſo-
lennitatem.& latè Brunus quem mox referam. Et huius ſen-
18 tentiæ ratio eſt, quia cum ſine†pretio non conſiſtat contra-
ctus iſte emptionis, & venditionis.§.pretium.inſt. de empt.
& vend. ſequitur, quod aſſerens venditionem, dicitur etiam
19 affirmare pretium interueniſſe. Qui enim aliquod†affirmat,
affirmare dicitur omnia præcedentia, ſine quibus actus non
conſiſtit.cap. cum ſuper, de confeſſis.vbi Baldus, & Imola.
Hæc tamen extenſio intelligitur, niſi contingat diſputari
principaliter de iuſto ipſo pretio. Nam tunc non ſufficit hȩc
implicita confeſſio, ſed probari debet iuſtum ipſum pre-
tium, vt declarant Bart.in d.l.ſciendum.numero 2. Crottus,
nu.28. Iaſon.nume.24.& Alciatus, numero 15. in fine. Qui-
bus accedunt Felinus in cap.ſicut.col.vlt.verſ.fallit quartò.
& Brunus in tract.de forma & ſolennitate.in titu. de proba-
tione & præſumptione formæ & ſolennitatis, columna iiij.
verſi.prædicta regula.
20 Extenditur quintò, vt procedat hæc regula etiamſi † præ-
ſumptio hæc non allegetur. Ita Abbas in capit.vlti.colu. ix.
ver.ſed quæro, an ſit neceſſe.de præſcript. Aret.in cap. teſti-
monium.colum.vij.verſ.& ſuperius. de teſtib. Felin.in cap.
cum ordine.colum.pen.de reſcriptis, & Brunus in d.titu.de
probatione & præſumptione formæ & ſolennitatis.col.iiij.
ver.iiij.ampliatur.
Declaratur primò hæc præſumptio, vt locum non ha-
21 beat, qn̄†extant contrariȩ probationes, vel efficacior aliqua
præſumptio. Si quidem aduerſus præſumptionem hanc, ad-
mittitur contraria probatio. Ita tradunt Iaſon in d. l. ſcien-
dum nu.7.& nu.10.poſt gl.Bart.ibidem.& Alciatus.nu. 20.
Idem affirmarunt Abbas in c.ſicut.col.vlt.de ſent. & re iud.
& Brunus in tracta.de forma & ſolennitate.in titu.de proba-
tione & præſumptione formæ & ſolennitatis.col.viij. verſi.
octauò limitatur. Et ſcribunt prædicti, facilius probari poſ-
ſe contra ſolennitatem, quod ſcilicet non fuerit adhibita,
quàm contra ipſum tenorem inſtrumēti. Nam contra teno-
22 rem † inſtrumenti, non admittitur probatio niſi per aliam
ſcripturam.l.generaliter.C.de non numera.pecun.ſed con-
23 tra ſolennitatem ſeu ſolennitatis†præſumptionem, ſufficit
probatio per teſtes: Ita glo.in l. iuriſgentinm. §. quod ferè.
ff.de pactis, cum aliis congeſtis à præcitatis Doctoribus.
Crottus tn̄ in d.l.ſciendum.nu.55.ſcribit hanc eſſe præſum-
ptionem iuris & de iure, & ob id non poſſe probari contra-
rium. Quod verùm non eſt.
24 Declaratur ſecundò, vt non procedat, † quando verbum
alioqui aptum ſignificare ſolennitate intrinſecam, repugna-
ret naturæ actus: vt puta ſi verbum promitto, poneretur in
contractu innominato, vt eſt permutatio. Nam tunc non
præſumeretur ſolennitas intrinſeca, nempe ſtipulatio. Ita
Alex.in d.l.ſciendum.colum.j.& Brunus in d.tit. de proba-
tione & præſumptione formæ & ſolennitatis.colum.v.verſ.
tertiò fallit.
25 Declaratur tertiò, vt non procedat, † quando actus ipſe
probatur teſtibus. Nam tunc ſolennitas intrinſeca, non prȩ-
ſumitur eo in actu adhibita. Ita Bart.in d.l.ſciendum.vbi A-
lex.num.12. Iaſ.nume.24.verſ. ſecundò limitat. & numero
29. Felinus in d.cap.ſicut.colum.pen.verſic.fallit tertio. de
ſent.& re iud.& Brunus quem mox referam. verſicul. ſepti-
mò limitatur.
26 Declaratur quartò, vt nen procedat, quando † lex requi-
rit, quod ſolennitas ipſa intrinſeca probetur: tunc non ſuffi-
cit præſumptio, ſed requiritur probatio per teſtes, vel ſcri-
pturam. Ita Roma.in d.l.ſciendum.& ibidem Alex. nu. 12.
Crottus nu. 11.& Iaſon.numer. 26. Exiſtimo rationem eſſe,
quia etſi lex præ oculis habeat ipſam præſumptionem iuris,
quæ alioqui ſufficit: attamen ea non contētatur, dum requi-
rit probationem: Brunus qui ſupra.
27 Declaratur quintò, vt locum non habeat, qn̄ lex†requirit
actum fieri cum certa ſolēnitate in ſcriptis, ad finem proba-
di. Nam tunc non ſufficit præſumptio iuris: ſed requiritur
ipſa ſcriptura. Ita Roma.in l.ſciendum.in fi.& ibidem Iaſon
nu.27. Felinus in d.c.ſicut.nu.38.colum.pen.ver.fallit ij. &
Brunus in d.tit.de probatione & præſumptione formæ &
ſolennitatis.colum.vj.ver.quinto limitatur, & Alcia. in d.l.
ſciendum.nu.25.
Secundū eſt huius diſputationis caput, quod verſatur cir-
ca ſolennitatem extrinſecam. Quo ſane in capite, diſtin-
guendi atq; conſtituendi ſunt aliquot caſus.
Primus eſt, quando ſolennitas fuit expreſſa in actu: ſed
28 nullus†extat temporis curſus, etſi is, qui aſſerit ſolennitatē
extrinſecam adhibitam in actu fuiſſe, eſt in poſſeſſione ip-
ſius actus: ſicuti quando quis non multo tempore emit, à
minore vel ab eccleſia, & aſſerit requiſitas à lege ſolennita-
tes in cōtractibus minorum & eccleſiȩ fuiſſe adhibitas. Hoc
in caſu, non præſumitur adhibita hæc ſolennitas. Ita ſcribūt
Bartolus in d.l.ſciendum.nu.4.& ibidem Alex.nu.26.& Ia-
ſon nume.13.verſic. quarto adde, qui de ſolennitate adhi-
benda in alienatione bonorum eccleſiæ ſic docuit ex ſen-
tentia Alexan.in conſil.clxxiiij.lib.iiij.& Brunus in tract.de
forma &



forma & ſolennitate in tit.de probatione & præſumptione
ſolennitatis & formȩ.col.ix.ver.circa aliam regulam.
Et horum traditionem & doctrinam probat d.l.quȩcum-
que.§.vlti.de publicia.in rem actio. Nec repugnat, quod il-
lo in caſu requiratur probatio, ad hunc effectum, vt emptor
ipſe non dicatur dolo emiſſe: ſed bona fide ſicuti iuriſ-
conſultus innuere videtur. Nam reſpondetur, quod ſi ſolen-
nitas illa præſumeretur, ceſſaret etiam doli ſuſpicio: Requi-
ritur ergo probatio illa adhibitæ ſolennitatis: quia ea pro-
bata, tollitur doli præſumptio: & inducitur bona fides. Pro-
batur & hæc ſententia text.l.ſi ita ſtipulatus.§.Griſogonus.
ff.de verborum obligatione. quo ſolemus dicere, perſonam
29 †extrinſecam non præſumi. Confert & tertio ratio, quod cū
30 ſolennitas†extrinſeca ſit quid facti, & facta non præſuman-
tur.l.in bello.§.factæ.ff.de captiuis & poſtlim.reuer. præſu-
mi hæc ſolennitas non debet.
Extenditur primò hic caſus, vt locum etiam habeat, qn̄
31 †extrema eſſent probata: Nam nec tūc præſumerentur me-
dia extrinſeca, vt ſi probatum eſt beneficium patronatum
vacaſſe, & clericum ab Epiſcopo inſtitutum. Non tamen
prȩſumitur medium, hoc eſt prȩſentatio à patrono facta. Ita
Roma.in d.l.ſciendum.q.ix.& ibidem Crottus nu.15.verſi.
ij. procedit. Quod egregie declarat Euerardus in loco ab
extremis.nu.3.
Extenditur ſecundò, vt locum habeat etiam in ſolennita-
31 te † quæ conſueuit communiter interponi & adhiberi. Ita
Iaſon in d.l.ſciendum numero 22.de verb.oblig. & Felinus
in cap.ſicut.num.36.verſ.fallit ſexto.de ſent.& re iudi. Bru-
nus in dicto tit.de probatione & præſumptione formæ.col.
ix.ver.item ampliatur, & col.xij.ver.ſeptimò fallit.& Crot-
tus in d.l.ſciendum.nu. 20. ver. vltimus caſus. qui reiiciunt
Baldi & Aretini contrariam opinionem quos ſecutus eſt:
Alciat.in d.l.ſciendum.in fi.
Declaratur primò hic caſus, vt non habeat locum, qn̄
33 †ſolēnitas ipſa fuit expreſſa ſeu enunciata in actu; & eo tem-
pore confecti actus veriſimiliter adhiberi illa potuit. Nam
tunc præſumi quando ſolennitas eo tempore interuenire
non potuit. qua de re dicemus infra, & Grammat.in deciſio.
lxxix.nu.17.& declarat Iaſon in d.l.ſciendum.nu.14.de ver.
oblig. qui dixit, requiri enūtiationem claram & ſpecificam.
Ita quoq; Feli.in c.ſicut.nu. 27. de ſent.& re iud. qui refert
multa exempla.
Declaratur ſecundò, vt non procedat hic caſus, quando
34 †huic ſolennitati non enuntiatæ, partes ipſæ renuntiare po-
tuerunt. Nam tunc etſi ſolennitas interuenire non potuerit:
attamen præſumitur. Ita Bartolus in d.l.ſciendum & ibidem
Iaſon nu.15.verſi.ij.limitat.& Brunus in tract. de forma &
ſolennitate in titu.de probatione & præſumptione formæ
col.ix.verſ.ij.limitat.
Verùm hæc declaratio, non multum ad rem pertinet: quia
ex quo ſolennitas non potuit eo tempore interuenire, præ-
ſumi non poteſt adhibita. Concedo quidem præſumi illi re-
nuntiatum ob id, quod eam non adhibuerunt, & renuntiare
ei potuerunt.
Declaratur tertiò, vt non procedat, quando is contra quē
allegatur ſolennitas hæc extrinſeca†nil opponit, nec cōtra-
35 dicit, negando adhibitam. Nam tunc præſumitur adhibita.
ſic Io.Andreæ in cap.Cum dilectus.de conſuetud. Roman.
& Alex.in d.l.ſciendum, & ibidem Iaſon nume.15. verſi. vl-
tra eum. Idem quoque rn̄dit Caſtr.in cōſ.ccij. In cauſa con-
finium.nu.3.& nu.4.lib.j.Mattheſ.notab.xij.Ruinus in cō-
ſi.xxiij.nu.20.lib.iij.Socin.Sen.in conſi.cclxx.col. iij. verſ.
& hoc maximè, quia, lib.ij. Felin.in cap.ſicut.nu.28.verſicu.
fallit ij.de ſent.& re iud.Brunus vbi ſupra verſ.tertio limita-
tur. Craue.in tract.de antiq.temp.in tertia parte principali.
in prin.nu.26.verſ.ſed valde dubito.& Alciatus in d.l.ſcien-
dum.nume.30.
Declaratur quartò, vt locum non habeat hic caſus, quan-
36 do ſolennitas hæc extrinſeca fuit † enuntiata, à viro ſummæ
fidei & probitatis. Nam tunc illa adhibita præſumitur. Ita
Abbas in capitul.niſi eſſent, in primo notab.de præben. Ia-
ſon in d.l.ſciendum.num.19.de verborum oblig. & ibidem
prius Crottus num.18.deinde & Alciat.numer. 30. Brunus
in tract.de forma & ſolennitate.in tit.de probatione & præ-
ſumptione formæ & ſolennitatis colum.13.verſi.vndecimo
limitatur, & copioſè comprobat Tiraquellus in tractat. de
pȩnis legum cauſa.lj.nu.50. Et ad rem pertinet, quod aucto-
ritate Abbatis in d.c.niſi eſſent, tradit Crauet.in tractat. de
antiq.temp.in prima parte principali in ſeptima particula,
quæ incipit. Quid in libro officialis.nu.15. Cùm dixit, ordi-
natum ad ſacerdotium, præſumi ſolenniter promotum, qn̄
37 † ordinans eſt vir notabilis, & magnæ probitatis. Et eiuſdē
ſententiæ recenſet Crauetta Socinum Sen. in conſil. cclxx.
col.iij.lib.ij.& idem ſcripſit Tiraquellus præcitato in loco.
nu.51. Hanc tamen declarationem intelligunt Felinus in d.
cap.ſicut.nume.34.de ſenten.& re iud.& Crottus in dict.l.
38 ſciendum.numero decimooctauo, procedere, †quando agi-
tur, de modico præiudicio: ſicuti verè exempla ipſa, quibus
præcitati Doctores vtuntur, ſignificant.& multorum aucto-
ritate Tiraq.in d.cauſa.lj.nu.13.
Declaratur quintò, vt nō procedat, quando aduerſarius,
39 qui conuenitur ex cōtractu, †negauit ipſum contractum, &
deinde de mendacio fuit conuictus. Nam tunc in eius odiū
& pænam, præſumitur ſolennitas ipſius contractus. Ita poſt
Baldum, Aluarotū & Aretinum, quos recenſent, ſcripſerunt
Crottus in d.l.ſciendum.nu.20.& ibidem Iaſon nu.20. Bru-
nus in tract.de forma & ſolennitate.in tit.de probatione &
præſumptione formæ & ſolennitatis.col.xij. verſic. quinto
limitatur.
Declaratur ſextò, vt no n habeat locum hic caſus, quan-
49 do in ipſo contractu adhibitum fuit † iuramentum, quod
omnia fuerunt rectè & ſolenniter geſta. Ita Iaſon in d.ſcien-
dum.nu.22.de verb.oblig.& ibidem Alciatus in fin.& Bru.
in d.tit.de probatione & præſumptione formæ & ſolenni-
tatis.col.xiij.ver.ix.limitatur.
Declaratur ſeptimò, vt locum non habeat, quando agi-
41 tur†de ſolennitate tacita, quæ includitur in expreſſa. Ita
Baldus in l.ſi ſolennibus.C. de fid. inſtr. cùm dixit, quod ſi
teſtis affirmat, ſe fuiſſe prȩſentem publico examini alicuius
doctorati, præſumitur etiā priuatum examen præceſſiſſe, cū
ſub publico includatur priuatum. Et Baldū ſecutus & Bru-
nus præcitato in loco.col.xiiij. verſ. decimoſeptimo fallit,
42 qui affert & exemplum ſacrorum†ordinum, quorum mino-
res, includuntur ſub maioribus.
Declaratur octauo, vt non habeat locum hic caſus, quan-
43 do ex aliqua clauſula contractus † poteſt colligi ſolennitas
totius. Ita Baldus in l.iuriſgentium.§.quod fere, in ſecundo
notab.ff.de pactis, cum dixit, quod ob vltimam clauſulam
adhibitam in inſtrumento, totus contractus præſumitur ſo-
lennis. Idem reſpondit Imola in conſilio lxxxvj. qui de di-
ctione, & clauſula, & cætera, ita cenſuit. Et hos ſecutus eſt
Brunus in dict.tract.de forma & ſolennitate in tit.de proba-
tione & præſumptione formæ & ſolennitatis col.xv.ver.de-
cimooctauo fallit.
44 Declaratur nono, vt non procedat hic caſus, in actu†con-
firmato. Nam is ſolennis præſumitur. Ita gl.& Butrius in ca.
quod ſicut.de elect.quos ſecutus eſt Brunus in loco ſup. al-
legato.ver.vltimò limitatur.
Secundus eſt caſus, quando ſolennitas hæc extrinſeca
45 †non fuit enuntiata in ipſo actu: ſed tamen allegans illā in-
terueniſſe, eſt in poſſeſſione ipſius actus, & res agilur ſolùm
inter eum, qui ſolennitatem adhibere debuit, & eum pro
quo aſſeritur interpoſita. Exempli gratia; Clericus poſſi-
det iam diu beneficium, & ei ab epiſcopo mouetur con-
trouerſia, quod non fuerit ſolenniter ordinatus, & promotus
nec in beneficio inſtitutus. Vel ſi eccleſiæ Prælatus vult re-
uocare emphyteuſim ab emptore, qui diu eam tanquam
emptam conſenſu, & auctoritate ipſius Prælati poſſidet, &
Prælatus negat conſenſum præſtitiſſe. Hoc ſanè in caſu prȩ-
ſumitur adhibita ſolennitas, ſi eam allegans, iam curſu de-
46 cem annorum poſſidet. Ita de † clerico qui per decennium
eſt in pacifica poſſeſſione beneficij, quod præſumatur ſo-
lenniter ordinatus & promotus, reſpondit poſt Hoſtien.
Caſtren.in conſi.cciij.in cauſa confinium.num.3.lib.j.quos
ſecuti ſunt Alex.in conſi.cclxxix.nu.4.lib.j.Soc.Sen.in cōſ.
cclxx.col.iij.verſi.ſed ſi recte.lib.ij.Iaſon in l.ſciendum.nu.
17.ver.tertiò facit.ff.de verb.obl. Felinus in cap.ſicut.num.
29.de ſenten.& re iud.vbi.nume.30.manifeſtè dixit, ſuffice-
re hoc in caſu tempus decennij, Decius in conſil. ccxxij.nu.
6.verſi.& idem dicimus.& in conſi. ccccix. nu. 10. Gozad
in conſi

in conſi.xj.nu.12. Brunus in Tract.de forma & ſolennitate
in tit.de probatione,& præſumptione formæ, & ſolennita-
tis columna x.verſ.tertio facit.& Natta in conſilio clxij.nu.
47 26.lib.j.Et ratio eſt,†quia non eſt veriſimile,quod Epiſco-
pus,qui viſitare ſolet eccleſias,paſſus eſſet clercum poſſide-
re beneficium,ſine iuſto ſolennique titulo.Niſi beneficium
eſſet in loco,qui non potuit viſitari,vel nõ fuit diu viſitatus,
negligentia Prælati,vt declarat Felyn.in d.c.ſicut num.31.
verſi.iiij.aduerte.

Eſt etiam ſimile(vt attigi)quando Prælatus alterue do-
minus directi, vult reuocare rem emphyteuticam ab em-
48 ptore,qui eam diu poſſidet†tamquam emptam cõſenſu ip-
ſius domini,& is dominus negat præſtitiſſe conſenſum.Hoc
ſane caſu ſolennitates illa conſenſus adhibiti præſumitur
curſu decennij.Ita Alexand.in conſi.cxj.colum.pen.lib.iiij.
Iaſon in l. ſciendum. numero 17. verſicul. ſextò facit. ff.de
verb.oblig.& in l.ſi certis annis.numer.8. C. de pactis Bru-
nus in Tract.de forma,& ſolennitate,in titu.de probatione,
& præſumptione formæ,& ſolennitatis,col.xj.verſic. ſepti-
mo facit.Caſſaneus in conſilio xj. numero 84. Soci. Iunior
in conſi.xxij.nume.15.lib.j.Tiraquellus in Tractat.de legi-
bus connubial.in glo.v.ſed Antonius Gabriel in libr.j.con-
cluſionum.in tit.de præſumptionibus,concluſio. j. numero
12. refert alios affirmantes, requiri curſum longiſſimi
temporis.

Huc etiam facit quod dicimus, ſolennitatem vnionis
49 †duarum eccleſiarum,præſumi curſu decennali,exiſtente in
poſſeſſione ſeu quaſi ipſius vnionis eo,qui vnionem allegat
negante Prælato ipſam vnionem ſolenniter factam.Ita Car-
dinal.in clem.j.q.ix.de electio.Rom.in conſil.cclxxv.col.j.
Alex.in conſi.ccxix.col.iiij.lib.vj.Iaſon in dict.l.ſciendum.
nu.17.verſi.quinto facit.Felinus in cap.ſicut.nu.29.verſicu.
ſimile etiam notat.de ſent.& re iud.Brunus in Tract.de for-
ma,& ſolẽnitate.in tit.de probatione,& præſumptione for-
mæ & ſolennitatis.col.xj.verſic.v.facit.& Crau.in Tract. de
antiq.tempo.in tertia parte principali.in principio.nu.1.&
in ſubſequenti particula.nu.25.& idem in conſi.cclviij.nu.
13.in ſi.Confert ſimile,de quo reſpondit Decius in cõſilio
50 clxxiiij.nu.5.reſeruationem cenſus,† factam à patrono ec-
cleſiæ,vel capellæ,præſumi factam ſolenniter,adhibito ſci-
licet conſenſu epiſcopi concurrente curſu longi temporis,
cum ipſa quaſi poſſeſſione.

Eſt etiam ſimile quod dicimus,præſumi adhibitum con-
51 ſenſum Epiſcopi in†conſtructione hoſpitalis, eccleſiæ vel
capellæ,in qua celebrata fuerunt diuina per decennium, ſi-
cuti ſcripſerunt Archidia.in c. nemo. de conſecrat.diſtin. j.
Cardin.& Imola in capit.officij.de teſta. Roma. in l. ſcien-
dum.nume.40. qui manifeſte dixit, requiri quaſi poſſeſſio-
nem,nempe diuinorum celebrationem. Alex.in cõſi.cxxxv.
nu.16.lib.v.& in conſi.ccxix.col.iiij.libr.vj.Barba.in cõſ.j.
col.v.& in conſ.xxxiij.col.j.lib.iiij.Soc.Sen.in conſ.cclxx.
col.iij.in ſi.verſ.confirmatur,quia lib.ij.& in conſil.j.nu.2.
lib.iij.Rochus Curtius in Tract.de iure patronatus, in ver-
bo.Ex eo,quod de Diocæſani.q.vij.Felinus in cap.illud.co-
lum.iij.de præſumpt.& in c.ſicut.nu.29.verſic.ſimile eſt de
ſent.& re iud,Iaſon in l.ſciẽdum.nume.17.de verb.obl.& in
l.ſi certis annis.numero 10.C. de pactis, Ruinus in conſilio
xlj.numero 4.lib.j.& in conſi.cviij.numero 2.lib. v.Brunus
in Tract.de forma, & ſolennitate in titul. de probatione, &
præſumprione formæ & ſolẽnitatis.col.x.ver.ij. facit. Affli-
ctus in deciſio.ccclxviij.nume.14.& Anto.Gabriel in lib.j.
concluſionum.in tit.de præſumptionib.concl. j.num.9.qui
alios nonnullos commemorat.

52 Eſt præterea ſimile,quod dicimus, immunitatem†præſu-
mi ſolẽniter conceſſam à Principe,quando is, qui ſe immu-
nem gerit,eſt in quaſi poſſeſſione decennali ipſius immuni-
tatis.Ita Rom.in conſi.cclij.verſ.circa tertium.Barb. in cõ-
ſi.xxvj.col.iiij.lib.ij.Felynus in c.ſicut.nume.29.verſic.hãc
fallentiam.de ſent.& re iud.Iaſon in d.l.ſciendum.nume.17.
ver.iiij.facit de ver.obl.Brunus in loco ſupra allegato.colu.
xj.ver.iiij.facit,Caſſaneus in conſ.xj.nu.86.& Gabriel in d.
concl.j.nu.34.

53 Sic & de immunitate † & exemptione conceſſa ab Epi-
ſcopo;quod præſumatur curſu decennij adhibita ſolennitas
confirmationis ſummi Pontificis,reſponderũt Dec.in conſ.
oli..colum.vlt.& Ripa in lib.ij.reſponſorum.c.vij.num.13.
quos ſecutus eſt Crau.in Tract.de antiq.temp.in.j. particu-
la tertia partis principalis,nu.27.

Tertius eſt caſus, quando ſolennitas hæc extrinſeca
54 †nõ fuit enuntiata in ipſo contractu,& eſt contentio de re
modica,& leui præiudicio inter ipſoſmet cõtrahentes,quo-
rum alter negat contractus ſolennitatem obſeruatam: Et
adeſt ſolus curſus temporis,ſine aliqua poſſeſſione,vel qua-
ſi.Hoc caſu præſumitur hæc ſolẽnitas curſu decennij. Ita
Bartol.in ſua.q.vij.Mulier habens amplum. in ſi.Alex. in l.
qui in aliena.in princip.num. 15.ff.de acq.hæred.& in cõſi.
xij.nume.7.& in conſi.cxiij.nume.9.lib.iij.Iaſon in l.j. nu-
15.verſi.quartò limita.C.qui admitti,& in cõſ.clxxvj. colu.
pen.verſicul.ij.principaliter,lib.ij.& in cõſ.cxlviij.col.vlti.
verſicu.item prædicta.lib.iiij.Idem ſenſit Felynus in capit.
ſicut.numer. 30. de ſent.& re iud.& manifeſtè Ruin. in cõſ.
xxiij.numero 18.& 19.lib.v.Decius in capi.j.numer. 17. de
fide inſtr.& in cõſ.ccccxlij.numero 23.Caſſaneus in cõſi.xj.
nume.87.& Craue.in Tract.de antiqui.tempo.in tertia par-
te principali. in principio.nume.2.quo loci.numero 3. ver-
ſi,immo non videtur;ſcripſit,curſum hũc decẽnij,non etiam
omninò requiri,quãdo agitur de modico ipſo præiudicio,
ex ſentẽtia Curtij Sen.in cõſ.lxxvij,ſuper motiuis.colu.iiij.
qui abſolute reſpondit, ſolennitatem extrinſecam præſumi
quãdo agitur de modico præiudicio,& huius opinionis cõ-
memorat Innocentium,& Abbatem.Illa porrò recepta ſen-
tẽtia,quod ſufficiat curſus decennij,probatur tex. l. ſi filius.
C.de petitio.hæred.quem Crauetta in loco prællegato di-
ligenter explicauit.

Quartus eſt caſus, quãdo ſolennitas hæc extrinſeca non
fuit enuntiata,& adeſt ſolus curſus temporis ſine poſſeſſio-
ne,vel quaſi,& agitur de magno præiudicio inter ipſoſmet
contrahentes, vel eorum ſucceſſores, quorum alter negat,
adhibitam fuiſſe hanc ſolennitatem. Hoc ſanè in caſu variæ
ſunt Doctorum opiniones, qui temporis curſus ſufficiat ad
præſumendam hanc ſolẽnitatem.Prima fuit opinio eorum,
55 qui exiſtimarunt, ſufficere † decennium. Ita multos com-
memorat Antonius Gabriel in lib.primo cõcluſionum. in
tit.de præſumptionibus, cõcluſio.j. numero 68. vbi recen-
ſet Io.Andreæ in capit. illud. colum.tertia.de præſumpt. &
ibidem Butrium.colum penul.Imolam colum.penul.& Fe-
lynum pariter.colum.pen.& eundem Fely.in capi.ſicut.nu.
30.de ſent.& re iud.Alex.in cõſilio cxiij.in prin.lib. primo.
Io.de Anna.in capitul.licet Heli.colum.pen.de ſimo.Ruinũ
in cõſ.x.colum.prima.& in cõſi.cliiij.numero 14.in ſi. libr.
v.Brunum in Tract.de forma,& ſolennitate.in tit.de proba-
tione,& præſumptione formæ, & ſolẽnitatis. colum. x.ver-
ſi.in iſta varietate.Caſſaneum in cõſ.xj.nume.87.Mantuam
in cõſilio lxxij.colum.ij.& Socinum Iun.in conſil. xxij.nu-
mero 17. lib. j.Verùm multi ex his à Gabriele commemo-
rati , hãc opinionem non affirmant. Nam Butrius in dicto
capitul.illud,colum.pen.dixit,hoc tempus relinqui iudicis
arbitrio. Felinus verò tam in dicto capitul. illud quam in
capitul. ſicut, affirmaui, requiri curſum triginta annorum.
Alexan.verè in dicto conſilio cxiij.libro primo & in conſi-
lio cxiij.numero 11.lib.iiij. nil ad rem noſtram reſpondit:
ſed de caſu præcedentis præſumptionis : quo etiam de caſu
reſpondit Ruinus in dicto conſilio x.colum.j.lib.j. Ita etiã
Brunus præcitato in loco, non declarat quod ſit illud tem-
pus.ſed in colum.xj.verſi. & ſecundum Alex. ſenſit, eſſe de-
bere curſum triginta annotum.Caſſaneus verò in d. cõſilio
56 xj.numero 88.dixit, requiri†curſum triginta annorum,ſen-
ſit tamen,quod in his,quæ modici ſunt præiudicij,ſufficeret
curſus decennij. Non etiam Mantua in dicto conſilio lxxij.
colum.ij.ſcripſit, hoc in caſu curſu decennij, præſumi hanc
ſolennitatem. Soci. verò in d.conſil.xxij.numero 17. refert
plures opiniones, & in ea potius inclinat, quod ſit iudici
arbitrarium.Non omitto tamen Bero.in conſil. lxxxix. nu-
me.24.lib.j.qui poſt Felinum in cap.Albericus. in ſi. de te-
ſtibus reſpondit,ſufficere hunc decennij curſum.Idem viſus
eſt ſentire Rui.in conſ.ccliiij.col.vlt.lib.v.

Secunda fuit opinio Anch.in conſi.cxxij.ſubtiliter.col,
56 j.in fine.qui reſpondit,hanc ſolennitatem præſumi † curſu
vinginti annorum. Verùm Crauett. in dicto Tractat.de an-
tiq.tempo.in tertia parte principali.in princip. numero 15.
intellexit



intellexit Ancharanum loqui, quando plura concurrebant.
Nam ſolennitas fuerat ibi enũciata ab illis qui deinde eam
negabant. Et obligatio fuerat contracta cum ipſomet cura-
tore minoris,ſuo curatoris nomine,qui ob id ſine ſolennita-
te poterat obligari.

Tertia fuit opinio eorum, qai dixerunt requiri curſum
57 †longiſſimi temporis, nempe triginta annorum. Ita huius
opinionis multos recenſet Craue.in loco ſupra allegato.nu.
6.Refert enim Signorolum in ſubſcriptione ad Conſilium
Zilioli Cauteli,relatum inter conſilia Ancharan.in conſilio
vlt.Alex.in l.qui in aliena.in prin.nume.9.ff. de acq. hæred.
in conſi.ccxix.nume.23. verſ. non obſtat etiam, dum obii-
ciebatur.lib.vj.& in conſi.clxxix.nu.9.lib. vij. Corneum in
conſi.cxliiij.col.j.& in conſi.cclxxxiiij.nu.3.lib.iiij. qui aſ-
ſeruit,hanc eſſe communem opinionem.Iaſonem in d.l.qui
in aliena.col.iij.de acquir.hæred.Decium in l.j.in tertia le-
ctura.nu.82.C.qui admitti.in conſi.xxxvj.col.vj.verſi.ij.re-
ſpondetur in conſi.xlij.colum.pen.in conſ.cccxxix.col.j.in
conſ.cccxlj.nume.13.& in conſ.ccccix. colu.j. & Ripam in
lib.ij.reſponſorum.c.xxij.nu.11.

Ceterùm aduertendum eſt,multos ex prædictis non affir-
mare hanc opinionem. Nam Signorolus reſpondit eo in ca-
ſu, in quo ſolennitas fuerat enunciata,& multæ ſolutiones
longiſſimo tempore ſubſecutæ. Alexand. verò in dicta l.
qui in aliena. numero nono, & 10. non affirmat, quæ ex
his opinionibus verior ſit. In eo verò conſilio ccxix.numè-
ro 23. non explicat,quod tempus hoc eſſe debeat. Immo
ibi numero vigeſimoprimo. ſuo illo in caſu,dixit eſſe arbi-
trarium. Iaſon verò in dict. l. qui in aliena.col.iij.col.pen.
& vlt.ſenſit potius ſufficere decennium.ſic & Decius in d. l.
j.in tertia lectura.nume.82.C.qui admitti,non explicat,quę
dicatur illa temporis antiquitas ſicuti nec explicauit in dic.
con.xxxvj.in conſ.xlij.& in d. conſ.cccxix.Ripa verò in d.c.
58 xj.nu.22.ſenſit requiri†curſum temporis immemorialis,de
quo ſtatim dicemus. Quibus conſtat, hanc opinionem ſo-
lum affirmari à Corneo in d.conſilio cxliiij.& in d.conſ.cc-
lxxxiiij.& à Decio in d.conſi.cccxlj.num.13.& in dict.con-
ſi.ccccix.nu.10.qui refert Anch.in conſi.cxxxv.idem reſpõ-
dentem. His ego addo Crottum in d.l.ſciendum.nume.25.
Ruinum in conſi.xxxv.nu.6.& nu.23.& in conſ. lxxxvj. nu-
me.5.lib.j.Felinum in c.illud.col.pen.de præſum.& in c. ſi-
cut.nu. 30. de ſent.& re iud. & eruditiſſimum Burſatum, in
conſ.clx.nu.51.lib.ij.

Quarta fuit opinio exiſtimantium,requiri hoc in caſu
59 † curſum temporis, cuius initij memoria non exiſiſtat. Ita
ſibi parum conſtantes Alexan.in conſi. ccxviij. nu. 5. & nu.
10.lib.vj.& in cõſ.xciiij.nu.6.lib.vij.& Iaſon in cõſ.cxlviij.
nu.8.lib.iiij.Soc.Iunior in conſ.lvj.nu.11.& 13. lib. j. & in
conſ.lvj.num.13.lib.ij.quos ſecutus eſt Oſaſcus in deciſio.
clxxiij.nu.8.vbi cum Iaſone in d.conſ.cxlviij. dixit, requiri
curſum centum annorum. Idem viſi ſunt ſentire Ripa in d.
lib.ij.reſponſorum c.xxij.nume.11.& cap.xxviij. nu. 12. &
Cur.Iun.in conſ.xx.nu.6.

Quinta fuit opinio eorum,qui dixerunt,hoc tempus re-
60 linqui†iudicis arbitrio.Ita Inno.in c.ij.col.ij.de reſtitut.in
integrum.Hoſt.Io.Andreæ,& Butrius in capit.illud.de præ-
ſumpt.Comenſ.in l.qui in aliena.ff.de acquir. hæred. Alex.
ſibi parum conſtans, in conſilio lxxix. numero 5.libro pri-
mo.& in conſi.ix.nume.9.lib.iij.& Soci.Iunior in conſilio
xxij.numer.17.lib.j.idem ſenſit.Scripſit tamen Grauetta in
loco ſupra citato, iudicem arbitrari debere,quod ſufficiat
curſus triginta annorum. Crediderim arbitrari poſſe , pro
perſonarum, & facti qualitate, ſufficere aliquando curſum
minorum, aliquando maioris. Cum enim à lege diffini-
tum non ſit tempus, hoc totum iudicis arbitrio relinqui
debet.

Quintus & vltimus eſt caſus , quando ſolennitas hæc
61 extrinſeca,†non fuit enuntiata in ipſo actu, ſed tamen alle-
gans illam,eſt in poſſeſſione vel quaſi, & agitur de præiudi-
cio tertij, qui ſciuit actum confectum. Hoc etiam in caſu,
ſunt opiniones.

Prima fuit eorum , qui exiſtimarunt , ſufficere curſum
62 †decennij ad præſumendum hanc ſolennitatem.Ita Alex.in
d.l.qui in aliena in prin.nu.10.ff.de acq.hæred. & in conſil.
xvij.col.ij.ver.cõfirmantur prædicta.lib.iiij.& in cõſ.ccxix.
nu.24.lib.vj.Iaſ.in l.j.nu.15.verſic.iij.limita.C. qui admit-
ti.Gozad.in conſ.lxxiij.nu.20.& Craue.in dicto Tractat.de
antiq.temp.in tertia parte principali.in principio. nu.9. Et
ea ratione prima motus eſt Crauetta; quod ſi decennio bo-
na immobilia præſcribuntur,data ſcientia, & patientia do-
mini,licet agatur de magno prejudicio,& ſic agatur non de
ſolennitate , ſed de ipſa actus ſubſtantia,quanto magis hoc
temporis curſu, præſumi debet ſolennitas hæc extrinſeca,
quæ eſt qualitas quædam. Verùm conſideratio hæc , non
eſt ſatis ſolida: cum in præſcriptione præſupponamus ti-
tulum, qui non apparet vitioſus, defectu bonæ fidei, hoc
eſt ſolennitatis . Hic verò contrarium apparet . Eo enim
ipſo quod oſtenditur titulus, conſtat eſſe minus ſolennẽ,&
conſequenter adeſſe præſumptam malam fidem, iuxt. cap.
qui contra de regul.iur.in vj.& diximus ſupra in præſumpt.
cxxx. num...... vbi de bona; & mala fide præſumenda
diſſerui.Præterea ſi Crauetta affirmauit præcedenti in caſu
inter ipſoſmet cõtrahentes,qui titulũ cauſarunt,requiri cur-
ſum triginta annorum, quanto magis aſſerere idem debuit,
63 hoc in caſu,cum lex difficilius tollat†ius tertij,quam ipſiuſ-
met contrahentis.

Secundò eo argumẽto vſus eſt Crauetta,quod eadem eſt
ratio,tam contra tertium quàm contra ipſummet aduerſa-
rium,cũ quo fuit cõtractum.Nam aut agitur de ipſius tertij
intereſſe,& tunc ex quo ſicut,& paſſus eſt,illũ poſſidere, ſi-
bi præiudicauit.Aut de eius intereſſe non agitur,& tunc fru-
ſtra conqueritur.Hæc quoque Crauettæ argumentatio ad-
mittenda non eſt,ſi quidem præſupponit Crauetta pro con-
ſtanti,ſufficere curſum decennij ad præſumendam ſolenni-
tatem inter ipſos contrahentes:cum tamen ab eà opinione
diſſentiant multi, quos ipſemet Crauetta ( vt ſupra retuli-
mus ) ſecutus eſt,qui quidem affirmant requiri curſum tri-
ginta annorum.

Secunda fuit opinio corũ,qui opinati ſunt requiri hoc in
64 caſu,tempus†triginta annorum.Ita Imola in c.peruenit.nu.
10.de empt.& vend.Alex.ſibi parum conſtans in l. ſciendũ.
nume.19.in ſi.ff.de ver.obli.idem in conſil.j.nume.20.& in
conſ.xvij.nu.8.lib.j.& in cõſ.clxxix.nu.6.lib.vj.Cor.in cõſ.
clxxxj.col.vj.ver.ſed ſolũ dubitatur.lib.ij.Soc.Sen.in cõſil.
ccliiij.col.ij.ver.ſed contra,& in cõſi.cclxx.col.iij.verſi.cõ-
firmatur,quod lib.ij.& in cõſi.xlvj.numer.37.lib, iiij.Curt.
Senio.in cõſ.lxxvij.ſuper motiuis.co.ij. Felinus in ca.ſicut.
numero trigeſimo.verſic.ij.aduerte.de ſent.& re iud.Rui.in
cõſ.xxiij.nume.20.lib.v.Decius in conſi.cccccxxxviij.nu.
5.Afflictus in deciſ.cccxlv.nu.5.& 6.Ripa in l.j.nume.105.
ff.ſoluto matr.Balbus in Tract.de præſcriptio.in prima par-
ticula,tertiæ partis principalis.q.x.nu.10.Zuchardus in l. j.
nu.24.C.qui admitti.& Moder. Pariſ. in commentariis ad
conſuetud.Pariſ.tit.j.§.v.nu.22.

Cæterùm hæc opinio,& ſi à tot auctorib. recepta eſt : at-
tamen,mea quidem ſententia,iure nõ probatur. Nam tex. c.
peruenit.de emptio.& vẽd.quo ſolo fulcitur hæc aſſertio,
non in eo ſolo curſu triginta ann. fundamentum conſtituit,
ſed in duplicato vxoris cõſenſu,quæ etiam paſſa eſt pretium
ex ea re ſua vendita,receptum à marito, cõuerti in commu-
nes vſus. Et propterea nõ poteſt mulier illa conſiderari, vt
tertius nõ contrahens : ſed vt vnus ex ipſiſmet contrahenti-
bus.Tertia fuit opinio Beroij in conſ.v.numero 18. libro j.
65 qui abſolutè dixit, hoc caſu † nulla temporis diuturnitate,
præſumi hanc ſolẽnitatem.Quæ ſane opinio iure nõ proba-
tur.Quarta itaq; opinio affirmari poteſt, quod hoc tempus
66 ſit in iudiciis†arbitrio poſitum,cum iure noſtro ſit diffini-
tum:ſicuti & in caſu præcedenti diximus.

Declarantur primò prædicti omnes caſus,in quibus dixi-
mus, ſolennitatem extrinſecam præſumi curſu temporis ſi-
ue decennij,concurrente poſſeſſione,ſiue curſu tricennij,ſi-
ne poſſeſſione, vel alio tempore , declarantur inquam , vt
67 vt non procedant † quando pars, cum qua contractus fuit
celebratus,negat ſolennitatem ipſam interueiſſe, vt puta ſi
canonici negant interueniſſe conſenſum capituli, in aliena-
tione rei eccleſiaſticeæ. Ita Alexa. in cõſilio ix.numero 6.
verſicul.nõ obſtat ſi diceretur.libro ij.quem ſecutus eſt Af-
flictus in deciſ.ccxlv. nùmero tertio. in fine, & in deciſi.
cccxlv. numero 5. qui eiuſdem ſententiæ recenſet Abba.
in capitul.ea naſcitur. de his, quæ fiunt à Prælato ſine con-
ſenſu

ſenſu capituli.
Cæterùm ab Alexandro & Afflicto diſſentit Crauett. in
tract.de antiq.tempor.in tertia parte principali.in princ.nu.
26.ver. ſed valde dubito. Ea ratione prima mouetur Cra-
uet. quia ſi pars non opponit defectum ſolennitatis, illa
præſumitur in actu recenti, & ſic ceſſante temporis anti-
quitate: quemadmodum diximus ſupra, in tertia declara-
ratione primi caſus. Cum itaque dicunt Doctores, ſolenni-
tatem extrinſecam præſumi ob temporis antiquitatem,
præſupponunt, quod defectus ſolennitatis fuerit allega-
tus & oppoſitus. Præterea accedit, quod lapſo tam longiſ-
ſimo tempore, non poteſt iſte, qui contraxit, opponere ſo-
lennitatem non interueniſſe. Nam (vt inquit Crauetta,)
ſi ſolennitas hæc præſumitur contra tertium, qui lapſo tri-
cennio contradicere non poteſt, niſi probet negatiuam.
Quanto minus hunc defectum opponere poteſt is, cum
quo actus fuit celebratus: cum difficilius contrauenire quis
68 poſſit facto † proprio quam alieno. l. ſi poſt mortem. §. vltim.
ff. de adoptio.
Exiſtimo Alexandrum rectè ſenſiſſe, & Crauettam non
eſſe aſſecutum ipſius Alexandri mentem. Dixit Alexan-
der, hanc ſolennitatem non præſumi, etiam curſu triginta
annorum, quando is, ad cuius fauorem oritur hæc præ-
ſumptio, affirmat & allegat ſolennitatem interueniſſe, ſe-
cus ſi negat. Ita in ſpecie Alexandrum declarat Ruinus in
conſi. xxiij. numero 20. lib. v. qui ait, ſic ſcripſiſſe & Salice-
tum. in l. ſi filius. C. de petitio. hæred. Et ſubiungit Ruinus
è conuerſo dici, ſolennitatem extrinſecam ita demum non
præſumi, ſi eius defectus allegetur: ſicuti tradunt Roman.
Caſtren. Alexand. & reliqui, quos commemoraui ſupra, in
tertia declaratione primi caſus. Comprobatur Ruini de-
69 claratio ex eo, quod dicere ſolemus, etiam contra † præ-
ſumptionem iuris & de iure, admitti contrariam probatio-
nem confeſſione eius, pro quo ſtat ipſa præſumptio: ſicuti
copioſè diſſeruimus ſuprà lib. j. q. lxj. Ita ergo & noſtro in
caſu, †locus non eſt huic præſumptioni, negante eo, pro quo
alioqui orta eſt præſumptio ipſa.
70 Declaratur ſecundò, vt non † habeat, locum quo ad ſolen-
nitatem conſenſus ſuperioris, qui requitur in contractu ce-
lebrando, vt puta in conſenſu & licentia ſummi Pontifi-
cis, neceſſaria in alienatione bonorum eccleſiæ. Nam illa
71 † non præſumitur etiam curſu triginta annorum cum ve-
riſimile non ſit, quod ipſe Pontifex habuerit ſcientiam
talis contractus, & alienationis. Ita Baldus in l. ij. C. de le-
git. hæred. Alex. in conſil. ix. numer. 7. lib. iij. & in conſi. xvij.
numero 8. lib. iiij. & hos ſecuti ſunt Afflictus in deciſ. cvij.
colum vltim. & Craue. in dicto tract. de antiq. tempo. in ter-
tia parte principali, in principio. numero 18. Qui ob id
inferunt, quod allegans præſumptionem ſolennitatis, con-
ſenſus vel licentiæ Principis & ſuperioris, probare de-
bet, quod is Princeps ſciuit contractum ſic confectum
fuiſſe.
Hanc quoque declarationem probarunt Felinus in cap.
Albericus. in fine. de teſtibus. in capit. illud. nu. 7. de præ-
ſumpt. & in cap. ſicut. nu. 33. verſi. bene fateor. de ſent. & re
iud. Ruinus in conſi. xxv. colum. iiij. lib. iij. & in conſi. xxiij.
numero 19. libr. v. Crottus in d. l. ſciendum. numero 25. ver.
iij. fallit. Idem decidit Capicius in deciſ. iiij. num. 29. & 30.
qui tamen intelligit & declarat, niſi contractus fuiſſet cele-
bratus eo in loco, in quo eſſet notorium: & conſequen-
ter veriſimile, quod Princeps ſciuerit: & hoc in caſu de-
fendi poterit opinio Barbat. in capitul. requiſiſti. numero
29. in fine. de teſtam. cum dixit, curſu temporis præſumi
ſcientiam Prætoris, qui decretum interponere debebat,
cum is Prætor loci, in quo celebratus eſt illud adhibere
teneatur.
Et præterea ceſſat hæc declaratio, ſecundum Crauettam
præcitato in loco numero 19. quando decurſum eſſet tem-
pus immemoriale. Nam tunc omninò præſumitur adhibitus
conſenſus & licentia ſuperioris. Imò (inquit Crauetta
poſt Alexandrum) non requiritur ſcientia ſuperioris, etiam-
ſi de eius præiudicio agitur. Et idem reſponderunt Rui-
nus in conſilio cv. numero quinto, libro quinto. Decius
in conſilio lxxxv. columna ij. & Curtius Iunior in conſilio
clviij. numero 12.

Declaratur tertiò, vt non procedat in ſolennitate,
72 † quæ eſt contra ius commune, vt puta in diſpenſatione,
quæ non præſumitur curſu temporis, vt ſi quis diu poſ-
ſedit duo beneficia incompatibilia, vel ſi ætate minor, vel
alia de cauſa incapax poſſedit beneficium, & alleget di-
73 ſpenſationem ſibi conceſſam fuiſſe, Nam diſpenſatio † il-
la non præſumitur curſu temporis. Ita Bellamera in con-
ſilio decimo, columna vigeſima, verſicul. etſi dicas, quod
conceſſio &c. Qui quidem reſpondit contra eum, qui
erat in poſſeſſione ſeu quaſi faciendi actus, qui ſine di-
ſpenſatione fieri non poterant: atque ita Bellameram in-
tellexit, & viſus eſt ſequi Craue. in tracta. de antiquit. tem-
por. in tertia parte principali. in principio. numero vige-
ſimo.
Cæterum Abbas in cap. licet heli. col. vlti. decimo. ſcri-
ptum reliquit, eſſe conſiderandam temporis antiquitatem,
beneficiati qualitatem, nec non & conditionem ſuperio-
rum prædeceſſorum, qui ipſum beneficiatum tolerarunt. Et
ſi ex his diſpenſatio viſa erit veriſimilis, illa præſumetur,
ſa tem cum iuramento ipſius beneficiati, allegãtis amiſſio-
nem diſpenſationis, ſicuti in ſimili dicimus de iuramento
74 ſuppletiuo, † quod defertur, quando præſumptio & veriſi-
militudo eſt pro eo, qui vult iurare, iuxta capitul. vltim. de
iureiura. Imò & ſine iuramento, ſenſit Abbas præſumi di-
75 ſpenſationem † in antiquis. Quæ ſanè præſumptio (ſubiun-
git Abbas) non habet locum, quando ius commune adeò
repugnaret, beneficium obtinenti, vt ſuperior expreſsè
conſentire & diſpenſare non poſſet. Nam tunc nec etiam ta-
citè, temporis curſu conſenſiſſe præſumitur. Et Abbatem
hac in declaratione ſecuti ſunt, Coſmus Gumyer in Pra-
gmat. ſanctio. in titul. de pacificis poſſeſſoribus. §. ordi-
narij. in verbo: *Inquirant.* columna penul. & Craue. in di-
cta tertia parte. numero 21. Et opinionem illam Abbatis in
dict. capitul. licet heli, aduerſus Bellameram ſecuti ſunt An-
cha. in conſi. cxvij. Io. de Anna. in conſi. lxj. Felin. in cap. il-
lud. col. pen. de præſumptio. & in cap. ſicuti. nume. 31. ver.
quinto aduerte de ſent. & re iudic. copioſè ac acute Gomeſ.
in regula cancellariæ de triennali poſſeſſore. q. x. col. vj. ver-
ſicu. iſtis tamen non obſtantibus, qui multis oſtendit, præ-
ſumi à ſuperiore diſpenſatum. Et comprobar poteſt opinio
Abbatis & ſequacium, eo ſimili, quo dicimus, ſolennita-
76 tem † requiſitam in vnione beneficiorum, præſumi adhibi-
tam curſu temporis: quemadmodum, dixi ſupra in fine ſe-
cundi caſus, ex ſententia Romani, Alexandri & Crauettæ: &
tamen certum eſt, vniones beneficiorum à iure communi
reprobari.
77 Declaratur quartò, vt prædicta procedant ſolum † in ſo-
lennitate extrinſeca; quæ curſu temporis præſumitur: ſecus
vbi ageretur de ſubſtantia actus. Nam illa temporis curſu
non præſumitur. Ita poſt multos declarat Crauetta in dicto
tractat. de antiquitat. tempor. in dicta tertia parte principa-
li. in principio. numero 22. & accedunt Grammat. in deciſ.
lxxix. numero 14. Natta in conſi. clxij. num. 24. & Oſaſcus in
deciſ. clxxiij. num. 3. & 4. Verùm hæc eſt propriè huius præ-
ſumptionis declaratio & exceptio: Cum tota hæc noſtra di-
ſputatio ſit de præſumenda ipſa ſolennitate, non autem ſub-
ſtantia, ſicque de titulo, de quo diximus in præcedenti præ-
ſumptione.
78 Declaratur quintò, vt non † habeant locum prædicti ca-
ſus, quando inſtrumentum, in quo ſolennitates ipſæ enun-
tiatæ ſunt, nullam fidem facit. Nam tunc temporis curſu,
ſolennitates ipſæ non præſumuntur. Ita Baldus & Imola in
l. j. ff. de his, quæ in teſtam. delen. Corneus in conſilio xxij.
colum. iij. verſic. inſuper quamplura. lib. iij. & Socin. Sen. in
conſi. ij. col. ij. lib. iij. quos ſecutus eſt Craue. in dicto tract.
de antiq. tempo. in dicta tertia par. in principio. nume. 26. &
in ſecunda parte principali. nume. 57. & ſcripſi ſupra in libr.
ij. in præſumption. lxviij. numero 22. Et ibi rationem ad-
duxi.
Declaratur ſextò; vt procedant prædicti caſus, quando
79 † ex ipſa inſpectione inſtrumenti, apparet ſolennitatem
non fuiſſe adhibitam. Nam tunc quouis temporis curſu,
ſolennitas hæc non præſumitur. Ita Caſtren. in conſ. lxxxj.
In cauſa, quæ vertitur inte Reuerendum Patrem nu. 3. lib.
ij. Abbas in conſi. lxj. colu. vlti. verſ. item antiquitas. libro j.
Cæpolla.



Cæpolla in conſi. xxv. in fine primi dubij, in ciuilibus. Feli-
nus in capitul. ſicut. num. 33. verſi. ſeptimo. & vltimo, & ver-
ſicul. bene etiam fateor, de re iud. Iaſon in l. j. num. 15. verſi.
quinto. limit. C. qui admitti. & in conſi. clxxvj. col. vlt. lib. ij.
Ruinus in conſi. lxiij. num. 19. & in conſi. lxix. num. 9. lib. ij.
& in conſi. xlix. nu. 8. lib. iiij. & in conſi. cliiij. num. 13. libr. v.
Decius in cap. quoniam contra. numero 27. de probatio. &
in conſil. xiij. colum. j. & in conſi. xxxvj. column. iij. verſi. ſe-
cundo. reſpondit Brunus in tracta. de forma & ſolennitate.
in tit. de probatione & præſumptione formæ & ſolennitatis
colum. xij. verſi. eſt tamen aduertendum. Curtius Iunior in
conſi. cxxx. col. ij. Gozad. in cõſi. lxxiij. col. v. nu. 19. Craue.
in tractat. de antiq. tempo. in dicta tertia parte principali, in
principio. num. 27. qui ſimile commemorauit & Bellamera
in conſi. x. col. x. de quo diximus in præcedenti præſumptio-
ne. Eandem ſententiam probarunt Oſaſcus in deciſ. clxxiij.
numero 7. & in conſilio. ij. nume. 128. libr. j. qui alios refe-
runt. Et ſimile eſt quod ſcripſi in præcedenti præſumptione
ex ſententia eiuſdem Crauettæ, poſt alios in dicto tractat.
de antiq. temp. in ſecunda particula quartæ partis principa-
lis. numero 60. Cùm dixit, quod etſi curſus temporis, cu-
ius initij memoria non eſt in contrarium, præſumi faciat ti-
tulum præſumptione iuris & de iure, attamen illi præſum-
ptioni non ſtatur, quando conſtat de titulo ipſo vitioſo:
Diſſentiunt tamen ab hac declaratione Angel. Imola, Aret.
& Alexan. quos refert Crottus in d. l. ſciendum. num. 26. qui
conciliare conatur.
Declaratur ſeptimò, vt locum non habeat prædicti ca-
80 ſus, quando † agitur de pœna committenda. Nam cum tũc
requirantur probationes claræ & liquidæ, non ſufficiet hæc,
quæ à curſu temporis oritur. Ita in ſpecie declarat Ruinus
in conſilio vigeſimotertio. numero vigeſimoprimo. libro
quinto. dum reſpondit, temporis curſu non præſumi aditam
hæreditatem, vt illa veniat in publicatione bonorum eius,
qui deliquit.
Declaratur octauò, vt prædicti caſus locum habeant,
81 † quando conſtat de ipſo actu verè, ſecus ſi præſumptiuè
tantùm: vt puta, quando in caſu. l. ſi filius. C. de petitio.
hæred. dubitatur, an filius iuſſu patris adiuerit hæredita-
tem: prius conſtare debet, de ipſa aditione verè, & ideò ſi
præſumptiuè tantum conſtaret, non poſſet deinde ex curſu
temporis præſumi iuſſus. Ita declarat Ruinus, in conſi. xxix.
numero quarto. lib. iiij. & alia ad rem ſcripſi, in præcedenti
præſumptione. Et huius ſententiæ ea eſt ratio, ſecundum,
82 Ruinum, quia alioqui duæ † præſumptiones in eodem actu
concurrerent, quod à iure non conceditur. l. prima. C. de
dotis promiſſ. Qua tamen de re diſſeruimus ſup. in libro j.
q. xliij.
Declaratur nonò, vt locum non habeant prædicti caſus,
83 † quando alia efficaciori præſumptione conſtaret, ſolenni-
tatem hanc extrinſecam minus legitimè fuiſſe adhibitam.
Ita Abbas in cap. Albericus. de teſtibus. Corneus in conſi.
cxliiij. columna j. verſi. nec videtur opitulari lib. iiij. & Cra-
uett. in dicto Tractat. de antiq. tempo. in dicta tertia parte
84 principali. in principio. nume. 30. Eſt ratio, quia ſicuti † præ-
ſumptio cedit veritati, vt diximus paulò ſupra ita etiam ce-
dit efficaciori præſumptioni. l. Diuus. ff. de in integr. reſt.
85 & ſcripſi ſupra lib. j. q. xxx. Et hanc præſumptionem † ortam
à diuturnitate temporis, admittere probationem in contra-
rium, præter ſupra allegatos, reſpondit etiam Ruinus in con-
ſilio cliiij. nu. 13. lib. v.
86 Declaratur decimò, vt non procedat in minore, † contra
quem curſu etiam longiſſimi temporis, non præſumitur ſo-
lennitas extrinſeca. Ita Alexand. in conſi. xciij. num. 6. libr.
vij. & Corneus in conſilio xcviij. nume. 3. libr. j. & ſcripſi in
præcedenti præſumptione.
Declaratur vndecimò, vt non habeat locum, quando
87 † actus pro ſui ſolennitate, requirit ſcripturam. Nam tunc
curſu temporis, ſolennitas hæc non præſumitur. Ita Abbas
in c. ſicut. de re iud. Roma. in l. ſciendum, & ibidem Alex.
num. 12. ff. de verb. obl. Ruinus in conſilio lxix. numero 9.
verſicul. ſecundo. reſpondetur lib. j. & in conſilio xlix. num.
9. lib. iiij. Felinus in d. cap. ſicut. num. 32. Antonius Gabriel
in lib. j. concluſionum. in tit. j. de præſumptionibus concluſ.
j. numero 60. & Bero. in conſi. xlviij. num. 20. lib. iij. Et con-
fert quod ſcripſi ſupra, in quarta declaratione primi capitis,
cùm dixi ſolennitatem intrinſecam, non præſumi, quando
lex requirit ſcripturam.
Verùm à prædictis diſſentit Baldus in conſilio cxvj. Co-
lumbinus. col. ij. lib. j. & in conſil. xxiiij. ſubtiliter. colum. ij.
verſicul. & notandum eſt. libro iiij. qui reſpondit, quod etſi
88 † emphyteuſis probari debet per ſcripturam, attamen ſcri-
pturam interueniſſe, ſatis probari temporis diuturnitate. Ita
quoque Alex. in conſi. xxix. col. pen. verſic. item non obſtat
89 alia reſponſio. libr. vj. reſpondit, temporis † diuturnitate,
præſumi interueniſſe ſcripturam in vnione eccleſiarum, &
collatione ordinum. Conciliari poſſunt hæ opiniones, ſe-
cundum Ripam in l. j. num. 104. ff. ſoluto matr. & Craue. in
Tracta. de antiq. temporum, in prima particula tertiæ par-
tis principalis. nume. 40. vt illa prima procedat, quando nul-
lum aliud hominis factum, ſed ſolum ipſe temporis cur-
ſus interceſſit: ſecunda verò quando factum hominis, vt puta
in emphyteuta penſionis ſolutio; & in vnione, vt exiſtens in
eius quaſi poſſeſſione, ipſis eccleſijs ſic inſeruierit.
Declaratur duodecimò, vt non habeat locum, quando
90 † ſolennitatis probatio eſſet poſita in conditione. Nam tũc
præſumptio reſultans ex temporis curſu, non ſufficeret. Ita
reſpondit Ruinus in conſilio lxviij. numer. 17. & numer. 18.
lib. j. quem ſecutus eſt Antonius Gabriel in dicta conclu. j.
nu. 71. Ea ratione motus eſt Ruinus, quia quando probatio
requiritur in vim conditionis, præſumptio non dicitur pro-
batio: atque ita non ſufficit. l. Lucius. ff. de cond. & demon.
Cæterùm cum huius declarationis veritas, pendeat ab his,
quæ ſcripſi ſupra in lib. j. q. xxxvij. ad ea lectores remittẽdos
eſſe exiſtimaui.
Declaratur decimotertiò, vt locum habeant prædicti
91 caſus de iure ciuili: ſecus † verò de iure Canonico. Ita
Gabriel in dicta conclu. j. in fine, auctoritate Are. in l. ſcien-
dum. nume. 12. ff. de verbo. obl. qui meo in codice hoc non
ſcripſit.
Declaratur decimoquartò, vt locum non habeat, quan-
92 do † non apparet de ſcientia, & patientia eius, de cuius præ-
iudicio agitur. Nam tunc ſolennitas hæc extrinſeca, non
præſumitur diuturnitate temporis. Ita Baldus in l. ij. C. de
legit. hæred. Alexan. conſi. xvij. col. vlt. lib. iiij. & alios refert.
Rolandus conſi. ij. nu. 127. libr. j. quẽ ſecutus eſt & Oſaſcus
in deciſ. clxiij. nu. 5.
Declaratur decimoquintò, vt locum non habeat, quan-
93 do † quis ſciuit actum: ſed tamen impugnare non potuit.
Ita in ſpecie reſpondit Dec. in conſi. ccccxlij. nume. 22. qui
reſpondit de eo, qui adire non potuit hæreditatem, vt nec
curſu temporis præſumatur adiuiſſe, & in ſpecie noſtra De-
cium ſecutus eſt Oſaſcus in deciſ. clxxiij. nume. 5. in fi. Eſt
94 ratio, quia non valenti † agere, nulla currit præſcriptio. l. j. §.
vltim. C. de annali præſcript. Nec patientia conſiderari po-
teſt, quando veriſimiliter prohiberi non poteſt; vt in ſpecie
tradit Imola in l. j. §. deinde. numero 23. ff. de aqua pluuia
arcend.
95 Declaratur decimoſextò, vt non procedet, quãdo † ſolen-
nitas hæc extrinſeca non fuit enuntiata, nec potuit interue-
nire in actu tempore illo, quo confectus fuit: nec partes ipſi
ſolennitati renuntiare potuerunt. Nam tunc nec diuturni-
tate quidem temporis præſumitur. Ita declarant Ruin. in
conſilio cliiij. numero duodecimo. in fine. libr. v. Socinus
Sen. in conſi. xlvj. nu. 35. libro quarto. Rolandus in conſilio
xc. numero 39. libr. j. & Oſaſcus in d. deciſ. clxxiij. numero
ſexto. Et his accedit Crottus in d. l. ſciendum. nume. 31. qui
eiuſdem opinionis recenſet Alex. in cõſi. xvij. lib. iiij. & con-
ferunt quæ dicemus in ſubſequenti præſumptione, in tertia
declaratione.

## PRAESVMP. CXXXIII.

### Verbis enuntiatiuis prolata à contrahentibus quando & quibus in caſibus vera præſumatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Enuntiatiuis verbis pronuntiata à contrahentibus, vera præſumuntur. Id quod etiam ad non contrahentes extenditur, conſentientes tamen*

*ipſi contractui.nu.2.*
*Et locum habet contra hæredes & ſucceſſores ſingulares.nu.3.*
*Atque adeo vt aliquando probatio in contrarium non admittatur. numero 4.*
5 *Enunciatiua verba,præſumuntur vera inter contrahentes,etiam quando de ipſo enuntiato principaliter diſputari contingit.*
*Extenditur id etiam ad tertium,quantum ad illius fauorem.nu.6.*
7 *Enunciatiua verba prolata in iudicio, præſumptionem faciunt pro tertio.*
*Idque præſertim ſi antiquitus prolata ſint.nu.8.*
*Vel adhibitum fuerit iuramentum.nu.9.*
*Aut verba enunciatiua ſignificent cauſam finalem eius de quo agitur. num.11.*
10 *Enunciatiua verba iuramento comprobata, diſponere.*
12 *Enunciatio facta inter contrahentes præſumptionẽ facit,etſi id quod enunciatur, tempore confecti actus, veroſimiliter non potuit interuenire.*
*Fallit in eo, qui de facto ipſo enunciato,veroſimiliter ſcientiam cognitionemque non habuit.nu 13.*
14 *Filiationis confeßionem incidenter & ob aliud emiſſam,præſumptionem quaſi poſſeßionis aut effectum filiationis non facere.*
15 *Enunciatiua prolata ſuper aliquo facto non conuenienti enunciationi, non faciunt præſumptionem.*
16 *Filius nominatus incidenter in aliquo actu indiſſerenti, filiationis in quaſi poſſeßione non dicitur conſtitutus*
17 *Enunciatiua prolata ſuper eo,de quo partes diſponere non poſſunt, non habent veritatis præſumptionem.*
18 *Bonorum Eccleſiæ alienationem, pro euidenti vtilitate & neceßitate factam eſſe, enunciatio præſumptionem non facit ſed neceſſaria eſt probatio.*
19 *Enunciatio facta à muliere,quod ſit vidua,non facit præſumptionem ſi de morte mariti aliter non conſtet.*
20 *Clericus non præſumitur,qui ab eo,cuius poteſtate id non pendet,verbis enunciatiuis,talis fuit appellatus.*
21 *Enunciatiua à contrahentibus prolata.nullam præſumptionem faciunt contrahentium,quando actus recens,& nouus.*
*Quid autem ſit in antiquis, nu.22.cum ſeqq.*

CVm in ſuperiore præſumptione aliqua de ver-
bis enunciatiuis contrahentium diſſeruerim,
viſum è re fuit hoc in loco explicare,quando &
quibus in caſibus,vera eſſe præſumantur ab ip-
ſis contrahentibus verbis enunciatiuis prolata. Et ſanè di-
1 cendum eſt, vera præſumi quæ verbis † enunciatiuis pro-
nuntiata fuerunt.l.quidam.ff.de probatio.& l. optimam.C.
de contrah.& committen.ſtipul. Et verba hæc contrahen-
tium enunciatiua præſumptionem inter eos facere, vt vera
credantur ab eis enunciata,manifeſte affirmarunt. Bart.in l.
ex hac ſcriptura.num.16.ff.de donatio.Abbas in conſi.xvj.
col.ij.lib.j.Socin.Sen.in conſi.ccxiij.lib.ij.& conſil. lxviij.
nu.7.lib.iiij.Decius in conſi.xlij.colum.vij.verſi. quartum
dubium.& Craue.in conſi.xxix.num.1.& idem in tractat.de
antiq.temp.in tertia particula primæ partis principalis. nu.
19.& nu.37.ſcripſit,facere plenam probationem inter con-
trahentes,donec probetur contrarium.
Diſſentit tamen à prædictis Socin. Sen. in conſil. xcij.
col.xij.nu.22.verſi.ſed difficultas.lib.iij.qui reſpondit, nec
præſumptionem quidem facere
Extenditur primò,vt locum habeat hæc traditio, etiam
2 contra alios non contrahentes † ipſi tamen contractui con-
ſentientes.Ita Soc.Sen.in con.cclxvj.col.iiij.verſi.quod po-
tius cenſeri debeat.libro ij.& Crauet. in d. tertia particula.
num.20.
3 Extenditur ſecundò,vt locum habeat etiam contra † hæ-
redes, & ſucceſſores etiam ſingulares ipſorum contrahen-
tium.Ita Craue.in d.conſi.xxix.nu.1.qui Aretinum & Soci-
num huius opinionis commemorauit.
Extenditur tertio,procedere & locum habere, vt etiam
4 aliquando non admittatur † probatio in contrarium, ad-
uerſus hanc enunciationem ſicuti quando verba enunciati-
ua emittuntur propter aliud ſciẽter,ſuper eo ſuper quo par-
tes ipſæ poſſunt ſibi præiudicare. Ita Cynus in l.non nudis.
q.vlt.C.de probatio.Baldus in l.cum falſa. C. de falſa cauſa
adiecta lega.Socin.Sen.in conſi.xlvj.num.8.libr.j.quod eſt
repetitum in conſi.ccxiij.libr.ij.& Crau.in dicta tertia par-
ticula.nu.20.
Extenditur quartò, vt locum etiam habeat, quando de
5 ipſo † enunciato contingit diſputari principaliter. Nam
adhuc præſumptionem faciunt verba hæc enunciatiua, in-
ter ipſas partes. Ita Aret.in cap.per tuas.de probat.& conſi.
xiij.col.vlt.verſi.præterea iſta confeſſio.Abbas in conſi.xvj.
co.ij.lib.j.Alex.in additio.ad Baldum in l.ad probationem.
col.ij.de probatio. Ruin.in conſi.cxlj.num.13.libr.v. Cra-
uetta in dicta tertia particula.nu.55.
Extenditur quinto, vt locum habeat hæc præſumptio,
6 etiam quo ad tertium, vt ſcilicet ad eius † fauorem præſu-
mantur vera illa enuntiata. Ita Baldus in cap.ſeries. colum.
prima de teſtibus.& Crauet.in dicta tertia particula. nume-
ro trigeſimo.& trigeſimoſexto. qui rationibus & argumen-
tis comprobauit,& quædam contraria confutauit.
Et hæc quidem Baldi declaratio,multo magis procedit,
7 quando verba hæc enunciatiua,fuerunt prolata † in iudicio.
Nam tunc ſine cotrouerſia pro tertio præſumptionam fa-
ciunt. Ita Roma. in conſil.lxiij.nume.2. quem ſic intellexit
Craue. in dicta tertia particula. numero 27. Romanum ſe-
cutus eſt Iaſon in leg. iuriſgentium.§.quod ferè col.ij.ff.de
pactis. Hæc ſanè verba in iudicio prolata facilius & effica-
cius probant, ob calorem iudicij. Ita Bartol. in d. l. ex hac
ſcriptura.nume. 16.ff.de donat.Corneus in conſi.cccv.col.
iiij.lib.iij.
Et præterea illa Baldi traditio in d. capit.ſeries,locum
habet multo magis, quando hæc verba enunciatiua ſunt
8 † antiquitus prolata. Nam tunc præſumptionem etiam quò
ad tertium ſine dubio faciunt, vt reſpondit Abbas in conſi.
lxij. in tertio dubio.lib.ij. quem ſecutus eſt Crauetta in di-
cta tertia particula.num.28.
Rurſus locum habet prædicta doctrina multo magis,
9 quando adhibitum fuit † iuramentum; Nam tunc efficacior
redditur præſumptio hæc pro tertio. Ita tradit Crauetta
præcitato in loco.num.38.reiecto reſponſo Iaſonis in conſ.
xxxvj. libro. iij. Iuramentum enim multum operari hac in
re ſolet, vt docuit Iaſon in l. ex his.colum.ij.verſicul. ſextò
fallit.C.de teſta.mil. cùm poſt alios dixit, verba enunciati-
10 ua † iuramento comprobata diſponere, & idem decidit
Afflictus in deciſ.lxxxiij.nu.3.
Et tandem multò magis procedit hæc traditio Baldi,
11 quando verba hæc enunciatiua † ſignificant cauſam finalem
eius, de quo agitur: & habito reſpectu ad qualitatem per-
ſonarum, quas veriſimile eſt non mentiri. Ita idem Bald.
in conſilio cccx. An patronatus. libro v. & Crau. in d. tert.
part.nu.49.
Extenditur ſextò, vt locum habeat etiam ſi enunciatur
12 id,quod eo tempore † confecti actus non potuit veriſimi-
liter interuenire, vt ſi enuntiatum eſt, factam fuiſſe ſubha-
ſtationem bonorum alienatorum: Hæc ſanè enunciatio
præſumptionem facit inter ipſoſmet contrahentes. Ita poſt
alios Decius in auth.ſi quis in aliquo.nume.39.C.de eden.
Brun.in tracta.de forma & ſolennitate in tit. de probatione
& præſumptione formã & ſolennitatis.col.xliij.verſic.alius
caſus eſt,& Craue.in tract.de antiq.temp.prima parte prin-
cipali in quarta particula,quæ incipit,ampliatur.nu.2. Qui
quidem dicunt,hanc enunciationem non nocere tertio, niſi
de antiquo agatur.
Declaratur primò hæc præſumptio, vt locum non ha-
13 beat, quando hæc verba fuerunt enunciata ab eo, qui † de
facto ipſo enunciato veriſimiliter ſcientiam cognitionemq;
non habuit. Ita Crauet. in dicto tractat.de antiq. tempo. in
dicta tertia particula primæ partis principalis.nume.50.au-
ctoritate Felini in cap.per tuas.col.iiij.verſ.ſecundo.reſtrin-
gitur.de probatio. dum ſcripſit, confeſſionem filiationis
14 † incidenter & ob aliud emiſſam non facere præſumptio-
nem, aut effectum quaſi poſſeſſionis filiationis, quominus
is,qui ſe aſſerit filium probare teneatur, ſe filium, quando
emiſſa eſt ab eo,qui probabiliter ignorabat.Qua de re dice-
mus infra libro ſexto in præſumptione vigeſimaoctaua,vbi
aliqua de præſumptione circa filiationem diſſeremus.
Declaratur ſecundò, vt locum non habeat hæc præſum-
15 ptio, quando verba enuntiatiua † fuiſſent prolata ſuper
aliquo facto, non conuenienti ipſi enunciationi & confeſ-
ſioni. Nam tunc ne præſumptione quidem inducitur. Ita
Crauetta



Ita Crauetta præcitato in loco.num.51.ex ſententia Iaſonis
in conſilio cij.column.ſecunda. libro quarto. Cùm reſpon-
dit, quod quando quis fuit nominatus filius incidenter, in
actu indifferenti,qui etiam non filio conuenire poteſt, puta
ſi dicatur,fili mi,veni huc, facito hoc, hæc verba non indu-
16 cunt præſumptionẽ filiationis pro filio, vt dicatur † conſti-
tutus in quaſi poſſeſſione filiationis: ſecus enim eſt quando
verba enuntiatiua proferuntur in actu, qui non ſolet con-
uenire alteri, quam filio, vt puta ſi dicat, bene veni,fili mi,
volo quod tractes negotia mea. Ita Caſtren.in l. non nudis.
C.de probat. Geminian,in capit.ſi Papa.in prin.de elect. in
vj. Ancharan. in clem.vltim. de ſentent. excom. & Crauet-
ta vbi ſupra.& ſcripſi in lib.ij.de arbitrar.iudic.caſu lxxxvix.
num.78.
Declaratur tertiò, vt locum non habeat hæc præſum-
ptio, quando prolata fuerunt verba hæc enuntiatiua ſuper
17 † eo,de quo partes diſponere non poſſunt, quemadmodum
dixi in præcedenti præſumptione in fine, & in ſpecie tra-
dunt poſt alios Brunus, Crauetta & Oſaſcus, quos ſtatim
referam. Exemplum afferri ſolet, quando in inſtrumento
alienationis bonorum eccleſię dicitur: Habita licentia Epi-
ſcopi, & præcedentibus tractatibus. Nam tunc verba hæc
non faciunt præſumptionem. Ita Abbas in conſilio quadra-
geſimoprimo. colum. prima libro primo. Alexand. in con-
ſilio xvij.numero ſexto. libro quarto. Iaſon in conſilio vige-
ſimoquarto. numero ſeptimo. libro primo. Felinus in cap.
ſicut.numero vigeſimoſeptimo. verſicul. ſi autem eſt ſolen-
nitas. de ſent.& re iud. Decius in auth. ſiquis in aliquo. nu-
mero 38. C. de eden. Craue. in dicto tractat. de antiq. tem-
por. in tertia particula primæ partis principalis. numero
63. & Oſaſcus in deciſ. clxxij.column.ſecunda.qui alios re-
cenſet.
18 Ita quoque dicimus, quod quando in alienatione † ipſa
bonorum eccleſiæ enunciatur, id factum eſſe pro euidenti
vtilitate, vel neceſſitate eccleſiæ, enunciatio hæc præſum-
ptionem non facit, ita eſſe,ſed requiritur probatio. Ita Ge-
min. in capitul. j. de reb. eccleſ.non aliena. Brunus in tract.
de forma & ſolennitate,in tit.de probatione & præſumptio-
ne formæ & ſolennitatis,col.xliij.verſ.item ex prædictis, &
Oſaſcus in d. deciſ. clxxij. column. j. & alia ad rem ſcripſit
Brunus præcitato in loco.
19 Sic etiam dicimus, quod enuntiatio facta † à muliere,
quod ſit vidua, cum non conſtet aliter de morte mariti,non
facit præſumptionem: cum ab eius poteſtate hoc non pen-
deat. Ita reſpondit Aret. in conſi. xiij.col.vlt.verſicu.poteſt
etiam.Eſt ſimile quod reſpondit Berous in conſi.clxx.nu.3.
20 lib.ij.Cùm dixit,non præſumi clericum,† qui talis fuit ver-
bis enunciatiuis appellatus, cum ab enunciantis poteſtate
hoc non pendeat.
Declaratur quartò, vt locum nõ habeat contra tertium.
Nam verba enunciatiua à contrahentib. prolata, nullam
21 præſumptionem faciunt contra tertium,† quando actus eſt
nouus; vt vno ore admittunt,omnes in authen.ſi quis in ali-
quo.C.de eden.Decius in conſi.xiij.colum.pen.verſic,nam
per inſtrumenta.
22 Quando verò res eſt antiqua,dubium † eſt,an hæc verba
enuntiatiua probationem vel præſumptionem aliquam fa-
ciant contra tertium. Diſtinguunt Abbas in capit. cauſam.
de probat. & in conſi. liiij.col.ij. verſi. tertiò probatur. lib.
j.Corneus in conſi.xxij.col.iij.verſi.nec obſtat. gl.lib.iij.&
Crauetta in Tract.de antiq.temporum, in prima parte prin-
cipali. in quarta particula, quæ incipit, ampliatur.nume.6.
verſicul. Quid tenendum, &c. quod aut agitur de modico
23 † leuique præiudicio: Et tunc verba hæc enunciatiua, pro-
24 bant contra ipſum tertium. aut agitur de magno † præiudi-
cio: & tunc nec plenam, nec ſemiplenam probationem fa-
ciunt:ſed aliqualem præſumptionem. Et ipſe Crauetta ibi-
dem.num.12.ſubiungit,quod in antiquis,quorum probatio
eſt difficilis, non ſolum propter ipſam antiquitatem, & la-
pſum temporis, ſed etiam propter qualitatem ipſius facti,
verba hæc enuntiatiua plenè probent contra tertium: Ita
tradit reſpondiſſe Alex. in conſi.xc.col.iij.verſi.& his eſt re-
ſponſum. libro vj. & ſcripſiſſe Rebuffum in Tract.nomina-
tionum. Probant etiam verba enuntiatiua contra tertium,
25 vbi agitur de magno pręiudicio,quando † cum ipſa tempo-
ris antiquitate concurrunt aliæ coniecturæ, vt puta longa
poſſeſſio, plura inſtrumenta, vel alia ſimilia, ſicuti multo-
rum auctoritate affirmauit doctiſſimus Burſatus, quem ho-
noris cauſa nominare ſoleo,is inquam in conſi.clj.num. 93.
lib.ij.

## PRAESVMP. CXXXIIII.

Nouatio quando, & quibus in caſibus facta, & inducta præſumatur,non leui ſtudio diſputatur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Obligationibus non ſolum ſolutione.ſed etiam nouatione receditur.*
2 *Nouatio quando inducebatur ante ius pandectarum.*
3 *Nouatio iure pandectarum quando introducatur.*
*Non præſumitur ſi ſtipulatio ſecunda pretoria ſit.nu.4.*
*Vel ſi conuentionalis, & plus prima contineat.nu.5.*
*Niſi tamen contineat minus tempore.nu.6.*
*Et quid ſi tantundem quod prima contineat,interueniente vel non interueniente perſona noua.num.7.*
*Vel contineat idem in ſubſtantia,diuerſum quo ad rem ipſam.nu.8.*
9 *Nouatio nec iure Digeſtorum præſumitur quando ex neceßitate,ſecunda ſtipulatio interponitur.*
10 *Nouatio non præſumitur, quando ſecunda ſtipulatio, idem continet quod prima,& aliud quid diſtinctum.*
11 *Nouatio non præſumitur,quando ſecunda ſtipulatio ad primam non eſt æqualis.*
*Idem ſi non principalis obligatio renouatur, ſed ſolum fideiuſſoria.numero 12.*
*Vel ſolum mutentur fideiuſſores,& pignora.nu.13.*
*Niſi tamen in datione nouorum fideiuſſorum vel pignorum,remouetur prima obligatio.nu.14.*
*Aut priorum fideiuſſorum vel pignorum loco dentur alij.nu.15.*
16 *Nouatio iure Digeſtorum,nec præſumebatur nec fieri poterat in alio, quam ſtipulationis cotractu.*
*Aut ſi poſt primum contractum, in continenti adijceretur ſtipulatio. num.17.*
*Cui tamen opinioni,adducitur alia contraria.nu.18.*
19 *Mutationem voluntatis,non præſumendi, ratio eadem eſt,tam in contractibus quam vltimis voluntatibus.*
20 *Pugnantibus duobus,ſecundum derogat primo.*
21 *Nouatio facta non præſumitur,quando duo contractus vna ſimul connectuntur,& vnus alterum non præcedit.*
22 *Incontinenti quæ fiunt,cenſentur ineſſe.*
23 *Pactis pluribus,in vno eodemque inſtrumento appoſitis, nec prius datur vel poſterius.*
24 *Nouatio facta præſumitur,quando primus contractus non eſt perfectus, ſed potius de contrahendo promiſſio.*
25 *Nouatio facta non præſumitur, quando primus contractus adeo certus eſt,& perfectus,atque ſecundus contractus*
26 *Nouatio facta non præſumitur.quando duo actus,vel primus vel ſecundus,proprium nomen non obtinent. ſed potius ad perfectionem, & implementum alterius factum cenſetur.*
27 *Stipulatio facta alteri,inutilis eſt.*
28 *Contractus inuenti ſunt, vt obligationem producant,& actionem.*
29 *Contrahentes agere id voluiſſe præſumitur, quod natura contractus ſignificat.*
30 *Actus ſubſequutus præſumitur factus, in exequutionem præcedentis obligationis.*
31 *Numeratio actus eſt,qui ſui natura,ex mutuo producit actionem.*
32 *Finem ad vnum inducta, contrarium non debent operari.*
33 *Stipulatio non ſolum in mutuo,ſed & aliis in contractibus,nouationem operatur,ſi voluntas partium,de nouando adfuerit.*
34 *Nouatio ex conſtitutione noua Iuſtiniani,expreßim fieri debet.*
*Nec ad illam inducendam præſumptiones ſufficiunt, ſecundum quoſdã. num.35.*
*Diſſentientibus aliis,nu.36.*
37 *Expreſſum dici quoque, quod coniecturis apparet, & præſumptionibus.*
38 *Nouatio facta præſumitur,quando debitor delegat alium etiam non debitorem ſuum, quem creditor acceptauit. Secus ſi de creditoris conſenſu non appareat.nu.46.*
39 *Nouatio facta præſumitur, quando ſecundus contractus, cum primo eſt incompatibilis,ſecus ſi contractus ſint compatibiles.nu.40.*

41 *Pugnantia duo ſimul ſtare nequeunt.*
42 *Nouatio inducta præſumitur, per tranſactionem, qua ſui natura, à prima obligatione receditur.*
42 *Mutuum & depoſitum, contractus duo ſunt incompatibiles.*
44 *Compromiſſum quando cum laudo lato repugnat, dicitur ex eo facta nouatio.*
45 *Nouatio facta non dicitur, quando ſecundus contractus, nullus eſt & inualidus.*
46 *Nouatio olim quibus caſibus fiebat ipſo iure, an hodie fieri dicatur ope exceptionis. nu. 47. 48. & 49.*

POSTEAQVAM hactenus diſſeruimus de illis præſumptionibus, & coniecturis, quæ verſantur circa contractus, nunc agendum eſt de his, quæ reſpiciunt diſtractus: Quocircà cum obli-
1 gationes † diſtrahantur, ab eiſque recedatur non ſolum ſolutione, ſed etiam nouatione, ob id de eis differendum nũc eſt. Eſt ſanè difficilis, & perplexa diſputatio, quando, & quibus in caſibus præſumatur facta nouatio prioris obligationis per ſecundam. Exiſtimauerim diſtinguenda eſſe aliqua tempora, & aliquot caſus.

Primum fuit tempus ante ius Pandectarum, quod antiquum appellari poteſt. Hoc ſanè tempore per ſecundam obligationem, ſeu, (vt illam iura appellant) cautionem, prima illa, ſiue illa ſecunda obligatio, plus ſiue minus pri-
2 ma contineret, † inducebatur nouatio. In quod ſatis manifeſte colligitur ex. l. vltim. C. de noua. & ex. §. preterea, in inſtit. quibus mod. toll. obliga. & in ſpecie ſcripſerunt Alex. in conſilio xiij. numero quarto. libro ſecundo. Socin. Sen. in l. qui vſumfructum. nu. 5. de verb. obl. & Fran. Balduinus in d. §. præterea.

Secundum tempus fuit iuris Pandectarum, ſeu Digeſto-
3 rum; † quo variè conſtitutum fuit, ſicuti explicat Bart. in l. pen. nume. 3. ff. de præto. ſtipula. quo in loco aliquot caſus diſtinguit; & nos aliqua addemus.

4 Primus eſt caſus, quando ſecunda ſtipulatio erat † prætoria. Hoc caſu non nouabatur iure iſto prima ſtipulatio, alterius contractus. Ita Bartol. in d. l. pen. numero 3. ex illo textu. & ibidem Ang. colu. ij. in prin. verſi. ſed reſponde, & Imola. ibid.

Secundus eſt caſus, quando ſecunda ſtipulatio erat
5 † conuentionalis, & plus ipſa prima continebat. Hoc caſu præſumebatur facta nouatio: ſi verò continebat minus non præſumebatur, ſic ſcripſerunt Bartol. in d. l. pen. numero 3. verſic. ſecundo caſu. & ibidem Angelus. col. ij. verſi. ſecundus caſus eſt, & Imola, Lud. Bologn. in conſi. lix. colu. iij. & & Alex. in conſi. cxciij. num. 3. lib. vj. ex. l. qui vſum fructum. ff. de verb. oblig. l. ſi pupillus. §. actum. ff. de nouat. & l. vltim. C. eod. Hic caſus locum non habet ſecundum Angelum
6 præcitato in loco, quando ſecunda ſtipulatio † continet minus tempore; vt puta: ſi promiſi tibi decem in Calen. Maij. Et deinde eadem decem promitto in Calen. Auguſti. Nam tunc prima obligatio, nouatur etiam hoc iure Digeſtorum, ſolùm ope exceptionis. Ita inquit Angelus ſenſiſſe gloſſ. in d. l. pen. per textu. l. cum ſtipulatus ſim mihi à Proculo. ff. verbor. obligat.

Tertius eſt caſus, quando ſtipulatio ſecunda conuentionalis tantumdem continebat, quod prima: & in ipſa ſe-
7 cunda interueniebat † noua perſona, præſumebatur nouatio: ſi verò noua perſona non interueniebat, nouatio non præſumebatur: ſic explicant Bartol. in d. l. pen. numero 3. verſicul. tertio caſu. ff. de prætor. ſtipul. & ibidem Angel. col. ij. verſicul. tertius caſus. ex. l. ſcire debemus. in prin. ff. de verb. obl.

Quartus eſt caſus, quando ſtipulatio ſecunda conuen-
8 tionalis, idem quod prima continebat in † ſubſtantia, etſi diuerſum quo ad rem ipſam, vt puta in prima fuerat promiſſus fundus, in ſecunda fundi æſtimatio. Hoc caſu non præſumebatur nouatio. Ita Barto. in d. l. pen. numero tertio, verſicul. quarto caſu. & Bologne. in d. l. ſingularia. numero 62. verſicul. quantum verò ex l. fundum Cornelianum. ff. de nouat. Et idem docuit Angel. in d. l. pen. verſicul. quartus caſus.

Quintus eſt caſus, quem præter Bartol. præcitato in loco adiungimus, ex ſententia Angeli in d. l. pen. col. ij. verſic.
9 primus eſt, quando ſecunda ſtipulatio interponitur ex † neceſſitate. Hoc caſu nec de iure Digeſtorum, præſumebatur nouatio, l. Stichum. §. legata. ff. de nouat. Et eandem ſententiam probauit Imola in d. l. pen.

10 Sextus eſt caſus, quando ſecunda ſtipulatio † continet illud idem quod prima, & quid aliud diſtinctum, vt puta primò promiſi Sticum; deinde promiſi Stichum, & Pamphilum. Hoc caſu non præſumitur facta nouatio. Ita Angelus in d. l. pen. col. ij. verſ. quintus caſus eſt. ff. de preto. ſtipul. & ibidem Imola.

11 Septimus eſt caſus, quando ſecunda ſtipulatio † non eſt æqualis ad primam: ſed prima eſt fortis, ſecunda verò pænalis. Hoc etiam caſu, non præſumitur facta nouatio. Ita Angel. in d. l. pen. col. ij. verſi. ſextus eſt, & ibidem Imola, ex. l, ita ſtipulatus. de verb. obl, Ripa in l. ſi ſe non obtulit. §. ſi ex conuentione. nu. 6. ff. de re iud.

Octauus eſt caſus, quando non renouatur obligatio
12 † principalis, ſed ſolum fideiuſſoria, vt pignorum; vt puta, ſi primo promiſi decem ſub pignore, vel ſub vno fideiuſſore: deinde pro iiſdem decem do aliud pignus, vel alium fideiuſſorem. Hoc caſu etiam non præſumitur facta nouatio, vt ſcilicet ab eo primo pignore, vel fideiuſſore dicatur receſſum. Ita Angelus in d. l. pen. col. ij. verſi. ſeptimus & vltimus, ff. de prætor. ſtipula. & ibidem Imola. Caſtren. nume. 2. Comenſ. numer. 3, Et his accedunt relati à Iaſone in l. eum, qui, §. ſi hominem. col. ij. de verb. obl. & in l. j. in fi. C. de iud. & alios refert Ronchegallus in l. iij. in princ. nu. 15. ff. de duobus reis. Et apertius Ripa in l. ſi ſe non obtulit. §. ſi ex conuentione. num. 7. ff. de re iud. qui recenſet etiam Soc. Sen. in conſi. xviij. num. 15. & in conſi. xxj. nu. 3. libr. j. Et ij quidem moti ſunt ex l. ſi Titius. verſic. ſed ita demum. ff. de fideiuſſ.
13 Hic caſus locum habet multò magis, quando ſolum † mutantur fideiuſſores, vel pignora. Nam tunc ſine controuerſia prima obligatio principalis non nouatur. Ita Ripa in d. l. ſi ex conuentione. num. 6. ea ratione, quia fideiuſſorum, & pignorum obligatio, quæ acceſſoria eſt, vim non habet mutandi principalem.

Declaratur primò hic caſus, vt locum non habeat, quan-
14 do † in datione nouorum fideiuſſorum, vel pignorum, renouatur prima obligatio. Ita declarat Ripa in d. l. ſi ſe non obtulit. §. ſi ex conuentione. nu. 7. verſi. quod intellige. ff. de re iud. poſt glo. & Bart. in l. pen. in verbo, pignore. ff. de prætor. ſtipul.

Declaratur ſecundò, vt non procedat, quando ſecundi
15 † fideiuſſores, & ſecunda pignora dantur loco primorum. Nam tunc primi liberati cẽſentur. Ita Ripa in d. §. ſi ex conuentione. numero 7. verſicul. item intellige, poſt Caſtren. & Alexand. ibidem. & Imolam in d. l. pen. ff. de prætor. ſtipula. ex. l. ſi rem. §. omnis. ff. de pigno. action. Et hoc ſignificat Iuſtinia, in d. l. vlt. in prin. C. de nouatio. ibi, vel pignus acceperit, vel cautionem minorem.

16 Nonus eſt caſus, quando † alius eſt contractus quam ſtipulationis. Nam iure Digeſtorum non præſumebatur facta nouatio, immo nec fieri poterat. Ita Barto. in l. item illa. §. vltim. & in l. vbi quis. ff. de conſt. pecu. & in l. j. num. 3. ff. de nouatio. Alex. in conſilio xiij. nume. 5, lib. ij. Socin. Sen. in con. xxj. num. 9. lib. j. Decius in hac l. ſingularia. numero 19. verſi. illa tamen. ff. ſi certum peta. & Ripa in rubric. de verb. obliga. nume. 37. verſi. aliud. Et ij quidem moti ſunt ex d. l. item illa. §. vlt. de conſt. pecun. & ex l. ſi mandato meo. §. vlt. ff. mand.

Decimus eſt caſus, quando poſt primum contractum
17 fuit ſtatim † & incontinenti adiecta ſtipulatio, vt ſi ex emptione vel mutuo promiſi centum, deinde ſtatim ſtipulatus es eandem ſummam. Hoc etiam caſu non præſumitur facta nouatio. Ita Bar. in d. l. ſingularia. nume. 10. verſicul. ſi verò. Decius num. 16. & Bologne. num. 61. & 62. poſt alios ab eis commemoratos. Et ij adducti ſunt primò text. l. duo ſocietatem. ff. pro ſocio. in illis verbis, ſi nouationis cauſa. Quæ ſane verba dubitatiua, ſuperuacanea eſſent, immo male à iuriſconſulto prolata, ſi ſubſecuta hæc ſtipulatio ſui natura nouationem induceret. Nec repugnat conſideratio Decij d. nu. 16. verſi. ſed aduertendum, quia illi reſpondetur, quod in d. l. duo ſocietatem. duo aguntur.

Primò quod ibi non fit nouatio, & hoc principaliter: ſecundo



cundo quod ibi ſit intentata actio, ex primo contractu, & hoc ſecundario.

Secundò adducitur text. l. ſi ita fuero ſtipulatus. §. j. ff. de nouat. vbi ſtipulatio ſubſecuta poſt contractum mutui incontinenti, non nouat ipſum mutuum, ſed vnicus eſt contractus ſtipulationis ſecundum glo. ibi. Verùm hic text. loquitur quando ſecundus actus ſtipulationis ſubſequitur mutuum, pro illius confirmatione. Et ideo ego intelligo illa verba, vnus contractus eſt, hoc eſt, mutui, pro cuius reſtitutione adiecta eſt confirmatoria ſtipulatio. Qua de re fuſius differemus infra in xiiij. caſu.

Tertiò allegatur tex. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſuris ibi, nouandi animo ſtipulatus. Ergo à ſenſu contrario, nouatio non præſumitur, niſi conſtet: alioqui, vt dixi ſupra, fruſtra dubitaret iuriſcon. ſi ſtipulatio ſubſecuta, ſui natura nouaret.

Quartò affertur. l. non ad ea. ff. de cond. & demon. in primo caſu ſecundi caſus, dum voluit iuriſcon. per ſecundum legatum factum ſub conditione, ſine commemoratione primi purè facti, non eſſe receſſum à primo: atque ita mutatam non eſſe voluntatem teſtatoris. Ergo nec hic dicitur mutata voluntas contrahentium, & inducta nouatio.

Cæterum quia hic tex. pro contraria opinione Fulgoſij, quam mox refero, adducitur; ob id de eius ſenſu ſtatim diſputabimus.

18 Contrariam † opinionem aduerſus Bartol. & reliquos, probarunt glo. in d. l. duo ſocietatem, & Fulgo. in d. l. ſingularia; quod immo hoc caſu præſumatur facta nouatio. Et adductus eſt Fulgoſius ex. d. l. nõ ad ea. ff. de cond. & demon. in ſecundo caſu, ſecundi caſus, vbi ſi primo legatum factum eſt pure, deinde & ſecundo ſtatim, & in continenti, eadem res ſit legata eidem ſub conditione, commemoratione facta primi legati, receſſum dicitur à primo: atque ita mutata voluntas. Cum ergo & noſtro in caſu, ſecunda ſtipulatio ſit facta commemorato ipſo primo præcedenti contractu, dicitur nouare ipſum contractum. Verùm reſpondet Alex. quod d. l. nam ad ea, procedit ſolum in vltimis voluntatibus, non autem in contractibus, vt ſcribunt Bartol in l. iuriſgentium. §. adeo. ff. de pactis, & Baldus in l. reſcriptũ. §. ſi pactum. in fi. ff. eo. Quæ ſanè interpretatio retinenda non
19 eſt, cum eadem ſit ratio † non præſumendi, & præſumendi, voluntatis mutationem in contractibus, quæ & in vltimis voluntatibus. l. eum, qui. ff. de probatio. quæ abſolute, & indiſtincte loquitur. Et regulam. d. l. non ad ea, habere etiam locum in contractibus, ſenſit Bartol. in hac ipſa quæſtione, vt ſupra retulimus, & Decius in l. pacta nouiſſima. numero 10. C. de pactis. Reſpondet itaque ſecundo Decius in caſu. dict. l. nam ad ea, cenſeri mutatam voluntatem: quia duo illa legata erant incompatibilia. Non enim ſimul ſtare poterat, quod eadem res deberetur pure, & ſub conditione. Et ob id vnum tollit, vt dicemus infra ſuo loco. Diuerſum eſt in caſu noſtro, vbi ſecunda actio, quæ producitur ex ſecundo contractu, ſe compatitur cum prima; & ob id à prima obligatione non videtur receſſum. Hanc interpretationem falſam eſſe, omninò exiſtimo: quia ſi eiuſdem rei legatum pure factum, & factum ſub conditione, eſſent incompatibilia, idem eſſet dicendum, quod etiam eo caſu quo factum eſt legatum ſecundum, ſub conditione, abſque commemoratione primi, illud primum eſſet mutatum, & in ſe-
20 cundum tranſlationum, ex quo ex duobus † pugnantibus, ſecundum derogat primo. l. pacta nouiſſima. C. de pactis. Et tamen in ea. l. non ad ea, contrarium dicitur, nempe quod ſi teſtator legauit centum pure Caio & eidem incontinenti legauit ſub conditione, ſine commemoratione primi, primum non eſſe trãslatum in ſecundum, ſed dari electionem legatario, vt acceptet vel purum, vel conditionale. Reſpondet itaque tertiò Bologne. in d. l. ſingularia. nume. 62. d. l. nam ad ea, ad rem non facere quia loquitur quando ſecunda diſpoſitio eſt diuerſa à prima. Nos verò loquimur, quando continet idem.

Cæterum reijcienda eſt hæc reſponſio ea ratione, qua ſupra confutaui interpretationem Decij. Prætereà ſi diuerſæ erant diſpoſitiones, vel ratione rei, vel ratione qualitatis, ſimul ſtare potuiſſent, atque ita legatum cenſeretur duplicatum: cuius tamen contrarium ibi dicitur.

Reſponderi poteſt quartò ex declaratione Bartol. in d. l. nam ad ea. numero 1. verſic. ego credo, dum conciliando text. illum cum. l. j. in fine. ff. de ſtip. ſeruo. ſcripſit, quod caſus. d. l. nam ad ea, procedit, quando eidem perſonæ relinquitur primò, vno modo, & poſteà alio modo. Et quod ob id facilius præſumitur nouatio in eadem perſona. Nec repugnant (inquit Bar.) l. vlti. C. de nouat. cum ſimil. quia loquuntur quando adeſt interuentus nouæ perſonæ, ex parte eius qui obligatur: ſed ſecus eſt, quando eſt ex parte eius, cui obligatio acquiritur. Nam tunc variatio diſpoſitionis facilius inducit nouationem.

Vndecimus eſt caſus, quando duo contractus vna ſimul
21 † connectuntur, & ſic vnus alterum non præcedit: vt ſi dico, Titius dedit, & vendidit mihi ſtipulanti. Hoc in caſu non præſumitur facta nouatio. Ita Bar. in d. l. ſingularia. nu. 12. verſic. iij. accedit.

Et hic ipſe caſus à fortiori, firmatur illis rationibus, & iuribus, quibus & præcedens, à quo parum differre & Bar. ipſe exiſtimauit. Idem enim (inquit Bartol.) eſt, quando ſtipulatio ſtatim, & incontinenti præcedit, vel ſubſequitur:
22 & quando in eodem actu adijcitur: cum ea, quæ † incontinenti fiunt, ineſſe cenſeantur. l. lecta. verſicu. dicebam hoc. tit. ſi certum peta. Huc facit, quod egregie docuit Baldus in l. antiquæ. §. j. in fine. C. ad Velleian. quem poſt alios ſecutus Ronchegallus in l. iij. in prin. num. 14. ff. de duobus reis. Inquit Baldus, quod ſi plures ſe conſtituunt principales debitores in inſtrumento, nullo iure fit nouatio, cum obligatio ſumat robur in eodem inſtanti. Nouatio autem debet fieri à poſteriore.

Cæterum à Bartol, in eo diſſentit ſolus Purpur. in hac. l. ſingularia, quod exiſtimauerit Bar. nullum hic dari ordinem. Nam verius eſt (inquit Purpur.) ordinem ſaltem ſcripturæ adeſſe, qui ſane ordo, eſt admodum conſiderabilis. ſicuti ſcripſit poſt alios Iaſon in l. ij. §. prius. nume. 18. ff. de vulg. & pup. ſubſt. Huic obiectioni reſpondetur, nullum hic ordinem etiam ſcripturæ adeſſe, cum non detur nec prius, nec poſterius, vt poſt alios tradit Iaſon in d. §. prius. numer.
23 22. dum inquit, quod quando in vno inſtrumento plura † apponuntur pacta, non eſt dare nec prius, nec poſterius, ex quo vno eodemque inſtanti; inſtrumentum partium conſenſu perficitur.

Duodecimus eſt caſus, quando contractus primus, non eſt contractus perfectus, ſed potius promiſſio de contrahendo, deinde ſubſequitur ipſe contractus, vt puta promiſi vendere pretio centum, deinde illo pretio centum vendo.
24 Hoc in caſu, dicitur facta † nouatio: quia illa prima promiſſio tollitur per ſubſecutam traditionem, & ex ea agitur. Ita Bartol. in d. l. ſingularia. numero 53. verſicul. primo caſu, & ibidem Decius num. 18. Curtius Iun. nu. 15. Purpur. numero 11. Bologne. nu. 67. idem docuit Iaſon in l. ſi fideiuſſor. §. vlt. num. 18. de leg. j. Et ij quidem moti ſunt tex. l. ſi hæres teſtamento. ff. de actio. empt. & l. in numerationibus. §. vlt. ff. de nouat.

Verùm prædicta duo iura videntur repugnare inuicem, vt aduertit Dec. qui inquit, poſſe conciliari ſecundum Bar. in l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe. in fine. de leg. j. & Bald. in l. vlti. ad finem. C. de pactis inter emptio. & vend. Et rurſus accedit ratio, quod in prima illa obligatione adeſt ſolum pactum vendendi. l. conſilio. in fine. ff. de curato furio. Ergo vendendo, illi facto dicitur ſatisfactum, atque ita ſoluiſſe dicitur, nimirum ſi illa obligatio tollitur. Ita ſimili in caſu docuit Bartol. in l. pen. §. vlt. ff. de acq. poſ. cum dixit, quod iuſſus tradere, ſola nuda traditione liberatur. Ita etiam Baldus in l. j. col. xiiij. verſic. quartò quæro. C. de ijs, qui pænæ no. dixit, præceptum factum hæredi, vt compromittat, extingui ſtatim facto compromiſſo. Et Decius in conſilio ccccclxv. nume. 11. reſpondit, quod iuſſus à teſtatore vendere, vendendo ſtatim liberatur: ſic & Socin. Sen. in conſilio lxviij. col. iij. verſic. nam vt ex d. libr. iij. & Ruin. in conſilio clxxxiiij. nu. 4. lib. ij.

Cæterum à Bart. & ſequacibus diſſentiunt Angelus in d. l. in numerationibus. ff. de ſolutio. & Aretin. in l. fideiuſſor. §. meminiſſe. de legat. j. qui ſcripſerunt, quod per venditionem illam, ſolum liberatur ille promiſſor ab obligatione de vendendo: ſed ſi res vendita non traditur, vel promiſ-

ſum non ſeruatur,agi poteſt ex præcedenti obligatione.d.l. ſi hæres.

Conciliat has opiniones Aret. in conſi.vj.num.4.quod opinio Bartol. procedat in contractibus. Illa verò Angeli in vltimis voluntatibus. Quæ ſanè conciliatio repugnat.d.l. in numerationibus. §.vlt.ff.de ſolutio.vbi idem ſtatuitur in vltimis voluntatibus, quod in contractibus. Et in ſpecie conciliationem hanc reijciunt Cagnolus in l.ſingularia.nu. 57. & Bologne.num.68. Quo in loco aliter ipſe conciliat: Inquit enim, quod aut extant aliquæ coniecturæ, quibus conijci poteſt, promiſſorem voluiſſe obligari ad factum tantum: Et tunc dicitur ſolum ad ipſum factum teneri.

Hoc caſu procedit opinio Angeli, & Aretini. Aut nullæ extant coniecturæ: ſed verſamur in dubio, & tunc promiſſor dicitur voluiſſe obligari ad ius. Nam & verba ipſa intelliguntur de iure.l.iij.§.hæc verba. ff. quod quiſque iuris. & l. ſtipulatio iſta.§.ij.quoque.de verbo.oblig. Et hoc in caſu locum habet opinio Bar.& ſequacium.

Decimus tertius eſt caſus, quando primus contractus ita eſt certus atque perfectus, ſicuti & ſecundus, vt puta ſi ſtipulatus ſum à te centum,& deinde iterum promiſiſti cen-
25 tum. Hoc caſu non † præſumitur facta nouatio.Ita Bart. in d.l.ſingularia.num.11.verſi.ſecundo caſu.ff. ſi certum peta. quem ſecuti ſunt reliqui, ibi, vt teſtatur Bologne. ibidem. numero 69. verſic. nihilominus. Et ij quidem adducti ſunt primò ex.l. item illa.§.vltim.ff.de conſtit.pecu.conſtituerat quis ſe ſoluturum, quod debebat ex cauſa ſtipulationis, vel alterius contractus, quo caſu nata erat obligatio,& actio de conſtituta pecunia, iuxt.l. j. ff. de conſt. pecun. Atque ita duplex ei competebat actio. prima ex ſtipulatione,ſecunda ex ipſo conſtituto. Propoſuerat deinde creditor in iudicio, actionem illam de conſtituta, dubitatum fuit, an ſublata,& extincta eſſet actio illa prima ex ſtipulatione? Reſpondit Vlpia.non cenſeri ſublatam,ſed ſolum finiri ſolutione facta. Præſupponitur ergo ibi, ſequentem contractum non auferre, atque ita non nouare actionem ex ſtipulatu, nec contractum præcedentem. Nec obſtat quod inquit Iaſon, debitorem illum liberari per litis conteſtationem. Nam reſpondetur, quod immo non liberatur. Affertur & ſecundo text. l. ſi mandato meo. §. vlt.ff.mand.Creditor egit contra debitorem ſui principalis. eius mandato, atque ita cæpit debitor principalis teneri, ex ſecunda obligatione orta ex ipſo mandato. Et cum dimidium crediti iam exegiſſet Creditor, reſiduum deinde petebat à debitore principali,dubitatum fuit, an petere poſſet? Et dicendum videbatur,non poſſe petere, quia debitor delegatione facta,liberatur ab obligatione ſua. Cæterum contrarium ibi diffinit Paulus, quod immo non liberatur, ſed remanet ipſa prima obligatio & actio, quæ non tollitur, atque ita non nouatur, per ſecundum contractum mandati, niſi quando creditor ille acceptat mandatum animo nouandi. Et ſubiungit Paulus, idem eſſe, ſi fideiuſſor mandauit creditori, contra reum principalem, vt ipſe fideiuſſor ex ſtipulatione obligatus. ( iuxtà.l. blanditus. C. de fideiuſſo. ) liberetur à prima cauſa,ob illud mandatum, ſi ſcilicet animo nouandi fecit. Non ergo ſtipulatio per ſubſequentem contractum nouatur. Verùm hac in re animaduertendum eſt, duo hæc reſponſa ſic à Bortol. conſiderata, non procedere ob id, quod ibi contractus eſſent compatibiles, idem continentes, & primus contractus ita eſſet certus, & perfectus, vt ſecundus, ſed ea de cauſa contingere, quia præcedens obligatio non nouatur, etiam eo iure Digeſtorum,per alium ſecũdum contractum, ſed per ſolam ſtipulationem, ſicuti iura ſic intellexit ipſemet Bartol. in d.l. item illa.§.vltim.ff.de conſt. pecu.& in l. j. numero 3. ff. de nouat. & dixi ſuperiore capite,in vltimo caſu.

26 Decimuſquartus caſus eſt, quando † duo actus ſiue primus ſiue ſecundus, non obtinet propriũ nomen contractus, ſed poteſt eſſe certus contractus,vel alterius contractus implementum, vel confirmatio, ſicuti eſt pecuniæ numeratio, vel rei traditio. Illa enim pecuniæ numeratio,poteſt obtinere nomen certi contractus, vt puta mutui, vel depoſiti irregularis, poteſt etiam eſſe implementum contractus, vt ſi præceſſit emptionis contractus, deinde pecunia numeretur, illa numeratio venit ad implementum, & perfectionem ipſius contractus emptionis, & venditionis. Ita etiam de rei traditione dicere poſſumus, cum eſſe poſſit traditio pro donatione, atque ita donationis contractus; poſſit etiam eſſe perfectio alterius contractus, vt puta emptionis: ita dicimus, quod ſtipulatio aliquando eſt contractus, ſicuti quando de per ſe conſideratur, aliquando venit ad confirmationem alterius contractus, l. ſi ſtipulatus. de vſuris,& tradit poſt alios Ripa in rub. de verb. obl. numer. 52. Hoc itaque caſu non præſumitur inducta aliqua nouatio, ſed potius id factum ad perfectionem, & implementum alterius contractus. Ita Bartol. in d.l.ſingularia. nume.10.verſ. quandoque præcedit. & ibidem Alex. Iaſon. Decius. num. 16.verſic.ſecundus caſus.Curt. Iun.nu.16.Purpur.nu.27.& Bologne.num.63.& 64.

Primò adducitur text. l. ſi ita ſtipulatus.§. Chryſogonus. verſicul. ſupereſt. ff.de verb.oblig. vbi manifeſte reſpondit Vlpia. quod ſi quis mutuam pecuniam dedit,ſicque iam numerauit, & eam ſtipulatus eſt, vna ſola naſcitur obligatio verborum. Atque ita nouatio non inducitur,quia illa numeratio venit ad perfectionem ſeu confirmationem præcedentis ſtipulationis.

Cæterùm exiſtimauerim, ibi naſci ſolum verborum obligationem, reſpectu ſtipulantis, non autem eius,cuius erat pecunia mutuata, ſecundum terminos caſus illius. §. Chryſogonus. Et ideò ſubiungit iuriſcon. quod ſi præceſſit mutuum,& ſequitur ſtipulatio,non tollitur obligatio naturalis, nata ex mutuo, & acquiſita illi,cuius erat pecunia.

Secundò affertur text. l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. j. ff.de nouatio. iuriſconſulti verba hæc ſunt. Cum pecuniam mutuam quis dederit ſine ſtipulatione, & ex continenti fecerit ſtipulationem, vnus contractus eſt. Idem erit dicendum, etſi ante ſtipulatio facta eſt, mox pecunia numerata ſit. Hic perpenditur illa ratio, quia vnus eſt contractus. Et ſic in dubio videtur dicendum, quod contractus non debeant multiplicari. Hæc ratio ( inquit Decius )ceſſat in primo caſu, quia conſtat de contractu, qui præcedit: & in clariris non eſt opus coniecturis. l. continuus.§. cum ita. de ver. obligat.

Verùm reſpondet Fulgo. quod in d.l.ſi ita ſtipulatus. §. j. præcedebat certus contractus, vt colligitur ibi: mutuam pecuniam dederit. Ergo mutuum, & ſic contractus certus, ſicuti & hunc textum intellexerunt alij, quos retuli ſuprà in decimo caſu. Et tamen caſus iſte noſter, ſecundum Bar. & ſequaces procedit, quando ſecundus actus non obtinet nomen contractus.

Hanc interpretationem reiicit Alexan. ratione quadam à Decio confutata, ipſe verò Decius aduerſus Fulgoſium ſcribit in d.l.ſingularia. numer.16.verſi. aliter ergo,&c.illa verba.d.l.ſi ita ſtipulatus fuero.§.j.ff.de nouat. ibi,mutuam pecuniam dederit.&c.eſſe exponenda ſimpliciter, ideſt,numeratam. Hoc probatur( inquit Decius ) illo textu, dum ſubiungit; idem econtra, ſi ſtipulatio ante facta ſit, & mox numeratio ſubſecuta ſit. ſicuti ergo in caſu econtra, loquitur de numeratione ſimpliciter: Ita pariter in primo caſu videtur loqui de numeratione ſimplici: vt caſus pariſicentur, ideo conſonat,quod illa verba, mutuam pecuniam,accipiantur & exponantur, ideſt creditam ſimpliciter.

Rectius crediderim. d.l. ſi ita ſtipulatus. §. primo. eſſe ſic explicandum; dum ait, vnus contractus eſt, intelligatur, vnus contractus mutuj. Et ſtipulatio adiecta eſt pro confirmatione, cauſa reſtitutionis faciendæ. Et dum ſubiungit iuriſconſult. Idem erit dicendum, & ſi ante ſtipulatio facta eſt, mox pecunia numerata ſit. Intelligo idem, hoc eſt vnus contractus, non tamen mutui, ſed ſtipulationis; vt quia ſit ſtipulatus pecuniam ſibi mutuari. Et ideò in l. ſeq. ſubiungit Pompon. Cum enim pecuniam mutuam datam ſtipulamur, non puto obligationem ex numeratione naſci: & deinde eam per ſtipulationem nouari. &c. Hic præceſſit ſtipulatio de mutuando, vt ſignificant illa verba. Et. magis implendæ. &c. Et ideò illa verba, pecuniam mutuam datam, exponi debent, dandam, vel dari. In primo itaque caſu. dicto §. primo ſtipulatio deſeruit mutuo. In ſecundo verò numeratio ſeruit ſtipulationi.

Tertiò perpendi ſolet text.l.certi condictio.§.quoniam. ff.hoc



ff.hoc tit.ſi certum peta.quo loci ille,qui mutuo dedit, pecuniam,ſtipulatus eſt eam alteri reddi:ibi agitur ex numera-
27 tione,quia ſtipulatio † alteri facta eſt inutilis. Ergo à ſenſu contrario ſecus eſt,quando ſtipulatio eſt vtilis.

Quartò,ea ratione,& argumento motus eſt Iaſon,contra-
28 ctus ad hunc finem inuenti ſunt,† vt obligationem, & deinde actionem producant.Et ob id præſumitur, quod contra-
29 hentes agere, & facere † voluerint id, quod natura contractus ſignificat.l. non omnis in princip. hoc titul. ſi certum peta.Atqui numeratio non habet certam ſignificationem: cum fieri poſſit ad implementum præcedentis contractus, poſſit etiam fieri, vt de ſe contractum cauſet: vt depoſitum irregulare, mutuum, vel commodatum. Cum ergo dubia ſit mens numerantis,illa debet declarari vel ex ſubſequentib.vel ex præcedentibus,arg.l.ſi ſeruus pluriũ.§.vlt.de leg. j.Declarari ergo debet mẽs iſta; quod voluerit numerare in executionem, & perfectionem actus præcedentis. Ita dici-
30 mus,quod actus † ſubſecutus,præſumitur factus in executionem præcedentis obligationis.l.poſt dotem.ff.ſol.matr.vbi Bar.& reliqui.

Cæterum rationem hanc reiicit Decius in d.l.ſingularia. numero 16.verſic.ſed iſta ratio.&c.quia non apparet,quod interpoſita ſtipulatione, partes agant, quod ex ea ſola oria-
31 tur actio. Nam cum numeratio ſit actus, † qui ſua natura actionem ex mutuo producit, & ſit actus naturalis, qui facilius actionem parit. l. ea quæ ciuiliter. ff. de acq. rerum dom. Et hoc ( inquit Decius ) clarum eſt facta numeratione ſimpliciter. Ergo à fortiori idem dicendum videtur, ſecuta ſtipulatione, quæ ad maiorem confirmationem interponitur. Et ideò non videtur impedire actionem ex nume-
32 ratione:quia inducta † ad vnum finem, vel non debent operari contarium.l.legata icutiliter. ff. de leg. ij. Et ſicuti primo in caſu,plures oriũtur actiones,ita videtur,& in ſecundo cum diuerſitatis ratio aſſignari non poſſit inter vnum, & alterum.

Hæc reſponſo,& interpretatio vera non eſt,quia multum differt, quod numeratio fiat ſimpliciter, & de per ſe, ſine aliquo antecendi contractu, vel fiat poſt aliquem contractum. Nam primo caſu contractum cauſat, vt puta mutuũ, vel decoſitum irregulare, vel commodatum, cum nil aliud ſignificare poſſit: ſecundo verò caſu intelligitur facta ad implementum præcedentis contractus. Et ideò plus operatur illa ſimplex numeratio, quam illa facta poſt contractum.

Ex prædictis ſubinfert Bart.in d.l.ſingularia.nu.10.verſi. Nec eſt ſpeciale.&c. aduerſus Iacobum de Arena, non eſſe ſpeciale in mutu, quod actio ex eo cõtractu cauſata facilius tollatur, & nouetur per ſubſecutam ſtipulationem. Dicebat enim Iacobus de Arena,eſſe ſpeciale in mutuo, vt facilius eius obligatio per ſtipulationem nouetur. dict.l. ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.de verbo.obli.& d.l. ſi ita ſtipulatus fuero.§.j.cũ.l.ſeq.ff.de nouat. Hæc ſanè Iacobi de Arena opinio,vera non eſt(ait Bar.) quia idem eſt in dote, & aliis contractib.qui re contrahũtur,vt in depoſito, & commodato.Et quamquam multa effuderint Caſtr. Alex. Iaſon & Decius ad rem hanc,attamen verè cũ Bar.ſentiendum eſ-
33 ſe,quod ſcilicet nulla ſit in hoc mutui ſpecialitas, † cũ & in cæteris contractib.ſtipulatio nouationem operetur, ſi partium voluntas nouandi affuit.

Præterea vel ea ratione cum Barto.ſentio,quod hoc dici nõ poſſit ſpeciale in mutuo,quia verius eſſet odiũ,ſunt enim ſpecialia,ideſt ſingularia vel priuilegia mutui fauore ipſius contractus conceſſa.Hoc autem de quo agimus nõ ſignificaret fauorem,ſed odium potius,nempe maiorem debilitatem,& infirmitatem huius cõtractus, quam aliorũ, cum alij ſecũdum Iacobum de Arena non tollantur, & nouentur ita facile per ſtipulationem,ſicuti hic mutui.

Tertium eſt tẽpus nouæ conſtitutionis editæ à Iuſtiniano in vlt. C.de nouat.qui abrogato iure antiquo ſtatuit,no-
34 uationem † expreſſim fieri debere.

Cæterùm dubitant Doctores,an ad inducendam nouationem ſecundum hoc tempus,ſufficiant præſumptiones,&
35 coniecturæ. Et non † ſufficere,opinati ſunt Barto.in l.pen. nume.3.in fi.ff.de præto.ſtipula.& Baldus in d.l.vlt.num. 1. verſicul. in lege id eſt. Quorum opinio videtur ſatis clarè probari in d.l.vlt.dum ſtatuit Iuſtinia.nouationem non induci,niſi verbis expreſſis ita fuerit actũ.Non ergo ſufficiunt coniecturæ,quæ non poſſunt dici verba expreſſa. Et rurſus apertius, videtur probari in §. quod autem diximus,in inſt. quib.mod.toll.oblig.vbi manifeſtè Iuſtinia.tollit præſumptiones,& coniecturas.

36 Cæterùm diſſentiunt ab hac opinione alij per multi † exiſtimantes,adhuc ſufficere coniecturas,& præſumptiones ad inducendam nouationem hoc tempore. Ita ſanè gloſ.in l. ij.ff.de noua.Cynus in d.l.vltim.colum.j.verſic.ad illam.C. eod. Caſtren.in l.pen.ff.de præto.ſtipul.& in dic.l.vltim. & ibidem Salicetus.Imola in l.delegare.ff.de noua.Alexan. in conſi.lxxij.nu.2.verſi.item eſſe falſum.lib.ij. Socin. Sen. in conſi.xxj.num.3.lib.j.Ludo.Bolog.conſi.lix. col.ij. Barba. in conſ.lxxxvj.col.vij.& viij.lib.iiij.Dec.in conſi.cccc.col. ij.& Afflict.in deciſ.xliiij.nu.15.cõmunem teſtatur Cagno. in d.l.ſingularia.nu.102.ff.ſi certum peta.& Ronchegallus in l.iij.in prin.nu.18.ff.de duob.reis,qui eiuſdem ſententiæ recenſet etiam Pariſi.in conſi.cvij.col.ij.lib. iij. Lofredum in conſi.xxiiij.col.iiij.& Purpur.in l.certi condictio.§.quoniam.numero 15.hoc tit.eandem probauit Vincentius Frãcus in deciſionibus Neapolit. in deciſio. xv. in fine. Ea eſt
37 huius ſentẽtiæ ratio,quia † expreſſum, & illud dicitur,quod apparet ex coniecturis,& præſumptionibus,ſicuti ſcribunt Bartol.in l.prætor ait,in princip. numero 1. de operis noui nuntia.ibidem.Iaſon.nume.3.4.& idem Iaſon in l.licet Imperator.numer.10.de leg.j.Qua ex ratione ceſſat illa prima argumentatio,contrariæ opinionis ſumpta ex d.l.vlti. C.de noua.Non etiã repugnat tex.d.§.quod autem diximus,quia ibi Iuſtinian. corrigit atq; reiicit præſumptiones illas antiqui iuris:& quas quidem præſumptiones refert ipſemet Iuſtinia.in d.l.vlt.Illas itaq; tollit,non autem alias,quæ & neceſſariò ſignificare poſſunt,hoc etiam iure nouo, inductam cenſeri nouationem:ſicuti de coniectura quam ſubiiciemus apparebit.Et ipſe Iuſtinia.in d.§.quod autem dixit ſe reiicere quaſdam præſumptiones.

38 Prima eſt coniectura,quando debitor † delegat alium etiã non debitorem ſuum,& creditor ipſe acceptauit delegatum illum,nouatio cenſetur facta. Ita Afflictus in deciſ. ccclij. nu.4.qui dixit,vſum obſeruare reſponſum Aret.in conſ.v.& Comen.in l.delegare.ff.de nouat.

Secunda eſt coniectura nouationis, quando ſecundus
39 contractus,† eſt incompatibilis cum primo. Hoc in caſu, per ſecundum contractum dicitur eſſe receſſum à primo,atque ita facta nouatio.Ita ſcribunt Baldus in d.l.vlti.numero 1.verſi.vt quando forte.C.de nouat.& in conſ.cccxviij.Practica ciuitatis col.ij.verſic.reſpondeo.libr.j.Decius in l.pacta nouiſſima.colum.j.C.de pactis.idem in conſi.cccc. col. pen.verſi.iiij.reſpondetur,in conſi.cccclxiiij.nu.4.& in cõſ. dlxiiij.nu.15.Cagnolus in d.l.ſingularia num.102.ff.ſi cert. peta.Ronchegallus.in l.iij.in prin.num.18.verſi.videtur ta-
40 men.ff.de duob.reis. Ita econtra, quando contractus † ſunt compatibiles,non dicitur facta nouatio.ſicuti reſpondit Alexan.in conſi.cxciij.nume.3.lib.vj.Et motus eſt Baldus ex l.pen.ff.de præto.ſtipul.Quam tamen Barto.ibi.nume.3.intellexit loqui,in prætoris ſtipulationibus,quæ vim non habent inducendi nouationem: ſicuti etiam ſuprà diximus. Adducit ſecundò Baldus textũ.l.qui vſumfructum.ff.de ver, obliga.Quod reſponſum intellexit Bartol.in d.l.pen.numero 3.de præto.ſtipul.loqui,quando ſecunda ſtipulatio plus continet ipſa prima; iuxta text. l. ſi pupillus. §. qui actum. ff. de nouat. & diximus ſupra. Allegat tertiò Bald. l. cum in plures.§. locator horrei. ff. locati. quæ in argumentum ſatis probat, dum ex receptione auri, & argenti in horreo, quod eſt quid incompatibile cum eo propoſito,quod prius habuerat, non recipiendi,ſignificatur voluntatis mutatio. Ita ergo hic. Et melius quarto aſſertionem hanc probat.l. pacta nouiſſima.C.de pactis;quam Baldus ipſe recenſet:vbi pactum ſecundum contrarium primo illud tollit: cum duo
41 † pugnantia ſimul ſtare non poſſint.l.vbi repugnantia.de regul.iuris.

42 Hinc infertur,quod per † tranſactionem, qua ſui natura receditur à prima obligatione,inducta dicitur nouatio:cum ſe non compatiatur tranſactio, cum ipſa obligatione. Ita Baldus in rub.de tranſact.ad finem.Gozad.in conſi.xxxviij.

 colum.ij.

colum.ij.verſi.ſecundo conſidero.& colum.vlt.& Ronche-
gallus in l.iij.in prin.nume.19.ff.de duobus reis.
43 Infertur etiam,quod cũ mutuum† & depoſitum ſint duo
contractus incompatibiles,ex quo vnus concedit vſum rei,
alter verò negat;ex ſecundo dicitur facta nouatio primi.Ita
reſpondit Baldus in conſi.cxxiij.col.ij.lib.ij. quem ſecutus
eſt Ronchegallus præcitato in loco. Infertur quoque quod
44 cum compromiſſum†repugnet laudo iam lato,& approba-
to,dicitur ex eo compromiſſo facta nouatio. ſic reſponde-
runt Ange.in conſi.xxj.col.pen.Aret.in conſ.cxlvij.colum.
pen.Lud.Bolog.conſi.lix.colu.ij.Soc.Sen.in conſil.lxxxix.
col.iij.verſi.ſed contra.lib.iij.& Decius in conſilio ccc.nu.
8.& in conſi.cccc.col.j.Diſſentiunt tamen Specul.in tit.de
arbitris.§.ſequitur.verſ.item quæro,an actio.Iaſon in conſ.
clxviij.col.vij.ver.ad doc conatur.lib.iiij.Duran.de arte te-
ſta.tit.de acquiren.hæred.cautela.ij.& Gratus conſ. lxxxix.
col.pen.lib.j.Et hanc viſus eſt ſequi Ronchegallus in dic.l.
iij.in prin.nu.19.ver.idem in compromiſſo.

Declaratur tamen hæc coniectura,vt non procedat,quã-
45 do†ſecundus contractus eſt nullus,& inualidus. Nam tunc
per ſecundum non dicitur receſſum à primo:atque ita facta
nouatio. Ita reſpondit Alex.in conſi.cxciij.numero 4.libro
6. Et comprobat ſimilibus Purpur. in l. pacta nouiſſima.
numero 14.C.de pactis.Ita pariter, quando non apparet de
46 conſenſu†ipſius creditoris,quod nouationem facere volue-
rit, ſicuti contingit in mercatore, qui literas debitoris ſui
non refert in libro magiſtrali,ſed ſolum memoriam earum
facit in ſcarafaciis. Nam tũc illas acceptaſſe non dicitur,&
conſequenter non dicitur inducta nouatio.Ita in conſil. cc-
xcvj.nu.26.lib.iij.reſpondi pro Illuſtr.Cuſanis, auctoritate
Soc.Sen.& Rotæ Genuenſis.

Dubitari etiam ſolet in hac nouationis materia,& tracta-
46 tione,an illis caſibus, quibus olim fiebat † nouatio ipſo iu-
re,nunc fieri dicatur ope exceptionis; vt puta olim,ſi diuer-
ſa perſona interueniebat in promiſſione, dicebatur ipſo iu-
re facta nouatio,hodie vero non l.vltim. C.de noua.an hoc
in caſu,ſaltẽ ope exceptionis admittatur hæc nouatio? Hac
de re ſunt Doctorum opiniones. Vna fuit eorum, qui affir-
47 marunt,†fieri nouationem hanc. Ita Accur.in l.ij.ff.de no-
uat.in l.pen.ff.de prætor.ſtipul.& in dict.l.vlti.C.de nouat.
Barto.in d.l.pen.in fine.ff.de præto.ſtipul.& in l.ſi pecuniã.
ff.ſi certum peta.Baldus in d.l.vlt.in princ.C. de noua. & in
conſi.cxxviij.in fine.lib.ij.Angelus in d.l.ij.& in d.l.pen. &
in l.reſcripto.§.pacto.col.ij.ff.de pactis.Alex. in l.iij.§.ſi ex
conuentione.num.9.ff.de re iud.qui communem eſſe teſta-
tur Barb.in conſi.lxxxvj.col.pen.ver.præterea facit.lib.iiij.
qui aſſeruit,non eſſe in iudicando ab hac recedendum.Lud.
Bolog.in conſi.lix.col.iij. Hanc quoq; communem eſſe di-
xit Soc.Sen.in conſi.xxj.col.j.lib.j.etſi ipſe diſſentiat.Dec.
in conſi.cccc.in fine.

Altera,& ſecunda fuit opinio negantium, nouationem
48 ope exceptionis,etiam his caſibus†non admitti.Ita ſcripſe-
runt Beluiſius,Raynerius,Cynus, Fulgo.Salicetus, & Caſt.
in l.ij.ff.de noua.& ibidem Imola;Baldus in l.fruſtra. C. de
non num.pecu.Angelus in l.qui vſumfructum.de verb.obl.
& ibidem Alexan.col.ij.& Soc.col.iij.qui communem eſſe
teſtantur.idem Socin. in l.certi condictio.§.ſi nummos.ff.ſi
certum peta.& in d.conſi.xxj.nu.3.lib.j. Iaſon in l.ſingula-
ria.num.37.in fine eod.tit.& ibidem Decius.columna pen.
Roman.in conſi.cxxj.in prin.Fulg.in conſi.cxxx.col.penul.
Alex.in conſi.x.col.iij.in conſi.xiij.col.pen.& in conſ.clxx-
ij.in princi. lib.ij.vbi communem teſtatur,Idem in conſilio
lviij.col.ij.lib.ij.& in conſi.clxxiij.colu.iij.lib.vij.Barba.in
conſi.xix.col.pen. verſ. eſt aduertendum. & in conſ. xxxvij.
col.viij.ver.& ſi dicatur.lib.j.& in conſi.xv.col.vj.verſ.poſ-
ſet aliter.lib.ij.Soc.Sen.in conſi.xxj.col.ij.lib.j.in conſilio
cclxvij.col.iij.verſi.j.quia.lib.ij.idem in conſ.lxiiij.col.iiij.
& in con.lxxxix.col.pen.lib.iij.qui aſſeruit,hanc eſſe magis
receptam ſententiam.Gozad.in conſi.xxxviij.Bertra.in cõ-
ſilio clxxxviij.in fine.lib.j.Laufredus in conſ.xviij.col.pen.
Gratus in conſi.lxxxij.col.ij.lib.j. qui atteſtatur, quod hæc
eſt communis opinio ſaltem poſt tempora Alexandri Imo-
lenſis.Curtius Iun.in l.lecta.col.iij.verſi.nonò. ff. ſi certum
peta.Purpur.in l.ſingularia.numero 45. eo. tit. Ripa in l. ſi
ſe non obtulit.§.ſi ex conuentione.numero 8. ff.de re iudic.
& hanc eſſe magis communem teſtatur Vincentius Francus
in di.deciſ.xv.& affirmat, ſic ſeruaſſe conſilium ipſum Nea-
politanum.

Tertia fuit opinio,quam poſt aliquos probauit Ronche-
49 gallus in l.iij.in prin.nu.18.ff.de duob.reis,vt†ſcilicet me-
dia quædam via eligatur,diſtinguendo;quod aut nulla extat
coniectura efficax,qua colligatur,partes voluiſſe, interuen-
tu nouæ perſonæ nouationem inducere.Et tũc procedit ſe-
cunda illa opinio magis communis,quod non inducatur no-
uatio.Aut aliqua efficax extat coniectura:& tunc inducatur.
Et hoc caſu locum habet prima opinio.

## PRAESVMP. CXXXV.

### Creditori ſolutum atque ſatisfactum quando præſumatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Solutum creditori,cur non præſumatur.*
2 *Solutionem allegans probare debet.*
3 *Soluiſſe præſumitur debitor,quando per multos annos creditor exactionem diſtulit.*
4 *Tempore qui liberatur,ſimilis eſt ei,cui ſatisfacit.*
5 *Temporæ curſus,actionem tam perſonalem quam realem tollit.*
6 *Tacens diu,iuri ſuo dicitur tacite renunciare.*
7 *Conſentire dicitur,qui longo tempore patitur.*
8 *Solutionis inſtrumentum amiſſum eſſe,quando credatur debitori.*
9 *Scripturas deperditas,ſtatur partis iuramento,furto per teſtes probato.*
10 *Ciuitatis direptione probata,amiſſio rerum mobilium probatur coniecturis.*
11 *Solutum creditori præſumptio eſt,qui bona debitoris ſui affinitate coniuncti adminiſtrauit,& exactionem diu diſtulit.*
*Idem ſi reditus debitoris perceperit,ſibi enim ſoluiſſe præſumptio eſt. numero 12.*
13 *Creditor adminiſtrator bonorum debitoris ſui, præſumitur ſuum exegiſſe,ſi præſertim inuentarium non conficiat.ibidem.*
*Et alias in rebus ſuis diligens ſit.nu.14.*
15 *Perſonæ qualitas plurimum conſiderabilis,ad probandum vel præſumendum animum aliquid facientis.*
16 *Creditor egregiæ quantitatis, bona debitoris adminiſtranddo, conferens magnam pecuniarum ſummam ad negocium aliquod conficiendum, ex bonis debitoris feciſſe præſumitur, niſi aliud appareat.*
17 *Creditor ex admiſtratione bonorum debitoris ſui,aliquam debiti partem conſecutus,præſumitur,& reliquum ſibi ſoluiſſe.*
18 *Agnitio partis,arguit agnitionem totius.*
19 *Solutum creditori præſumitur,qui diu petere extra iudicium diſtulit, vel etiam in ius debitorem vocare,cum facilè poſſet.*
20 *Iudicium ſubterfugiens,preſumitur de iure ſuo diffidere.*
21 *Crediterem eſſe, veroſimile non eſt, qui longo tempore nil ab eo, quem debitorem aſſerit,vel hærede illius,petiit.*
22 *Creditori diuerſæ ſummæ, & quantitatis, qui fidem debitoris in tenui ſumma ſequi tenuit,præſumitur etiam pro maiori ſatisfactum.*

CVm dubitatur an creditori ſolutum, & ſatisfa-
ctum ſit,pro regula eſt ſtatuendum, non præſu-
1 mi † ſolutum : cum ſolutio ſit, quid facti, quod
non præſumitur.l.in bello.§.factæ.ff.de capt. &
poſtlim.reuerſ.& copioſè dicemus infra libro ſexto.in præ-
2 ſump.decimooctauo.Et ideò,qui ſolutionem†allegat,eam
probare debet. l. quinquaginta. ff. de probation. Baldus in
conſilio ccccviij. Tenor.columna prima,lib.quinto.& Cra-
ue.in conſilio ccxiij.numero 1.Receditur tamen ab hac re-
gula coniecturis,& præſumptionibus,quæ ſufficiunt ad de-
monſtrandum ſolutionem,& ſatisfactionem, vel rei reſtitu-
tionem.

Prima eſt coniectura ducta à temporis diuturnitate,quã-
3 do ſcilicet creditor diſtulit†multos annos petere creditum.
Nam tunc temporis curſu, & præſcriptione, præſumitur
debitor ſoluiſſe, atque ita liberatum fuiſſe ab ipſo credi-
4 tore.Nam qui † tempore liberatur, ſimilis eſt ei, qui ſatiſ-
facit.l.ſi pupillus.§.vltim.ff. de adminiſtrat. tuto. cum tem-
5 poris curſus † tollat actionem perſonalem & realem.l.ſicut.
& l.omnes.C.de præſcipt.xxx.vel xl,anno.cap.illud & cap.
ad audien



6 ad audientiam de præſcript.Et qui tamdiu tacet,dicitur†ta-
citè iuri ſuo renuntiare.l.apud eum. ff. de cenſibus & l. ſi eo
tempore. C.de remiſſ.pign. iuncta. l. cum in plures.§.loca-
7 tor horrrei.ff.locati. Et qui longo tempore † patitur,con-
ſentire dicitur.l.pen.C.communi diuid.& l. ſolennibus. C.
de rei vend.& tradunt Dynus in l.alienationis de verbor.ſi-
gnifi.& Alex.in conſ.xxxix.col.iij.lib.iij.quos ad rem hanc
commemorauit, dum coniecturam hanc fecit Afflictus in
deciſi.xiij.numero 2.& multis ſequentibus.Et eandem con-
iecturam probauit Bero.in conſi.xix.nume.9.libr. iij. Cùm
dixit,ſolutionem probari ob id, quod creditor diu diſtulit
petere.

Secunda eſt coniectura,& præſumptio,quando ob credi-
toris ſilentium, & caſum euenientem, quo ſcripturæ, & in-
ſtrumenta fuerunt amiſſa, veriſimile eſt, quod debitor ſol-
uerit:ſed inſtrumentum ſolutionis amiſerit : ſicuti quando
debitor probat ciuitatem ab hoſtibus direptam , & ſcri-
8 pturas vel ablatas,vel incẽdio conſumptas. Nam tunc†cre-
ditur iuramento ipſius debitoris, ſe amiſiſſe inſtrumentum
ſolutionis.Ita Caſtren. in l.ſicut iniquum. C. de fide inſtru.
9 cum dixit,quod probato†furto per teſtes, tunc ſtatur iura-
mento partis de ſcripturis deperditis, & earum tenore. Et
quod probata ciuitatis direptione,quam ſaccomanum vul-
10 gò appellant, amiſſio † rerum mobilium probari poſſit
coniecturis, ſcripſerunt Angelus in l.ſi quis ex argentariis.
§. Prætor. ff. de eden. & alij multi, quos congeſſi infrà li-
bro vj.in præſump.xxviij.& in ſpecie noſtram coniecturam
hanc facit Afflictus in deciſ.xiij.nume.9.verſ.ſecunda præ-
ſumptio.

11 Tertia eſt præſumptio, quando creditor † adminiſtrabat
bona debitoris ſui,affinitate coniuncti:& ſæpius cũ eo cal-
culabat, reddendo ei rationem de adminiſtratis, & tamen
diu diſtulit petere hoc creditum. Hæc ſanè coniecturam
faciunt ipſi creditori fuiſſe ſolutum,& ſatisfactum. Ita con-
iecturam hanc in ſpecie conſiderauit Afflictus in dict. de-
ciſ.xiij.numero 10,verſic.ad præſumendum, qui perpendit
text. l. Procula. ff. de probat. de cuius ſenſu & intellectu,
plura ſcripſi in libro ij.de arbitrariis iudicum,caſu lxxxviij.
numero 17.

Quarta eſt coniectura, & præſumptio, quando creditor
adminiſtrauit bona,& reditus ipſius debitoris,atque ita po-
12 tuit ſibi ipſi ſoluere.Eſt ſane præſumendum,(quod ſibi ſol-
uerit, nec ſuum iactare voluerit.iuxta.l.cum de indebito.ff.
de probatio. l. eleganter. §. qui reprobos.ff. de pign. actio.
Ita in ſpecie coniecturam hanc facit Afflictus in dic. deciſ.
xiij.numero 13.verſi.adducitur quartò;vbi nume.16. com-
memorat Angelum in l.ſed ſi damnum. §. peculium. ff. de
13 pecul. dicentem, quod ſi adminiſtrator eſt creditor † eius,
cuius bona adminiſtrat,præſumitur ſuum exegiſſe.Et tanto
magis(ſubiungit Afflictus.nume.17.)coniectura hæc locũ
habet,quando adminiſtrator non confecit inuentarium bo-
norum ſui debitoris.Et hæc quidem coniectura multò ma-
gis haberet locum,quando adeſſent alia adminicula,quæ re-
tuli in præcedenti coniectura.Et Afflictum ſecutus eſt Cra-
ue.in conſi.cxxix.nume.5.

Quinta eſt coniectura & præſumptio, quando creditor
14 adminiſtrator bonorum debitoris, ſolet † eſſe in rebus ſuis
diligens.Nam tunc præſumitur quod fuerit etiam diligens
in ſibi ipſi ſoluendo, & quod fecerit id, quod ſolent face-
re alij adminiſtratores, alioqui diceretur in culpa, vt ſcri-
bunt Barto.in l.ſi cum venderet. §. vltim. ff. de pigno. Bal-
dus in l.ſolam.colum.v. C. de teſtib. & Angelus in l.conti-
nuus.§.cum ita.ff.de verb.obliga.Quæ ſane culpa non præ-
ſumitur.l.iij.§.ſi ad diem.ff.de re milita.& tradit Bart.in l.in
illa ſtipulatio.ne ſi calendis.ff. de verb. oblig. Hanc conie-
cturã in ſpecie conſiderauit Afflictus in d.deciſ.xiij. nu. 17.
ver.quinta coniectura iuncta coniectura ſubſequenti.nu.18.
verſi.ſexta.& ibi.nu.19.multa affert ſimilia ad demonſtran-
15 dum,quod qualitas perſonæ†eſt multum conſideranda ad
probandum vel præſumendum actum, & animum aliquid
facientis. Et Afflictum ſecutus eſt Craue.in conſilio cxxix,
numero 6.

Sexta eſt coniectura,quando creditor egregiæ quantita-
tis, adminiſtrauit bona debitoris, & eo tempore magnam
16 † pecuniarum ſummam ad aliquod negotium conficien-
dum contulit:nec conſtat,quod aliunde pecuniam habuerit
tunc præſumitur eam ſummam ſumpſiſſe ex bonis debito-
ris.Ita Afflictus in d.deciſio.xiij.numero 19.verſic.ſeptimo
coniecturatur.

17 Septima eſt præſumptio,& coniectura,quando † conſta-
rei ipſum creditorem fuiſſe conſecutum partem ipſius cre-
diti:retinendo ſibi tot ex bonis ipſius debitoris;& quod po-
tuic alia retinere;vſque ad integram ſummã ſui crediti:& ni-
hilominus bona ipſa reſtituit ipſi debitori:ex hoc præſumi-
tur ſibi ipſi ſoluiſſe totum,integrumque creditum ſuum.Ita
Afflictus in d.deciſ.xiij.nume. 20.verſi.viij.facit hanc con-
iecturam comprobando illam traditione Bartol. in l. ex
duobus. & l.ſi is,cui res.de leg.ſecundo,cum dixit,agnitio-
18 nem partis†arguere agnitionem totius.Nec præſumendum
eſt (inquit Afflictus) quod ille, qui poterat ſibi totum
ſoluere,partem tantum ſoluerit,ex quo hoc ſibi damnoſum
fuiſſet.argu.l.planè.ff.famil.erciſcun.& l.tutor.§. Lucius.ff.
de vſuris.

19 Octaua eſt coniectura,quando†creditor diu diſtulit pe-
tere extra iudicium,vel in ius vocare ipſum debitorem,cum
facilè ei fuerit petere,& experiri contra eum, vel eius filios
& hæredes. Hoc ſanè caſu,præſumitur de induſtria id egiſ-
ſe,vt interim probationes debitoris, ſolutionis iam factæ,
perirent. Hanc coniecturam probauit Afflictus in dict. de-
ciſio.xiij. numero 21. verſicul. nona coniectura, ea ratione
20 motus, quod iudicium † ſubterfugiens, præſumitur de ſuo
iure diffidere cap.nullus.de præſumpt.cum aliis ab Afflicto
allegatis,& alia plura congeſſi ſuprà in libro ſecundo præ-
ſumptio.xcj.Et in ſpecie quoque reſpondit Pariſius in con-
ſilio lxxxij.nume. 27.libro j.Cum dixit,contra eum præſu-
mi,qui cum aſſereret ſe creditorem, diu diſtulit petere. Et
idem Pariſius in conſi.cxxxvij.nu.12.lib.iiij.reſpondit,non
21 eſſe veriſimile,quod quis ſit creditor†alicuius,quando lon-
go tempore nihil ab eo,quem aſſerit debitorem,vel ab eius
hærede,& ſucceſſore petiit.Et huc pertinet egregius ille lo-
cus M.Ciceronis in Oratione pro P.Quintio,quem locum
commemoraui in d.pręſum.xcj.nu.7.quo loci coniecturam
hanc in ſpecie probaui. Et confert coniectura prima ſupra
conſiderata ex præſcript.

22 Nona eſt coniectura,quando creditor diuerſæ † ſummæ,
& quantitatis,noluit pro tenui ſumma credere, & fidè ſequi
ipſius debitoris: ſed eam exegit. Hoc etiam caſu, præſu-
mitur ſibi ſatisfactum pro ſumma illa maiore. Ita coniectu-
ram hanc facit Afflictus in dict.deciſi.xiij.nume.22.verſ. x.
adducitur.

Eſt præterea hic obſeruandum,quod prædictæ coniectu-
ræ locum habent,quando agitur non de credito recenti, &
nouo:ſed de antiquo, cuius probatio difficilis.Ita in ſpecie,
declarat Afflictus in dict.deciſio.xiij. numero 23. qui mul-
tis comprobat.

## PRAESVMP. CXXXVI.

### Debitor multis ex cauſis,quam in cauſam ſoluiſſe pręſumatur,diligens,& accurata explanatio.

*SVMMARIVM.*

1 *Debitor multis ex cauſis,præſumitur ſoluiſſe prius ex cauſa,quæ ſub infamia debetur,*
*Fallit ſi de cauſa grauiori ageretur.nu.3.*
2 *Infamiam præ cæteris euitare velle,quilibet præſumitur,*
4 *Debitor multis ex cauſis,præſumitur ſoluiſſe ob eam,quæ pænam continet.*
*Item ex cauſa,quæ ſub hypotheca vel pignore contracta eſt.nu.6,*
*Ampliatur ad eam,in qua fideiuſſores dati ſunt.nu.7.*
*Idem quoque in cauſa propria potius,quam aliena.nu.8.*
*Similiter in cauſa antiquiori.nu.10.*
*Idem in certiori.nu.12,*
*Vel in pura,potius quam conditionali.nu.13.*
*Aut dum dubium eſt,in cauſam, in quam conſuetudine, & more ſolui ſolet.nu.17.*
*Et quid ſi ſumma ſoluta vni tantum ex debitis conueniat.nu.18,*
*Vel excedat ſummam ,quam prima cauſa requirat.nu.19,*
5 *Debita pænalia vbi duo ſunt,ſolutio facta per debitorem,præſumitur ob debitum,*

*ob debitum, cuius pæna non eſt commiſſa.*
9 *Conſulere rebus ſuis, prius quam alienis, naturali rationi eſt conſentaneum.*
11 *Debitum antiquius quod nam aut quomodo cenſeatur.*
14 *Solutum ante conditionis euentum, dicitur habere iactationem inutilem.*
15 *Debitor in cauſam vtiliorem ſoluiſſe præſumitur.*
16 *Actum facere præſumitur quilibet, eo modo quo ſibi poteſt eſſe vtilior.*

QVANDO multis ex cauſis quis debitor eſt, & ſimpliciter quantitatem aliquã numerat & non exprimit, quã in cauſam ſoluit, dubitari ſolet, quã ob cauſam numeraſſe præſumatur. Papin. in l. cum ex plurib. ff. de ſolutio. ordinem egregio, & tanto viro dignum præſtituit.

Primò ex cauſa, (in qua ſecundum Papinianũ, debitorem
1 hũc præſumitur ſoluiſſe) quæ ſub † infamia debetur. Nã ve-
2 riſimile eſt, quod infamiã præ cæteris † euitare vnuſquiq; velit. l. hæc enim §. quod ergo. ff. de ſuſpect. tuto. Et idẽ ꝙ Papinia. reſpondit Vlp. in l. ſi quid. eo. tit. de ſolutio. Et concedunt noſtri omnes, vt Bar. ibid. & in l. ſi in duab. de reg. iur. vbi Dec. Cagnol. & reliqui, qui vno ore affirmant, hanc cenſeri cauſam grauiorem, in quam debitorem ſoluiſſe præſumitur, iuxta. l. iij. ff. de ſolutio. & tradunt permulti, quos congeſſi in conſ. cxxj. nu. 39. lib. ij.
3 Declaratur autẽ prędicta traditio, vt nõ procedat, qñ † ageretur de cauſa grauiori, ſicuti illa eſt, quæ vitã ipſam, vel mẽbri conſeruationẽ reſpiceret. Illa enim præualet, & ob eam ſolutum præſumitur. Ita declarant Bart. & Decius præcitatis in locis.

Secundò eſt cauſa ex ordine Papiniani, in quam debitor
4 ſoluiſſe præſumitur, quæ † cõtinet pænã. Idẽ reſpondit Põp. in l. iiij. eo. tit. etſi Vlp. in l. ſi quid in fin. eo. tit. hanc cauſam poſtponat nõnullis, quas mox referam. Et quod de pæna reſpondit Papi. extendit Bar. in d. l. cũ ex plurib. nu. 2. verſ. qñque dicitur cauſa grauior ad cauſam, ob quã vſuræ præſtãdę ſunt. Idem eſt, quando loco pænæ, vel vſurarum, amitterentur vel fructus percipiendi, vel lucrum aliquod ſicuti reſpõdi in conſ. cxxj. nu. 57. ex Ruini ſententia. Et accedit, quod reſpondit Gramm. in conſi. clxiij. nume. 4. in ciuilib. poſt Alexan. in conſi. lxxxv. libro tertio quod quando duo ſunt de-
5 bita † pænalia, ſolutio facta per debitorem facta, præſumitur ob debitum, cuius pæna non eſt commiſſa: ne ſcilicet committatur.

Tertiò eſt cauſa potior, quæ (inquit Papin. in d. l. cum ex
6 plurib.) ſub † hypotheca, vel pignore contracta eſt. Et illo in loco annotauit Bar. nu. 2. ver. iij. dicitur, idẽ eſſe, quãdo pro
7 vna cauſa dati ſunt † fideiuſſores, & pro altera non. Nã tunc pręſumitur ſolutum pro ea, pro qua dati ſunt fideiuſſores. Id ꝙ probat. l. j. & l. iiij. in fi. ff. eo. de ſolutio. & Vlp. in l. in his. in princ. eo. tit. ibi, grauior videtur, quæ ſub ſatiſdatione debetur. quam quæ pura eſt. Grauior etiam dicitur cauſa illa, quæ ex inſtrumento habet paratam executionem. Bar. in d. l. ſi quid. & in d. l. cum ex plurib. nu. 2.

Quartò cauſa poſt prædictas habetur potior illa, quæ eſt
6 propria † quã aliena, vt ſi debeo mea ipſa cauſa ac etiã cauſa à me factæ fideiuſſionis, pręſumitur, quod ſoluerim pro mea ipſa cauſa. Ita enim reſpõdit Papi. in d. l. cum ex plurib. Poſt hunc ordinẽ potior habebitur propria quã aliena cauſa, veluti fideiuſſoris. Et reddit rationẽ Papi. quia veriſimile eſt, diligentẽ debitorem ita negotium geſturum fuiſſe, ſi enim fuiſſet interrogatus debitor, quã in cauſam ſoluere voluerit, reſpondiſſet vtiq; in propriam. Eſt enim & rationi naturali
9 † conſentaneum, quod quis voluerit prius reb. ſuis conſulere, & negotium proprium agere, quam alienum. Et idem quod Papin. reſpondit Pompon. in l. quarta, eo. tit. Eſt enim maior affectio erga propria, quam erga aliena: ſicuti ad rem ſcripſit Barto. in dict. l. cum ex pluribus, numero 2. verſicul. iiij. dicitur.

Quintò cauſa exiſtimatur potior à Papiniano in dict. l.
10 cum ex pluribus, illa, quæ † eſt antiquior. Ita ſanè ſcribit Papin. ſi nihil eorum interueniat, vetuſtior cõtractus ante ſoluetur. Idem reſpondit Vlp. in l. in his. in princip. eo. tit. cuius verba hæc ſunt. ſi autem nulla prægrauet, (ideſt, ſi omnia no-
11 mina ſimilia fuerint) in antiquiorem. Debitum autem † antiquius, non conſideratur reſpectu tẽporis celebrati contractus, ſed ſolutionis faciendæ: ſicuti ex ſententia Bart. & aliorum reſpondi in conſi. cxxj. nu. 56. lib. ij.

Sextò præter cauſas commemoratas à Papiniano, & eius ordinem, alia ſubſequitur cauſa, quam recenſet Vlpian. in l. j. ff. eod. de ſolutio. vt ſcilicet debitor ex duabus cauſis, qua-
12 rum vna eſt † certa, & clara, altera verò in controuerſia poſita eſt, ſolutum præſumatur pro cauſa certa. Et idem reſpõdit Papinian. in l. ſi is, cui. §. Flauius. ff. eod. de ſolutio. & ibidem annotauit Bart. quem ſecutus ſum in conſilio cxxj. numero 40.
13 Septimò ſequitur cauſa debiti † puri, vt in eam potius ſolutum præſumatur, quam in cauſam debiti conditionalis, vel in diem. ſic reſponderunt Vlpia. in d. l. j. ff. de ſolutio. ibi. aut cuius dies nondum venerat. Et idem Vlpian. apertius in l. iij. in fine. eo. tit. & Scæuola in l. ex plurib. in fi. eo. tit. & ex noſtris ſic etiam reſponderunt Barb. in conſ. xxxvij. col. pen. verſi. & ſi quiſpiam. lib. j. & Pariſius in conſi. cxxij, numer. 8. & num. 11. lib. iiij. quos ſecutus ſum in conſi. cxxj. num. 48. lib. ij. Et illis accedit Butr. in conſi. lxv. verſicu. nec obſtat, qui nec præcitata iura, nec Bar. traditionem commemorat, ſcribit tamen, in dubio præſumi ſolutum in cauſam debiti
14 puri, non autem conditionalis, cũ ſolutum † ante euentum conditionis, iactationem habere dicatur inutilem, quæ non præſumitur. l. cum de indebito. in prin. ff. de proba. & Butriũ ſecutus ſum in conſilio cxxj. numero 44. in fine, vbi eiuſdem ſententiæ recenſui Crauettam, in conſilio cvj. numero 11. & ſubiunxi eodem in loco. nu. 45. ex eodem Crauetta poſt A-
15 lexan. præſumi debitorem † ſoluiſſe in vtiliorem cauſam. Ita
16 etiam dicimus, facientem actum † præſumi facere eo modo, qui ſibi vtilior eſſe poteſt, vt ſcribunt Bartol. in l. gerit. num. 21. ff. de acqu. hæred. & Tiraquellus de retractu conſang. §. xxx. glo. 1. nu. 34.

Octauò cum res dubia omni ex parte eſt, ſolutum præſu-
17 mitur in cauſam, † in quam conſuetudine, & more ſolui ſolet. Ita reſpondi in d. conſ. cxxj. nu. 50.

Nonò, quando ceſſant prædictæ cauſæ, & ſoluitur ſumma
18 quæ conuenit vni tantum † ex multis debitis, in eam ſolutum præſumitur. ſic reſpondit Soci. Iun. in conſil. lxxxv. numero 11. lib. ij.
19 Decimò quando maior ſumma eſt numerata, quã † requirat prima cauſa, id quod execreſt, adſcribitur ſecundæ cauſæ, ac deinceps ex ordine, vt reſpondit Papin. in d. l. cum ex pluribus in fi. ff. de ſolutio.

## PRAESVMP. CXXXVII.

Creditorem damnum ſentire præſumi, cùm creditum erga vnum in plures debitores partitur.

*SVMMARIVM.*

1 *Contrahens cum vno, damnum præſumitur pati, ſi id quod debetur, in plures diſtribuatur debitores.*

QVI cum vno contraxit, eumque debitorem ſibi
1 fecit, ſi deinde id quod debetur † in plures diſtinguatur debitores, damnum creditor ſentire præſumitur. l. & ancillarum. §. vl. ff. de peculio. & ſcribunt in ſpecie Lucas de Penna in l. iij. in præſump. xciiij. C. de apochis publ. lib. x. & Alciatus in Tract. de præſum. reg. ij. præſum. xxxiij. Confert ſecundum ipſum Alciatum, l. non ſolum. §. pen. ff. de peculio. vbi compelluntur plures fideiuſſores conſtituere vnum procuratorem, ne creditor damno afficiatur, agendo cum pluribus.

Huc etiam facit (inquit idem Alciatus) l. in commodato. §. ſi duobus. ff. commo. vbi creditor petere non poteſt partem debiti ſeu crediti, inuito debitore: ſed agere debet ad totum, ſi iuſdicentis iuriſdictio hoc patitur, ſicuti illo in loco explicauit Bartol. & egregiè annotauit Mattheſ. in notab. cxv. Nota, quod ſi ex centum, qui ob id ſcribit, ſumi poſſe modum deſtruendi cautelam Aduocatorum, quẽ probat Bart. in auth. qui ſemel. C. de probatio cum dixit; quod vbi



vbi intentio creditoris probari poſſet ſolummodò teſtibus, cauti aduocati faciunt peti ſolùm modicam partem debiti, etſi teſtes bene probant, reſiduum petunt, & iterato teſtes producunt, & dicuntur tunc melius inſtructi propter interrogatoria ipſius debitoris. Hæc ſanè cautela deſtruitur, quando debitor obiicit, quod pro tota ſumma conueniri debet. Et ad huius rei comprobationem plura ſcribunt recentiores in annotationibus ad Matthe. in d. notab. cxv.

Ad rem quoque pertinet quod docuit Bal. in l. cum eiuſdem. ff. de ædil. edicto.

Huc etiã pertinet, quod docuit Bar. in l. ſi quis aliam in ſi. ff. de ſolutio. & ibidem Caſtren. nu. 2. duo vendiderũt cuidã fundum, pacto adiecto, vt is emptor teneretur reuendere vſque ad certũ tempus. Intra illud tempus, vnus venditorũ volebat recuperare partem ſuam, alter recuſabat, nunquid emptor teneatur partem illam reuendere, ſcribunt Bar. & Caſt. quod non, quia emptor ille ab initio non emiſſet, niſi inſolidum fuiſſet habiturus fundũ. Qua de re copioſè admodum, poſt alios differit Ronchegallus, in l. eandem. in prin. nu. 64. ff. de duobus reis.

## PRAESVMP. CXXXVIII.

Quando re perempta eo modo quo apud creditorem periiſſet, liberetur debitor: Et inibi, quando præſumatur, quod eodem modo, apud ipſum creditorem periiſſet, explicatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Solutionis eſt ſpecies, cum re perempta liberatur debitor.*
2 *Re perempta penes poſſeſſorem, eo modo quo apud dominum peritura erat, in actionib. realibus liberatum cenſeri poſſeſſorem.*
*Secus eſt in actionib. perſonalibus prouenientibus ex delicto. nu. 4.*
*Quid autem in actionibus prouenientibus ex contractu. nu. 5.*
3 *Caſus contingens non præſumitur.*
6 *Rem perituram fuiſſe eodem modo apud creditorem, quo apud moroſum debitorem, non præſumitur.*
*Diſtinguendos eſſe tamen duos caſus. nu. 7 & 10.*
8 *Caſma quid ſit.*
9 *Lex conſiderat id, quod communiter contingit.*
11 *Mortalitas, quid dicatur, .*
12 *Infortunia ex locorum mutatione ſæpiſſime euitantur.*

1 EST ſolutionis ſpecies, † quando re perempta debitor liberatur. Ea propter agendum hic eſt, de diſputatione illa, quam pertractant interpretes noſtri in l. quod te. ff. de reb. cre. ſi cert. pet. & in l. nemo rem ſuam. ff. de verb. obl. quando poſt commiſſam à debitore moram, ſpecies debita eo modo periit, quo periiſſet etiam apud creditorem ipſum, an is debitor ſit liberatus? Qua in re, recepta magis Doctorum ſententia eſt cum Bar. qui præcitatis in locis tres conſtituit concluſiones. Prima quarum eſt in actionib. realib. in quib. ſancitũ creditur,
2 quod re † per empta apud poſſeſſorẽ, eo modo, quo erat etiã peritura apud dominum, cenſeri poſſeſſorẽ illum liberatũ: queẽadmodum poſt gl. in l. item ſi verberatum. §. vlt. ff. de rei vend. ſcripſerunt Bar. in d. l. quod re. nu. 10. ff. ſi cert. pet. & in d. l. nemo rem ſuam. §. j. de ver. obl. & communem teſtantur Dec. in d. l. quod te. in vlt. lect. nu. 46. Cur. Iun. nu. 31. Cagn. nu. 79. Eandem opinionem ſecuti ſunt Alciat. ibid. num. 6. Bellon. lib. iiij. ſupp. iuris. c. 8. Robertus Aurelia. lib. j. ſent. iuris. cap. xxiij.

Et ij quidem omnes moti ſunt, ex reſponſo illo Vlp. in d. l. item ſi verberatum. §. vlt. dum conſiderat, an is dñs, qui vẽdicabat ſeruũ, eſſet illum diſtracturus. Nam ſi diſtracturus erat, apud eum non periiſſet, & per conſequẽs poſſeſſor, qui moram fecerat, de ſerui interitu fuiſſet obligatus. ſi verò non erat diſtracturus, apud eum pari modo periiſſet, & propterea poſſeſſor fuiſſet liberatus. Et illa verba Vlpiani, ſi forte erat diſtracturus, nil aliud ſignificant, quam quod ipſe dominus vendicans probare debet, ſe habuiſſe paratum em-
3 ptorem, cui diſtraxiſſet, ſicque caſum † contingentem, qui non præſumitur, demonſtrat. Qua ex re intelligimus, non ſatis rectè Curt. Iun. in d. l. quod te. nu. 32. exiſtimaſſe, ob illam dictionem, forte, hoc reſponſum ad rem non pertinere. Eandem quoq; ſententiam non parum adiuuat. l. de eo. §. ſi poſt. ff. ad exhib. illũ perpendẽdo, vt doctè & eruditè perpẽdit Bellonus lib. iiij. ſupp. iuris. c. viij. qui quidẽ obiectioni Cur. Iun. diſſentientis ſatisfacit. Nec repugnat quod ait idẽ Curtius, nullã hic adferri poſſe rationẽ diuerſitatis, inter actiones has reales, & perſonales: cũ tñ in perſonalib. recepta magis Doctorũ opinio ſit, debitorẽ nõ liberari: qñquidem præter multas rationes diuerſitatis à noſtris perpenſas, illa ſatis acuta, & probabilis eſt, quam conſiderauit Robertus Aurelianus lib. j. ſent. iuris. c. xxiij.
4 Secunda eſt concluſio in actionib. perſonalib. † ex delicto prouenientib. in quib. interpretũ penè omnium eſt ſententia, quod etiã ſi res erat eodem modo periturũ apud creditorẽ, non tñ debitor ob commiſſam moram liberatur. Ita Bart. in d. l. quod te. nu. 10. & cõmunem eſſe teſtantur ibidẽ Decius in vltima lectura. nu. 46. & ſecuti ſunt alij, quos ſuperiore concluſione recenſui. Et ij adducti ſunt ex l. merito. ff. de vi, & vi arma. quę ſatis probat ex conſideratione, quam adhibuit Camillus Plautius in commentariis ad d. l. quod te. lib. iiij. nu. 60.

Nec huic ſententiæ repugnat tex. l. ſi cum exceptione. §. quod ſi homo. ff. de eo, quod metus cauſa. Nam illi ſatisfacit, & egregiè declarat Robertus Aurelia. in d. lib. j. ſent. iur. c. xxiij. non multum recedendo à declaratione Bart. in d. §. quod ſi homo, qui quidem explicant nil repugnae. §. ſed etſi non culpa, eiuſdem. l. ſi cum exceptione.

Tertia eſt concluſio in actionibus perſonalibus proue-
5 nientibus † ex contractibus, in quibus etſi magna ſit inter noſtros diſſenſio, attamen crebrior eſſe videtur opinio cum Bartol. præcitatis in locis, quod re perempta poſt moram debitoris eo modo, quo peritura non erat apud creditorem debitor ipſe non cenſeatur liberatus. Ita ſanè eſſe communem opinionem ſcripſit Ripa in dicta lege quod te. numero vigeſimooctauo.

Et quamquam difficile eſſet, in foro, & iudiciis recedere ab opinione hac: attamen vix eſt, quod iura, quæ in hanc adferuntur opinionem, illi ſuffragentur, nempe. l. ſi pecuniam. §. vltim. ff. de condiction. cauſa data. l. ſi filiofam. §. ſi poſt diuortium. ff. ſol. matr. l. apud Iulianum. §. j. verſ. ipſius. quoque. de leg. j. l. cum filiusfam. in princ. & in §. vlti. ff. de ver. oblig. & l. qui decem. in prin. ff. de ſolutio. quemadmodum animaduertunt Fulgoſius, Ripa, & reliqui, qui à Barto. & eius ſequacibus diſſentiunt. Et horum quoque poſteriorum opinio, facile confutari poteſt, cum text. l. ſi plures. §. vlt. ff. depoſiti, non ſatis eis opituletur, ex egregia interpretatione Roberti Aurel. in dict. lib. j. ſenten. iuris. capit. xxiij. ad finem.

Hac habita diſputatione, & concluſionum breui explanatione, omnino ad rem, de qua mox agimus, neceſſaria, dubitari egregiè contingit, quando præſumatur, quod res eſſet eo modo peritura apud creditorem, quo periit apud debitorem? Hac de re ſunt opiniones. Vna fuit eorum, qui exiſtimarunt abſolutè, præſumi odio moratoris rem non
6 fuiſſe æque perituram † apud creditorem, ſicuti periit apud ipſum debitorem. Qua in opinione fuerunt Caſtre. & Areti. in d. l. quod te. ff. ſi certum peta. & idem Aret. in l. cum res. §. vlt. de leg. j. quos ſecutus eſt Decius in d. l. quod te. in prima lectura col. vlt. ver. ſi verò non conſtat. & ibidem Curt. Iun. numero 35.

Ea ratione moti ij ſunt, quod creditor rem ipſam potuiſſet alteri vendere, atque ita res non periiſſet apud eum. l. ſi poſſeſſor. §. vlt. & l. illud in prin. ff. de petitio. hæred. Nec repugnat. l. item ſi verberatũ. §. vltim. ff. de rei vend. quia illam intelligunt procedere, ſolum in actionibus realibus vt diximus ſuprà in prima concluſ. ſic intelligi à Bart. & ſequacib. Vel & ſecundo interpretatur gloſſ. d. §. vlt. ex l. cum res. §. vlt. de lega. j. quod illa verba, ſi forte diſtracturus eſſet, ſignificent potentiam diſtractionis, non autem quod ſint conditionaliter poſitæ.

Secunda fuit opinio eorum, qui dixerũt, eſſe diſtinguendos duos caſus, quemadmodum, & duobus modis contingere ſolet rei interitus, nempe vel morte naturali, vel cõtin-
7 genti, ſicq; fortuito. Primus itaq; eſt caſus, cum † res morte ſua

ſua naturali petiit. Nam tunc præſumitur, quod eodem mo-
do periiſſet apud ipſum creditorem. Ita ſcripſerunt Pur-
pur.& Ripa in d.l.quod te.ff.ſi cert.peta.ille.nu.45.iſte. nu.
33. Quam ſententiam ſatis probare videtur tex.l.ſi plures.§.
vlt.ff.depoſiti, in illis verbis. Quia æquum eſt naturalem in-
teritum ad actorem pertinere, vtiq; cum interitura eſſet ea
res, etſi reſtituta eſſet actori. Et huc etiam facit.l.cum res.§.
8 vlt.de leg.j.cum ait, fundum caſmate periſſe. Eſt † caſma vo-
rago terræ ex hiatu, dum euomit igneos vapores, vt in Me-
teoris ſcribit Ariſtoteles.lib.ij.c.viij.& ſenſit iuriconſ. in l.
Verũ.§.ſi locupleti.ff.de minor. Idem probat.l.ſi pecuniã.§.
vlt.ff.de cond.cauſ.data.ibi, decederet enim etſi non acce-
piſſet, vt manumitteret. Quæ ſententia generalis eſt, & ob id
ampliat dictum, vt ſcilicet non ſolum locum habeat, cum
commiſſa eſt mora, ſed & ante.

Nec hic repugnat conſideratio Cagnoli in dic.l.quod te.
nu.83.cum dixit, non eſſe præſumendum, quod morte iſta
naturali res periiſſet apud creditorem: quia forte ille vſus
fuiſſet maiori induſtria & cura, vt eam conſeruaret. Non
inquam hoc repugnat, quandoquidem lex conſiderat
9 † quod communiter contingit, non autem accidens, conſi-
derat ſanè, quod mors ipſa naturalis ſecundum curſum ſuũ
euenerit, non autem ob negligentiam poſſeſſoris: qui alio-
qui deliquiſſe præſumeretur, non adhibendo eam diligen-
tiam, quam alter paterfamilias adhibuiſſet, contra.l.meritò.
ff.pro ſocio.

10 Secundus eſt caſus, cum res † caſu & fortuito periit. Nam
tunc non præſumitur, quod eodem modo periiſſet apud ip-
ſum creditorem. Ita Purpuratus, & Ripa præcitato in lo-
co. Et moti ij ſunt ex lege penultim. ff.de vi & vi armat.ibi,
11 mortalitate. Eſt ſanè † mortalitas, peſtis ex aeris intem-
perie, vel ex contagio proueniens, ( ſicuti hac in vrbe ſu-
periore anno, nempe. 1576. contigit, qua peſte periere de-
cem millia plus minus ) id quod probat capitul. quoſdam.
de præſumpt. ſunt etiam exempla horum caſuum fortuito-
rum commemorata ab Vlpiano, in lege ſi pecuniam.§.vlti-
mo in fine. ff. de condiction. cauſa data, ibi, vt ſi vel à la-
tronibus interfectus ſit, vel ruina in ſtabulo oppreſſus, vel
vehiculo obtritus. Nec hic aduerſatur conſideratio Cagno-
li in dicta lege, quod te. numero octuageſimotertio. Cùm
dixit, certiorem eſſe coniecturam, quod res fuiſſet eodem
modo peritura, apud creditorem, quando fortuito periit.
Ex quo idem illi ipſi rei manebat infortunium. Hoc equi-
12 dem non aduerſatur: quia infortunia † ſæpiſſime ex locorum
mutatione euitantur. Id quod & ipſa rerum experientia
docet.

## PRAESVMP. CXXXIX.

### Debitorem annuum in præteritum ſemper ſol-uiſſe, cum conſtat ſoluiſſe per tres continuos poſte-riores annos, an & quando præſumatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Debitor annuus quem conſtat tribus annis præteritis ſoluiſſe, præſum-
ptione iuris cenſetur ſoluiſſe tempore præterito.*
*Ratio redditur.nu 2.*
*Id autem de annis continuis trib.accipiendum.nu.5.*
*Et locum habet non ſolum in tributario, ſed & in emphyteuta. nume-
ro 6.*
*Idem in cenſuario & colono.nu.7.*
*Extenditur quoque in ſolutionibus collectarum.nu.8.*
*Item ſolutione penſionis.nu.9.*
*Locum habet etiam in oblationib.nu.10.*
*Quamuis debitum iuratum ſit.nu.11.*
*Idem quoque verum eſt, ſi ſolutio per quinquennia diſtributa ſit, & de
ſolutione trium poſtremorum quinquenniorum conſtet.nu.12.*
*Similiter ſi per ſemeſtria, diſtributa ſit ſolutio, & trium ſemeſtrium po-
ſtremorum ſolutio appareat.nu.13.*
*Procedit quoque etſi elapſo eo triennio, debitor in futurum ſoluere ceſ-
ſaret.nu.14.*
*Licet diſſentiat Bal.nu.15.*
*Nec ſententia abſolutoria ſemel pro debitore lata reſpectu debiti anno-
rum præteritorum, reuocatur, ſi in futurum ceſſet.nu.17.*
*Sufficere quoque, vt in libro creditoris appareant ſcriptæ tres conti-
nuorum annorum ſolutiones, licet nil de anterioribus ſcriptum ſit.
mero 18.*
*Diſſentiente quidem Crauetta.nu.19.*
*Cuius opinio per diſtinctionem declaratur.nu.20.*
*An vero locum habeat ſi re ipſa ſolutio facta non ſit, ſed ad ſoluendum
ſe debitor obligarit.nu.21.*
*Et quid ſi lex vel ſtatutum ad probandam ſolutionem, requirat proba-
tionem inſtrumentalem.nu.23.*
3 *Mobilia triennio, in detrimentum negligentis vſucapiuntur.*
4 *Beneficij pacificus poſſeſſor triennalis, moleſtia non afficiendus.*
16 *Diſpoſitio exorbitans, & tacita ſeu præſumptiua, non admittunt ex-
tenſionem.*
22 *Caducitatis ad pœnam euitandam, obligatio vim habet ſolutionis.*
24 *Solutione trium annorum proxime præteritorum probata, idem de tẽ-
pore præterito præſumi, ſi ſolutiones diuerſis ſint factæ temporib. ſe-
cus ſi vno contextu. Et quidem intelligendum, in debito annuo reali,
ſecus in perſonali.nu.26.*
*Item ſi ſolutio probetur apochis, ſecus ſi teſtibus.nu.28.*
*Fallit quoque ſi creditor probet contrarium.nu.29.*
*Vel recipiendo ſolutionem trium annorum, proteſtatus ſit, ſibi ſaluum
velle ius pro annis præteritis.nu.30.*
*Aut debitor non ſoluerit, ſed depoſuerit tantum.nu.31.*
*Idque contra tertium etiam non præſumitur.nu.32.*
25 *Monitionem trinam, pro pignoris venditione neceſſariam eſſe.*
27 *Debitum inter reale & perſonale, veram differentiæ rationem non con-
ſiderari.*

CONVENIT hoc in loco differere, an & quan-
do annuus debitor, qui per tres annos ſoluit,
præſumatur præterito tẽpore ſoluiſſe? Martia-
nus Imperator in l.quicũq;.C.de apochis pub.
lib.x.de debitoribus tributorum, ita ſtatuit.

Quicumque de prouincialibus & collatoribus decurſo
poſthac quantolibet annorum numero, cum probatio ali-
qua ab eo tributariæ ſolutionis expoſcitur, ſi trium cohæ-
rentium ſibi annorum apochas ſecuritateſque protulerit:
ſuperiorum temporum apochas non cogatur oſtendere,
neq; de præterito ad illationem functionis tributariæ coer-
ceatur: niſi forte aut curialis, aut quicumque apparitor, vel
optio, vel actuarius, vel quilibet publici debiti exactor, ſi-
ue compulſor, poſſeſſorum, vel collatorum habuerit cau-
tionem, aut id, quod repoſcit, deberi ſibi manifeſta geſto-
rum adſertione patefecerit.

Hactenus Martianus, cuius conſtitutionem auream di-
xit Bal.in c.literæ, de dilat.& vnicam ſingularemq; appella-
runt Bar.ibi, & Alex.in l.ſi certis annis.C.de pact. Et dicitur
1 hæc iuris † præſumptio, ſic à legiſlatore affirmata, vt tradit
Bal.in fi.d.l.quicũq;, & Io.And.in c.literæ.de dilat.Iaſ. in l.
ſi certis annis.nu.4.C.de pactis, & alij multi, quos inf. refe-
rã. Excipio Moder.Pariſ.in cõmentariis ad cõſuet. Pariſ. in
tit.ij.§.lxij.nu.48.qui dixit, non eſſe iuris præſumptionẽ: ſed
hominis, quę iudicis arbtria relinquitur. Quod verũ nõ eſſe,
aliorũ auctoritate, & ratione cõſtat: cũ lex ipſa ſic ſtatuerit,
propterea iuris præſumptio appellari debet, iuxt. ea, quæ
ſcripſi ſup.in lib.j.q.iiij. Eſt autẽ conſtitutio præſumptio q.
iſta, poſita & fundata ea ratione, quia plura concurrũt. Pri-
mũ deuotio, & legalitas in ſoluẽdo integraliter, virilẽ ſuam
tributariæ functionis. Secundũ, continuatio per tres annos
cõtinuos, & tres ſolutiones diſtinctas. Tertiũ ſilentium exa-
ctorũ per trienniũ illud continuũ. Quartũ tres diſtinctæ triũ
coherentiũ annorũ publicæ apochæ, ab officialib. publicis
confectæ, & datæ ſimpliciter ſine proteſtatione, aut reſerua-
tione præcedentium annorũ. Ita diligenter perpendit Mo-
der.Pariſ.in d.§.lxij.nu.45.qui tria alia commemorat, quæ
tamen dixit à prædictis dependere. Et huius interpretis ſup-
preſſo nomine idẽ ſcripſit Ant.Padilla Hip.in l.j.nu. 9. ver.
rationes.C.de fideic. Et (vt ſummatim ſic dicã) illa eſt huius
2 conſtitutionis præſumptioniſq; ratio, † quod veriſimile nõ
ſit exactores tributorum alioqui diligentes, & auaros, præ-
teritorum annorũ ſolutionibus neglectis, & nulla adhibita
proteſtatione, reſeruationeque, illorum trium poſtremo-
rom recepturos fuiſſe. Et ſi in negligentis detrimentum
3 lex ſtatuit, triennio mobilia † vſucapi, l. j. ff. de vſucapio.
Non mirum etiam, ſi ſtatuit hoc in caſu, exactorum negli-
gentem



gentem præſumi recepiſſe. Ita hanc ob cauſam videmus
4 Pontifices ſtatuiſſe, beneficij poſſeſſorem † pacificum trien-
nalem, à poſſeſſione non mouendum, nec in ea moleſtia affi-
ciendum eſſe: ſicuti explicat Gomeſ. in regula cancellariæ
de triennali poſſeſſore.q.j.

Eſt & illud obſeruandum, conſtitutionem. d.l.quicum-
que, requirere ſolutiones trium cohærentium, ſicque con-
5 tinuorum † annorum, & propterea non ſufficeret, ſi debi-
tor ſoluiſſet per duos annos, & deinde vno anno interpoſi-
to, ſoluiſſet pro ipſo quarto ſubſequenti. Non enim eſſet
ſolutio triennalis continuata, ob annum medium impedien-
tem continuationem. Ita ſentiunt omnes quos infra refe-
ram. Et optimè hæc interpretatio probatur, multis illis ra-
tionibus ad rem propè conſideratis à Socino Sen. in conſil.
cxviij.nu.6.7.& 8.lib.iiij.Gomeſ.in §.rurſus.nu.32. inſt. de
act. & in regula cancellariæ de annali poſſeſſore. q.lxxiij.&
in regula.de triennali.q.xvj.& xx.

Extenditur primò hæc præſumptio, vt locum habeat non
ſolum in tributario, ſicuti loquitur d.l. quicumque, ſed
6 etiam in † emphyteota, qui ſoluto canone per tres cõtinuos
annos, præſumitur in præteritum ſoluiſſe. Ita d.l.quicumq;
extendunt Accurſ.Specul. Ioan. And. & alij multi congeſti
ab Ant.Gabr.in lib.j.concluſionum. in tit. de præſumptio-
nib.cõcluſ.xj.nu.2. Et illis accedũt Paris Putheus in Tract.
de feud.reintegratione.cap.lxj. incipit. ſequitur alia quæſt.
pag.xlj.Soc.Sen.in conſi.cxviij.nume.3.lib.iiij. Catelianus
Cotta in memoralib.in verbo, ſolutio facta, Bero. in conſil.
clij.nu.3.libr.j. Euerard.in centuria legali.in loco, ab extre-
mis.nu.3.Moder.Pariſi.in d.§.lxij.num.43.& Anto.Padilla
in d.l.j.nu.11.& 12.C.de fideic. Imò ſunt, qui affirmãt, idem
eſſe in emphyteota eccleſiæ, vt ei ſufficiat probare ſolutio-
nes duorum annor. Ita Hoſt.in ſumma in tit.de locato.§.vlt.
verſi.hoc autem notandum. Verùm diſſentiunt. Ioan. Andr.
præcitato in loco, & Iaſ.in l.ij.nu.132.verſic.ij.limitauit.C.
de iure emph.& contra Hoſt.eſſe communem Docto.opin.
teſtatur Padilla in d.l.j.nu.9.C.de fideicom.

Extenditur ſecundo, vt locum habeat hæc præſumptio
7 etiam in † cenſuario, & colono. Ita Bald.in c.literæ.in fi. de
dilatio.& alios congeſſit Gabr. in d. concluſ. xj. numero 4.
Illis accedunt Gratus in conſilio cxxj. numero quarto. lib.
ij.qui teſtatur, communem eſſe opin. Duenas in regu.liiij.
numero ſecundo. Cotta in dicto memorabili. in verbo ſo-
lutio facta. Guliel.Benedict.in capitul.Raynut.in verbo, ſi
abſque liberis moreretur.il ij. numero 188. de teſt. & Pa-
dilla in d.l.j.nu.12. Quo tamen ad colonum, diſſentit Mod.
Pariſien.in d.§.lxij.num.49.& ſi.num.44.in cenſuario com-
munem ſequatur.

Extenditur tertiò, vt procedat hæc præſumptio etiam in
8 ſolutione † collectarum. Nam ſi quis exhibet tres ſolutio-
nes annales continuatas, præſumitur in præteritum ſoluiſſe.
Ita Bald.in d.c.literæ.in fi.Iaſ.in d.l.ij.nume.131.C. de iure
emph. Trigonius in ſing. cxxv. quos ſecutus eſt Gabriel. in
d.concluſ.xj.nu.5.

9 Extenditur quartò, vt procedat etiam in ſolutione † pen-
ſionis. Ita Gigas in Tractat. de penſionib. q. lxxxj. & Ga-
briel in d.concluſ.xj.nume.6. His accedit Dec.in conſi. dcl.
num.15.

10 Extenditur quintò, vt locum etiam habeat in † oblatio-
nib. Ita reſpõdit Dec.in conſi.dcl.col.vlt.& ſequitur Gabr.
in d.concl.xj.num.7. ſic etiam in ſolutione decimarum. Ga-
briel ibid.nu.12.poſt Boerium.in q.ccxxxvj.

11 Extenditur ſextò, vt procedat, etiam ſi debitum † eſt iura-
tum, ſic reſpondit Grat.in conſi.cxxj.col.ij.lib.ij. & proba-
uit Gabriel in d.concluſ.xj.nu.8.

Extenditur ſeptimò, vt procedat etiam ſi ſolutio eſſet
12 diſtributa per quinquennia, & cõſtaret de ſolutione † trium
poſtremorum quinquenniorum. Ita Bal.in d.l.quicumque.
num.5.verſi.item quæro præſtabat.C. de apochis pub. libr.
x.quem ſecutus eſt Gabriel in d.concl.xj.nume.9. Et motus
eſt Bald. arg. text. l. j. §.item quæſitum. C.de indictionibus
libr.x.

Extenditur octauò, vt procedat etiam ſi ſolutio eſſet di-
13 ſtributa per ſemeſtria. Nam probata ſolutione trium † ſe-
meſtrium poſtremorum, præſumitur ſolutũm pro præteri-
to tempore. Ita Bal.in d.l.quicumque.nume.6.verſicu.item
quæro, quid in eo. Alex.in conſ.cvij.col.ij.ver.& adhuc non
obſtat.lib.iij.Iaſ.in l.diuortio.§.quod in anno.nu.5.ff.ſolu.
matr.& hos ſecutus eſt Gabriel in d.concl.xj.nume.14. His
accedunt Bal.in l.ædem.nu.6 verſ.quæro quomodo accipi-
tur trienniũ.C.locati, Gulielmus Benedict. in c. Raynut.in
verbo, ſi abſq; liberis moreretur.il ij.nu. 186. de teſta. Paris
Putheus in Tract.de feudorũ reintegratione c. cxcvij. inci-
pit. Et circa materiã.nu.19.pag.cxj.& Padilla in d.l.j.num.
13.C.de fideicom. Et hæc extenſio comprobatur ex præce-
denti, cum eadem ſit ratio. Quib. conſtat male reſpondiſſe
Alex.ſibi contrarium in conſ.cvj.nu.3.lib.iij.qui contrariũ
ſcripſit, & in ſpecie à Padilla damnatur, & ſi eum ſecutus
Moder.Pariſien.in commentariis ad conſuetu.Pariſien. tit.
ij.§.lxij.num.51.

Extenditur nonò, vt procedat etiam ſi debitor iſte elapſo
14 triennio, † ceſſauit in futurum ſoluere. Non enim ob id tol-
lit, quin in præteritum ante, ſcilicet trium annorũ ſolutionẽ
ſoluerit. Ita Mod.Pariſ.in d.§.lxij. nu.42. quem ſecutus eſt
Padilla in d.l.j.nu.14.C.de fideicom. Idem ſcripſit Anton.
Gabriel in d.concl.xj.nu.10.& ſi commemorauit Bal.aliter
ſentientem, vt ſtatim dicemus. Eſt enim eadem ratio in ſo-
lutionib.triennalib.reſpectu præteriti temporis, quæ in ſo-
lutionibus vltimi temporis. Nec recipienda eſt ratio diuer-
ſitatis perpenſa à Craue.in conſi.cccxiij.col.ij.verſi.nõ ob-
ſtat, quod.&c.quia conſiderari non poteſt maior difficultas
probationis, ob temporis diuturnitatem. Nã ſupponamus,
quod tribus elapſis annis, ceſſet ſubſequenti anno ſoluere;
non certe poteſt hic eſſe tanta temporis diuturnitas, vt diffi-
cilior ſit probatio ſolutionum non factarum ante triennium
quam ſi ſoluere perſeueraſſet. Et ſi hoc diligenter perpen-
demus, apparebit nil obeſſe duas alias diuerſitatis rationes,
conſideratas à Crauetta præcitato in loco. Et accedit, quod
ſi eo triennio receptarum ſolutionum elapſo, creditor pe-
tiiſſet præteritorum annorum ſolutiones certe fuiſſet re-
pulſus, præſumptione hac ducta à triennali ſolutione.
Idem ergo eſt dicendum, quando poſt ipſam ſolutionem
triennalem ceſſauit ſoluere, ne amittat ius iam ſibi quæſi-
tum, aduerſus tempus præteritum ante ipſas ſolutiones. Et
hæc quidem opinio verior mihi videtur: Et ſi aliter ſcripſe-
15 ſerit † Bald.in dicta l. quicumque. numero 13. cuius verba
hæc ſunt. Item quæro, an ex præterito præſumatur in futu-
rum, vt ecce probo, quod iam ſunt anni; & tribus annis con-
tinuatis ſolui; an præſumar reliquum ſoluiſſe? Reſpondeo,
non. Immo receſſum eſt ab omni præſumptione, etiam pro
præterito tempore. Et hoc eſt, quod hic dicit, cohærentiũ.
&c. Hæc Bal. qui probauit interpretationem gloſſæ ibidẽ in
verbo ſibi, quæ exponit, cohærentium ſibi, ideſt præſenti
conuentioni. & ibidem Lucas de Penna. colum.ij. quem in
ſpecie manifeſtius declarando, ſecutus eſt Crau. in conſilio
cccxiij.col.ij.in princ. qui in ſpecie reſpondit, idem quod
Baldus, & ſi eius auctoritatis non fuerit memor. Idem clarè
ſcripſit Gulielmus Benedictus in capit.Raynut. in verbo, ſi
abſque liberis moreretur.il ij.nu.186. verſi. præterea dico.
de teſt. Et ſecundum hanc opinionem iudicaſſe ſacrum con-
ſilium Neapolitanum, teſtatur eruditiſſ. Vicentius Francus
in deciſ.cxxxvij. qui eiuſdem opinionis præter iam relatos
commemorat Bar. Paridem Putheum, Iaſonem & Cottam
quos tamen hoc ſcripſiſſe, nõ facilè exiſtimo. Et præcipuum
eorum fundamentum eſt, ( vt attigi) in illa interpretatione
gloſſæ, & Lucæ à Penna, dum exponunt cohærentium ſibi,
ideſt, præſenti conuentioni. Quæ ſanè interpretatio recipiẽ-
da non eſt: ſed rectius exponendum eſt, cohærentium ſibi,
hoc eſt inter ſe coniunctorum: vt idẽ Lucas à Penna ibidem.
col.j.expoſuit.& hanc interpretationẽ probat.l.quicũq;. in
fi.C.de omni agro deſerto.lib.xj.ibi, ſibimet cohærẽtes. Eſt
ergo hic ſenſus, quod ſi conſtat per tres annos continuos,
debitorem tributi, ſoluiſſe, de præteritorum annorum tri-
butis nil amplius quæratur. Qua interpretatione intelligi-
mus nil etiã obeſſe, quod cõſiderat Crauetta in d.conſ. ccc-
xiij.col.ij.ver.ſed iſtud clarius, poſt glo.in d. l. quicumque.
in verbo, annorum, quæ exponit, ideſt proximiorum. Nam
erronea hæc interpretatio, fluxit à prima iam confutata. Nõ
etiam obſtat illa conſideratio Crau.in d.conſ.cccxiij. colu.
iij.verſi.ſecundo principaliter, & verſic.iij.tex dum dixit, in
caſu.dict. l. quicumque, non admitti extenſionem, cum ſit

16 diſpoſitio † exorbitans, & tacita ſeu præſumptiua, quæ extenſionem non admittunt. Nam reſpondetur, hanc non eſſe extenſionem, ſed caſum ipſummet comprehēſum, & diſpoſitum à conſtitutione illa. Non etiam repugnat argumentatio eiuſdem Crau. in d. conſi. cccxiij. col. iij. verſicu. iiij. tex. dum dixit, quòd ſicuti ex ſolutione trium annorum continuorum, arguitur ſolutio annorum antea præteritorum: Ita etiam ex ceſſatione ſubſequentium, arguitur antea non ſolutum. Vna enim præſumptio aliam tollit. l. Diuus. ff. de in integrum reſti. Reſpōdetur, quod elapſis tribus annis factarum ſolutionum, iam orta eſt præſumptio & quæſitum ius debitori, in detrimentum creditoris negligentis, quæ ſane negligentia non emendatur per ceſſationem poſtea factam ab ipſo debitore. Non etiam ad rem facit alia conſideratio eiuſdem Crauet. in d. conſi. cccxiij. nu. 4. ver. Quintò difformitas, dum conſiderauit difformitatem hanc ſolutionū modò factarum, modò non factarum: quia reſpondetur, nullam adeſſe difformitatē in tribus factis ſolutionibus trium continuorum annorum, quibus elapſis iam formata, & ſtabilita eſt iuris diſpoſitio, & præſumptio, ſicuti ſi tot actus conformes facti eſſent, ad cauſandam conſuetudinem, non conſiderarentur alij actus difformes ſubſecuti, poſt conſuetudinem illam ſtabilitam, & firmatam. Non hic commemoro alias Crauet. argumentationes, tum quia ad rem noſtrā non pertinent, tum etiam quia ex iam conſideratis diluuntur, vt duæ illæ poſteriores, ibi in col. vlt. conſideratæ.

Extenditur decimò, vt locum etiam habeat hæc præſum
17 ptio, quando debitor iam ſemel ſententia † abſolutus, à debitis præteritorum annorum, ob ſolutionem trium ipſorum annorum continuorum, ceſſauit deinde ſoluere. Nam hoc in caſu etſi ceſſauit, nihilominus manet ſententia, & abſolutio facta, quæ in dubium reuocari non debet, ex quo finita res eſt. arg. l. illc. C. de Decurio. & confert. l. qui ob rem. ff. de condi. indeb. Ita in ſpecie affirmarunt Bal. in d. l. quicunque. nu. 14. C. de apochis publ. libr. x. Paris Putheus de feudorum reintegratione. c. cxcvij. incipit. Et circa materiam. nu. 25. pag. cxj. & Gulielmus Benedict. in d. c. Raynu. in verbo. ſi abſque liberis moreretur. il ij. nu. 186. verſic. præterea dico. de teſt. Et hæc quidem extenſio, probabilem non habet dubitationem, ſi præcedentem, quam dixi veram, admittimus.

Extenditur vndecimò, vt hæc præſumptio locum etiam habeat, quando in libro creditoris, vt puta exactoris tributorum, cenſuum, canonis, emphyteuſis, & ſimilium, appa
18 rent ſcriptæ †tres trium continuorum annorum ſolutiones, & tamen non legitur aliquid ſcriptum de anterioris temporis ſolutionibus. Nam adhuc præſumitur ſolutum, & omiſſum negligentia creditoris ſcriptum. Ita docuit Bald. in d. l. quicumque. nu. 11. verſi. item quæro, exactor. C. de apochis pub. lib. x. quem ſecuti ſunt Ant. Gabr. in d. lib. j. concluſionum. in titu. de præſumpt. concluſ. xj. nume. 11. & Paris Putheus de feudorum reintegratione. in capitu. Et circa materiam. pag. cxj. nu. 9.

19 Cæterum ab hac opinione diſſentit †Crau. in dicto conſi. cccxiij. col. iiij. verſi. ix. dicta lex, qui motus eſt ſimili traditione Caſtren. in conſil. lxxxj. In cauſa, quæ vertitur. col. iij. lib. ij. cùm reſpondit, ſolennitatem extrinſecam, quæ alioqui temporis diuturnitate præſumitur, non præſumi, quando exhibetur inſtrumentum, in quo apparet non obſeruata. Quam traditionem multis comprobaui ſupra in præſumpt. cxxxij. vbi egimus de ſolennitate intrinſeca, & extrinſeca præſumenda.

Crediderim has opiniones conciliari poſſe, diſtinguen
20 do: †quod aut creditor conſueuit ipſe ſolus ſcribere ſuo in libro ſolutiones, quas recipit: & debitori dare apocham receptarum ſolutionū. Hoc caſu procedit opinio Baldi. Nam fieri poteſt, quod exactor ſiue creditor, omiſerit ſuo illo in libro ſcribere: Et propterea illius ſui libri exhibitio nil operatur. Aut creditor, ſeu exactor conſueuit etiam ſcribere in libro debitorum, ſolutiones ipſas: Et ipſi debitores exhibēt ſuos libros, in quibus non apparent ſolutiones anterioris temporis. Et hoc in caſu, poteſt defendi opinio Crauettæ, qui propriè hoc in caſu loquitur. Non enim præſumitur, quod ſi debitor ſoluiſſet, nō curaſſet ipſas ſolutiones ſuo in libro ſcribi: ſicuti curauit ſcribi alias; cum nemo præſumatur iactare ſuum. Et de vſu debitorum habendi ſimilem librum, tradit Putheus præcitato in loco. Et cum Crau. idem ſenſit Francus in d. deciſ. clvij. nu. 2.

Extenditur duodecimò, vt locum etiam habeat, non ſolum, quando re ipſa hic debitor ſoluit illis tribus annis vlti
21 mis: ſed etiam quando ſe †obligaſſet ad ſoluēdum. Ita Dec. in conſi. dcl. nu. 15. & Padilla in d. l. j. nu. 14. verſi. vj. ampliabis. C. de fideicom. Ea ratione motus eſt Dec. quia ad cui
22 tandam pœnam †caducitatis, obligatio vim habet ſolutionis: ex ſententia Spe. Cyni, Baldi & aliorum, quos Dec. ipſe commemorat, Verùm hac de traditione dubito od id, quod reſpondit Craue. in d. conſi. cccxiij. nu. 5. verſi. vij. dicta lex, cum dixit d. l. quicumque, loqui conditionaliter, ſi probauerit ſolutiones, quæ conditio debet impleri in forma ſpecifica. Non ergo in ſola obligatione verificabitur.

Extenditur decimotertio, vt locum habeat hæc præſumptio, etiam ſi lex, vel ſtatutum ad probandam ſolutionem re
23 quirit † probationem inſtrumentalem. Nam adhuc ſufficit probare ſolutionem poſtremorum annorum. Ita in ſpecie Padilla in d. l. j. nu. 10. C. de fideic. ex ſententia Iaſonis in l. j. nu. 10. C. de teſta. mil. & in l. ſciendum. nu. 75. ff. de ver. obli. & in ſpecie magis ſic docuit Bald. in d. l. quicunque. nu. 1. C. de apochis publ. lib. x. & illum ſecutus eſt Guli. Benedict. in d. verbo. ſi abſque liberis moreretur. il ij. nu. 186. Et conferunt quæ dicemus inf. in præſump. cxlj. in fi.

Declaratur primò hæc præſumptio, vt locū habeat, quan
24 do dictæ ſolutiones factæ fuerunt diuerſis †temporibus: ſecus verò ſi vnico contextu. Nam tunc non præſumitur, quod ſoluerit præterito tempore. Ita Bald. in d. l. quicumque. q. j. nu. 3. C. de apochis pub. lib. x. & in l. ij. verſ. pone quod quis. C. de dotis promiſſio. Alex. in addi. ad Bart. in d. l. quicūque. & ibidem Lucas de Pēna. col. j. Paris Putheus de feudorum reintegratione cap. lxj. incipit. ſequitur alia quæſtio. nu. 10. Iaſ. in l. ij. nu. cxxxiij. C. de iure emphyt. Lancellotus Dec. in l. Iauolenus. ff. de annuis lega. Cremen. in ſing. lxxix. Tu ſcis. in fi. Capella Tholoſa. quęſt. ccxxxv. Trigonius in ſing. cxxv. Caſſaneus, & Balbus in tract. de præſcri. in tertia parte principali. colum. xj. verſic. v. limita, quos ſecutus eſt Gabriel in d. cōcluſ. xj. nu. 13. Et his accedunt Iaſon in l. ſi certis annis. nu. 4. ver. iiij. notabiliter. C. de pactis. & in l. ij. nu. 136. C. de iure emphy. & in l. j. nu. 33. ff. de officio eius, Iacobinus in l. non eſt neceſſe. nu. 3. ff. de probatio. Gulielmus Benedictus in c. Raynu. in verbo, ſi abſque liberis moreretur. il ij. nume. 182. de teſta. Catelianus Cotta in memoralibus in verbo ſolutio facta. Moder. Pariſien. in commentariis ad conſuetudi. Pariſien. in titu. ij. §. lxij. nu. 52. & Padilla in d. l. j. nu. 14. ver. limitabis tu. C. de fideicō. Et hanc quidem ſententiam comprobat. l. ſi triennio. ff. de ſtatu liberis. de quo diximus ſupra in præſumpt. cxxxj. dum explicauimus. l. cum de in rem verſo. ff. de vſuris. Confert, & ſimile traditum à gloſſ. in l. iiij. ff. de pig. actio. dicente, quod cum pro venditione pignoris re
25 quiratur † trina monitio, non eſſe ſatis, ſi creditor ter interpellet debitorem, dicens, ſolue, ſolue, ſolue. Hæc enim vnica cenſetur interpellatio. Et gloſſam illam ſecuti ſunt Bar. & reliqui ibi, & plures commemorat Tiraq. in l. ſi vnquam. in verbo, reuertatur. nu. 42. C. de reuo. dona.

Volunt autem aliqui, vt non procedat hæc præſumptio, quando debitor ſoluit per nouem annos, hoc modo, vno anno ſoluit pro tribus annis. Ita Bald. in d. l. quicumque. nu. 4. Non enim hæc eſt præſtatio formis, quam debitor iſte annuus præſtare tenetur. Et quia hic duo præſumerentur, præſtationis formitas, & ipſa præſtatio: & tamen duæ præſumptiones principaliter non poſſunt concurrere. l. j. C. de dotis promiſ. & ſcripſi ſupra in lib. j. q. xliij. Et hāc declarationem tacito Baldi nomine, probauit etiam Gulielmus Benedictus in cap. Raynu. in verbo, ſi abſque liberis moreretur. il ij. nu. 183. verſi. plus dico. de teſta. Cæterùm à prædictis diſſentit Moder. Pariſien. in dicto §. lx. numer. 52. cuius opinio verior mihi videtur: cum verè præſtatio ſit formis, cōtinua, tergeminata, tres apochæ, & creditoris ſilentium plus quam triennale.

Declaratur ſecundo, vt locum habeat hæc præſumptio in
26 debito †annuo reali: ſecus verò in debito perſonali, vt puta ſi promiſiſti mihi decem ſingulis annis, vel ſi te grauaui præſtare centū quotannis. Nam tunc ſolutione trium poſteriorum



rum annorum, præſumptionem non facit, quod pro annis præteritis ſoluerit. Ita Bald. in dicta l. quicumque. verſicul. item promiſiſti mihi. C. de apochis publ. libro decimo. Cremen. in ſingu. lxxx. incipit, item quæro, & Gabriel in dicta concluſ. xj. in fi. & his accedunt Gulielmus Benedictus præcitato in loco. numero 188. verſicul. non tamen. & Catelianus Cotta in memoralibus in verbo, ſolutio facta. Verum à prædictis diſſentiunt Moder. Pariſien. in d. §. lxij. nu. 53. & Anto. Padilla in d. l. j. nu. 16. C. de fideicom. quos ſequor cū
27 verè differentiæ ratio inter †debitum reale, & perſonale cōſiderari non poſſit. Nam rationes illæ, quas in ſpecie d. l. quicunque commemoraui ſupra, conueniunt, & huic annuo debito perſonali.

Declaratur tertiò, vt locum habeat hæc præſumptio, quando ſolutiones illæ trium poſtremorum annorum pro
28 bantur apochis †ipſis, ſecus verò ſi teſtibus. Nam tunc ceſſat præſumptio hæc iuris ex dicta l. quicumque. C. de apochis publi. libro decimo, tametſi aliquam præſumptionem, & hoc faciat. Ita tradunt Moder. Pariſi. in commentariis ad conſuetudin. Pariſien. in titul. ſecundo. §. ſexageſimoſecundo. numero 49. & Padilla in dicta l. prima. numero decimoſeptimo. C. de fideicommiſ.

29 Declaratur quartò, vt locum non habeat, quando †creditor probaret contrarium. Eſt enim certum admitti ad probandum contra hanc præſumptionem, ſicuti ſcripſerūt Bal. in dicta l. quicumque. numero primo. verſicu. item oppono. & in fin. & reliqui omnes. vel contrariis apochis, probaret pro præteritis annis non fuiſſe ſolutum. Ita gloſſ. Bartol. & alij in dicta l. quicumque, quo loci Ioā. à Platea. numero 3. verſicul. contra tamen docuit, probari etiam poſſe teſtibus quod difficile, ac forte impoſſibile ſit, probare negatiuam tam amplam, niſi intelligamus, vt ſenſit gloſſ. in dicta l. quicumque. & ſequitur ibid. Bald. numero 9. teſtibus probari poſſe, quod tempore ſolutionum trium annorum creditor proteſtatus ſit, ſe creditorem adhuc præteritorum, Idem eſt, quando probaretur, debitorem fuiſſe confeſſum, quod pro vno anno ante ſolutionem triennalem, nō ſoluit. Nam tunc tollitur hæc præſumpt. Ita Bald. in dicta l. quicumque. numero decimo. verſicu. item quæro Titius, quem ſecutus eſt Gulielmus Benedict. in dicto capitul. Raynu. in verbo, ſi abſque liberis moreretur. il ij. numero 186. verſic. niſi debitor. de teſt.

Declaratur quintò non habere locum, quando creditor recipiēdo illas trium annorum ſolutiones, proteſtatus fuiſ
30 ſet, ſaluum † ius eſſe velle pro præteritis annis. Ita gloſſ. in dicta l. quicumque. & ibid. Lucas de Penna. columna ij. & Craue. in dicto conſi. cccxiij. col. iiij. verſic. viij. illa lex, qui multo fortius dixit procedere, quando creditor ipſe omnino recuſauit recipere.

Declaratur ſextò, vt locum non habeat hæc pręſumptio,
31 quando debitor †non ſoluit, ſed depoſitum fecit. Ita in ſpecie reſpondit Craue. in d. conſil. cccxiij. col. iij. verſi. vj. conſidero. Nam (inquit ille) ſolutio fit volenti, & recipienti creditori, qui recipiendo dicitur conſentire. Depoſitum verò fit contra voluntatem creditoris, qui ob id non conſentit, atque ſibi non affert detrimentum.

Declaratur ſextò hæc præſumptio, vt locum non habeat
32 †contra tertium. Exempli gratia, dominus directi, vendidit ius ſuum directum Caio, cui emphyteota poſtea ſoluit per tres annos debitum canonem. Hæc trium annorum ſolutio facta Caio, non facit præſumptionem contra ipſum dominum directi venditorem, quominus poſſit petere præteritorum annorum canonem. Ita in ſpecie declarat, & rectè Catelianus Cotta in memoralibus in verbo, ſolutio facta. in fi. Eſt manifeſta ratio, quia nullas ipſe recepit ſolutiones, quibus conſentire, & præterito credito quodammodo renunciare dicatur. Et confert quod ſup. in præſumpt. cxxxj. explicando. l. cum de in rem verſo. ff. de vſuris, diximus, præſumptionem illam tertio non nocere. Ex hac declaratione inferri poteſt, quod ſi exactores tributorum, cenſuum, Canonum, & ſimilium, conſueuiſſent mutari, ita quod probabilis eſſet ignorantia facti anteceſſoris, & vnus reciperet per tres annos tributum & cenſum, cum ignoraret quid in præteritū actum eſſet, præſumptio hæc ceſſaret, cum exactoris negligentia, & conſenſus, conſiderari hic non poſſit.

## PRAESVMP. CXL.

Debitori, an, & quando præſumatur remiſſum debitum à creditore, qui ei tradidit ſui crediti inſtrumentum.

*SVMMARIVM.*


1 *Inſtrumentum debiti reddens creditor, præſumitur creditum remiſiſſe.*
2 *Inſtrumentum tradens, rem tradere videtur.*
3 *Chyrographi appellatione, non ſolum tabulas, ſed etiam ius quod illis probatur, contineri.*
4 *Iuſtrumenti redditione, debitum præſumi ſolutum.*
*Quæ præſumptio locum habet, ſi redditum inſtrumentum ſit illi, ſub cuius generali poteſtate eſt debitor. nu. 5.*
*Aut etiam duo in eodem inſtrumento ſint obligati. nu. 6.*
*Et quando alterius creditum cenſeatur donatum. nu. 7.*
*Idem quoque ſi de vno debito, plura extarent inſtrumenta. nu. 8.*
*Aut illius originale remanerat penes notarium. nu. 10.*
9 *Inſtrumentum dicitur vnicum, etſi de eo confictæ ſunt plures ſcripturæ.*
11 *Theſaurarius principæ, apud quem creditorum chyrographa reperiūtur, præſumitur ijs ſoluiſſe.*
12 *Debiti inſtrumentum ſibi traditum, reddens creditori debitor, eum in priſtinam obligationem, quando præſumatur repoſuiſſe.*
13 *Inſtrumenti redditio facta à creditore principali, præſumit liberationē, ſecus ſi ab eius procuratore vel actore.*
14 *Mandatum etiam generale cum libera, non comprehendit facultatem remittendi ius ipſius principalis.*
15 *Inſtrumento renuncians creditor, idque tradens debitori, non creditum remiſiſſe, ſed potius probationi ipſius inſtrumenti præſumitur renuntiaſſe.*
*Idem ſi prius exegiſſet debitum, deinde traderet inſtr. nu. 17.*
16 *Doctoris dictum, ſecundum legem quam allegat intelligendum.*
18 *Inſtrumentum debitori reddens creditor, non præſumitur debitum remiſiſſe, quando alia coniectura quam remiſſionis aut ſolutionis ſumi poteſt.*
*Idem ſi inſtrumentum non ius in re, ſed ad rem contineretur. numero 19.*
20 *Inſtrumentum debiti, ſibi à creditore vel eius nomine ab alio traditum probare debet, aliàs ſine illius conſenſu habuiſſe præſumitur, maxime perſona domeſtica: ſi præſertim illud ſe amiſiſſe creditor probet. nu. 21.*
22 *Inſtrumentum debiti modico tempore penes debitorem exiſtens, contra quem creditor agere cæpit, non præſumitur ei à creditore traditum, vt à debito liberaretur.*


1 CVM debitor creditori reddidit ſui crediti inſtrumentum, † coniecturam facimus, creditorem remiſiſſe creditum, atque ita debitorem liberaſſe. l. ij. §. j. ff. de pactis, cuius verba hæc ſunt. *Et ideò ſi debitori meo reddiderim cautionem, videtur inter nos conueniſſe, ne peterem, profuturamq́; ei conuentionis exceptionem placuit.* Confert text. ca. eccleſia. il ij. in fin. vt lite pend. Et prædictis in locis annotarunt Doctores. Huius cōiecturæ, & præſumptionis rationem eſſe exiſtimauit Bal. in l. vnica. §. ille etiam. nu. 4. C. de latina liber. tol. quia qui tra
2 dit †inſtrumentum, rem tradere videtur. l. j. C. de donat. Rei autem traditio hic nil aliud eſt, quam ipſa liberatio. l. ſi mulier. ff. de cond. ob cauſam. l. ſi ſponſalib. §. j. ff. de iure do. & l. ſub prætextu. C. de tranſact. Creditor itaq; tradēdo debitori, ſui crediti inſtrumentum, cenſetur liberationem tradidiſſe. Aliam rationem cōſiderauit Fortunius Garzia Hiſpanus in d. l. ij. §. j. nu. 2. ff. de pact. quod cū in inſtrumento, vel chirographo conſiſtat tota cautio, id eſt, ius ipſius creditoris: cum ſine eo de proprio credito conſtare nō poſſet. l. qui Chirographum. de leg. iij. vbi appellatione † Chirographi
3 non ſolum tabulę ipſæ, quibus probatur: ſed etiam ius, quod illis probatur, continetur, Et ideò legatis tabulis, etiam ius totum legatur: vt ibi habetur & in l. ſeruum. §. pen. & l. huiuſ modi. §. ſi ita. de lega. j. Creditor ergo, qui debitori reſtituit inſtrumentum, ſicque cautionem, ſignificaſſe dicitur, ſe eo iure amplius vti nolle. Et ratio hæc ſatis manifeſtè ſecūdum Garziam colligitur ex l. vlt. ff. de his, quæ in teſta. delen. vbi

etiam ſi cancellatio fiat in tabulis, non præſumitur teſtato-
rem velle deſtruere teſtamentum, ſi tabulæ aliæ eiuſdem te-
noris exiſtunt. Et hæc quidem ratio probabilior mihi vide-
tur illa Ruini in conſi. xliiij.num.3.lib.j. Cùm dixit ex red-
4 ditione † inſtrumenti, præſumi debitum ſolutum;quia cre-
ditor tenetur reddere inſtrumentum debitori,recepta ab eo
ſolutione. l. diſſolutæ. C. de condict.ex lege. Cæterum, vt
huic præſumptioni locus ſit,conſtare debet, ipſummet cre-
ditorem tradidiſſe debitori inſtrumentum hoc,ſicuti ſuo lo-
co infra exponemus.

Extenditur primò hæc præſumptio, vt locũ etiam ha-
5 beat quando hoc crediti inſtrumentum † redditum fuit illi,
ſub cuius generali poteſtate eſt ipſe debitor, exempli gra-
tia,ſi inſtrumentum debiti eccleſiæ, reddatur ſummo Pon-
tifici, qui ſuper omnes eccleſias omnem habet poteſtatem.
Nam & tunc præſumitur remiſſum debitum. Ita Inn.in c.cũ
pridem.de pactis,Ange.in d.l.ij.vbi Iaſon.nu.3.ff.eo.

Extenditur ſecundò,vt locum habeat hæc præſumptio,
6 quando eodem in inſtrumento † duo eſſent ipſi creditori
obligati,puta tu & alius. Nam reddendo tibi inſtrumentum,
præſumitur creditorem te liberaſſe, ac etiam coniectura ſu-
mitur tibi donaſſe actionem contra alium debitorem.Ita in
d.l.ij.§.j.ſcriptum reliquerunt Gulielmus Cuneus, Bartol.
Alber. Angel. & Fulgoſius; quos ibidem ſecutus eſt etiam
Fortunius Garzia. num.4.Verùm iura, & rationes, quibus
in hanc adducti ſunt opinionem, non ſatis ſuffragantur.
Nam tex.l.ſi is,qui duos.in fi.ff.de liber.nil ad rem confert,
ſicuti etiam aduertit Iaſon in d.l.ij.num.4.ff.de pactis. cum
loquatur de liberatione duobus ſocijs debitoribus expreſ-
ſim legata. Nil etiam vrget.l.j.C.de donat.quia etſi ſub no-
mine inſtrumenti continetur ius comprehenſum in inſtru-
mento, non tamen probat, quod creditor donare ei volue-
rit etiam alterius debitoris ius. Cum noſtro in caſu, ſatis
verificetur in remiſſione iuris ipſius debitoris, cui traditum
eſt inſtrumentum. In caſu verò. d.l. j. inutilis prorſus fuiſſet
traditio inſtrumenti, niſi ea mancipia cenſerentur donata.
Ita quoque diluitur conſideratio Garziæ in d.l.ij.§.j.nu.4.
cum ſufficiat,ſi quo ad ipſummet debitorem, cui redditum
fuit inſtrumentum, dicatur creditor declaraſſe,ſe eo iure vti
amplius nolle:& propterea remittere. Quo circa à prædicta
Gulielmi,Bartol.& ſequacium opinione diſſenſerunt Alex.
in d.l.ij.ff.de pactis,& ibidem Iaſon.num.4. ea ratione mo-
ti,quod vbi alia præſumptio quam donationis ſumi poteſt,
illa ſumenda eſt.l.ſi cum aurum. ff. de ſolutio. & ſcripſi in
lib.ij.de arbitra. iudicum caſu lxxxviij.col.j.Cum ergo no-
ſtro in caſu,ſumi poſſit coniectura liberationis ipſius debi-
toris,cui traditum fuit inſtrumentum,ſufficit, quod illa tra-
ditio afferat hanc vtilitatem. Diſtingui poteſt,conciliando
opiniones ex ſententia Abbatis in c.eccleſia.il ij. nume.14.
vt lite pend.& Cacialup.in Tract.de pactis.q.viij.cum dixe-
runt, eſſe confugiendum ad coniecturas. Aut enim (inquit
Abbas) is, cui traditum eſt inſtrumentum non eſt aptus ad
procurandum, & in iudiciis agendum, vt ſi eſt mulier, vel
puer, & ipſe creditor ſolitus, & aptus iudicia pertractare:
vel ſi creditor eſt diues, ille verò debitor pauper. Hoc caſu
procedit opinio Gulielmi, & ſequacium, vt ſcilicet præſu-
7 matur † etiam donatum creditum alterius debitoris. Aut
creditor tradidit inſtrumentum illi, qui conſueuit iudicia
tractare, & lites peragere: Vel ſi creditor eſt pauper, ille ve-
rò diues. Et hoc caſu procedit opinio Alex.& Iaſonis,quod
ſcilicet præſumatur traditum inſtrumentum, vt is exigat ab
altero debitore,& creditori deinde reſtituat exactum.

Extenditur tertiò, vt procedat etiam quando de eodem
8 debito † extarent plura inſtrumenta: & creditor vnum ſolũ
reddidiſſet debitori. Ita Bar.in d.l.ij.in fi.ff.de pactis,& ibi-
dem Alexan. & Iaſon.num.5.qui eiuſdem opinionis recen-
ſet Salicetum in l.ſi de poſſeſſione. C.de probatio. Idẽ ſcri-
pſerunt Butrius,& Abbas in d.c.eccleſia.il ij. nu. 16.vt lite
pend.& verè idem ſenſit Fortunius Garzia in d.l.ij.§.j.num.
6.pactis.Ruin.in conſi.lxxv.nu.1.in fine.lib.iiij.

9 Ea eſt ratio,quia † inſtrumentum dicitur eſſe vnicum,&
& ſi de eo confectæ fuerint plures ſcripturæ & exempla,iux-
tà.l.vnum teſtamentum.ff.de teſta.

Extenditur quartò, vt procedat etiam quando ipſius in-
10 ſtrumenti † originale remaneret apud notarium. Nam ad-
huc debitori cenſetur remiſſum debitum: atque ita præſu-
mitur liberatus. Ita Iaſon in d.l.ij.nume.6.ff. de pactis poſt
Bar.in l.vlt.ff. de his, quæ in teſt. delen.& Baldum in l. no-
ſtram.C.de teſta. Et ratio eſt manifeſta,quia originale ſem-
per remanere debet apud notarium; & ob id debitori tradi
illud non potuit; vt ſcripſi in libr.ij.de arbitrariis iudicum.
caſu clxxxvij.nu.4.Et propterea iuriſcon.in d.l.ij.& Docto
res ibi, non loquuntur de traditione inſtrumenti origina-
lis:ſed de ipſo ſolo authentico.

Extenditur quintò, vt locum habeat etiam in Theſau-
11 rario † principis,vel fiſci, apud quem ſi reperiuntur credi-
torum Chyrographa,quæ bulleras appellant,prẹſumitur eis
ſoluiſſe:atque ita ab illis liberatus.Ita reſpondit Comenſ.in
conſi.clxxviij.Theſaurarius.in ſecundo dubio.

Extenditur ſextò, vt habeat locum etiam hæc præſum-
12 ptio,econtra,quando ipſe † debitor, cui à creditore tradi-
tium fuerat crediti inſtrumentum,illud retrotradidit eidem
creditori. Nam tunc præſumetur debitorem ſe repoſuiſſe in
priſtina obligatione,quando talis eſt,quæ pacto poſſit reſu-
ſcitari. iuxta. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret.ff.de pactis. Ita
Bar.in d.l.ij.num.6.ff.de pactis.& ibidem Angelus,Comen-
ſis, Alex.& Iaſ.num.7.Socinus in Tracta.fallent.in d. litera
l. regula. ix. verſicul. fallit quartò. & hæc quidem præſum-
pta obligatio,in qua debitor denuò ſe repoſuit, fundata eſt
in quadam remuneratione, iuxtà.l.ſi verò non remuneran-
di. §. idem Papinianus. ff. mand. Diſſentiunt tamen ab hac
opinione Bald. in l.vnica.§.ille.C. de latina.liber.tollen. &
Abbas in d.c.eccleſia.col.vlti.vt lite pend. & Garzia in d.§.
j.num.5.

Hanc autem extenſionem, intelligit Socin. in d. quarta
fallentia,quod cum debitor ſic retrotradendo creditori in-
ſtrumentum, nõ præſumatur ab eo prius liberatus:ſed quod
potius creditor ei tradiderit inſtrumentum, vt poſſet ſe in-
formare,& cognoſcere ſe debitorem eſſe.

Declaratur primò hæc præſumptio, vt locum habeat,
13 quando inſtrumenti redditio facta fuit ab ipſo † creditore
principali: ſecus ſi ab eius procuratore, vel actore. Nam
tunc non cenſetur remiſſum debitum, atque ita liberatus
debitor. Ita Baldus in d.l.ij.num.1. verſi.& ſi tu quæris, de
pactis,& ibidem AEmilius Ferrettus.nu.19.

14 Eſt ratio, quia in mandato † etiam generali cum libera,
non continetur facultas remittendi ius ipſius principalis. l.
contra iuris.§.vlt.vbi Doctores.ff.eo de pactis. Nam repu-
gnat conſideratio Iaſonis in d.l.ij.num.8.cum dixit,debito-
rem poſſe allegare ſolutionem,& eam probare oſtendendo
inſtrumentum, quod eſt apud ſe,vt dicitur in d. l. ij.§. j. ff.
de pactis.Nam reſpondetur,quod vbi creditor probabit in-
ſtrumentum fuiſſe traditum debitori à procuratore, ceſſa-
bit præſumptio,quod ipſe debitor ſoluerit ipſi creditori:at-
que ita quod eum liberauerit. Exiſtimo ſic diſtingui poſſe,
quod aut procurator ille fuit ſolummodo conſtitutus ad
agendum: & tunc procedit opinio Barto.Nam tunc inſtru-
mentum ab eo traditum debitori,præſumitur ea ratione da-
tum,vt ſe informaret,& cognoſceret obligationem,qua te-
nebatur erga creditorem.Aut verò fuit conſtitutus procura-
tor ad exigendum. Et hoc caſu præſumitur, quod traditio
inſtrumenti fuerit ob id facta, quia debitor ei numerauit,
quod debebat.

Declaratur ſecundò, vt locum non habeat hæc præſum-
15 ptio, quando ipſe creditor renuntiaſſet † ipſi inſtrumento,
illudque deinde debitori tradidiſſet. Nam tunc creditor
non præſumitur remiſiſſe creditum, ſed potius renuntiaſſe
probationi ipſius inſtrumenti. Ita Baldus in d.l.ij.nu.1.verſ.
quæro,quid ſi.ff.de pactis,motus tex.l.iij.C.de fide inſtr.

Nec repugnat conſideratio Iaſonis in d.l.ij.num.9. cum
dixit; quod ſi tradendo inſtrumentum præſumitur remiſ-
ſum debitum, multò magis quando ipſi inſtrumento fuit
renuntiatum, arg.l.poſtquam liti.C.de pactis.Et ſcribit Ia-
ſon ita ſenſiſſe Laudenſem in d.l.ij.& Baldum in l. vnica. §.
ille etiam. numero.4.C.de latina liber.tollen.Nam reſpon-
detur, Baldum in d.l.ij.loqui de remiſſione vſus inſtrumen-
ti, dum allegat.d.l.iij.C.de fide inſtr. Et dictum Doctoris
16 † debet intelligi ſecundum legem, quam allegat Bart. in l.
non ſolum. §. liberationis. nume.10.ff.de libera.lega. Nec
repugnat traditio eiuſdem Baldi in d.§.ille etiam.nu.4.verſ.
denuò



denuò quæro, quia Baldus loquitur de remiſſione ipſius iu-
ris,non de vſu inſtrumenti.

Declaratur tertiò, vt locum non habeat,quando credi-
17 tor prius † exegiſſet illud,quod in inſtrumento continetur.
Nam tunc poſtea tradendo inſtrumentum, non intelligere-
tur remittere debitum, ſeu illud donare. Ita Iaſon in d.l.ij.
numero 10.ff.de pactis,poſt Butrium in d.cap.eccleſia.il ij.
vt lite pend. Ea ratione moti ſunt, quia remiſſio præſuppo-
nit debitum extare. l. remitti.ff.de iureiuran.& l. decem.ff.
de verb.oblig. Cum ergo creditum fuiſſet iam extinctum,
remitti non potuit. Exiſtimo aliam eſſe rationem. Cùm
enim debitum eſt ſolutum, creditor tenetur reddere inſtru-
mentum debiti ipſi debitori. l. diſſolutæ, C. de condict. ex
lege,& dixi ſupra:ob id ſi creditor recepto crédito, tradidit
inſtrumentum ipſi debitori, id feciſſe dicitur ad compro-
bandum, ſibi ſatisfactum, atque ita dicitur voluiſſe exequi
id,ad quod de iure tenebatur.

Declaratur quartò, vt locum non habeat hæc præſum-
18 ptio,quando alia coniectura † ſumi poteſt quam remiſſio-
nis, & ſolutionis debiti, exempli gratia, ſi cum litigares
cum aliquo, de venditione à me tibi facta, & dedi tibi in-
ſtrumentum,in quo continebatur promiſſio pretij,vt poſſes
te ab illo defendere, non intelligitur traditum inſtrumen-
tum vt te liberarem, ſed vt probarem tibique oſtenderem
pretij promiſſionem. Ita Bartol. in d.l.ij. numero tertio. ff.
de pactis, & ibidem Iaſ.numero 11.Abbas in cap.eccleſia.
il ſecundo. numero 13.vt lite pendente. Socin. in tractat.
fallent. in litera.l.regula nona fallen.j. Eſt aliud exemplum,
vt ſi tibi fideiuſſori tradidi inſtrumentum crediti, quo ex-
periri poſſes contra principalem, non præſumitur quod te,
vel principalem. Ita Abbas in loco ſupra allegato, qui alia
ad rem ſcribit.

Tertium eſt exemplum, vt ſi inſtrumentum contineret
obligationem, & factum vtriuſque vltro citroque: & ita
ageretur de intereſſe tam debitoris quam créditoris,haben-
di inſtrumentum apud ſe. Ita egregiè declarat Ruinus in
conſil. ducenteſimodecimoquinto.numero decimoquinto.
libro j.

Declaratur quintò,vt locum non habeat quando reddi-
19 tum fuit inſtrumentum, in quo † non continetur ius in re,
ſed ad rem. Nam tunc non præſumitur liberatio. Ita Soc. in
d.regula.ix.fallen.vlt.poſt Abbatem in c.eccleſia il ij. num.
10.in fine vt lite pend. Exempli gratia ſecundum Abbatem
& Socinum,ſi reddũtur literæ ſuper inſtitutione fienda. Nã
tunc non dicitur reſignatum,atque ita remiſſum ius in re:ex
quo ei nondum quæſitum fuit.

Declaratur ſextò, vt locum habeat hæc præſumptio,
20 quando † debitor probat, prædictum inſtrumentum fuiſſe
ſibi à creditore vel ſuo nomine ab alio traditum: ſecus verò,
ſi non probat: quia præſumitur aliundè habuiſſe, ſine con-
ſenſu ipſius creditoris. & præſertim ſi debitor eſt perſona
domeſtica:vt tradunt Caſtren.in d.l.ij.nume.5.ff. de pactis,
& ibi reliqui omnes,& reſpondit Craue.in conſil.ccccc.nu.
3. ſic quoque Baldus in l.vnica.§.ille autem.numero 1.C.de
latina libert. tollen. & in conſilio lxxxiij.Ex eo ſolo.lib. iij.
Fortunius Garzia in d.l.ij.§.j.numero 3.in fi. & nume. 9. &
Crau. in d.conſil.ccccc. nume.12.ff.de pactis; ſcripſerunt à
fortiori, quod etiam eo caſu, quo inſtrumentum reperitur
cancellatum apud ipſum debitorem eſſe adhuc ab ipſo de-
bitore probandum,inſtrumentum ſic cencellatum, fuiſſe ſi-
bi traditum à creditore. Qua de re dicemus in ſubſequenti
præſumptione. Et hæc declaratio multo magis locum ha-
bet,quãdo creditor probaret,inſtrumentum ſibi fuiſſe ſub-
21 tractum, vel illud † amiſiſſe. Ita Bar. & Abbas in d.c.eccle-
ſia. il ij. in fi. vt lite pend. Aufrerius in additio. ad Capel-
lam Toloſa. q. ccxxix. & Craue, in conſilio ccccc.num. 11,
libr.iij.

Declaratur ſeptimò hæc præſumptio, vt locum non ha-
22 beat, quando † inſtrumentum modico tempore fuit apud
debitorem, contra quem agere cæpit creditor. Nam tunc
non præſumitur ipſi debitori à creditore traditum, vt eum
liberaret à debito.Ita Caſtren.in d.l.ij.num.5.verſic. aut eſt
præſumptio.ff.de pactis.Abbas & Butrius in c.eccleſia il ij.
vt lite pend.quos ſecutus eſt Craue.in d.conſi.ccccc. nume.
16.qui rationem conſiderauit.

## PRAESVMP. CXLI.

Debitor an & quando liberatus prẹſumatur, in-
ſtrumento debiti cancellato.

### *SVMMARIVM.*

1 *Cancellatio inſtrumenti duplex.*
2 *Cancellatio quæ dicatur formis,& quæ informis.nu.3.*
4 *Inſtrumentum repertum cancellatum penes creditorem, præſumit de-
bitorem liberatum.*
*Eamque eſſe præſumptionem iuris à lege probatam.nume. 5. Niſi tamen
aliam ob cauſam cancellatum fuiſſe conſtet.nu.6.*
7 *Inſtrumentum repertum cancellatum penes debitorem, qui non eſt
creditoris domeſticus, neque alia de cauſa ſuſpectus quando præſu-
mi faciat debitorem liberatum.*
*Et quod ſibi cancellatum traditum probare debeat.num.8.*
*Quæ præſumptio procedit, ſi cancellatum permanſerit apud debitorem
longo tempore.nu.9.*
10 *Inſtrumentum cancellatum repertum apud debitorem ſuſpectum, non
præſumit eum liberatum,ſecundum vnam opin.*
*Et quid ſit in domeſtico,& familiari creditoris.nu.11.*
*Alia refertur opinio affirmatiua.nu.12.*
*Si præſertim is debitor,eſt vir probatæ vitæ,& integritatis,nu.14.*
13 *Furti & donationis in concurſu, potius donatio quam furtum præſu-
mitur.*
15 *Furti ſuſpicio ceſſat in viro probo,etſi res furtiua penes eum reperiatur.*
16 *Vitæ integritatem non excuſare in præiudicium tertij, quomodo intel-
ligendum.*
17 *Inſtrumentum cancellatum penes tertium,vtrum liberationem præſu-
mat,ſunt opiniones,& nu.18.*
*Et quid ſi cancellatum reperiatur apud notarium in ſuo protocollo,nu-
mero.19.*
20 *Inſtrumenti ex cancellatione liberationem præſumi, magni eſt effectus.*
21 *Præſumptionem iuris habens pro ſe,non dicitur probare,ſed lex ipſa.*
22 *Probatio coniecturalis an dicatur vera probatio.*

EST ſatis proxima præcedenti hæc conie-
ctura & præſumptio; quando præſumatur
debitor liberatus inſtrumento deleto &
cancellato. Qua in re ſoleo prius præmit-
tere vna cum Baldo in conſil. cccv. in quo-
dam libro ſine.libro quarto. Cancellatio-
1 nem † duplicem eſſe;vna,quę dicitur formis,altera verò in-
2 formis. Illa eſt formis,† quæ adſcriptam habet cauſam,pro-
pter quam facta eſt: ſicuti quando creditor mandat nota-
rio, vt cancellet inſtrumentum crediti:quia ſibi fuit ſatisfa-
ctum; de qua quidem cancellatione loquuntur.l. emptor.§.
Lucius.ff.de pact.l.qui tabulas.l.fullo.§. vltim. ff. de furtis.
& l. diſſolutæ. C. de cond. ſine cauſa.Quæ iura ſic intellexit
Baldus præcitato in loco.De hac cãcellatione formi,noſtra
non eſt diſputatio. Cum res ſit ſatis certa & clara. Alia eſt
3 cancellatio † informis, hoc eſt, quæ cauſam non con-
tinet:&propterea eſt dubia & incerta. De hac agendum eſt
in caſu noſtro; in quo quidẽ diſtinguẽdi ſunt aliquot caſus.

Primus eſt, quando inſtrumentum hoc reperitur can-
4 cellatum † apud ipſum creditorem. Hoc caſu præſumitur
debitor liberatus.Ita tradunt gloſſ.in d.l.ij.§.j.ff.de pactis.
& ibidem Bartol. num.4.Angelus,Comenſ. & alij,quos re-
fert & probat Iaſon. num. 14. & ibidem Fortunius Garzia.
nu. 9.& Aemilius Ferrettus. nu. 18.Et his accedunt Pract.
Papi. in forma reſponſionis libelli in actione hypothecaria.
in verbo exceptionem ſolutionis.nume.2.Baldus in d.conſ.
cccv.verſi.alia cancellatio.Caccialupus in tract.de pactis.q.
viij.Alex.in conſi. xiiij.num.17.lib.vj. Calcaneus in conſil.
xxiij.num.5.Decius in cap.tertio loco.numer.2. de proba-
tio.Rubeus in conſi.xcv.num.4.Berous in conſi.xcvij.num.
8.lib.iij.

Hanc præſumptionem hominis, non autem iuris eſſe
dixit Ioan. Andreæ,in additionibus ad Specul. in tit.de prę-
ſumptio. §. ſpecies.num. 5. in verbo.In prædictis concord.
5 Crediderim verius dici debere,præſumptionem iuris † & à
lege probatam. Cum non vno in loco lex eam receperit.
Sic ſanè Modeſt. in l.ſi chyrographum.ff.de probatio. Cu-
ius verba hæc ſunt.

*Si chyrographum cancellatum fuerit; licet præſumptione debitor liberatus eſſe videtur; in eam tamen quantitatem, quam manifeſtis probationibus creditor ſibi adhuc deberi oſtenderit, rectè debitor cõuenitur.*

Ita quoque Paulus in l. Fullo. §. vlt. ff. de furtis his verbis reſpondit.

*Qui tabulas, cautionesque ſurripuit, in adſcriptam ſummam furti actione tenebitur, nec refert, cancellatæ, necne ſint, quia ex his debitum magis ſolutum eſſe comprobari poteſt.*

Exiſtimauit Iaſon in d. l. ij. nu. 15. ff. de pact. hãc præſumptionem differre à præcedenti, quod in ea agatur quando debitor aſſerit ſe liberatum pacto, in hac verò ſolutione. Quæ ſane duo multum inter ſe differre is ſcripſit. Receditur
6 tamen ab hac præſumptione, quando conſtat † aliam ob cauſam, quàm liberandi debitorem fuiſſe cancellatum inſtrumentum: Sicuti admitti contrariam hanc probationem Paulus ipſe in d. l. ſi Chyrographum reſpondit, & ex noſtris ſcripſerunt Alexand. in d. l. ij. §. j. ff. de pactis, & ibidem Garzia ib. fine. Ruin. conſi. ccxv. lib. j. & Craue. in cõſi. cccc. nu. 13. qui affirmant admitti coniecturas contrarias vrgentiores, ſicuti quando probatur cancellationem factam fuiſſe inaduertenter. Ita reſpondit Ruinus in conſil. lxxv. nume. 5. libr. iiij. adductus tex. l. j. ff. de his, quæ in teſta. delent. & auctoritate gl. d. l. ſi Chirographũ. ff. de probat. quæ dixit præſumptionem illam dilui, aliis præſumptionibus contrariis. Id quod explicat Garzia. in d. l. ij. §. j. in fine. ff. de pactis, Ita etiam quando iam à principio iudicij creditor produxit inſtrumentum non cancellatum, quod deinde tempore ferendæ ſententiæ apparet cancellatum. Nam tunc non præſumitur conſenſu creditoris, qui litem eſt proſecutus cancellatum, ſed caſu, vel malitia debitoris, & propterea is debitor non cenſetur liberatus. Ita reſpondit idem Ruin. in d. conſ. lvij. nu. 3. lib. iiij.

Poteſt etiam conſiderari coniectura, quando creditor ipſe eſt perſona minus circunſpecta vel ob ætatem teneram, vel ob mentis leuitatem. Nam tunc ſuo arbitrio iudex poterit iudicare, an cancellatio facta fuerit cauſa liberandi debitorem, vel potius quia ignorabat, quid ageret. Ita Bald. in d. conſi. cccv. In quodam in fine. lib. iiij. Et huic coniecturæ conuenit prima ſupra relata ex Ruini ſententia, de cancellatione inaduertenter facta.

Secundus eſt caſus, quando inſtrumentum cauſa cellatum
7 reperitur † apud debitorem, qui non eſt domeſticus creditoris, nec alia de cauſa ſuſpectus.

Hoc caſu præſumitur liberatus ipſe debitor, dummodo probet inſtrumentum ſic cancellatum traditum ſibi fuiſſe ab ipſo creditore. Ita ſcripſerunt glo. in d. l. ij. §. j. ff. de pactis. & ibidem Bald. idem conſi. lxxxiij. Ex eo ſolo, lib. iij. & in d. conſi. cccv. In quodam, col. j. verſ. aut eſt dubium. libro
8 iiij. Et quod debitor probare † debeat, inſtrumentum ſic cancellatum, fuiſſe ſibi à creditore traditum affirmarunt manifeſtius Abbas in cap. eccleſia. il ſecundo. nume. 17. vt lite pendente. Bald. in l. vnica. §. ille autem. nu. 1. C. de latina liber. tollen. Guido Papæ de præſumpt. nu. 22. Pract. Papien. in loco ſupra allegato. Caſtren. in d. l. ij. num. 5. & Fortunius Garzia in dict. l. ij. §. j. nu. 9. Craue. in conſi. cccc. nu. 12. & Maſcardus in concluſione. cccclxxvj. nu. 5.

Et hæc quidem præſumptio fortior eſt, quam præcedẽs ſumpta ex d. l. ij. §. j. ff. de pactis. cùm ibi vnum tantum interueniat, nempe inſtrumenti redditio. Hic verò duo, hoc eſt, inſtrumentum cauſa cellatum, & redditum. Ex quo ſequitur, minus rectè ſenſiſſe glo. in d. l. ij. §. j. Specul. in titu. de inſtrumentorum editione. §. poſtquam, verſicul. porrò. Bartol. in l. Fullo. §. vltim. ff. de furtis. & Baldum in l. vnica. §. ille autem. num. 2. C. de latina libert. tollen. Alexan. in conſil. lix. in fin. lib. ij. Cum dixerunt ex hac redditione inſtrumenti cancellati, oriri ſolam quandam leuem præſumptionem. Quam opinionem probauit & Craue. in conſi. cccc. nu. 13. verſic. tertio conſidero, qui ob id dicunt nõ poſſe deferri iuramentum in ſupplementum probationum.

Et hic quidem caſus intelligitur, quando inſtrumentum
9 ſic cancellatum, permanſit apud debitorem longo † tempore, ſecus ſi modico. Ita Abbas in d. eccleſia. il ij. in fi. vt lit. pend. & dixi in præcedenti præſump. in fi.

Tertius eſt caſus, quando inſtrumentum cancellatum re-
10 peritur † apud debitorem ſuſpectum. Hoc in caſu, non præſumitur is à creditore liberatus. Ita ſcribũt Doctores, quos ſtatim referam. Huius ſuſpicionis aliqua afferri poſſunt exempla, vt ſi creditor diu cauſa ipſius crediti litigauit cum ipſo debitore, qui nunquam ſolutionem allegauit, deinde cum lata eſſet ſententia contra eum, produxit inſtrumentum debiti, quod dixit fuiſſe ſemper apud ſe. Hic enim orta dicitur ſuſpicio, quod debitor aliunde habuerit hoc inſtrumentum quàm ab ipſo creditore, & ob id non præſumitur ab eo liberatus. Ita in ſpecie reſpondit Craue. in cõſi. cccc. nu. 14. lib. iij.

Secundum ſuſpicionis exemplum afferri ſolet, quando
